Google

### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

I

Dogm. U

2° Dogm. 300

Digitized by Google

Th. Sc. et Mor. 683.

Digitized by Google

Digitized by Google

Collegij Societatis JESV Monacij MDCXI

R. PATRIS

# IOAN. DE SALAS, GVMIELENSIS E PROVINCIA CASTELLANA, SOCIETATIS IESV,

## Tractatus DE LEGIBVS, IN PRIMAM SECVNDÆ S. THOMÆ.

*Opus non ſolùm Theologis moralibus, ſed etiam Iuris vtriuſque Conſultis perneceſſarium.*




LVGDVNI.
Ex Officina Ioannis de Gabiano.
M. DCXI.
CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

# CLARISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO D.D. PETRO DE CAMORA REGII SENATVS VALLISOLETANI MERITISSIMO PRAESIDI,

**Ioannes de Salas Theologus Societatis IESV volens, lubenſque dedicat.**

*DATVRVS in lucem clariſsime atque illuſtriſsime Præſes, hoc de legibus volumen, quod legibus interpretandis aliquam lucem afferret, nullum illi alium vindicem parare fuit animus, quàm eum qui tot annos honoribus ampliſsimis adminiſtrandis, integerrimus legum vindex & aſſertor fuit: quod quidem opus eruditiſsimis tuis aut oculis, aut auribus deterſum minus iam anxium minuſq; ſollicitum, non ſolum per minores, ſed etiam per maiores eruditorum manus vagabitur: quin eſſet piaculum inexpiandum, ſi cum tu mea opera in expiando confeſsionibus animo diu fueris vſus, & te mihi tuaq; omnia credideris, non tibi priùs quàm illi cuipiam, hoc qualecumque opus, omni aſſerendum periculo credidiſſem. Adde quod* BONA *mea ſine dubio Fortuna, te mihi Valliſoletum id tẽporis cum ad id maturabam deportarit, qui mihi eras vbicunque terrarum exquirendus, eſſetq; proinde vel ineptiſsimum, me foris petere cuius abund ſatis mihi domi eſſet. Sapienter igitur hoc opus tuum fugit ad ſinum ſuo quaſi deductum genio, ad te, inquam, in quo ſumma etiam videmus omnia, vel ipſius mea ſententia Mineruæ calculo ſumma in primis* IVRIS INTELLIGENTIA, *iam tum cum nobiliſsimo Collegio Conchenſi adlectus numeroſæ auditorum coronæ Iuriſprudentiæ doctrinam in illo celeberrimo orbis terrarum literarum emporio, Salmaticenſi videlicet, ſumma cum laude tradidiſti. Summa deinde* PRVDENTIA, *quæ vnica veros indicat, facit, ac laudat gubernatores. Summa tum* LENITATIS *atque* CLEMENTIÆ, *cum ſeueritate coniunctio & quaſi temperies, quam iure tibi propriam, omnium proculdubio qui te norunt, (norunt autem ferè omnes) ſuffragiis atque iudiciis vendicare videris, ſuprema poſtremo in puniendo pro dignitate* ÆQVITAS, *in tuenda Iuſtitia ſingularis animi* VIRTVS, *ac* MAGNITVDO, CONSTANTIA *demũ inuicta in potentiſsimorum inſolentia coërcenda, ſuperbiaq; comprimenda. Quarum virtutum exempla, aliarumq; id genus*



Digitized by Google

*documenta permulta, compluria in hoc Hiſpanico orbe celeberrima theatra ſpectare potuerunt. Spectauit ciuitas* LVCRONENSIS, *tuæ quaſi laudis, virtutiſque tyrocinium, vbi hæreticæ prauitatis* INQVISITOR, *Cantabricum Regnum prauis ſuperſtitionibus expurgatum, vaniſſimiſque auguriis expeditum, ac denique omni hæreſeos contagione liberum ſeptennio toto conſeruaſti. Spectauit ciuitas* VALENTINA, *Flos & caput illius Regni, dum eodem fungens* HONORE *perditis moribus caſtigandis, Mahometanæq; ſectæ cõprimendæ, quæ identidem erumpere palam conatur, toto, quod aiunt pectore incubuiſti. Spectauit præterea* CÆSAR-AVGVSTA, *quò diuina prouidentia tranſlatus eſſe, eadem inſignitus dignitate videris: vbi ſupra fidem eſt, quam in ſedandis illius Regni turbis, comprimendiſque animis, populari quodam furore concitatis, vnus tu, omni carens auxilio, vna tua prudentia, & auctoritate fretus effeceris, atque præſtiteris. Spectauit inſuper vniuerſa* CVRIA REGIA: *maximum orbis theatrum quo te tui diuturni labores, clariſſimáque merita vocarunt: vbi vnus & maximus fidei Cenſoribus in grauiſſimas Chriſtianæ Reipublicæ cauſas, ſine odio, ſine ſtudio diiudicandas, imo omnibus tibi, vel inuidis fauentibus decennium integrum contuliſti. Nec prætereundum illud interim ſilentio eſt, quod Legionem à Rege Philippo miſſus, res omnes canonicorum regularium quibus à Diuo Iſidoro nomen eſt,* VISITATORIS *nomine obieris, examinaueris, diſcuſſeris, ac demum tuo iudicio grauiſſimo compoſueris, quod munus niſi grauiſſimis viris, ſpectatæque prudentiæ ac pietatis hominibus nunquam à Regibus demandatur. Inde iam tanta præditum auctoritate, quantam præclariſſima tui animi ornamenta, ætas iſta omni veneratione digniſſima, tam diuturna, tot honorum perfunctio, parere potuerant, te Rex Philippus poſt grauiſſimum, ac maximum de te tuiſque virtutibus ac meritis iudicium, ampliſſimo* REGIO SENATVI *Granatenſi præfecit, vnde vix exacto biennio ad hunc Valiſoletanum* SENATVM *conſiliarium, & numero & prudentia, iudicióque Florentiſſimum incredibili quodam omnium expectatione & acclamatione* PRÆSIDEM *traduxit. Quamobrem quo alumno Conchenſe Collegium, Doctore Salmanticenſis Academiæ gloriata eſt, quem Cantabria, Valentia, Aragonia, prudentiſſimum Cenſorem ac Iudicem belli, domíque ſunt admiratæ: quem Curia Regia vnum è Cenſoribus maximis in ſummo ſemper habuit honore, ac veneratione, quem maximæ Hiſpaniæ prouinciæ Betica & Caſtella, in Solio Regio Præſidem hodie ſuſpiciunt: quem denique tota Hiſpania acerrimum* IVRIS, IVSTITIÆ, *ac* PACIS *vindicem, ac defenſorem agnoſcit, eum, inquam, meritò iuréque optimo meum hoc opus ſecurum aliorum vindicem ſibi Patronum atque aſſertorem contra importunas maleuolorum voculas, ſi quæ fortè fuerint, adoptat, atque depoſcit. Tu tantùm, Clariſſime Præſes, æternum hoc meæ in te obſeruantiæ pignus accipias, tum ego ſatis totum hoc opus exiſtimaui: & lætus atque ſecurus bene me de hoc meo fœtu ſperare iubebo. Vale.*

Digitized by Google

## *FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS Societatis* IESV, *in Prouincia Caſtellana.*

EGo Chriſtophorus de los Cobos Prouincialis Societatis IESV in Caſtellana Prouincia. Poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſitò noſtro generali, facultatem facio, vt *Tractatus de Legibus* à P. Ioanne de Salas noſtræ Societatis, ſacræ Theologiæ profeſſore compoſitus, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus typis mandetur, in quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Valliſoliti vigeſima quinta die menſis Auguſti Anni 1608.

*C. DE LOS COBOS.*



Digitized by Google

## *FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS Societatis* IESV, *in Prouincia Lugdunenſi.*

LVdouicus Michaelis Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Rege Chriſtianiſſimo Henrico III. die 10. menſis Maij anni 1583. Et Henrico IV. 20. Decemb. 1606. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque illorum permiſſione imprimant; permittit Ioanni de Gabiano Lugdunenſi Bibliopolæ, vt *P. Ioannis de Salas Gumielenſis è Prouincia Caſtellana, Societatis* IESV *tractatum de Legibus, in ſecundam ſecundæ ſancti Thomæ:* ad ſex proximos annos imprimere ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni die 10. Maij 1610.

*L. MICHAELIS.*

Digitized by Google

# INDEX DISPVTATIONVM, ET SECTIONVM.

## *Tractatus decimus quartus de Legibus.*

### DISPVTATIO PRIMA.
### De nominibus, acceptionibus, conditionibus, ac definitionibus legis.

*DE etymologia legis.* ſect. 1.
*De nomine iuris, quod legi etiam communis.* 2
*Quibus nominibus lex ab Hebræis, Græcis & Chaldæis vocetur.* 3
*De variis acceptionibus legis.* 4
*Vtrum lex ſit actus intellectus.* 5
*Reſoluens præcedentem quæſtionem.* 6
*An ſit conditio neceſſaria ad legem, vt lex imponatur alicui communitati.* 7
*An neceſſe ſit legem ad bonum commune conducere.* 8
*Quæ aliæ conditiones ſint neceſſariæ ad rationem legis.* 9
*Nonnullæ aliæ legis conditiones.* 10
*Quomodo lex definienda.* 11
*Ad quam virtutem ſpectet legem condere.* 12

### DISPVTATIO II.
### De varietate legum.

*QVotuplex ſit lex, & quæ ſint legis diuiſiones.* ſect. 1
*An ius naturale, gentium, & ciuile ſint diuerſa legum genera & quomodo inter ſe differant.* 2
*Quid de iure gentium author ſentiat.* 3
*Satisfit argumentis affirmantium, ius gentium, naturale eſſe.* 4
*An & quomodo ſeruitus ſit de iure gentium.* 5
*Vtrum iure gentium naturaliter liceat contrahentibus ſe decipere.* 6
*De variis Romanorum legibus, & de origine iuris ciuilis præſertim Romani.* 7
*An reſponſa ſeu reſcripta principum ſecularium vel Eccleſiaſticorum in caſu ſingulari, ſint veræ leges, & ius, etiam pro aliis conſtituant.* 8
*An reſponſiones congregationes Cardinalium inſtitutæ ad explicandum Concilium Tridentinum vim legis habeant.* 9
*De lege fomitis.* 10

### DISPVTATIO III.
### De effectibus legis in communi.

*VTrum effectus legis ſit reddere homines ſimpliciter & moraliter bonos.* ſect. 1
*Vtrum obligare ſit effectus omnis legis.* 2
*An præcipere, vetare, permittere, & punire ſint effectus legis.* 3
*Quomodo lex permittere dicatur.* 4
*An quatuor illi effectus à D. Thoma numerati, omni legi conueniant.* 5
*Vtrum præter illos actus, ſeu effectus legis à D. Thoma numeratos, ſint alij.* 6

### DISPVTATIO IIII.
### De lege æterna.

*QVid ſit in Deo lex æterna, quæ gubernat creaturas, & an ea lex ſit multiplex ſecundum rationem.* ſect. 1
*Vtrum actiones diuinæ, etiam neceſſariæ, quales ſunt productiones diuinarum perſonarum, æternæ legi ſubiaceant.* 2
*Vtrum omnes actiones creaturarum ſubijciantur legi æternæ.* 3
*Vtrum aliæ leges æternæ legi ſubdantur.* 4
*An reprobi & damnati ſint ſubiecti legi æternæ.* 5
*Vtrum Chriſtus æternæ legi ſubiectus ſit.* 6

### DISPVTATIO V.
### De lege naturali.

*VTrum lex naturalis ſit ipſa natura rationalis.* ſectio 1.
*Vtrum lex naturalis ſit habitus, an verò actus.* 2
*Vtrum lex naturæ ſit conſcientia.* 3
*An lex naturalis habeat rationem legis & vim obligandi, eo quòd Deus voluerit obligare ad ea, quæ per illam præcipiuntur.* 4
*Quæ ſit materia, circa quam verſatur lex naturæ.* 5
*Vtrum lex naturalis & ſemper & vbique eadem fuerit.* 6
*An lex naturæ humana lege vel conſuetudine mutari poſſit.* 7
*Vtrum Deus aliquando legi naturæ derogauerit.* 8
*An poſſit Deus de potentia abſoluta legi naturæ derogare.* 9
*An in lege naturæ interpretatio, epichia, aut epicheia locum habeat, & ad quem pertineat.* 10
*An in lege naturæ ante legem Moyſis fuerint aliqua diuina præcepta poſitiua.*



Digitized by Google

*An omne peccatum ſit contra legem naturæ.* 12
*An lex humana legem naturalem imitetur.* 13

## DISPVTATIO VI.
## De neceſſitate, vtilitate, fine & conditionibus, & diuerſitate humanarum legum.

*Vtrùm aliqua lex creata ſit ſimpliciter neceſſaria.* ſectio 1.
*De vtilitate legum humanarum, & in quem finem condita ſint.* 2
*An multitudo legum humanarum expediens ſit.* 3
*An vltra legem naturalem & humanam neceſſaria fuerit lex diuina poſitiua.* 4
*Vtrùm conditiones legis humanæ rectè ſint ab Iſidoro conſtitutæ.* 5
*Vtrùm lex humana diuidatur in ius gentium & ciuile.* 6

## DISPVTATIO VII.
## De poteſtate condendi leges ciuiles.

*Vtrùm poteſtas ciuilis & politica ad ferendas leges & ad alia huiuſmodi licita admittendaq; inter Chriſtianos ſit.* ſect. 1.
*In quibus hominibus fuerit, vel etiam nunc ſit ex natura rei poteſtas ferendi leges ciuiles.* 2
*In quibus & quomodo ſit, vel fuerit de facto poteſtas ferendi leges ciuiles.* 3
*Vtrùm Summus Pontifex, vt ſic, poſſit directè leges ciuiles facere totum orbem obligantes.* 4
*Vtrùm Pontifex ſummus, vt ſic, poſſit in ordine ad finem ſpiritualem leges ciuiles ferre.* 5
*An Summus Pontifex, vt Princeps politicus poſſit ciuiles leges ferre.* 6
*An Imperator poſſit leges ciuiles ferre, totum orbem obligantes.* 7
*An Hiſpani, & Angli, Galli, & Poloni à legibus imperatoris ſint liberi, & quinam ſint imperatori ſubiecti.* 8
*An aliquando imperatorum leges Hiſpanos obligent.* 9
*An iure Hiſpano deficiente ius canonicum in temporalibus Hiſpanos obliget.* 10
*Vtrùm omnes Reges & Reginæ poteſtatem habeant ferendi leges ciuiles.* 11
*An ſucceſſores eorum, qui regna tyrannicè occuparunt, vel tyranni ipſi poſſint leges condere.* 12
*An Duces, Marchiones, Comites & Barones poſſint pro ſuis populis leges condere.* 13
*An quælibet ciuitas aut populus poſſit ſibi legem, ſeu ſtatutum condere.* 14
*An exiſtentes in peccato mortali, etiam infidelitatis, leges ciuiles ferre poſſint.* 15
*An Reſpublica reuocare poſſit facultatem ferendi leges Imperatoribus, Regibus, aliiſve Principibus conceſſam.* 16

## DISPVTATIO VIII.
## De poteſtate ferendi leges Eccleſiaſticas.

*An in Eccleſia ſit poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas.* ſectio 1.
*An in ſtatu innocentiæ, lege Veteri, & ſcripta fuerit poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas, ſeu in ordine ad ſpiritualem finem.* 2
*Vtrùm hæc poteſtas Eccleſiaſtica ſit à Chriſto immediatè omnibus Apoſtolis & ſummis Pontificibus, & cœtui Eccleſiæ conceſſa.* 3
*An Chriſtus poteſtatem legiſlatiuam immediatè contulerit ſeptuaginta duobus diſcipulis & modò conferat omnibus Epiſcopis.* 4
*An Epiſcopus etiam in rebus grauibus poſſit leges condere ſine facultate Papæ.* 5
*An Epiſcopus poſſit leges ferre, & aliquid ſtatuere contra ius commune.* 6
*An Epiſcopus ad condendas leges conſenſu Capituli, vel Synodi indigeat.* 7
*An Cardinales poſſint leges condere.* 8
*An Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi poſſint leges condere.* 9
*Vtrùm Abbates poſſint leges condere.* 10
*An Legatus Papæ poſſit leges condere.* 11
*An prælati religionum poſſint leges condere.* 12
*An dicta Sanctorum, ſaltem quæ in Decreto Gratiani continentur, vim habeant legum.* 13
*An Concilium generale ſine Papa poſſit leges condere totam Eccleſiam obligantes.* 14
*An Concilia non generalia poſſint leges condere.* 15
*An Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ poſſit, ſaltem ſede vacante, leges condere.* 16
*De aliis nonnullis congregationibus, ſeu communitatibus, an poſſint leges Eccleſiaſticas condere.* 17
*Vtrùm communitates religioſæ, vel earum Capitula prouincialia & generalia poſſint leges condere.* 18
*An poteſtas legiſlatiua Eccleſiaſtica poſſit omnibus, etiam fœminis delegari.* 19
*An hæc poteſtas legiſlatiua Eccleſiaſtica ex moribus vel fide legiſlatoris pendeat.* 20
*An poteſtas legiſlatiua ciuilis ſit ſubordinata Eccleſiaſticæ.* 21
*An poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas ſit in omnibus, & ſolis Principibus ſæcularibus pro ſua ditione.* 22

## DISPVTATIO IX.
## De materia legis humanæ.

*An lex humana actus merè internos præcipere, prohibere, aut punire valeat.* ſect. 1.
*An modus implendi legem ſeu præceptum cadat ſub lege ſeu præcepto.* 2
*Vtrùm lex humana etiam ciuilis poſſit omnes virtutis actus præcipere, & omnes vitij actus prohibere.* 3
*An lex humana poſſit aliquos actus indifferentes præcipere aut prohibere.* 4
*An legis canonicæ & ciuilis eadem ſit materia.* 5

## DISPVTATIO X.
## De obligatione humanæ legis.

*An lex humana obliget in foro conſcientiæ ſub culpa interdum mortali, etiam ad ea, quæ iure diuino non continentur.* ſect. 1.
*An in dubio de iuſtitia vel obligatione legis teneamur ei obedire.* 2
*An teneamur in conſcientia obedire legibus & ſententiis latis*

Digitized by Google

*latis à Tyranno qui non eſt verè Rex.* 3
*Vtrùm lex humana fundata in falſa præſumptione obliget in conſcientia.* 4
*An quando legiſlator non intendit obligare in conſcientia, adhuc lex obliget in conſcientia.* 5
*Vtrùm legiſlator in re, aut materia leui poſſit obligationem ponere ſub mortali, ſi velit.* 6
*Vtrùm in materia graui poſſit legiſlator ponere obligationem leuem.* 7
*Vtrùm lex humana interueniente contemptu obliget ſub mortali: nunquam verò ſemoto contemptu & ſcandalo.* 8
*Quibus notis, ſeu regulis cognoſci poſſit aliquam legem obligare ad mortale ſecluſo, contemptu, ſcandalo, periculo, & alijs circunſtantiis extrinſecis.* 9
*Quando cenſeatur quis violare legem in re graui, & an materia in ſe leuis, repetitione fiat grauis.* 10

## DISPVTATIO XI.
## De excuſantibus à legis humanæ obſeruatione.

*AN lex humana obliget cum vitæ diſcrimine, an verò vitæ periculum excuſet ab eius obſeruatione.* ſect. 1
*An Carthuſianorum lex de abſtinentia à carnibus obliget, etiam cum diſcrimine vitæ.* 2
*Vtrùm ceſſante fine legis ceſſet lex, & eius obligatio.* 3
*Vtrùm quando ſubditus videt legis obſeruationem ſibi vel aliis nocere, poſſit præter verba legis agere ſine recurſu ad ſuperiorem.* 4
*Vtrùm peccet contra legem, qui ſeruando verba eius in cortice agit, contra eius mentem & intentionem.* 5

## DISPVTATIO XII.
## De legis promulgatione.

*AN promulgatio ſit omnino neceſſaria ad rationem legis.* ſect. 1
*Vtrùm vna legis promulgatio in curia principis ſufficiat ad omnes eius ſubditos obligandos.* 2
*An quando lex tempus non deſignat, ſtatim obligat ſcientes: an verò ſolùm poſt lapſum duorum menſium à promulgatione.* 3
*An leges. quæ irritant contractus, vel faciunt perſonas inhabiles ad illos, vel alia ſtatim à tempore ſufficientis promulgationis effectum habeant, etiam circa ignorantes.* 4
*An leges ſufficienter promulgatæ, propriè dicantur obligare ignorantes.* 5
*An lex reuocatoria priuilegij effectum habeat antequam priuilegiato promulgetur, vel denuncietur.* 6
*An priuilegium vt valeat, denuntiari priuilegiato debeat.* 7
*In lege reuocatoria alterius legis quænam promulgatio requiratur.* 8
*An lex humana diuinitus tantum promulgata, hominem obliget.* 9

## DISPVTATIO XIII.
## De acceptatione legis.

*AN vt lex obliget, requiratur populi acceptatio.* ſect. 1
*Quando lex dici debeat acceptata, vel non acceptata à communitate.* 2
*An paria ſint, legem reuocari à legiſlatore, ſeu non eſſe editam aut promulgatam, & eam à ſubditis non recipi.* 3
*Vtrùm liceat ſupplicando apud principem, vt legem reuocet, interim ſuſpendere eius executionem.* 4
*An de omnibus legibus intelligendum ſit, quòd lex non obligat, ſi non ſit accepta.* 5
*Per quot actus contrarios ſciente, vel ignorante principe, lex euacuetur.* 6
*An conſuetudo, ſeu non vſus legis humanæ, vt ei præualeat, debeat eſſe rationabilis.* 7
*Corolaria doctrinæ huius diſputationis.* 8

## DISPVTATIO XIV.
## De perſonis, in quas cadit obligatio legis humanæ.

*VTrùm Chriſtiani, etiam iuſti, & perfecti, legibus humanis ſubiecti ſint.* ſect. 1
*Vtrùm legiſlator ſuis legibus obligetur.* 2
*Continens multorum dubiorum circa eandem materiam emergentium reſolutionem.* 3
*Vtrùm peregrini, & aduenæ obligentur legibus & conſuetudinibus loci, in quo verſantur.* 4
*Vtrùm ciuis, dum abſens eſt, teneatur ſui oppidi ſtatutis, legibus, aut conſuetudinibus.* 5
*Quid dicendum ſit de locis exemptis contentis intra territorium ſtatuentis.* 6
*Vtrùm præcepta & cenſuræ, quæ non ponũtur per leges, vel ſtatuta, ligent ſubditos extra territorium ponentis.* 7
*An Clerici legibus ciuilibus teneantur.* 8
*An Clerici legum ciuilium violatores puniri à politico magiſtratu poſſint.* 9
*An Eccleſiaſtici legum ciuilium pœnis ab Eccleſiaſtico iudice puniri debeant.* 10
*An exemptio, quam Eccleſiaſtici habent, quo ad forum, tributa, & alia, competat illis iure diuino.* 11
*Vtrùm Layci vi conſuetudinis longi temporis poteſtatem iudicandi, & puniendi Clericos habere queant.* 12
*An pueri, amentes, & alij ratione carentes, teneantur legibus humanis.* 13
*An conſtitutio Pontificia generatim, & vniuersè lata, obliget Cardinales.* 14
*An Græci Orientales clerici more græcorum viuentes teneantur Canonicis Latinorum conſtitutionibus.* 15
*An ſucceſſores eorum, qui poteſtatem condendi leges in principes tranſtulerunt, eorum legibus teneantur.* 16

## DISPVTATIO XV.
## De lege pœnali.

*AN lex pœnalis obliget in conſcientia ad aliquid agendum, vel omittendum.* ſect. 1
*An lex poſſit obligare in conſcientia ad ſubeundam pœnam ante iudicis ſententiam.* 2
*Quibus verbis obligare ſoleant leges ad pœnam ſubeundam ante iudicis ſententiam.* 3
*De pœna confiſcationis bonorum.* 4
*An illis, quorum bona per legem ſunt ipſo facto applicata fiſco, poſſint ante ſententiam ipſa alienare: & alia circa confiſcationem.* 5
*Quibus modis cognoſcatur, quando lex contineat ſententiam*

Digitized by Google

*tentiam latam, aut ferendam.* 6

*De obligatione legis, quæ continet ſententiam ferēdam, Vbi tractantur hæ difficultates.* 7

1 An reus per ſententiam damnatus, teneatur in ſe pœnam exequi.

2 An poſſit, eſto nō teneatur, cooperari ſuæ morti, ad quam iuſtè eſt damnatus.

3 An damnato ad mortem liceat ſe defendere, aut fugere.

4 An reo damnato ad mortem, & exiſtenti in carcere liceat confringere fores, & vincula & parietes rumpere.

5 An poſſit quis opem ferre, & conſiliū dare exiſtenti in carcere, vt fuga ſibi conſulat.

6 An iuſtè damnatus, vel damnandus ad mortem, teneatur fugere, ſi poteſt.

7 An qui iuramentum præſtitit redeundi ad carcerem redire teneatur.

8 An qui eſt cauſa, ne quis condemnetur ad pœnam iuſtam, teneatur reſtituere ei, cui pœna erat applicanda.

9 An ſtatim poſt latam ſententiam confiſcationis teneatur reus illum exequi, & bona deferre fiſco & de pœnis defunctorum.

*Vtrùm lex pœnalis obliget iudicem ad imponendam pœnam lege præſcriptam.* 8

*Vtrùm ignorantia excuſet à pœna legis.* 9

*Vtrùm leges de ſoluendis tributis pœnales ſint.* 10

*Quas ob cauſas pœna à legibus & hominibus imponantur.* 11

*An vnus pro alio puniri poſſit.* 12

## DISPVTATIO XVI.
## De lege irritante.

*Quid & quotuplex ſit irritatio.* ſect. 1

*An lex irritans ſit pœnalis, nec ne.* 2

*An ignorantia legis irritantis impediat irritationem.* 3

*Vtrùm lex humana poſſit actus alios legitimos irritare.* 4

*An irritare actus aliquos ſit proprium legis humanæ, an verò legi diuinæ naturali ac poſitiuæ conueniat.* 5

*Vtrùm lex irritans inducat obligationē in conſcientia.* 6

*Vtrùm lex irritans contractum, vel alium actum obliget in conſcientia, quando fundatur in falſa præſumptione.* 7

*Vtrùm lex humana ſimpliciter prohibens aliquem actum, eo ipſo illum irritet, aut quidnam addere neceſſe ſit.* 8

*Quando lex dans formam actui, irritet illum.* 9

*An quando lex petit, vt aliquid fiat cum conſilio aliquorum, ſi ſecus fiat, vel contra maiorum conſultorum partem, factum teneat.* 10

*Quando lex irritans habere hunc effectum incipiat.* 11

*An actus lege humana irritus naturalem producat obligationem.* 12

## DISPVTATIO XVII.
## De lege concedente priuilegium, ſeu de priuilegiis.

*Quid ſit priuilegium, & an ſemper aliquid ſpeciale operetur.* ſect. 1

*Quotuplex ſit priuilegiū, & quæ cuiuſq; proprietates.* 2

*Quiſnam poſſit priuilegium concedere & quibus.* 3

*De quibus rebus, & quibus de cauſis poſſint priuilegia concedi.* 4

*An priuilegium habeat vim ante promulgationem & ante quam innoteſcat priuilegiario.* 5

*Vtrùm priuilegium res odioſa, vel fauorabilis potius cenſenda ſit.* 6

*Quiſnam & quando poſſit priuilegium interpretari.* 7

*Quando priuilegium ſtrictè, aut amplè interpretandum ſit.* 8

*Quæ praxis ſeruāda in interpretatione priuilegiorū.* 9

*An priuilegium extendatur extra territorium concedentis.* 10

*Vtrùm priuilegium patri conceſſum, tranſeat ad filios.* 11

*An priuilegium datum ei, qui factus eſt ciuis, eo pacto, ne munera ſubeat, nec onera ſuſtineat, ſeruādū ſit.* 12

*Quibus modis abſq; abrogatione finiatur priuilegiū.* 13

*Quomodo priuilegium per abrogationem finiatur.* 14

*Quo pacto priuilegium per ſententiam Iudicis amittatur.* 15

*Quod modis priuilegium irritum reddatur.* 16

*Quando reuocatio priuilegij effectū habere incipiat.* 17

## DISPVTATIO XVII.
## De abrogatione, ſeu reuocatione vnius legis per aliam.

*Vtrùm lex humana poſſit, & debeat aliquando abrogari: & an abrogatio facta ſine cauſa, valida ſit.* ſect. 1

*Quando reuocatio legis ſuū effectum habere incipiat.* 2

*Quiſnam poſſit legem reuocare.* 3

*An lex canonica poſſit ciuilem abrogare.* 4

*An lex vel ſtatutum factum ab inferiori, & confirmatum à ſuperiori, poſſit abrogari ab inferiori, non expectato conſenſu ſuperioris.* 5

*Quando lex poſterior cenſeatur abrogare priorem.* 6

*An ius gentium abrogari poſſit.* 7

## DISPVTATIO XIX.
## De conſuetudine quando, & qua ratione vim legis obtineat.

*Quid ſit vſus, conſuetudo, forus, præſcriptio, & ſtylus.* ſect. 1

*Quotuplex ſit conſuetudo.* 2

*Vtrùm conſuetudo legi humanæ contraria, illam abroget.* 3

*Quantum temporis requiratur, vt cōſuetudo præſcribat contra legem.* 4

*An conſuetudo conſtans actibus malis contrariis legi, poſſit contra illam præſcribere.* 5

*An aliæ conditiones neceſſariæ ſint, vt conſuetudo legem abroget.* 6

*An conſuetudo poſſit abolere legem, in qua eſt clauſula derogatoria dicens, non obſtante quacunque conſuetudine.* 7

*An ad inducendam conſuetudinem, quæ legem abroget, ſufficiant duo vel tres actus contrarij ipſi, principe ſciente & tolerante.* 8

*An conſuetudo poſſit præualere legi pœnali interdum quò ad ſolam pœnam.* 9

*An etiam lex irritans actum poſſit conſuetudine abrogari.* 10

*Vtrùm conſuetudo poſſit, vt lex ad aliquid obligare.* 11

*An & quomodo conſuetudo quæ inducitur præter legem debeat eſſe præſcripta, vt vim legis habeat.* 12

*Continens varias quæſtiones de abrogatione conſuetudinis.* 13

*An &*

Digitized by Google

*An & quomodo conſuetudo legem interpretetur.* 14
*An conſuetudo laicorum liget clericos.* 15
*An conſuetudo loci liget externos & peregrinos.* 16
*An conſuetudo liget ſubditos extra territorium exiſtentes.* 17
*Quomodo conſuetudo probetur.* 18
*Vtrùm ſtylus curiæ vim legis habeat.* 19
*Quid interſit inter deſuetudinem vel non vſum & conſuetudinem legi contrariam.* 20

## DISPVTATIO XX.
## De diſpenſatione legis.

*Qvid ſit diſpenſatio & quis effectus eius.* ſect.1
*Quotuplex ſit diſpenſatio.* 2
*Quis poſſit in lege humana diſpenſare.* 3
*Vtrùm diſpenſatio data ſine cauſa ſit valida.* 4
*An diſpenſare cum aliquo in lege propria ſine cauſa, peccatum ſit,& quale.* 5
*An petere diſpenſationem ſine cauſa & ea vti peccatum ſit,& quale.* 6
*An exiſtente iuſta cauſa teneatur Princeps vel Prælatus diſpenſare.* 7
*Quæ ſint iuſtæ cauſæ diſpenſationis.* 8
*An ad diſpenſandum cognitio cauſæ requiratur.* 9
*Quomodo diſpenſatio ſit interpretanda.* 10
*Qualiter poteſtas conceſſa diſpenſandi, interpretanda ſit.* 11
*Vtrùm in omnibus caſibus, in quibus ſuperior poteſt diſpenſare cum aliis,poſſit ſecum diſpenſare.* 12
*Vtrùm qui à ſuperiori Prælato,verbi gratia, Papa obtinuit,vt ſecum diſpenſaret certa perſona, putà confeſſarius, poſſit diſpenſationem accipere ab inferiori Prælato potente iure ordinario diſpenſare.* 13
*An impetratio diſpenſationis pro aliquo abſque ipſius mandato valida ſit.* 14
*Quando diſpenſatio ſit irrita ex ſuppreſſione ſeu ſilentio alicuius veritatis.* 15
*An omnis expreſſio falſi annullet diſpenſationem vel alias gratias.* 16
*An facultas diſpenſandi, amiſſione vitæ vel officij commiſſarij vel concedentis expiret.* 17
*Quomodo reuocetur diſpenſatio.* 18
*Quibus aliis modis ceſſet diſpenſatio.* 19

## DISPVTATIO XXI.
## De legum interpretatione.

*Qvid & quotuplex ſit interpretatio.* ſect.1
*Ad quem ſpectet legem interpretari.* 2
*Quæ regulæ in interpretatione ſeruandæ.* 3
*Quæ ſpecialiter in reſtrictiua legis interpretatione ſeruanda ſint.* 4
*Quæ ſpeciatim in interpretatione & vtenſiua ſeruanda ſint.* 5
*Quo pacto leges correctoriæ interpretandæ ſint.* 6
*Quando & quomodo extendatur ſeu trahatur ad præterita.* 7
*An lex, quæ certum aliquid non prohibet, id concedere videatur.* 8
*Quomodo accipienda ſint & quam vim habeant verba in literis commendatitiis poſita.* 9
*Au ſubdito licitum ſit præter verba legis agere.* 10

## DISPVTATIO XXII.
## De lege diuina veteri.

*Vtrùm lex vetus bona fuerit.* ſect.1
*Vtrùm tota fuerit immediatè à Deo, vt legiſlatore:ſeu,an tota fuerit ſtrictè diuina lex.* 2
*Quoſnam obligauerit & quomodo.* 3
*An conuenienti tempore,& modo lata fuerit.* 4
*In quem finem data fuerit.* 5
*De effectibus & vtilitate veteris legis.* 6
*An iura fuerint promiſſiones bonorum & malorum, etiam ſpiritualium & æternorum.* 7
*De diuiſione præceptorum veteris legis in moralia, ceremonialia,& iudicialia:& ſpeciatim de moralibus & decalogo.* 8
*De præceptis ceremonialibus.* 9
*De præceptis iudicialibus.* 10
*Vtrùm in lege veteri præter præcepta fuerint aliqua alia.* 11
*Vtrùm ante legem Moyſis præter circunciſionem fuerint alia in præcepto diuino poſitiuo.* 12
*Vtrùm ante legem Chriſti iuſti habuerint gratiam habitualem inhærentem.* 13

## DISPVTATIO XXIII.
## De ceſſatione legis veteris.

*Vtrùm lex vetus per diſpenſationem ceſſauerit reſpectu alicuius & ſecundum quid.* ſect.1
*Vtrùm iam ceſſauerit omninò.* 2
*An etiam ſit abrogata quoad præcepta iudicialia & moralia.* 3
*An ante mortem Chriſti abrogata fuerit.* 4
*An ipſa morte Chriſti ceſſauerit.* 5
*An vtilitas circunciſionis & aliorum legalium,ſi quam habebant quaſi ex opere operato, ceſſauerit ſtatim poſt mortem Chriſti.* 6
*An lege veteri vetitum fuerit prædicare gentibus vel communicare cum illis.* 7
*Vtrùm lex vetus iam ſit mortifera.* 8
*Quando legalia cœperint eſſe mortifera.* 9

## DISPVTATIO XXIV.
## De lege Euangelica noua,ſeu gratiæ.

*Vtrùm lex gratiæ ſit vera lex, & vera continens præcepta.* ſect.1
*Quænam præcepta lex noua contineat.* 2
*An lex noua tantùm fuerit à Chriſto ſcripta in cordibus hominum.* 3
*Quando lex noua obligare cœpit.* 4
*Vtrùm lex gratiæ perpetua & immutabilis ſit.* 5
*In quibus lex noua differat à veteri & ipſam excedat.* 6
*An circunciſio vel aliud veteris legis ſacramentum gratiam contulerit.* 7

FINIS.

Digitized by Google

## FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS
### *Societatis* IESV, *in Prouincia Caſtellana.*

EGo Chriſtophorus de los Cobos Prouincialis Societatis IESV in Caſtellana Prouincia. Poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſito noſtro generali, facultatem facio, vt *Tractatus de Legibus* à P. Ioanne de Salas noſtræ Societatis, ſacræ Theologiæ profeſſore compoſitus, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus typis mandetur, in quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Valliſoliti vigeſima quinta die menſis Auguſti Anni 1608.

*C. DE LOS COBOS.*

## FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS
### *Societatis* IESV, *in Prouincia Lugdunenſi.*

LVdouicus Michaëlis Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Rege Chriſtianiſſimo Henrico III. die 10. menſis Maij anni 1583. Et Henrico IV. 20. Decemb. 1606. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque illorum permiſſione imprimant; permittit Ioanni de Gabiano Lugdunenſi Bibliopolæ, vt *P. Ioannis de Salas Gumielenſis è Prouincia Caſtellana, Societatis* IESV *tractatum de Legibus, in primam ſecundæ ſancti Thomæ:* ad ſex proximos annos imprimere ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni die 10. Maij 1610.

*L. MICHAELIS.*

Digitized by Google

DISPVTATIONVM

# IOANNIS DE SALAS E' SOCIETATE IESV

## IN PRIMAM SECVNDÆ SANCTI THOMÆ,

## *TRACTATVS XIIII. DE LEGIBVS.*

### Quæſtio nonageſima de ſubiecto Legis.

Art. 1. *Vtrùm lex ſit aliquid rationis.*
Art. 2. *Vtrùm lex ordinetur ſemper ad bonum commune.*
Art. 3. *Vtrùm ratio cuiuſcumque ſit factiua legis.*
Art. 4. *Vtrùm promulgatio ſit de ratione legis.*

## PRÆFATIO AD SEQVENTEM TRACTATVM.

1 *DE Legibus præter D.Thomam, Caietanum, Conradum Medinam, Valentiam, Vazquez, alióſque hîc: diſputant idem D. Thomas, & Ferrarienſis 3.contra gen.cap.115. & ſequentibus: Scholaſtici, licèt breuiter 2.ſentent. diſt. vlt. vbi Maior, Marſilius, Richardus & 3.ſentent. diſtin.37. vbi Palacius, Gabriel, Ouandus, Rada tom 2. controuerſia vlt. ſeu 20. Alenſis 3.parte, quæſt.26. Pariſienſis lib. de Papali, & Regia poteſtate, & lib. de Legibus. Hugo Victorinus tractatu de poteſtate legum. Iſidorus 9.etymolog. ſeu originum per plura capita, & lib. 2.c.10. Gerſon.1.par.tract. de poteſt. Eccleſ.conſid.vlt. Alphab.1. & 3.p.tract.de vita ſpirit.à lect. 2. Alphab.61. Driedo tom.2.tract. de libert.Chriſtiana. part.1.à cap.2.Sotus 1. & 2. de iuſtit. Caſtro de lege pœnali, & contra hæreſes, verbo, lex. Azor. lib. 9. & 6. Inſtitut. moral. Viguerius cap.15. Victoria duplici relect. de poteſt. Eccleſiæ, & ciuili. Almainus & Okam lib. de poteſtate eccleſiaſtica, ſeu Pontificia. Paludanus libr. de poteſtate eccleſiaſtica. Heruæus libro de poteſtate Papæ. Syluester, & alij Summiſtæ verbo, lex, & aliis. Iunilius libr. de partibus diuinæ legis. Adrianus quodlib.6. Maior 4.ſent. diſt.1. quæſt.4. §. ſecundus terminus, in poſteriori editione. Enchiridion Concil.Colon.in decalogo, Emanuel Rodriguenſis to.1. quæſtio. regularium q.6. & 7.q.66. & ſequentib.*

*Alexius Salamanca tribus dialogis de Republ. Chriſti. Bellarminus tom 1. controuerſ. de Pontifice, lib.4.cap.19. & controuer. de laicis, lib.3.cap.9. & ſequent. Gregorius Sayrus in theſauro caſuum toto lib.3. Toletus lib. de ſeptem peccatis cap.17. & ſequentib. Coſmas Philiare 35. Summæ per aliquot capita Alphon. Viualdus in candelab parte 4. ex Iuriſperitis, Simancas 4.lib. de Repub. Antonin.1.parte, tit.11. vſque ad finem. Albertus Bolognetus diſputationibus de lege, iure, & æquitate: habetur to.1. tractatuũ, Thomas Bozius libris de iure. Pandulphus Piateius in lexico iuris, verbo, lex, & verbo ius, & in catalogo legum*



Digitized by Google

*Romanarum, cui præpoſuit libros Manutij de legibus Romanis, Sebaſtianus Medicis tract. de legibus, & ſtatutis, & repetitione cap. ait autem lex. diſt. 4. Rebuff. in conſtit. reg. in proœmio gloſſ. 1. & ſequentib. Thom. Conanus Ferrarien. in proœmio decretal. Andræas ab Exea in tit. de conſtitution. leg. Hiſpaniæ tit. 1. partita 1. & lib. 2. nouæ compil. titul. 1. & lib. 1. ordinamenti titul. 4. vbi optimè Didacus Perez in proœmio. Anton. Gab. tom. 2. commun. opinion. tit. de lege. Bald. Peruſinus tract. de ſtatu, & alio regal. ſtatut. habentur tomo 2. Tractatuum fol. 86. & 199. Henningus Arniſæus in ſua politica, Conſtantinus Rogerius tractatu de iuris interpretatione, & tract. de legis potentia, & communiter alij Iuriſperiti cum Gratiano, diſt. 1. & nonnullis ſequentib. & in decretalib. & in 6. titulo de conſtitutionib. alij Inſtit. de iuſtitia, & iure; & de iure naturali, gentium, & ciuili: & in C. & ff. titulo de legib. & in ff. titulo de iuſtitia, & iure; & tomo 1. tractatuum multa habentur opuſcula ad hanc rem pertinentia: de qua etiam Nauarrus cap. 23. à n. 39. & lib. de finib. ad c. cùm miniſter, 23. quæſt. 5. & in conſiliis lib. 1. tit. de conſtit.*

*Ex Philoſophis Plato in Minoe, & 12. libris de legib. Ariſt. 5. ethic. c. 1. & 7. & in libris politicorum, & alibi, ſæpe: Cicero tribus libris de legibus. Architas lib. de lege, & iuſtitia. Chryſippus lib. de lege, vt notat gloſſ. ad leg. 2. ff. de legib. vbi dictum quoddam Chryſippi*
2 *refertur, aliud Demoſthenis. Licèt autem de legib. Theologi, Iuriſperiti, & Philoſophi tractent: non tamen eodem fine, & modo. Nam Philoſophi ſolo lumine naturali nituntur, quos iuris ciuilis interpretes imitantur, qui iuſtam moralem philoſophiam loquuntur: vnde Vlpianus l. 1. ff. de iuſtitia, & iure,* Veram, *inquit,* Philoſophiam, & non ſimulatam affectamus, *& Cicero 1. de legibus dicit,* Ex intimis Philoſophiæ hauriendam eſſe iuris diſciplinam: *Quapropter non immeritò dixeris, iuris ciuilis prudentiam ſubordinari, & ſubalternari morali Philoſophiæ, & quidem iuriſperiti leges conſiderant, quatenus ad quietem, & pacem Reipub. neceſſariæ ſunt, vt patet l. vlt. ff. de legib. & l. 2. C. de veteri iure enucleando: quamuis, ſuppoſita in legiſlatoribus fide diuina, leges ciuiles multa ad ipſam, & Religionem Chriſtianam tuendam, & propagandam, ac proinde ad gratiam, & gloriam conſequendam ſtatuant, quod ſacri Canones maximè præſtant, quare plus habent ſupernaturalitatis, præſertim cùm procedant ex ſupernaturali poteſtate collata Petro in illis verbis Ioan. 21.* Paſce oues meas, *& ius diuinum imitentur, illique conformentur. Vnde Innocent. III. c. qualiter, & quando, de iureiurando, ait,* Sanctiones Eccleſiaſticas ex nouo, & veteri Teſtamento originem duxiſſe. *Theologi verò potiſſimè leges conſiderant, quatenus voluntatem dirigunt, & aſtringunt, ab eiſque pendent bonitas, & malitia, meritum, & demeritum humanorum actuum. Deinde Iuriſperiti per ſe loquendo, ſolas leges humanas conſiderant, vt habetur l. 1. ff. de conſt. Theologi verò præcipuè diuinas: quia magis ſpectant ad Deum, qui eſt obiectum Theologiæ, & magis participant de diuina reuelatione, quæ eſt ratio formalis ſub qua, obiecti Theologiæ.*

*Quo fine tot & tanti de lege tractent.*

*Theologi cur de legib. agāt.*

DISPV

Digitized by Google

# DISPVTATIO PRIMA
## DE NOMINIBVS, ACCEPTIONIBVS, CONDITONIBVS, AC DEFINITIONIBVS LEGIS.

### *Tractatus decimus quartus de Legibus.*

## SECTIO PRIMA.

*De etymologia Legis.*

3 *Lex vnde dicatur.*

IN primis legem à ligando dici, docet D.Thomas hac quæſt. 90. art. 1. Valentia punĉto 1. Gabriel 3.diſtin. 37.quæſt.vnica, art.1. Sot. 1. iuſt. quæſt.1.art.1.gloſſ. cap.lex eſt, d.2. vbi Archidiaconus ait,legẽ aliquando dici,quia ligat vinculis, & præceptis,ſecundùm Pol.idem Sylueſter, verbo, lex, in principio, Tabien. & Angelus ibidem, & Iacobus Vngarellus additione ad Angelum, Pariſienſis lib.de legib.cap.1. Antoninus 1.part.titu.11. cap.2. §.1. Gerſon alphab. 2.lit. P, idem ex Caſſiodoro docet Cliĉtouæus ſuper Damaſcenum 4.fidei cap.23.Maior 4.diſt. 1. q.4. in explicatione ſecundi termini.

Conſonat Scriptura,quę leges appellat Vincula, iugum, neruum, Actuum 15. *Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus*: & Ierem.2. *Fregiſti iugũ,rupiſti vincula,dixiſti,Nõ ſeruiam*.Pſal.2. *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum*. Iob 13. *Poſuiſti in neruo pedem meum*, id eſt,in cippo,vt omnes ferè Hebręi interpretãtur, & tranſlatio Regia Complutenſis, & Tigurina:& nomine nerui, aut cippi, legem intelligunt D. Thomas,Lyranus,& Carthuſianus ibid.

4 *Lex à legendo dicitur.* Deinde Iſidorus 2. etymol. c. 10. & lib. 5. c.3.& tranſlatũ eſt in c.ius generale,& c.lex.diſt. 1. dicit, legem à legendo dictam eſſe, quia ſcripta,ac proinde legibilis eſſe debet : in quo diſtinguitur à more, ſeu conſuetudine, quæ quidem ſcripta non eſt ; & alij dicunt, à legẽdo dictam eſſe:quia publicè legebatur,vel legenda proponebatur:legẽ enim Græci, teſte Demoſthene, ſic ferebant ad populum;in primis à legiſlatore palàm recitabatur : deinde in loco maximè conſpicuo perſcribebatur ad tertiam concionem vſque. *Lex qualiter ferretur apud Athenienſes & Romanos.* Tum à ſcriba legebatur, vt quiſque, ſiquid non è Repub. exiſtimaret, liberè proferret. Poſtremò Monothetis,qui ex iudicibus iurati deligebantur, dabatur, vt eam denuò perpendentes, vel exequerentur,vel antiquarent. At apud Romanos primùm deliberabatur à Senatu conſultante; num vtilis eſſet lex tunc ferẽda? deinde ſi è Repub. videbatur,proponi ſolebat populo tribusnundinis, in 3. autem nundinarum foro rogabatur populus à Conſule, hoc eſt, interrogabatur, an id placeret, quod patres ſtatuiſſent:ſi placere reſponderet,tunc

A lex tabulis æreis inciſa parieti affigebatur, vt ab omnibus legeretur,& obſeruaretur : inde lex rogatio dicitur apud Ciceronem Philippica 1.vide Pardulphum in lexico iuris verbo,lex.

Sunt qui dicunt, legem à legendò dictam, quia ſæpe legenda eſt,vt mentem inſtruat,& illuminet, iuxta id Pſalm.18.*Præceptum Domini lucidum,illuminans oculos*:& Pſalm.118.*Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis*: Prouerb.6.*Mandatum lucerna eſt,& lex lux,& via vitæ*.Hanc legis etymologiam ab Iſidoro traditam ſequitur Salmerõn tom.1.prologomeno 25.ex Ouidio 1.metamorph. *Cur lex à legendo dicatur.*

———*Nec verba minacia collo*
B *Ære legebantur.*

Et Sotus 1.iuſt.q.1.art.1.Ferdin.Mendoz.lib.3.diſp. iuris,cap.13.ſed non quadrat legi naturali; nõ enim eſt ſcripta, niſi metaphoricè, iuxta id Rom.2. *Cùm enim gentes, quæ legem non habent, &c. qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis*,ſcilicet, medio naturæ lumine,vt exponit Toletus ibi, & Hieronym. ad Algaſiam, quæſt. 8.tomo 3. ſicut etiam de lege noua ſcribitur Hiere.31. *Dabo legem meam in viſceribus eorum,& in corde eorum ſcribam eam*;quòd ſi lex naturæ,vel alia in corde ſcripta eſt,ibi legi debet.

Tertiò denique alij legem à legendo dictam arbitrantur,ſumendo legere pro eligere, ſeligere, ſeu 5 *Lex cur iterũ à legendo ſit dicta.*
C deligere: (nam hoc etiam ſignificat legere,vt dicit Varro 5. de lingua Latina, & patet ex Cicerone oratione pro Milone.) Vel quòd cũ magna,& prudenti electione ferenda ſit, vel quòd vnicuique oſtendat,quid ei deligendum ſit.Vnde Cicero 1.de legibus, à legendo dictam legem putat, quoniam vis delectus in lege eſt, idem ait Vida 2. de dignit. Reipubl. Conanus 1.commentariorum iuris ciuilis,cap.8.Sotus 1.iuſt. quæſt.1. art.1. Rada parte 2. controu.20.art.1.Caſtro 1.de lege pœnali,cap.1.& Auguſtinus quęſt.15.noui Teſtamẽti,inquiens,*Lex ab electione dicta eſt,vt è multis,quod eligas,ſumas*.Vide quæ dicimus ſect.9.in fine.

D

## SECTIO II.

*De nomine iuris,quod legi etiam conuenit.*

IVs varias habet ſignificationes,vt videre licet,l.1.vlt.& penult. ff.de iuſtitia & iure,& apud D.Thomam 2. 2.q. 97.art.1.eius interpretes ibi, & Molinam tractat.1. de iuſtitia, diſp. 2. quæ omnes ad duas reuocãtur, iuxta duas etymologias huius vocis, ius,quas ſcire expedit,iuxta id Vlpiani l.1.ff.de iuſtitia & iure,*Iuri operam daturum prius noſſe oportet, vnde iuris nomen deſcendat*. Prima eſt, vt 6 *Iuris varia ſignificationes.*



Digitized by Google

ius à iuſto,vel iuſtitia dicatur, quam deriuationem habet Vlpianus dicta l. 1. loquens tamen de iure pro iuriſperitiæ arte, ſeu ſcientia ſumpto; & Iuſtinianus Inſtitut.de iuſtitia & iure. §.1. Iſidor. 5. etymolog.c.3.& habetur c.2. diſt. 1. *Ius*, inquit, *dictum eſt,quia iuſtum eſt*.Solet autem iuſtitia dupliciter ſumi,vt latè oſtendit Molina ſuprà,diſp.1. Primò generaliter pro omni virtute,quia omnis virtus æquitatem ſeu æqualitatem aliquam facit,& omnis eius actus adæquatur regulæ, ſcilicet,rationi, & diuinæ voluntati. Secundò ſumitur iuſtitia pro virtute ad alterum,quæ vnicuique aliorum tribuit, quod illorum eſt,iuxta id Vlpiani, l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iure:*Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens*: ita etiam ius poteſt ſignificare quidquid eſt æquum & conſentaneum rationi, quod eſt obiectum omnis virtutis affectiuæ: vel poteſt ſignificare obiectum ſpecialis virtutis iuſtitiæ,quale eſt actio externa iuſta,quæ ius vocatur ab Ariſtot.5.ethic.c.7.& quamuis hæc poſterior ſignificatio ſit magis propria, & frequentiùs vſurpata: tamen ex illa generaliori poſuit hoc nomen ius ad legem ſignificandam transferri: quia vera lex ſemper præcipit quod eſt rationi, & diuinæ voluntati conſentaneum. Vnde Cicero 2.de legib. ait, *In ipſo nomine legis eſſe vim, atque ſententiam iuſti & iuris colendi*.& Ariſt.5.ethic.c.1.ait,*Iuſtitiam & iuſtū æquiuocè dici:nam iniuſtus eſt & qui à legibus exorbitat, & qui plus capit,atque iniquus, quare & iuſtum eſſe eum, qui legitimè facit, & eum qui æquus eſt, iuſtumque id eſſe,quod eſt legitimum & æquum; iniuſtum verò, quod eſt contra leges & quod eſt iniquum*, &c. Alij verò, vt Soto 3.iuſt.quæſt.1.art.1.magis placet,vt iuſtitia & iuſtum à iure dicantur; iuſtum enim dicitur, quia eſt ſecundùm ius, ſicut venuſtas dicitur à Venere, quia in ea Venus ſtare videtur,teſte Cicerone 2. de natura Deorum circa medium.Neç obſtat Vlpianus ius à iuſto deducens,nam,vt diximus,& notāt multi Iuriſperiti,loquitur de iure ſumpto pro iuriſprudentia,non pro lege,aut pro obiecto iuſtitię,Quod non aduertit Sotus 3.iuſt.quæſt.1.art.1.

*Ius quicquid æquum eſt, & conſentaneum rationi ſignificat.*

*Iniuſtus quis dicatur.*

7 Alia etymologia huius vocis, ius,à Latinis recepta, vt ex Calepino conſtat, eſt,vt ius quaſi iuſſus, vel iuſſum à iubendo dicatur:ita Rodolphus Agricola lib.de inuent.dialect. vnde antiqui iura appellabant iuſſa,vt inquit Pomponius Feſtus, quem refert Franciſcus Conanus 1. commentariorum iuris ciuilis cap.2.& ſic clarum eſt propriè ſignificare legem, præſertim poſitiuam,ſiue ſit ſcripta,ſiue non. Vnde Salluſtius in Catilinā dixit, *Ius eſt ciuilis æquitas,vel ſcriptis,& legibus ſancita,vel inſtitutis,& moribus recepta*. Et Iſidor,2. etymol.c.10. & lib.5.c.3.dixit, *Ius genus eſſe:legem autem iuris ſpeciem*,& habetur c.2.d.1. vbi Iſidorus de lege tātùm ſcripta loquitur, qua ſuperiùs eſt ius:nam vltra legem ſcriptam,morem ſeu conſuetudinem ambitu ſuo complectitur, & quamuis aliqui recentiores dicant,ius à iubendo dictum,non comprehendere primariam legem naturæ:quia hæç eſt ipſa rationalis natura: cenſeo tamen id eſſe falſum;quia,vt infrà videbimus,etiā lex naturæ primaria & propriè dicta, præceptū & iuſſio quædam eſt,nam omnis lex iubet,ac præcipit,vt Conanus ſuprà docet.Qui & aliā affert deriuationē iuris,vt ius dicatur à iuxta,quia *iuxta legem ſit, & ei adæquetur & accommodetur,veluti ſuæ regulæ*:ſic dicimur ius in re vel ad rem habere, quia iuxta legē ad me res illa pertinet,& ius habere ad aliquam actionem, quia lex mihi illam concedit.Itaque facultas, quam lex concedit,ius vocatur,& quia hoc ius ali-

*Ius à iuxta præpoſitione dicitur.*

A quādo in cognatione vel alia neceſſitudine fundatur;ideo neceſſitudo illa ius dicitur à Martiano l.fi. ff. de iuſt. & iur. imò & locus, in quo ius hoc dicitur,ius dici ſolet;ſicut locus,in quo Senatus cōgregatur,dicitur Senatus,vt docet D.Tho.2.2.q.57.art.1.ad 1.& Paul.l.pen.ff.de iuſt.& iur.ſic Terētius, *In ius ambula*, ſic etiā dicimus aliquē in ius vocari:ſic etiā Gręcis,ἀγορὰ,& Forēſis,actio,& forum dicitur.

Aduerte autem, ſcriptores aliquādo diſtinguere ius ab æquo & bono,vt ex Budæo,&aliis notat Viues 2.ciuit.c.17.ſicque dixit Cicero in Bruto:*Craſſus multa contra ius ſcriptum pro æquo, & bono dixit*. Loquuntur hi auctores de iure, prout ſignificat legē humanam,quæ licèt iuſta ſit, & in cōmuni iuſtum B & æquum præcipiat:aliquando tamen in particulari,ita ceſſat eius ratio contrariè, vt iniuſtum & iniquum ſit eam ſeruare:qua ratione ad virtutem epikaiæ pertinet aliquando agere contra verba legis, vt iuſtum & æquum, quod ab ea per ſe & formaliter intenditur,obſeruetur:de qua re vide Paul. l. in omnib.ff.de regul.iur.Budæum initio annotationū ad Pandectas,& Sotum ſuprà.Hoc igitur modo diſtinguitur ius à bono, & æquo, & illi contrariatur materialiter potiùs quàm formaliter:quia verba legis materialiter ſumpta, ſonant, quod hîc,& nunc, iniquum,& iniuſtum eſſet: Atque hoc etiam voluit Iſidorus 5.etym.c.2.cùm dixit, *Fas lex diuina eſt, ius lex humana*,& habetur d.1.c.1.vbi hoc exemplo explicatur:*Tranſire per agrum alienum fas eſt,ius non eſt*, C quia nimirum lex humana per ſe potiùs prohibet illum tranſitum,tamen ſi ex rationabili cauſa,præſertim abſque detrimento, id fiat, licitum eſt iure diuino.Sic explicat gloſ.ibi,&Henric.quodlib.9 q.26.quamquam D.Thom.2.2.q.57.art.1. ad vlt. aliter verba illa exponat: vt nomen iuris ſecundùm ſpecialem quamdam proprietatem magis cōueniat legibus,quæ ordinātur ad Deum;quia Deo nō poſſimus reddere æquale, & ideo reſpectu Dei lex potiùs fas,quàm ius appellatur. Sed iam in communi vſu ius accipitur pro quacunque lege,& ita in præſenti vocem iſtam vſurpabimus.Sic Ariſt.1.polit.c.2.dixiſſe videtur,*Ius eſſe iuſti iudiciū,& ordinationem* D *ciuilis ſocietatis*,primo nomine legem naturalem,ſecundo ciuilem indicans.Sicut autem medicina primò ſignificat medicū, quo ſanitatem cōſeruamus, vel recuperamus: ſecundariò autem per tranſlationem,& analogiam,artem,qua tale medium cognoſcitur;ita à iure ſumpto pro lege tranſlatum eſt nomen ad ſignificandum ſcientiam legis, ſeu legum, & ita Celſus apud Vlpian.l.1.ff.de iuſt.& iur. dixit, *Ius eſſe artem boni & æqui*,vt ait D. Thom. 2.2. q.57. art.1.ad primum.

8 *Ius ab æquo & bono aliquando diſtinguitur.*

*Ius & fas quomodo diſtinguantur.*

## SECTIO III.

*Quibus nominibus lex ab Hebræis, Græcis & Chaldæis vocetur.*

E LEx Græcè νόμος,dicitur à verbo,νέμω,ſeu νομίω,quod ſignificat paſcere,regere, inſtituere,& inſtruere: vel, vt inquit Cic.1.de legib. Vida 2.de dign.Reip. Azor lib.5.c.1.q.1.Pardulphus in lexico iuris,verbo,lex,tribuere,quia lex ius dicitur. Vnde Cicero 1. de legib.ſi lex ius quoque: ſunt etiam qui dicāt,leges Græcè νόμος dictas, quia harmoniā & cōcenſum muſicū ſignificat;quo leges olim ferebantur, vel memoriæ mādabantur, vnde Ariſt.ſect.19.problem.28. ait, *Cur leges pleræq; cantilenæ appellantur? an quòd homines priuſquam literas ſcirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarent:* quod

9 *Lex quare Græcè νόμος dicatur.*

Digitized by Google

*quod etiam in noſtra ætate Agathyrſis in mare eſt.* Andreas etiã ab Exea rub. de conſt. in fine notat, quòd veteres priuſquam litteras ſcirent, leges cantabant, ne eas obliuioni darét, vt inquit Rhodiginus lib. 9. lect. antiq. c. 8. ea fortaſſis ratione etiam Dauid dicebat: *Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Chaldæis lex אוריתא *buraretha* vocatur à verbo, הור *hur*, quod ſignificat illuminare: nã lex illuminat, vt diximus, & colligitur ex Iſai. 51. *Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet.*

*Pſal. 118.*
*Chaldaicè vnde nomen habeat.*

10 Hebraicè lex appellatur תורה *Torah*, ſeu *Thorah*, id eſt, doctrina, inſtitutio, & præſcriptio, à verbo ירה *iarah*, quod eſt docere, dirigere, & ordinare. Valentia diſp. 7. q. 1. punct. 1. Genebrar. Pſ. 22. verſu 1. Ratio verò eſſe videtur: quia lex dirigit, & quod rectũ eſt, præſcribit. Vnde Hiſpanicè leges *derechos*, vocãtur, vt obſeruauit Salazar ratiocin. 1. in ſymbolum fidei c. 4. quo etiam loco ait, parum ab hac legis ſignificatione diſcedere, qui תורה *thorah*, à verbo, תור *thur*, vt diſponere, & in ordiné redigere, ſignificat, deducunt. Qua in re Pineda Iob 22. verſ. 22. num. 3. dicit, aliquos deducere à verbo, ירה *iarah*, quod ſignificat pluere, irrigare, perfundere: quare commune ac ferè idem eſt nomen pluuię, doctoris, ac legiſlatoris. Vnde Iſa. 30. *Non faciet auolare à te vltra doctorem tuum*, ex Hebræo legitur, *Nõ elongabit à te pluuiam*, plura in huius rei confirmatione adducit Pineda ibi, quibus addere poſſumus id Pſ. 83. *Etenim benedictionem dabit legiſlator*, id eſt, abundantiam & copiam doctrinæ, velut imbrem: Hebraicè, *inducet doctor*: quia qui legem Dei alios docet, multas ſibi & illis benedictiones acquirit: *dabit*, id eſt, proferet, edet, profundet; interpretatur Genebrardus.

*Hebraicè cur lex dicatur* תורה *thorah.*
*Legem Dei docens multas ſibi acquirit benedictiones.*

Numero autem 2. retulerat Pineda deducentes nomen, תורה *thorah* à תור *thor*, quod eſt explorare, aut circumquaque luſtrare, & obſidere; quia lex vniuerſa eſt diligenter exploranda, & vndequaque cuſtodienda & obſernãda: nam, *Qui offendit in vno, factus eſt omnium reus*, Iacob. 2. quod Salmeron to. 1. prologom. 9. c. 25. & tom. 16. diſp. 3. in epiſt. Iacobi, intelligit, non formaliter, ſed cauſaliter, quia vnius præcepti violatio reddit hominem promptum ad cætera violanda. Aliam expoſitionem adducit ibi Salmeron ex Greg. 19. moral. c. 16. nam qui in vno peccat, mortificat omnia merita præterita, efficitque, vt nullum eius opus preſens ſit ei meritorium. Vnde Eccleſ. 9. *Qui in vno peccat, multa bona perdet.* Priori expoſitioni concinit Ariſt. 5. polit. c. 7. dicens, *Quãdo aliqui amittunt aliquid ex his, quæ ad Rempub. pertinent, ac deinde aliud paulò maius, faciliùs mouent, quouſque totam moueant Reip. formã.* Quod exemplo Reip. Thuriorum confirmat. Tota ergo lex meditanda & cuſtodienda eſt: vnde de iuſto dicitur in Pſal. 1. *In lege Domini voluntas eius* (vel vt Hebraicè habetur *voluptas eius*) *& in lege eius meditabitur die ac nocte.*

*Lex Hebraicè cur ab Hebræo* תור *thor deducatur.*

## SECTIO IIII.

*De variis acceptionibus legis.*

11 LEx primò ſumitur pro quacumque regula præſcribente modum aliquem operandi, cum quadam neceſſitate, vt ad finem aliquem perueniatur, & vitium, pœna, aut incõmodum aliquod vitetur. Hanc legis acceptionem tradit D. Tho. hac q. 90. art. 1. dicens, *Legem eſſe quamdam regulam, & mẽſuram; ſecundum quam ducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur.* Quæ acceptio valde lata, & generalis eſt: Sic enim lex locum habebit in creaturis irrationalibus: in quibus tamen non eſt lex propriè; ſed metaphoricè diuina virtus, vel inclinatio naturalis neceſſitatem illis imponens, vocatur lex. Prouerb. 8. *Quando certa lege & gyro vallabat abyſſos*, & infrà, *Legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.* Iob 28. *Quãdo ponebat pluuiis legem*, & c. 38. *Quis poſuit menſuram eius, ſi noſti?* & infrà: *Quis concluſit oſtiis mare? circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia, & dixi; Hucuſque venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos.* Vbi Pineda ait, terminos Dei vocari leges & ſtatuta Dei, intra quorum limites res continentur: quod confirmat id Pſal. 148. *Statuit ea in æternum: præceptum poſuit, & non præteribit*; & Pſal. 103. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur.* Iuxta hanc etiam ſignificationem naturalis inclinatio appetitus ſentientis, lex vocatur. Rom. 7. *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Vnde Auguſtinus quæſt. 1. ad Simplicianum ait: *Legem appellat Paulus in membris ſuis, onus ipſum mortalitatis, in quo ingemiſcimus grauati; per quod etiam fit ſæpe vt inuitè delectet, quod non licet: quam ſarcinam prementem & vrgentem ideo legem appellat Apoſtolus, quia iure ſupplicij iudicio diuino tributa, impoſita eſt ab eo qui præmonuit hominẽ dicens, Qua die manducaueritis, morte moriemini*, & hoc lex repugnat legi mẽtis dicẽti, *Nõ cõcupiſces.* In quibus verbis Auguſtinus inſinuat aliã rationem: propter quam fomes dicatur lex; nimirum, quia eſt effectus, & pœna legis vindicatiuę, quia Deus in pœnam peccati abſtulit originalem iuſtitiam, qua ſublata, conſecutum eſt vt concupiſcentia maneret inordinata, legiſque mẽtis repugnaret. Sic explicat D. Thomas hac q. 90. art. 1. ad primum, & q. 91. art. 6. iuxta quod lex hæc, diuina, dici poſſet, ſed in Enchiridio Concilij Colonienſis in explicatione Decalogi, §. lex denique, lex diabolica, & lex peccati appellatur: quia à peccato, quod ſuggeſtione diaboli commiſſum eſt, emanauit.

*Lex quot modis ſumatur.*
*Irrationalia cur legi ſubiecta ſint.*
*Appetitus naturalis lex dicitur.*
*Fomes cur lex dicatur.*

12 Neque mirum, ſi fomes, qui eſt obiectum, & effectus diuinæ legis vindicatiuæ, appellatur lex: nam effectus & obiectum ſolet nomen cauſæ ſumere, ideo opus legis appellatur lex, Rom. 2. *Non auditores tantùm ſed factores legis iuſtificabuntur.* & Ioan. 7. *Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem.* Quamuis his locis nomine legis ipſum præceptum intelligi poſſit: & lex fieri dicitur, quando ſeruatur & impletur, & quando fit, quod ea imperatur. De hac lege vide diſp. 2. ſect. vlt.

Iuxta eandem legis acceptionem regulæ, & pręcepta cuiuſlibet artis leges dicuntur, vt regulæ cõgruè loquendi appellantur leges Grammaticæ: ſimiliter leges mercaturæ, poëſis, & aliarum artium, vt notauit D. Thomas q. 91. art. 6. Hinc apud Columellam lex oleæ legendæ, lex oleæ faciendæ, lex vini pendentis: ſic etiam Plato in Minoë triplicem conſtituit legem: naturæ, id eſt, naturalium agentium, artis, & morum, & omnes præceptiones artium, leges appellat: & Cicero 3. de oratore: *Hanc ad legem formanda oratio erit*, & Iuuenalis ſatyra 7.

*Sic ingens rerum numerus iubet, atque operum lex.*

*Regula & præcepta cuiuſlibet artis leges nominantur.*

Sicut tamen rectitudo artis non denominat hominem ſimpliciter rectum & bonum, ſed ſecũdùm quid, ita lex artis non eſt lex ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.

Secundò accipitur lex pro conditione, vt in cõtractibus paſſim dicitur, Ea lege & conditione. Sic Cicero Tuſcul. 3. *Ea lege eſſe nos natos, vt nemo in per-*

*Lex pro conditione ſumitur.*

petuum poſſit expers eſſe mali: ſic accipitur lex, l. in lege. l. hac lege, l. cum in lege, ff. de contrahenda emptione. Hinc contractus ipſe, lex dicitur, l. ſi dominus. 8. ff. de præſcriptis verbis, & legem locationis Paulus dixit, l. ſi in lege. 24. ff. locati, & Varro 2. de re ruſtica cap. 3. *In lege locationis fundi accipi ſolet, &c.* & cap. 11. *In emptionibus iure vtimur eo, quod lex præſcripſit: in ea enim alij plura, alij pauciora excipiunt.* & in edicto de ſuperficiis l. 1. *Vti ea lege locationis ſiue conductionis.* Vide etiam l. 6. ff. communia prædiorum, & Iuſtinian. §. vltimo de locato & conducto, ait: *Conductor omnia ſecundùm legem conductionis facere debet, & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare.* Vide alia apud Paradulphum in lexico iuris verbo, lex.

*Lex pro præcepto Superioris ſiue iuſtum ſiue iniuſtum ſit ſumitur.*

13 Tertiò accipitur, lex, pro præcepto Superioris, etiam ſi ſit iniquum, & inutile, aut alia ratione non obligans: quæ acceptio lata etiam & impropria eſt, quamuis enim latè leges iniquæ; & quas non tenemur ſequi, dicantur leges, vt Iſaiæ 10. *Væ qui condunt leges iniquas.* & Ariſtotel. 5. ethicor. cap. 1. *Lex alia iubet, alia vetat, rectè quidem ea, quæ rectè poſita eſt, deterius autem ea, quæ inconſultè,* vel, vt alij vertunt, quæ tumultuariè, *eſt exarata:* tamen ſimpliciter ſola lex iuſta, & quam ſequi tenemur, eſt lex: ideo D. Thomas artic. 1. ad tertium, & quæſtione 96. art. 4. & Adrianus libr. 6. artic. 1. dicunt, præceptum de re turpi, ſeu iniuſtum non eſſe legem ſed iniquitatem: & Auguſtinus 1. de libero arbitrio cap. 5. *Lex,* inquit, *mihi non videtur, quæ iuſta non fuerit:* idem ait, 19. ciuit. cap. 21. Cicero 1. de legibus ait, *In ipſo nomine legis interpretando, ineſſe vim & ſententiam iuſti, & iuris colendi.* & 2. de legibus ait, *Eos, qui leges iniuſtas condidere, quiduis potius tuliſſe, quàm leges.* Huiuſmodi ſunt leges mundi, leges duelli, & ſimiles, quas non eſſe propriè leges, confirmat Caſtro 1. de lege, cap. 1. quia lex eſt ſpecies iuris, cap. ius generale, diſtinct. 1. ius autem eſſe nequit, quod iniuſtum eſt. Idem docent Caietanus & Armilla verbo, lex, in princ. Rada 2. part. controu. 20. art. 1. & Clemens Alexandrinus 1. ſtrom. non procul à fine, vbi ait: *Lex non eſt quæuis opinio: non enim eſt ea, quæ eſt mala: ſed lex eſt opinio bona: bona eſt autem, quæ eſt vera, &c.* Item Plato in Minoë: *Nec enim congruit, iniquam conſtitutionem legem eſſe,* & ſtatim ait, *Legem eſſe opinionem non prauam:* ſed probam & veram. Ibidem: *Non rectum nequaquam lex regia: quia iuſtitia quippe deeſſe videtur; cum illegitima ſit.* Idem docet Ariſto. 5. ethic. cap. 2. & Demoſthenes contra Democratem ait, *Legem iniuſtam non legem, ſed legis interitum eſſe,* & Vida 2. de Reipub. dignitate, poſtquam latè docuit, legem iniquam, legem non eſſe, pulchra hæc verba ſubiungit Honorius 3. *Legem iniuſtam, peſtem appellat.* Innoc. 3. *Iniquam conſtitutionem deſtructionem eſſe* ait, & B. Thomas inquit, *Lex ſine ratione peruerſitas eſt, non lex,* & alibi: *Placitum Principis iniuſtum, non eſt lex, ſed iniquitas:* Lucas Peneus, *Non eſt lex, ſed fæx;* Baldus, *Non lex, ſed lis:* Marius, *Non lex, ſed labes.* Addo, *Lex iniqua non eſt lex, ſed error; ſed tyrannis; ſed corruptio, & quiduis potius, quàm lex.* Vide Simancas 4. de Rep. c. 19.

*Lex iniuſta non eſt lex.*

*Lex iniuſta non eſt lex ſed legis interitus.*

14 Quòd verò Clemens Alexandrinus 1. ſtromat. & Baſilius Iſaiæ 1. & Plato ſuprà, & l. 2. ff. de legibus aiunt, legem eſſe regulam iuſtorum & iniuſtorum, non indicat, legem præſcribere actiones iuſtas, & iniuſtas: ſed has prohibere, illas imperare: vel iuſtos & iniuſtos ligare.

Et quamquam conſilium boni operis interdum dicatur lex, in quo ſenſu aliqui interpretantur D. Thomam q. 19. art. 4. dicentem, rectitudinem omnis actus pendere à lege, ſcilicet, præcipiente, conſulente, vel concedente illum: cùm tamen Sanctus fortè ſolùm velit, rectitudinem ex eo pẽdere, quòd contra legem non ſit; cæterum propriè loquendo, lex non eſt, niſi quæ aliquam obligationem inducit. Vnde nec lex permiſſiua eſt propriè lex, niſi fortè, quatenus obligat iudices ad non puniendũ eos, qui actus permiſſos exercent. Quo pacto fortaſſis etiam leges permiſſiuę leges propriè dici poterunt.

*Rectitudo omnis actus pendet à lege.*

Nõ tamen eſt neceſſe legem obligare ad actum; ſatis eſt obligare ad modum, ſicut interdũ non obligamur ad orandum; ſed ad habendam attentionẽ, ſi oramus: itaque omnis lex propriè dicta ad aliquid obligat. Vnde Hieron. 1. cõtra Iouinia. *Quod præcipitur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri, ſi non fiat, pœnam habet:* & infrà, *Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt, vbi præceptũ, neceſſitas eſt ſeruientis,* & Ambr. lib. de viduis, *Vt intelligas diſtantiam præcepti, atque conſilij illum recorderis, cui in Euangelio antea præſcribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium committat, ne falſum teſtimonium dicat; præceptum enim ibi eſt, vbi eſt pœna peccati. At verò cùm ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe, conſilium ei datur, vt vendat omnia & ſequatur Dominum: hæc enim nõ præcepto imperatur, ſed pro conſilio deferuntur.* Et Modeſtinus l. legis virtus, ff. de legibus, quem imitatur Alphonſus Hiſpaniæ Rex, l. 5. tit. 1. part. 1. ait: *Legis virtutem eſſe imperare, quod ſit afferendo neceſſitatem aliquam:* ergo ad eſſentiam legis pertinet obligare, & in hoc diſtinguitur à cõſilio ſecundùm D. Thom. q. 108. art. 4. & Ambr. lib. de viduis. Porrò lex, & alia Superiorum mandata, pręcepta dicuntur, quia ſunt regulæ, præ aliis acceptæ, & electæ. Cur autem lex dicatur, ſtatutum, & conſtitutio, vide apud Syluest. verbo lex, in principio, quamuis non omnis cõſtitutio lex propriè ſit, vt de ea quæ ſolũ irritat, aut permittit aliquid, docet Valentia diſput. 7. quæſtio. 1. puncto 1. verſic. 4. quod cùm de effectibus legis agemus, examinabimus. Bene autem Valentia ibidem verſic. 5. notat, per Synechdochem totam aliquam doctrinam, diſciplinam, & religionem, in qua leges continentur, vocari legem. Sic, quæ continentur in Pſalm. Iſaia, vel aliis Prophetis, aut libris hiſtoricis, dicuntur in lege veteri contineri, vt docet Auguſtinus 1. tracta. c. 25. Hieronymus ad Algaſiam, q. 8. Nyſſenus præfatione in Cantica. Patet ex Ioan. 15. *Vt compleretur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis.* Quod tamen habetur Pſalm. 24. *Odio iniquo oderunt me,* id eſt, odio in violentiã, rapinam, & iniuriam prorumpente, & citra meam culpam concepto, vt Genebrardus ibi interpretatur. Gal. 4. *Qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis: ſcriptum eſt enim, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla: alterum de libera, &c.* Quod quidem Geneſ. 16. & 25. ſcriptum reperitur, & 1. Corint. 14. *In lege ſcriptum eſt, quoniam aliis linguis, & aliis labiis loquar populo huic:* Quod tamen ſcriptum eſt Iſaiæ 28. iuxta Hebræum, & Aquilam, à quibus non re, ſed verbis tantùm diſſidet vulgata: *In loquela labij & lingua altera loquetur.* Et Ioann. 10. *Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra: Ego dixi, dij eſtis:* Quod tamen reperies Pſ. 81. de hoc vide Pinedam Iob 22. verſ. 22. num. 1. qui ex Nyſſeno ſuprà, aliã reddit rationem, cur tota Scriptura lex appelletur, ſcilicet quia tota, etiam ſecundùm hiſtoricas narrationes, mentem inſtruit. Quo 15
ſenſu Hilarius Pſal. 118. dixit quidquid ex ore Dei excipimus, lex nobis futurum eſt.

*Lex omnis ad aliquid obligat.*

*Lex & conſilium diſtinguuntur.*

*Legis nomine doctrina tota ſeu diſciplina vocatur.*

*Quidquid ex ore Dei excipimus, lex nobis futurum eſt.*

Addit Hieronymus illa q. 8. etiam myſticam Scripturæ

pturæ intelligentiam, legem appellari: quod cõfirmat ex Paulo ad Rom.7. *Lex ſpiritualis eſt.* Sed non video qualiter id ex Pauli teſtimonio colligi poſſit: Paulus enim de lege propriè & preſsè ſumpta loquitur: vt ex orationis filo conſtat, eam verò ſpiritualem appellat, vt bene Toletus ibi, quia ad ea, quę ſpiritus ſunt, & ad virtutes, honeſtaque viuẽdi formam exhortatur à vitiiſque animum reuocat. Sæpe tamen in Scriptura lex à Prophetis diſtinguitur, vt Matth.11. *Omnes Prophetæ & lex vſque ad Ioannem* & c.22. *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.* Luc.24. *Neceſſe eſt implere omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis de me*, & Ioan.1. *Lex per Moyſem data eſt.*

## SECTIO V.

*Vtrùm lex ſit actus intellectus.*

16 Poſtquam etymologiam legis expoſuimus, rectus doctrinæ ordo poſtulat, vt eius eſſentialia prędicata inueſtigemus, & primùm, an eſſentialiter ſit actus elicitus intellectus: quia de hoc magna eſt inter Doctores controuerſia: quæ communis eſt legi cum cæteris præceptis, quæ leges propriè non ſunt.

*1. Opinio. Lex eſt actus à voluntate Superioris.*

Prima opinio ait, eſſe actum elicitum à voluntate Superioris, nõ ab intellectu. Caſtro 1. de lege pœnali c.1. dicens, apertè errare eos, qui oppoſitũ ſentiunt. Proferũtur plurimi auctores pro hac ſententia, qui eam non exprimunt: nam Durandus 2.d.24. q.2.n.13.& 33. ſolùm dicit, aliquos actus naturę intellectualis, eſſe imperatos ab intellectu & voluntate, ſeu libero arbit. Bonauentura autẽ 3.d.17.ar.1. q.1.n.12.ad 3.& Anſelmus de concep.virg.c.4. ſolũ aiunt, regnum & imperium eorum, quæ ſunt in homine ipſo, eſſe in voluntate. Scotus 3.d.36. art.2.§. quantum ad illum articulum, & §. licet iſtud, ſolùm ait, voluntatem imperare intellectui, 2. autem d.6. q.1.& d.38.q.1.ad vlt. & quodlib. 17. art.2. tantùm ait, ordinare vnum ad aliud, vt medium ad finem, ad volũtatem pertinere: quod etiam docet ſupplementum 4.d.38.q.1.art.1.not.1.poſt medium. Palacius diſp.1.§.at verò diſcrepantię. Vazquez 12.diſp. 49.c.1. nec eſt alienum à D.Tho. nam 1.part. q.108. art.5. ait, angelum ſua voluntate conceptum ſuum ad alterum angelum dirigere, & ordinare, & 2.2.q. 58.art.5. iuſtitiam, quę in voluntate exiſtit, ordinare vnum hominem ad alterum. Almain. etiã 1.moral. c.2. ſolùm ait, voluntatem imperare ſibi, & aliis potentiis, & lib.3.c.2. imperium, quo homo ſuis actibus imperat, non eſſe actum intellectus; ſed voluntatis: quod etiam dicit Henricus quodlib.9.q.6. Ange. c.1.moral. parte 3.corol.3. Okam 3. q.12. art.4. Vnde nullus horum loquitur de imperio obligante ſubditum ſub culpa aliqua: quod ſolùm imperiũ habet rationem legis, de qua hîc loquimur, & Caſtro pro ſe nullũ ſcholaſticum Doctorem profert. magis ei fauet Medina codice de oratione, q.2. qui, quamuis q.1. dixerit, orationem eſſe expreſſionem deſiderij, quod ſanè ad intellectũ pertinet, ſi de interiori expreſſione ſermo ſit: tamen q.2. imperium internum, quod ad homines dirigitur præcipiẽdo, *fac hoc*, ait, eſſe actum elicitum voluntatis, & nõ intellectus: & idem ait de oratione interna, quæ ad Deum, vel homines dirigitur, petendo, *da hoc*. Cùm ergo lex, ſi eſt actus internus, debeat eſſe internum præceptũ ad ſubditos directum, ex Medinæ ment aſſerendum videtur, legem eſſe actum elicitum voluntatis.

A Quod, cuiuſcumque opinio ſit, his argumẽtis ſuaderi poteſt. *1. Argum.* Primùm quia in Scriptura & iure lex Dei, vel alterius principis, voluntas appellatur Pſal.102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſraël voluntates ſuas*, id eſt, præcepta ſua, & Pſal.39. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatẽ tuam:* id eſt, legem tuam; vnde ſubditur, & *Legem tuam in medio cordis mei.* Matth.6. *Fiat voluntas tua:* id eſt, ſeruetur lex tua, & Luc.22. *Non mea voluntas: ſed tua fiat.* Matth.7.& 12. *Qui fecerit voluntatem Patris mei.* Ioan.4. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ Patris mei*, & 2.Machab.1. *Deus det vobis cor, vt faciatis eius voluntatem:* id eſt, legem, & l.1.ff.de conſtit.principũ, & §. ſed quod, Inſtit. de iure natur.gen.& ciuil. dici-
B tur, *Quod Principi placuit, legis habet vigorem*, & §. conſtat eod.tit. dicitur, *Principum placita leges eſſe*, & Aug.4. ciuit.c.6. ex Iuſtino Hiſtorico refert, *Olim arbitria Principum pro legibus fuiſſe*, & Ariſt. in Rhetorica ad Alexand.c.1.& 2. ait, *Legem eſſe communem ciuitatis conſenſum, qui ſcriptis præceperit, quomodo vnumquodque agendum ſit.*

*2. Arg.* Secundò, quia lex dicitur à legendo, id eſt, eligendo, vt ſuprà vidimus: electio autem eſt actus elicitus voluntatis: ergo & lex. *3. Arg.* Tertiò, quia lex eſt regula cui conformari tenemur: hęc autem regula eſt voluntas Superioris: ergo ea eſt lex, & quidam voluntatem Dei eſſe legem æternam, apertè docuit Gregor.1.d.vlt.q.vnic. & Petrus Aliacenſis 1.q.14.
C lit.L, M, & Q: eſſe autem primam regulam actionum noſtrarum D.Thom.2.2.q.104. art.1. ad 2. & Anſelmus lib. de voluntate Dei, parum à medio, ait, tunc tãtum eſt bona voluntas humana, quãdo vult illud, quod Deus vult eam velle, & ſic concordat cum diuina, quæ magiſtra eſt humanæ. *4. Arg.* Quartò, quia eo ipſo quòd in Superiore intelligamus voluntatem obligandi ad actus, ad quos obligare poteſt, ſufficiẽter expreſſam & promulgatam exteriùs, intelligimus legem, & per eam manemus obligati, & ita D.Thom.2.2.q.104.art.2. ait, voluntatem Superioris, quacumque ratione innoteſcat ſubdito, eſſe quoddam præceptum: *Voluntas Superioris, eſt quoddam præceptum.* quod intelligi debet de voluntate obligãdi: ergo in tali voluntate conſiſtit
D lex: *Confirm.* confirmatur quia lex eſt, actus elicitus potentię, in qua eſt vis obligandi: ſed in ſola voluntate eſt vis obligandi: ergo. *5. Arg.* Quintò actus, in quo lex conſiſtit, eſt vſus dominij iuriſdictionis: vſus autem cuiuſlibet dominij eſt actus elicitus voluntatis: ergo actus, in quo lex conſiſtit, eſt actus elicitus voluntatis. *6. Arg.* Sextò, quia ordinare in finem pertinet ad voluntatem; per legem autem homines ordinantur in finem: ergo. *7. Arg.* Septimò, quia D.Thomas quæſt. 90. art.1. ad tertium, ait, voluntatem Principis, vt habeat rationem legis, debere eſſe ratione regulatam, & ſic intelligi, quod dicitur, *Voluntatem Principis legis habere vigorem:* apertè ergo ſentit; talem voluntatem eſſe legem. *8. Arg.* Octauò, velle Imperatores
E eſſe legem non ſcriptam, expreſsè docet Nazianzenus oratione 47. quæ eſt prima in Iulianũ: quod notat Billius ibi, num.36. & confirmat ex legibus aſſerentibus, *Quod Principi placuit, legis habet vigorem.* Gerſon etiam alphabet.61. de vita ſpirituali, lectione ſecunda, littera K, ait, ſecundùm Baſilium in Hexamer. & Ambroſium in eodem libro, & Boëtium, voluntatem Dei eſſe legem creaturæ irrationalis: idem autem de lege creaturæ rationalis dicendum videtur: ergo ea etiam conſiſtit in actu voluntatis. *9. Arg.* Nonò, quia non poteſt declarari, quis actus intellectus ſit lex: ergo dicendum eſt conſiſtere in actu voluntatis, quo



Digitized by Google

10. *Arg.* vult ſubditũ ad aliquid obligare. Decimò, quia legis eſt imperare, vetare, permittere, & punire, c. omnis autem lex, diſt. 3. & l. legis virtus, ff. de legibus, & in regno Hiſpaniæ, l. 5. tit. 1. part. 1. omnia autem hæc ad voluntatem Superioris ſpectãt. Vndecimò,
11. *Arg.* intellectio omnis eſt vera, vel falſa: lex autem non eſt vera nec falſa; ſed iuſta, vel iniuſta: ergo non eſt intellectio, vt concludere videtur Pariſienſis tract. de virtute fol. 63. col. 2. vnde Rada tom. 2. controu. 20. art. 1. ait, legem principaliùs ad intellectũ, quàm ad voluntatem pertinere.

17 Secunda opinio affirmat, legem eſſe aliquid exiſtens in intellectu Superioris. Videtur D. Thomæ, q. 90. art. 1. in corp. & ad 1. & 2. vbi docet, legem pertinere ad rationem, & eſſe in ipſa ratione; & ita illum intelligunt, & ſequuntur Caietanus, Conradus, Medina, Seraphinus, & alij Thomiſtæ ibi, & tam D. Thom. quàm illi idem docent in toto diſcurſu huius materiæ. Idem expreſsè Valentia diſpu. 7. q. 1. puncto 2. Sotus 1. iuſt. q. 1. art. 1. Azor tom. 1. libr. 5. cap. 2. quæſt. 1. Turrecremata cap. officium, diſt. 3. in princ. Alenſis 3. part. q. 26. initio. Antoninus 1. part. tit. 4. c. 10. vbi imperium, etiam quod ad alium dirigitur, ait eſſe actum intellectus. Sed clariùs ſententiam hanc docet tit. 11. c. 2. §. 1. Syluester, Angelus, Tabiena, Piſana, verbo lex, in principio, indicat Corduba. lib. 2. q. 10. vbi generatim ait, *Imperium eſſe actum intellectus moti à voluntate*; & videtur intelligere non ſolùm de imperio, quo quis ſibi imperat: ſed etiam, quo imperat aliis: quod etiam ſignificat D. Thomas quæſt. 17. artic. 1. & q. 57. art. 6. & q. 58. art. 4. q. 60. art. 1. & 2. 2. q. 47. art. 8. & q. 50. art. 1. 2. & aliis, actus imperandi, & præcipiendi tribuens intellectui & prudentiæ, & intelligens etiam de imperio, quod ad alios dirigitur. Vt expreſsè etiam Richardus 3. diſt. 33. art. 2. q. 6. ad tertium, & 4. diſt. 15. art. 4. q. 1. ſimiliter ait, orationem eſſe actum intellectus, non indicatiuum; ſed ſupplicatiuum. Hanc etiam ſententiam quantùm ad legem æternam, & naturalem expreſsè docuit D. Thomas q. 19. artic. 4. vtramque enim, rationem, vocat. Eandem amplectitur Vazquez diſput. 49. c. 2. diſp. 150. c. 3. & 4. & alibi ſæpe, ſi ſermo ſit de lege poſitiua diuina, vel humana: ſed de primaria lege naturali putat, eſſe ipſam rationalem naturam; quia eſt regula actuum humanorum: nam qui eſt conſentaneus naturæ rationali eo ipſo eſt bonus; qui verò diſſentaneus, eo ipſo eſt malus. Fatetur tamen, ſecundariam legem naturalem in Deo imperante eſſe actum diuini intellectus imperantis ſuppoſita voluntate: in nobis verò eſſe actum intellectus noſtri iudicantis, aliquid eſſe neceſſarium, vel diſſentaneum naturæ noſtræ rationali.

*2. Opinio. Lex eſt aliquid exiſtens in intellectu Superioris.*

*Imperium eſt actus intellectus motus à voluntate.*

*Fundamenta 2. opinionis.*

Hæc ſecunda opinio ſuadetur: quia Scriptura, Patres, Philoſophi, & Iuriſconſulti legem tribuunt rationi: Sapientia Prouerb. 8. ait: *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: per me Principes imperant & potentes decernunt iuſtitiam.* Sed aliqui huius ſententiæ autores ingenuè fatentur hoc teſtimonio parum confirmari: nam, vt inquit Vazquez diput. 49. cap. 2. etiamſi lex eſſet actio elicita à voluntate, rectè dicerentur Principes per ſapientiam iuſtè & legitimè imperare, ſicut & per ſapientiam dicuntur ſeruare iuſtitiam, & rectè operari; quia per illam diriguntur. Vnde omiſſo hoc teſtimonio probant ſuam opinionem ex Pſalmo 18. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, id eſt, lex Dei pura & munda, mentes hominum cæcas illuſtrans; vt interpretatur Genebrardus: item Pſalm. 24. *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via*, id eſt, legem, quæ oſtendat peccatoribus viam pœnitentiæ & rectè viuendi, vt cum Hebræis exponit Genebrardus, addens, ſolere Hebræos verbum docendi ſiue inſtruendi paraphraſticè vertere, *Legem ſtatuit, ponit*, &c. vt oſtendant, Deum docere homines præcipuè per ſuam legem, vt Pſalm. 24. *Legem ſtatuit ei in via, quam elegit*, id eſt, quæ doceat viam, quam cupit obſeruari. Pſalm. 26. *Legem pone mihi Domine in via tua, & præcepta tua doce me.* Pſalm. 118. verſ. 33. *Legem pone mihi.* Hebraicè *doce me.* Pro hac opinione eſt etiam illud Pſalm. 118. verſ. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis.* Vbi Theodoretus lucernæ nomine legem Moyſis intelligit, luminis verò Chriſtum, qui, vt Ioan. ait, cap. 1. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; & Chryſoſtomus in id Iſaiæ 2. *Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini*, locum illum Pſalm. 118. ſic legit: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis*, & illud Iſaiæ: *Ambulemus in lumine Domini*, interpretatur, in præceptis eius, in lege ipſius: ait etiam, *Lucerna præceptum legis eſt, lumen vitæ, reprehenſio, diſciplina*, & Paulus Galat. 3. ait, *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.* Pædagogi eſt docere, dirigere, & inſtituere: id ergo facit lex: ergo pertinet ad intellectum. Vnde Clemens 1. ſtrom. non procul à fine ait, *Legem eſſe bonam opinionem, ac proinde rectè aliquos dixiſſe, eſſe rectã rationem, quæ iubet ea, quæ ſunt facienda, prohibet autem, quæ non ſunt facienda.* & paulò pòſt ait, *Legem eſſe regulam iuſtorum, & iniuſtorum*: regulare autem ad rationem pertinet; ergo & in fine ait, *Lucerna eſt præceptum bonum, vt vult Scriptura; lex autem eſt lumen vitæ; vias enim vitæ arguit diſciplina: lex eſt Rex omnium mortalium, & immortalium*, inquit Pindarus, &c. & lib. 2. ante medium, & lib. 4. circa principium ait, *Legem erudire, & oſtendere peccatum*, ſicut dicit Apoſtolus Rom. 3. *Per legem cognitio peccati*, & docere, quæ ſint facienda, & quæ vitanda. Baſilius Iſaiæ 1. ait, *Lex eſt regula iuſtorum & iniuſtorum, imperans, quæ agenda ſunt, his contradicens, quæ non veniunt facienda*, & Iſaiæ 8. *Lex eſt doctrix & magiſtra*, & eod. cap. verſus finem: *Adiecit Deus legem velut manuductionem, viam tibi præmunientem*; & Damaſcen. lib. 4. cap. 23. legi Dei tribuit docere, vt in ipſo manentes, in luce ſimus, & conſcientiam noſtram ait eſſe legem mentis noſtræ, & Chryſoſtomus ſermon. de fide & lege naturæ ait, *In natura noſtra legem non ſcriptam eſſe, quæ mentes noſtras illuſtrat.* Cicero 1. de legibus: *Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibétque contraria*, &c. *Eadem ratio, cùm eſt in hominis mente confirmata, & confecta, lex eſt: itaque arbitramur, prudentiam eſſe legem, &c. Lex eſt naturæ vis, ratióque prudentis, iuris, atque iniuriæ regula. Inter quos ratio, inter eoſdem quoque recta ratio communis eſt, quæ cùm ſit lex, &c. Lex eſt recta ratio in iubendo, & vetando, &c. Lex eſt recta ratio imperandi, atque prohibendi.* & libro ſecundo, legem eſſe ait, *imperandi, prohibendique ſapientiam* & infrà: *Lex vera atque Princeps ſapientia ad iubendum, & vetandum, ratio eſt ſummi Dei.* & infrà, *Illa diuina mens ſumma lex eſt*: pleraque alia ad hanc opinionem confirmandam dicit Cicero tribus illis libris de legibus, & 2. Rhetoricæ inuentionis legem ſeu ius poſitiuum vocat, opinionem, & Philippica 2. *Lex nihil aliud eſt niſi recta, & à Numine diuino profecta ratio, imperans honeſta, prohibénſque contraria.* Plato in Minoë ſeu Politico: *Lex*

*Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.*

*Legis Dei eſt docere.*

*Lex eſt ſapientia imperandi & prohibendi.*

Digitized by Google

*Lex eſt decretum, ſeu ſcitum ciuitatis*: Græcè δόγμα, & inferiùs ait, eſſe quamdam ſententiam ſeu opinionem non malam, ſed bonã; & in Gorgia laudat Pindarum dicentem, legem eſſe mortalium & immortaliũ reginam; & Marſil. Ficinus in Minoë hanc definitionem colligit ex Platone: *Lex eſt gubernandi ratio, quæ per commoda media ad finem optimum gubernata dirigit, tranſgredienti pœnam, obedienti premium ſtatuens*: & dialog. 1. de legib. ait, *legem eſſe rationem quamdam, & regulam certo quodam ordine ad bonum ſubditos perducentem.* Nazianzenus carmine Iambico 15. ſecundùm trãſlationem Billij ſic ait: *Lex quæ gerenda, nec ne ſint, dictat mihi.* Ioannes autem Leuunclauius vertit: *Lex eſt iuſta & æqua rerum agendarum definitio.* Theodoretus in id Pſal. 18. *Lex Domini immaculata: lex optimum ſtatum Reip. diſpenſat & ordinat*, & in id Rom. 3. *Per legem cognitio peccati*, ait, *Legem bonorum honeſtorúmque eſſe magiſtram*: quæ omnia pertinent ad intellectum: ergo & lex. Vnde Ariſt. 10. ethic. c. 9. ait, *Legem eſſe rationem, ſeu ſermonem ab aliqua prudentia, & mente profectum*: & libr. 6. c. 8. prudentiam eſſe legum ferendarum facultatem, & in proœmio Rhetoricæ ad Alexandrum ait: *Lex oratio quædam eſt, quæ communi ciuitatis conſenſu definita iubet, quo pacto vnumquodque agendum ſit*: & 1. Elench. c. 12. in fine ait, *Legem eſſe opinionem multitudinis*; & aliis locis legem vocat iuſſionem, & imperium: vt in Rhetorica ad Alexand. cap. 1. cùm tamen ſæpe dicat, rationis eſſe imperare, & imperium eſſe actum prudentiæ, vt 6. ethicor. cap. 10. Et in l. 1. ff. de legibus, lex vocatur *prudentium virorum conſultum*: & l. 2. Martianus ex Chryſippo refert, *Legem eſſe humanarum diuinarúmque rerum reginam.* & ibidem dicitur, *eſſe iuſtorum, & iniuſtorum regulam.* Et Rebuffus in proœmio conſt. reg. gloſ. 1. num. 1. Demoſthenem refert aſſerentem: *Lex eſt omnium regina*, &c. & leges Eccleſiæ Canones, ſeu regulæ dicũtur, vt ait Iſidorus 6. etym. cap. 16. refertur c. canon. d. 3. & Lactan. 6. diuin. inſt. c. 8. ait, pene diuina voce depictam eſſe à Cicerone 3. de Repub. diuinam legem his verbis: *Eſt quidem diuina lex recta ratio naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando, à fraude deterreat.* Paulus etiam ſatis indicat, legem ad intellectum pertinere: nam Rom. 2. dicit; *Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſunt ſibi lex, qui oſtendunt opus Dei ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & cogitationibus*, &c. conſcientia enim, & cogitatio ad intellectum pertinent, & cap. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*: ordinatio autem actus eſt intellectus: de lege etiam naturali intelligendum videtur id Pſalm. 4. *Quis oſtendit nobis bona ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, &c. lumen autem ad intellectum ſpectat: ergo & lex. Vnde Faber Stapulenſis, & Clictouæus in Damaſcenum ſuprà: *Lex mentis eſt naturalis ratio legem Dei habens ſibi inditam*, &c. & de hac interpretantur Paulum Rom. 2. Gerſon etiam alphab. 2. lit. P, ait, *Dictamen rationis diuinæ eſſe legem: & ſimiliter dictamen noſtrum diuino conforme*, & litera Q, ait, *Rectam rationem humanam eſſe legem naturalem*; & de illa explicat Paulum Rom. 2. & Pſalmum 4. & id Pſalm. 39. *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*; imò Clictouæus loco citato de hac lege exponit id Lucæ 12. *Quid autem à vobiſipſis non iudicatis, quod iuſtum eſt?* Pro hac opinione eſt etiam Theophilus Alexandrinus epiſt. Paſchali 3. ante medium tomo 1. Biblioth. in veteri editione, ait: *Qui enim curam ſui gerunt, vt ad meliora proficiant, habentes legem quaſi fortiſſimum Ducem*, &c. nam ducere pertinet ad intellectum, & Ambroſ. epiſt. 20. ad Horontianum lib. 5. epiſtolarum: *Lex ergo*, inquit, *pædagogus fuit, & νόμος fuit, donec fides veniret.* & epiſt. 32. ad Valentianum Imperatorem, eodem libr. *Dei lex nos docuit, quid ſequamur; humanæ leges hoc docere non poſſunt.* Auguſtinus 2. de ordine cap. 8. *Diſciplina ipſa Dei lex eſt*; & primo de libero arbitr. cap. 6. *Legem Dei æternam* dicit eſſe *ſummam rationem, cui ſemper eſt obtemperandum.* Celſus etiam apud Vlpianum l. 1. ff. de iuſtitia & iure, ait; *ius eſſe artem boni & æqui*; vbi ius pro lege ſumi quidam arbitrantur. Molina in concordia, quæſtione 23. articulo 1. diſput. 2. §. *hac tamen ſententia*, ait, *Leges, & præcepta, quibus alios moderamur, ac monemus, actus imperiaque ſunt intellectus, quæ vocibus, ac ſcriptis, vt propriis ſignis ſcribuntur. Quod ſi mente viciſſim, vt de angelis à multis dicitur, confabulari poſſemus, in mente ipſa imperantis cernerentur.* Magiſter 1. diſtinct. 45. cap. 7. 8. & 9. docet præceptionem & prohibitionem non eſſe propriè, ſed figuratè voluntatem Dei, ergo lex & præceptum non eſt actus voluntatis; erit ergo actus intellectus.

*Lex quid ſit ex Platone.*

*Lex quid ſit ex Ariſtot.*

*Lex Eccleſiæ Canõ dicitur.*

18 Tertia opinio eſt, legem coaleſcere, componi, ſeu conſtare ex actu intellectus, & voluntatis, Palacius 3. diſt. 23. diſput. 1. §. *diſputatio introducta*, propè finem, probat, quia ſecundùm Ariſtotelem 7. polit. cap. 14. Lex eſt ordinatio quædam: ordinare autem eſt ſapientis; ergo lex eſt mentis actus. Rurſus idem Ariſtoteles 10. ethicor. cap. 9. aſſerit, legem habere vim cogentem: ergo hac ratione lex eſt actus voluntatis, ad quam pertinet cogere, & obligare. Idem ſuadent nonnulli recentiores; quia in his moralibus non oportet quærere vnitatem perfectam, ſeu ſimplicitatis: ſæpe enim moralia ex multis componuntur, & lex duo requirere videtur, iudicium de agendis, & voluntatem obligandi ad illa. Si per impoſſibile legiſlator haberet liberam voluntatem obligandi, eámque exprimeret nullo poſito actu intellectus, ſicut quidam dixere, de potentia abſoluta poſſe voluntatem operari nullo exiſtente actu intellectus, talis volitio exteriùs expreſſa, non eſſet verè lex; quia non eſſet actus plenè humanus, eo quòd non eſſet ex ratione; ſed tantùm ex voluntate profectus: voluntas etiam obligandi eſſentialiter requiritur ad legem; ergo lex conſtat ex actu intellectus, & voluntatis.

*3. Opinio. Lex eſt ex intellectu & voluntate cõpoſita.*

19 Quarta opinio, quam iidem iuniores teneri poſſe affirmant, eſt vtrumque actum ſeorſum acceptum dici poſſe legem, fauet Aug. 22. contra Fauſtum cap. 27. dicens, *Legem æternam eſſe rationem, vel voluntatem Dei.*

*4. Opinio. Tenens legem vtrumq; actũ legẽ dici poſſe.*

20 Quinta opinio eſt, legem non eſſe actum elicitum intellectus, vel voluntatis legiſlatoris: ſed ſcripturam, vel alia ſigna, quibus legiſlator exprimit rectam rationem & voluntatem obligandi ſubditum. Ita Gabriel 3. diſt. 37. quæſt. vn. art. 1. notab. 1. vbi legem ſic definit: *Lex obligatoria eſt ſignum verum creaturæ rationali notificatiuum rectæ rationis dictantis, ligare eam ad aliquid agendum, vel non agendum*: Addit: *Eſt autẽ ſignum rationis notificatiuum triplex, ſcilicet mẽtale, vocale, & ſcriptum, ſic & lex triplex, ſcilicet lex indita, ſiue per inſpirationem, ſiue per naturalis dictaminis euidentiam, ſiue per doctrinam: lex prolata: lex ſcripta, ſiue, quod idem eſt, lex vocalis, mentalis & litteralis.* Per vocem dictantis, intelligit, nõ nudum iudiciũ Superioris, ſed ſimul cum voluntate obligandi creaturam rationalem, & ita per illã particulam

*5. Opinio.*

*Lex quid ſit iterum.*

Digitized by Google

*Lex conſultoria & permiſſiua, propriè leges nō ſunt.*

A lam excludit legem conſultoriam,& permiſsiuam, quas ait,non eſſe verè,& propriè leges, & per eandem ait,ſe innuere, rectam rationem præcipientis, vnà cum voluntate obligandi eſſe rationē obligandi inferiorē: quāuis enim ſciat,aliquid velle Superiorē,ſi nō fuerit notificatum, quòd velit obligare, nō cōſurget obligatio in ſubdito:quæ omnia ſumpſit Gabr.ex Gerſone,alph.2.de poteſt.eccl.conſid. 13. quæ eſt de origine iuris,& legum,lit.Q.& alph. 61.de vita ſpirit.lect.2.lit.K, & ſequentib.ſic etiam Pariſienſ.lib.de legib. c.1.ait,*Legem veriſſima ratione nihil aliud eſſe,quàm ſcriptum præcipiens honeſta,prohibénſque contraria,*& hoc dicit; quia legem non ſcriptā,eo quòd legibilis non eſt,non putat eſſe veriſſimè,id eſt,ſtrictiſſimè, legem, & Ioan. Gineſius Se- B pulueda lib.3.de fato,&lib.arbit.§. *ſed redeamus*,ait, *Quid aliud eſt præceptū,niſi oratio,qua quid ſit agendū, aut ſecus,præcipitur, aut imperatur?* Huius opinionis partim eſt Petr.Aliacen.1.ſent.q.14.ibi ait,*Præceptū eſſe ſignum voluntatis obligantis,quæ eſt in Superiori:* vt patet ibi notab.1.lit.B,& notab.2.lit. C,& concl.1. lit.F,licèt lit.L,M,& Q.dicat,eſſe voluntatem obligandi:& ita quando Auguſt.22.contra Fauſtū,c.27. ait,*Legem æternam eſſe rationem,aut volūtatem diuinā.* Aliacus,ſecundā partē diſiunctim eligit,& ait,*Legē eſſe voluntatem obligandi creaturam rationalem.*Maior etiam 4.d.1.q.4. in explicatione ſecūdi termini ait, *Legē obligātem in cōtingentibus,id eſt, legem poſitiuam, eſſe rationabilem voluntatem Superioris, vel eius ſignum* C *vocale,mentale, aut ſcriptum,* quamuis dicat,ad rem, de qua ibi agebat, nihil referre quòd lex dicatur actus intellectus,vel volūtatis,& 3.d.37.q.1.ait,*Lex obligatoria* (quæ ſola eſt propriè lex,nam permiſſoria,& conſultoria,non eſt propriè lex) *eſt ſignū creaturæ rationali notificatum,eam ligans ad aliquid faciendum,vel non faciēdum:*& hoc ſignum ait eſſe triplex, vocale,mētale,& ſcriptum:ſub ſcripto comprehendens omnia ſigna,quæ oculo corporali poſſunt apprehendi,& ait, ſe loqui de lege obligatoria in cōtingentib.& q.4. dicit,non ſolum ſignū voluntatis obligandi,legem dici poſſe. Idē ferè docet Almain. ead.diſt.37.q.vnic.Niſi quòd Maior nō omnem le- D gem vult eſſe ſignum voluntatis obligandi:nam legem naturæ ait eſſe ſignū veritatis practicæ,notificatum,quatenus eſt inſculptum in cordibus hominum.At ſecundùm Almain. etiā lex naturalis eſt ſignum voluntatis obligādi exiſtentis in Deo, ita vt, ſi per impoſſibile nulla eſſet in Deo voluntas obligandi,nulla eſſet lex obligatoria etiam naturalis.

21 Hæc quinta ſentētia in lege poſitiua mihi maximè placet,& videtur Ariſt.10.ethic.c.9.dicētis,*Lex eſt ſermo ab aliqua prudentia,atque mente profectus, quæ vim habet cogentē;*& in procemio Rhetoricę ad Alexandrum, *Lex oratio quædam eſt,quæ cōmuni ciuitatis conſenſu definita, iubet quo pacto vnumquodque agēdum ſit,*& Stoici apud Stobęum ſer.de legib.& apud Re- E buff.in procemio reg.conſt.glo.1.n.1.dicunt,*Legem eſſe orationem grauem, & rectam,quæ facienda imperet, non facienda prohibet.*& Iſidor.2.etymol.c.10.ait,legem ſcripturā eſſe: morē verò vetuſtate probatam, conſuetudinem,ſiue legem non ſcriptam:& cōmuniter Doctores præcepta omnia vocāt voluntatem ſigni,id eſt,ſignum voluntatis diuinæ: vt D.Thom. 1.p.q.19.art.9.& eius interpretes ibi,& alibi paſſim cū Magiſtro,1.d.47.& ſic dicimus,leges eſſe claras, vel obſcuras,indigere,vel non indigere interpretatione;hunc, vel illū eſſe ſenſum legis;hunc, vel illū eſſe codicem,librúmve legū:ſic lex ipſa dicitur voluntatem habere.l.benignus. & l. in ambigua, ff.de legib.ſic dicimus, cōſuetudinē eſſe legem quādam, ſeu habere vim legis;quia eſt ſignū voluntatis obligandi,quæ eſt,vel fuit in principe,vel Republica.

*Voluntas ſigni; præcepta diuina dicuntur.*

## SECTIO VI.

*Reſoluens quæſtionem præcedentem.*

SED, vt meliùs veritatem, mentemque noſtram explicemus,ſit 1.cōcluſio, Lex eſt aliquid quod dimanat, vel dimanauit à natura rationali, vt ſic, ac proinde ad rationē pertinēs, ſiue ſit actus elicitus à ratione, ſiue aliquid à tali actu profectum.Probatur primò, quia ſola natura rationalis,vt ſic, & per aliquid à ſe profectum, poteſt obligare:lex autem eſt,qua mediante obligat;ergo lex eſt aliquid profectum à natura rationali,vt ſic.Secundò lex eſt præceptū: ſola autem natura rationalis,vt ſic, poteſt præcepta imponere:ergo lex debet eſſe aliquid profectum à natura rationali. Aliqui addunt, debere eſſe actum elicitum ab intellectu,vel volūtate illius,ſed hoc in lege poſitiua facilè negari poſſet,dicendo cū 5. opinione, legem eſſe ſignum,& effectum dictaminis, & voluntatis obligandi,& ideo non eſſe actū elicitum intellectus,nec voluntatis.Sed meliùs dicimus poſtea, legem poſitiuam ſupponere poſſe pro actu intellectus,& pro actu voluntatis, & pro vtroque, & pro ſigno illius. 22

*1.Concluſio. Lex omnis à rationali natura dimanauit.*

Secunda concluſio:Lex naturalis eſt ſolus conceptus,vel actus elicitus intellectus noſtri,dictās, aliquid eſſe diſſonum,ſeu diſconueniens,& turpe naturæ rationali;aut neceſſariū,& omninò faciēdum, vt honeſtè ſe gerere. Probatur, quia id eſt lex naturalis, vnde naturaliter ſine vlla volūtate obligandi in principe,oritur obligatio in nobis:ſed ex ſolo tali actuali conceptu oritur obligatio in nobis: ergo ille eſt lex naturalis:cōfirmatur,quia non cōformari tali dictamini,aut cōceptui,vel ab illo diſcordare eſt peccatum:peccatum autem non poteſt eſſe ſine tranſgreſſione legis:ergo ille actus,ſeu cōceptus eſt lex:minor proxima ſumitur ex Ariſt. 5. ethic.cap.1. Damaſceno 4.fidei, c.23.Ambroſio lib.de paradiſo c.8.Nazian.carmi.Iambico 15. quod cōtinet varias rerū definitiones, & de peccato ait: *Quid, quæſo,noxa eſt?à bono deflexio,*& poſtea ſecundùm aliquos codices peccatum vocat ἀνομίαν,id eſt, *deflexionem à lege,*vt ibi notat Billius n.21.& hoc eſt,quod dicitur 1.Ioan.3.*Peccatum eſt iniquitas,*Græcè ἀνομία,id eſt, deuiatio à lege;& Rom.4. *Vbi non eſt lex, nec præuaricatio.*& Auguſt.2. de peccator.meri.c.16.ait,*Quomodo non vetatur per Dei iuſtitiam, ſi peccatum eſt?*& 22.contra Fauſtum c.27.*Peccatum eſt dictum,factum, vel cōcupitum contra legem Dei æternam.* & D.Thom. q.71.art.6.ad 4.ait,nullum eſſe peccatum, niſi quia prohibitum ſaltem lege æterna, & naturali? Idem conſtat ex aliis multis,quæ attulimus tract.7.& 13. Deuiare ergo ab illo dictamine, eſt deuiare à lege naturali:ergo in illo dictamine conſiſtit lex naturalis, & hoc intendunt multi Theologi, Philoſophi, & Sancti citati pro 2.opinione. Nō nego,naturam rationalem, imò & obiectum actus humani poſſe appellari metaphoricè legem naturalem, quatenus ex natura rationali, vel obiecti poſſunt ſumi regulæ, & præcepta operandi. Sed ſolùm nego, eſſe propriè legem: quoniam lex propriè dicta præceptum quoddam eſt: natura autem rationalis, vel ipſius obiecti non eſt præceptum: ergo nec lex. Quidquid autem ſit de hoc, quod 23

*2.Concluſio. Lex naturalis eſt conceptus intellectus.*

*Peccatum eſt deflexio à lege.*

Digitized by Google

quod examinabitur diſput.de lege naturali,certum mihi eſt, legem naturalem non pendere à peculiari volũtate, qua Superior aliquis,etiam Deus,voluerit nos obligare ad aliquid agendum, vel omittendum; nam etiam ſecluſa tali voluntate obligaremur,ac proinde legem haberemus, vt rectè docet Vazquez Diſput.150. cap.3. nu.23. & ſequentibus: & hoc eſt, quod dicunt multi, aliqua eſſe mala,& peccata ex natura ſua,& non,quia prohibita à Deo, vel ab alio Superiore.Scot.3.diſtinct.37.quæſt.1.§. *præcipuè.* §.*ſed iſti, &* §.*ad quæſtionem igitur.* Gabriel quæſt.2. concl.3.& 4.Richardus art.1. quæſt.5.Durandus 1.diſtinct.47.quæſt.4.nu.19.Victoria relect. de homici.nu.3.& ſequentib. Sotus 2.iuſt.quæſt.3. art.8.Vazquez 1.2.to.1.diſp.97.c.3. & hoc eſt quod ait Salonius 2.2.q.60. ait primò legem naturæ non conſtituere iuſtum,aut iniuſtum:ſed declarare.Gregorius etiam, Gabriel, Almainus, & Cordubenſis referendi in 4.corollario, dicunt: quæ ſunt contra legem naturæ, non eſſe contra legem aliquam prohibentem; ſed indicantem.

*Lex naturalis non pendet à voluntate peculiari.*

*Quæ ſunt cõtra legem naturæ, qualia ſint.*

24 Sed contra hanc concluſionem ſecundam,& doctrinam modò traditam obiicies: quia de ratione legis eſt eſſe à Superiore obligare volẽte: nec enim Superior aliter obligat, niſi volendo obligare,cùm non vtatur ſua iuriſdictione, & poteſtate obligãdi, niſi eliciendo actum voluntarium, & liberum,quo obligare velit: ergo de ratione legis naturalis eſt aliquis actus voluntatis diuinæ. Quod hoc argumento tenent aliqui; & confirmant. Primò quia ſi actus intellectus noſtri præciſè conſideratus, eſſet lex, eo quòd obligat ad aliquid; cùm actus diuini intellectus,quo iudicat, nõ eſſe mentiendum,obliget illum ad non mentiendum; talis actus erit illi lex:quod eſt abſurdum:ergo, &c. confirmatur ſecundò,quia lex naturalis non poteſt obligare, niſi obligante ſimul lege æterna Dei; alioqui poſſemus peccare contra legem naturalẽ non peccando contra æternam;quod eſt contra Auguſtinum 22.contra Fauſtum c.27.vbi ait:*peccatum eſſe dictum,factum, vel concupitum contra legem Dei æternam:*ſed lex æterna eſt voluntas Dei,vel illam includit: ergo lex naturalis non poteſt obligare, niſi dependenter à voluntate diuina; ac proinde actus intellectus noſtri præciſè ſumptus, ſine ordine ad voluntatem Dei, non eſt lex. Minor probatur: quia nullus Princeps poteſt obligare ſubditum,niſi volens.Vnde & præcepta decalogi obligare ex ſola voluntate diuina, ſignificat D.Thomas q.100. art. 8. ad 2.cùm enim obieciſſet, eſſe inſtituta à Deo, ac proinde in illis diſpenſare poſſe;reſpondet ad ſecundum,*dicendum, quòd ſicut Apoſt.dicit* 2.Tim. 2. *Deus fidelis permanet, ſeipſum negare non poteſt:negaret autem ſeipſum, ſi ordinem ſuæ iuſtitiæ auferret, cùm ipſe ſit ſua iuſtitia, & ideo in hoc Deus diſpenſare non poteſt, vt homini liceat non ordinatè ſe habere ad Deum, vel non ſuboli ordini iuſtitiæ eius, etiam in his, ſecundùm quæ homines adinuicem ordinantur.* Vbi apertè ſupponit, totam obligationem horum præceptorum oriri ex inſtitutione,& ordinatione diuinę iuſtitiæ:talis autem ordinatio ad voluntatem pertinet; ergo ſecundùm D. Thom.obligatio legis naturalis ex volũtate diuina omninò pendet:quod etiam de lege ęterna ſignificat Aug.22.cont.Fauſt.c.27.dicens,*eſſe rationem, vel voluntatem diuinam.* Clariùs autem id docet Aliacenſis 1.q.14.lit.L,M,& Q,vbi legem æternam ait eſſe voluntatem obligãdi nos, & nihil eſſe malum, niſi quia prohibitũ à volũtate diuina, imò lit.B, & M, contra Arimin.ait,nõ ideò Deum aliquid velle, quia illud eſt bonum,ſed ideo eſſe bonum, quia eſt volitum à Deo: item totam obligationem oriri à voluntate diuina,docent Gerſo. 1.p.alphab.2.lit.P, conſid.13.agens de poteſt.eccleſ.& origine legum. & 3.p.alphab.61.tract.de vita ſpirit.lect.1.lit.E,coroll.10. & lect.2.lit.E,& ſequentib. Gabr.3.d.37.q. vn.art.1.not.1.fauet Almain.3.Moral.c.15.referens tamquam probabilem opin.Gerſonis,& Aliacenſis ſuprà, & Andreæ de Caſtronouo in fin.1.lib.ſent. aſſerentium,nullum eſſe actum,etiam interiorẽ,qui non poſſit licitè fieri ex diuina voluntate,auferente ſuam prohibitionem,eo quòd nullus ſit malus, niſi quia diuina voluntate prohibitus: & Sebaſtianus Medicis repet.c.erit autem lex. d.4.nu.49.& Sotus dicit,legem naturalem à rationabili Dei voluntate emanaſſe:ideo ſola eius voluntate mutari poſſe.

*Quidam modus dicendi.*

*Confirm. 1.*

*Confirm. 2.*

*Præcepta decalogi obligãt ex ſola voluntate diuina.*

*Bonum eſt quod à Deo eſt volitum.*

*Nullus eſt actus malus niſi quia à diuina voluntate eſt prohibitus.*

Sed hunc dicendi modum reiicio. Primò quia ſi 25
per impoſſibile eſſet homo in mundo, & nõ Deus, mentiri eſſet malum: ergo contra aliquam legem; nulla autem eſſet voluntas Dei: ergo lex naturalis non includit voluntatem Dei:confirmatur alioqui, ignorans Deũ,vel de illo nihil cogitans,non poſſet in mendacio intelligere rationem peccati, & mali, nec obligationẽ vitãdi illud:cùm per illos auctores tota ratio malitiæ, & obligationis includat ordinẽ ad Deum, vt volentem obligare. Secundò vel hæc voluntas Dei, à qua dicunt pẽdere omnem obligationem naturalem,eſt neceſſariò in Deo;vel liberè; ſi neceſſariò: ergo aliqua voluntas Dei efficax erga creaturas,eſt neceſſariò in Deo:quod eſt abſurdum: item Deus per voluntatẽ neceſſariã obligaret ſuos ſubditos,quod etiam eſt abſurdum; nam obligatio hæc,cùm ſit moralis,ab agente morali libero, imò & plenè libero debet prouenire:Vnde nullus Princeps poteſt ſeipſum voto,vel promiſſione,aut alios præcepto obligare,niſi plena libertate: ergo multò minùs Deus.Si verò liberè nos obligat, poſſet nos non obligare ab initio,& poſtquam nos obligauit, poſſet obligationem auferre, ac proinde poſſet in omni præcepto naturali diſpenſare, imò & illud in totũ obligare,& omnes omiſſiones,& actus licitos reddere,etiã odium Dei, & voluntatem violãdi legem, ſi eſſet,& faciendi contra conſcientiam:quod eſſe omninò falſum,&cõtra D.Tho.& ferè omnes, patebit cùm de indiſpenſalitate legis naturalis diſſeremus;imò ſi Deus,nobis ignorãtibus,vellet nos non obligare, nullatenus peccaremus:quod adhuc eſt abſurdius:ergo vt obligemur, non requiritur in Deo voluntas obligandi nos. Alia de hac re habes diſp.de lege nat.Ad obiectionem,ſeu arg.illiuſmodi dicendi;Reſpondeo de ratione legis creaturę,in-
quantùm creatura eſt,eſſe proficiſci à ſuo creatore, 26
nempe à Deo,qui per ſuam liberã voluntatẽ & non aliter potuit eam producere: tamen inquantùm lex eſt,non petit produci à Deo, nec pẽdet à voluntate diuina:& ideo,quãuis Deus,aut voluntas diuina nõ eſſet; ſi tamen eſſet dictamen rationis, haberet rationem legis, & obligaret nos: vt autem in nobis ſit hoc dictamen,non requiritur formalis voluntas obligandi nos:ſed ſufficit virtualis,qua volẽdo,nos cum tali dictamine producere,conſequenter,virtute,atque implicitè vult nos obligare,eo quòd eſt de eſſentia talis dictaminis obligare ſubiectum, & ad hoc eſt impertinens,quòd cognoſcamus,vel nõ cognoſcamus illã voluntatẽ,alioqui ignorãtes,vel nõ aduertentes illã,non obligarentur.Similiter etiã eſt impertinẽs, quòd illa voluntas ſit,vel nõ ſit libera, alioqui ſi Deus eſſet agẽs naturale,nõ obligaremur per dictamẽ rationis,qm̃ nõ procederet à voluntate libera

*Malum eſſe per ſe aliquid eſſe, oſtẽditur.*

*Deus poteſt in omni præcepto diſpenſare.*

*Ad obligandũ nos non requiritur libera Dei voluntas.*

Digitized by Google

libera Dei; ergo illa voluntas non obligat per ſe, ſed per accidēs ratione dictaminis, quod cauſat: eo modo, quo vnus Angelus alium obligaret, ſi in eo dictamen non mentiendi produceret. Vnde etiā

Conſ.

confirmatur, quod dicebamus, obligationem noſtram non oriri ex voluntate formali obligandi exiſtente in Deo. Nam voluntas Superioris non obligat per ſe, niſi ſit libera, & nota inferiori: Voluntas autem huiuſmodi ſæpe eſt nobis ignota, & ſi Deus eſſet agens naturale, non eſſet illi libera; in quo tamen euentu eſſet in nobis obligatio: ergo non proficiſcitur per ſe ab illa voluntate obligandi, ſed à dictamine rationis. Quamuis fateri poſſemus, modò eſſe in Deo voluntatem formalem obligandi nos ad ſer-

B

Lex naturalis ex ſuppoſitione, à Deo neceſſariò volita.

uandam legem naturalē media ratione: imò & eſſe neceſſariam ex ſuppoſitione volendi creare nos cū dictamine rationis, ex quo neceſſariò reſultat obligatio: quia, quæ neceſſariò reſultāt ex volito à Deo, neceſſariò ſunt volita formaliter à Deo: vt neceſſariò vult ſimilitudinē ex ſuppoſitione, quòd vult eſſe duo alba: præſertim, ſi ſimilitudo nihil aliud ſit, quàm illa eſſe ſimul. Auctor ergo naturæ non obligat per ſe, & immediatè ad non mentiendum, & ad alia, quæ ſunt legis naturæ: ſed media natura rationali, & eius dictamine.

Ad 1. conf. 1. ſolutio.

27 Ad primam confirmationem reſpondeo, primò negando falſitatem conſequentis: licèt enim Deus, quia eſt ſuprema ſubſtantia, nullam habeat legem poſitiuam, qua obligetur; quia nec per leges, quas

C

creaturis imponit, obligari poteſt; ſiquidem principes ſuis legibus non obligantur, vt inferiùs oſtendam: tamen obligatur lege naturali intrinſeca, & improducta, atque indiſtincta realiter à ſua eſſen-

Deus ipſe eſt ſibi lex.

tia, & voluntate. Vnde ipſe eſt ſibi lex altiori modo quàm de quibuſdam dicitur Rom. 2. & hoc voluiſſe videntur Pindarus, Martianus & Chryſippus relati ſectione præcedenti pro 2. opinione dicentes, legem eſſe omnium mortalium, & immortalium reginam. Vnde Rebuffus in proœmio conſtit. reg. gloſſ. 1. num. 7. Cælius 10. antiquitatum cap. 19. referunt, Platonem, & Pindarum dicentes, *legem eſſe Deorum, hominúmque reginam*, & nu. 2. retulerat Rebuffus Demoſthenem dicētem, eſſe omnium regi-

D

nam. Idem inſinuat D. Thomas 1. part. quæſt. 21. a. 1. ad 2. dicens, *rationem diuinæ ſapientiæ comparari vt legem ad diuinam voluntatem*, & hoc modo Deum ſibi

2. Solutio.

ipſi eſſe legem. Secundò, & meliùs reſpondeo de ratione legis eſſe, quòd ſit diſtincta à voluntate obligata, & eius actibus; nam debet eſſe regula, & menſura eorum; & quia hoc non competit dictamini diuino comparatione diuinæ voluntatis, & actuum ipſius, idcirco non eſt appellanda lex: ſecus de dictamine noſtro comparatione voluntatis, & actuū noſtrorum. De hoc dicemus plura diſp. 4. ſectio. 2. con. 2.

Ad 2. confir.

28 Ad ſecundam confirmationem reſpondeo, licèt lex naturalis non poſſit obligare, niſi obligante ſi-

E

mul lege æterna: tamen hoc eſt per accidens, eo quòd nō poteſt eſſe ſine lege æterna, cuius eſt participatio, & ad cuius ſimilitudinem producta eſt à Deo, cuius iudicium practicū de agendis eſt exemplar noſtri: ſi tamen per impoſsibile eſſet in nobis iudicium illud, & non in Deo: tali iudicio obligaremur, ideo illud eſſet lex noſtra: modò autem, quia

Iudicium noſtrum tale eſt, quale iudiciū Dei, & ideo nos obligat.

eſt tale iudicium in Deo, faciendo contra iudicium noſtrum, facimus etiam contra iudicium illud Dei: quod quidem etiam eſt lex noſtra, non quia obliget nos per ſe, ſed quia nos obliget per iudicium noſtrum, cuius eſt cauſa exemplaris, & ſimiliter vo-

A

luntas producendi iudicium illud in nobis, præſertim ſi fiat formali intentione obligandi nos, eſt lex noſtra, quatenus mediante illo iudicio, quod neceſſariò infert, ligat nos. Ad quod quidem non opus eſt illo, quod dicebāt Gerſon, & Gabriel, iudicium noſtrum eſſe ſignum notificatiuum voluntatis, quę eſt in Deo; ſed ſatis eſt eſſe effectū, ex quo ſequitur in nobis obligatio: quamuis metaphoricè requiratur quaſi ſignum notificatiuum diuinæ voluntatis: quia ſicut formalis voluntas Superioris non obligat ſubditum, nec habet rationem legis reſpectu ipſius, niſi exprimatur aliquo ſigno, & promulgetur; ita voluntas Dei, ſiue formalis, ſiue virtualis obligandi nos, non habet rationem legis, ſaltem actu obligantis, niſi poſito iudicio noſtro, quod eſt ſignum diuini iudicij, & voluntatis obligandi: quia argumentando à ſigno, & effectu, ex hoc iudicio noſtro poſſumus colligere, ſimile iudicium eſſe in Deo, & voluntatem ſaltem virtualem obligandi nos medio illo. Vnde iudicium noſtrum eſt quaſi notificatio, & promulgatio iudicij, & voluntatis diuinæ: quia non poteſt eſſe in nobis tale iudicium, quin præceſſerit in Deo voluntas efficax illud cauſandi, vel independenter à voluntate noſtra; vel ſuppoſito, quòd ipſa applicauit intellectum ad formandum tale iudicium. Et quia voluntas Dei eſt immutabilis, & non poteſt non impleri; ideò in ea veluti in cauſa neceſſariò illatura effectum, continetur tota obligatio, quæ poſtea formaliter, & ſecundùm ſe exiſtit in tempore; & illa obligatio virtualis æterna, ſufficit vt illa voluntas, & iudicium Dei ab illa approbatum, ſit lex ab æterno. Voluntas autem Principis creati, quia mutabilis eſt, & variis modis à Deo, & à creaturis impediri poteſt, non habet rationem legis, cùm primùm elicitur; ſed cū hominibus notificatur, & promulgatur; antea enim nec formaliter, nec omninò virtute, nec interpretatiuè illos obligat. Eodemque modo voluntas abſoluta Dei obligandi homines per ſeipſum, vel per Superiores creatos, dici nō poteſt lex æterna, & ſimiliter iudicium intellectus de conuenientia talis obligationis, approbatum per voluntatē obligandi formalem, vel virtualem. Antecedenter autem ad omnem voluntatem abſolutam, vel efficacem obligandi nullum iudicium, nulluſque actus diuini intellectus habet completam, & integram eſſentiam legis, ſed partialem tantùm, & inchoatam.

Iudicium noſtrū eſt quaſi notificatio, & promulgatio diuini iudicij.

Voluntas Dei eſt immutabilis.

Voluntas Principis non habet vim legis niſi promulgetur.

Hinc primò intelligitur, quid ſibi voluit D. Thomas in illa ſecunda confirmatione citatus, cùm obligationem legis naturalis manare indicauit ex voluntate diuina, & nihilominùs eſſe indiſpenſabilem, quia Deus fidelis eſt, & ſeipſum negare non poteſt. Intēdit enim S. Thomas eo ipſo, quòd Deus voluerit producere hominem ratione vtentem, nō poſſe auferre ab eo obligationem, quæ neceſſariò oritur ex ipſo iudicio rationis, quæ iudicat numquā eſſe mentiendum, blaſphemandum, peierandum, &c. Vnde ſi Deus facultatem daret faciendi oppoſitum, negaret ſeipſum, id eſt, ſuam iuſtitiam, rectitudinem, & veritatem, concedendo quaſi licitum, quod intrinſecè eſt malum; ſicut negaret ſuam bonitatem, iuſtitiam, & rectitudinem, ſi inclinaret ad malum, & ſimul ſuam fidem propriè dictam, & veracitatem, ſi non impleret promiſſum, vel ſi mentiretur: itaque non eſt mens D. Thomæ ibi, vt obligemur lege naturali, requiri in Deo, formalem voluntatem obligandi nos, quam etiam ſuppoſita intentione producendi nos cum vſu rationis, potuerit non habere: imò potiùs oppoſitum ex eo loco colli 29.

Corol. 1.

Deus quomodo dicatur ſeipſum negare non poſſe.



Digitized by Google

colligitur: nam ex illa hypotheſi rectè inferretur, præcepta naturalia diſpenſari & abrogari poſſe, vt intulere auctores aliqui in ea confirmatione citati, quos alibi confutamus. Auguſtinus autem 22. contra Fauſtum, cap. 27. ideò ſub diſiunctione dixit, legem æternam eſſe rationem vel voluntatem Dei: quia lex æterna, vt vidimus, pro vtraque ſupponere poteſt, & voluntatem Dei eſſe legem æternam ex Thomiſtis docet Medina quæſt. 19. artic. 10. ad primum.

30 Secundò hinc etiam patet, quod ait D. Thom. quæſt. 19. art. 10. & 22. quæſt. 104. art. 4. ad tertium, voluntatem eius, qui non peccat, ſemper eſſe conformem diuinæ; quia vult, quod Deus vult, eam velle, & teneri hominem ad conformandum ſe hoc modo diuinæ voluntati, rectè intelligi de voluntate habente rationem legis, qualis eſt voluntas illa æterna, de qua locuti ſumus & voluntas ſigni, quæ eſt ſignum voluntatis æternæ obligandi nos. Sic ferè D. Thomam exponit Conrad. quæſt. 19. artic. 10. Malè autem Gregorius 1. diſtinct. vlt. quæſt. vnica docet, voluntatem beneplaciti diuini, qua aliquid fit, eſſe veram legem, eique nos debere poſitiuè conformare, quando ſcimus, ita aliquid velle, niſi nobis ipſe reuelaret ſe velle, vt nullum actum haberemus. Gregorium reiecimus tractatu de bonitate & malitia. Vide etiam Sotum 1. iuſt. quæſt. 1. art. 1. & Medinam hac quæſtio. 90. art. 1. qui rectè docent, etiam ſi ſciremus, voluntatem Superioris eſſe, vt aliquid faciamus, nō obligari, niſi id præcipiat.

*Corol. 2. Voluntas eius qui nō peccat ſemper eſt cōformis diuinæ voluntati.*

*Niſi ſciamus voluntatē Superioris, non obligamur.*

31 Tertiò hinc etiam intelligitur quod ait D. Thomas quæſt. 71. art. 6. ad quartum, nihil eſſe malum, niſi quia prohibitū lege æterna, & naturali: *Quia eo ipſo*, inquit, *quòd aliquid inordinatum, eſt rationi naturali repugnat:* quaſi dicat, ac proinde repugnat legi æternæ, quæ eſt ratio diuina cum voluntate formali vel virtuali obligandi nos media naturali lege. Sic etiam ipſe D. Thomas quæſt. 19. artic. 4. ait, bonitatem voluntatis ex lege æterna pendere primariò; ex naturali verò ſecundariò, quia eſt participatio legis eternæ, iuxta id Pſal. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine,* vbi, & quæſt. 18. art. 1. & in præfatione ad quæſt. 90. dicit Medina, ſi non eſſet lex æterna, mendacium fore, & non fore peccatum; quia ex illo impoſſibili ſequitur quodlibet horum: nam tunc non eſſet contra legem æternam, & ideo non eſſet peccatum; & eſſet contra rationem, & ideo eſſet peccatum. Sed dicendum eſt, ex illa hypotheſi vnum tantùm ſequi per locum intrinſecum; ſcilicet, fore peccatum: quia reuera eſſet contrarium alicui legi, videlicet rationi naturali: per locum verò extrinſecum, etiam ſequitur, non fore peccatum, quia ſi non eſſet lex æterna, non eſſet homo, nec lex naturalis, & ideò nihil poſſet eſſe peccatum. At nos inquirimus, quid ſequeretur, ſi reuera eſſet mendacium in homine habente vſum rationis & libertatem, non exiſtente Deo, aut lege eius æterna, in quo euentu dicimus tātùm ſequi mendacium fore peccatum. Quòd verò aliqui dicunt, fore malum morale, & non peccatum, implicat; quia malum morale, & peccatum idem prorſus ſunt.

*Corol. 3. 10.*

*Si nō eſſet lex æterna non eſſet homo.*

Et quod alij dicunt, ſi Deus non haberet formalem voluntatem obligandi nobis notam, fore malitiam oppoſitionis cum ratione, & non cum lege; quia ad malitiam oppoſitam legi oporteat

A eſſe & apprehendi voluntatē obligandi in legiſlatore; prorſus falſum eſt. Primò, quia omnis malitia moralis debet eſſe contraria alicui legi. Secundò, quia ratio noſtra, & Dei eſt lex, etiam ſecluſa voluntate formali obligandi in Deo. Tertiò, quia licèt non eſſet illa voluntas formalis, deberet præſumi, quia eadem haberemus fundamenta præſumendi, quæ modò habemus. Quartò, quia in peccato non eſt illa duplex malitia, ſed vnica tantùm; quoniam Deus ad ea, quæ ſunt legis naturæ non obligat, niſi media ratione & iuxta menſuram ipſius: imò quando lege poſitiua pręcipit vel prohibet id, quod lege naturali & æterna prohibitum erat, non auget intenſiuè obligationem, ſed ita
B vult obligare, ac ſi ex lege naturali nulla eſſet obligatio. Quintò, quia ſi per ignorantiam legis Dei, vt ſic, excuſaremur ab illa malitia, etiam excuſaremur per inaduertentiam, & paſſim: multi enim naturaliter, cùm mentiuntur, vel alia eiuſmodi faciunt, nihil cogitant de lege Dei, nec de turpitudine obiecti, & tunc opera illa non erunt peccata, ſed tantùm moraliter mala; quia ſecundùm aduerſarios peccatum dicit malitiam contrariam legi Dei cognitæ, vt talis, vel vincibiliter & culpabiliter ignoratæ, vel non conſideratæ: conſequens eſt abſurdum & parùm iuſtum: ſatis ergo eſt ad rationem peccati eſſe aliquid repugnans rationi, quæ non poteſt non eſſe lex temporalis Dei, & non
C deriuari à lege æterna Dei, & ita cùm peccatum definitur per cōtrarietatem ad legem Dei, definitio eſt deſcriptiua per proprietatem, quæ nec de potentia abſoluta poteſt à peccato ſeparari: non verò quidditatiua data per eſſentialia, niſi lex Dei ſumatur materialiter, ſcilicet, pro ratione, quæ reuera eſt lex Dei, ſed licèt non eſſet lex Dei, adhuc eſſet lex, & illi repugnare nōn ſolùm eſſet malum morale; ſed etiam peccatum cum eadem malitia, quam modò habet in eo, qui conſiderat eſſe contra legem Dei.

*Definitio data per contrarietatem ad legē Dei æternam eſt deſcriptio.*

Dices in hoc homine haber contemptum, & iniuriam Dei, iuxta Baſilium in id Pſalm. 28. *Afferte Domino gloriā, & honorem:* vbi ait; *ſicut qui im-*
D *plet præceptum, Deum honorat: ita qui violat, inhonorat*, iuxta id Rom. 2. *Per præuaricationem præcepti Deum inhonoras:* in illo autem non haberet contemptum, nec iniuriam Dei: ergo non haberet omnino eandem malitiam. Reſpondeo contemptum, qui eſt in eo, qui peccat cum notitia formali legis Dei, non ſemper eſſe formalem: alioqui ſemper eſſet ſpeciale peccatum, quod eſt contra omnes: ſed virtuale, & implicitum incluſum intrinſecè in omni malitia: quia enim ratio noſtra eſt lex naturalis, & participatio legis æternæ Dei, virtute, & implicitè eſt contra legem Dei, & quidam quaſi contemptus Dei formaliter, vel virtute, volentis nos obligare per rationem naturalem
E eodem gradu, quo obligaret ratio naturalis, ſi à Deo non dimanaret. Et hic contemptus virtutis, quantùm ad totam ſuam malitiam eſt in eo, qui inuincibiliter ignorat, vel non conſiderat Deum, & daretur, licèt non eſſet lex Dei, nec Deus ipſe in mundo: qua tota eius malitia eſt eſſe contra rationem in tali materia, imò & tunc quodammodo eſſet contemptus Dei, & legis eius, quia ſi exiſterent, per tale peccatum offenderentur, vnde peccatum, quantùm in ſe eſſet, offenderet Deum, & legem eius, ſicut modò, & ita eandem contraheret malitiam.

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Contemptus Dei virtualis non formalis eſt in eo qui legē Dei violat.*



Digitized by Google

*Coroll. 4. Pro huius ſol.*

*Duplex eſt lex, vna eſt imperans, altera indicans.*

33 Quartò ex dictis infertur, verum eſſe, ſi ſanè intelligatur, quod dixere Greg. II. diſt. 34. q. 1. art. 2. corol. 2. Gabr. diſt. 35. q. 1. art. 1. Almainus 3. moral. c. 16. Cordub. lib. 3. q. 10. ad 2. duplicem eſſe legem; vnam propriè imperantem, & hanc ſemper requirere voluntatem Superioris, quia vel eſt voluntas obligandi, vel eius intimatio; aliam indicantem, ſeu oſtendentem, quæ obligat ſolùm oſtendendo, & huiuſmodi eſſe rationem, & legem naturalem, ac proinde non requirere primò, & quantùm eſt ex ratione legis, voluntatem Superioris. Hoc verum eſt loquendo de lege præcipiente, in maxima proprietate: ſic enim lex præcipiens inuoluit Superioris voluntatem, & ſic Victoria relectione de homicidio num. 15. & alij dicunt, aliqua eſſe prohibita, quia mala: aliqua verò mala, quia prohibita; tamen latiùs etiam lex indicans, verè eſt præceptum, & imperium, quatenus eſt regula neceſſariò ſequenda, vt opus ſit rectum, ſeu quatenus habet vim obligandi. Regulæ neceſſariò ſeruandæ in vnaquaque arte, præcepta dicuntur, vt patet 3. polit. cap. 7. ergo ſimiliter regulæ neceſſariò ſeruandæ in moribus.

*Obiectio.*

34 Oppones; quia lex naturæ eſt imperium propriè dictum: ſed imperium propriè dictum eſt diſtinctum à iudicio; vt tractatu 6. diximus cum diuo Thoma quæſt. 17. ergo lex naturæ non conſiſtit in iudicio: ſed in imperio, quo intellectus dicit, *fac hoc*. Ita docent nonnulli Thomiſtæ, non ſolùm de lege naturæ; ſed de omnibus aliis. Quod malè aliqui reiiciunt, putantes, in intellectu nullũ eſſe imperium diſtinctum à iudicio: nam eſſe oſtẽdimus loco citato. Quia cùm interiori ſuæ potentiæ, vel alteri homini homo dicit, *fac hoc*, locutio illa non eſt actus voluntatis: nam ad illam non pertinet interiùs loqui: ergo intellectus: ſed nihil affirmat, aut negat, ergo non eſt iudicium, ſed alius actus intellectus, & idem eſt de interna locutione deprecatiua vel promiſſiua, *da hoc*; vel, *faciam hoc*, quidquid in contrarium dicat Medina (de oratione quæſt. 2.) meliùs ergo illud reiicitur: quia imperium illud, cùm non oſtendat neceſſitatem, nec turpitudinẽ obiecti, nec inuoluat voluntatem obligandi in potente obligare, nullo modo obligat, ergo per ſe non eſt lex naturæ, aut alia. Confirmatur, quia ſine illo poteſt dari iudicium de neceſſitate l. turpitudine obiecti: quod iudicium obligat, quia *ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi*, vt ait B. Iacob. cap. 4. ergo ſine illo datur lex naturæ: econtrà verò, etiamſi detur tale imperium ſine iudicio, de neceſſitate, vel turpitudine obiecti, nulla eſt obligatio: ergo imperium illud per ſe ſumptum, non eſt lex naturæ. Adde, nec eſſe legem æternam: quia lex æterna non obligat, niſi media lege poſitiua, humana, vel diuina, vel media lege naturali: ad has autem non eſt neceſſarium imperium illud in Deo, ſed ſatis eſt communicare nobis cognitionem honeſtatis, & turpitudinis, & per ſe, vel per Principes velle obligare nos, & nobis intimare hanc voluntatem: ergo illud imperium non eſt neceſſariũ ad legem æternam: imò cùm non intelligatur ab homine, quorſum ad illũ dirigeretur? & quomodo ipſum obligaret? De lege poſitiua ſtatim dicã, non requirere eſſentialiter aut neceſſariò huiuſmodi imperium.

*Lex æterna nõ obligat niſi media lege poſitiua, vel diuina.*

*3. Concluſio.*

35 Tertia concluſio: lex poſitiua, ſiue humana, ſiue diuina, non conſiſtit eſſentialiter in imperio interno ſtrictiſſimè dicto, quo legiſlator interiùs

A dicat ſubdito, *fac hoc*, neque requirit neceſſariò illud. Eſt contra aliquos recentiores, qui omnem legem in illo imperio diſtincto à iudicio conſtituunt. Sed pro nobis ſunt, Valentia diſput. 7. quæſtione 1. puncto 2. & alij, dicentes, legem in iudicio rationis practicæ conſiſtere. Idem de lege poſitiua tenent Vazquez & Azor citati ſectione præcedenti, pro ſecunda ſententia: imò auctores illius ſententiæ ferè omnes docent, legem, opinionémque in iudicio conſiſtere: quod etiam colligitur ex diuo Thoma quæſt. 90. art. 1. ad ſecundum, dicente, *Leges eſſe propoſitiones practicas*: propoſitio autem non eſt imperium diſtinctum à iudicio, ſed eſt iudicium, ergo, &c. & quæſt. 9. artic. 1. & 3.

*Lex in iudicio rationis practicæ conſiſtit.*

B ait, *Leges eſſe dictamina rationis practicæ*, & eodem art. 3. leges naturales eſſe principia practica, & leges humanas eſſe concluſiones: principia autem & concluſiones mentales ſunt iudicia, & non imperia, ergo, &c. Ratione probatur: quia obligatio legis poſitiuæ à ſola poteſtate, & voluntate obligandi ſubdito notificata pendet, non verò ab illo actu imperij, quia etiam ſi ſuperior interiùs vel exteriùs dicat, *fac hoc*, ſi non habeat animum obligandi, vel illum mihi non manifeſtet, non erit verum præceptum, nec lex: econtrà verò, etiam ſi non dicat expreſsè interiùs, nec exteriùs, *fac hoc*, ſed ſolùm habeat, & exprimat animum obligandi: ſubditus manebit obligatus: quia *ſeruus ſciens vo-*

C *luntatem domini ſui & non faciens, plagis vapulabit multis*, vt dicitur Luc. 12. & quia qui poteſt, & vult obligare, & voluntatem ſuam manifeſtat, hoc ipſo obligat: ergo ille actus imperij nec ſufficit, nec eſt neceſſarius ad obligandum.

Vnde fallitur Sotus 1. iuſt. q. 1. art. 1. ſi velit, in imperio illo, *fac hoc*, diſtincto à iudicio, legẽ eſſentialiter conſiſtere: & præterea ſibi aduerſatur dicẽs, cõſiſtere, in propoſitione imperatiui, *faciendũ eſt hoc*: nã hęc propoſitio, & quæcumq; alia indicatiui eſt: propoſitio enim definitur, *Oratio verũ, vel falſum ſignificans indicando*. Clariùs autem, legem eſſentialiter cõſiſtere in tali imperio, docuit Conradus q. 90 art. 1. §. & cõfirmatur, & Medina eo. art.

*Propoſitio quid ſit.*

36 Obiicies D. Tho. q. 92. art. 2. dicentẽ, *Sicut enunciatio eſt rationis dictamen per modum enunciandi, ita & lex per modum præcipiendi*: ergo ſentit legem nõ eſſe enunciationem, ac proinde nec iudicium, ſed imperium ſtrictè ſumptum, & diſtinctũ à iudicio. Reſpõdeo D. Tho. non velle, quòd lex nõ ſit iudicium: ſed quòd poteſt ſupponere pro pręcepto diſtincto à iudicio, & pro iudicio practico, quod verè ſit præceptum; quod iudicium quale eſſe debeat ſtatim dicemus. Et quidem legem Dei eſſe præceptum, docet Geneb. Pſal. 18. verſ. 8. & Pſal. 118. v. 2. & patet Deut. 6. & Matt. 22. Vnde Baſil. Chryſoſt. Theophil. Alex. citati ſect. præced. Auſt. in id Pſal. 77. *Et ſuſcitauit teſtimoniũ in Iacob, & legem poſuit in Iſraël*, & ſer. 13. de verbis Apoſt. Ambroſ. Gal. 1. & Iureconſultus l. 1. & 2. ff. de legib. & l. legis virtus, ff. eodem, legi tribuit præcipere, iubere, vetare, & prohibere, & concordat lex 5. tit. 1. part. 1. & legiſlatores vtuntur verbo, iubemus, mandamus, & ſimilibus. l. iubemus, C. de aduocat. diuerſ. iudic. cap. cum omnes, & cap. ex parte, de conſt. & Accurſius legem diffinit, *Vt ſit ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria*: eodem modo loquitur Plato Dialog. 1. de legibus, Ariſto. 5. ethic. cap. 1. 2. & 10. & lib. 10. c. 9. *& in proœmio Rhetoricæ* ad Alexand. Cicero libris de legibus, Maximus Tirius ſer. 14. & alij

*Obiectio.*

*Lex Dei eſt præceptum.*

*Lex iterum definitur.*

Digitized by Google

alij paſſim,qui etiã ſæpe dicũt,legem imperare,& eſſe præceptum,& ſic Conanus 1. comment. iuris c.8.n.7.in definitione legis præceptũ ponit:ſi autẽ lex eſt præceptum;ergo imperiũ:nam præceptũ,& imperiũ eſſe idẽ,nemo ambigit,& ex Bernard. Accurſio,& aliis docetur cõmuniter in l.1.ff.de legib. Quamuis autẽ imperium diſtinctũ à iudicio nõ ſit de eſſentia legis,nec ad illã neceſſariũ:ſi tamen detur, & voluntatem obligandi ſubdito manifeſtatã cõiunctã habeat,dicetur lex. Vnde Deus Exod.20. verbis ſignificantibus præceptũ ſtrictè ſumptũ,legem ſuam tradidit: *Non habebis Deos alienos,&c.*

*4. Concluſio.*

37 Quarta concluſio,iudicium, quo legiſlator iudicat,ſe velle obligare ſubditos,non eſt de eſſentia legis poſitiuæ,neque omninò neceſſariũ ad illam. Probatur : quia ſine illo poteſt dari voluntas obligandi manifeſtata ſubdito per reuelationẽ diuinã, & tunc ſubditus maneret obligatus:Communiter tamen tale iudiciũ cõcurrit,exteriuſq; exprimitur per illa verba, *volo obligare*, vel ſimilia:& pro illo iudicio vero, & habẽte coniunctã voluntatẽ obligandi exteriùs expreſſam,ſupponere poteſt lex; & ſic verũ eſt, quod dicunt Azor & Vazquez legem eſſe iudiciũ, quo illa voluntas obligãdi denunciatur.Nec eſt incõueniens legẽ ſupponere poſſe pro dicto iudicio,& pro imperio ſtrictè ſumpto, quãuis nõ ſit de eſſentia legis,ſed de integritate: Nam ſic homo ſupponere poteſt pro partib. integralib. vt dicendo, homo eſt manus,pedes, caput & aliæ partes animatæ anima rationali, & domus ſupponit pro lapidibus & lignis, &c. quæ ſunt partes integrales ipſius.

*Lex eſt iudicium.*

*5. Concluſio.*

38 Quinta concluſio,iudiciũ de honeſtate vel turpitudine obiecti, aut de conuenientia obligandi ſubditũ,nõ eſt omninò neceſſariũ ad rationẽ legis. Probatur : nam etiã ſi Princeps iudicet, turpe eſſe quod præcipit,vel neceſſariũ ad honeſtatem,quod vetat,vel nõ eſſe licitũ aut expediens obligare ſubditos:ſi tamen,quãtùm eſt in ſe,velit illos obligare, & hanc voluntatem illis manifeſtet, & reuerà iuſtũ,& bono cõmuni expediẽs eſt,quod præcipit, & præceptũ ipſum,vera lex eſt,& ſubditi id ſciẽtes tenẽtur ei obedire,quia licèt aliud putet Princeps, tamẽ poteſt tunc ſubditos obligare,idq; vult;ergo verè illos obligat : quo circa nullũ iudiciũ actuale, rectũ,eſt eſſentiale,aut neceſſariũ ad legẽ poſitiuã; ſed tãtùm aptitudinale:nimirũ quòd quantũ eſt ex parte obiecti, Princeps verè tunc & rectè iudicare poſſet,id quod præcipit,eſſe bonũ, & validè poſſe id præcipere, & ad illud obligare, quæ iudicia recta,ſemper ſunt in lege diuina.

*6. Concluſio.*

39 Sexta concluſio, voluntas obligandi exteriùs expreſſa,eſt eſſentialis legi poſitiuę:probatur,quia eſt neceſſaria, imò & ſufficiens ad obligandum: obligatio autem ex lege oritur.

*Obiectio.*

Obiicit Medina q.90.artic.1.quia homo poteſt obligare ſeipſum ſine animo ſe obligandi; ergo & alios:antecedens probatur,nam qui vouet,vel iurat animo vouendi,vel iurandi,licèt non animo ſe obligandi,nihilominùs manet obligatus. Propter hoc Medina putat,præceptũ ſuperioris latum animo præcipiendi,licèt non obligãdi,verè obligare, & ideo legẽ conſiſtere præcisè in actu intellectus, *fac hoc*,exteriùs voluntariè expreſſo,& à voluntate illã eliciẽdi profecto, abſq; vlla volũtate obligãdi.

*Opinio Medinæ.*

*Reiicitur.*

40 Quę opinio à viris doctiſſimis tãquam abſurdiſſima reiicitur.Primò,quia ſi Princeps illo præcepto interno exteriùs expreſſo obligat:volẽdo illud ha- A bere,& exprimere,virtute vult obligare:ergo obligatio nõ eſt ſine animo obligandi,ſaltem virtuali. Secundò,quia ſi in illo ſolo præcepto expreſſo,eſt ſita eſſentia legis,etiã ſi Princeps formaliter,& expreſsè vellet,non obligare,adhuc obligaret, etiãſi animus Principis cõſtaret populo:quod eſt abſurdum,præſertim in Deo;ſic enim volẽs nõ obligare,obligaret : & ſic voluntas eius abſoluta nõ impleretur.Tertiò,quia in materia de voto ferè omnes docent, votũ emiſſum cũ animo non ſe obligãdi,vel ſine animo ſe obligãdi,non eſſe verè votum:ideoque non obligare. In quo euentu,ſi quis vellet vouere ſine animo ſe obligãdi, eſſet vouere aliquid repugnãs,vt velle producere hominẽ, qui B nõ ſit animal rationale. Idẽ eſt de excõmunicatione:nã lata ſine animo obligandi,non ligat. De iuramẽto verò alia ratio eſt:quia nõ capit vim obligandi ex animo hominis ſe obligãdi:ſed ex animo iurandi,vt maximè liquet in iuramẽto aſſertorio: nã ob reuerentiã Dei tenetur,qui illũ ſeriò in teſtẽ adducit,verũ dicere: & ſimiliter,quod iurat ſe facturũ,tenetur facere.Nõ ergo in illo præcepto interno exteriùs expreſſo,*fac hoc*,conſiſtit eſſentialiter lex poſitiua humana,vel diuina:ſed in volũtate rationabili ſuperioris exteriùs expreſſa, qua vult obligare ſiue exprimatur immediatè, aut mediatè ab eodẽ,ſiue à Deo, vel ab alio cui fuerit reuelata. Vnde D.Tho.2.2.q.104.art.2.ait, *Voluntatem Superioris,quacũque ratione innoteſcat ſubdito, eſſe quoddã* C *præceptum*:& qui illam voluntatẽ explicat, dat cõplemẽtum eſſentiale legi: nõ tamen dicitur facere legem, niſi auctor ſit obligationis propria voluntate obligandi. Et quamuis præceptũ ſtrictiſsimè ſumptũ,quod explicatur his verbis,*fac hoc*,non ſit actus elicitus voluntatis:ſecus tamen præceptũ eſſentiale legis:hoc enim eſt actus,quo volũtas vult ſubditos obligare. Nec contra hanc cõcluſionem 41

*Lex non conſiſtit in præcepto Superioris lato animo non obligandi.*

*Votum expreſſum animo ſe obligandi,non eſt votum.*

*Iuramentum capit vim ex animo iurantis.*

vim vllã habent argumẽta poſita ſectione præced. opin.2.ſicut nec argumẽta, quæ in prima ſententia propoſita ſunt, vim habent contra ſecundam ſententiã rectè intellectã:ita videlicet, vt licèt lex poſitiua ſupponere valeat pro nonnullis actibus D intellectus:non tamen illos includat eſſentialiter, neque omninò illos requirat : ea verò argumenta ſigillatim ſoluere nituntur Sotus, Medina, Vazq. & alij auctores ſecũdæ opin.Tertia opinio admittenda eſt in eo ſenſu, vt lex ſupponere poſsit pro aggregato ex actibus intellectus,& voluntatis,& eſſentialiter includat illos, licèt in particulari non includat intrinſecè actus illos, de quibus egimus concl.34.& 35.At verò quarta opinio reiiciẽda eſt: quia nullus actus intellectus, præciſa voluntate obligãdi,habet rationẽ legis. Quinta opinio vera eſt,nempe poſitiuã legem ſupponere poſſe pro ſigno vero voluntatis obligãdi ſubditum, maximè quãdo mediatè vel immediatè manauerit à Superiori. E Vnde omnes opiniones excepta quarta facilè conciliantur,& veræ ſunt, ſi ſanè intelligantur. Nec eſt incõueniens, eundem terminũ vniuocum pro variis rebus ſupponere poſſe, ſi ita ſupponat pro vna,vt aliã etiã cõnotet: ex ſua enim 1. impoſitione & vſu, plures ſuppoſitiones eiuſmodi habere poteſt. Sic enim hæc vox, domus, ſupponit pro materia connotando formam, & pro forma connotando materiam, & pro aggregato ex forma & materia,nempe lapidibus & lignis,&c.

*Cenſura omnium opinionum & concordia quarũdam.*

Adde ſi vera eſſet opinio,quã multi tenuere cũ D. Thoma, verbum, & actum intelligendi eſſe 42



Digitized by Google

qualitates realiter diſtinctas, legem non ſolũ ſupponere poſſe pro actu intelligendi, ſed etiam pro verbo ipſo, vel eius productione, quæ eſt locutio. Hoc ſumitur ex D.Tho.q.90.art.1.ad 2.quem non videtur Caietan.intellexiſſe: docet enim D.Tho. legem eſſe orationem, ſeu propoſitionem practicã mentalem, quæ fit per actum intelligendi, & aliquando non eſt actualiter in mente: ſed per modũ habitus: quod repetit q.94.ar.1.& loquitur de lege naturæ. Sed Cõradus his locis id extendit ad alias. Non videtur autem excludere D.Tho. actus intelligendi, vel imperandi à ratione legis: ſed præferre videtur verba, per illos producta; fortaſſis quia sũt proximiores regulę operandi, neque in ea opinione verbum, & actus intelligendi ſunt diſtinctæ leges: nam actus intelligendi, & verbũ inſeparabiliter ſe habent, & pro eadem regula reputãtur, ſicuti locutio & verbum. Probabilior tamen & communior opinio eſt, verbũ, & qualitatẽ, quæ eſt actus intelligendi, vel imperandi, idẽ prorſus eſſe. Licèt autem Angelus, vt quidam Philoſophi putarunt, eſſet ſua intellectio, ipſa eſſet lex: quia obligaret immediatè voluntatem ipſius, & mediante actu elicito voluntatis poſſet obligare volũtatem ſubditi, ſi quem haberet. Et quia pro eodem reputantur cognitio, & volitio obiecti, & obiectũ, vt cognitũ & volitum, pro eodem reputantur: ideo ſicut cognitio & volitio obiecti eſt lex, ita etiam obiectũ, vt cognitum & volitum poteſt dici lex: quo ſenſu Azor lib.5.c.2.q.2.ait, legem poſitiuam paſſiuè acceptam eſſe, *Quod Princeps, vel Reſp. iubet, verbo, vel ſcripto denunciatum, quod memoriæ impreſſum hæret:* naturalẽ verò eſſe, quod ratio ipſa iubet, vel prohibet, quod aliquando eſt actu, aliquando habitu in mente, & ſic principia rerum agendarum vel fugiendarum, vt, *bonum eſt amplectendum, malum fugiendum; quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris,* eſſe leges naturales: ante omnem actum & habitum: lumen verò ſeu facultatẽ rationis legem dici poſſe cauſaliter, quia eſt legis fons, ſeminarium, & origo. Vnde lumen illud, de quo in Pſal. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui:* communiter Doctores explicare de lege naturali. De qua & aliis legibus multa inferiùs dicam, quæ iam dicta ſummopere illuſtrabunt. Hîc ſolùm aduerte, legem naturæ nõ ſemper verſari circa prima principia, vt malè indicat Caietanus quæſt.90.attic.1. ad ſecundum, ſed paſſim etiam circa concluſiones, vt quãdo neceſſitas, vel turpitudo obiecti cognoſcitur tãtùm per diſcurſum, tunc cognitio concluſionis eſt lex: quia illa eſt, quę voluntatem obligat. Hinc poſſet reiici Maior 4.diſt.1.q.4. §.inſuper, vbi ait, legem naturalem eſſe habitum facultatis: intelligere autẽ videtur Syndereſim ipſam. Meliùs D.Thom. qu.94. art.1.& Antoninus 1.part.tit.3.c.1.dicunt, non eſſe habitum, ſed actum habitu manentem, quia Syndereſis non obligat per ſe, ſed per actum, qui manet habitu, quia in homine eſt habitus, quo poteſt facile elicere actum, qui eſt lex.

*Actus intelligendi & verbum inſeparabiliter ſe habent.*

*Iterum quid ſit lex.*

*Syndereſis quid ſit.*

## SECTIO VII.

*An ſit conditio neceſſaria ad legem, vt præceptum imponatur alicui communitati.*

43 *Concluſio affirmatiua.*

RESpondeo affirmanter, quod aliqui putant aſſertum eſſe à D.Tho. q.90. art.2.& Iſidoro 5.etym.ca.21. & refertur c. erit autem lex, diſt.4. ſed ibi D.Thomas & Iſidorus tãtùm agunt de conditione, quam ſectione ſequenti examinabo. Meliùs colligitur ex Iſidoro 5.etym.cap.18. & refertur c.priuilegia, diſt.3. vbi ait, *Priuilegia ſunt leges priuatorũ, quaſi priuatæ leges: nam priuilegiũ inde dictũ eſt quòd in priuato feratur,* ſed leges propriè dictæ diſtinguuntur à priuilegiis, quæ ſunt veluti legum propriè dictarum exceptiones: ergo leges propriè dictę, ſunt, quæ communitati imponũtur: ideo iura generalia, & leges generales appellãtur l.2.& 3.C.de legib. conſonat c.licet, de regularib. vbi dicitur, *Legem priuatam,* id eſt, *priuilegium, publicæ legi præiudicare.* Clariùs habetur concluſio in Concilio Meldenſi c.21. & refertur c.1.de conſtit. *Canonum ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus:* & l.leges, 5.C.de legib. *Leges, vt generales, ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruantur:* & l.leges ſacratiſſimæ, C.eod.tit. *Leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, ab omnibus intelligi debent, vt vniuerſi præcepto earum manifeſtiùs cognito, vel inhibita declinẽt, vel permiſſa ſectentur,* & l.1.ff.de legibus; vbi dicitur, *Lex eſt commune præceptum, &c.* & infrà, *communis Reip. ſponſio:* quod explicat gloſſa, quia interrogatione facta à conſule, & reſponſione facta cõmuniter à populo, ſtatuebatur, & l.2.ff.de legib. adducitur Demoſthenes dicens, *Lex eſt, cui omnes homines debẽt obedire:* item, *Lex eſt cõmunis ciuitatis ſponſio, ſecundùm quam omnes decet viuere, qui in ciuitate ſunt;* & Chryſippus, dicens: *Lex eſt omnium humanarum, & diuinarum rerũ Regina: oportet autem præſidere bonis & malis, &c.* Et in quatuor legibus ſequentibus docetur, leges aptari debere ad ea, quæ frequenter accidunt, non ad rarò conſtringentia, quod ſatis inſinuat, legẽ non priuatæ perſonæ, ſed communitati alicui imponi debere. Vnde in l.7. ſeu iura, dicitur, *Iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur.* Deinde lex debet eſſe perpetua, vt poſtea dicimus, nulla autem perſona eſt perpetua: ergo nulla lex imponitur tantùm vni perſonæ, ſed pluribus, & ideò generaliter, nõ verò in particulari: quia innumeras perſonas, vſuſque cõprehendit: de quo vide Ariſt.5.ethic.c.10.2.pol. c.3.& l.neque leges, ff.de legi.& quòd lex eſt præceptum communitati impoſitum. Sotus 1.iuſt.q.1. art.2. Medina Vazquez & alij hac q.90.art.2. Aug. & Iaſon l.1.nu.1. & 2. ff.de legib. conſonat Aulus Gell.10. noctium Attic. c.20. ex definitione legis tradita à Capitone, colligens, leges non eſſe, quæ non ſunt generalia iuſſa, & ideo priuilegiũ legem non eſſe: quãuis Salluſtius 1.hiſto. priuilegiũ quod de Pompeij reditu ferebatur, legem appellauerit.

*Leges propriè ſunt, quæ communitati imponuntur.*

*Leges aptari debent ad ea quæ frequenter accidunt.*

Sed obiicies 1. quia in l.1.ff.de conſt.princ.dicitur, *Quodcumque Imperator per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe cõſtat. Hæ ſunt, quas conſtitutiones vulgo appellamus. Planè ex his quædam ſunt perſonales, &c.* Ex quibus verbis gloſſa ad l.1.ff.de legib. colligit, nõ omnẽ legem eſſe cõmune præceptũ: quia perſonalis conſtitutio commune præceptũ nõ eſt: vnde quod in ea lege dicitur, legẽ eſſe cõmune præceptũ, ait eſſe difinitionẽ tantùm deſcriptiuã: quia non conuenit omni legi. Pręclara ratio, quaſi definitio deſcriptiua nõ deberet eſſe æqualis definito. Meliùs reſpondet Anto. Vacca in illa l.1. ff.de legib. illud dictũ Papiniani, *Lex eſt commune præceptũ:* & illud Atteij Capitonis apud Aul.Gel.lib.9.c.20. *Lex eſt generale iuſſum populi,* non eſſe intelligenda vt præceptũ debeat eſſe cõmune paſſiuè, id eſt, communitati impoſitum, ſed 44

*1. Obiectio.*

Digitized by Google

ſed actiuè, id eſt, à communitate impoſitum: olim A enim non poterat apud Romanos ſolus Princeps legem ferre ſine communitate.

*Solutio. Cõſtitutiones particulares nõ ſunt leges.* Reſpondeo ergo, cõſtitutiones perſonales propriè & ſimpliciter leges nõ eſſe, imò nec conſtitutiones; vnde gloſſa illa l. 1. ff. de conſt. prin. ait, *conſtitutiones perſonales eſſe, quæ in iuris corpore non clauduntur:* aliàs conſtitutionem ſemper eſſe generalem, vt l. 1. in fine, C. de nouo codice faciendo: dicuntur tamen leges & conſtitutiones largè, & impropriè, quia eandem vim obligãdi habent, quam leges & conſtitutiones propriè dictæ, quæ impoſitæ ſunt communitati. Cur autem hæ ſolæ dicantur propriè & ſimpliciter leges, & conſtitutiones, præcipua ratio eſt communis vſus vocis: nam præ- B cepta particularia, quæ peculiari aliqua ratione vni aut alteri imponuntur, veluti ſi cui ob ſua delicta præcipiatur, vt à receptione, vel executione ordinum abſtineat, licèt iuſta & ſeruanda ſint, tamen leges non ſunt, vt notat Vazquez diſput. 151. cap. 3. Soto 1. iuſt. quæſt. 1. art. 1. ad 2. D. Tho. q. 90. art. 2. ad 1. Caie. ibi & art. 3. ad 3. & Medina art. 3. ad ſecundum, ſicut nec præceptum, quod pater familias ſubditis imponit, vt ait D. Thomas hac q. 90. art. 3. ad tertium. Rectè etiam ibidem notat Vazquez ſi peculiari ratione vni parti ciuitatis aliquid peculiariter præcipiatur, vt eſſe inſtructam certo genere armorum; vel ædificiorum, legem eſſe poſſe. Idem exiſtimo, ſi præceptum aliquod imponatur Prætori, vel alteri officiali, & omnibus ſuis C ſucceſſoribus: tale enim præceptum commune eſt multis, & perpetuum, & ideo verè eſt lex. Vnde in ff. veteri & in 10. lib. C. plures leges ſunt de Senatoribus, decurionibus, &c. & ſimiles habentur lib. 11. & 12. C. & apud Hiſpanos tit. 21. part. 2. quo ſenſu verum dixere Caſtrus 1. de lege, c. 2. §. aliæ legis difinitiones. Accurſius & Paulus de Caſtr. l. 1. ff. de legib. nonnullas eſſe leges, quæ non ſunt generalia iuſſa, & ait Paul. nu. 1. non eſſe de ſubſtantia legis, vt generale præceptum ſit: quia poteſt eſſe lex, quæ tantùm habeat locum in ſingulari perſona, ſiue odium, ſiue fauorem contineat, quod probat ex l. amiſſione, de capite minutis, & l. ne- D que Dorotheum, C. de decurionib. lib. 10. quæ doctrina, vt vera ſit, debet explicari, ita, vt formaliter

*Lex ad ſingularem perſonã pertinet, ſed virtute multos obligat.* lex ad ſingularem perſonam pertineat, ſed virtute multos obliget; vt cùm aliqui lege lata hoſtes iudicantur Reipub. omnes tenentur illos tamquam hoſtes habere; & cùm alicui lege conceditur priuilegium, omnes prohibentur illud impugnare: omniſque vera lex aliquo modo cõmunitati imponitur, iuxta hæc poteſt explicari Antonius Vacca l. 1. ff. de legib. dicens, non eſſe de ratione legis eſſe impoſitam communitati, vel in commune; ſed iuſſum populi, vel Principis, vel in vna re, eſſe legem: ideoque has quoque vocari leges, vt de reditu Ciceronis, vt illa Pompeij de cæde Clodij, & E aliæ huiuſmodi. Rectè etiã notat Vazquez legem non expirare morte mandantis: at præceptum priuatum expirare morte mandantis, vt docet Sylueſter verbo, mandatum, quæſt. 3. ex l. inter cauſas, ff. mandati, & Ioan. Andr. c. quod præcipitur 14. q. 1. quamuis mandatum, quo confertur alicui poteſtas iuriſdictionis, ipſa cœpta, non expiret per mortem mandantis, vt docet Sylueſter ibi, Angelus verbo, mandatum, nu. 6. Armilla n. 6. & conſtat l. & quia, verbo, antequam, ff. de iuriſd. om. iud. & l. gratum, & c. relatum, de offic. deleg. de qua re plura dicam ſectio. 9. condit. 6. ſententiam verò, ait Vazquez, & omnes, non expiare morte iudicis; quia eſt veluti lex, & quia ſic expedit, ne delicta careant pœna condigna & proportionata. Quando verò priuilegiũ expiret, dicetur diſp. peculiari de priuilegiis, & quando expiret diſpenſatio, diſp. 20. de diſpenſ. *Sententia non expirat morte iudicis.*

Obiicies ſecundò, quia vnum dictamẽ rationis, 45 quod vnam tantùm perſonam comprehendit, & *2. Obiectio.* obligat, eſt lex naturæ: ergo etiam præceptum poſitiuum, quod vnam tantùm perſonam cõprehendit, & obligat, poterit appellari lex poſitiua. Reſponderi poteſt 1. legem naturæ non eſſe dictamẽ, quod vnicam tantùm perſonam comprehendit, & obligat; ſed dictamen vel aggregationẽ dictaminũ comprehendentium, & obligantium plures perſonas, & iuxta hanc ſolutionem, qui peccat contra dictamen, quo ipſe ſolus cõprehenditur, non peccat contra totam legem: ſed contra partem ipſius. Secundò reſponderi poteſt, omne dictamen, quod vnum obligat, eſſe legem naturæ, quia ſi idem numero in aliis poneretur, in quibus ſimiles circumſtantiæ concurrerant, ipſos etiã obligaret, & moraliter eſt idem numero cum dictaminib. ſimilib. quibus alij obligantur & vnam numero cum ipſis legem conſtituit: idẽ eſt de dictaminibus, quæ ſunt præcepta connaturalia gratiæ, atq; adeò naturalia ſecundùm quid, licèt ſupernaturalia ſimpliciter.

Aduerte autem, nomine communitatis in præ- 46 ſenti ſectione non ſolùm intelligi vniuerſaliſſimã, *Communitatis nomine quid hoc loco intelligatur.* quæ eſt totum humanum genus: ſed etiam alias, vt Eccleſiam Chriſti, regnum, ciuitatem, religionem B. Franciſci, & reliquas, cõfraternitates, ſocietates, collegia, vniuerſitates: de quibus Iuriſperiti l. 1. & ſequentib. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis, & ff. de collegiis illicitis: ſemper autem cõmunitas aliquo iure ſociatur: alioqui communitas non eſſet, ex l. *Communitas aliquo iure ſociatur.* ciuitas, ff. ſi cert. pet. & ca. delicta, iuncta gloſſa, de exceſſibus prælatorum. Et patet in ciuitate: quæ in quo conſiſtat, docet Ariſtot. 3 politic. ca. 1. eam verò eſſe communitatem perfectam, eo quòd ſibi ſufficiens eſt, 1. polit. cap. 1. & D. Thom. hac quæſt. 90. art. 2. & perfectior eſt regnum: imperfecta verò domus cui paterfamilias præeſt, vt notat diuus Thomas art. 3. ad tertium, Sotus 1. iuſt. quæſt. 1. art. 3. & lib. 5. quæſt. 2. art. 2. quia ſibi nõ eſt ſufficiens, nec in ea inuenitur dominium iuriſdictionis, licèt inueniantur alia dominia, & iura imperfecta, vt maritale in vxorem: paternum in filios: herile, & deſpoticum in ſeruos, & famulos. Cùm ergo dicimus, leges eſſe, quæ communitati imponuntur, intelligitur de perfecta communitate, ab habente iuriſdictionem in illam, & politicè ipſam gubernante: alia verò præcepta leges non ſunt, quia cõmunitati perfectæ non imponuntur. Porrò præceptum perfectæ communitatis dupliciter imponi poteſt. Primò dirigendo præceptum ad eos, qui illam immediatiùs gubernant, vt ſcilicet curent, in ea aliquod fieri, ſiue ipſa communitas ſe immediatè gubernet: ſiue ſuos habeat proximos gubernatores. Secundò dirigendo præceptum ad ſingulos, vt aliquid faciant: & ſic Quintilian. lib. 2. c. 4. ait, de lege quæri poſſe, an in populum ferri debeat, an in ſingulos homines. Pro concluſione huius ſectionis multa ſunt in ſequenti. *Communitati dupliciter præceptum imponi poteſt.*

## SECTIO VIII.

*An ad rationem legis neceſſe ſit legem ad bonum commune conducere.*



Digitized by Google

47 *Concluſ.*

RESpondeo affirmanter ex Iſidoro, 2.etymol.cap.10.in fine,& 5.etymol. cap.21. refertur, cap. erit autem lex, diſt.4.vbi ait, *Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundùm naturam, ſecundùm patriæ conſuetudinem, loco, temporiq́ conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo: ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta:* circa verbum, *in captione*, non eſſe legendum, incautum, notatur & bene probatur in decreto Gregoriano, idem ſumitur ex l.nulla, ff.de legibus. De hac conditione tractant D. Thomas 3. de regim. Principum cap.11.& 3. de eruditione Principum, cap.3.infrà, quæſt.96.artic.4.& 6. & hac quæſt.90. art.2.vbi Caietanus, Conradus, Medina, Valentia, diſput.7.quæſt.1.punct.2.§.4. Vazquez diſpu.191. cap.2. & ſequentib. Caſtro 1. de lege, cap. 1. ante medium, & cap. 5. documento 2. Syluester verbo lex, in princ.& quæſt.1.& 5. Caietanus & Armilla nu.1. Adrianus quodlib.6.art.1. Antoninus 1.part. tit.17.cap.vnico, §.3. Sotus 1. iuſt. quæſt.1.artic.2. & quæſt.6.art.8.concluſione 1.& quæſt.5.art.3.ad finem. Bellarminus 4.de Rom. Pont. cap.15. Palacios 3.diſt.37.diſput.1.§.porro autem. Toletus lib. de ſeptem peccatis mortalib.cap. 17. & 18. Andr. ab Exea cap. 1. de conſt. §. 2. num.319. citans Panormitanum, Calderinum, Imolam, Angelum, verbo lex, quæſt.9. Anton.1.part.tit.18.cap.vnico, Nauarrus de finib. num. 28. Turrecremata & alij Iuriſperiti dict.1.erit autem lex, Angelus & Iaſon l.1.& 2.ff.de legib. Alex.l.4.col.5.ff.de iureiur. Antonius Gomez l. 1. Taur. num. 5. Burg. in procemio legum Tauri, num.440. Gregorius Lopez, l.9. titul.1. part.1. vbi Alphonſus Rex Hiſpaniæ hanc conditionem poſuit; & Quintilianus his verbis, lib.2.cap.4. *Vitium legis in verbis, aut in rebus eſt; in verbis quæritur, an ſatis ſignificent, an ſit in eis aliquid ambiguum; in rebus, an lex ſibi ipſa conſentiat, an in populum ferri debeat, an in ſingulos homines? maximè verò commune eſt quærere, an ſit honeſta, an vtilis. Nec ignorò, plures fieri à pleriſque partes; ſed nos pium, iuſtum, religioſum, cæteraq́ his ſimilia honeſto complectimur: iuſti tamen ſpecies non ſimpliciter exquiri ſolet: aut enim de re ipſa quæritur, digna ne præmio, an pœna ſit? aut de modo pœnæ, præmiive, qui tam maior, quàm minor culpari poteſt. Vtilitas item: nam diſcernitur interim tempore; quædam an obtineri poſſit, ambigi ſolet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi ſolere.*

Hæc Quintilianus, cui conſonant quæ ex Fortunacian 2. Rhetoricorum referam ſectione ſeq. cond.4. Iſocrates verò in Parænetico laudat leges, *quæ ſunt faciles cognitu, claræ, & manifeſtæ, vtiles, inter ſe ſe congruentes, ad publica, non ad priuata commoda conſtitutæ.* Ariſt.1.Rhet, cap.4.docet, ſalutem Reipub.in legibus ſitam eſſe, & legiſlatorem multa debere attendere, vt leges ad ſalutem Reipubl. ferre poſſit, & 3.ethic.cap.7. in fine, ait, *Leges quæ ad rectas gubernationes accommodatæ non ſunt, iniuſtas eſſe,* & cap.8. *Quæritur,* inquit, *à nonnullis num legum conditor in rectiſſimis legibus ferendis ad nullorum commodum debeat, an ad plurium vtilitatem ſpectare: nam fortaſſe quod rectum eſt, ſuſcipi debet: forſitan autem rectum eſt, vt totius ciuitatis commodum, & ciuium commune bonum legumlator ſibi proponat;* & lib.5.cap.1. *Ipſæ leges de omnibus dictant, coniectantes, aut communem omnium vtilitatem, aut optimorum, aut Principum, vel virtute, vel aliquo alio tali modo,* &c. *Quare vno modo dicimus, iuſta, quæ fœlicitatem, eiuſq́ partes ſocietatis ciuilis efficiunt, & conſeruant,* &c. Nota ex Quintil.lib.3.inſtitutio.coniecturam ductam eſſe à coniectu, id eſt, directione quadam ad veritatem indagandam. Vnde etiam diuinatores atque ſomniorum interpretes, coniectores vocantur, propterea ergo dicit Ariſtoteles loco citato leges coniectare communem vtilitatem, & cætera, quia illã quærunt, idem Ariſt.4.pol.c.1. ait, *Leges eſſe ad Remp.accommodandas, non Remp. ad leges.* Vide etiam lib.5.c.9.& 10.lib.6.c.2.& 7. item 10.ethic.c.9. Plato dial.1.de legib.ait, *Leges debere fieri cõmunis pacis, beneuolẽtiæ, trãquillitatis, ac fœlicitatis gratia,* & dialogo politico, longè poſt mediũ de legiſlatore ait: *Atqui, vt arbitror, quiquid & pluribus, & plurimùm conducit, communiter inſtituat,* & in Critia: *Neque cenſemus, rectas eſſe eas leges, quæ non ſint communiter totius ciuitatis gratia poſitæ; qui autem aliquarum partium gratia leges condunt, eos non ciues, ſed ſeditioſos putamus, & iura ſua fruſtra ſic ab eis vocari cenſemus,* & epiſt.8.docet, *Leges non tam propter pecunias vel bona corporalia ſubditorum, quàm propter eorum virtutem ferendas eſſe,* & in politico ſeu ciuili longè à medio, *Arbitramur illi quidem, fieri non poſſe, vt quod ſigillatim & vnicuique ſeorſum conuenit, præcipiatur: itaque quod cõmunius eſt, quódque & plurimis & plurimum conducere putant, inſtituendum cenſent.* Cicero 2.de legibus: *Conſtat profectò ad ſalutem ciuium, ciuitatumq́ incolumitatem, vitamq́ omnium quietam, & beatam conditas eſſe leges, eoſq́ qui primùm eiuſmodi ſcita ſanxerunt, populis oſtendiſſe, ea ſe ſcripturos, eaq́ laturos, quibus illi aſcriptis, ſuſceptiſque honeſtè, beateq́ viuerent; quæq́ ita compoſita ſanctaq́ eſſent, ea videlicet, leges nominarunt,* & 1. de inuentione, *Ea,* inquit, *virtute & ſapiẽtia maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendis nihil ſibi, niſi ſalutem & vtilitatem Reip. proponerent; nec enim ipſi, quod obeſſet ſcribere volebant, & ſi ſcripſiſſent, cùm eſſet intellectum, repudiatum iri legem intelligebant,* & in Vatinium ait, *A maioribus noſtris nulla alia de cauſa leges ſunt inuentæ, niſi vt ciues ſuos incolumes conſeruarent.* Archita lib.de lege, & iuſtitia: *Ad ciuilem communionem conducit ſi lex non monarchia fuerit, neque ad priuatam quorundam; ſed ad communem vtilitatem inſtituta, & ex æquo ad omnes pertinens: oportet autem, vt lex locorum, ac regionum rationem habeat. Nam nec omne ſolum fert omnia, nec omnium hominum animi earundem virtutum capaces ſunt.* Liuius lib.4. *Nulla lex ſatis accommodata omnibus eſt, id modò quæritur, ſi maiori parti, & in ſummam prodeſt: leges conquire, quæ & iuſtæ ſint, & Reip. conducibiles, & inter ſe conſentientes, deinde, quæ lites quàm pauciſſimas pariant, & exortas, quàm fieri poſſit, ocyſſimè finiant.* Concilium Toletanum 8. cap. 10. *Eos Reges eligendos eſſe,* ait, *non qui ſint proſpectantes proprij iura commodi, ſed conſulentes patriæ, atque genti,* & in decreto ipſius Concilij edito nomine Principis, carpuntur Reges, *qui in proprietatis, illa conantur redigere ſinum, quæ pro ſolo conſtat illos, imperij percepiſſe faſtigio, & illud in iuris proprij collocant anno, quod publicæ vtilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtentu.* Hoc Concilium adducens Vazquez diſput.151.num.8.rectè docet, eum, qui iure belli principatum alicuius ciuitatis conſecutus eſt; ſi tamquam ciues reliquit, quos ſeruos facere potuiſſet, non poſſe eos in ſuam vtilitatem, quaſi ſeruos conuertere: ſecus ſi eos in ſeruitutem redegit: tunc enim plenum in eos habet

*Salus Reip. in legibus ſita eſt.*

*Coniectura vnde dicatur.*

*Omnium hominum animi earundem virtutum capaces non ſunt.*

Digitized by Google

bet dominium, vt notat Medina art. 2. ad vlt. ſed hoc omiſſo, pro concluſione noſtra eſt Baſilius initio Prouerb. dicens, *Leges debere eſſe ad conſequendam in communi bono vtilitatem, & non ad priuata commoda reſpicientes.* Et Chryſoſtomus in id, 2.Corinth.4.*Habentes eumdem ſpiritum*, ait, *illa potiſſimum leges hominem ſimilem Deo reddunt, quatenus Deo ſimilem fieri hominem licet, quæ ad publicam vtilitatem faciunt.* Meritóque id docet Chryſoſtomus: nam Deus in omni lege ſua non ſolùm propriam gloriam, ſed etiam bonum ſubditorum intendit, vt docet Suarez tom.1.opuſculorum, op.6. quod eſt de iuſt.ſect.4.num.2. vnde de quadam lege Dei dicitur Iſaiæ 51. *Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet:* ergo Reges, & alij Principes, qui miniſtri Dei ſunt, Rom.13. Sap. 6.& alibi ſæpe, ſi ei aſſimilari volunt, debent in omni ſua lege ſubditorum bonum intendere: ideo Bieſius 4.de Republic. ait, *Leges ſunt publicæ vitæ præcepta, quibus nos omnes obtemperare ſemper oportet, ſiquidem commune bonum, & æquitatem ipſam perpetuò ſpectant, atque ab eo, qui iubendi & iuſſa exequendi poteſtatem habet, proponuntur.* Demoſthenes contra Ariſtogitonem: *Leges cõmunes & ordinatæ ſunt, & eædem vniuerſis, æqua, honeſta, & vtilia ſpectant, & ad illa referuntur, quæ inuenta ſi fuerint, commune mandatum iam inde proponitur pax & æquale, &c.* Et quod dicitur l.1.ff.de legibus: *Lex eſt commune præceptum*, interpretatur gloſſ. id eſt, *communis vtilitatis ſtatutum; vel communiter toti vniuerſitati factum.* Et ſanè cùm lex, vt dixi ſectione præcedenti, ſit præceptum communitati impoſitum, vtile communitati eſſe debet; nam contra rationem eſſet pro bono priuato alicuius, quod in commune nõ redundaret, communitatem lege grauare: certè ſi Rex ſua tantùm commoda attenderet, tyrannus eſſet. *Hoc*, inquit Baſilius ſuprà, *tyrannus à Rege differt, quòd ille ſua ipſius quomodocumque, & vndecumque reſpicit, ac tuetur: hic ſubditis cõſulere tantùm quærit*, item docet Ariſtoteles 8. ethicor. cap. 10. & 3. politic.cap.5.& lib.5.ca.10. Andreas ab Exea, cap. 1.de conſt.num.320. & 321. cum Franciſco Patritio lib.1.de regno, tit.3.D.Thom. 2.2. quæſtio.42. art. 2. ad tertium, & 3.de regim. Princip. cap. 10. Auguſtinus 6.ciuit.cap.11. vbi ait: *Quando legiſlator prætermiſſo communi bono, proprium quærit, tyrannus eſt*: à fortiori autem tyrannus eſſet, qui ob proprium commodum iniuſta præciperet, vel probaret, & communi bono pernicioſa, vt ſi legem faceret, qua vſuræ probarentur, lex eſſet tyrannica, Clem.vnic.de vſuris.

*Leges hominẽ Dei ſimilem reddunt.*

*Deus in lege ferenda non ſolùm propriã gloriam, ſed & bonum ſubditorum intendit.*

48 Sed contra concluſionem obiicies, 1.nam, ſi lex debet ad commune bonum ordinare, peccabit Princeps, qui intuitu boni priuati legem alioqui iuſtam, & Reip.vtilem efficeret: quod videtur falſum. Secundò, quia multæ ſunt leges omnibus probatæ, quæ in bonum particulare ordinantur, vt viduarum, pupillorum, orphanorum, minorum, ſeruorum, militum, &c. vt videri poteſt per totum titulum de teſtam.mili.& C.qui militare poſſunt, & de re militari, lib.12.& ff.& C.de minoribus, & ff.ad ſenatuſc.Velleia. vnde l.1.§.huius ſtudij, ff.de iuſtitia & iure, & §.iuris præcepta ſeu huius ſtudij Inſtit. eod.tit. duplices diſtinguuntur leges; quædam, quæ ad commune bonum ordinantur, vt ad conſtituenda ſacra, erigendos magiſtratus, & ſimiles: aliæ verò, quæ ſunt circa priuatorum bona, & iura priuata dicuntur. Priuilegium etiam lex priuata dicitur cap.priuilegium, diſt.3. ex Iſidoro 5.etymol.cap.18. tamen in priuatum commodum priuilegiati ordinatur, & leges tuendi propriam vitam, vel alienam corporalem vel ſpiritualem, & dandi eleemoſynam aliis, & aliæ huiuſmodi in bonum priuatum, proprium, vel aliorum ordinantur: ergo non omnes leges debent ad commune bonum ordinari, quod expreſsè etiam docuit Baldus l.1. ff.de legibus. Tertiò, quia legi inutili parendum eſt: ergo eſt lex valida, ac proinde non eſt cõditio eſſentialis legi eſſe vtilem bono communi, imò neque vtilem ſimpliciter. Antecedens probatur, quia communis ſententia eſt, vt lex, ſi non aduerſetur iuri naturali, diuino, vel gentium, non deſinat valere; vt ex Ariſtotele, & Soto, ſe docuiſſe refert Menchaca 1.controuerſiarum illuſtrium cap.vltimo, num.1. ergo etiam lex inutilis valere poteſt.

*1.arg. Contra concl.*

*2.arg.*

*3.arg.*

Confirmatur: nam lex captionibus plena valet, l.vnica, in principio, C.de caduc.tollend. ibi, *Suis machinationibus*, & l.inuidioſa. §.1. & l. perquam dura, & l.proſpexit, ff.qui, & à quibus: elegans tex. in l.1.§.initium, ff.de poſtul. ibi, *Quia moderatam hanc ætatem prætor ratus eſt.* Quam rationem mirabilem eſſe, clamat Accurſius ibi, & Tiraquellus multa ad hanc rem congerens, de retract.in præfa. num.75. & Baldus in l.non omnium, per textum ibi, ff.de legibus, & in l.de quibus, ff.eodem, ergo à fortiori valet lex inutilis, & alioqui, eo ipſo quòd quis ſciret, legem eſſe inutilem, licèt nondum ſit reuocata à legiſlatore, poterit eam non ſeruare, & multò meliùs, ſi omnibus penſatis, noſſet eſſe Reipubl.incommodam: item ſi cogeretur ad eam ſeruandam, poſſet appellare: quæ non videntur concedenda.

*Confirm. Lex captionibus plena valet.*

Ad primum arg. reſpondeo ſi lex ex ſe eſt iuſta, & vtilis Reip. & Princeps id nouerit, licèt non intendat bonum Reipubl. ſed proprium, ad quod etiam lex conducit, non peccat mortaliter: imò nec venialiter, ſi habeat honeſtum aliquẽ finem: & lex illa ſeruanda eſt, vt notat Vazquez diſp.151. num. 13. Si verò careat honeſto fine, erit peccatum veniale otioſitatis. Si verò lex ſit incommoda vel ſaltem inutilis Reipubl. peccat mortaliter ex genere actus Princeps, qui ob ſuum vel alterius priuatum commodum eam ſtatuit, vt docent Sylueſter, verbo lex, quæſt.5. & 9. Nauarrus cap.23. num.40. Sotus 1.iuſt.quæſt.1.art.2.quæſt.5.articulo 3. ad fin. Caſtro 1. de lege cap. 1. ante medium in vltima conditione legis iuſtæ, & cap.5. docum. 2.D.Thomas 3. de regim.princip. cap.11. & 3.de erudit.princi.cap.3.Medina quæſt.90.art.2. con.2. Caietanus ibi, Vazquez diſp.151.c.2.

*Ad 1. Princeps legem condens pro ſuo commodo, ſi vtilis ſit Reipu. non peccat eam condendo.*

Ad ſecundum varia reſpõderi ſolent, vt videre licet apud Nauarrum de finib. num.28. & 29. Sed facilè reſpondeo diſtinguendo duplex bonum commune, vnum commune ſecundùm ſe totum, & ſecundùm partes; quia nec ſecundùm ſe totum, nec ſecũdùm partes eſt ſub dominio alicuius perſonæ priuatæ, cuiuſmodi ſunt templa, res ſacræ, paſcua communia, & ſimilia, de quibus loquuntur iura in argumenta citata. Aliud eſt bonum commune ſecundùm ſe totum, ſed non ſecundùm partes, vt diuinæ, vel honores plurimorum, quorum vnus habet dominium in vnam partem, alius in aliam; ſed in totum cumulum ſola communitas & aggregatum illorum hominum. Non omnes leges conducunt ad bonum commune, 1.modo, ſed

*Ad 2. Bonum commune duplex, ſecundùm ſe totum, & ſecundùm partes.*



Digitized by Google

A vel primo, vel ſecundo modo: ſic bonum commune eſt quòd Iudices ſine quoquam ſuffragio fiant, auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. cōſiderandum, colla. 2. & nequis re ſua etiam ob defectum ſcientiæ malè vtatur, §. ſed hoc tempore, Inſti. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Sic etiam bonum eſt commune, vt quiſque propriam vitam tueatur, & vt eleemoſyna detur pauperibus, tum quia hoc per ſe ad multos pertinet, quorum vnus vnam vitam, alius aliam tuetur, & ſuſtinet: tum quia etiam ſi non poſſet aliis prodeſſe, pertinet tamen ad decorem, & ornatum ciuitatis, vt iuſtitia, charitas, & miſericordia in illa exerceātur. Eodem modo ad bonum commune pertinet, vt militibus, B clericis, religioſis, & doctoribus priuilegia aliqua concedantur: & licèt ex legibus interdum ſequatur incommodum alicui, vel aliquibus priuatis, ſi ſunt neceſſariæ vel valdè vtiles bono communi, feruntur: quia, vt dicitur in cap. ſcias, 7. quæſt. 1. *Plurimorum vtilitas vnius vtilitati vel voluntati præferenda eſt:* Cui contrarium non eſt, quod dicitur, cap. locupletari, de regulis iuris in 6. *Non eſſe quoſdam locupletandos cum detrimēto aliorum:* Hoc enim verum eſt, niſi oppoſitum expediat communi bono, & propterea lege ſancitum ſit, vt in legibus præſcriptionis, vſucapionis, & confiſcationis, & ſimilibus, in quibus quod vni detrahitur, additur alteri, vt præſcribenti, accuſanti, vel pauperibus.

*Quæ pertinent ad commune bonum primo modo.*

*Plurimorum vtilitas vnius vtilitati præferenda eſt.*

49 C Sed quæres, an quando duo regna ſunt ſub eodem Rege, ita tamen, vt vnum regnum non conſtituant, poſſit Rex condere legem in bonū commune vnius cum detrimento alterius? omnes recentiores ſecuti Sotum 1. iuſt. quæſt. 1. art. 2. ad finem reſpondent negatiuè: quia licèt particulares communitates proprias requirant leges, quibus conſeruentur, 4. politic. cap. 1. fine: tamen non poteſt Rex vnius, etiam ſi ſimul ſit Rex alterius, cogere vnam communitatem, vt ſine ſua vtilitate & bono communi proſpiciat bono alterius, neque facultatem dare vni, vt aliam ſuis bonis vel iuribus priuet: ſecus, vt priuet alteram commoditate aliqua, ad quam ius nō habebat, niſi dependenter D à permiſſione huius: vt cùm Rex in bonum vnius regni ſtatuit, ne tale commercium cum alio habeat: ex quo aliud regnum vtilitatem percipiebat. Sed quando duæ communitates vnam cōſtituunt, vt ciuitates regnum, poteſt Princeps cum communi detrimento vnius, imperare, quod alteri, cuius pars eſt, vtile ſit: debet enim pars propter totum incommoditatem aliquam pati.

*An Rex duorum regnorū poſſit condere legem in vnius bonum, & detrimentum alterius.*

50 Ad tertium, & eius confirmationem reſpondeo legem omninò inutilem communitati, legem non eſſe: vt docent Caſtro, Medina, Vaſquez, Sotus ad 1. citati, & omnes recentiores Theologi, & Menchaca 1. controuerſiarum illuſtrium cap. 50. ſeu finali à num. 2. quod confirmat, quia lex iniuſta nulla eſt; lex autem eo ipſo quòd eſt inutilis, E iniuſta eſt; quia ſine cauſa imminuit libertatem ciuium: leges enim conſtringunt hominum vitas, l. leges ſacratiſſimæ, C. de legibus: ſicque onerant libertatem, vt ibi, & l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur: inducuntque quandam imaginem ſeruitutis, quæ morti æquiparatur, l. ſeruitutem, ff. de regulis iuris, iuncta l. libertas, ff. de ſtatu hominum, & §. libertas, Inſtit. de iure perſonarum, facit quòd apud Terētium Simon ad Soſiam dicebat, *Quod habui ſummum pretium perſolui tibi:* hoc eſt, libertatem; & illud vulgare,

*Ad 3. cum ſua confirmatione.*

*Lex omninò inutilis communitati, non eſt lex.*

*In Andria actu 1. ſc. 1.*

*Non bene pro toto libertas venditur auro.*

Confirmari idem poteſt ex Iſidoro cap. erit autem lex, diſt. 4. vbi inter conditiones legis ponit, quòd ſit vtilis &c. ex cap. cor Epiſcopi, 68. diſt. & ca. omnia, diſt. 12. vbi dicitur, legem inutilem abiiciendam eſſe: ſi cui ergo conſtat, legem eſſe inutilem, non tenetur illi obedire, niſi ad vitandum ſcandalum vel aliud ſimile incommodum. Sed in dubio, an eſſet inutilis vel non, dicendum eſt ſicut de dubio iniuſtitiæ legis diximus tractatu de conſcientia, & dicemus inferiùs. Sed non eſt cenſenda lex inutilis, aut nulla, etiam ſi ceſſet finis eius in aliquo caſu particulari, vt notat Medina artic. 2. ad quartum. Vazquez diſput. 151. cap. 4. & omnes, & latè inferiùs tractabitur. Quòd ſi lex inutilis ſeruanda non eſt, ſecluſo ſcandalo, multò minùs lex captioſa, ſi tales continet captiones, vt eam iniuſtam reddant: in quo euentu à lege appellare licet, per ſe loquendo, ſed quia leges communiter præſumuntur iuſtæ, à lege iniqua non licet appellare, l. ſi qua pœna, ff. de verbor. obligatione: ſi tamen fieret iniuſtum ſtatutum cōtra particularem perſonam, poſſet appellari, vt cum Angelo ibidem docet Iaſon l. 1. num. 1. ff. de legib. ex l. 1. §. ſolent, ff. quando appellandum eſt, & l. quàm grauatos, C. de cenſi. lib. 11. imò, etiam ſi ſtatutum eſſet generale, ſi factum eſſet in odium priuatæ perſonæ, poſſet ſecundùm Iaſonem appellari, & exceptio doli opponi, ex l. 1. §. fin. ff. de except. doli, ex Bartolo l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure, quæſt. 5. & aliis Iuriſperitis limitat Iaſon num 8. niſi ſtatutum fuerit rationabili ex cauſa: & propter eandem rationem indicat, fieri poſſe veram legem, quæ obliget vnam partem ciuitatis tantùm, vt diximus ſectione præcedenti. His cōſentit Vazquez diſput. 151. cap. 3.

*Lex captioſa non eſt ſeruāda.*

*Appellari poteſt à ſtatuto contra particularem perſonam lato.*

Sed quid ſi lex, quæ modò eſt inutilis, poſtea 51 fiat vtilis; valebitne poſtea? Menchaca 1. illo libro controuerſiarum, cap. 50. num. 10. in fine, affirmat, adueniente vtilitate incipere valere. Sed dico, in tali euentu legem valuiſſe etiam tempore inutilitatis, non pro illo tempore, ſed tantùm pro alio: talis enim numquam fuit omninò inutilis: ſed fuit inutilis pro aliquo tempore, ideo ſemper fuit valida; ſed non obligauit pro illo tempore, pro quo fuit inutilis. Certè, ſi ex eo quòd fuerit inutilis tempore, quo lata eſt, vel ſequenti, fuit nulla, vel expirauit; neceſſe eſt iterum ferri à legiſlatore, vt valeat: quod eſt contra Menchacam: ergo antea erat vera lex, & numquam extincta fuit.

*Lex quæ modo eſt inutilis valet, ſi poſtea ſit vtilis.*

Sed quid ſi lex hinc eſt vtilis communitati, in- 52 de verò noxia, ita vt melius eſſet legem auferri, vel conditam non fuiſſe: nihil tamen præcipit iuri diuino, naturali, aut poſitiuo, aut canonibus contrarium: eſtne ſeruanda, dum à Principe non reuocatur? Partem affirmantem tenet Sotus 3. iuſt. quæſt. 4. art. 5. ad primum, cui aduerſatur Menchaca loco citato num. 2. citans pro ſe Caſtrum 1. de lege, cap. 1. §. poſtquam in definitione legis verſic. & inde, mea ſententia. Sed longè aliud ibi vult Caſtro. Mihi autem in propoſita quæſtione videtur dicēdum, ſi ſubditus euidentiam habeat, quòd bono communi melius, ſimpliciter, & omnibus penſatis eſſet legem non fuiſſe poſitam, vel reuocari, licèt nondum ſit reuocata; licitè aget contra illam, ſecluſo ſcandalo, & aliis incommodis, quia ſimpliciter eſt inutilis, imò & noxia, & ad tales leges ferendas vel continuandas Princeps poteſtatē non

*Si lex vtilis eſt poſtea noxia eſtne ſeruanda.*

Digitized by Google

non habet, & in hoc placet Menchaca. Si verò ſubdito res eſſet dubia, deberet legem ſeruare, & ſic poſſet intelligi, aut limitari Sotus. Sic etiam poſſet intelligi quod poſt cap. erit autem lex, diſt. 4. addit Gratianus: *Ideo autem in ipſa conſtitutione iſta cõſideranda ſunt: quia cùm leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipſis: ſed oportebit iudicare ſecundùm ipſas:* ad quod c. ſequenti adducit Auguſtinum libro de vera religione.

53 Aduertendum autem, meritò à Caſtro 1. de lege cap. 1. reprehendi gloſſam d. cap. erit autem lex, diſt. 4. aſſerentem, ſi Rex priuato commodo legem conſtitueret, illam non fore legem, ſed priuilegiũ. Nam cùm Rex in ſuum priuatum commodum legem facit, priuilegium nulli cõcedit: cùm nullum eximat ab vlla lege. Sed Vazquez diſp. 151. cap. 1. in bonum ſenſum gloſſam explicare conatur.

## SECTIO IX.

*Quæ aliæ conditiones ſint neceſſariæ ad rationem legis.*

54 DVabus ſectionibus præcedentibus, duas conditiones ad rationem legis neceſſarias conſtituimus. Prima eſſe præceptum communitati impoſitum. Secunda eſſe ordinatam ſeu cõducentem ad bonum commune.

*1. Conditio legis.* *2. Conditio.*

*3. Conditio.* *Quis habet poteſtatem ferendi leges.*

Tertia conditio eſt, vt præceptum procedat ab eo, qui poteſtatem habeat obligandi: alioqui lex non erit. Poteſtatem autem habet vel Princeps, vel tota communitas, quæ ſingulis partibus ſuperior eſt, ita D. Thomas & omnes artic. 3. Valentia diſput. 7. quæſt. 1. puncto 2. Sotus 1. iuſt. quæſtio. 1. art. 3. Probatur, quia dominium iuriſdictionis valdè diuerſum eſt à dominio proprietatis, vt docet Couarruuias reg. peccatum, parte 2. §. 9. num. 8. ad leges autem nõ requiritur, nec ſufficit dominium proprietatis, quale eſt dominium in ſeruũ, ſed requiritur dominium iuriſdictionis, vt colligitur ex cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ: de conſti. vbi id notant Doctores, & cap. ſolitæ, de maioritate & obedientia, & cap. duo ſunt, & cap. bene quidem, 96. diſt. notat etiam Bartolus l. 1. ff. de iuriſdictione omn. iudic. Baldus l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure: *Eſt autem iuriſdictio poteſtas de publico intraducta cum neceſſitate iuris dicendi & æquitatis ſtatuendæ*, vt definit gloſſ. l. 1. verbo poteſt, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & Doctores ibi: confirmatur quia ferre leges eſt actus potiſſimæ poteſtatis gubernatiuæ: hæc autem eſt poteſtas iuriſdictionis, quæ ſubditos in bonum eorum, non in proprium dirigit, & ius illis dicit & pœnis, ſi opus eſt, ſeruare cogit. Sed non ſufficit poteſtas iuriſdictionis: nam iudices ordinarij iuriſdictionem habent: tamen leges ferre non poſſunt, quia iuriſdictionem habent limitatam ad iudicandum, vel fortè etiam nonnulla alia. Qui tamen ſummam, & ſupremam iuriſdictionem habent, leges condere poſſunt, ſic vt Chriſtus etiam vt homo, Iſaiæ 53. *Dominus legifer noſter:* item Summus Pontifex, Imperator, Rex, Reſpublica ſuperiore carens, vt Veneta, Genuenſis, & ſimiles: quamuis preſſiùs & ſtrictiùs ſæcularium præcepta dicuntur leges: Eccleſiaſticorum verò, conſtitutiones, & canones, cæterùm non in tanto rigore legem hîc ſumimus, ſed nomine legis Eccleſiaſticam etiã comprehendimus. Similiter, licèt in ſummo rigore ſolæ leges, quæ

*Quid ſit iuriſdictio.*

*Sanctiones ſunt leges, quæ capitis pœnam irrogant.*

A certam pœnam præſertim capitis, irrogant, ſanctiones dicantur, l. ſanctio, ff. de pœnis, gloſſ. cap. Rhodiæ, diſt. 2. tamen ſanctionum nomine etiam alias leges intelligimus. Omnis autem poteſtas, condendi leges, imò & gubernandi à Deo eſt, Roman. 13. *Non eſt enim poteſtas niſi à Deo:* & Regum poteſtas legis latiua aliquando eſt à Republ. & interdum cum aliqua reſtrictione & limitatione, vt in Catalonia, nam in ea Rex ſine Republ. & in Comitiis generalibus legem condere non poteſt, vt patet ex lib. 1. conſtit. titul. 14. conſtitutione prima. Dum verò Reſpu. libera cum hac vel ſimili conditione Regem conſtituit, non poteſt Rex per vim contra conditionem facere, vt bene B Molina tomo 3. de iuſt. diſp. 580. Vnde in tota Corona Aragoniæ hæc iura illæſa ſeruantur, neque Rex nouas leges inſtituit ſine conſenſu Reip. imò neque interpretatur illas, niſi aſſumptis ſecum quibuſdam eiuſdem regni perſonis, vt patet ex tit. 15. conſt. 2. ſed qui & quomodo leges condere poſſint vberiùs poſtea exponemus.

*Rex non poteſt cõdere legem in quibuſdã regnis ſine conſenſu populi.*

Quarta conditio neceſſaria ad legem eſt, eſſe poſſibilem, hoc eſt, de re poſſibili, ſumitur ex Iſidoro 5. etym. cap. 21. & refertur cap. erit autem lex, diſt. 4. & ex cap. non eſt 15. quæſt. 1. cap. Nabuchodonoſor, 23. quæſt. 4. l. 1. §. dies autem iſtos, ff. quãdo appellandum ſit: & ratio eſt, quia ad impoſſibile nemo poteſt obligari, nec Deus impoſſibile C præcipit. Trid. ſectione 6. cap. 11. & can. 18. Hieronymus in expoſ. ſymb. ad Damaſ. Auguſtinus de natura & gra. cap. 43. & 69. & ſer. 109. de tempore, Baſilius in id Pſalm. 118. *Latum mandatum tuum nimis:* & quidem legem Dei non ſolùm eſſe poſſibilem, ſed etiam facilem & ſuauem, patet Matth. 11. *Iugum meum ſuaue, &c.* 1. Ioan. 5. *Præcepta eius grauia non ſunt.* Vnde & leges humanæ debent eſſe poſſibiles & ſuaues: alioqui cùm lex Dei præcipiat eas ſeruari, redderent illam grauem. Item lex diuina eſt exemplar humanarum: ergo cùm diuina ſit ſuauis, expedit humanas eſſe ſuaues, præſertim cũ ex minore ad obligandum poteſtate procedant. 55

*4. Conditio. Lex debet eſſe poſſibilis.*

Aduerte tamen, impoſſibile dupliciter ſumi. 56
D Primò pro impoſſibili phyſicè. Secundò pro impoſſibili moraliter, id eſt, difficili: primo modo nõ ſolùm nullum eſt præceptum verum impoſſibile: ſed nec tota eorum collectio etiam in puris naturalibus, & in ſtatu naturæ lapſæ, nullâque gratia adiuuante. De ſecundo modo impoſſibilis iterum eſt diſtinguendum: eſt enim quoddam impoſſibile moraliter, quod propter ſummam quamdam difficultatem adiunctam, licèt phyſicè fieri poſſet, nunquam tamen fit, & ſic in puris naturalibus, & in natura lapſa, abſque gratia, eſt impoſſibile diu ſeruari omnia præcepta, ita vt nullum committatur peccatum mortale, & cum gratia ordinaria ſine priuilegio vitari omnia venialia, de quo dicemus E latè tractatu de gratia: aliud autem eſt impoſſibile moraliter, quod habet quidem magnam difficultatem, minorem tamen, & ideo contigit aliquando fieri, etiam de hoc impoſſibili, id eſt, de re difficilima, ſeu valdè graui, & oneroſa, ſaltẽ quando grauiſſima, & vrgentiſsima cauſa non eſt, credo, præcepta humana eſſe non poſſe: licitè, aut validè ita Victoria relectione de poteſtate Papæ nu. 18. & omnes recentiores, imò & D. Thomas quæſtione 95. artic. 3. quæſt. 96. art. 4. verbo *oneroſas*, & quæſt. 97. art. 3. ad ſecundum, quibus locis ita exponit Iſidorum ſuprà, conſonat Nyſſenus libro de beatitu

*Impoſſibile eſt duplex.*

*Impoſſibile iterũ duplex eſt.*

Digitized by Google

Matth. 5.

beatitudinibus explicans id, *beati mites*, vbi ad finem ait: *Legiſlatoris æqui non eſſe iubere, quæ natura non capit, nec admittit*: & Iſocrates in parænetico laudat leges faciles, & Fortunatianus 2. Rhetorum ait: *Cùm lex fertur, vel rogatio, quot locis diuiditur? Tredecim. Primò, cùm verba ſcripti excutimus, id eſt, cùm quærimus an obſcura ſit lex: an minus plana: an dubia, & anceps. Secundò, cùm quærimus, an contra legem, vel decretum vel morem referatur, & ſi quid huiuſmodi fuerit. Tertiò, an ſit honeſta. Quartò, an ſit vtilis, vel iuſta. Quintò, an ſit neceſſaria. Sextò, an facilis in accipiendo. Septimò, an poſſibilis in faciendo. Octauo, an alia lege ſatis caueatur, quod in hac noua ſignificatur. Nonò, an hoc alio modo fieri poſſet. Decimò, quo animo quis contradicat. Vndecimò & duodecimò, qua cauſa quid factum ſit, vel fiat. Decimotertiò, quid ſit futurum, ſi lex fuerit probata, vel non fuerit accepta.* Probatur etiam ratione, quia homines nõ ſubiiciuntur ſeruiliter, atque vt mancipia, principibus, ſed politicè, atque vt ciues, ergo ſine grauiſſima cauſa non ſunt illis grauiſſima onera imponenda: item poteſtas gubernatiua data eſt ad protegendos, iuuandos, & in officio continendos ſubditos, & vt boni fiant: imponendo autem eis grauiſſimas, & oneroſiſsimas leges deteriores ſubditi redderentur: non res difficillimas pauci, & rarò faciunt: ergo malè, iniuſtè, & inualidè tales leges ferrentur. Vnde Demoſthenes cõtra Timocratem ſic loquitur: *Arbitror confitendum eſſe omnibus, probam legem, & multitudini profuturam: primum ſimpliciter, & omnibus æquè apertam eſſe oportere, ne eam alius aliter interpretetur. Deinde fieri poſſe oportere ea, quæ habeat. Nam ſi præclarè conſtituta ſit, aliquid tamen, quod nequeat fieri, proponat: id voti potius quàm legis fuerit officium.* Et Plato 5. de legibus ſcribit: *Poſſibilia volet fundator legum: impoſſibilia nec volet:* Nam vana eſſet cupiditas, & Plutarch. in Solone: *Decet autem in ferendis legibus, poſſibilitatis, & facultatis rationem habere, ſi quis mallet vtiliter in paucos, quàm ſine vtilitate in multos animaduertere.* Huc ſpectat id Prouerb. 30. *Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem*: & Matth. 23. *Alligant onera grauia, & impoſſibilia, & imponunt in humeros hominum, &c.* & Act. 15. *Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* Quod non ſignificat, legem veterem fuiſſe ſimpliciter impoſſibilem: nam à multis ſeruata eſt, vt probat ibi Lorinus verſ. 10. ſed dicitur, quia ægrè & difficulter ſeruari poterat, & hæc fuit non modica eius imperfectio. Similiter ergo erunt imperfectæ leges humanæ, quæ præcipiant valdè dura & difficilia, imò erunt multæ: niſi vrgens cauſa ſit durum aliquid præcipiendi, quomodo intellige quod ait Andreas ab Exea c. cùm omnes, de conſt. num. 81. legem perquam duram, ſeu quãtumcumque duram ſeruandam eſſe, ex l. proſpexit, ff. qui & à quibus, hæc conditio magis ex ſequenti conſtabit. Ex ea verò multi, (vt quando agemus de lege pœnali videbimus) inferunt, neminem per legem obligari poſſe ad ſolutionem pœnæ grauis ante iudicis condemnationem. Ex eadem etiam multi colligunt, neminem teneri, cum periculo mortis manere in carcere, licèt ei præcipiatur, Sotus 5. iuſt. quæſt. 6. art. 4. & ſumitur ex D. Thoma 2.2. q. 69. art. 4. ad ſecundum, Couarruuia 1. variar. cap. 2. num. 11. quamuis Caietanus dicta quæſt. 69. art. 4. teneat, ſi eſſet lex de hoc, obligatoriam fore, tametſi de facto ea lex non ſit, & ideo fugiendo è

*Homines non ſubiiciuntur Principibus ſeruiliter, ſed politicè.*

*Nemo tenetur cum periculo mortis manere in carcere.*

A carcere non peccare. Et licèt Caietanus, Sotus, & Couarruuias ſuprà, num. 4. dicant, damnatum ad grauiſsimum carcerem perpetuum, non poſſe ex eo fugere: tamen meliùs Salon eod. artic. 4. & alij docent, fugere poſſe: idem dicunt de damnato ad ſeruitutem valdè duram. Quod etiam de ſeruis bello captis tenent Salon & alij multi. Sed de his ex profeſſo diſſeremus diſp. 15. de lege pœnali.

Quinta conditio legis eſt, vt ſit iuſta, & honeſta. Iſidorus 5. etym. cap. 21. relatus cap. erit autem lex, diſt. 4. in cuius cap. repetitione idem docet Sebaſtianus Medicis, & omnes decreti interpretes eod. cap. & Panormitanus cum aliis cap. 1. de conſtit. & l. 1. ff. de iuſtitia & iure, D. Thomas, quæſt. B 90. art. 1. ad tertium, & latiùs quæſt. 96. artic. 4. vbi omnes recentiores, Auguſtinus 2. ciuit. cap. 21. & clariùs libr. 19. cap. 21. & 1. de libero arbitrio cap. 5. Cicero 2. de legibus, Plato in Minoë, Clemens 1. ſtromatum non procul à fine, Caſtro 1. de lege cap. 1. & 5. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. Victoria relect. de poteſtate Pap. num. 18. Sylueſter, Angelus, Roſella, Tabiena, Armillaſa, Caietanus & alij ſummiſtæ verbo, lex. Rebuffus in proœmio conſt. reg. gloſſ. 1. num. 17. Probatur: quia lex eſt ius: ius autem iniuſtum eſſe non poteſt; cùm ius dicatur, quaſi iuſtum, cap. ius generale, diſtinct. 1. & in iure non tam deſideratur iuſtitia, quàm honeſtas cap. porro, 35. quæſt. 3. ergo lex debet eſſe iuſta & hoC neſta, ſcilicet ex parte obiecti, præcipiendo rem honeſtam vel de ſe, vel ex fine, ad quem conducit: item lex iniuſta vel inhoneſta obligare non poteſt, ergo non eſt lex. Item omnis alia lex debet eſſe participatio æternæ, D. Thomas quæſt. 93. art. 3. atqui æterna iuſtiſsima eſt: ergo. Item poteſtas legiſlatiua non eſt data in deſtructionem, ſed in ædificationem: quia *non eſt poteſtas, niſi à Deo: & quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt*, Rom. 13. item quia lex eſt opus iuſtitiæ legalis; quæ non poteſt iniuſtum facere, & lex eſt actus prudentiæ, quæ *iniuſtum non dictat.* Vnde Sap. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* 57

*5. Conditio.*

*Lex debet eſſe iuſta, & honeſta.*

Aduerte tamen ex D. Thoma quæſt 96. artic. 4. D & ex aliis, communiter, legem dupliciter poſſe eſſe iniuſtum. Vno modo, quia præcipit rem turpem, & moraliter malam. Alio modo, quia licèt Princeps præcipiat rem bonã, non tamẽ poteſt eã præcipere. Si primo modo iniuſta ſit, & de hoc conſtet, ſaltem moraliter, non ſolùm poſſum, ſed etiam debeo eam tranſgredi, quia *obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*, Act. 5. ſi verò lex ſecũdo modo ſit iniuſta & de hoc conſtet, licèt poſsim legem ſeruare, non teneor, iuxta hæc Baldus l. ſicut, C. de ſeruit. & aqua, & l. vnica, C. de confeſſ. & cap. 2. de probat. & l. 1. ff. de conſtit. princip. dicit, legem malam eſſe diabolicam, & tyrannicam, nec ligare: & Bartolus, l. vectigalia, ff. de public. & E vectig. dicit, non eſſe peccatum fraudare vectigalia iniuſtè impoſita: hos citat & ſequitur Rebuff. proœm. conſt. reg. gloſſ. 1. num. 21. numero autem 23. adducit Felinum cap. nihil, colum. 3. verſ. 33. de præſcript. D. Thom. illo art. 4. Panormitanum, Felinum, & alios cap. 1. de conſtit. Auguſtinum 1. de lib. arb. cap. 5. ſi verò dubium eſt an lex aliquo ex his modis iniuſta ſit, Vazquez diſput. 151. in fine ait, ſi cõſtat legiſlatorem eſſe verum Regem, proculdubiò obediendum illi eſt: ſecus ſi eſt dubium, an ille ſit Rex, vt tractat. de conſcientia dixerat: idem tenent aliqui, & probant, quia ſi conſtat, eſſe Regem 58

*Lex dupliciter poteſt eſſe iniuſta.*

*Lex mala eſt diabolica.*

Digitized by Google

*Regi quem conſtat eſſe Regem, obediendum eſt, in dubio.*

Regem: conſtat eſſe in poſſeſſione: in dubiis autem melior eſt conditio poſſidentis, ſi verò non conſtat, eſſe Regem: cùm ego ſim in poſſeſſione meæ libertatis, poſſum non obedire. Sed hæc ratio non placet: quia Rex quantumcumque certus, non eſt in poſſeſſione imperandi, niſi iuſta: ergo cùm ſit dubium, an hoc ſit iuſtum, dubia eſt poſſeſſio & facultas præcipiendi hoc: cur ergo tenebor ei obedire? Præſertim, ſi quod præcipit, verbi gratia, occidere hunc hominem non multi referat: ex occiſione verò impendeat magnum periculum Reipubl. vnde dico, ſi dubito, an quod præcipit, turpe ſit, ſiue quia pro neutra parte ſunt rationes probabiles, ſiue quia pro vtraque ſunt: ſiue vna pars appareat probabilior, ſiue non: ſiue poſitiuè iudicem, ſiue ſim ſuſpenſus omnino, debeo obedire, modò ſine notabili meo, & aliorum detrimento poſſim id facere, & modò in omiſſione tale detrimentum non ſit, neque ſit longè maioris peccati periculum in obedientia, quàm in transgreſſione: quia in dubio præſumẽdum eſt pro Superiore, & obediendum illi eſt, quando alia non præponderant: ſi enim ex quolibet rationabili dubio poſſet ſubditus negare obedientiam Superiori, ſępe eam negaret, eò quòd Superior nec poteſt, nec tenetur ſemper rationes honeſtantes id, quod præcipit, ſubdito manifeſtare, & ſic ſequeretur magna inordinatio & confuſio in communitatibus, & hoc ſenſu intelligendi ſunt, qui dicunt, in dubio parendum eſſe Superiori, Auguſtinus capit. quid culpatur, 23. quæſt. 1. Canoniſtæ cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. præſertim Panormitanus & Felinus, Turrecremata cap. ſententia, & cap. Dominus, 11. quæſt. 3. Caſtro 1. de lege, cap. 5. & alij tractatu de bello, & alibi ſæpe, vt tract. de conſcien. vnde Medina quæſt. 19. art. 6. §. ex his Princeps, inquirens, quid faciendum ſubdito, cui aliquid præcipitur, quod videtur eſſe contra Dei legem, ait, varias diſtinctiones excogitatas eſſe à Theologis, nominatim ab Adriano, quodlib. 2. Soto de ſecreto mem. 3. quæſt. 2. ſed diligentiùs rem tractari à Syluestro verbo, conſcientia, ver. inquiſitio, §. 3. verb. obedientia, §. 4. vbi ait, Primò, ſi ſubditus dubitat, an prælatus iure præcipiat, tenetur obedire; *Primò*, quia in dubiis Superior debet eſſe authoritas prælati; *Secundò*, quia ſubditus non eſt iudex ad definiendum, vtrum prælatus iure præcipiat; *Tertiò*, quia prælatus non ſemper debet manifeſtare ſubdito, quare hoc, vel illud præcipiat. Secũdò, ait Syluester, ſi ſubditus ex leuibus cauſis credit, prælatum contra ius præcipere, debet credulitatem deponere, & obedire; idem eſt ei faciendum ſi probabiliter credit. Sed hæc non placent Medinæ; vnde, primò ait, in partem minus periculoſam inclinandum eſſe. Præcipit mihi prælatus, vt manifeſtem crimen fratris occultum, ſi periclitatur eius vita vel fama in æternum, non eſt obediendum, cùm dubito, an iure præcipiat. Nam maius damnum eſt mors alterius, aut infamia perpetua, quàm ſemel non obedire prælato: idem iudicium eſt, cùm video pauperem fame pereuntem, & prælatus præcipit, ne ei cõferam panem. Dubito, an iure præcipiat, teneor non obedire. Obiicit ſibi Medina, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis: ſed prælatus eſt in legitima poſſeſſione: ergo ſubditus tenetur ei obedire. Reſpondet, ſicut prælatus eſt in legitima poſſeſſione ſuæ poteſtatis, ita ſubditus in poſſeſſione ſuæ famæ: cùm

*In dubio præſumendum eſt pro Superiore.*

*In dubiis Superior eſſe debet prælati authoritas.*

*Medina.*

A ergo non conſtet prælatum iure præcipere, non poſſum alium in perpetuum infamare. *Verum eſt*, inquit, *quòd in his conſideranda eſt maximè qualitas Superioris: nam ſi eſt vir doctus, & pius, & expoſita ratione mei dubij, adhuc vrget imperando, certè teneor obedire.* Hæc Medina.

*Qualitas perſonæ prælati conſideranda vt ei in dubio pareatur.*

Quod autem dictum eſt, quando dubium eſt, an quod Superior præcipit, licitum ſit: dicendum eſt, quando id, quod præcipit, licitum eſſe conſtat, dubitatur tamen, an poſſit id præcipere, communiter teneor obedire, præſertim ſi dubium non ſit, eſſe Superiorem: cùm notabili autem meo detrimento, licèt poſſim, non teneor parere. Vnde in dubio, an quis reum, vel teſtem interroget iuridi- B cè, non eſt iudici parendum. Caietanus 2. 2. quæſt. 69. art. 1. Sotus de ſecreto, mem. 3. quæſt. 2. concl. 2. Adrianus quodlib. 2. & alij id probantes. Primò, quia nemo tenetur parere Superiori cum graui ſuo, vel alterius incommodo, niſi conſtet, eum legitimè præcipere, & habere authoritatem tunc obligandi: cur enim tantùm onus teneatur ſuſcipere ab eo, de quo meritò dubitat, an poſſit illud imponere? Secundò, quia in dubio fauendum eſt reo: ſecus quando inde nullum notabile incommodum timeretur. Item quando conſtat, licitum eſſe, quod præcipit, licèt dubium ſit, an poſſit illud præcipere, ſi ex inobedientia ſcandalum imminet obſequendum eſt Superiori ad occurrẽdum ſcan- C dalo: nam ob vitandum ſcandalum cedere quis debet iuri ſuo: & ſcãdalum etiam cum aliquo temporali incommodo vitandum eſt, cap. 2. de præſcript. & ſumitur ex Aug. ſerm. 6. verb. Domin. & Pſalm. 124. & notauit Bellarminus 4. de pont. cap. 15. vide Adrianum quodlib. 6. ad obiectionem Gabr. 4. diſt. 16. quæſt. 3. Iuriſperiti cap 2. de præſcript. Panormitanus cap. 1. de conſtit. num. 9. Andreas ab Exea, num. 329. citat Calderinum & Imolam Card. cap. de his 50. diſt. & conſil. 57. pro magnifico in fine: non autem eſt peccandum ad vitandum ſcandalum cap. 2. de noui operis nunciat. Sed an dubium excuſet ab obſeruatione legis vel præcepti Superioris iterum tractabitur, cùm age- D mus de excuſantibus à legis obſeruatione.

*Ob vitandum ſcandalum cedere quis debet iuri ſuo.*

Hîc tamen obſerua, poſſe pluribus modis Principem aliquid ſubdito licitum, iniuſtè præcipere. 59
Primò, cùm reuera non eſt Superior, ſed tyrannus, vel intruſus. Secundò quando licèt ſit Superior reſpectu aliarum perſonarum, vel aliorum caſuum: non tamen huius perſonæ, vel huius caſus: verbi gratia, quia iudex eſt ſæcularis, & perſona, vel caſus Eccleſiaſticus: vel quia ſine cauſa vult me ſpoliare bonis meis: vel quia in diſtributione onerum non ſeruat iuſtitiam diſtributiuam: vel quia præcipit rem moraliter impoſſibilem, vel quia lex eſt inutilis ad bonum commune. Vide D. Thomam quæſt. 96. art. 4. Rebuffum procem. conſtit. regul. E gloſſ. 1. num. 22. 23. 61. vbi ait, *Legem eſſe iniuſtam ſi excedit poteſtatem condentis*: cap. Eccleſia, de conſt. Adrian. quodlib. 6. & ſi inæqualiter diſtribuat onera ſubditis. Fortunatianum tractatu de vlt. ſi. num. 160.

*Lex eſt iniuſta, ſi excedat poteſtatẽ condentis.*

Sexta conditio eſt, vt lex ſit aliquo modò perpetua & ſtabilis: idem eſt de ratione conſtitutionis, & ſtatuti: quæ etiam hîc nomine legis complectimur. Huius conditionis meminit Cardinalis cap. perpendimus, de ſentent. excomm. Archidiaconus cap. donatum. Nauarr. cap. 27. numer. 74. colligitur etiam ex l. edita, C. de edendo: & meliùs 60

*6. Conditio.*

ex cap.

Digitized by Google

ex cap.vltim.de offic.legati, vbi dicitur, ſtatutum legati habere vim legis,& perpetuò durare: colligi etiam poteſt ex capit. à nobis ; de ſentent. excomm.iuncto cap.vt animarum,de conſti. in 6. in quibus docemur, eſſe diſcrimen inter ſtatutum Epiſcopi,& ſentẽtiam generalem eiuſdem. Quod diſcrimen,in quo primariò,& per ſe conſiſtat,vix intelligi poteſt, niſi dicamus, conſiſtere in perpetuitate. Nam licèt ex effectibus & à poſteriori diſtingui poſſint,vt videre licet in Couarruuia cap. alma, part.1.§.1. num.2. tamen à priori, & ſecundùm ſe in nullo alio,quàm in perpetuitate diſtingui poſſe videntur.Hæc diuerſitas multùm refert, præſertim in cenſuris:nam cenſura lata à iure, ſeu lege non expirat morte, vel amotione ferentis: ſecus quæ ſine lege lata eſt ab homine, etiam per generalem ſententiam,ſeu generale mandatum.

*Statutum & ſententia in quo differant.*

61 Obiicies: quia ſæpe lex non eſt perpetua, nec fertur vt in perpetuum duratura, vt patet in lege diuina veteri, quæ ſolùm erat duratura vſque ad aduentum Chriſti:& in legibus humanis, quæ feruntur pro tempore certo, & definito à legiſlatore, quo elapſo per ſe ceſſant: & ita non eſſe de ratione legis eſſe perpetuam,hoc argumento tenuit Ludouicus Gomez in proœmio ad regulas Cancellariæ quæſt.2.ad ſecundum,& Geminianus,quẽ citat quæſt.3.fauet gloſſa cap.1.de conſt.probans, canones aliquando eſſe temporales ex cap. 1.29. diſt.quod tamen parum ſuffragatur: quia nõ dicit, quoſdam canones eſſe temporales, ſed ex tempore,cauſa,& perſona conſiderandos eſſe, id eſt,iuxta temporum, cauſarum, & perſonarum exigentiam factos eſſe, & inde ſumendam eſſe ipſorum intelligentiam. Dico ergo, quamuis perpetuitas nec ſimpliciter, nec eodem modo omnibus legibus conueniat: aliquo tamen modo omnibus legibus accommodari debet. Lex æterna propriè,& ſimpliciter perpetua eſt, quia in perpetuum obligat:quod ſi non haberet, quamuis in ſe eſſet æterna,non eſſet lex,vt quando præceptum in ſe æternum mediante aliquo præcepto pro aliquo tempore nos obligat,lex non eſt,omne tamen naturale præceptum lex eſt: quia in æternũ obligat homines: imò ex æternitate quodammodo: ſi enim ab æterno eſſent homines, eadem dictamina haberent,quæ modò habent,& eaſdem ex illis obligationes contraherent. Lex verò diuina virtus perpetua fuit negatiuè, quia ſine vlla temporis limitatione,in quo obligaret,lata fuit: & niſi abrogata poſtea fuiſſet, ſemper obligaret. Lex autem diuina noua perpetua eſt poſitiuè, & in effectu ac ſecundùm abſolutam voluntatem legiſlatoris,qui voluit,& explicuit, illam ſeruandam eſſe vſque ad finem mundi, neque vmquam fore abrogandam aut reuocandam.

*Obiectio.*

*Reſponſio.*

*Perpetuitas quibus legibus & quomodo conueniat.*

*Lex æterna eſt perpetua.*

*Lex vetus quomodo fuerit perpetua.*

62 Eſt ergo lex,non quodcumque præceptum,ſed ſtabile, & perpetuum aliquo ex modis dictis. Vnde olim bulla cœnæ non habebat rationem legis, quia ſolùm habebat vim obligandi pro vno anno: à tempore autem Gregorij XIII. lata eſt,vt in perpetuum obligaret,niſi reuocaretur: vnde ex tunc verè eſt lex,& eius cenſuræ reputantur latæ à iure, vt docet Nauarrus cap.27. num.50. & 51. ſed potiſſimè 73.in fine.Ioſeph Ludouicus deciſ.Luc.39. num 20. Ariſminus Tepatus 1. variarum iuris,tit. de procuratorib.ad negotia,& de mandato,citans multos alios Iuriſperitos. Vnde quoties præceptũ Superioris non datur per modum ſtatuti, conſti-

*Bulla cœnæ verè eſt lex.*

A tutionis,vel legis expirat morte ferentis,vel amotione eius ab officio, vt cum Syluestro, Angelo, Armilla, & Vazquez, & Ioan. Andrea dixi ſect.7. ad primam obiectionem, quod etiam tenet Nauarrus cap.27.num.2.& 73.Sanchez 8.de matrim. diſput. 28. num. 47. cum Syluest. ver. delegatus, quæſt.6.num.7.& ver. mandatum,quæſt.3. explicante, etiamſi res non ſit integra, & cum Menochio 1.de arbit. quæſt.69.num.4. citante Decium, cum concordatis in reg.iur.c.10.quæſt.3,punct.1. part. 3. citante Hugonem & meritò reprobante Petrum de Penzalis quodlib.1.quæſt.21. dicẽtem, generalia mandata nõ expirare morte præcipientis: & noſtra ſententia patet ex l.inter cauſas, ff.
B mandati, l.& quia verbo, antequam, ff.de iuriſdict. omnium iudicum,cap.gratum,& cap.relatum, de officio iudicis delegati: docent tamen ex iiſdem iuribus Sanchez, Angelus, Syluester, Armilla, & Vazquez: ſi mandatum conferat iuriſdictionem, & res ſit cœpta, non expirare mandatum morte vel amotione mãdãtis,ſecus re integra. Aliquibus autem videtur, id non eſſe ſpeciale, & proprium mandato conferenti iuriſdictionem, ſed commune cum aliis:nam in l.mandati, C.mandati, generatim dicitur,mandatum re integra domini morte finitur: idem conſtitutum eſt §.item ſi adhuc, alias: rectè quoque Inſti.eodem tit.ergo ſi res non eſt integra,ſed iam cœpta,non finitur mandatum,
C etiam ſi iuriſdictionem non conferat. Sic mandatum de ſepulchro poſt mortem mandantis conſtituendo non finitur morte mandantis, l.ſi verò, §.fin. ff.mandati, & mandatum teſtatoris non ſolùm non finitur, ſed etiam confirmatur morte ipſius,l.1.ff.de teſtament.l.quòd ſi iterum,ff.de adimendo legato,& cap.cum Marthæ.de celeb.Miſſ. Propter hæc ergo quidam exiſtimant,nullũ mandatum finiri morte mãdantis,niſi ſit ſpeciale præceptum à Superiore impoſitum ſubdito ſolam ſubditi perſonam cõcernens,quale eſt præceptum ieiunij, orationis & ſimilium quæ finiuntur morte, vel amotione præcipientis. Sed hi turpiter errant, nam mandatum Superioris de danda elee-
D moſyna Spirituali, vel corporali ſimplex vel cum cenſura,& alia eiuſmodi, licèt alias perſonas concernant, nullo modo obligant mandatarium, etiam ſi iam cœperit mandatum implere.Vnde regula eſt omne mandatum Superioris, quod non continet commiſſionem iuriſdictionis, etiam ſi res ſit cœpta, expirat morte mandantis: ſi verò cõtinet commiſſionem iuriſdictionis, etiamſi res cœpta ſit,non expirat morte mandantis. Secus de mandatis teſtatoris, vel alterius,qui Superior non eſt,vel ſi eſt Superior, non mandat, vt Superior, ſed de ſuis rebus tamquam priuata perſona diſponit.Huius enim voluntati ſtandum eſt, etiam poſt ipſius mortem: eiuſque mandatum etiam re inte-
E gra, per mortem eius non expirat. Vnde Oſaſcus deciſ.150. ait, licèt mandatum regulariter morte extinguatur: attamen hæredi vel extraneo poſt mortem duraturum fieri poſſe, & nu.4.ait, mandatum teſtatoris, quo præcipit, ſocietatem poſt mortem durare, parere actionem aduerſus hæredes mandantis, & Boërius deciſione 348. num. 6. & 7.docet,mandatum in teſtamento,non expirare morte mandantis, imò tunc procuratorem compelli illud exequi, hos auctores citat, & ſequitur Ariſminus ſuprà, vbi de extinctione mandati per mortem mãdantis multa alia adducit. Vide etiam, l.5.

*Mandatum morte mandãtis quando nõ expirat.*

*Mandatum Superioris cõtinens iuriſdictionem, morte mandantis expirat.*

Digitized by Google

15. §.ab alio, ff. de inſtitoria actione. Sic explica vel limita iura ab aduerſariis citata.

63 Porrò in foro interno res cœpta dicitur, quando confeſſarius vnum peccatum pœnitentis audiuit, vt in materia de pœnitentia docuimus, & ideo in eo euentu mandatum ſeu facultas audiendi confeſſionem non expirat mortuo, vel amoto mandante: in foro autem externo res cœpta dicitur, quando lis conteſtata eſt, vt exponit Accurſius illa l.& quia, ff. de iuriſdictione omnium iudicum: & l.mandatum, verbo, finitum, C.mandati, alij cum Couarruuia in annotationibus ad dict.l. & quia, rem cœptam interpretantur, ſi iam reus conuentus eſt coram iudice delegato. Ex dictis inferunt Canoniſtæ, præceptum latum à capitulo, ſede vacante, ſi per modum ſtatuti feratur, non ceſſare per electionem Epiſcopi, donec ab illo reuocetur: quia Satutum habet rationem legis, & ita non expirat morte, vel amotione ferentis. Poſſet tamen ſupremus Princeps, qualis eſt Rex vel Papa, ſtatuere, vt mandatum aliquod non habens rationem legis, non expiret morte, vel amotione mandantis, ſed duret poſtea certo tempore. Quod non poſſunt facere, qui in iure communi, vel regni diſpenſare non poſſunt, iuxta quod, mandatum quod non habet rationem legis, finitur mortuo, vel amoto mandante.

*In foro conſcientiæ quãdo mandatum morte mandantis expirat.*

Quod ex Bartol. l.5.§.ſi ab alio, ff. de inſtitoria actione, dixit Ariſmus ſuprà, mandatum vniuerſale non finiri morte, ſi intelligatur de mandato, quod eſt præceptum Superioris, & non habet rationes legis, ſtatuti, vel conſtitutionis, falſum eſt vt contra Petrum de Penſal. dixit Sanchez cum Cord.ſuprà.

64 Septima conditio in lege humana à nonnullis ponitur, vt ſit ſcripta. Sebaſtianus Medicis tractatu de legibus & ſtatutis, parte 3.quæſt.11. per totam, & repet.ſuper cap.erit autem lex, diſt.4. num. 72. citans Salicetum l. humanum, C. de legibus, gloſſ.& doctores, l.1.ff.de legibus, Baldum ibi, & cap.in cauſis: de ſentent.& re iudicata: nam Iſidorus 2.etym.cap.10. ait, *Inter legem & morem hoc intereſt, quòd lex ſcripta eſt; mos verò vetuſtate probata conſuetudo, ſiue lex non ſcripta*, & lib.5. cap.3. *lex eſt conſtitutio ſcripta; mos eſt vetuſtate probata conſuetudo non ſcripta*: refertur cap.lex diſt.1. vbi etiam, & in cap.omnes leges, Gratianus ait, nomine legis humanæ mores iure ſcripti, & traditi intelliguntur, primò certum eſt in l.naturali non opus eſſe, vt lex ſit propriè ſcripta; ſed ſatis eſſe, vt ſit ſcripta in corde: de lege æterna Dei vel etiã temporali patet: nam ante omnem ſcripturam fuit, & obligauit.

*7.conditio.*

*Conſuetudo & lex quomodo differant.*

*1.concluſio. Lex naturalis non eſt ſcripta.*

Secundò de lege humana dico, non requirere eſſentialiter, quòd ſit ſcripta: ita docet latè Andreas ab Exea, rubrica de conſtit.à num.188.vſque ad finem, & numer. 200. ait, eſſe communem opinionem: pro qua nominatim citat Ioann. Andr. à cap.nemo poteſt ad impoſſibile, de regulis iuris in ſexto, vbi tamen dicit, quòd ſi eſſet Princeps, neceſſitatem ſcripturæ imponeret conſtitutionibus inferiorum: citat etiam Exea Barbarium ibi, & dominos de Rota deciſione 246. conſtitutio ſiue ſtatutum, eodem titulo in nouis, aitque ex hac doctrina Panormitanum, Antonium de Butrio, & Imolam in eadem rubrica & alios inferre, ſtatutum capituli poſſe probari per teſtes &

*2.concluſio.*

A Franciſcum de Pauinis in præludiis extrauagantium, Ioan.22.dixiſſe, ſcripturam non eſſe de ſubſtantia extrauagantium, & ad eſſe gratiæ non requiri ſcripturam: probat idem Exea cap. in noſtra circa finem de conſtitutionibus, & latiſſimè Sanchez multis citatis de matrimon. diſput.29. per totam. Deinde ad legem non eſſe neceſſariam ſcripturam docent hìc communiter Theologi, vt Valentia diſput.6.quæſt.1.puncto 2. ex Ariſtotele 10.ethic.cap.9.vbi ait, *Scriptæ ne ſint leges, an non ſcriptæ, intereſſe nihil videtur*, & Iuſtinianus l. de quibus 32. ait, *Cùm ipſæ leges nullâ alia de cauſa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ ſint, meritò & ea, quæ ſine vllo ſcripto populus probauit tenebunt*

B *omnes*: & Demoſthen. contra Ariſtogitonem, ait, *Lycurgum nullas ſcripſiſſe leges, ſed memoriæ ciuium inſculpendas tradidiſſe*. Adducitur etiam Cicero 1. de legibus dicẽs, *Qui legem ignorat, iniuſtum eſſe, ſiue illa ſit ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam*. Sed hic locus non eſt ad rem: quia Cicero apertè loquitur de lege naturali, quam potiùs videtur condiſtinguere ſcriptæ, id eſt, humanæ, immediatè poſt prællegata verba, dicens: *Quòd ſi iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutiſq; populorum*, & multò antea in eodem lib. vbi poſtquam legem naturalem, & æternam diffinierat, Cicero, quam ſolam ipſe veram cenſet, ſed immeritò, quia etiam lex poſitiua veriſſimè & propriiſſimè eſt lex, vt tradit Cona-

C nus 1.comment.iuris ciuilis cap.8.adiecit, *Sed quoniam in populi ratione omnis noſtra verſatur oratio, populariter interdum loqui, neceſſe erit, & eam legem, quæ ſcripto ſancit, quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus, appellare*.

Sed ad hoc, & ad alia Iſidori, & Gratiani teſtimonia: reſpondeo non voluiſſe de eſſentia legis humanæ, etiam vt diſtinguitur contra morem; & conſuetudinem, eſſe quòd ſit ſcripta. Sed omnem, vel ferè omnem, quæ modò eſt, præter conſuetudinem, reuera eſſe ſcriptam. Quod etiam intendit Salluſt. in Catilinam, dicens: *Ius eſt ciuilis æquitas, vel ſcriptis legibus ſancita; vel inſtitutis & moribus recepta*, & in hoc ſenſu Iſidorus locis citatis ait, con-

*Lex debet eſſe ſcripta.*

D ſuetudinem pro lege ſuſcipi, cùm deficit lex, nec differre, ſcriptura, an ratione conſiſtat. Et quidem cùm lex ponatur, vt in perpetuũ obligatura, oportet eam litteris mandari, ne obliuioni tradatur, aut contra verba, & mentem legiſlatoris exponatur, quibuſdam vno modo, aliis verò alio modo verba legis referentibus, & propterea Deus, cùm legem veterem dedit, in lapideis tabulis eam ſcripſit. Exod.24. *Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mãdata, quæ ſcripſi, vt doceas eos*; & legem nouam Euãgeliſtæ, & alij canonici ſcriptores magna ex parte litteris mandarunt. Non tamen eſt de eſſentia legis eſſe ſcriptam, neque neceſſarium, vt valeat.

E Sed obiicies primò, nam ſaltem in legibus imperialibus videtur, leges non eſſe, niſi ſint ſcriptæ: nam in l.humanum, C.de legibus, dicitur, *Tunc legata dictari, & ſic ea denuò collectis omnibus recenſeri, & cùm omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri Numinis cõſiſtorio recitari*: vbi verba dictari, recenſeri, & recitari, indicant, legem debere eſſe ſcriptam: traditur autem ibi forma, ſine qua lex non valet: ergo non valet lex, niſi ſit ſcripta. 65

*1. Argum.*

Ad hoc argum. reſpondent aliqui, in illis verbis non ſatis indicari, legem debere eſſe ſcriptam. Nam verbum dictare differt à verbo ſcribere.

*1. Solutio.*



Digitized by Google

l. 1. ff. de his, qui ſibi adſcribunt, & dictatio ſine ſcriptura eſſe poteſt; & ita ponderant Barbarius rubric.de conſtit. & Decius ibi, in prima lectura. Recenſeri etiam ſine ſcriptura aliquid poteſt, cap. cùm ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatorum, gloſſa l.3.§.ſi quis noxali, verbo, recenſione, ff. ad exhib. Recitari etiam non importat ſcripturam, vt dicit Ripa rubr. de conſtit. ex Iuuenali dicente: *Impune ergo mihi recitauerit ille togatas, hic elegos.* Sed contra hanc ſolutionem inſurgit Exea: quia recitare, ſcripturam ſupponit, vt ex multis iuribus probat Lucas de Penna l.vnica, collat.6.C.de ſtud.liberalib.vrbis Romæ, & patet ex l.1. ibi hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ff.de his, quæ pro non ſcriptis habentur. Vnde Valla in Poggium lib.3. *Recitare eſt aperta voce rem ſcriptam, vel legere vel memoriter pronũciare:* & in Bartholomæum Faccium libr.2. *Recitare pro narrare accipis, quod ſecus vſus habet. Eſt enim recitare propriè, ex ſcriptis ad verbum apud alios pronunciare:* itẽ dictare apud Grammaticos ſignificat, quod alteri, vt ſcribat, pronunciatur. Hæ obiectiones non ſatis impugnant ſolutionem: conſtat enim, ſi quis concionem, lectionem vel exhortationem, ab alio auditam eiſdem verbis referat, recitare dici, & dictari aliquid alicui poſſe, non ſolùm, vt ſcribat, ſed etiam vt aliis voce annunciet.

*Recitare ſcripturam ſupponit.*

66 Nihilominus ob prædictas obiectiones ab illa ſolutione recedit Decius ſuprà, & aliam ſolutionem aſſignat. Videlicet ibi eſſe datam formam legis, vt in ſcriptis ponatur: ſed eam formam non videri neceſſariam ſecundùm Bartolum ibi. Sed replicat Ripa rubr.de conſtit. nam Bartolus in dicta l. humanum, ſolùm vult, ſolemnitatem conſenſus procerum non eſſe neceſſariam: non autem loquitur de ſolemnitate ſcripturæ. Patet quia loquitur de ſolemnitate omiſſa per Iuſtinianum in condendo libros Authenticorum: in quo non fuit omiſſa ſolemnitas ſcripturæ: ergo reſpectu ſolemnitatis ſcripturæ videtur potiùs Bartolus velle contrarium, ſcilicet, requiri ſcripturam. Ego cùm Exea puto Bartolum generaliter intellexiſſe, vt ſonant eius verba: nam initio illius legis ponit formam legis condendæ, primò, examinari, ſecundò, ſcribi, tertiò, recitari, & ita ſummat illam legem. Deinde opponit cũ gloſſa de volumine Authenticorum, vbi non fuit ſeruata hæc forma & reſpondet his verbis: *Veritas eſt, quòd iſte ordo non eſt neceſſitatis: ſed voluntatis; ideo eius omiſſio non vitiat.* Quidquid autem ſit de Bartolo, contra illam ſolutionem Decij argumentantur Moderni Papienſes: repet. rubricæ de conſtit. colum.23. quia illa l. humanum, loquitur conditionaliter, & conditio importat formam. Vnde Princeps velle videtur, legem ſuam non eſſe legem, ſed tractatum legis nondum perfectæ, nec obligatoriæ, donec ſcribatur: vel ſaltem inferiorum Principum leges non eſſe leges, donec ſcribantur: & ita contra illam ſolutionem vrget etiam Exea. Sed facilè reſponderi poſſet, ſi id vellet Imperator, clariùs id dicturum; cùm eſſet res valdè grauis; vnde ſolùm videtur ſuppoſuiſſe ſcripturam tamquam rem ſolitam adhiberi, licèt nec ex natura rei, nec ex voluntate Imperatoris ſit ſimpliciter neceſſaria in ſuis, vel aliorum legibus.

*2. Solutio.*

67 Vnde tertiò reſpondet Exea, quidquid ſit dè alia forma poſita in illa l. tamen ſcripturam non poni ibi tamquam ſolemnitatem ſubſtantialem

*3. Solutio.*

A probat primò, quia forma legis condendæ ibi tradita eò tendit, vt lex ſit magis deliberata, vt patet in illis verbis: *Pene enim cognoſcimus, quod cum noſtro Concilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri imperij & ad noſtram gloriam redundare:* Scriptura autem ſolùm requiritur, vt de lege faciliùs conſtare poſſit, cap.1. de renunt.in 6. & facit l.iubemus, §.ſed ne aliqua, C. de teſtam. & conſonat Cicero orat.pro Sylla. dicens: *Quòd ſi iam eſſem oblitus ſeueritatis, & conſtantiæ meæ; tamne amens eram, vt cùm litteræ poſteritatis cauſa repertæ ſint, quæ ſubſidio eſſe poſſent, &c.* ideo licèt forma, de qua in dicta l.humanum, ſit per conditionem poſita; tamen quia ſcriptura ad finem illius l. non erat ne- B ceſſaria, ſufficit, legem dictari, recenſeri, & recitari per aliquid æquipollens ſcripturæ: facit Baldus l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, colum.2. in 1. quæſt.nu.11.ff.de iureiurand. dicens, *Quando conditio eſt appoſita ad finem, ſatis eſt eam impleri per æquipollens.* Secundò probat Exea quia ſcriptura quoad legis efficaciam nihil operatur: ergo debet cenſeri leuis ſolemnitas: illa enim dicitur leuis ſolemnitas, cuius omiſſio parum, aut nihil releuat, ſecundùm Bartolum l.1. §.fin. per illum text. ff. de ventre inſpiciendo, & l.cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. Iaſon d.§.ſi prætor, cum ſimilibus, vt plenè per Albericum Brutum tractatu de forma, & ſolennit. colum.46. verſ.ſecundò prædicta regula. C Tertiò probat: quia ſcriptura non eſt requiſita, antequam lex ſit facta: quia quod non eſt, ſcribi non poteſt. Vnde ſuccedit regula, quòd qualitas, quæ poteſt ſuperuenire actui, non eſt de ſubſtantia actus, vt tradit Geminianus cap.vt circa, §.1. ad finem, verſ.ex his nota, de elect.in 6. Quartò probat, quia in d.l.humanum, ſcriptura non requiritur in conditione, quia nihil ponitur in conditione, præterquam conſenſus Iudicum, & Senatus: illum namque important illa verba, *Et, ſi vniuerſis tam iudicibus, quàm vobis placuerit:* quæ referuntur ad tractatum eius materiæ ſuper qua lex condi debet, de quo tractatu in principio legis fit mẽtio, & ſi in d.l. ſit aliquod verbum, requirens ſcripturam, id erit, dictari, aut recitari, quæ tamen non D ſunt poſita in conditione, ſed in diem incertum, vt patet ibi, *Tunc legata dictari*, ponderando dictionem tunc, quæ denotat extremitatem temporis, l.ſi his legatum, §.fin. ff.de conditionib. & demonſtrationib. & l.in ſubſtitutione in fine. ff. de vulga. Eſt ergo ſenſus illius legis, vt ſi id, quod pro lege condenda tractatum eſt, placuerit, dictetur & recitetur. Et ſic illud quod eſt poſitum in conditione, eſt conſenſus iudicum & ſenatus: illud autem, quod eſt collatum in euentum conditionis, eſt dictatio, & recitatio legis: & iura dicentia, conditione importari formam, intelliguntur de eo, quod eſt poſitum in conditione. Præterea E in d.l.humanum, non dicitur, quòd lex aliter facta non valeat: ſed ſolùm Imperator declarat, quòd aliter legem non promulgabit. Si tamen promulgaret eam Imperator ſine ſcriptura, non dubium, quin valeret: quia forma illius legis non præualet voluntati Principis. Deinde illa verba, quòd Imperator legem non promulgabit, non referuntur ad ſcripturam: ſed ad alia, quæ ſunt magis ſubſtantialia. Ita in ſimili reſpondet Alexand. l.2.§.prius, columna ſecunda, verſicul. nec obſtat, l.prætor, ff.de vulgar. & l. finali, in principio, columna finali, in medio, C. de iure deliberand.

*Scriptura non ponitur tamquam ſolemnitas ſubſtantialis.*

*Scriptura quo ad legis efficaciam nihil operatur.*

& for

Digitized by Google

& formaliùs hoc ſequitur Albericus Ruinus tractatu de forma & ſolen. art, quando aliquid cenſeatur eſſe traditum pro forma, colum. 19. ad finem, verſ. & ſi lex, & duobus verſ. ſequentibus vbi etiam limitat regulam, quæ habet; *quod quando lex loquitur conditionaliter, cenſetur requirere id, quod eſt in conditione poſitum*, tamquam grauem ſolemnitatem: vt non procedat, quando plures ſolemnitates in conditione ponerentur, quarum aliquæ ſuapte natura eſſent graues; aliæ leues.

*2. Argum.*

68 Secundò obiicies, quia lex dicitur à legendo: ergo præſupponit ſcripturam, quia ſcriptura eſt, quæ legi poteſt, l. 2. §. 1. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & l. 1. §. legi, ff. de his, quæ in teſtamentis; sreſpõdent quidam relati à Ripa ſuprà, quòd imò lex dicitur à ligando: Exea verò ſuprà, num. 199. omiſſis verbis Ripæ ait, legem dici à legendo, vt inquit Varro 2. de lingu. Latin. Cicero 1. de legibus, vbi ex hoc infert, legem ſolùm dici, quæ ſcripto ſancita eſt: idem ſequitur Budæus l. 2. in princ. ff. de origin. iuris. Sed hoc Exea dixit diſputando. Nos facilè reſpondemus, de etymologia legis varias eſſe opiniones, vt ſect. 1. vidimus, ſed licèt dicatur à legendo, vt legere eſt videre ſcriptum, non ideo erit eſſentiale, aut neceſſarium legi, eſſe ſcriptum: ſed ſic appellatur: quia communiter eſt ſcripta, & legi poteſt.

*Sententia non valet niſi ſcripto feratur lex.*

Tertiò obiicies; quia ſententia non valet, niſi in ſcriptis feratur: ergo nec lex. Antecedens tenent communiter Doctores c. fin. de ſent. & re iudicata. Reſpondeo nõ eſſe ſimile: quia in ſentẽtia id ſtatuit Princeps: in legibus nullus. Vide Syluestrum, verbo, ſententia, quæſt. 4. eodem modo, ſi ſtatutum non ſcriptum nullius eſt momenti, vt ait Sebaſtianus Medicis lib. de legibus, part. 3. qu. 11. cum Alberico l. de quibus, ff. de legibus; hoc erit ex diſpoſitione Superiorum, quæ in legibus non eſt, & ideo leges non ſcriptæ valent. Pro quo multa alia reperies in Sebaſtiano illo, licèt ipſe teneat, leges eſſe nullas, niſi ſint ſcriptæ: cui fauet Pariſienſis lib. de legibus, cap. iam igitur, fol. 9. colum. 2. & 4. vbi, licèt admittat, aliquam legem non ſcriptam, ſcilicet naturalem: tamen nullam legem humanam admittit, quæ ſcripta non ſit, & definit legem humanam dicens, eſſe ſcriptum aſſiſtens honeſtis, prohibenſque contraria.

## SECTIO X.

*Nonnullæ aliæ legis conditiones tractantur.*

*8. conditio legis vt præceptum ſit ſufficienter promulgatum.*

69 Octauò legis conditio eſſe poteſt, vt præceptum ſit ſufficienter promulgatum. D. Thomas quæſt. 90. art. 4. & 93. artic. 5. ad primum, Valentia diſput. 6. quæſt. 1. puncto 2. & ferè cæteri.

Sed aduerte, legem æternam ex æternitate eſſe veram legem & eſſentialiter completam in ratione legis, vnde ad ſui eſſentiam non exigit promulgationem, quæ quid temporale eſt: ita Valentia, & rationem reddidimus ſectione 6. vbi addidimus, non tamen obligare actu, niſi mediante alia lege, ſcilicet naturali, vel poſitiua, humana, vel diuina, inter quas quidem naturalis propriè nulla indiget promulgatione, vt obliget: quia

*Lex naturalis nulla promulgatione indiget.*

A eſt dictamen de neceſſitate, vel turpitudine obiecti ex ſe aſtringens voluntatem ad operationem vel omiſſionem. Nec vt obliget, oportet reflexè cognoſci ſub ratione legis. Vnde impropriè loquuntur, qui dicunt, legem naturalem promulgari à Deo per collationem luminis naturalis, iuxta id Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, &c.* & Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, quod non ſolùm de lumine gratuito, ſed etiam de naturali intelligi poteſt. Non, inquam, propriè loquuntur: quia imprimere tale lumen potiùs eſt vim legem faciendi dare, quàm promulgare legem naturalem; niſi fortè quatenus tale lumen manifeſtare

B poteſt, tale dictamen eſſe obligatorium: quod tamen, eſto vocetur promulgatio, non requiritur, vt tale dictamen ſit vera lex, & verè obliget. Sic intellige D. Thomam quæſt. 90. art. 4. ad primum, cùm ait, *Legem naturalem promulgari ex hoc ipſo quod Deus eam inſeruit mentibus hominum naturaliter cognoſcendam.* Vbi Vazquez ait, legem naturæ primariam non indigere promulgatione, nec promulgari: quia eſt ipſa natura rationalis: ſecundariam verò, quæ eſt iudicium rationis, quodammodo promulgari, quatenus humanæ menti inſeritur à Deo.

*Leges poſitiuæ vt actu obligent cognoſci debent.*

Leges autem poſitiuæ, vt actu obligent, cognoſci debent ſub ratione legum, vel cùm homo 70

C operatur, vel antea, certò, vel dubiè. Qui enim nec ſcit, nec vmquam ſciuit, aut dubitauit, an ſit lex de Baptiſmo, verbi gratia, non peccat, ſi non baptizetur: quia numquam fuit ei lex vllo modo explicata, & ita illum numquam obligauit in actu ſecundo, ſed tantùm in actu primo; lex enim illa habebat vim obligandi illum, & ſi fuiſſet illi explicata, obligaſſet illum in actu ſecundo: omnis autem lex poſitiua, vt habeat vim obligandi, ſeu vt obliget in actu primo, & ſit vera lex, debet eſſe promulgata ipſi communitati: quia legiſlator non vult, aut non poteſt antea obligare, vt diſcutiemus diſput. de promulgatione legis humanæ. Si autem legiſlator poſſet & vellet ante talem

D promulgationem obligare ſuo mandato eos, ad quorum notitiam peruenerit, illud non haberet rationem legis, donec alicui communitati innoteſceret, aut ita eſſet propoſitum, vt innoteſcere ſtatim poſſet. Sic videmus, promulgatam legem Moyſi Exod. 19. & 20. non ſine magnis ſignis & prodigiis, & cap. 24. ver. dicitur, *Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini atque iudicia: reſponditque populus vna voce; Omnia verba Domini, quæ locutus es, faciemus.* Noua etiam primò per Chriſtum, deinde poſt admirabilem, & viſibilem aduentum Spiritus ſancti, cœpit ab Apoſtolis publicè prædicari, donec *in omnem terram exiuit ſonus eorum*, Pſalm. 18. Vnde Ioan. 15. ver. 22.

*Noua lex per Chriſtum & per aduentum Spiritus ſancti promulgata eſt.*

E *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent.* De legibus canonicis conſtat ex cap. cognoſcentes, de cõſtit. & cap. 1. de poſtul. prælat. indigere promulgatione, ſignificaturque cap. erit autem lex, diſt. 4. vbi requiritur, vt lex clara ſit & perſpicua: ita etiam Gratianus exponit Auguſt. de vera relig. cap. 31. quem citat eadem diſt. cap. erit autem; dicentem, leges inſtitui, & firmari, *inſtituuntur*, inquit Gratian. *cùm promulgantur, firmantur verò cùm moribus vtentium obſeruantur.* Et hæc cõmunia ſunt legibus ciuilibus, de quib. ſpeciatim declaratum eſt, auth. vt factæ nouæ conſtit. coll. 5.



Digitized by Google

tit.16. & l.leges, C. de legibus, vbi dicitur, *Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt omnium vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuerſi, præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur.* Oppones dictum cap.1. de poſtulatione prælatorum; ibi, *cùm conſtitutio ſolemniter editur, aut publicè promulgatur*: ergo diſtincta ſunt edi, & promulgari, & illud eſt priùs, & ſic priùs eſt lex, quàm promulgetur. Ob iſtum textum dubitat Andreas ab Exea in rubrica de conſtit. num.206. an promulgatio ſit neceſſaria ad eſſe ſeu eſſentiam legis. Sed facilè reſpondeo cùm dicitur, lex priùs edi & poſtea promulgari, non eſſe intelligendum, quòd in facto eſſe, aut complete ſit lex ante promulgationem, ſed in fieri inchoatiuè, & incomplete.

*Leges intelligi ab omnibus debent.*

Sed de promulgatione, quomodo requiratur in ſingulis legum generibus, videbimus, cùm de ſingulis diſſeremus, imò de promulgatione legis humanæ integram diſp. inſtituemus.

*9. Conditio legis.*

71 Nona conditio legis à nonnullis ponitur, vt ſit à populo accepta. Sed hæc non pertinet ad rationem legis in communi, de qua hîc diſputamus; cùm nulli diuinæ legi conueniat, neque humanæ niſi fortè per accidens ex benignitate legiſlatoris, nolentis obligare, antequam lex à populo acceptetur; aut ex eius impotentia, quia non poteſt antea obligare, eo quòd valdè imperfectam & limitatam acceperit poteſtatem quantum ad hoc à populi acceptatione pendentẽ, vt conſtabit quando de lege humana differemus. Olim quidẽ apud Romanos, vt notat Andr. ab Exea, Rubr. de conſt. num.209. ſi in lege ferenda populus aduerſaretur, illamque non reciperet, nullam vim habebat. Ferebat enim præco legem ad populum auctoritate, & iuſſu Dictatoris, Conſulis, aut Prætoris ſubiicientis verba, & præeunte ſcriba; qui cùm illam promulgaſſet, firma erat, ſi in eo, quod cauebatur, populus auctor fieret: ipſaque lata, & promulgata atque in æs inciſa, atque in ærarium condita, omnes aſtringebat; teſte Alexandro ab Alexandro 6. dierum genial. cap.16. De modo, quo antiqui leges ferebant, vide Budæum, l.2. §. & cùm placuiſſet, ff. de orig. iuris.

*Lex cur non obliget antequam acceptetur à populo.*

*Aliæ legis cõditiones.*

72 Aliæ conditiones ponuntur, quæ vel eſſentiales non ſunt, vel ad Superiores reuocantur: quòd enim lex ſit perſpicua & manifeſta, nihilque ambiguitatis, vel obſcuritatis contineat, vt petit Iſidorus cap. erit autem lex, diſt.4. Iſocrates in parænetico. Quintilianus libro 2. cap.4. & lib. 7. cap.6. non videtur eſſentiale, niſi fortè tanta eſſet obſcuritas, vt nullatenus intelligi poſſit, quid præcipiat, aut vetet. Tunc enim eſſet, quaſi nihil præciperet, ideò non eſſet verè lex, de quo vide diſputation.6. ſection.5. in fine. Ad hanc conditionem pertinet id Deuteronom. 27. *Deſcribes omnia verba legis huius planè & lucidè*: & id Demoſthenis contra Timocratem: *Legem omnibus æquè apertam eſſe oportet*, & Iſocrates in Panathenaico, *Leges ſint cognitu faciles.* Vnde Chryſoſtomus Pſal. 110. carpit humanas leges obſcuras. Vide quæ diſputatione ſequenti, ſectione 2. de Imperatore Baſilio referemus: vt autem leges intelligantur, expedit eſſe populo notas; Vnde veteres, eas in tabulis, & albo deſcriptas publicè exhibebant, vt cunctis eſſent conſpicuæ. Vnde etiam Deuteronom. 31. *Leges verba legis huius coram omni Iſraël, audientibus eis, & in vnum omni populo congregato, vt audientes diſcant & timeant Deum, & cuſtodiant, impleantque omnes ſermones legis huius.* Demoſthenes aduerſus Leptinem monet, paucas eſſe debere leges, perſpicuas, & ſimplices, quas omnibus intelligere liceat.

*Leges expedit eſſe populo notas.*

De conditionibus legis poſitis ab Iſidoro, vide gloſſ. cap. erit autem lex, diſt.4. & Sebaſtianum Medicis repet. eiuſdem cap. Rebuff. in proœmio conſt. reg. gloſſ.1. à nu.16. & D.Thom. quæſt.95. art. 3. & multa dicemus agentes de lege humana diſput.6. ſect.5.

## SECTIO XI.

*Quomodo lex definienda.*

CAſtrus 1. de lege pœnali, cap.1. & 2. 73
Sotus 1. iuſt. quæſt.1. art.1. Valentia hîc diſp.7. quæſt.1. puncto 2. & alij recentiores varias legis definitiones referunt & reiiciunt, nec immeritò, quia vel non traduntur ab earum auctoribus vt definitiones, ſed vt encomia vel veræ enunciationes de lege; aut non dantur de lege in communi; aut continent aliquid ſuperfluum, aut carent aliquo neceſſario. Vt cùm Plato in Minoë dixit, *Legem eſſe veritatis inuentionem*, & Ariſtotel. 10. ethic. cap. 9. *Eſſe ſermonem ab aliqua prudentia, atque mente profectum*, & 2. ethic. cap.12. *Eſſe opinionem multitudinis*, & in proœmio Rheto. ad Alexand. *Eſſe rationem communi ciuitatis conſenſu definitam*, & in ipſo libro Rhetor. ad Alexand. cap. de genere deliberatiuo, *Legem eſſe communem ciuitatis conſenſum, qui ſcriptis præceperit, quomodo vnumquodque agendum ſit*, quo etiam pacto loquitur Iſidorus 1. etymol. cap. 10. & Atteius capit. apud Aul. Gell. 10. noct. attic. cap.20. ait enim: *Lex eſt generale iuſſum populi aut plebis rogante magiſtratu*: & Iuſtinianus §. conſtat, Inſt. de iure naturali, gentium & ciuili. *Lex*, inquit, *eſſe dicitur quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat*, cui conſonat Gratian. cap. lex eſt, diſt.2. Cicero autem 1. de natura Deorum, *Lex*, inquit, *eſt recti perceptio, prauiq; depulſio*, & 1. de legibus ait, *Legem eſſe æternum quoddam, quod vniuerſum mundum regit imperandi, prohibendique ſapientiam*, & ibidem, *Lex, quam Dij humano generi dederunt, rectè eſt laudata: eſt enim ratio, mẽſque ſapientis ad iubendum, & deterrendum idonea*: ibidem ait, *eſſe rectam rationẽ inſitam in natura à Numine Deorum tractam, recta imperantem, contraria prohibentem*: ibidem approbat quod doctiſſimi quidam dixerunt, *Lex eſt ratio ſumma, ſeu ſummi Dei inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria*: itaque, inquit Cicero, *arbitrantur prudentiam eſſe legem, cuius ea vis ſit, vt rectè facere iubeat, vetétque delinquere*, & ſimilia dicit lib.2. & Philipp.2. & lib.2. de inuentione Rhetorica. Papinianus l. lex eſt, quæ eſt 1. ff. de legibus, *Lex eſt commune præceptum, virorum prudentium conſultum, delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia committuntur coercitio, ſponſio denique Reip. cõmunis*, & Martianus l. nam & Demoſthenes, quæ eſt. 2. ff. eodem, videtur commendare, quod Demoſthenes dixit, *Lex eſt, cui omnes homines debent obedire, tum propter multa & varia, tum maximè, quia omnis lex, eſt inuentio*

*Varia legis definitiones, quæ reiiciantur & cur.*

*Lex quid ſit ex Cicerone.*

Digitized by Google

*Omnis lex eſt inuentio quædam, & donũ Dei.*

*inuentio quædam & donum Dei, decretum autem hominum ſapientium, correctio autem voluntariorum & non voluntariorum peccatorum, ciuitatis autem ſponſio communis, ſecundum quam deceat omnes viuere qui in ciuitate ſunt.* Commendat etiam Martianus, quod dixit Chryſippus, *Lex eſt omnium rerum diuinarum & humanarum regina:* Græcè habetur, Rex, quia etiam νόμος, quod legem ſignificat, eſt maſculini generis, interpres autem vertit, *Reginam*, vt reſpõderet legi, quæ eſt generis fœminini, & malè Caſtro ſuprà loco Regis, vel Reginæ, notitiam ſubſtituit, *Oportet autem & eam præſidere bonis, & malis, & Principem & Ducem eſſe, & ſecundum hoc regulam eſſe iuſtorum & iniuſtorum, & omnium, quæ natura ciuilia ſunt, animantium, præcipitur quidem faciendorum, prohibetur autem non faciendorum.* Clemens 1. ſtromatum ait, *Legem eſſe rectam rationem, & communem opinionem, & regulam iuſtorum & iniuſtorum:* & Pindarus apud eundem Clementem ait, *Lex eſt omnium mortalium & immortalium Rex.* Baſilius in id Iſaiæ 1. *Audite verbum Domini Principis Sodomorum*, ait, *Lex eſt regula iuſtorum & iniuſtorum, ea quidem imperans, quæ agenda ſunt: iis contradicens, quæ non veniunt facienda.* Accurſius §.conſtat, verbo, lex, Inſtitut. de iure naturali gentium, & ciuili: *Lex eſt ſanctio iubens honeſta, prohibens contraria.* Marſilius Ficinus in argumento dialogi Minoë, *Lex eſt vera gubernatio rationis quæ ad finem optimum per commoda media gubernatos dirigit, transgredienti, pœnam; obedienti, præmium ſtatuens.*

*Scholaſtici Doctores quomodo legẽ definiant.*

Sed veniamus ad Scholaſticos, qui rigorem in definiendo profitentur. Caſtro 1. de lege, capit. 1. *Lex*, inquit, *eſt voluntas recta eius, qui vicem populi gerit, voce, aut ſcripto promulgata, cum intentione obligandi ſubditos ad parendum illi.* Sed hæc definitio, partim eſt ſuperflua parùm diminuta. Nam ſi nomine rectæ voluntatis intelligatur voluntas operis, hæc non eſt neceſſaria ad legem. Si verò voluntas obligandi, ſuperfluè additur intentio obligandi; & ad legem non eſt neceſſarium voce aut ſcripto promulgari: nam interna reuelatione, nutibus, vel aliis ſignis promulgari poſſet, præterea hæc definitio legi naturali non conuenit, vt patet ex ſuperioribus.

Gerſon, Guilliermus Pariſienſis, Almainus, Gabriel, Maior, & Petrus Aliacenſis, vt retuli ſectione 5. opinione 5. legem (ſaltẽ obligatoriam in contingentibus, ſeu poſitiuam) definiunt, *vt ſit ſignum notificatiuum & verum voluntatis obligandi ſubditum ad aliquid agendum vel omittendum: ſeu voluntatem obligandi ſigno aliquo expreſſam.* Valentia diſput. 7. quæſt. 1. puncto 2. *Lex eſt quoddam rectum rationis practicæ decretum, ab eo, qui curam communitatis gerit, ſufficienter ſancitum: & conſtitutum, vt ex eius vi debeat neceſſariò modus aliquis ſiue in re ſiue in actione propter commune bonum adhiberi:* quam definitionem ait eſſe communem legi, qua etiam res carentes ratione, gubernantur: quæ tamen propriè non eſt lex. D. Thom. quæſt. 90. art. 2. ait, *Legem eſſe dictamen rationis practicæ in Principe, qui gubernat communitatem perfectam.* Sed nec ipſe his verbis intendit legem definire, nec ea facilè poſſunt accommodari legi naturali; quæ non eſt dictamen in Principe, ſed in ſingulis hominibus, niſi Principem appel-

A les intellectum in communi, qui gubernat ſuo dictamine voluntates communitatis. Quo etiam pacto poſſet intelligi definitio à Thomiſtis communiter recepta, & tradita à D. Thoma art. 4. & ab Alenſi 3. part. quæſt. 26. num. 4. *Lex eſt ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata:* debet autem intelligi de ordinatione ſufficienti ad obligandum, ſeu manante à Superiori, vt Superior eſt, & obligare valens, vt excludatur conſilium, quod licèt ſit ordinatio rationis, & interdum à Superiore detur: quia tamen non datur ab illo, vt Superior eſt, neque habet obligandi vim, lex non eſt, & multò minùs petitio, vel oratio, quæ potiùs eſt ab inferiori,

*Legis definitio maximè probata.*

B quàm à Superiore: item vt abſtrahat definitio ab omni opinione, nomine ordinationis debet intelligi aliquid à ratione profectum, ſiue ſit in intellectu, ſiue in voluntate gubernata per rationem, ſiue in externa materia tamquam ſignum voluntatis obligandi exiſtentis in Superiore. Intelligi etiam debet de ordinatione firma, ſtabili, & perpetua, nempe in perpetuum obligante, niſi reuocetur. Nam lex, quæ ſolùm habet vim obligandi ad tempus, non eſt lex, niſi latè. Quò autem lex ſit commune præceptum, docet diuus Thomas hac quæſt. 90. artic. 2. & artic. 3. ad tertium, & quæſt. 96. art. 1. ad ſecundum. Sed leges omnes propriè dictas hac breui definitione poſ-

C ſumus comprehendere, *Lex eſt præceptum communitati impoſitum perpetuò obligans, niſi reuocetur.* Nec oportet addere, in bonum commune, quia ſi non conduceret communi bono, non obligaret communitatem. *Lex naturalis eſt dictamen rationis obligans voluntatem. Lex poſitiua eſt voluntas obligandi communitatem perpetuò in eo quod obligare poteſt ſufficienter expreſſa vel ſignum exprimens talem voluntatem obligandi.*

---

## SECTIO XII.

*Ad quam virtutem ſpectet condere leges.*

D CASTRO 1. de lege pœnal. cap. 1. ſpectare putat ad iuſtitiam diſtributiuã, cuius eſt æqualitatem iuxta proportionem geometricam cõſtituere, vt ait Molin. tom. 1. de iuſt. tractatu 1. diſp. 12. Cùm enim bona Reipubl. communia redundant, diuidenda ſunt partibus Reip. pro conditione, dignitate, & gradu, quem vnaquæque habet in Rep. & pro cuiuſque meritis, & hoc pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam: ſumitur ex Ariſtotele 5. ethic. c. 3. & 4. Alij exiſtimant, leges ferre, ad iuſtitiam legalem pertinere: hoc enim docet Mo-

E lin. ſuprà diſp. 1. & D. Thom.

*Ad iuſtitiam legalem pertinet legem ferre.*

Probatur: quia iuſtitia legalis reſpicit bonum commune, vt ait D. Thomas 2. 2. quæſt. 76. art. 6. Ariſtot. in polit. cap. 1. & Molina ſuprà: ſed etiam lex ſuapte natura tendit in bonum commune, vt ſuprà oſtendimus, ideo Ariſtoteles loco citato, dixit: *Ea namque, quæ à facultate ferendarũ legum ſunt definita, legitima ſunt:* ergo lex eſt actus iuſtitiæ legalis. Item quia imperare actus virtutum, ex quibus bonum commune coaleſcit, non pertinet ad iuſtitiã diſtributiuam, ſed ad legalem: hac enim de cauſa iuſtitia legalis appellatur à D. Tho. ſuprà, virtus generalis, nimirum quia ordinat actus alia-



Digitized by Google

rum virtutum ad ſuum finem; *quod eſt,* inquit diuus Thomas ſuprà, *mouere per imperium omnes alias virtutes:* & Ariſtoteles ſuprà ait; *Hæc igitur iuſtitia perfecta quidem eſt virtus, at non abſolutè, ſed ad alium: atque ob id ipſum iuſtitia præclariſſima perſæpe virtutum eſſe videtur, & nec eſt heſperus, neque lucifer ita admirabilis;* & prouerbio dicere conſueſcimus, *Iuſtitia in ſe ſe virtutes continet omnes.* Sed lex etiam omnes virtutum actus præcipit, omnes verò vitiorum actus interdicit, vt experi- A mur, & præclarè docet Ariſtoteles ſuprà, dicens: *Præcipit autem lex & ea agere, quæ ad virum pertinent fortem, vt non deſerere locum in acie, non fugere, non abiicere arma: & item ea quæ ſunt temperantis, vt non committere adulterium, non libidine vti: item ea quæ ſunt manſueti, vt non pulſare, non conuitia dicere: & in cæteris identidem virtutibus, atque vitiis; alia iubens, alia vetans:* ergo lex non diſtributiuæ, ſed legalis iuſtitiæ actus eſt.

DISPV

# DISPVTATIO SECVNDA
## DE VARIETATE LEGVM.

### Quæſtio nonageſimaprima de Legum diuerſitate.

Art. 1. *Vtrùm ſit aliqua lex æterna.*
Art. 2. *Vtrùm ſit aliqua lex naturalis.*
Art. 3. *Vtrùm ſit aliqua lex humana.*
Art. 4. *Vtrùm ſit aliqua lex diuina.*
Art. 5. *Vtrùm lex diuina ſit vna tantùm, vel plures.*
Art. 6. *Vtrùm ſit aliqua lex peccati.*

#### SECTIO PRIMA.

*Quotuplex ſit lex, & quæ ſint legis diuiſiones.*

1 *1. Diuiſio legis.* PRIMÒ lex diuiditur in propriè,& impropriè dictam: propriè dicta eſt, quæ verè obligat voluntatem: impropriè verò, quæ non obligat illam: qualis eſt lex, qua gubernantur ratione carentia, de qua lege dixi diſputat. præcedenti, ſectione 4. Item lex fomitis, de qua D.Thomas & alij, art.6. Valen.Diſput.7.quæſt.1.puncto 1.& quæſtione 2. puncto 1.& nos illa ſectione 4. ſed nonnihil dicemus hîc ſectione vltima.

2 *2. Diuiſio.* Secundò lex propriè dicta, ſeu voluntatẽ obligans,quædam eſt æterna,quædam temporalis;hâc diuiſionem & aliquas ex ſequentibus amplectuntur D.Thomas hac quæſt. & ſequentib. Alexand. 3.part.quæſt.26.& ſequentib. Angelus, Syluester, Tabiena,Armilla,& alij Summiſtæ verbo lex, Sotus 1.iuſt.quæſt.3.art.1.Antoninus 1.part.titul.11. cap.1.§.4. Thomas Connanus, Ferrarienſis repet. in proœm.decretal.num.399. Valentia hîc diſp.7. quæſt.2.punct.1.Viualdus 4.par. candelab. cap.1. num. 27. Sayrus 3. Theſauri 2. Secundum membrum notiſſimum eſt: primum autem ponitur à D.Thoma art. 1. & paſſim ab aliis ex Auguſtino lib.de lib.arbit.pluribus capitibus,præſertim 6. & lib.22.contra Fauſtum, cap.27. quia verò nihil eſt *Æternũ nihil eſt niſi Deus.* æternum reipſa, niſi Deus, conſtat nullam legem creatam eſſe æternam:licèt ſecundùm eos, qui dicunt, creaturam rationalem potuiſſe ab æterno produci,dicendum ſit,legem creatam potuiſſe eſſe æternam. Sed tunc æternitas eſſet illi accidentaria: legi tamen increatæ, per ſe & eſſentiale eſt æternam eſſe legem hanc, quæ re ipſa, & per ſe æterna eſt, definiuit Auguſtinus illo cap. 27. *Lex æterna quid ſit.* *Eſt ratio vel voluntas Dei, quæ ordinem naturalem conſeruari iubet, perturbari vetat.* Locutus autem eſt ſub illa diſiunctione: vel quia neutra pars erat illi certa: vel quia lex æterna pro vtraque ſupponere

A poteſt,vt diſpu.præcedenti,ſectione 6.dictum eſt, & iterum dicetur diſput.4.vbi ex profeſſo de lege æterna diſſeremus.Sed difficultas eſt, quia multis de cauſis videtur, nullam legem fuiſſe æternam. Primò, quia Deus ab æterno nullos habuit ſeruos,vel ſubditos, & ideo nullum habuit dominiũ *1. Arg.* proprietatis,vel iuriſdictionis ab æterno,nec fuit Dominus ex ipſa æternitate,vt fatetur D.Thomas 1.part. quæſt.13. artic.7. ergo non fuit lex aliqua æterna: quia lex dominium iuriſdictionis ſupponit,ac ſubditos. Secundò,quia de ratione legis eſt *2. Arg.* imperiũ ad alterum: ab æterno autem Deus nihil imperauit alteri;nec cum altero locutus eſt,ſiquidem nullus audire aut percipere iuſſum eius poterat:ergo Deus nullam legem tulit ab æterno.Ter- *3. Arg.*
B tiò,quia de ratione legis eſt promulgatio:ab æterno autem nulli creaturæ facta eſt promulgatio; ergo nulla lex fuit æterna.

Propter hæc argumenta dicunt aliqui, nullam 3 legem eſſe æternam, quantùm ad ſuum formale, & eſſentiale complementum,quod eſt,promulgatio dictaminis ſeu voluntatis facta ſubdito:ſed ſo- *1. Modus dicendi.* lùm quantum ad inchoationẽ quandam,& quoad materiale,quod eſt actus intellectus, vel voluntatis diuinæ,pro quo ſupponit lex,& quoad omnia, quæ ex parte Dei & in Deo formaliter debent eſſe,vt lex ſit: & hæc videtur mens Medinæ in latiori explicatione huius quæſtionis, cùm enim ad 1.argum. D.Thomæ adhibuiſſet duas ſolutiones, alteram de exiſtentia rerum ab æterno in eſſe cognito,alteram de exiſtentia in eſſe reali, ſubiungit
C tertiam, dicens legem æternam dici,non quòd ab æterno præcipiat; ſed quia eſt æternus Dei conceptus. Quidquid ſit de Medina, doctrina illa eſt clara, & expedita, quam tradit Valentia diſput. 7. quæſt.3.punct.3.in fin.& alij recentiores.

Vazquez autem quæſt.91.art.1.ait, in Deo eſſe *2. Modus. Lex aliqua eſt æterna.* legem aliquam æternam, cui creaturæ ſubiiciantur aliquo modo; hâc autem eſſe rationem rerum faciendarum, in mente Dei,ſeu ideam: quæ non eſt lex æterna, quia ſit præceptum ab æterno propoſitum creaturis,aut promulgatum: ſed quia eſt regula æterna cuius inſtar omnia à Deo fiunt. Quod genus legis non indiget promulgatione &



Digitized by Google

alteriùs rationis eſt à lege, de qua nunc loquimur: nunc enim loquimur de lege, quæ eſt regula humanarum actionum, & obligat voluntatem ad aliquid agendum vel omittendum: illam autem rationem ſeu regulam rerum faciendarum vocari legem ineptè aliqui colligunt ex Prouerb. 8. *Et legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos*, & Iob 38. *Vſque huc venies & non procedes amplius*, & Pſalm. 103. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur:* nam hæc lex nihil aliud eſt quàm naturalis inclinatio collata aquis ad conſiſtendum in illa concauitate terræ, in qua Deus illas poſuit; nam ſi inde egrederentur, aſcenderent: quod eſt contra naturalem ipſarum inclinationem.

*Lex aquis data quæ ſit.*

*3. Modus.*

D. Thomas quæſt. 91. artic. 1. ad primum, quod erat huiuſmodi, *Omnis lex aliquibus imponitur: ſed non fuit ab æterno, cui aliqua lex poſſet imponi: ſolus enim Deus fuit ab æterno: ergo nulla lex eſt æterna.* Reſpondet, quòd ea, quæ in ipſis non ſunt, apud Deum exiſtunt, in quãtùm ſunt ab ipſo cognita, & præordinata, ſecundùm illud Rom. 4. *Qui vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt.* Sic igitur æternus diuinæ legis conceptus habet rationem legis æternæ ſecundùm quod à Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipſo præcognitarum. Ad illud verò quod de promulgatione obiicimus, Reſpondet D. Thomas eodem art. ad ſecundum: *Promulgatio legis fit verbo & ſcripto, & vtroque modo lex æterna habet promulgationem ex parte Dei promulgantis: quia & verbum diuinum eſt æternum, & ſcriptura libri vitæ eſt æterna: ſed ex parte creaturæ audientis, aut inſpicientis non poteſt eſſe promulgatio æterna.* Has ſolutiones amplectuntur Conradus eodem art. & Medina in latiori explicatione huius quæſtionis, §. præterea nota, & alij Thomiſtæ. Hunc tamen modum dicendi reiiciunt Vaſquez ſuprà, & alij. Primò, quia adhuc dubium manet, an promulgatio, quæ ſe tenet ex parte creaturæ, nempe, quòd creatura videat, vel audiat legẽ Dei, ſit de eſſentia diuinæ legis: Videtur autem eſſe de eſſentia illius, ſicut eſt de eſſentia legis humanę: ac proinde legem illam Dei non quantum ad omnia eſſentialia eſſe æternam. Secundò, quia lex non dicitur promulgata verè, & propriè, cùm eam Princeps apud ſe loquitur, vel ſcribit; ſed cùm eam ſubditis aperit: imò illud priùs eſt impertinens ad rationem legis: ergo verè Deus non promulgat legem ab æterno, ſaltem promulgatione neceſſaria, & eſſentiali ipſi legi, & ita lex æterna non habet eſſentiale complementum legis ab æterno, ſed inchoatiuè, & materialiter. Tertiò, quia lex æterna eſt quid eſſentiale, & commune tribus perſonis: productio autem Verbi eſt propria Patri: ergo lex æterna non includit productionem Verbi, atque adeò alia promulgatio inquirenda eſt communis tribus perſonis, ratione cuius non ſolùm Pater; ſed etiam Filius, & Spiritus ſanctus, legiſlator dicatur. Quartò, quia liber vitæ nihil aliud eſt, quàm æterna Dei ſcientia in qua omnes res dicuntur metaphoricè ſcriptæ: hæc autem nõn poteſt habere rationem promulgationis, quia promulgatio debet fieri iis, quibus lex imponitur: ab æterno autem non fuerunt creaturæ aliquæ, quæ legem ſic ſcriptam legere poſſent: ergo ſcientia Dei non habuit ex æternitate promulgationem neceſſariam legi. Reſpondent aliqui Thomiſtæ, creaturas fuiſſe realiter præſentes Deo ab æterno, & ideo potuiſſe illis imponi, ſeu promulgari pręceptum: ita Medina ſuprà: ſed hæc præſentia valdè aliena eſt à veritate (imò & à D. Thoma ſecundùm aliquos Thomiſtas) vt 1. part. docui, & latè Vazquez ibi. diſput. 64. cap. 3. & quamuis eam admitteremus, non ſufficeret, vt diceremus, legem aliquam fuiſſe illis ab æterno promulgatam; alioqui lex Moyſis quam tulit Dominus in monte Synai, diceretur ab æterno promulgata: quia populus ille, fulgura, tonitrua, & reliqua, cum quibus facta eſt promulgatio, fuiſſent præſentia in æternitate, item promulgatio legis debet eſſe opus extra Deum, & fieri in tempore, quo ſunt ſubditi: ſed ſubditi, & actio Dei ad extra non fuit in proprio tempore ab æterno: ergo nec promulgatio requiſita ad legem. Nec verò ſufficit ſubditos fuiſſe ab æterno, in eſſe cognito, iuxta D. Thom. illa ſolutione 1. argum. quia lex debet imponi ſubditis exiſtentibus non ſolùm in cognitione, ſed etiam in re.

*An promulgatio quæ ſe tenet ex parte creaturæ, ſit de eſſentia diuinæ legis.*

*Liber vitæ quid ſit.*

Vnde quartò aliqui Thomiſtæ apud Vazquez ſuprà, dicunt, non eſſe de ratione huius legis promulgationẽ, quia lex hæc alterius rationis eſt, & ſine promulgatione poteſt eſſe norma actionum noſtrarum, ita Medina ſuprà. Sed contrà, quia ſine promulgatione non poteſt obligare: ergo ſine illa non eſt lex.

*4. Modus dicendi.*

*Sine promulgatione lex nõ poteſt obligare.*

Quintò poſſet dici, vt diſputatione præcedenti 4 ſectione 6. concluſione ad rationem legis non requiri promulgationem explicitam, & formalem, ſed ſatis eſſe virtualem, & implicitam, ſeu interpretatiuam, ad quã ſufficit eſſe promulgationem in voto abſoluto immutabili, & infallibiliter illaturo realem promulgationem, & iſta promulgatio virtualis eſt ab æterno in Deo: quia ab æterno decreuit promulgare in tẽpore ſuas leges poſitiuas: item ſuã legẽ naturalem creando hominẽ cum dictamine rationis, quo obligaretur. Lex enim Dei æterna non obligat, niſi media lege temporali, naturali, vel poſitiua, & vna ex naturalibus eſt obedire legibus humanis: illud autem decretum Dei de huiuſmodi promulgationibus eſt inuariabile, & infruſtrabile, ideo eſt virtualis promulgatio, quæ ſufficit, vt dicatur lex æterna: idem eſt de ratione rerum agendarum in Deo, prout habet adiunctum eiuſmodi decretum, & hoc puto voluiſſe D. Thomam artic. 1. ad primum, dum ſatis eſſe putauit ſubditos eſſe in cognitione, & ordinatione Dei ab æterno, vt eius dictamen diceretur lex æterna, & ad hoc adducit optimè locum Pauli, *Vocat ea, quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt:* non enim eſt ibi ſermo de vocatione gentium, quæ apud Iudæos non eſſe reputabãtur, vt interpretantur interli loco Lyra, Origen. & Anſel. ibi: ſed de poteſtate producendi aliquid ex nihilo, & imperandi rebus, quæ non ſunt, ac ſi eſſent, & de efficacitate imperij ęterni, infallibilẽ effectum habentis poſtea in tempore. Vnde ſi Deus decreuit aliquid facere, iam eſt quaſi factum. Cui expoſitioni conſonant Chryſoſtomus & Tholetus ibi; Genebrardus Pſal. 143. verſ. 4. Theodoretus quæſt. 9. in Geneſ. Pererius in id Gen. 1. *Fiat lux*, ex Scriptura eodem loco, & Iudith 16. verſ. 17. Pſal. 32. v. 9. Pſ. 148. ver. 5. & quamuis lex æterna non cognoſcatur ab homine in ſe, ſed in ſuo effectu, vt ait D. Thommas quæſt. 43. art. 2. habet promulgationem ſufficientem, vt ſit lex, & obliget: quia non obgligat immediatè, & quod ait Aug. 1. de lib. arb. cap. 6. *Notionem legis æternæ eſſe hominibus impreſ*

*5. Modus dicendi auctori proprius.*

*Promulgatio actualis ad rationem legis non eſt neceſſaria, ſed virtualis.*

*Lex Dei æterna nõ obligat, niſi mediante lege poſitiua vel naturali.*

*Rom. 4.*

*Lex æterna non cognoſcitur ab homine, in ſe, ſed in ſuo effectu.*

Digitized by Google

A *impreſſam*, non indicat nos ſtatim cognoſcere naturaliter legem æternam in ſe: ſed in ſuo obiecto, iudicamus enim non eſſe furandum, ſicut Deus id iudicat ab æterno. Et rectè ferè omnes ex variis locis Scripturæ colligunt rationem gubernandi creaturas, etiam irrationales, quæ eſt in Deo ab æterno, dici legem, imò & præceptum quatenus ad aliqua neceſſitas, & aſtringit creaturas: nam Pſal.48. dicitur, *Præceptum poſuit, & non præteribit*, & verba illa, Iob 38. *Hucuſque venies & nõ procedes amplius*, imperium & præceptum continent directum ad creaturas irrationales, vide dicta diſp. præced. ſectione 4. & diſp.4. ſect.1.

5 Aduerte autem, præter illã promulgationem virtualem æternam à nobis propoſitam admittendam (B) eſſe illam quam retulimus ex D.Thoma: nam Deus ab æterno dicit, non eſſe furandum & hoc habet in mente ſua ſcriptum: vnde quantùm in ſe eſt, promulgat ſuam legem, quæ eſt illudmet dictamen commune tribus perſonis: ſed obiicies, quia ſolus Pater producit Verbum: ergo ſolus dictat & dicit: ergo ſolus promulgat legem: ergo ſolus eſt legiſlator & non Filius, nec Spiritus ſanctus: quod eſt abſurdum; ad hoc poteſt dici, Primò cum Conrado quæſt. 91. art.1. ad ſecundum, licèt ſolus Pater producat Verbum, & eo promulget rationem rerum agendarum, tamẽ eam rationem expreſſam, & quaſi promulgatã Verbo, eſſe communem (C) omnibus perſonis, & ſic omnes habere rationem legiſlatoris, ſicut apud nos, ſi tres homines conderent aliquam legem, licèt aliquis nõ promulgaret illam, nihilominus eſſet legiſlator, quia ſufficit promulgari ab alio. Sed adhuc res nõ caret difficultate, quia licèt ſic ſaluetur, legem eſſe quid cõmune tribus perſonis, tamen non ſaluatur eſſe quid omninò abſolutũ & eſſentiale in Deo: ſicut habere ſubſiſtentiam perſonalem eſt commune tribus perſonis, tamen inuoluit relationes, ſecundũ quòd ſunt ſubſiſtentię perſonales; eodem modo iudicium Dei eſſe expreſſum verbo perſonali, inuoluit aliquam relationem: ergo ſi lex æternam includit expreſſionem in tali Verbo, (D) lex æterna inuoluit relationem non, vt communem omnibus perſonis, ſed vt coniunctam omnibus illis. Vnde meliùs dicitur ſecundò, Verbum, vt latè docuimus in materia de Trinitate 1.part. quæſt.34. artic.1. dici dupliciter, & eſſentialiter, & perſonaliter ſiue vtraque acceptio verbi ſit propria, ſiue non: perſonaliter ſumptum eſt id, quod conſtituitur ex cognitione diuina, & relatione filiationis: eſſentialiter verò eſt ſola cognitio, vt noſtro modo intelligendi emanat ex intellectu diuino: qua ratione omnes diuinæ perſonæ dicuntur interiùs loqui, & dicere atque concipere has vel illas veritates; ſic de ratione legis æternę eſt eſſe verbo diuino expreſſam & quaſi promulgatam. (E)

*Verbum dicitur dupliciter perſonaliter & eſſentialiter.*

Porrò liber vitæ, qui eſt mens diuina, poteſt ſumi dupliciter, vno modo formaliter, vt eſt liber vitæ, & ſic lex æterna, qua creaturas rationales & irrationales regit, non dicitur ſcripta in libro vitę: quoniam ad librum vitæ formaliter & vt ſic ſolùm pertinent prædeſtinati ad vitam gloriæ; & media, quibus ad illam perducuntur, vt docet D. Thomas 1.par.quæſt.24.art.2.& de verit.quæſt.7. art.6.& 3.diſt.31.quæſt.1.artic.2.gloſſ.2. Secundò ſumitur liber vitæ materialiter: & ſic omnia ſcripta in mente Dei, dicuntur ſcripta in libro vitæ, & in hoc ſenſu D. Thom. hac quæſt. 91. art. 1. ad ſecundum, dixit, legem æternam eſſe ſcriptam in libro vitæ: vt docet Conradus ibi.

*Vitæ liber dupliciter dicitur.*

Tertiò diuiditur lex diuina, tam creata, quàm increata, tam æterna, quàm temporalis in naturalem & poſitiuam. De naturali dicemus diſp.5. 6

*3. Diuiſio legis.*

*4. Diuiſio. Lex diuina poſitiua dicitur in veterẽ & nouam.*

Quartò diuiditur lex diuina poſitiua in veterem & nouam, ſeu ſcriptam & non ſcriptam, quæ etiam appellatur lex Spiritus & gratiæ: & quidem Deum eſſe auctorem legis veteris, patet Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, &c. non habebis Deos alienos, &c.* Deut.1. *Locutus eſt Moyſes ad filios Iſraël omnia quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis.* Nec obſtat quod ait Stephan. Act. 7. *Accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum*, & Galat. 3. *Ordinata per Angelos:* nam Angelus, à quo Moyſes legem accepit, perſonam Dei gerebat. Nouæ autem legis Deum eſſe auctorem, patet Matth.vlt. *Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Ioann. 13. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Sic exponunt aliqui id Iacobi 4. *Vnus eſt legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & ſeruare:* Quod de Chriſto ſpeciatim intelligi putant aliqui eo quod Ioan. 5. dicitur, *Omne iudicium dedit Filio:* Ergo Filius eſt iudex, ergo & legiſlator nouæ legis, quam in carne tulit. Sed alij ad totam S.Trinitatẽ id referunt & ad omnem legem diuinam. Licèt autem ſpecialiter Chriſtus ſit auctor legis nouæ, vt his verbis indicat Trid. ſect.6.can.21. *Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem, cui fidant; non etiam, vt legiſlatorem, cui obediant, anathema ſit:* tamen ea lex etiam eſt Patris & Spiritus ſancti, qui per Chriſtum eam tulerunt. Præterea, Deum eſſe auctorem quarundam legum patet ex Oſee 8. *Scribam eis multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt:* Quod refertur cap. ſcribam, de præſumptionibus. Ex dictis inferes, ineptè Rebuffum in proœmio reg. conſt.num.51. dixiſſe, legem Moyſi abrogatam per legem Chriſti cap.gaudemus, de diuortiis: cap. ſi dominus & ſeq. 11. quæſt.3. quia erat minoris, & maiori potiùs obediendum, ca. quæ contra mores, diſt.8. vbi ſupponit autorem veteris legis fuiſſe Moyſem, & nõ Deum. Hæc diuiſio intelligitur de lege poſitiua diuina, data poſt lapſum: nam in ſtatu innocentiæ peculiaris lex poſitiua fuit de abſtinentia à fructu ligni ſcientiæ, & fortaſſis de aliis, vt in tractatu de ſtatu innocentiæ tractari debet. Et ſub lege veteri comprehendimus legem poſitiuam circumciſionis, quæ fuit quaſi inchoatio, & præambulum legis veteris & eius profeſſio. Galat.5. *Teſtificor omni circumcidenti ſe, quia debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ:* quamuis circumciſio antiquior fuerit lege Moyſis: nam, *non ex Moyſe, ſed ex Patribus*, Ioan.7. in lege autem naturæ nullum fuit præceptum poſitiuum; ſed vel naturale ſimpliciter, vel ſecundùm quid, id eſt, connaturale gratiæ, quale erat præceptum applicãdi paruulis Sacramentum, quo iuſtificarentur: nam ſuppoſita neceſſitate & inſtitutione talis Sacramẽti connaturale erat, parẽtes obligari ad applicandum illud aliquando paruulis: ſicut etiam ſuppoſita neceſſitate & poſſibilitate cõtritionis, & dilectionis ſupernaturalis naturaliter obligabantur adulti ad procurandum iuſtificationem & ſalutem æternam per illos actus. Deinde, ſi quod fuit præceptum Dei poſitiuum in lege naturæ, manſit in veteri. Vnde quoad hoc lex naturæ in veteri includitur & ſic lex noua, & vetus adæquatè

*Filius eſt iudex & legiſlator legis nouæ.*

*In ſtatu innocentiæ lex fuit peculiaris, de cibi abſtinentia.*

*Lex naturæ in veteri includitur.*

Digitized by Google

æquatè diuidunt legem diuinam poſitiuam. Lex A vetus lex factorum appellatur: quia multa æterna præcipiebat: lex autem noua lex gratiæ: quia eius auctor Chriſtus gratiam nobis meruit & copioſè communicat, qua eam impleamus: & quia continet præcepta Sacramentorum conferentia gratiam ex opere operato. Vbi obſerua, nomine legis abſolutè ſumptæ in Scriptura interdum ſignificari veterem legem, eo quòd tunc non eſſet alia lex diuina poſitiua: vel quia ſcripto tradita eſt, & plura habuit præcepta, & ideo licèt imperfectior, magis participat nomen legis: vel quia præciſè habet id quod eſt de ratione legis, nempe oſtendere voluntatem, qua Deus nos vult obligare & obligat; non autem ſicut lex noua, gratiam ad ſui impletionem confert. Obſerua etiam, nomine legis veteris interdum ſignificari omnes libros veteris legis; in quibus non ſolùm continentur præcepta: ſed etiam variæ obſeruationes; figuræ, hiſtoriæ, exempla, miracula, & ſimilia, quæ pietatem fouet, & mẽtem in rebus diuinis, & diuinitus inſtruunt: quo pacto intelligi poteſt id Matth. 5. *Non veni ſoluere legem: ſed adimplere*, & Rom. 10. *Finis legis Chriſtus ad ſalutem omni credenti*: de qua re plura dixi diſput. præced. ſect. 4. num. 15. Sic etiam lex gratiæ includere poteſt non tantùm præcepta; ſed etiam conſilia, & omnia alia quę Chriſtus docuit, & dixit: & ſic intelligi poteſt id Iſaiæ 2. *De Sion exibit lex*, ſed de lege veteri & noua ad finem huius tractatus ex profeſſo diſſeremus.

*Lex noua cur lex gratiæ dicatur.*

*Lex vetus quid ſub ſe cõprehendat.*

*Lex gratiæ quæ cõtineat.*

7 Quintò, lex humana diuiditur in Eccleſiaſticam & ſæcularem: quãuis enim lex humana preſsè ſumpta, ſolam ſæcularem ſignificet, & ſic vulgo diſtinguantur leges, & canones, legiſtæ & canoniſtæ tamen latiùs ſumendo nomen legis, diuiditur lex in Eccleſiaſticã, & ſæcularem, ſeu canonicam & ciuilem. Eccleſiaſtica per poteſtatem ſpiritualem, & ſupernaturalem fertur, ſæcularis verò ferri poteſt, & ſolet ſola poteſtate naturali, licèt interdum feratur per ſupernaturalem, vt cùm Deus ſupernaturaliter facit aliquem Regem.

*5. Diuiſio. Lex humana in ſæcularem & Eccleſiaſticã diuiditur.*

8 Adduntur aliæ diuiſiones, quæ vel per omnes ſupra dictas vagantur, vel magis pertinent ad legem humanam prioris generis eſt diuiſio legis, ſeu præcepti in affirmatiuum & negatiuum. Pſal. 36. *Declina à malo, & fac bonum*: poſterioris verò eſt diuiſio legis in pœnalem, & non pœnalem; irritantem, & non irritantem; Democraticam, Ariſtocraticam, & Monarchicam; ſcriptam in tabulis ligneis, vt leges duodecim tabularũ Draconis, & Solonis; & ſcriptam in tabulis æreis, vt leges duodecim tabularum apud Romanos, & ſcriptam in tabulis eburneis, vt apud Carthaginenſes: & in lapideis, vt lex Moyſi Exod. 31. & quædam leges dicebantur agrariæ ab agris: aliæ ſumptuariæ à ſumptibus: aliæ munerales à muneribus: aliæ fœnebres, aliæ ambitus, aliæ maieſtatis, & aliæ ſimiliter à materia, circa quam verſabantur denominatæ: ſic lex Cornelia de ſicariis, lex Iulia de adulteriis, &c. vide D. Thomam quæſt. 95. art. 4. qui ex Iſidoro aliquas ex his diuiſionibus *legem ponit & explicat*, & Valentia diſp. 7. quæſt. 5. puncto 2. Vazquez diſput. 157. cap. 5.

*Aliæ diuiſiones.*

## SECTIO II.

*An ius gentium, naturale, & ciuile ſint diuerſa legum genera; & quomodo differant inter ſe.*

Gratian. diſt. 1. in princip. ait, *Ius naturale eſt quod in Euangelio continetur*: 9 circa quæ verba multùm laborant interpretes, vt videre licet in Turrecremata ibi, art. 2. quia in Euangelio potiùs continetur ius ſupernaturale, & diuinum poſitiuum.

*Quid ſit ius naturale.*

Sed facilè reſpondeo Gratianum non ponere illa verba tamquam definitionem, ſed vt explicet, in Euangelio ſummatim contineri legem naturalem: nam in eo recenſentur & confirmantur omnia præcepta Decalogi, & illud, ad quod ferè omnia reducuntur: *Quod tibi nõ vis fieri, alteri ne facias*, ſeu *quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*. B

Vlpianus autem l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſtitia & iure, *Ius*, inquit, *naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit: nam ius iſtud non humani generis proprium, ſed omnium animalium, quæ in terra, mariq́; naſcuntur, auium quoque commune eſt*: in exemplum huius adducit coniunctionem maris, & fœminæ, & liberorum procreationem, & educationem: idem habet Iuſtinianus Inſt. de iure naturali, gentium & ciuili, in principio; Alphonſus Rex Hiſpa. l. 2. tit. 1. part. 1. D. Thomas quæſt. 95. art. 4. ad primum, in fine, & quæſt. 94. art. 2. ex quo loco Thomas Bozius lib. 6. de iure, cap. 1. non ſolùm ponit in homine vnum ius naturale commune cum belluis: ſed etiam aliud commune cum omnibus naturis: brutis etiam ius tribuit Albertus Bolognet. lib. dę lege, iure, & æquit. to. 1. tractatuum, quamuis dicat, nomen eſſe æquiuocum, & primò accipi pro eo, quod natura omnia animalia docuit, ſecundò pro illis principiis honeſtatis, & iuſtitiæ, atque ſeminibus, quæ animis noſtris natura inſeruit, tertiò pro illis quę initio conditi orbis in aureo illo ſæculo ſeruabantur, vt erat rerum communio, vnaque omnium libertas: quartò pro omnibus, quibus humanæ gentes vtuntur, quamuis non à ſola ratione naturali fuerint commonſtrata: ſed ab hominibus ipſis fuerint introducta. Sed Paradulphus Prateius in lexico iuris verbo, ius, ait, *hos valdè abuſos verbo Iuris: nam in brutis ſicut non eſt ratio, vt notat Caſtro 1. de legibus: ita nec ius, nec lex*; *ſed hæc ſunt propria hominum, vt idem Cicero ſatis indicat. Addit Prateius, ineptiſſimè diſtinxiſſe Iuriſconſultos inter ius naturale primarium, & ſecundarium, volentes vtique vt aliquod ius habeamus cum brutis commune, ſcilicet, vt egregiè obbruteſcamus. Neque verò rarum eſt, vt verba aliquantò craſſiùs accipiantur in iure ciuili, l. cùm vnus in princip. ff. de alim. & cib. lega. Iuriſconſultis verò, quòd aliquando in hac materia licentioſè ſint locuti, fortè vt deſeruirent teneris ſtudentium ingeniis, & rem populariter explicarent, facilè condonandum eſſe, præſertim quòd hunc ſermonis inconcinnitatem, & abuſum aliis reſponſis grauiter reſarciant, & ad verum ſenſum reforment, ſicut Paulus longè aliter ſentit de iure naturali, l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis. Qua in re cùm ſuperioris temporis interpretes nullam phraſis certam rationem obſeruarent, infinitis erroribus inuoluti ſunt*, inquit Prateius: eundem loquẽdi abuſum reprehendũt Oldendorpius lib. 1. variarum lection. in princip. & Antonius Vacca in expoſitione locorum obſcuriorum, tit. 1. de iuſtitia & iure, l. 1. §. ius naturale. Couarr. regul. peccatum, part. 1. §. 11. num. 4. & 5. Molina tractat. 1. de iuſt. diſput. 6. Franciſcus Conannus 1. libr. commentariorum iuris ciuilis, cap. 6. Laurentius Valla

*Quid ſit ius naturale ex Vlpiano.*

*Ius eſt nomen æquiuocum.*

*In brutis nec ius nec lex reperitur.*

C D E

Digitized by Google

Valla 4.elegantiar. cap.48.Vazquez 1.2.to.2.diſp. 157.cap.1.num.4.

*Beſtiæ nullũ poſſunt habere dominium, neque ius.*

10 Et ratio eſt perſpicua: quia belluæ, vt nullum poſſunt habere dominium;ita nullum ius, ſiue in re,ſiue ad rem,& alioqui fieret illis iniuria, ſi impedirentur ab illis operationibus: nam impedire id,quod habet ius ad aliquid,iniuſtum eſt: conſequens eſt falſum: ergo ius propriè non eſt in belluis.

*Quale ius in brutis reperiatur.*

Modum loquendi Iuriſperitorum temperant, vel excuſant Turrecremata cap.humanum genus, diſt.1.art.5.& Albertus 5.ethic.cap.7. dicentes, ius naturale propriè & formaliter in brutis non reperiri: ſed tantùm opus ipſum iuris naturalis quod appellat ius naturale materialiter: ſed cùm in brutis nulla opera ſint materia iuris, comparatione ipſorum: non debet dici ea habere ius naturale: ſed habere actiones ſimiles illis, ad quas homines habent ius naturale: & agentes de iure vel deberent nullum ius tribuere belluis, vel explicare, illud eſſe impropriè dictum, metaphoricum, ſeu analogicum, quo pacto concedendum eſt brutis, imò & inanimatis ius iuſtum, ſiue quaſi facultas aliquid agendi, cuius vſum impedire iniuſtum ſit. Nam ſuo quaſi iure exigunt,quæ illis ſunt naturaliter debita & proportionata, vt in bono ſtatu ſint,& conſeruentur,& in prole quamdam perpetuitatem habeant,& hominibus in quorum commodum producta ſunt, deſeruiant: habent etiam ſuas regulas, quibus ſubiacent, & quibus reguntur, & gubernantur à Deo, nempe inclinationes, & inſtinctus proprios.

*Triplex ius naturale in homine.*

11 Iam videamus, quid ſit ius naturale propriè dictum quod in ſolo homine reperitur inter omnia corporea, vt Angelos, & Deum interim omittamus. Bozius, & D.Thomas vt referebant, triplex conſtituit ius naturale in homine. Primum quidem ad actiones inclinationis naturalis communes illi cum cæteris rebus etiam inanimatis, vt ad ſui conſeruationem in bono ſtatu naturali, & ad tuendam vitam ſecundùm ea ad quæ eſt homini naturalis inclinatio communis ſpeciatim cum belluis, vt eſt commixtio maris & fœminæ ad generationem, educatio liberorum & ſimilia. Tertium ad ea quæ ſunt propria hominis, in quæ ſolus homo naturaliter inclinatur, ſecundùm rationẽ, cuiuſmodi ſunt cognoſcere diuinas veritates, ſocialiter viuere,&c. præcepta rationis in ordine ad ea, quæ ſunt ſecundùm tres iſtas inclinationes naturales vocant D. Thomas & Bozius præcepta & leges naturales: ſed non opus eſt conſiderare inclinationes,vt præcepta dicantur naturalia:nam omne præceptum, quod in ſola ratione fundatur ſine vlla lege poſitiua & arbitraria naturale dici debet, ſiue iubeat ea,quæ ſunt ſecundùm inclinationem naturalem,ſiue non:& illa diuiſio iuris ſecundùm inclinationes magis pertinere videtur ad ius ſumptum pro facultate aliquid faciendi,quàm ad ius ſumptum pro lege,iuſſu, ſeu præcepto: de quo ſolo nunc loquimur.Ius igitur ſumptum pro lege,ſeu præcepto, diuiditur in naturale, & poſitiuum: naturale eſt cuius obligatio ſufficienter fundatur in natura,ſiue pura,ſiue eleuata,aut illuminata ſupernaturaliter,nulla exiſtente voluntate obligandi in ſuperiore:poſitiuum autem eſt,cuius obligatio fundatur in voluntate obligandi, quæ ſit,vel fuerit in Superiore,& non ſit reuocata. Sic ius in naturale & poſitiuum diuidit D. Thomas

*Præceptum naturale quod nam ſit.*

*Iuris diuiſio primaria eſt ius naturale, & poſitiuum.*

A 2.2.quæſt.57.art.2.& 3.& 1.2.quæſt.95. art.4. Albertus 5.ethic.7. Turrecremata cap.1. & 2. diſt.1. ex Gratiano ibi.Sotus 3.iuſt.quæſt.1.art.2.Molina 1.iuſt.diſput.4. Vazquez hîc diſp.157. nec aduerſatur Iſidorus 5.etym. cap. 4. relatus cap.ius naturale,diſt.1.dicens,ius naturale eſſe,quod eſt commune omnibus hominibus: intelligit enim, eſſe commune per ſe,& neceſſariò, quia inſtinctu naturæ non humana conſtitutione habetur, vt ipſe dicit:nam licèt ius poſitiuum poſſet eſſe commune omnibus hominibus,vt præceptum Baptiſmi; tamen eſt per accidens: quia poſſet imponi vni priuato,vel communitati,& non alteri:iuri autem naturæ omnes neceſſariò debent ſubiacere. Sed B meliùs ius naturæ explicuit Cicero 2.de inuentione,dicens,*Ius naturale eſt quod non opinio genuit,ſed quædam vis innata inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam,vindicationem,obſeruantiam,veritatem*: cui conſonans Clemens Alexandrinus 1. ſtromatum, & Plato in Minoë legem poſitiuam appellantes, *bonam opinionem*,id eſt, decretum liberum & arbitrarium Superioris,& D.Thomas 4.diſt.33. art. 1. dicens,*Ius dici naturale, quaſi inſitum à natura*, adde, *& non à voluntate formali obligandi, quæ ſit, vel fuerit in Superiore*.Sic etiam Ariſtot.5.ethic. cap.7. cùm dixiſſet, *Ius naturale eſſe, quod eſt idem apud omnes*,ſubdit,*ius poſitiuum*(quod ipſe legale appellat) *eſſe illud, quod à principio nihil refert; poſtquam autem poſitum eſt, multùm refert*: id eſt, ante quod C nulla erat obligatio, quia natura ad id non obligabat;eo autem poſito iam eſt obligatio. De hoc iure ſeu lege naturali communiter intelligunt Scholaſtici id Rom. 2. *Cùm enim gentes, quæ legem non habent,naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſunt ſibi lex, qui oſtendunt opus Dei ſcriptum in cordibus ſuis*: & Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*. Vide Molinam tractatu 1. de iuſtit. diſput. 3.

*Ius poſitiuum poteſt eſſe cõmune omnibus hominibus.*

*Ciceronis definitio iuris naturalis probatur.*

Sed grauis eſt difficultas, an ius gentium ad ius 12
naturale reuocãdum ſit: an verò ad ius poſitiuum, & quid nam ſit ius gentium. De hac re quot capita,tot ſententiæ.

*An ius gentiũ ad ius naturale ſit reuocandum.*

*1.Opinio.*

D Prima ſententia eſt,ius gentium ſub iure naturæ generatim, & latè dicto comprehendi, & non ſub poſitiuo.Hanc tenet Durandus tractatu de legibus,vt latè refert Turrecremata cap.ius gẽtium, diſt.1.art.1.idem tenuit Antonius Vacca ad leg.1. §.ius gentium, ff. de iuſtitia & iure,citans Corraſium 6.miſcellan.cap.vlt.Azor.lib.5. cap.1. quæſt. 5. tom. 1. vbi ius naturæ ſtrictè ſumptum ait eſſe id quod naturalis ratio præſcribit, cuius veſtigium ſit in rebus ratione carentibus, vt vim vi repellere,ſeipſum tueri,ſibi ſalutaria quærere,& curare,noxia,contrariaque fugere,& vitare, prolem E generare,alere,educare:latè autem dictum, ait eſſe,quod ratio præſcribit, cuius tamen nullum veſtigium in brutis ſit, vt religionem, cultum Dei, reuerentiam,& obedientiam parentibus præſtandam eſſe, &c.& hoc ius natura putat eſſe ius gentium,eoque introducta eſſe rerum dominia, bella, captiuitates, ſeruitutes hominum: conſtitutos Reges, creatos magiſtratus, ſancitas leges,ciuitates fundatas,&erectas,legata,fœdera,commercia, contractus, depoſiti, mutui, commodati,locati, conducti, empti, venditi, pignoris & Societatis. Eandem opinionem fusè docet Ferdinãdus. Mendoza 3.de pactis,cap.1.quæſt.1.num.4. & ſequentibus, quantùm ad hoc quòd omne ius gentium eſt

*Azor.*

*Ius natura idem cum iure gentium.*

Digitized by Google

A eſt naturale: addit tamen, omne ius naturale eſſe etiam ius gentium. Priorem quoque illam partem tenuit Sotus 1. iuſt. quæſt. 5. art. 4. ſi credimus Vazquez diſp. 157. cap. 2. nam videtur Sotus conſtituere duplex ius naturale, vnum ſimpliciter naturale, quod abſque vlla ratiocinatione, & diſcurſu in mentibus hominum cernitur, & abſque longo conſilio, naturali ratiocinatione ex principiis naturalibus dicitur, qua de cauſa omnibus gentibus commune ſit, & hoc ait Sotus eſſe ius gentium. Sed ex verbis Soti patet, & poſtea videbimus, ius gentium ſecundùm Sotũ verè eſſe ius poſitiuum, & quodam modo tantùm naturale, quatenus eius conuenientia breuiter & facilè per diſcurſum naturalem ſine collatione, conſilio, vel conuentu B hominum cognoſcitur. Hæc prima opinio meritò reprehenditur à Vaſquez, & ab aliis recentioribus. Si enim ad ius naturale ſimpliciter, ſolùm pertinerent principia per ſe nota, & Deum eſſe colendum, non eſſet ſimpliciter iuris naturæ, quia non eſt per ſe notum, Deum eſſe. Sed quia poſſet dici eſſe per ſe notum, colendum eſſe Deum, ſuppoſito quòd ſit, vrgeo aliter: ſic enim vſuras vitare, vindictam priuata auctoritate non ſumere, & alia huiuſmodi, quorum obligatio non eſt per ſe nota, non eſſent iuris naturæ ſimpliciter: ſed ſecundùm quid: quod falſum eſt. Cõfirmatur, quia quidquid ſimpliciter non eſt iuris poſitiui, eſt ſimpliciter iuris naturalis: ſed illa, quorum obligatio C fundatur in natura ſine voluntate obligandi in Superiore, non ſunt ſimpliciter iuris poſitiui: ergo ſimpliciter ſunt iuris naturalis, ſiue ipſorum obligatio ſit per ſe nota, ſiue breui & facili, ſiue longa & difficili ratiocinatione colligatur: vt ea omnia quorũ obligatio fundatur in voluntate obligandi ſubditum, ſunt ſimpliciter iuris poſitiui, quomodocumque ipſa conuenientia ſic obligandi cognita fuerit. An verò aliqua quæ ſunt verè iuris naturalis, & ſola illa ſpectent ad ius gentium, ſtatim videbimus.

*Ius naturale duplex ex Soto.*

*Reprehenditur hæc opinio*

13 Secunda opinio eſt, ius gentium partim ſub naturali generatim ſumpto, partim ſub poſitiuo cõ-D prehendi. Bartolus l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, num. 9. & 10 & l. ſi id quod, 64. num. 2. ff. de condictio. indebiti, referens magiſtrum ſuũ (quem fuiſſe Raynerium Foroliuienſem putat Mendoza illo num. 4.) huius opinionis fuiſſe, cum quo affirmat Bartolus, ius gẽtium alterum eſſe primarium, idque eſſe naturale; alterum verò ſecundarium, idque eſſe poſitiuum. Idem tenet Angelus, Paulus de Caſtro, & cæteri dicta l. ex hoc iure, & dicta l. id quod, ff. de condictio. indeb. Primarium ſeu Primæuum, inquit Bartolus, *eſt illud, quod fuit eo ipſo, quòd gentes eſſe cœperunt, naturali ratione inductum abſque aliqua conſtitutione gentium*, vt fidem, & promiſſa ſeruare, omnes homines liberos eſſe, &c. ſe-E cundarium verò *eſt quo omnes gentes vtuntur ex conſtitutione ipſarum*, vt bella, captiuitates, ſeruitutes, diſtinctiones dominiorum, & cætera quæ referuntur l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, quam de ſecundario iure gentium intellexit Bartolus, & ſic ſecundùm illum & alios nonnullos ius gentium primæuum eſt ius naturale, ſecundarium verò poſitiuum. Quod etiam tenet Menchaca, primo de ſucceſſionum creatione §. 1. nu. 2. & 3. & 1. controuerſiarum cap. 10. num. 18. & cap. 41. num. 30. Duarenus titul. de iuſtitia & iure, cap. 5. Albertus Bolognetus, qui apud Iuriſperitũ receptiſſimum teſtatur rubr. de verbo obliga. num. 20. & ex Iaſone, Cagnolo, Angelo, Aretino, Decio, Baldo, & Galiacula comprobat Nicolaus Mozzius in Amphiteatro contractuum in princip. verſ. venio nu. 12. Mendoza pro hac ſententia citat Couarruuiam regula peccatum, parte 2. §. 11. nu. 3. ſed malè: nam hic num. 3. aliter refert ſententiam Bartoli, & aliorum, ipſoſque reiicit, num. autem 4. obſcurè loquitur, & primò indicat, omne ius gentium eſſe naturale: tandem tamen cum Soto ſentire videtur, eſſe verè & ſimpliciter poſitiuum, & humanum, licèt ſit naturale ſecundùm quid.

*2. Opinio.*

*Ius gentium alterum primarium alterum ſecundarium.*

Hanc opinionem ſecundam impugnat Mendoza ſuprà, primò quia nec iure, nec ratione fulcitur, & poſſunt iura ſine hac fictione componi, vt notauit Aretinus l. 1. ff. de acquirenda poſſeſſio. & Fortunius l. manumiſſiones, ff. de iuſtit. & iure. Secundò quia ius gentium, quod vocant ſecundarium conſiſtens in rerum diuiſionibus, cõmerciis, captiuitatibus, & reliquis obligationibus, non minùs à ratione naturali in natura lapſa, quàm defenſio propria dictatur: ergo erit ius gentium primarium. Tertiò quia ius gẽtium eſt, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure: ergo ius gentium vniuerſe eſt ius naturale. Quartò quia in l. 1. ff. de acquir. rerum dominio, ait Caius, *Quarundam rerum dominiũ nanciſcimur iure gentium: quod ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruatur: quarũdam iure ciuili, id eſt, iure proprio ciuitatis noſtræ:* Sed quod dictat ratio naturalis, ius naturale eſt: ergo ius gẽtium eſt naturale. Quintò quia Ariſtot. 5. ethicor. cap. 7. ſolùm diuidit ius in naturale, & legitimum, id eſt, poſitiuum, *& naturale, ait, eſſe, quod apud omnes eandem vim habet, & nõ quia ita videtur, aut non videtur*. Exempla ponit Euſtrathius, Deum colere, parentes venerari, opem ferre indigentibus: ergo ius gentium verè eſt naturale. Confirmatur *primò* ex eodem Ariſtot. 1. mag. moral. cap. 34. diuidente ius in naturale, & quod lege poſitiua conſtat, & 1. Rhetor. ad Theodectem cap. 13. dicente, *Omnia, quæ iure, & iniuria fiunt, determinari à lege naturali, (quam communem vocant) & à ciuili, ſeu propria:* ius autem gentium non pertinet ad legem ciuilem, ſeu propriã, ſed ad cõmunem: ergo ad naturalem. *Secundò* confirmat ex Cicerone 3. offic. dicente: *Nec hoc ſolùm natura, id eſt, iure gentium, ſed etiam legibus populorum, quibus in ſingulis ciuitatibus Reſponſ. continetur, eodem modo conſtitutum eſt, vt non liceat, ſui commodi cauſa nocere alteri.* Ecce ius gentium naturale eſſe fatetur, & illi tribuit id, quod conſtat de iure naturali eſſe. Vnde 1. Tuſcul. *Omni in re conſentio gentium ius naturæ putanda eſt*; & 2. de inuentione, *natura ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, & veritatem:* & 2. ad Herennium, *Natura ius eſt, quod cognitionis, aut pietatis cauſa obſeruatur, quo iure parentes à liberis & à parentibus liberi coluntur:* quæ ferè omnia ſunt exempla iuris gentium, poſita à iureconſultis: ergo ius gentium naturale eſt. Sextò probat ex Paulo l. ius pluribus, ff. de iuſtitia & iure, dicente, *Ius pluribus modis dicitur: vno modo, cùm id, quod ſemper bonum, ac æquum eſt, ius dicitur, vt eſt ius naturale: altero modo, quod omnibus, aut pluribus, in quacumque ciuitate vtile eſt, vt eſt ius ciuile:* vbi tantùm ponit duo iura, naturale & ciuile: ſed ius gentium nõ eſt ciuile: ergo naturale. Quod argumentum apertiſſimè

*2. Opinio. Mendoza reiicitur.*

*1. Confirm.*

*2. Confirm.*

Digitized by Google

ſimè etiam ſumitur ex l. omnes populi, ff. de iuſt.
& iure, vbi dicitur, *Omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim cõmuni omnium hominum iure vtuntur: nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocatúrque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines cõſtituit id apud omnes peræquè cuſtoditur, vocaturq; ius gentiũ, quaſi quo iure omnes gentes vtãtur.* Ad idẽ ſunt
l. veluti, l. vt vim, l. manumiſſiones l. ex hoc iure,
ff. de iuſt. & iure, & l. bona fides, 31. ff. depoſiti, & l.
1. ff. ſi quis teſtam. lib. & l. 1. ff. de conſtituenda pecunia, & l. 1. ff. de pact. & l. 1. ff. locati. & Accurſius
ibi Hermogenianus l. ſtichum, §. naturales, ff. de
ſolutionib. Ad idem ſunt l. naturales obligationes,
ff. de actionib. l. frater à fratre, & l. ſi quis id quod,
ff. de condict. indeb. l. cùm amplius, ff. de reg. iur.
§. & quidem, & §. & litorum, §. ſingulorum, Inſti.
de rerum diuiſ. quæ omnia latè adducit Mendoza
ſuprà. Qui ſeptimò prædictã ſentẽtiam impugnat,
quia *ius eſt ars boni, & æqui.* l. 1. ff. de iuſt. & iure; vnde ad pecudes non ſpectat, ex l. & ſi quacumque,
ff. ad legem Aquiliam, & 1. ethic. cap. 9. & ad eundem cap. vnico, ad medium: homo autem ſolo iu-

*Ius gentium eſt naturale.*

re naturali, & ciuili vtitur: ergo ius gentium eſt
naturale, conſtat enim non eſſe ciuile: ſic l. ex hoc
iure, & l. iuris gentium, ff. de iuſtitia & iure, commodatum, & depoſitum ſunt iuris gentium: tamen apud Iſidorum 5. etym. cap. 4. ſunt iuris naturæ.

Ex quibus omnibus conſtat Mendoza tenere
ius gentium, & naturale eſſe adæquatè idem,
ac proinde ius non diuidi in ius naturale, gentium, & ciuile quaſi in tria membra: ſed quaſi
ſi in duo, quorum alterum duobus nominibus
ſignificetur.

*3. Opinio. Connanus.*

14 Tertia ſententia eſt Connani, primo commentariorum iuris cap. 6. à num. 4. diuidentis ius naturæ in ſemper iuſtum, & immutabile: ad quod
pertinere putat ea, quæ referuntur l. iuſtitia eſt
conſtans, 10. §. iuris præcepta, ff. de iuſt. & iure, vt
honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum ius cuique tribuere. Quæ omnia reuocantur ad regulam
illam, *quæ tibi fieri non vis alteri ne facias*; ca. humanum genus, diſt. 1. & hoc inquit eſſe ius naturale
poſitum in illa diuiſione iuris, in naturale, gentium, & ciuile, & in ius mutabile legibus poſitiuis,
quod circa vtilitatem verſatur; quod gentes ad
mutuam ſocietatem inter ſe gerendam, & communicandam conſtituerunt, vt dominia, regna,
bella, manumiſſiones, contractus, & cætera, quibus aptiores ſumus ad participandum cum aliis.
*& hoc*, inquit, *eſſe ius gentium: quia non tam natura ipſa, quàm hominum iudicio conſtitutum eſt:* & tamen
pars iuris naturæ quodam modo eſt: quia non
inſtitutis, aut legibus, ſed moribus ſenſim, &
tacitè conformatum eſt, & quaſi ius ciuile omnium hominum appellari poteſt.

*Reiicitur à Mendoza.*

Hanc opinionem reiicit Mendoza, quia Pomponius l. veluti, ff. de iuſtitia & iure, religionem
erga Deum, obedientiam erga patriam, & parentes iuris gentium eſſe docuit: ſunt autem immutabilia: ergo ius gentium non eſt ius naturæ mutabile, vel certè ad ius naturæ, & non gentium
prædicta erunt referenda: quod nullus præter
Connanum fatetur, licèt Eguinarius l. manumiſſiones citata idem aliis verbis ſatis conciſè tueatur, & Vueſembechius in Paratitla iuris, titulo de
iuſtitia & iure num. 16. Adde, omne naturale immutabile eſſe, vt inferiùs videbimus: ergo ſi ius
gentium mutabile eſt, non eſt naturale. Item ius
naturæ non eſt humana conſtitutione factum:
ſed ius gentium ſecundùm Connanum eſt humana conſtitutione factum, ergo non erit naturale,
ſed poſitiuum, & reuera ita ſentit Connanus, 15
ſolùm vult eſſe naturale aliquomodo & ſecundùm quid, propter rationem, quam ex eo retulimus, & in re idem ſentit Hotomanus §. ius autem

*Hotomanus.*

ciuile, Inſtitut. de iure naturali, gentium & ciuili,
dicens, ius naturæ eſſe, quod ſola natura docuit,
nec hominum ingeniis eſt excogitatum: ſed vt

*Cicero pro Milone.*

Cicero inquit, *Quod non accepimus didicimus, legimus, ſed ex natura ipſa arripuimus, hauſimus & expreſſimus.* Quo in genere non ſolùm numerat
Hotoman. matrimonium, filiorũ educationem, &
procreationem, ſed etiam vt, quæ rei meæ per alluuionem accedunt, mea ſint, vt qui eſt dominus ancillæ, arboris, & pecudis ſit etiam dominus partus, fœtus, & fructus. Ius autem gentium
eſſe dicit, quod omnes gentes natura duce ſtatuerunt. Probat ex Paulo Iureconſulto qui cùm de
iure gentium tractaret, dixit vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ iura quædam ſibi conſtituerunt, vt quòd legatorum corpora etiam inter hoſtium tela ſacroſancta ſint.
Quod legitur apud Ciceronem, & ab Vlpiano

*Reiicitur à Mendoza.*

traditur l. finali, ff. de legat. ſed Hotomanum reiicit Mendoza. Primò, quia ſicut ratio naturalis

*Quæ accedunt fundo meo mea fieri ratio naturalis dictat.*

dictat, quæ accedunt fundo meo, mea fieri, &
propterea iuri naturæ tribuitur; ita legatum, qui
hoſtibus non nocuit, eorumque cauſa mittitur,
innoxium & immunem haberi, & ſic iuri naturæ tribui debet. Secundò, quia fructum, & fœtum
ad dominum rei pertinere, ſpectat ad ius gentium, quo dominia ſunt diſtincta, l. ex hoc iure,
ff. de iuſtitia & iure, & non ad ius naturæ, quo
omnia ſunt communia, vt ait Iſidorus cap. ius
naturale, diſtinctione prima. Tertiò, quia vitæ defenſio, & religio, quas iuri gentium tribuunt
Pomponius, & Florentinus l. veluti, & l. vt vim,
ff. de iuſtitia & iure, non ſunt res excogitatæ à
Gentilibus, ſed inſitæ iure naturæ, vnde Cicero
Tuſc. 1. *Nulla gens tam fera, nemo hominum tam immanis, cuius mentem non imbuerit. Deorum opinio;*
& 2. de natura Deorum, *omnibus innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe Deos Cleanthes noſter quatuor de cauſis dixit, in animas informatas eſſe Deorum notiones, &c.* Reſpondet Hotom. aut Pomponium, & Florentinum lapſos fuiſſe; aut, quod
eſt multò veriſimiliùs, Trebonianum in ipſo limine offendiſſe, qui, quod veteres Iuriſconſulti
de iure naturali præclarè ſcripſerant, iuri gentium
attribuit, ſed Mendoza ait, *Malè Hotomanus Trebonianam legum compoſitionem taxat, non aſſecutus Iuriſconſultorum intelligentiam.*

*Vachonius à Vacuna.*

*Duplex eſt ius gentium.*

Deinde Mendoza refert Ioannem Vachonij
à Vacuna primo declarationum iuris ciuilis, capitulo decimoquinto dicentem, duplex eſſe ius
gentium, primum, quod ſibi appropriauit nomen generis, ſcilicet, quando per diſcurſum
aliquid eſt conſtitutum, vt §. primo, verſiculo
quòd verò ratio, Inſtitut. de iure naturali, gentium & ciuili, ſecundùm quod eſt naturale,
quodque non eſt inuentum à gentibus,



Digitized by Google

ſed ab inſtinctu naturali ſine aliqua gentium conſtitutione cap.ius naturale, diſtinctione prima, & vocatur ius gentium, quia gentes eo vtuntur l.1.§.ius naturale, ff.de iuſtitia & iure: huiuſmodi ſunt Deum colere, obedire parentibus, iniuriam propulſare, promiſſa ſeruare, bonum facere, malum fugere, reddere depoſitum, & commodatum, filios ſuccedere in bonis parentum, & alia de quibus in dicto cap. ius naturale. Vachonium hunc reiicit Mendoza, primò quia Iureconſulti & Philoſophi morales vnum tantùm ius gentium conſtituêre. Secundò, quia etiam ius gentium primi generis ſine vlla hominum conſtitutione extitit, vt probari poteſt ex l.1.ff.de acquirend.rer.domin. Tertiò, quia malè ait, iuris naturalis, non gentium eſſe obedire parentibus, reddere depoſitū, & commodatum, filios in parentum bonis ſuccedere, cuius contrarium voluit l.veluti, & lex, ex hoc iure, ff.de iuſtitia& iure, & Vlpianus in illa l.iuris gentium, qui illa iuri gentium tribuunt. Ad hæc argumenta reſpondet Vachonius: ſed eius reſponſiones impugnat Mendoza, qui etiam ait, alias iuris gentium explicationes videri poſſe apud Antonium Roſcium ſecundo memorabilium, cap.5. & 6. Baldum Nouellum, Socinum, Ruynum, Crotum, & Bolognetum Rubr. de verb. oblig. à nu. 12. Nauarrum cap.ita quorundam, de Iudæis, notab.11.præcipuè num.14. Pinellum Rubr. C. de reſcind. vend.part.1. Aluarum, Vazquez, de iure emphyt. quæſt.3. nu.2. Ludouicum Charondam, primo veriſim.cap.5. Ræuardum de iuris ambigui. cap.1. Ioannem Garſiam de expenſis, & melioriatio.cap.3.à num.14. Menchaca 2. quæſtionum illuſtrium cap.54. Focatulum dialog. 37. & Auiar. cap.2. Raynaldum Corſum 1.indagationum iuris cap.10.& 14. Petrum Gregorium 11. Syntagmat. cap.1. Poſtea Mendoza refert, & refellit D. Thomam, Sotum, Medinam, & alios Theologos. Sed nota, hanc tertiam opinionem in re non differre à ſecunda, quantùm ad rationem iuris gentium: nam etiam ait, partim eſſe naturale, partim poſitiuum.

*Refellitur Vachonius.*

17 Quarta opinio eſt, omne ius gentium propriè ſumptum, eſſe poſitiuum. Ita tenet Molina tom.1. de iuſt.tract.1.diſp.3.& 5. Sotus 1.iuſt.quæſt.5. art. 4.& lib.3. quæſt.1.art.3. Medina 1.2.quæſt.95.art. 4. vbi idem ſentit S.Thomas in corpore, & ad primum, & idem docuerat quæſt.94.ar.5.ad tertium, & Conradus idem tenet vtroque loco & adducit alium locum D. Thomæ 2. 2. quæſt.66.art.2. Couarruuias regula peccatum, part.2.§.11.nu.4. Aragonenſis 2.2.quæſt.57.art.3. Salonius, & Bañes, ibi cum Turrecremata cap. ius autem, diſt.1. art.2.& cap.ius gentium, ead.diſt.art.1. Valentia 1.2.diſp.7. quæſt.5.punct.2.& 2.2.diſp.5.quæſt.1.punct.2. & quæſt.10.punct.1.& in re idem ſentiunt Iuriſperiti citati pro 3.opinione.

*Quarta opinio. Omne ius gentium eſſe poſitiuum.*

18 Quinta opinio eſt Vazquez diſp.157. cap.3. ius gentium eſſe id, *quod permittit licentiam, & facultatem concedit ad aliquid, quod toti naturæ humanæ conueniens eſt, ſecundum quod ſocialiter, ciuiliter, ſeu in communitate & non ſolitariè, & ſingulariter, homines viuunt:* nihil tamen præcipere aut prohibere. Ius autem naturæ eſſe, quod præcipit ac prohibet & eſt regula iuſtitiæ, & honeſtatis. Quod latè explicat Vazquez putatque hanc eſſe ſententiam Franciſci Connani lib.1.commentar.iuris, ca.6.num.5. & ſequentib. Sed quid Connanus ſenſerit in eius

*Quinta opinio. Quid ſit ius gentium.*

A opinionem retulimus. Probat Vazquez ius gentiū nihil prohibere aut præcipere, ſed tantùm permittere, & concedere, ex Iſidor.5.etym.cap.6.vbi tractans de iure gentium, non ipſum definit, vt antea definierat, cap. 4. ius naturale: ſed tantùm ponit multa exempla iuris gentium, in quibus nulla præcepta, aut prohibitiones continentur: ſed quædam tantùm licentiæ, facultates, & permiſſiones toti naturæ humanæ vtiles, quatenus ciuiliter, & in cōmunitate homines degunt, vt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, & reliqua: inter quæ tria ſolùm numerari, inquit, quæ iuxta eius ſententiam difficultatem habent. Primò enim ponuntur induciæ in bello: ſecundò, immu- B nitas legatorum, quæ prohibet inimicū lædi tempore induciarum, & legatum tempore legationis: tertiò, ne connubia cum alienigenis fiant in quo manifeſtior eſt prohibitio. Ad priora duo exēpla reſpondet Vazques ius non nocēdi inimico, tempore induciarum, eſſe ius naturale, & primæuum: nam non occides, ius naturæ eſt, ſiue poſt inuenta bella & diuiſiones, ſiue antè, & ius non occidendi, & regula, quæ prohibet homicidium ſine cauſa, in omni ſtatu naturę obligat, licèt occaſiones, & circumſtantiæ varientur. At inducias concedere nec prohibetur, nec iubetur iure naturæ, ſed iure gentium tamquam vtile adinuentum eſt: quia etiam ipſis bellum gerētibus ſæpe ita expedit, & ratione naturali, ita iudicatur expedire. Iſidorus autē non C affert in exemplum non nocere inimico tempore induciarum, ſed tātùm inducias belli interim concedere. Eodem modo non eſt præceptū, vt nationes apud ſe habeāt legatos aliarū nationū, conceſſo iure immunitatis: quia quælibet Reſpubl. poſſet non admittere legatum alterius, ſed per ſe viuere ſine illo. At ipſum admittere hoc modo, vtrique parti vtile iudicatum eſt, ex quo gētes populis diuiſæ habitare cœperunt, & hoc tantùm adducit Iſidorus in exemplum iuris gentium. Cæterū non nocere legato, ius naturale primarium eſt, quod prohibet aliquem percutere, vel malè tractare ſine rationabili cauſa: quod ſanè locū habet in om- D ni ſtatu naturæ: licèt enim in diuerſis ſtatibus circūſtantię, & occaſiones varientur: eadem tamen ſemper regula, & ius eſt iuſti & iniuſti. Ad exemplum de connubiis reſpondet Vazques ſe non videre, quomodo ad ius gentiū reuocari poſſit. Nam ſi eſſet prohibitio ſub peccato, non eſſet ius gentium, ſed omninò ciuile, ſiquidem non omnes nationes habent prohibitionem ſub peccato: debet igitur intelligi talis prohibitio per modū ſimplicis negationis, quia gētes non vtuntur connubiis alienigenarum, ſcilicet diuerſæ religionis, quāuis & hoc non omnes obſeruent nationes, quare & exemplum hoc minus accommodatum eſt, ita E docet Vazques illo cap.3.& ſimilia dicit cap.4. in quibus non negat: ſed potiùs affirmare planè videtur, ius gentium eſſe verè poſitiuum, ſed in modo illud explicandi ab aliis differt.

*Non nocere legato, ius naturale eſt.*

---

## SECTIO III.

*Quid de iure gentium ſentiat autor.*

*Prima concluſio. Quæſtio eſt parui momenti ſcire vtrum ius gentium ſit idem cum iure naturæ.*

IN tanta opinionum varietate non eſt facile, iudiciū ferre: ſentio tamen primò magna ex parte quæſtionem eſſe de nomine, & parui momēti: ſi enim cōſtet, aliquid eſſe

de lege

Digitized by Google

de lege naturæ, parum refert dicere eſſe quoque de iure gentium: quia gentes communiter eo iure vtuntur. Eſt tamen valdè vtile intelligere, an aliquid ſit de iure poſitiuo, an de iure naturæ, item ſi eſt de iure poſitiuo, an id ius commune ſit omnibus nationibus, an non, & an ſit commune omnibus nationibus, quaſi per ſe, quia omnes nationes per modum vnius communitatis id ſtatuerint; an quaſi per accidens, quia qualibet ſtatuente id apud ſe, per inductionem colligitur id ſtatuiſſe omnes: & ſic ſtatutum eſſe omnibus commune.

*Secunda concluſio.*

20 Secundò ſentio ius gentium non ſolùm permittere, & concedere aliqua; ſed etiam præcipere, aut prohibere, obligando ſub peccato: alioqui enim ius gentium non eſſet lex, nec inter leges rectè numeraretur, nec ius ſumptum pro lege rectè diuideretur in ius naturale, gentium & ciuile; quia ius gentium non participaret rationem diuiſi: conſequens autem eſt falſum: nam ius, quod diuiditur in ius naturale, gentium, & ciuile, eſt ius ſumptum pro lege, vt rectè docet Valentia 1.2. diſp.7.qu.5. puncto 2. & 2.2. diſput.5. quæſt.1. puncto 1. & 2. & quæſt.10. puncto 1. & conſonat Ariſt. 5. ethic. ca.7. vbi ius omne poſitiuum ſeu condiſtinctum naturali, appellat legitimum, id eſt in lege aliqua poſitiua conſiſtens: quod etiam docet 1. Magn. mor. ca.34. 1. Rhetoric. ad Theod. cap.13. ergo ius gentium lex eſt, ac proinde ad aliquid obligat, aliquid præcipit, vel prohibet: & ita ius pro lege ſumptum diuidi in naturale, ciuile, & gentium, & hoc etiam tertiò aliquid præcipi, & prohiberi, docet Azor tom.1. libr.5. cap.1. quæſt.5. diuiſione ſecunda, & Vazques diſput.157. cap.4. in fine, ait meritò ius gentium inter leges humanas numeratum fuiſſe à D.Thoma quæſt.95. art.4. item ius naturæ, & ciuile multa permittunt, & concedunt: ergo non eſt proprium iuris gentium permittere, & concedere, nec per hoc debet ab aliis diſtingui. Deinde, ſi datur ius aliquod merè permiſſiuum reſpectu totius humanæ naturæ, vt ciuiliter, ſocialiter, & in communitate viuentis, quod propterea dicitur ius gentium; cur etiam non dabitur reſpectu vnius regni, vel ciuitatis, & ita diuidendum eſſet ius merè permiſſiuum, ſeu conceſſiuum in gentium & ciuile vel etiam naturale: item, ſi datur ius permiſſiuum, aut conceſſiuum reſpectu totius generis humani ciuiliter viuentis, cur non præceptiuũ, quod meritò etiam dicitur ius gentium. Item omne verum ius, introductum ab hominibus, fundatur in iuriſdictione, & illã exigit; ad meram autem permiſſionem & conceſſionem, quæ ad nihil obliget, non requiritur iuriſdictio: ergo ius gentium non eſt merè permiſſiuum, & conceſſiuum: ſed ſimul obligando ad aliquid, & ſi tale ius eſt merè poſitiuum, obligatio debet eſſe talis, quæ non inducatur ſolo iure naturæ.

*Ius gentium lex eſt & ad aliquid obligat.*

*Tertia concluſio.*

21 Tertiò ſentio cum Molina, Valentia, & Bañes citatis ſectione præcedenti, opinione 4. Iuriſperitos & Theologos communiter non eodem modo locutos de iure gentium, nam communiter Theologi ius gẽtium vocant, quod eſt ab ipſis gentibus conſtitutum: Ius verò naturæ, quod ipſa natura ſine vlla humana voluntate conſtituit. Iuriſperiti autem paſſim ius naturæ vocant, quo etiam bruta vtuntur: ius verò gentium, quo ſoli & omnes homines vtuntur: confuſè etiam ponunt exempla Iuriſperiti, & non rarò Theologi dicentes, verbi gratia, bella, captiuitates, inducias, legatos, con-

A tractus, & dominia, & alia quædam eſſe de iure gentium: non enim explicant, quid in his ſit de iure gentium: quoniam in his multa etiam ſunt de iure naturæ, vt quòd quis non occidat priuata auctoritate, niſi ob ſuam defenſionem, &c. & longum eſſet, aut impoſsibile nunc explicare, quid in ſingulis materiis ſit de iure gentium, aut non, vnde ſolùm dicam aliquid de aliquibus exemplis, quæ in iure, & apud doctores cõmuniter habẽtur.

*Quarta concluſio.*

Quartò ſentio ius gentium ſumptum in ſummo rigore, & propriiſsimè dictum, eſſe ſimpliciter & vniuerſè, ius poſitiuum: vt tenent D.Thomas, & alij citati ſectione præcedenti, opinione 4. & 5. imò & tertia probatur primò, quia ius diuiditur in B naturale, gentiũ, & ciuile à Iuſtiniano. §. ius naturale, & §. ius autem ciuile, & §. ius autem gẽtium, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuili, & ab Vlpiano. l.1. vſque ad quartam. ff. de iuſt. & iure. Alphonſo l.2. tit.1. partita 1. Iſidoro 5. etymol. cap.4. & ſequentibus, habetur, c. ius autem, & tribus ſequentibus, diſtinctione prima, quæ diuiſio non eſſet legitima, ſi ius gentium, vel aliqua eius pars coincideret cum iure naturæ: ergo ſimpliciter ius gentium non eſt ius naturę, ac proinde eſt poſitiuum, quod ſatis indicat Iuſtinianus in illo §. ius autem gentium, dicens: *Ius autem gentium omni humano generi commune eſt, nam vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ iura ſibi quædam conſtituerunt.* C Certè ſi illa iura erant naturalia, non rectè dicerentur conſtituta ab hominibus, ſed ab ipſa natura vel Deo, eius auctore. Vnde Cicero 2. de inuentio. cap. quinto, diuiſionem dominiorũ, & rerum iuri poſitiuo adſcribit, quæ tamen ſecundùm omnes eſt iuris gentium: item ſecundùm opinionem Iuriſperitorum, quos retuli ſectione præced. opin.2. ius gentium quod eſt membrum illius diuiſionis iuris in naturale & ciuile, eſt ius poſitiuum: ſed non datur aliud ius gentium, niſi minus propriè dictum: quia naturale, cùm non ſit à gentibus factum, non eſt admodum propriè ius gentium: ergo omne ius gentium propriiſsimè dictum, eſt poſitiuum, etiam ex ſententia multorum Iuriſperitorum, ſi conſequenter loqui velint: idem ſentit D Iſidorus; nam poſtquam illo cap.4. dixit, *ius naturale inſtinctu naturæ: & non conſtitutione aliqua haberi*, ca.5. & 6. agit de iure gentium & ciuili, nimirum ſentiens vtrumque conſtitutione aliqua haberi, & ſic vtrumque eſſe poſitiuum, quod etiam colligitur ex l. omnes populi 9. ff. de iuſt. & iure, vbi Caius ait, *Quòd verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur, vocaturque ius gentium*: Vbi ius gentium à ratione naturali dicitur conſtitui: quia omnes homines naturali ratione ducti, illud conſtituerunt, vnde ius gentium non dicitur præcisè, quia eo vtantur omnes gentes: ſed quia eo vtuntur tanquam eius E auctores, ſicut in eadem l.9. Caius ait, *Nam quod quiſque populus ipſe ſibi conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocaturq; ius ciuile*, itaque ſicut ius ciuile, & naturæ ab auctoribus denominationem ſumunt, ita ius gẽtium: ergo ius gentium eſt, quod gentes ſibi conſtituerunt, ac proinde eſt ius poſitiuum: confirmatur & declaratur. Nam omnes gentes, quatenus efficiunt vnam communitatẽ totius humani generis, obligare poſſunt ſingulos ad ea, quæ toti humano generi vtilia ſunt, ſicut ciuitas poteſt obligare ſingulos ad ea, quæ toti ciuitati vtilia ſunt, & regnum ad ea, quæ toti regno

*Ius gentium eſt ius poſitiuum.*

*Ius gentium non eſt ſimpliciter ius naturæ.*

*Ius naturale non eſt propriè ius gentium.*

*Ius gentium quare ſic dicatur.*

*Ad ſeruandũ gentium ius quomodo homines ſeſe obligarunt.*



Digitized by Google

conueniunt; & ita ad aliqua obligare voluiſſe traditione compertum eſt, & ſuam voluntatem, nutibus, verbis, vſu, & moribus, aliiſve ſignis explicuiſſe, præſertim in mundi exordio, vbi propter hominum paucitatem, & amorem mutuum, facilè erat omnes aut maiorem hominum partem in ea voluntate conuenire; & aliquo modo eam promulgare & denuntiare: tale ius non dicitur naturæ, quia in humana voluntate fundatur: ergo erit verè poſitiuum. Item tale ius poſitiuum non eſt ciuile, quia non eſt peculiare alicuius ciuitatis, vel regni: ergo erit ius gentium, non ſolùm quia eo gentes vtuntur, eoque ligantur; ſed etiam quia ab ipſis emanauit. Aragonenſis, Salon, & Bannes concluſionem probant, quia in ius naturale non cadit diſpenſatio, maximè per poteſtatem humanam: ſed in ius gentium diſpenſare poteſt poteſtas humana: ergo non eſt ius naturale, ſed poſitiuum: minorem probant, quia rerum diuiſio ſublata fuit inter Chriſtianos in primitiua Eccleſia, & modò inter religioſos, & captiui Chriſtiani capti ab aliis Chriſtianis, ſerui non fiunt, vt patet l. hoſtes, ff. de captiuis, ergo diſpenſatur in iure gentium, ad quod pertinent rerum diuiſio, & captiuorum ſeruitus.

*In iure gentium diſpenſare homines poſſunt.*

22 Sed certè hæc non ſunt facta licita per diſpenſationem: nam iure gentium non eſt prohibita rerum communitas; ſed conceſſa diuiſio, & data facultas omnibus hominibus, vt paulatim ſibi res appropriarent, eligendo agros, quos colerent, & loca, vbi ædificia facerent, quæ primò occupantium eſſent, quo ſtatuto prohibebantur alij impedire eiuſmodi appropriationem, non tamen prohibebant ipſi appropriantes reducere res appropriatas ad totam communitatem humani generis, ita vt eſſent iterum communes, vt in ſtatu innocentiæ & initio mundi fuerant: nec prohibebantur facere illas communes alicui particulari communitati, vt religioni, monaſterio, ciuitati, vel regno, & ſimiliter, licèt iure gentium conceſſum fuerit, vt capti in bello iuſto, poſſent fieri ſerui, qui in conſcientia ſuis dominis ſeruire tenerentur, ad quod non tenerentur ſtando in iure naturæ, tamen non eſt prohibitum gerentibus iuſtum bellum, ſe expoliare hoc iure, & facultate, vel ſimpliciter, vel erga aliquod genus bello captorum: nec eſt prohibitum Principibus, aut Rebuſpubl. exemptis, & liberis interdicere erga aliquod genus bello captorum, vel erga omnes iuſto bello captos fieri ſeruos; & irritare dominium, quod eorum ſubditi poterant iure gentium in homines iuſto bello captos acquirere, & ita ſine vlla diſpenſatione potuerunt Chriſtiani conuenire in hoc, vel à Pontifice obligati, vt Chriſtiani à Chriſtianis bello iuſto capti, in ſeruitutem non redigerentur, & irritum eſſe, quidquid in contrarium attentatum fuerit, & ſanè quamuis ius gentium poſitiuum ſit, tamen quia eſt ius conſtitutum à toto humano genere, non poteſt abrogari, nec diſpenſari, niſi à toto ipſo genere humano: aliæ enim communitates, vel Principes, inferiores ſunt, & ideo nec poſſunt abrogare leges totius generis humani, nec in ipſis diſpenſare, niſi peculiaris facultas à toto humano genere illis eſſet conceſſa, aut certè à Deo: ſicut conceſſa eſt Papæ ad diſpenſandum in omni iure poſitiuo humano, etiam gentium, vel illud abrogandum, quando viderit ad ſalutem animarum expedire, & ita licèt ſeruitus bello captorum, vel rerum diuiſio eſſet omninò præcepta iure gentium, poſſet in eo iure Pontifex diſpenſare, vel illud abrogare quando ad bonum ſpirituale animarum cerneret id conducere. Vnde infirma eſt illa Bannes & Salonis argumentatio, rerum diuiſio introducta eſt iure gentium, quod eſt poſitiuum: ergo poteſt Rex, verbi gratia, Hiſpaniæ illam auferre, & facere, vt in Hiſpania omnia ſint communia, ita vt factum teneat, quamuis grauiſſimè peccaret Rex id faciendo; quia eſſet contra bonam gubernationem. Adducunt pro ſe Sotum 3. inſt. quæſt. 1. artic. 3. aſſerentem, eſſe quædam de iure gentium ita neceſſaria ad humanum conuictum, vt diſpenſare in illis non liceat, imò forſan diſpenſatio facta, eſſet irrita: & ponit exemplum in rerum diuiſione. Infirma, inquam, eſt ratio illa Bannes: quia in iure poſitiuo ſuperioris non poteſt inferior diſpenſare. Adde quòd ſi diſpenſatio illa eſſet praua, quia contra bonam gubernationem, etiam poſſet eſſe irrita, vt attigit Sotus. Nam diſpenſatio in lege ſuperioris ſi ſine cauſa fiat ab eo, qui ſimpliciter habet facultatem diſpenſandi, irrita eſt: quamuis diſpenſatio in propria lege, licèt ſine cauſa fiat, valida ſit, vt docemus diſputatione de diſpenſatione. Vnde ipſimet Salon, & Bannes poſtea indicant, neceſſarium eſſe conſenſum populi, vt lex regia abrogans rerum diuiſionem valida ſit, quia ſine culpa ſua non poſſunt ciues ſpoliari ſuorum bonorum proprietate. Sed non aduertunt iſti, ſi id poſſet fieri propter culpam ciuium, ſequi, vt fieri etiam poſſit ſine eorum culpa, ob alias cauſas.

*Rerum communitas non eſt prohibita iure gentium.*

*Chriſtiani à Chriſtianis iuſto bello capti non ſunt ſerui.*

*Papa poteſt diſpenſare in omni iure humano poſitiuo.*

*Diſpenſatio in lege ſuperioru irrita eſt, ſi ſine cauſa fiat.*

Addit Bannes: cùm quòd Chriſtiani à Chriſtianis bello iuſto capti, ſerui non fierent: ſit inſtitutum ab Eccleſia; in fauorem Euangelij, & Baptiſmi, ſequitur, rectè Sarracenos Granatenſes vltimo bello captos, fieri potuiſſe ſeruos in pœnam apoſtaſiæ, rebellioniſque à fide Catholica: quia hoc cedit in fauorem Euangelij & Baptiſmi, eo vel maximè, quòd ipſi Sarraceni, quos ex noſtris bello capiebant, in ſeruitutem redigebant, & vendebant. Acceſſit etiam ad iuſtificationem huius negotij auctoritas Pij V. & Catholici Regis Philippi II. quorum conſenſu huiuſmodi Sarraceni in ſeruitutem ſunt redacti. Hæc Bannes: ſed certè, ſi diſpenſandum fuiſſet in iure Eccleſiaſtico prohibente Chriſtianorum ſeruitutem, nullius momenti eſſet auctoritas regia, ſecus Pontificia. Neque tamen Pontificia videtur fuiſſe neceſſaria: quia lex, ne Chriſtiani iuſto bello à Chriſtianis capti, ſerui fiant, intelligenda videtur de iis, qui à fide penitus non receſſerunt, quales ſunt Catholici vel hæretici, non verò Apoſtatæ. 23

*Sarraceni Granatenſes potuerunt eſſe ſerui capientium.*

Addit præterea Bannes: Rex Hiſpaniæ non poterit abrogare ius gentium, quod ſibi commune eſt cum Rege Galliæ, verbi gratia, quòd tempore belli legati vtriuſque Regis pacificè recipiantur: licèt poſſit hoc ius ex conſenſu vtriuſque Regis abrogari. Sed profectò licèt iſti Reges poſſint cedere iuri ſuo, non tamen poſſunt in iure gentiũ diſpẽſare; cùm ſint inferiores genere humano, à quo ius gẽtium manauit: quod quidem indemnitatem legatorum præcepit ſub conditione, quòd Principes iuri ſuo non cederent. Sic is in cuius fauorem iuraui; non diſpenſat in lege prohibente periurium, quando iuri ſuo cedit, & concedit alteri vt id non faciat, quod iuramento promiſit. Rectè autem admonet Molina tractat. 1. de iuſtit: diſput. 5. 24

*Reges nõ poſſunt in iure gentium diſpenſare.*

vix

Digitized by Google

vix poſſe ius gentium in totum abrogari, quoniam ad id neceſſarius eſſet communis conſenſus omnium vel ferè omnium nationum, qui difficile haberi poteſt: atque quod ad rerum diuiſionem attinet, ſi prorſus tolleretur, tot inde orirentur mala, vt culpa eſſet lethalis, eam omnino tollere: factum tamen teneret: quia ſicut humana voluntas cauſa ſufficiens fuit ad eam inducendam, ita ad eam tollendam. Conſonat Salon 2.2. quæſt. 57. articulo 3. §. differunt ſecundò. Vazquez autem diſput. 157. num. 24. ait, iuri gentium derogari poſſe per ius ciuile, imò priuata auctoritate, ſicut iure canonico derogatum eſt iuri gentium, quo capti in bello ſerui fiebant, etiam apud Chriſtianos, & propria voluntate religioſi renuntiant poſſeſſionum diuiſioni, & in commune viuunt, ſicut Chriſtiani tempore Apoſtolorum.

*Iuri gentium derogari poteſt per ius ciuile.*

25 Sed de diſpenſatione in iure gentium iterum differemus diſp. 30. de diſpenſatione legum, ſect. 3. diffic. 1. & alibi.

Salon aliud addit, quod falſum eſt, niſi piè explicetur, videlicet ius gẽtium non indiguiſſe promulgatione, vt haberet vim obligandi: quia recta ratio omnibus illud ſufficienter inſinuat. Cautiùs loquitur Bannes dicens; ad iuris gentium promulgationem non requiritur conuocatio hominum: ſed in omnibus nationibus, abſque præcone acceptatur: vbi meritò ſupponit aliquam promulgationem eſſe neceſſariam, quia in omni lege poſitiua, ſiue humana ſiue diuina, requiritur promulgatio: vt inferiùs conſtabit. Sed promulgatio poteſt fieri ſine gentium conuocatione.

## SECTIO IIII.

*Satisfit argumentis affirmantium, ius gentium naturale eſſe.*

26 Ex dictis facilè poterit reſponderi ad argumenta propoſita ſectione præcedenti contra ſecundam opinionem quibus Ferdinandus Mendoza probare contendebat, omne ius gentium naturale eſſe, & omne ius naturale ius gentium; ita vt ius gentium, & naturale ſint adæquatè idem.

*Ad argumenta poſita ſectione 3. contra 2. opin.*

Ad primum reſpondeo non malè quoſdam Iuriſperitos diſtinxiſſe duo iura naturalia: vnum primarium, ſeu primæuum, cuius obligatio non fundatur in voluntate humana; quod meliùs appellaſſent naturale ſimpliciter: alterum ſecundarium, cuius obligatio fundatur quidẽ in voluntate humana: ſed quæ eſt ex principiis naturæ facilè & ſtatim oritur: quod ius dixerunt eſſe ius gentium. Sed illud meliùs appellaſſent, ius naturæ ſecundùm quid, quàm ius naturæ ſecundarium. Quæ diſtinctio ſiue ſit neceſſaria ad concilianda iura, ſiue non, admittenda eſt: vt admittitur à Valentia, Bannes, Aragone, Salone, & Medina citatis ſectione 2. opin. 4. iuxta quam conciliant varia loca D. Thomæ: nam locis ibi citatis ius gentium appellat poſitiuum, ſed. 2. 2. quæſt. 57. art. 3. corp. & ad argumenta, & 7. ethicor. cap. 5. lectione 12. docet, ius gentium aliquo modo eſſe naturale: in quo nulla eſt contradictio, quia ius ſimpliciter poſitiuum poteſt eſſe naturale quodam modo & ſecundùm quid: illa etiam diſtinctio iuris gentium, quam ponunt Bartolus, & nonnulli alij Iuriſperiti vt ius gentium quoddam ſit primarium, & hoc eſſe idem cum naturali: aliud verò ſecundarium, quod ſit ius poſitiuum; in bono ſenſu admitti poteſt: nam ius naturæ eſt primarium ius gentium, quia ita gentes ligat, vt liberari ab eo iure non poſſint, bene tamen à iure poſitiuo, quod ipſæ ſibi ſtatuerunt, & ideo hoc ius gentium poteſt ſecundarium dici, & hoc eſt poſitiuum ſimpliciter, & naturale ſecundùm quid.

*Duplex ius naturale adſtruitur.*

*Ius gentium eſt duplex.*

Ad ſecundum reſpondeo defenſionem propriam cum moderamine, &c. ita dictari à ratione naturali, vt nulla exiſtente lege poſitiua, licita ſit: multa autem eſſe, quorum bonitas, aut malitia fundatur in ſola voluntate, & conſenſu totius humani generis, & hæc pertinere ad ius gentium poſitiuum, quod ius gentium ſecundarium appellarunt Bartolus, & alij, cuiuſmodi ſunt rerum diuiſio, & captiuorum ſeruitus, vt diximus, & quia in rerum diuiſione fundantur commercia, & contractus emptionis, venditionis, permutationis, conductionis, locationis, &c. ideo hi contractus ad ius gentium pertinere dicuntur, nimirum in ſua radice, cauſa, vel occaſione; ſuppoſita tamen rerum diuiſione iure naturæ: poteſt quiſque emere, vendere, &c. modò leges iuſtitiæ in contractibus ſeruet.

Ad tertium reſpondeo ratione naturali dupliciter aliquid conſtitui poſſe. Primò ipſa parte ad id obligante, & tunc rem pertinere ad ius naturæ: ſecundò, ratione inducẽte homines, vt id ſtatuant, & ſi id ſtatuat totum humanum genus, rem pertinere ad ius poſitiuum: quod nos ea ratione ius gentium appellamus.

Ad quartum reſpondeo ius gentium ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruari: quia omnes ratione naturali cognoſcunt, aliqua ipſis expedire, quæ pro lege ſeruari volunt, & ſeruantur.

Ad quintum reſpondeo potiùs eſſe Ariſtotelem pro nobis: quia ius naturale ait eſſe quod apud omnes eandem vim habet ex ipſa rei natura, & nõ ex hominum placito, & opinione: ergo ius, quod conſiſtit in placito, & opinione hominum, quamuis ab omnibus ſeruetur, non erit ius naturale: ergo erit ius gentium poſitiuum.

Ad primam confirmationem reſpondeo, quod pertinet ad legem communem, toti generi humano neceſſariam, & inuariabilem, pertinere ad legem naturæ: ſed quod pertinet ad legem communem voluntariam, & variabilem pertinere ad ius gentium, quod proinde debet eſſe poſitiuum: quia ſolum ius poſitiuum voluntarium & variabile eſt.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo ius naturæ appellatum à Cicerone ius gentium: quia eo gentes neceſſariò vti debent, ſed magis propriè ius gentium vocari, quod ſibi gentes conſtituerunt, & ideo ius gentium in ſummo rigore & propriiſſimè ſumptum poſitiuum eſt: quod verò ait Cicero, *In omni re conſenſio gentium ius naturæ putanda eſt:* explica, ita debere ſeruari, quaſi eſſet ius naturale, vel eſſe ius naturæ ſecundùm quid, & quodam modo, vt diximus. Quod adducitur ex 2. de inuentione, pro nobis eſt, nam ius gentium non eſt inſertum à natura ſola: ſed ab opinione, & conſenſu hominum: ideo naturale ſimpliciter non eſt, ſed poſitiuum. Quod adducitur ex 2. ad Herennium, nobis non aduerſatur: quia illa exempla fatemur pertinere ad ius naturæ,

& non ad ius gentium propriiſſimè dictum.

*Ius gentium ad naturale, & ciuile reduci poteſt.*

Ad ſextum reſpondeo illam l.ius pluribus, non eſſe contra nos: quia ius gentium reduci poteſt ad ius naturale: quia eſt naturale ſecundùm quid, vt dicebamus. Reduci etiam poteſt ad ciuile: quia eſt ius conſtitutum, non ab vna, vel altera ciuitate, ſed ab omnibus mundi ciuitatibus: ſtrictiùs autem ius ciuile dicitur, quod eſt proprium alicuius ciuitatis, vel regni, & non eſt impoſitum ſimul à tota communitate humani generis pro toto humano genere legem; verò, omnes populi, potiùs eſſe pro nobis: quia ius gentium ait eſſe conſtitutum à ratione in omnibus populis, videlicet, in id conſentientibus: ergo eſt ius poſitiuum. Ad l.veluti.& l.vt vim, reſpondeo ius gentium ibi ſumptum minùs propriè pro eo, quo vtuntur homines, ſiue ſit ab ipſis conſtitutum, ſiue à ſola natura, & ideò Iureconſultum religionem erga Deum, obedientiam erga patriam, & parentes, facultatemque propulſandi iniuriam, & vim vi repellendi, reduxiſſe ad ius gentium, cùm tamen ſint de iure naturæ propriiſſimè dicto. Ad l. gentium, reſpondeo, manumiſſiones in ſua radice, ſcilicet, ſeruitute, quam ſupponunt, non ſolùm pertinere ad ius gentium latè dictum, de qua ibi agebatur, ſed etiam ad propriiſſimè dictum: de quo nos agimus, & dicimus, eſſe ius poſitiuum ſimpliciter, naturale autem ſecundùm quid: ſimiliter poſſumus alia iura & Doctores ibi citatos interpretari.

Ad ſeptimum reſpondeo falſum eſt hominem ſolo iure naturali, & ciuili vti, ſtrictè loquendo de naturali, & ciuili: nam vtitur etiam iure quodam medio, ſcilicet iure gentium, quod ſimpliciter eſt poſitiuum, ſed in quibuſdam aſſimilatur naturali, in aliis ciuili: quod verò in quibuſdam legibus quædam reuocentur ad ius gentium, quæ ab Iſidoro reuocantur ad ius naturale, inde prouenit, quòd leges loquantur de iure gentium latè dicto, Iſidorus autem de iure gentium ſtrictè ſumpto, nimirum iure quodam poſitiuo, & humano, quod à voluntate & conſtitutione humana emanauit.

27 *Ad argumenta Mendozæ contra 3. Senten.*

Per hæc patet reſponſio ad argumenta, quibus Mendoza vtitur contra auctores tertiæ ſententiæ, quatenus contra nos militare poſſunt.

*Ad argu. 5. ſententiæ.*

Ad argumenta quintæ ſententiæ reſpondeo ea omnia, quæ ab Iſidoro 5.etym.cap.6.& cap.ius gentium, diſt.1.adducuntur vt exempla iuris gentium, præceptum, vel prohibitionem aliquam continere, vltra ius naturæ, vt cœpimus dicere ſectione præcedenti. Nam ſedium occupatio, ædificatio, & munitio, præcipiebat, vt nemo alium impediret, quominus primus terram aliquam occuparet, & vt talem nemo aliorum perturbaret, ſed permitteret in illo loco ædificare, ipſumque munire, tamquam eo ipſo iam proprium. Vnde, vt multis refert Diony. Halicarnaſſeus, lib.1.in initio hiſtoriæ, olim cùm Coloniæ in extraneas terras mittebantur, ius erat gentium, idque peruetus, vt quas primas ſedes occupaſſent, eæ eorum fierent cõmuni gentiũ iure, ita vt nefas exiſtimaretur eos violare.

*Bella iuſta vnde proceſſerint.*

Ex hac humana conſtitutione proceſſere bella iuſta pro defenſione propriarũ rerum, & captiuitates iuſtæ perturbatorũ, contra quos bellum iuſtũ gerebatur; & poſtliminia quæ Iſidorus ponit vt pertinentia ad ius gentiũ: nam ſuppoſita rerum diuiſione ius naturæ eſt. & nõ gentium ſecundùm ſe bellum ſaltem defenſiuum gerere, quidquid ſit

A de merè offenſiuo, ſeu vindicatiuo & ſimiliter captiuos facere perturbatores: item ius gẽtium præcipit poſtliminia, ideſt, vt qui de captiuitate ad propria redeunt, omnia priſtina bona recipiant, etiam ab aliis vſucapta aut præſcripta, vt explicat Turrecremata c. ius gentium, d.1. art.6.præterea captiuos ſeruos facere, ita vt illi de iuſtitia obedire teneantur, per ſe, & non tantũ in radice, ſcilicet, rerum diuiſione, ad ius gentium pertinet.

*Poſtliminia ius gentium præcipit.*

Fœdera pacis, nõ video quomodo ad ius gentiũ propriiſſimè dictum pertineant, niſi in illa radice: nam pacta, & fœdera iure naturæ ſeruanda ſunt: quamuis fortè quia id non erat valde perſpicuum à gentibus ſancitum eſt: & idem poſſet de induciis dici, B ſed exiſtimo, in illis aliquid eſſe de iure gentium, vt videlicet quòd quando cum commodo vtriuſque partis, vel ſaltem ſine incõmodo fieri poſſit, induciæ aliquæ concedantur ad ſepeliẽdos defunctos, vel alia huiuſmodi: in quo euentu etiam gerens bellum iuſtum tenetur iure gentium poſitiuo inducias concedere, non verò iure naturali: ſimiliter iure gentium, & non naturali tenetur gerens bellum iuſtum, legatis aduerſarij nõ nocere; vnde rectè Iſidorus ad ius gentium reuocat inducias, & legatorum non violandorum religionem. Vltimò 28

*Connubiorum inter alienigenas prohibitio an ſit de iure gentium.*

ponit connubia inter alienigenas prohibita quod exemplum non ſine magna probabilitate reiecit Vazquez, quia de hoc nulla eſſe videtur iuris gẽ- C tium prohibitio, etiam cum alienigenæ ſunt diuerſæ religionis: nam inter aliquas perſonas diuerſæ religionis videmus ſine ſcrupulo contrahi matrimonia. De hac re Turrecremata ſuper illo c.ius gentium, diſt.1.art.6.in fine, ſic loquitur, *Connubia inter alienigenas prohibita, id eſt, inter eos, qui ſunt diuerſæ fidei, diſpariſque cultus, vt 28.quæſt.1.cap. caue, iure enim gentium receptũ eſt, vt nationes inter ſe ritu diſſimiles, matrimonio non coniungãtur, ſcilicet Iudæo Gentilis, vel Gentili Chriſtianus* & art.9. de hac re diſputauerat & reſoluerat in hunc modum: *Prohibitio connubiorum cum alienigenis eſt de iure gentium: quia quod ſeruatur communiter apud omnes gentes, videtur pertinere ad ius gentium, vt patet ex littera* D *huius capitis: ſed prohibitio iſta eſt huiuſmodi, cùm non ſolùm ſit communis inter omnes fideles, qui iure poſitiuo diuino, vel canonico vtuntur, ſed etiam inter infideles:* ergo &c. ſed obiicit ſibi 1. quia hoc eſt de iure diuino poſitiuo, Deut. 7. *Non procurabis cum eis connubia.* Vnde Eſdras 1.Eſdræ vltimo, ſeparauit viros ab vxoribus alienigenis: item de iure canonico cap.ſic enim 28.quæſt.1.ergo non eſt de iure gentium. Ad hoc facilè reſpondet, negando conſequentiam: quia ſtat, aliquid eſſe de iure gentium per inuentionem: & tamen approbatiuè eſſe de iure diuino.

*Poteſt aliquid eſſe de iure gẽtium, quod iure poſitiuo eſt approbatum.*

Secundò ſibi obiicit, quia Ioſeph con- E traxit cũ filia Putifaris ſacerdotis pagani; & Moyſes cum filia Ietro Gentilis; Reſpondet, connubia cum alienigenis prohibita fuiſſe ob periculum fidei propriæ, vt patet Deut.7.hoc autem non fuiſſe in Ioſeph & Moyſe, vt videtur loqui Bonauentura. Secundò reſpondet Turrecremata connubia cum alienigenis fuiſſe prohibita manentibus alienigenis, non autem conuerſis, vt vxores Ioſeph & Moyſis conuerſæ ſunt ad religionem virorum ſuorum. Sed vtraque ſolutio difficilis eſt, quia etiamſi in particulari ceſſaret finis legis in Ioſeph, & Moyſe, deberet lex ab illis ſeruari, cùm non ceſſaret finis in vniuerſali, & ignoramus, an vxores Moyſis & Ioſeph ante contractum ma

Digitized by Google

A matrimonium religionem virorum ſuorum complexæ ſint. Fortè inſtinctu, & diſpenſatione Dei id fecerunt Ioſeph, & Moyſis, vel quamuis communiter eſſet prohibitum, erat tamen licitum ob aliquam grauem cauſam; vel illud ius non erat tam perſpicuè promulgatum omnibus, vt in aliquibus non daretur ignorantia vincibilis, aut etiam inuincibilis, ſicut in lege ipſa naturæ contingit, quod multis exemplis illuſtrat Theodoretus 9. Græcarum affectionum. Imò Aug. 3. de doctri. Chriſtian. cap. 4. refert, prauas conſuetudines tantùm apud aliquos valuiſſe, vt putarent, nihil eſſe per ſe iuſtum, ſed illud vbique licere, quod conſuetudine fuerat introductum. B Deinde ſicut poteſt conſuetudo introduci contra alia iura poſitiua in aliqua ciuitate vel prouincia ex tacito conſenſu principis, vel Reip. per quam ſit illi ciuitati, vel prouinciæ licitum, quod aliis eſt illicitum: ita & contra ius gentium ex tacito conſenſu ipſarum gentium; ſic non eſt contra ius gentium, quòd hæreticus cum hæretica alterius ſectæ contrahat, vel Gentilis cum Gentili, ſecus quòd Chriſtianus contrahat cum Iudæa, vel Pagana, vel Iudæus cum pagana, &c.

*Ioſeph & Moſes qua ratione cum vxoribus alterius religionis matrimonia contraxerint.*

*Non eſt contra ius gẽtium, vt hæreticus cum hæretica contrahat.*

Licèt autem diuiſio iure gentium fuerit introducta, tamen idem excepit caſum extremæ neceſſitatis, in quo voluit omnia eſſe communia, ſaltem quo ad vſum. Item quo ad nonnulla, quæ in viis publicis gignuntur, in mari vel in littoribus flu- C minum, videtur ius gẽtium concedere, vt ſint primò occupantis. Deinde vltra ea, quæ ad ius gentiũ pertinere docuit Iſidorus, videtur ad ius gentiũ pertinere, vt cuilibet ſit licitus & permittatur trãſitus innoxius per alienas terras, vel maria ad ſua negotia peragenda; cum hac enim conditione ius gentium conceſſit rerum diuiſionem.

De iure etiam gentium videtur, vt filij in bonis parentum ſuccedant ab inteſtato, vbi aliud ſpeciali lege cautum non ſit. Item l. ex hoc, ff. de iuſt. & iure, dicit: *Ex hoc iure gentium introducta bella ſunt, & diſcretæ gentes, regna condita, & dominia diſtincta, agris tituli poſiti, ædificia collata, ideſt, compoſita ad faciẽdum vicum, vel villam, vel caſtrum, vel ciuitatem, commercia, emptiones, venditiones, locationes, conductio- D nes, obligationes inſtituta.* Sed hęc omnia reduci poſſunt ad ea quæ ponit Iſidorus, vt docet Turrecremata c. ius gentium, d. 1. art. 6. & ſuper illo c. multas mouet quæſtiones ad explicandum aliqua, quę ad ius gentium reuocat Iſidorus.

*Succeſſio filiorum in bona parentũ eſt de iure gentium.*

Dictis in hac, & præcedentibus ſectionibus, conſonat magna ex parte Paradulphus Prateius in lexico iuris verbo, ius, vbi ait: *Illud diligentiſſimè obſeruandum eſt, quod ignoratum multis erroris cauſam dedit, ius gentium alias accipi à iuriſconſultis pro vero naturæ iure, aliàs pro eo iure, quod plurima hominum pars vbique recepit. Quod niſi rectè diſcernas, numquam peruenies ad veram iuris cognitionem.* E De primo iure gentium explicat, l. veluti, l. vt vim, l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure. & §. venditæ, Inſtit. de rerum diuiſio. nam exempla, quæ ibi ponuntur, verè pertinent ad ius naturæ, quod quia ſolis hominibus commune eſt, ius gentium vocatur. At verò quod de prædura ſeruitute dicitur in l. manumiſſiones, ff. de iuſtitia, explicat de iure gentium, ſecundo modo ſumpto: *Nam & ſeruitus, inquit, pugnat cum iure naturæ, rectéque fuit emendata, quamquam tolerabilis ſeruitus, quali nunc vtimur, ſecundum naturam eſt, vt grauiter probat Ariſto. in politicis.* Sed certè in illa l. manumiſſiones, non fit ſermo de ſeruitute intolerabili, ſed de ſeruitute ſimpliciter. Placet verò quod addit, *Cùm audis ius gentium, non intelligas ſemper ius naturale, ſed plerumque ius humanũ, vt Liuius rectè appellat.* Vide etiam Sebaſtianum Medicis de legibus, & ſtatutis, parte 1. quæſt. 6. vbi ponit ius naturale primarium, ſeu primæuũ commune homini cum cæteris animantibus: & ius naturale ſecũdarium quod eſt ius gentium primæuum, commune ſolis hominibus: & ius gentium ſecundarium quod non eſt naturale, ſed poſitiuum continens leges quaſdam ab hominibus factas ſecundùm quas diſtincta ſunt dominia introducta, bella, captiuitates, ſeruitutes, & penè omnes contractus.

## SECTIO V.

*An, & quomodo ſeruitus ſit de iure gentium.*

SÆpè diximus cum iuribus & Docto- 29
ribus ſeruitutẽ eſſe de iure gentium: quod falſum videtur. Primò, quia libertas eſt de iure naturæ: ergo ſi ſeruitus introducta eſt iure gentium, ius poſitiuum, quale eſt ius gentium, derogabit iuri naturæ: quod eſt impoſſibile, vt videbimus agentes de lege naturali. Secundò quia ſeruitus videtur inuenta poſt diluuium à Noë, cùm maledixit Chanaan & conſtituit eum ſeruum fratrum ſuorum. Geneſ. 9. verſ. 29. *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis:* ergò ſeruitus non eſt introducta iure gentium. His argumentis motus 30
Nauarrus c. ita quorundem, de Iudæis, notab. 11. glo. penult. n. 7. & ſequentibus, tria dicit, quæ examinat, & magna ex parte refellit Vaſques diſp. 157. c. 4. à n. 15. Primum eſt, libertatem non eſſe de iure naturali in hoc ſenſu, vt aliquo iure naturali caueatur, ne aliquis homo in quocumque ſtatu ſeruus ſit: ſed hoc ſenſu, vt nec natura, nec ius naturæ inducat ſeruitutem, ſicut agrorum poſſeſſio dicitur de iure naturæ, quia nullo iure naturæ diuiſio agrorum introducta eſt, aut præcepta: hoc dictum verum mihi videtur, & cõmune: ſic enim Almainus 4. diſt. 19. q. 2. ar. 1. verſ. quantum ad hoc, & Couar. reg. peccatum, parte 2. §. 11. nu. 3. dicunt, iure gentium, quo introducta eſt ſeruitus, non derogari iuri naturali præcipienti libertatem, quia nullo iure naturali fuit præcepta libertas, ſed tantùm permiſſa: impropriè tamen dicunt, derogari iuri naturali permittenti: quia quando fit, quod iure aliquo permittitur, minimè ei derogatur: melius hac in re loquitur D. Thomas. q. 95. art. 5. ad tertium: *Dicendum,* inquit, *quod aliquid dicitur de iure naturali dupliciter: Vno modo, quia ad hoc natura inclinat,* (iubendo ſcilicet, aut prohibendo) *ſicut non eſſe iniuriam alteri faciendam: alio modo, quia natura non inducit contrarium: ſicut poſſumus dicere, quod hominem eſſe nudum eſt de iure naturali; quia natura non dedit ei veſtem, ſed ars adinuenit: & hoc modo communis omnium poſſeſſio, & omnium vna libertas dicitur eſſe de iure naturali: quia ſcilicet diſtinctio poſſeſſionum, & ſeruitutis non ſunt inducta à natura: ſed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ.* Hactenus D. Thomas, Vaſquez autem nonnihil in hac re à Nauarro diſcedit, affirmans, libertatẽ eſſe de iure naturæ negatiuè, non ſolùm, quia ſeruitus non fuit præcepta iure naturæ, ſed etiam quia homines, niſi more gentium in communi viuerent,

*An ſeruitus ſit de iure gẽtium.*

*Nauarri ſententia de ſeruitute, an ſit iuris gentium.*

*De iure naturali aliquid eſſe dupliciter dici poteſt.*

*Vaſques quid cõtra Nauarrum dicat.*



Digitized by Google

& ciuilem vitam agerent; non induxiſſent ſeruitutem; neque capturam aliorum hominum in bello, quoniam rerum diuiſio, quæ eſt bellorum occaſio, ceſſaret. Ego facilè rem explico: libertas contraria ſeruituti natæ ex bello, quodam modo eſt de iure naturæ, quia ſtando in ſolo iure naturę, nullo alio iure exiſtente nullus homo etiam bello iuſto captus, eſſet ſeruus; poſſet quidem captor illum cogere, vt ſibi ſeruiret, tamen ille in conſcientia non tenetur ei ſeruire, niſi per accidens ad vitandam mortem propriam vel ſcandalum aliorum: iure autem gentium obligatus in conſcientia fuit ad ſeruiendum, ita, vt contra iuſtitiam faciat; ſi non ſeruiat.

*Libertas quomodo ſit de iure naturæ.*

31 Secundò, dicit Nauarrus, libertatem eſſe quoque de iure naturali; quia in ſtatu innocentiæ, & integræ naturæ, ante peccatum naturalis lex prohibebat omne genus ſeruitutis. Hoc reijcit Vazques, quia licèt verum ſit in eo ſtatu fœliciſſimo, non futuram ſeruitutem ex Dei ordinatione propter ſtatum gratiæ perfectum: tamen nihil repugnabat naturali iuri, quod ſolùm attenditur ſecundùm puram naturam, vnum hominem alterius ſeruum conſtitui voluntate propria, & contractu: ergo nullo iure naturali prohibita fuit ſeruitus ante peccatum. Ego exiſtimo, ſuppoſito illo ſtatu, rationem naturalem, ac proinde legem naturæ obligaſſe ad libertatem; licèt enim factum teneret, ſi quis vellet alterius ſeruus fieri, & ille acceptaret: quia homo eſt dominus ſuarum operarum, & poteſt illas in perpetuum alteri vendere, vel donare; tamen ambo peccarent mortaliter, & eo ipſo amitterent gratiam & originalem iuſtitiam: quia quiſque ex charitate propria tenetur non amittere libertatem ſine graui cauſa, qualis tunc non eſſet, & ex charitate proximi exiſtentis in illo ſtatu, non acceptare donationem libertatis ſine cauſa, & neceſſitate ab ipſo factam. Imò aliqui dixerunt, modò eos qui apud Æthiopes, vel alias barbaras nationes, ſine cauſa ſufficienti, ſe in ſeruos vendunt, vel donant, verè non effici ſeruos: quod tamen mihi numquam placuit.

*Auctor Nauarrum defendit.*

32 Tertiò dicit Nauarrus ſeruitutem non fuiſſe introductam iure gentium: ſed à Noë poſt diluuium, vt ſecundum argumentum contendebat. Sed hoc meritò reijcit Vazquez: nam Hermogenianus l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, ait, *Seruitutem introductam eſſe iure gentium.* Reſpondet Nauarrus Hermogenianum fuiſſe gentilem, nec notitiam habuiſſe hiſtoriæ Noë: quæ ſolutio inſufficiens eſt: quia Iſidor. 5. etym. cap. 6. qui eam hiſtoriam optimè nouerat, inter exempla iuris gentium connumerat ſeruitutes. Secundò reſpondet Nauarrus cum gloſ. ſeruitutem non tam introductam quàm probatam fuiſſe iure gentium, & ideò inter ea, quæ ſunt iure gentium introducta connumerari. Sed quia inſufficiens meritò videbatur reſponſio, reſpondet tertiò, tam legem illam, quàm Iſidorum loqui de ſeruitute introducta per bellum, quam ipſe fatetur iure gentium cœpiſſe, non tamen de ſeruitute, quacumque alia ratione, quare ſeruitutem in genere antiquiorem omni iure gentium arbitratur. Sed hæc ſolutio etiam confutatur à Vazquez quia nulla ſeruitus nec bello, aut ratione pœnæ introducta eſt, niſi iure gentium, hoc eſt, hominum in congregatione viuentium: quare aut ante Noë verè fuit, quamuis non ſit in Scriptura expreſſum; *Quod mihi*, inquit, *ſit proba-*

*Seruitus fuit ante Noë.*

A *bile: nec enim tot ſæculis gentes fuiſſent abſque agrorum diuiſione; hanc verò conſequuntur bella, & ſeruitutes:* aut certè ſi Noë verum ius dominij conceſſit Sem & Iaphet ſuper Chanaan, non fuit introductum ante ius gentium: neque enim Noë ante gentes fuit: hoc eſt ante homines in ciuitate & communi cœtu congregatos: iam enim homines ante diluuium ſimul habitauerant, & poſt diluuium habitaturi erant: huic ergo gentium ſtatui prouidens, potuit vnum è filiis ſuis aliorum ſeruum in pœnam conſtituere. Deinde quia Chanaan non fuit ſeruus, id eſt, mancipium fratrum ſuorum, ſed quaſi ſeruus, eò quòd primogenitura priuatus fuit, ſicut Iſaac Geneſ. 27. filio ſuo Iacob
B dixit, *Eſto dominus fratrum tuorum*, & Eſaü, *Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui.* Ego exiſtimo; Chanaan non fuiſſe ſeruum, id eſt, mācipium, nec id Noë intendiſſe, aut ſi intendiſſet, potuiſſe facere, ſed optare, aut prophetare tantùm. Si tamen id effeciſſet, & illa eſſet prima ſeruitus, & antecederet decretum, & conſenſum totius generis humani, non poſſe dici introductam eſſe ſeruitutem iure gentium, quoniam Noë, nec erat omnes gentes, nec poteſtatem ab illis habebat, mulctandi filios, nepotes, aut alios vera ſeruitute: Si verò conſenſu omnium hominum introducta eſſet ſeruitus aliqua, eſto non viuerent in ciuitatibus, aut aliis cœtibus, ſed
C ſeparatim, ſeruitutem debere dici introductam iure gentium, id eſt, orto ex communitate humani generis in ea conſentientium: probabile tamen eſt ſermonem ibi eſſe de vera ſeruitute, qua vnus eſt mancipium alterius: vt interpretatur Pererius lib. 14. in Geneſ. cap. 9. verſ. 25. num. 181. & ſequentibus, cum Chryſoſtomo hom. 29. in Geneſ. & Aug. 19. ciuit. cap. 15. non quòd omnes Chananæi fuerint poſtea mancipia aliorum, qui ex ſtirpe Noë erant, ſed quia in multis ita impletum eſt: in pluribus autem ſecuta eſt ſeruitus latiùs dicta, nempe famulatus, aut magna quædam ſubiectio ſimilis illi, qua mancipia dominis ſubiiciuntur, & hæc fuit magna pœna: quoniam Chain,
D cuius filius erat Chanaan, erat filius ſecundus Noë, licèt dicatur iunior propter rationes, quas affert Pererius Geneſ. 9. verſ. 24. num. 155. & ita poſtpoſitus fuit fratribus, non ſolùm maiori, ſed & minori, & in ſuis ſucceſſoribus factus eorum ſeruus, famulus, vaſallus, vel tributarius. Alia de libertate, quomodo ſit, vel non ſit, de iure naturæ inuenies diſputat. 4. quæ eſt de lege naturæ, ſect. 7. ad primum & ſecundum.

*Chanaan non fuit propriè ſeruus.*

*Chananæi fuerunt mancipia aliarum gentium deſcendentium ex Noë quodam modo.*

## SECTIO VI.

*Vtrùm iure gentium liceat naturaliter contrahentibus ſe decipere.*

E 33 IOANNES Mathienzus l. 1. titul. 11. lib. 5. nouæ collectionis legum Hiſpaniæ gloſſ. 1. num. 5. cùm exponit l. in cauſæ, ſecundam, §. idem Pomponius. ff. de minoribus, vbi dicitur, *Naturaliter licere contrahentibus ſe circumuenire*, & l. item ſi pretio, §. vltimo, ff. locati, vbi dicitur, *In emendo, & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere, & quod minoris ſit, pluris vendere*, & idem iuris eſſe in locationibus, & conductionibus, inquit, particulam, *naturaliter*, intel

*An verum ſit contrahentibus licere ſe inuicem decipere naturaliter, hoc eſt, iure gentium.*

intelligendam eſſe de iure gentium, quia hoc iure permiſſa eſt deceptio in emptionibus, nec vllo modo punitur, eò quòd alioqui ſoluerentur ciuium communitates. Hoc refellit Vazquez diſp. 157. cap. 4. à num. 31. Tum quia longè diuerſum eſt naturaliter aliquid licere, aut conceſſum eſſe, ſicut leges loquuntur, & naturaliter permiſſum eſſe: tum etiam, quia cùm lege naturali non omnia delicta puniantur, ſed ſolùm prohibeantur, dicere poſſumus, aliqua illorum conceſſa eſſe, aut licere naturaliter, vt autem hoc modo loqui non poſſimus, ſatis eſt, ſi omnia prohibeantur: *Quare ego non video,* inquit, *quo pacto dici poſſit, iure gentium permitti deceptionem in contractibus, quia ſi ius gentium acciperetur pro aliquo genere prohibitionis, ſine dubio prohibita eſſet omnis voluntaria deceptio: ſi autem ſumatur pro conceſſione, vt ſuperiùs diximus,* ius gentium nõ diceretur cõcedere talem *deceptionem tanquam vtilem communitatibus.* Vnde Vazquez particulam, *naturaliter,* non refert ad *licere,* aut *conceſſum eſſe,* ſed potiùs ad circumuenire, & ad *minoris emere vel pluris vendere:* vt ſenſus ſit, licitum eſt, (omni nempe iure) atque conceſſum contrahentibus, non dolo, & ſcienter, ſed naturaliter ſe inuicem circumuenire, & pluris vendere & viliùs emere, *Naturaliter,* inquit, *id eſt, re ipſa, eò quòd naturas ipſas, & rerum valorem nequeant homines exactè perpendere.* Deceptio autem illa dicitur naturalis, & naturaliter, non dolo facta, quæ quidem licita eſt: quia numquam fieri poteſt ita exacta rerum æſtimatio, quin naturalis aliqua deceptio contingat. Vazquez pro hac interpretatione potuiſſet citare Hoſtienſem, titulo de cõtrahenda emptione, §. qualiter res ſcindantur, colum. 2. & Fortunium Garſiam tractatu de vlt. fin. illat. 17. nu. 277. quos tamen impugnat Nauarrus ca. qualitas, gloſ. vltim. num. 42. de pœnit. diſt. 5. quia ſic licitum eſſet non reſtituere in illo euentu: quod eſt contra D. Thomam & omnes: adde & contra l. res bona fide, ff. de contrahend. empt. vt rectè probat Connanus lib. 7. commentar. iuris, cap. 9. num. 10. ſed non video, quomodo abſurdum hoc ex illa ſententia colligi poſſit: quia apertè in dictis iuribus non iungitur verbo, contrahentibus, vel ementibus, ſed verbo, licere, vel conſtitutum eſſe, & ita omnes intelligunt: item quia Iuriſconſulti loquuntur tantùm de decipientibus citra medietatem iuſti pretij, vt omnes Doctores interpretantur, ſi verò ſolùm vellent, non eſſe peccatum, ex ignorantia quadam naturali ſe inuicem decipere, idem deberent dicere de decipientibus vltra dimidium: nam hæc ignorantia ſæpe etiam eſt naturalis. Item quia decipere & circumuenire, dolum, malam fidem, ſeu malitiam indicat, vt cùm Paulus 1. Theſſal. cap. 4. vetat, *Ne quis in negotio circumueniat fratrem ſuum.*

*Non licet in cõſcientia vẽdere vltra dimidium iuſti pretij, & emere citra dimidium.*

34 Neque verò propter illos textus dicendũ erit, eſſe licitum in conſcientia rem vendere pluris, quàm valeat, modò non vendatur vltra medietatem iuſti pretij, & minoris emere, modò non ſit citra dimidium iuſti pretij, vt tenuit quidam Durandus Ordinis Minorum. Neque item dicendum erit cum Roſella verbo, emptio, Gerſone tractatu de contractib. tales quidem peccare: ſed ad nullam reſtitutionem teneri. Has enim ſententias meritò reiiciunt Sotus 6. iuſt. quæſt. 3. art. 1. circa ſolutionem primi Medina de reſt. quæſt. 32. Sylueſter verbo, emptio, quæſt. 8. Valentia 2.2. diſp. 5. quæſt. 20. puncto 2. Molina tomo 2. tract. 2. de iuſt. diſput. 350. citans alios. Neque item dici debet, Iuriſconſultos in illis textibus erraſſe, putantes, deceptionem in contractibus peccatum non eſſe: tum quia non eſt credibile in re tam clarè repugnante rationi, viros doctiſſimos erraſſe: tum quia Pomponius ipſe in l. nã hoc natura, ff. de condict. indeb. dixit, *Hoc naturâ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem;* & l. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium, *Bono & æquo non conuenire aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum:* neque verò dicẽdum eſt, Iuriſconſultos velle licitum eſſe cõtrahentibus ſe decipere intra latitudinem iuſti pretij: quod nõn eſt indiuiduum, ſeu non conſiſtit in puncto, & in indiuiſibili: vt ait D. Thomas 2.2. quæſt. 77. artic. 1. ad primum, & natura omnibus inſitum eſt velle vili emere, & caro vendere, vt facetè Theatricus ille dixit apud Auguſt. 13. de Trinit. cap. 3. & elegãter depingitur l. ſi volũtate, C. de contrah. emp. Hanc interpretationem tradit Nauarrus ſupr. nu. 45. Conradus quem refert, & ſequitur Nauarra, 3. de reſt. cap. 2. dub. 3. ſed eam meritò refellit Sotus 6. iuſt. quæſt. 2. ar. 3. §. ſequitur: quia in eo euentu nulla eſt deceptio. Omiſſis ergo his, & aliis interpretationibus quas referunt Padilla l. 2. nu. 10. C. de reſcind. vend. Pinellus ibi, part. 1. cap. 1. num. 32. Azebedo l. 1. num. 8. tit. 11. lib. 5. nouæ compil. Mathienzus gloſſ. 1. num. 1.

*Licitum eſſe naturaliter contrahentibus ſe decipere, id eſt, non puniri.*

Dico, licitum ſeu conceſſum, latè ſumi in illis iuribus pro permiſſo, ſeu non punito ab hominibus, & pro valido, nam talis emptio, aut venditio, nec punitur ab hominibus, nec eſt irrita: imò nec irritanda, nec in iudicio datur læſo actio ad reſcindendum contractum, vel petendam reſtitutionem eius, in quo læſus fuit, l. rem, C. de reſcind. vend. & omnes citati. Verbum autem, *naturaliter,* non ſolùm Mathienzus ſuprà; ſed etiam gloſſa in illo §. idem Pomponius, explicat de iure gentium, quod quodam modo eſt naturale, vt ſuperiùs diximus, & negat actionem in iudicio ſic decepto. Poſſet etiam particula, *naturaliter,* referri ad verum ius naturæ: ſecundùm quod ille contractus eſt validus, ſi enim non eſſet validus iure naturæ, non poſſet in conſcientia retineri res vel pretium à lædente, nam ius poſitiuum numquam reddit validos contractus iure naturæ nullos, & licèt aliquando transferat dominia, quæ aliàs non transferrentur, tamen hîc nulla cauſa iuſta eſt id faciendi, neque vllum indicium de ea intentione. 35

*Ius poſitiuum non reddit cõtractus validos, iure naturæ nullos.*

Hanc illorum iurium interpretationem tradidere Pinellus ſup. nu. 39. Mathienzus, Sotus, & ferè alij Theologi paulò antè citati, & D. Thomas 22. queſt. 77. art. ad primum, dicens: *Sic ergo lex humana habet quaſi licitum, pœnam non inducens, ſi abſque fraude venditor rem ſuam ſupervendat, aut emptor vilius emat, niſi ſit nimius exceſſus: quia tunc etiam lex humana cogit ad reſtituendum.* 36

Huic interpretationi ſolùm obſtare videntur verba illa, licèt, & conceſſum eſt, quibus vtuntur Iuriſconſulti; nam peccata, quamuis permittantur non dicuntur licita, aut conceſſa; vnde Ambroſius 1. Cor. 6. *Quomodo licet, quod prohibetur; aut certè ſi omnia licet, nihil poteſt dici illicitum:* & adductis nonnullis teſtimoniis ex Matth. 12. verſ. 4. Marc. 6. verſ. 12. Lucæ 6. verſ. 14. in quibus dicitur, non licere, quæ prohibentur; concludit: *Omne ergo quod prohibetur, non licet.* Reſpondeo, ideò D. Thom. ſuprà

Digitized by Google

prà dixit, *Lex humana id habet quaſi licitum.* Deinde apud Latinos quod liberum alicui eſt, & permittitur, licere dicitur; Cicero Tuſcul. 1. ait: *Licuit otioſum eſſe Themiſtocli, licuit Epaminondæ, licuit & mihi*; & Theodoretus atq; Oecumenius ſic explicant id, 1. Cor. 6. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*; verbum etiam, concedo, interdum ſignificat ignoſcere, permittere, ſeu non punire. Cicero oratione pro Sexto Roſcio, nõ longè à principio, *Neque temere dicto concedi propter ætatem:* vbi concedi ſumitur pro ignoſcere, & orat. pro Aulo Cæcina ſumitur pro permittere, cùm ait, *Neque quicquam illius audaciæ petulantiæque conceſſit*, & Columela 1. de re ruſtica de iniquis Aduocatis ait, *Illorum omnium latrocinia ſunt conceſſa.*

## SECTIO VII.

*De variis Romanorum legibus, & de origine iuris ciuilis, præſertim Romani.*

37 LEGES ciuiles non fuiſſe ſemper in omnibus Rebus public. certum eſt: vt enim refert Bellarminus 3. de laicis cap. 10. Iuſtinus 1. hiſtoriæ affirmat, *Olim populos ſine vllis legibus ſolo Principum arbitrio gubernari ſolitos:* & Liuius lib. 13. Romanam Rempubl. ad annos 300. ſine legibus gubernatam.

*Antiquiſſimus legiſlator quis fuerit.*

Antiquiſſimum legiſlatorem fuiſſe Moſem cõtendit Ioſephus 2. contra Appionem. Bellarminus ait, vel fuiſſe hunc, vel Phoroneum, qui 300. annis Moſe fuit antiquior, vt Euſebius in Chronicis, & Auguſtinus 18. ciuit. c. 3. referunt; licèt ante Phoroneum conſtituta ſint regna Aſſyriorũ, Ægyptiorũ, & aliorum. Sotus verò 1. iuſt. quæſt. 1. art. 3. ait, Plinium 2. hiſtor. cap. 56. aſſeruiſſe, Cererem inter omnes primã leges dediſſe, vt autẽ alij putauere, Rhadamantum: Ioſephum autem verè dixiſſe, Moſem priùs promulgaſſe leges, vt diuinitus ſibi traditas: nam multò pòſt tempore illi extiterunt legiſlatores, quos Iſidorus 5. etymol. initio refert: *Phoroneus enim* (inquit) *Rex Græcis primus leges cõſtituit, Mercurius Triſmegiſtus Ægyptiis, Athenienſibus Solon, Lycurgus Lacedemoniis, ac denique Romanis Numa Pompilius qui ſucceſſit Romulo.* Sed Romulũ primum Romanorum Regem, & vrbis ipſius conditorem leges ante Numam tuliſſe, conſtat ex iis, quæ Franciſcus Balduinus lib. 1. ad leges Romuli ſcripſit, vbi eaſdem leges refert, & explicat, & ipſemet Balduinus ait, *Primos in Italia homines incultos fuiſſe:* ſed à rege eorum Saturno leges accepiſſe, & illo ſub Rege aurea fuiſſe ſæcula: ſed antiquiſſimas, quæ certò commemorantur, Romuli leges eſſe ante annos 2300. editas, quò tẽpore vix mortuus erat Lycurgus, nondum natus Zaleucus, qui annis plus 100. nondum Solon, qui ferè 200. annis poſteriores ſunt.

*Romulus leges quaſdam condidit.*

38 Azor tom. 1. lib. 6. cap. 60. ex variis auctoribus præſertim Iſidoro 5. etymol. cap. 5. docet, quinam fuerint primi variarum gentium legiſlatores, ſed non, qui fuerint primi ſimpliciter, eodem, & ſequentib. cap. refert in ſpecie leges Rerumpub. quæ præcipuè in orbe floruerunt, quæ apud ipſum legi poterunt. De antiquis verò Romanorum legib. latè etiam Cicero 3. de legibus, & Manutius lib. 6. antiquitatum Romanarum, qui totus eſt de legibus Romanorum, & à Prateio in lexico iuris præ-

A fixus eſt indici Romanarum legum. Pomponius etiam l. neceſſarium, ff. de origine iuris, ſic ferè de origine legum Romanarum ſcribit: *Initio ciuitatis Romanæ populus ſine certa lege* (de ſcripta interpretatur Azor tom 1. lib. 5. cap. 1. q. 4.) *ſine certo iure primum agere cœpit, omnia nutu, & manu regis gubernabantur: poſtea aucta ciuitate traditur, Romulum in triginta partes populum diuiſiſſe, quas Curias appellauit, propterea quòd tunc Reipubl. curam per ſententias eorum expediebat, & ita quaſdam leges curiatas ipſe ad populum tulit, & tulerunt cæteri ſequentes Reges.* Conſtat item ex hiſtoriis, populum Romanum à Romulo primùm in tres partes diuiſum, quas tribus appellauit, & in ſingulis præfectos fuiſſe qui B ob id dicti ſunt Tribuni. Singulæ verò tribus diuiſæ ſunt poſtea in decem partes, quæ vocatæ ſunt curiæ, vnde reſultarunt Curiæ triginta, quarum præfecti Curiones appellati ſunt, ſingulæ curiæ in decurias ſunt diſtributæ, quarũ præfecti Decuriones dicti. Hi omnes præpoſiti, populi Romani ſuffragiis viritim creabantur ſubiungit Pomponius, leges à Romulo, & cæteris Regibus ad populum latas curiarum ſententiis, & ſuffragiis fuiſſe conſcriptas in lib. Sexti Papyrij viri principalis, tempore Tarquinij Priſci Demarati filij, & eum librum appellari ius ciuile Papyrianum, non quia Papyrius de ſuo ibi quicquam adiecerit: ſed quia leges ſine vllo ordine latas & ſparſas, in vnum volumen redegerit. C *Exactis deinde Regibus* (inquit Pomponius) *lege tribunitia omnes hæ leges exoleuerunt, iterumq; cœpit Populus Romanus incerto magis iure, & cõſuetudine aliqua vti, quàm per latam legem.* Poſtea verò, quia plebs conquerebatur de nimia Patrum potentia, eò quòd magiſtratus ab ipſis creabantur, & leges ferebantur, ſcilicet in Comitiis centuriatis, in quibus Patriciorum ſuffragia valebãt, cœpit petere, vt legati in Græciam mitterentur, qui inde leges deferrent ad optimam Reip. gubernationem pertinentes: miſſi ſunt tres legati, qui peracto triennio redeuntes retulerunt inciſas in 10. tabulis ligneis Solonis & Draconis, legiſlatorum Athenienſium leges, quas in decem tabulis D eboreis, vel, vt alij legunt, æneis perſcriptas, pro roſtris propoſuerunt, vt poſſent ab omnibus apertiùs percipi. Sed quia rumor erat in ciuitate, oportere aliquid his legibus addi, in eiſque ſuppleri, mutari & corrigi, ideo decem viri ſunt electi, qui eo anno ſummum ius haberent, vt leges corrigerent, & interpretarentur, quorum nomina habentur cap. fuerit, ſeu 2. diſt. 7. & apud Sebaſtianum Medicis tract. de legib. & ſtatut. part. 1. quæſtio. 6. Qui ſequenti anno duas alias tabulas ad decem adiecerunt: Vnde appellatæ ſunt leges duodecim tabularum. His legibus latis cœpit deſiderari, & peti earum interpretatio, & prudentes Conſulti reſponſa dabant, quæ deinde iudicibus, & magiſtratibus litigantes oſtendebant, ſecundùm quæ E iudices ſententias pronunciabant. *Eodem tempore*, inquit Pomponius, ſuprà, *legis actiones introduci cœperunt, vt in cauſis quiſque ſciret, qua ratione ius ſuum tueretur.* Harum actionum interpretatio erat penes Collegium Pontificum, ex quibus conſtituebatur vnus, qui ſingulis quibuſque annis præeſſet priuatis. Poſteà verò cum Appius Claudius in formam redegiſſet has legis actiones, Gneus Flauius ſcriba eius, & Libertinus ſurreptum librum populo tradidit, qui liber appellatus, ius Flauianum, cui de ſuo Flauius nihil adiecit. Poſt multum tempus Sextus

*Diuiſio Regis populi in tribus & curiis quomodo facta.*

*Leges duodecim tabularũ quomodo condita.*

Digitized by Google

Sextus Ælius alias actiones compoſuit,& librum populo dedit, qui vocabatur, ius Ælianum. Cumque ſæpe plebs à patribus diſcederet, de eis conqueſta; tandem obtinuit, vt ſine patribus leges quoque ferret quæ vnà cum populo patres ipſos tenerent, quæ appellabantur Plebiſcita, quæ primùm quidem, tribuno rogante,& plebe iubente conſtituebantur: Senatores tamen minimè aſtringebant. Deinde verò lege publica Horatia & Hortenſia factũ eſt, vt Senatores quoque & vniuerſum populum tenerent, de his vide cap. plebiſcita, d. 2. & illa l. neceſſarium, §. deinde,& Azor tom. 1. lib. 5. cap. 1. in fine,& Antonius Vacca l. 1. ff. de legibus, qui cum Aulo Gellio lib. 9. c. 20. docet, plebiſcita etiam vocari leges, vt cùm legem Aquiliam dicimus, quæ propriè tamen eſt plebiſcitum. l. 1. ff. ad legem Aquil. Inſuper, quia Reip. adminiſtratio,& cura, penes Senatum erat, introduci cœpit, vt quidquid Senatus conſtituiſſet, obſeruaretur tamquam lex ab omnibus; quoniam ratum habebatur à populo,& licèt Pomponius illo §. deinde, & Iuſtinianus Inſti. de iure nat. §. conſtat, dicant, propter ciuium copiam eſſe populi poteſtatem ad Senatum trãſlatam: veriùs tamen arbitratur, Azor ſuprà, factum eſſe Cæſarum aſtutia, calliditate,& potentia, qui vt ſuam tuerentur, Senatus potentiã auxerunt. Ait etiam Cornelius Tacitus lib. 1. tunc primùm è campo Martio comitia ad patres tranſlata eſſe: nam ad eum diem, & ſi potiſſima Principis arbitrio, at quædam tribuum ſtudiis fiebant. Neque Populus ademptum ius queſtus, niſi inani rumore. Suetonius in Cæſare & de Cæſare ait: *Comitia cum populo partitus eſt, vt exceptis Conſulatus competitoribus de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarētur, pro altera parte, quos ipſe dediſſet:* idem in Tiberio ait: *Neque tam paruũ quicquam, neque tam magnum publici, priuatique negotij fuit, de quo non ad Patres conſcriptos referretur.* Idem in Caligula, *Tentauit &, comitiorum more reuocato, ſuffragia populo reddere*, ex quibus infer Azor, Cæſarum potentia populi poteſtatem fuiſſe ad ſenatum tranſlatam. Sed hoc parũ refert. Sed Sebaſtianus Medicis ſuprà, de hac re ſcribit: *Quia difficile erat, vt populus ob multitudem hominum poſſet in vnum conuenire, cõſtituit* 100. *viros ad regimen ciuitatis, qui Senatores appellati ſunt, glo. l. fin. verbo, certum vitali, C. de pet. hered. gloſ. rub. ff. de ſenat. qui ex poteſtate à populo ſibi conceſſa poterant condere leges: quæ poſtea dicta ſunt Senatusconſulta. §. ſenatusconſultũ, Inſt. de iur. nat. c. ſenatusconſultũ, d. 2.* Quia verò quandoque Conſules extra vrbem eſſe debebant ne ciuitas rectoribus careret, facti ſunt duo officiales dicti Prætores, quorum vnus dicebatur vrbanus qui præerat ciuibus Romanis, alter peregrinus qui cauſſas peregrinorũ audiebat, vt habetur illo §. deinde. Hi prætores quædã proponebant edicta in albo, quæ per populũ approbata habebãt vim legis, dictáque ſunt Prætorum edicta, §. prætorum, Inſtit. de iure nat. & l. ius autem, §. ius prætorium, ff. de iuſt & iur. & illa l. neceſſarium, §. eodem tempore, ff. de orig. iuris. Poſtea populus omnem ſuam poteſtatem, ac proinde legiſlatiuam, in principem tranſtulit, ſicque Imperatorum iuſſa, & placita, conſtitutiones, & leges dici cœperunt dicta l. neceſſarium, §. nouiſſimè, §. ſed quod Principi, Inſt. de iure nat. l. fin. C. de legibus. Cùm verò Princeps tot, tantáque negotia in vrbe, & extra vrbem haberet, creauit quoſdam viros ſapientes,

*Ius Flauianũ quale fuerit.*

*Comitia cum populo partitus eſt Cæſar.*

*Prætores in vrbe quomodo inſtituti.*

*Principes quomodo ſint condendarum legum facultatem conſecuti.*

A Iureconſultos deinde appellatos, quibus data fuit à Cæſare Auguſto auctoritas interpretandi leges, quorum reſponſa pro lege quandoque obſeruabantur,& dicta ſunt Reſponſa prudentum. cap. reſponſa, d. 2. §. reſponſa, Inſtit. de iure nat. hoc eſt totum ius ciuile ſeruatum vſque ad tempora Iuſtiniani, qui quibuſdam commiſit, vt Principum placita in vnum codicẽ redigerent, & ſic facta eſt, prima cõpilatio Codicis: aliis vt idem facerent de reſponſis prudentũ, quorum libri Pandectæ, ſeu Digeſta dicuntur l. 2. in principio, C. de veteri iure enuclean. Aliis præcepit, vt Inſtitutionum libros componerent quibus iuuenes inſtituerentur, §. igitur, in procemio Inſtit. Voluit etiam vt ſecundò B ab aliis fieret compilatio codicis,& primæ compilationi nouellæ quædam conſtitutiones ipſiuſmet Iuſtiniani additæ ſunt, vt pro legibus ſeruarentur, & ſic factum eſt ius authenticorum in nouem collationes diſtinctum.

*Reſponſa prudentum quæ ſint.*

De his Romanorum legibus,& de origine Romani iuris, plura habet Azor lib. 5. cap. 1. quæſt. 2. 39
tom. 1. Antonius Vacca l. neceſſarium, ff. de origi. iuris. Sebaſtian. Medicis tract. de legibus,& ſtatu. parte 1. quæſt. 6. Manutius lib. de legib. Romanorum quem ſuo catalogo de legibus Romanorum præfixit Paradulphus Prateius in lexico iuris, qui auctores citant alios.

Aliqua autem non ſunt prætermittenda: primum eſt prudentum reſponſa, quæ in digeſtis C continentur, vim legis habere: quia ita voluit Iuſtinianus l. 2. in fine, Cod. de vetere iure enucl.& notauit Sebaſtianus Medicis tractatu de legibus, parte 1. quæſt. 4. num. vlt. Vnde rectè Rebuffus in procem. regal. conſtit. gloſ. 4. ait, reſponſa prudentum, quæ iuri inſerta ſunt, vim legis habere: quod colligit ex §. reſponſa, Inſtit. de iure nat. ſi verò interroges, cuius auctoritas præualeat, quando inter ſe diſſentire videntur? Reſpõdet, in Codice Theodoſiano rub. de reſponſis prudentum, legem hanc haberi: *Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta firmamus: ita vt Caium, atque Paulum, Vlpianum, & cæteros comitetur auctoritas lectionis, quæ* D *ex omni eius corpore recitetur: eorum quoque ſententiam, quorum tractatus, atque ſententias prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt ratam eſſe cenſuimus, vt Sceuolæ, Sabini, Iuliani, atq; Marcelli, omniumq; quos ille celebrauit. Si tamen eorũ libri propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur: vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potens numerus vincat auctorum: vel ſi numerus æqualis ſit, eius parti accedat auctoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli, atque Vlpiani, in Papiniani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, præcipimus infirmari: vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur auctoritas, quod ſequi debeat, eligat moderatio iudicantis.* E Sed quid, quando leges Imperatorum quæ in Codice reperiuntur, videntur contrariæ? Reſpondetur, iunioris Imperatoris legem præualere, vt docet Sebaſtianus Medicis, ſed notat, ideo in Codice primo poni priorum leges: ideo etiam ipſe ponit eorum catalogum per ordinem temporum deſignans annum, in quo quiſque floruerit, vel obierit. Ordine ſuo, ſic diſponuntur, Adrianus, Antonius, Pius, M. Antonius,& Verus, Seruus, & Antonius Caracalla, Antoninus Heliogabalus, Alexander Maximinus, Gordianus, Philippus, Decius, Gallus, Hoſtilius, Valerianus, Claudius, Aurelianus,

*An reſponſa prudentũ vim legis habeant.*

*Quando leges Imperatorum in Codice cõtentæ ſunt cõtraria quid agendum.*

*Catalogus Imperatorum qui Codicis leges condærunt.*

Digitized by Google

relianus, Probus, Carus, Diocletianus, Conſtantinus Magnus, Conſtantinus II. Iulianus Apoſtata, Iouinianus, Valentinianus, Gratianus, Theodoſius, Honorius & Arcadius, Theodoſius Iunior, qui codicem Theodoſianum compoſuit, Martianus, Zeno, Anaſtaſius, Iuſtinus, Iuſtinianus: qui omnium prædictorum leges in Codicem redigi mādauit, & proprias mulctas inſeruit, & omnium authenticorum auctor fuit.

40 Secundum eſt varia fuiſſe olim, vt ex dictis cōſtat, genera legum apud Romanos, de quibus D. Thomas quæſt. 95. art. 4. interpretes ibi, Valentia diſp. 7. quæſt. 5. puncto. 2. Vazquez diſp. 157. cap. 5. Iuſtinianus Inſtit. de iure nat. gen. & ciuili. Iſidorus 5. etym. cap. 4. & ſequentib. Gratianus diſt. 1 & 2. Antoninus 1. part. titu. 18. cap. vnico: inter quas quæ ſtrictiùs dicebatur lex, ſic ab Iſidoro definitur, *Lex eſt conſtitutio, qua maiores natu ſimul cum plebe aliquid ſanxerunt*, & Iuſtini. ſuprà §. conſtat autem, verſic. *Lex eſt, quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule conſtituebat.* Aliæ autem, quæ minùs ſtrictè appellabantur leges, ſic definitæ ſunt: Plebiſcitum ab Iſidoro definitur, *Scita ſunt, quæ plebs tantùm conſtituit; & vocantur ſcita, quòd ea plebs ſciat, vel ſciſcitatur, & rogat, vt fiant.* Iuſtinianus autem §. citato, verſic. plebiſcitum, ſic definit, *Plebiſcitū eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante, veluti Tribuno conſtituebat.* Quid autem eſſet Tribunus, iam ſuprà diximus: plebs autem à populo differt, vt inquit ibidem Iuſtinianus, quòd appellatione populi vniuerſi ciues comprehenduntur, etiam patricij & Senatores; Plebis autem cæteri ſine patriciis & Senatoribus. Poſtea ſtatutum diximus, vt Senatores ſoli legem condere poſſent & eorum lex appellabatur Senatuſconſultum. Tandem, §. ſed & quod Principi, inquit Iuſtinianus, *Quod Principi placuit, legis habet vigorem*: eò quòd populus in principem tranſtulit omnem poteſtatem: idem habet Vlpianus l. 1. ff. de conſt. princip. Dicitur autem nunc pragmatica ſanctio Regis conſtitutio, ſeu lex, cauſa in conſiſtorio ventilata: nam Græcè, πρᾶγμα. Latinè dicitur cauſa ſeu negotium, vt notauit Iſidorus lib. 5. cap. 22. Addit Iuſtinianus eod. tit. §. prætorum, prætorium ius, quòd honorarium ſoleat appellari. Tandem ponit reſponſa prudentum, de quibus latè iam diximus.

*Pragmatica ſanctio quid ſit.*

41 Sed nota, leges quæ ab Hiſpanis, vel aliis Regibus ferūtur, pragmaticas appellari auctore Vazquez ſuprà quando cauſſa in regio Senatu perpenſa, conſtituitur, quæ ſententia eſt gloſ. l. vniuerſa, verſ. pragmatica, C. de diuerſis reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus: vocem enim pragmatica exponit, id eſt, cauſa vētilata in auditorio: πρᾶγμα enim Græcè ſecundùm Iſidorum ſup. cap. 22. Latinè dicitur cauſa: quare Ludouicus II. Galliarum Rex: in litteris ad Pium II. quę in Cōcilio Lateranenſi, ſub Iulio II. & Leone X. coacto, referuntur ſectione 14. conſtitutionem eam pragmaticam ſanctionem appellari inſinuat, quæ magno prælatorum conuentu magna temporis deliberatione concluſa fuit. Alij dicunt pragmaticas appellari quia Reipubl. adminiſtrationem continent: πρᾶγμα enim Græcè idem eſt, quod politia, id eſt, Reipubl. adminiſtratio; vnde falsò Ferrandus Mōtanus §. ſed & quod Principi. Inſt. de iure nat. dixit, pragmaticas eſſe priuilegia, quæ vel vniuerſitati, vel ei, qui bene officio functus eſt conceduntur,

A dictáſque pragmaticas, id eſt, negotiales, ſanctiones.

## SECTIO VIII.

*An reſcripta ſeu reſponſa Principum ſæcularium, vel Eccleſiaſticorum in caſu ſingulari, ſint verè leges, & ius, etiam pro aliis, conſtituant.*

RESCRIPTI nomine epiſtola principis intelligitur, qua conſulenti ſe de iure, reſpondet: quòd à iudicibus fieri debere, cùm de iure dubitant, ſtatutum eſt, l. 11. titul. 22. part. 3. &

*Reſcriptum principis quod nam ſit.*

B inſinuatur l. 1. in principio, ff. de appell. Hoc ſuppoſito, de hac re tractat Vazquez diſp. 157. cap. 5. nu. 37. & ſeq. aitque 1. de Pontificum epiſtolis, & reſponſis, dubium non eſt, legis vim obtinere, vt colligitur ex cap. in cauſis, de ſent. & re iudicata, vbi Innocentius 3. inquit, *In cauſis, quæ ſummi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruandus, cùm in ſimilibus caſibus cæteri teneantur ſimiliter iudicare.* Quod teſtimonium probat quidem, ſententiam Papæ ius facere: quod etiam de ſententiis aliorum Principum poſtea dicemus: non tamen de reſcriptis, ſeu reſponſis Papæ. Meliùs probat Vazquez intentum, quia plurimæ epiſtolæ decretales, quas in corpore iuris

*1. dictum Vazquez.*

*Sententiam Papæ facit ius.*

C habemus, à Gregorio 9. in ordinem redactas, vim habent legis vniuerſalis, tametſi in caſu ſingulari pro reſpōſo latæ fuerint. Neque hoc ſolùm verum eſt de epiſtolis, quas habemus iam in volumine iuris collectas: ſed de omnibus etiam aliis: nam omnes epiſtolas, & decreta extra iuris volumen exiſtentia, iuſſit, vel potiùs declarauit Nicolaus Papa in cap. ſi Romanorum, diſt. 19. reuerenter obſeruanda eſſe: ita cenſent Iuriſperiti in illis capitibus, & Dominicus conſ. 46. vnde Gratianus d. 20 initio ait, *Decretales epiſtolæ canonib. conciliorū pari iure exequentur.* Et perperā Paulus de Caſtr. l. 1. num. 5. ff. de conſt. princip. ait, *Tunc ſolùm decretales Pontificum vniuerſos obſtringere, licèt ad ſpeciales*

D *perſonas deſtinatæ fuerint, quando ab ipſo Pontifice ſubditorum vniuerſitati traduntur, vt cùm in corpore iuris collocantur.*

Secundò ait Vazquez cæterum de epiſtolis, ſeu reſponſis & reſcriptis aliorum Principum inter Iuriſperitos dubitatum eſt. Bartolus l. 2. C. de legibus, diſcrimen cōſtituit inter epiſtolas Pōtificum, & Regum, ſeu Imperatorum, quòd Pontificum epiſtolę etiam in cauſa ſingulari editæ conſtituant ius generale: at epiſtolæ, aut reſcripta Principum non item cōſentit Paulus Caſtren. l. 1. ff. de conſti. princi. & Decius rubri. de reſcript. col 1. imò videtur ita definitum l. 2. C. de legib. vbi dicitur: *Quæ ex relationibus, vel ſuggeſtionibus iudicantium vel*

*2. dictum eiuſdem.*

*Diſcrimen inter regum & pontificum reſcripta.*

E *conſultatione in commune florentiſſimorum ſacri noſtri palatij procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuſlibet corporibus aut legatis, aut prouinciæ, vel ciuitati, vel curiæ donauimus, nec generalia iura ſint: Sed leges faciant iis duntaxat negotiis, atque perſonis pro quibus fuerint promulgatæ:* confirmatur ſententia Bartoli quia à lege Principis appellare non licet, l. 1. in princ. ff. à quibus appellare: ſed à reſcripto Principis ad eundem prouocatur, l 1. in prin. ff. de appell. ergo non eſt lex generalis, communis tamen ſententia eſt, reſcriptum, epiſtolam, aut reſponſum Principis in negotio, aut lite ſingulari

*A lege principis appellare non licet.*

*Reſcriptum principis vim legis habere probatur.*

lari vim habere legis vniuerſalis, ſicque vſu receptum eſt, vt talia reſponſa & declarationes loco legum generalium circa rem ſimilem habeantur in duobus caſibus, etiam ſi talis epiſtola, vel reſponſum in volumine legum conſtituta non ſit. Primus, quoties talis epiſtola, vel reſcriptum aut reſponſum datur ad declarationem alicuius legis, vel caſus dubij. Nam legis interpretatio legitima, eiuſdem eſt poteſtatis, atque ipſa conſtitutio legis. Hanc ſententiam ſequitur Burgos de Paz in proœmio legum Tauri num. 452. Felinus rubr. de reſcriptis num. 1. qui citat pro ſua ſententia Archidiaconum, & Dominicum cap. ignorantiam 28. d. & c. in cauſis de ſent. & re iudic. & conſentit Romanus conſilio 260. col. 1. quem refert Felinus. Secundus eſt, quoties de mente legiſlatoris conſtituit, voluiſſe eſſe pro lege: quia in reſcripto dicit, vt ad illius normam ſimiles cauſæ definiantur: de quo non poteſt eſſe controuerſia. Sed abſolutè reſcriptum ſeu epiſtolam Principis ius facere, docet Iaſon l. 1. ff. conſt. num. 5. & Orocius num. 21. & Ludouicus Gomez in proœm. regularum Cãcellariæ quæſt. 2. §. quartò pro iſta parte, Ioannes de Platea l. neque Dorotheum l. de Decurion. lib. 10. Archidiaconus, & Dominicus cap. ignorantia d. 38. Felin. rubri. de reſcript. num. 1. & cap. in cauſis num. 3. de ſent. & re iudicata, Romanus conſil. 260. col. 1. Couarruuias 2. p. de ſponſalib. cap. 7. §. 4. nu. 15. Burgos de pace in proœmio legum Tauri à num. 450. Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio diſp. 14. num. 4. & Vaſquez ſuprà, probant aliqui ex l. non poſſunt, ff. de legib. vbi dicitur, *Nõ poſſunt omnes articuli ſingulatim, aut legibus, aut Senatuſconſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilem procedere, atque ita ius dicere debet.* Ergo ſimiliter cùm ſententia Principis reſcripto manifeſta eſt, ad ſimilia debet extendi, quo argumento bene opinio hæc in primo caſu probatur, & in eodem patet ex illa voce, qua Iuriſconſulti in ſuis reſponſis frequenter vtuntur, *idem imperator reſcripſit: iidem imperatores reſcripſère*, vt videre eſt l. 3. §. ideoque, ff. de teſtibus, & l. final. ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. pertin. idem patet ex l. 1. Cod. de legibus, vbi dicitur, *Principes cenſuerunt, vt ea, quæ in certis negotiis ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum facta componerent*, idem, Iuſtinianus l. fin. C. de legib. ita declarauit, inquiens. *Si imperialis maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit, & partibus cominus conſtitutis ſententiam dixerit, omnes omninò iudices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant, hoc eſſe legem, non ſolùm illi cauſſa, pro qua producta eſt; ſed & omnibus ſimilibus.* Et paulò inferiùs irridet eos, qui in veteribus legibus dubitarunt, vtrum imperialis ſenſus legem interpretatus obtineret, & vim legis haberet omninò; an non. *Si enim in præſenti*, inquit, *leges condere ſoli imperatori conceſſum eſt, & leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe oportet.* Vbi hoc latè proſequitur. Quamuis igitur Imperator hãc ſuam mentem non declaraſſet, ratione tamen ipſa conſtabat, id quod ipſe poſteà expoſuit, nempe eamdem vim habere interpretationem legis, vel iuris, factam à Principe in re dubia, ſiue per epiſtolam & reſcriptum, ſiue per ſimplex reſponſum: nam interpretatio legis auctoritate legiſlatoris facta, eſt ipſa vita legis: ideóque Rex eſt ipſa lex viua, quia loquitur, & legem ſcriptam interpretatur, quãdo vult. Lex autem ſcripta dicitur mortua lex:

*Non poſſunt omnes articuli legibus comprehendi.*

*Lex eſt quod Imperator cauſſa examinata cognitionaliter dixerit.*

*Rex eſt ipſa lex viua.*

A quia non poteſt interpretari ſeipſam, & ita quaſi mortuus homo eſt, qui pro ſe loqui non poteſt. Ergo idem quod in vno caſu Princeps interpretatur vim habet legis vniuerſalis, ad reliquos omnes idem definitum, ſeu declaratum eſt in noſtro regno, l. 13. tit. 22. parte. 3.

Quocircà l. illam 2. Cod. de legib. quæ oppoſitum videbatur definire, intelligit Vazquez vt ea, quæ Princeps ſtatuit in caſu, & negotio ſingulari, non quidem ad declarationem iuris pro iuſtitia alterius partis; ſed in aliis circumſtantiis & negotiis, non habeantur pro lege communi, quaſi ita etiam debeant in aliis omnibus negotiis obſeruari, quæ reſpiciunt modum ipſum procedendi in liB te, potiùs quàm declarationem iuris: alioqui Imperator ſibi manifeſtè contradixiſſet, & in hac lege contra manifeſtam rationem decreuiſſet: nam ſi in vno caſu legem dubiam vno modo interpretatur, quomodo fieri poteſt, vt in ſimili negotio aliter interpretetur? Sic enim lex eius eſſet regula plumbea, quam leſbiam vocare poſſemus cum Ariſtotele 5. ethic. cap. 10. licet ille regulam leſbiam appellet æquitatẽ, quæ ſe accommodat rebus, quando legis diſpoſitio ceſſat: cumque legis interpretatio ſit anima illius, & vita, facta ſemel interpretatione aut omninò lex debet abrogari, aut conſenſu non alio viuere. Ex his declarat Vaſquez l. 1. ff. de legib. & conſtitut. & quod habetur §. ſed & C quod, verſ. quodcumque ergo, inſtit. de iure nat. vbi decernitur, epiſtolam Principis, aut decretum in cauſa, quam cognouit, aut id quod edicto præcipit, vim habere legis, poſteà verò, inquit, ex his decretis quædam eſſe leges perſonales, quæ non trahuntur ad exemplum in ſimili caſu, quædam verò, quæ ad ſimiles caſus extenduntur. Nam quod ob meritum Princeps indulſit, vel ſi aliquam pœnam inflixit, vel ſi alteri ſine exemplo ſubuenit, ſunt leges ſingulares, quæ non tranſgrediuntur perſonam: ergo de his reſcriptis intelligi debet lex illa 2. Cod. de legib. vt interpretatur ibi Baldus num. 1. & Gloſſa, dum ſummarium, ſeu caſum legis conſtituit: cui legi conſonat Innocent. III. ſuD prà, vbi poſt verba relata ſubiungit, *niſi fortè cùm aliquid cauſſa neceſſitatis, & vtilitatis inſpecta, diſpenſatiuè duxerit ſtatuendum.* Quod verò decernitur circa dubium aliquod de legis, aut iuris intelligentia, non poteſt non eſſe vniuerſalis lex. Et de hoc genere reſcripti loquitur lex illa fin. C. de legib.

*Regula leſbia quæ ſit.*

*Decretũ Principis in cauſſa quam cognouit vim habet legis.*

Ad confirmationem reſpondeo, à reſcripto Principis ad eumdem prouocandi tunc tantùm ius eſſe, cùm falſa cauſſa ductus, reſcripſit, vt patet ex reſcripto Imperatoris, relato dicta l. 1. ff. à quibus appellare: *Si enim* (inquit Imperator) *docuerint, falſa eſſe, vel non ita ſe habere, quæ ſcripta ſunt, nihil à nobis videbitur iudicatum, prius quàm contra ſcriptum fuerit, quemadmodum aliter ſe res habeat, quàm nobis inſinuatum ſit.* 44

*A reſcripto Principis quãdo appellare liceat.*

E Tertiò dicit Vazquez, licet Felinus hanc ſententiam dicat eſſe verã in reſcripto ſupremi Principis, non autem cuiuſcumque alterius, cui conuenit ex conceſſione legem ferre: & videtur adducere exemplum in duce Venetorum: tamen dicendum eſt nullam eſſe differẽtiam, niſi reſp. vel Princeps ſupremus alicui inferiori Principi commiſiſſet leges ferre hoc pacto, vt ipſas non poſſet interpretari ſine peculiari conſenſu ſuo: quod videtur abſonum: nam qui idoneus eſt, vt leges ferat, non minùs idoneus erit, vt eas interpretetur, imò me-

*Tertium dictũ eiuſdem.*



Digitized by Google

liùs quàm ſupremus interpretabitur, præſertim ſi A ipſe eam legem tulit, de qua oritur dubitatio. Hanc ſententiam contra Felinum ſequitur Iaſon. l. 1. ff. de conſt. num. 6. pro qua citat Angelum. l. item veniunt. §. cæterum. ff. de iure hæred.

*Quartum dictum eiuſdē.*

Quartò, dicit Vaſquez cum Burgos Pacenſi, ſchedulas, quas Rex noſter Hiſpaniæ, & alij Reges mittunt ad tribunalia, & Cancellarias ad dubiorum declarationem; eodem modo vim legis habere, etiam ſi ex conſilio procerum & ſenatorum non manauerint; & ratio eadem eſt.

*Quintum dictum eiuſdem. Rex definiens litem exortā quando facit legem.*

Quintò, ait Vaſquez, ſi dubium, & litem exhortam definiat Rex, non interpretando legem aliquam à ſe latam, ſed ductus tantùm ratione naturali, in caſu, in quo nulla lex ab eo lata locum haberet; reſponſum Principis eſſet pro lege in ſimili B caſu, ac ſi Rex legē aliquā à ſe latā interpretaretur: Nam tunc interpretatur ius, & æquitatē naturalē: ſicut enim Princeps interpretatus naturalē æquitatem ferre poſſet legem communem, & eam promulgare, ita etiam cum in caſu ſingulari, quod dubium eſt, interpretatur legem naturalem, cenſetur pro aliis ſimilibus caſibus legem ferre: cùm iuſtum non ſit in aliis caſibus alio modo æquitatem naturalem interpretari. Quòd ſi poſtea conſtaret manifeſtè, decretum Regis eſſe contra ius naturale, non haberet locum eius reſcriptum & epiſtola: de reliquo autem eadem videtur eſſe ratio; hactenus Vaſquez. C

45
*Reſcripta Principum quænam eſſent.*

Pro maiori autem declaratione nota. 1. cum Azor tom. 1. lib. 5. c. 24. quæſt. 1. reſcripta Principum olim fuiſſe dicta, quibus illi, vel ad libellos ſupplices præſentium, vel ad magiſtratuum præſentium vel abſentium conſultationes, quid ſibi de ea re fieri placeret, reſpondebant. Vnde reſcriptum dicitur id, quod Imperatores vel Pontifices conſulentibus eos reſpondent, l. 1. ff. de appell. reſcriptum etiam eſt ſtatutum Principis, quo præcipitur, aut prohibetur aliquid motu proprio ſiue interpellatione alicuius per epiſtolam facta, ſiue ſecus.

De hac re multa Rebuffus tom. 2. reg. conſt. tract. de reſcrip. quæſt. 1. num. 3. & ſequentibus, D vbi alios citat & aliquid Sebaſtianus Medicis tractatu de legib. & ſtatutis parte 2. quæſt. 5. num. 18.

*Reſcriptum quādoque latè, quandoque ſtrictè ſumitur.*

Secundò, nota cum Azor ibidem quæſt. 2. & Panormitano rubr. de reſcriptis, reſcriptum aliquando latè ſumi, & tunc circa omne priuilegium, & beneficium Principis verſari poteſt: aliquando verò ſtrictè & propriè, & tunc non verſatur circa beneficium, aut priuilegium Principis.

*Priuilegium quid ſit.*

Eſt autem priuilegium facultas alicui à Principe data aliquid faciendi, vel non faciendi, quod alioqui eſſet contra legem.

*Beneficium quid ſit.*

Beneficium verò eſt facultas, vel quid aliud bonum à Principe conceſſum præter leges. E Reſcriptum autem ſtrictè ſumptum eſt, quod verſatur non circa beneficia, aut priuilegia: ſed circa iuris, vel præcepti explicationem, vel conſtitutionem: vt cùm reſcriptum committit cauſam inter aliquos definiendam, aut reſpondet, quid in re aliqua iuxta leges, vel Canones fieri debeat: in Cod. extat titulus de diuerſis reſcriptis, in Decretalib. de reſcriptis, vbi reſcriptum latè ſumitur, & comprehendit etiam literas, quibus conceditur priuilegium, vel beneficium: numquam tamen in iure ſententia appellatur reſcriptum, vnde non bene

*Sentētia Principis habet vim legis.*

probatur, reſcriptum datum in vno negotio, habere vim legis in ſimilibus, quia ſententia Principis habet vim legis.

46
*Prima cōcluſio.*

His ſuppoſitis ſit prima concluſio, Decretum, ſeu ſententia Principis inter partes, de quarum cauſa ipſe cognouit, conſtituit legem ſeu ius: ita docet Rebuffus in prooem. conſtit. reg. Gloſſa 2. ex l. 1. ff. de conſt. Principū, vbi ſic dicitur: *quodcumque. Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, legem eſſe conſtat.* Vbi Gloſſa explicat decreuit, dando diffinitiuam ſententiam vt l. fin. Cod. de legibus, & conſtit. Princip. ſed, *interlocutus eſt*, explicat Gloſſa ſic, *quæ tamen interlocutio non eſt generalis, niſi hoc expreſsè dicatur, vt Cod. eod. l. 3. quæ eſt contra.* Additio autem ad iſtam Gloſſam ſic habet. *pro ſolutione huius cōtrà diſtingue ſecundum Bartholum hic: aut Principis interlocutio eſt redacta in corpore iuris, aut non: primo caſu obſeruatur pro lege generali, vt in contrario; ſecundo caſu non: vt plenè notatur per Cynum in l. leges Cod. eodem:* itaque ſecundum Gloſſam illam, quando Princeps de plano interlocutus eſt ſine cognitione cauſæ, ſententia eius non habet vim legis generalis: ſecus quando cum cauſæ cognitione: & ſic debet etiam intelligi & limitari ſententia Rebuffi ſuprà, & quod Vaſquez dixit, ſentētiam Principis in aliqua cauſa habere vim legis generalis pro ſimilibus: quod rectè etiam colligitur ex verbis citatis Innocentij III. c. in cauſsis de ſent. & re iudicata, & idem expreſsè habet §. ſed & quod, verſ. quodcumque ergo, inſtitu. de iure nat. vbi Gloſſa Accurſij in Verbo, decreuit, dicit *ſcilicet ſedens pro tribunali dando ſententiam diffinitiuam, vt Cod. de legib. & conſt. l. fin. Nam interlocutio Principis non habet vim legis, niſi hoc expreſſerit à principio vt ea l. fin. Cod. de legib.*

*Sētentia Principis in aliqua cauſſa habet vim legis.*

*Sententia Papæ habet vim legis.*

Item ſententiam Papæ latam ſeruato ordine iuris habere vim iuris communis ex d. cap. in cauſis probat Sebaſtianus Medicis, tract. de legib. & ſtat. parte 3. quæſt. 11. n. 2.

47
*Secunda concluſio.*

*Epiſtola ſeu reſcriptū Principis habet vim legis.*

Secunda cōcluſio epiſtola, ſeu reſcriptum Principis ad relationem magiſtratus, de re dubia emiſſum, vt l. verum, §. ex facto, ff. de minor. §. ſeu. verſ. Dominorum, inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. Habet vim legis: patet ex illa, l. 1. ff. de legib. & conſt. princip. & illo, §. ſed & quod, verſic. quodcumque ergo, inſtit. de iure nat. & ita docet Rebuffus illa Gloſſa 2. procemij conſt. reg. vbi addit. *Sic facta ſunt ferè omnes leges Codicis, vbi imp. ad petitionem alicuius reſpondet, & ius conſtituit, vt ibi patet: etiam decretalis epiſtola ad alicuius conſultationem facta, dicitur Papæ conſtitutio, vt eſt in Decretalib. Gregorius & Gloſſa in ſumma, diſt. 3. & ſæpius per reſcriptiones Imperator ius conſtituit l. ſæpe, ff. de offic. præſid. & multa iure ſic ſunt conſtituta, in quibus dicitur, Imperator reſcripſit l. Imperator, ff. de ſtatu hominis l. integrum, ff. de minorib.*

*Decretalis epiſtola dicitur Papæ conſtitutio.*

Multa allegauit idem Rebuffus tom. 2. conſt. reg. tract. de reſcript. quæſt. 11. §. 14. num. 152. vbi adducit cap. multi 2. quæſt. 1. c. licet 16. quæſt. 3. l. Mela, ff. de alim. & cib. lega. Romanus conſil. 260. in propoſito, in princip. Archidiaconus & Dominicus cap. ignorantia diſt. 38. & Felinus, rubri. de reſcrip. vnde idem Rebuffus §. 17. num. 156. probat, omnes virtutes legis poſſe tribui reſcriptis Principis. Hanc etiam ſententiam quod reſcriptum Principis faciat ius, non ſolùm inter partes, vt ſcripſit Ioannes Andreas rub. de reſcript. ſed etiam quoad alios, docet Nauarrus lib. 3. Conſiliorum Conſil. 30. de præbend. num. 3. ex. c. licet 16. q. 3. c. ea multi 2. q. 1. cum aliis multis per Felinum rubric. de reſcrip. col. 1.

Tertia

Digitized by Google

*Tertia concluſio. Principes non ſupremi non conſtituũt ius per reſcripta.*

Tertia concluſio, Principes non ſupremi non conſtituunt ius per reſcripta, ſeu epiſtolam, nec A per ſententiam: ita ſentit Rebuffus illa Gloſſa 2. poſtquam enim dixit, Principem tripliciter ius conſtituere 1. per reſcriptum, ſiue epiſtolam 2. per ſententiam 3. per edictum, nempe quando vltrò ex natura ſua motus ad honeſtatem, & ſubditorum vtilitatem, decreuit, & vt futuris obuiet periculis: ſubiungit. *Atqui prætores, & alij magiſtratus per edicta tantum ius conſtituebant ob doni, odij, amicitiæue ſuſpiciones, quæ à Principe abſunt, §. Prætorum quoque edicta, inſtit. de iure naturali.* Ex quo, §. bene colligitur, quoniam poſtquam dixerat, variis modis Principem poſſe legem conſtituere, de prætoribus ſolùm inquit, per edictum: ergo ſentit, non B poſſe aliis modis. Nec mirum eſt, ſi Principes non ſupremi magis limitatam habeant poteſtatẽ condendi leges, quàm ſupremi. Hanc concluſionem tenet Felinus relatus à Vaſquez ſuprà in tertio ſuo dicto: vnde, etiam ſi Epiſcopus per epiſtolam particularem, vel ſententiam in aliquo negotio declaret propriam conſtitutionem, non tenentur ſubditi in ſimilibus iuxta eius declarationem facere, aut iudicare: ſed poterunt ſequi declarationem, quam verba conſtitutionis patiuntur.

*Quarta concluſio.*

Quarta concluſio etiam ſi reſcripta ſint ſupremi principis, vt vim legis habeãt, debent eſſe ſufficienter propoſita, & promulgata communitati, vt patet ex iis, quæ dicemus diſp. de promulgatione: interim tamen dum non promulgantur ſuffi- C cienter, erunt præcepta tantùm particularia.

*Quinta concluſio. Rex cùm declarat ius naturæ non habet infallibilẽ auctoritatem.*

49 Quinta cõcluſio, ſi Rex verbi gratia in ſua ſententia, vel epiſtola nihil præcipere velit vltra ius naturæ, & declaret, in tali caſu, hoc eſſe ius naturæ, non teneor eius declarationi ſtare: quoniam non habet infallibilem auctoritatem declarandi ius naturæ, ſed poteſtatem præcipiendi, quæ iuſta fuerint, ſeu honeſta & communi bono expedientia. Si tamen abſolutè præcipiat, vt hoc vel illud fiat, ratus illud eſſe ius naturæ, & mihi certum eſt, eſſe ius naturæ, teneor ei obedire: ſi tamen dubito, dicendum eſt, vt dixi diſp. 1. ſect. 9. num. 58. quando dubito an lex ſit iuſta.

*Pontifex habet auctoritatem explicãdi quid ſit ius naturæ.*

Pontifex tamen auctoritatem habet explicandi D ex principiis fidei, quid ſit ius naturæ, vnde tali eius declarationi ſtandum eſt, omiſſis aliis declarationibus, quæ alioqui viderentur probabiles.

*Sexta concluſio. Quod eſt in aliqua cauſſa ſtatutum non debet ad diſſimiles extẽdi.*

Sexta concluſio, quod Princeps in aliqua ſtatuit cauſa, non eſt ad res in aliquo diſſimiles producendum, vt quod circa monachos Sublacenſes ſtatuit Innocentius III. cap. cùm ad monaſterium, de ſtatu monachorum, ne quis de cætero lineis camiſiis vteretur, ne carnibus veſceretur, quia ita habebant eorum conſtitutiones, non eſt ad cæteros religioſos extendendum, qui ſimiles conſtitutiones non habent: nec quod de Minoribus ſtatuitur cap. exiit qui ſeminat, de Verb. ſign. in 6. non poſſe, etiam in communi, proprium habere, cæteris religioſis debet accommodari, qui non ſunt omninò ſimiles. E Vnde rectè Oroſius, l. non poſſunt num. 1. ff. de legib. ait, non eſſe in iure ciuili latius argumentum, quàm quod à ſimili depromitur, ſicut neque vllum infirmius, vt pote quod data vel modica diſſimilitudine euitari poteſt.

## SECTIO IX.

*An reſponſiones congregationis Cardinalium inſtitutæ ad explicationem Tridentini, vim legis habeant.*

*Prima opinio.*

De hac re ex profeſſo tractat Emmanuel Rodriguez tom. 1. quæſtionum regul. quæſt. 11. art. 6. vbi refert ſententiam cuiuſdam patris doctiſſimi ſui ordinis, ſcilicet B. Franciſci, qui ſecutus (vt affirmabat) ſententiam doctiſſimorum virorum, docuit, has declarationes non habere vim legis. Verba eius ſunt. *Nonnulla fuerunt decreta ab hac illuſtriſſima congregatione impetrata, ad regulares ſpectantia, quæ vtrum obligent, conſulendus eſt ſummus Põtifex, & illud eſt inuiolabiliter obſeruandũ, quod ab illo ſub literis authentitis fuerit declaratũ.* Interim tamẽ à viris doctiſſimis firmatũ fuit, huiuſmodi declarationes, quę ad inſtantiã quorumdam fiũt, nõ obligare in foro interiori, neque exteriori. Atque adeo inferunt neminem eſſe damnandũ in iudicio propter has declarationes Cardinalium, ſi oppoſita ſententia idoneo & iuridico fulta ſit fundamẽto. Huius rei ratio hæc eſt: quia prædictæ interpretationes nõ habent vim legis; nõ enim ſunt ſolemniter promulgatæ, & promulgatio eſt de intrinſeca ratione legis (vt eodem tom. quæſt. 6. art. 3. tractat Emmanuel, & nos infrà diſp. 12.) Nec huiuſmodi declarationes habent rationem ſententiæ definitiuæ; cùm omnes ſciant, quod parte non audita ſint factæ. 50

*Declarationes Cardinalium non obligant omnes, donec à Pont. max. cõfirmentur.*

Si obiicias, Si hæ declarationes nec in foro externo nec in interno obligent, inutilis erit huius congregationis inſtitutio. 51 Negabat conſequentiam author illius ſententiæ, nam maturo conſilio à Gregorio XIII. & Sixto V. inſtituta fuit ad tollẽdos frequentes ſcrupulos, quos quotidie oriri videmus circa ea quæ in Trid. ſtatuta ſunt. Atque ideo iſtæ declarationes potiùs ſunt doctorales, quàm iudiciales, cum nulla ſit promulgata lex, quæ iubeat, has declarationes ſuſcipiendas eſſe tamquam leges certas, & infallibiles. Nam ſicut dubia omnia abſolui poſſunt doctrinaliter à Iuriſperitis & Theologis, imò ſæpe à Pontifice ita factum legimus: cum ita ipſe voluit, quoſdam eſſe ſacri Concilij interpretes, quorũ reſponſa doctrinalia eſſent, interim dum ſummus Pontifex declarationem iudicialem non conderet, ac promulgaret. Huius auctoris ſententia confirmari poteſt 1 quia olim à Romanis deſignati erant Iuriſconſulti ad legum declarationem, quorum tamen reſponſa non habebant vim legum, donec in digeſtis poſita, à Iuſtiniano Imperatore vim legis receperunt, vt retulimus ſectione 7. ergo idem dicendum eſt de his congregationis reſponſis: & alioqui innumeras habebimus leges Eccleſiaſticas extra volumina iuris Canonici: quoniam hæc reſponſa innumera ſunt, & non ſolùm continent interpretationem Concilij Tridentini, ſed etiam religionum quarumcumque inſtitutorum, vt patet ex duplici conceſſione Sixti V. relata ab Emmanuele ſuprà art. 1.

*Conf. 1. Reſponſa Iuriſprudẽtium quando vim legis habuerunt.*

Secundò, quoniam quædam ex his declarationibus cum aliis pugnant: vt videre licet in quibuſdam relatis à Suarez 3. par. tom. 4. diſp. 28. ſect. 6. qui hanc etiam pugnãtiam obſeruauit: ergo non omnes habent vim legis. Si dicas, poſteriores eſſe ſequendas, vt ibi Suarez indicat, contrà: quia illi non habent auctoritatem reuocandi leges: ergo ſi priores declarationes habent vim legis, non reuocabuntur per poſteriores. 2

*Declarationes quædam cum aliis pugnant.*

Tertiò, quia ſi Pontifex vellet, eſſe leges; vellet, 3 vt typis mandarentur, & per totum orbem publi-



Digitized by Google

carentur: ſcimus autem id numquam permiſiſſe: ergo ſignum eſt, non velle, vt pro lege habeantur, ſed quaſi veriſſimiles, & probabiles virorum Doctorum, & in ea re peritorum, interpretationes. Et ipſamet congregatio non affirmat, ſuam interpretationem eſſe certam, ſed affert illam tamquam probabilem, eo quod re diligenter diſcuſſa à viris doctiſſimis emanauit, etiam Pontifice conſulto. Nec enim aliter interpretandi facultatem eis cōcedit Pontifex, vt patet ex conceſſione quadam Sixti V. relata ab Emmanuele ſuprà art. 1. ex Bullario Sixti V. quæ ſic dicit, *Eorum quidem decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent, interpretationem nobis ipſis reſeruamus: Cardinalibus verò præfectis interpretationi, & executioni Concilij Tridentini, ſi quando in his, quæ de morum reformatione, diſciplina, ac moderatione, & Eccleſiaſticis iudiciis aliiſque huiuſmodi ſtatuta ſunt, dubietates, aut difficultates emerſerint, interpretandi facultatem (nobis tamen conſultis) impartimur*, &c. Nauarrus in quodam conſilio expreſsè docet, contra quamdam interpretationem congregationis, & tamen Romæ erat & rectè callebat auctoritatē illius congregationis: ergo non tanta eſt, vt eius reſpōſa pro legibus habere debeamus.

*Nauarrus docet his declarationibus nō eſſe ſtandum.*

5 Confirmatur quintò, quia Emmanuel relatis verbis illius viri doctiſſimi, ait, *quæ licet vera appareant: in aliquibus tamen examinatione opus habent*; ergo ſaltem ſentit, opinionem illius eſſe in parte veram, aut probabilem.

6 Confirmatur ſextò, quia in legibus pro tota Eccleſia faciendis maiorem conſultationem, & neceſſitatem interuenire cernimus: cùm enim tot, & tam varia emergant dubia, non poteſt congregatio, & multominùs Pontifex, de quolibet illorum multùm cogitare: ergo non videtur mens Pontificis, vt illa reſponſa pro legibus habeantur.

52 Secunda opinio, quæ eſt Emmanuelis illo art. 2. ait 1. dictas declarationes, ſi authenticè ſigillo ipſius congregationis, aut alio iuridico habeantur, in iudicio, & extra iudicium eſſe obligatorias, & ſecundum eas authenticas ſæpè in tribunalibus fuiſſe iudicatum. Et ego (inquit) ſcio ſecundum quamdam Cardinalium declarationē fuiſſe quemdam ætatis ſolùm ſedecim annorum admiſſum ad quamdam dignitatem in Eccleſia collegiata in Diœceſi Burgenſi: declarauit enim Congregatio quod Tridentinum ſect. 24. de reform. c. 12. requirēs 22. annum ætatis ad huiuſmodi admiſſionem, loquitur de dignitatibus, & canonicatibus Eccleſiarum Cathedralium: non autem collegiatarum, vt patet ex litera Concilij, & probat Quintilianus Mandoſius Conſil. 20. à num. 12. Dicere autem, quod vt declarationes obligent in foro conſcientiæ, aut exteriori, eſt neceſſarium promulgari, non videtur verū. Licet enim leges, vt obligent, ſit neceſſarium publicari, vt tamen declarationes legum iam publicatarum, & receptarum obligent, non eſt neceſſarium publicari: ſufficit leges ipſas eſſe promulgatas, & receptas, vt earum declarationes à Principe, vel habente eius poteſtatem datæ, obligent eodem modo, quo ipſæ leges obligāt. Addit, nec mihi videtur verum, quod dixit prædictus pater, ſcilicet à Pontifice ſolùm concedi congregationi illi interpretationē doctrinalem. Nam declaratio ab eis lata cenſeri debet, non ſicut declaratio doctrinalis lata à Doctore, & iuriſperito: ſed ſicut lata ab eo, cui legiſlator dederit facultatem, imò & ab ipſo legiſlatore: cùm Congregatio

*Qui teneant has declarationes vim legis habere.*

*Declarationes legum vt obligent, non egēt promulgatione.*

A inconſulto Pontifice, non poſſit vllam declarationem facere, vt patet ex verbis commiſſionis citatæ. Nec obſtat quod pater ille dicebat, nullam eſſe legem promulgatam, quæ iubeat, has declarationes ſuſcipi tamquam leges certas, & infallibiles. Reſpondeo enim, licet nulla ſit expreſsè hoc iubens; attamen cum congregatio declaret auctoritate Papæ, eóque conſulto: eadem lege, qua tenemur recipere declarationem Papæ tamquam veram, & legitimam, cùm ad legiſlatorem pertineat legitima ſuarum legum declaratio, vt dicitur cap. 1. de iuramento calum. tenemur recipere declarationes congregationis vt legitimas & vim legis habentes, mentémque legiſlatoris continentes. Vnde infert, tales declarationes, ſi authenticæ B ſint, dicendas eſſe declarationes diffinitiuas, & vt tales imponere neceſſitatem, & in ſcriptis redigi, ſicut declarationes legiſlatoris iuxta cap. inter alia, de ſent. excom. & §. ex his omnibus, 2. quæſt. q. 1. & l. vlt. Cod. de legib. & c. fin. de conſt. ius faciunt quoad omnes. Dixi, inquit, *authenticæ*, ſi enim authenticæ non ſint, non obligamur ad eas recipiendas, & in hoc caſu vera erit opinio dicti doctiſſimi Patris. Hæc Emmanuel.

Sed interpretationem legis non habere legis vim & auctoritatem, niſi promulgata ſit, dicemus ex Suarez, diſputantes de regulis & notis, quibus cognoſcitur, legem obligare, aut non obligare, C ſub mortali, reg. vlt. & agentes de promulgatione legis. Et ipſemet Suarez in ſua vltima regula ad obligationem legis dignoſcēdam, habet hæc verba, *Hîc autem occurrebat ſpecialis quæſtio, quæ hoc tempore deſideratur*, declaratio Cardinalium circa Tridentinum an ſit authentica, ſeu auctoritatiua, vim habens legis, an verò doctrinalis, ſeu quaſi doctorum: ſed huius dubij deciſionem ſummo Pontifici remitto: & dum aliud non definitur, nondum cēſeo habere vim legis, donec certiùs de illis conſtet, & ſufficienter propoſitæ ac promulgatæ ſint. 53

## SECTIO X. *De lege fomitis.*

D De hac lege agit D. Thomas hac quæſt. 91. ar. 6. & nos aliquid diximus diſp. 1. ſect. 4. n. 11. ſed pro declaratione aduertē, fomitē apud Calepinū & alios Latinos, eſſe aſſulā ex arbore excuſſam, dum cæditur, vel dolatur: quæ ignem facilè concipit, quaque ipſe ignis facilè nutritur, & fouetur: vnde factum eſt, vt rem omnem, quæ facilè igne accenditur, vel facile ignem accendit, fomitē appellemus. Virg. 1. Æneidos, *Nutrimēta dedit, rapuitque ex fomite flammam*: ſic Aul. Gell. lib. 15. noct. cap. 1. de quodam, qui ſe vino ingurgitabat, dixit, *fomitem eſſe, & incitabulum ingenij, virtutiſque, ſi mens & corpus hominis vino flagraret*. Quia ergo concupiſcentia inordinata hominis à peccato originis veluti excuſſa facilè E flagrat, flagraréque facit voluntatem prauis affectibus, fomes peccati nuncupatur à D. Thoma hîc, & aliis Theologis communiter, & à Tridentino ſect. 5. in decreto de peccato origin. can. 5. Hiſpanè dici poteſt, *haſtilla, yeſca othea del peccado*. 54

*Fomes quid ſit.*

*Fomes peccati cur dicatur cōcupiſcentia.*

Hanc concupiſcentiam inordinatam, ſeu fomitem legem appellant D. Thomas & cæteri Theologi, ſic explicantes id Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Eam D. Thomas appellat legem pœnalem, non quia pœnam imponat tranſgreſſoribus: ſed quia eſt pœna peccati originalis, ob quod Deus hominem priuauit

*Lex pœnalis cur dicatur fomes.*

Digitized by Google

nit dono iuſtitiæ originalis, quo concupiſcentia ſubiiciebatur rationi: putat autem D. Thomas ad 1. & quæſt. 90. art. 1. ad 1. ſi non eſſet pœna peccati originalis, quamuis concupiſcentia eſſet inordinata, non fore legem; ſolùm enim eſt lex ſecũdum quod ſequitur ex diuinę legis iuſtitia, tamquam ſi diceretur lex eſſe, quod aliquis nobilis propter ſuã culpam ad ſeruilia opera induci permitteretur. Sed licet non cum tanto rigore diceretur lex, ſi non eſſet pœna inflicta lege diuina, credo fore tũc legem metaphoricè, quatenus inclinaret ad malum, vt leges bonæ ad bonum, & ſicut explicat Vaſquez id Prouerb. 8. *legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos*, inclinationem aquæ ad proprium locum, appellari legem. Et in ſtatu innocentię appetitus & cõcupiſcentia ordinata erat lex bona, quia inclinabat ad bonum, ſicut concupiſcentia in brutis eſt lex & bona, quia inclinat ad bonum ipſorum, vt colligitur ex D. Thoma in corp. & ad 3. ſic etiam Rom. 7. lect. 4. dixit, fomitem dici legem: quia ſicut lex inducit ad bonum faciendum, ſic fomes ad peccandum. Hac ratione legem dici, docet Vaſquez art. 6. vbi etiam contra aliquos Thomiſtas notat, quando Paulus dicit, *video aliam legem in membris meis*, nomine legis non ſolùm intelligi inclinationem membrorum, ſed etiam appetitus ſenſitiuos, vt explicant omnes Græci, & Latini. Et ratio eſt euidens, quia eadem eſt inclinatio membrorum & appetitus: membra enim per ipſum appetitum inclinantur. Maior autem dubitatio eſt, an lex peccati, & membrorum apud Paulum eadem ſit: nam Paulus videtur eas diſtinguere, cùm ait, *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Sed manifeſtum eſt eamdem eſſe, vt docet Pererius Rom. 7. diſp. 17. & Auguſt. 1. de nuptiis cap. 30. nam ſtatim ſubiungit, *quæ eſt in membris meis*: ergo lex peccati eadem eſt lex membrorum. Caiet. tamen ibi ait, licet ſit eadem ſubiecto, ab ea diſtingui formaliter, & penes diuerſa Principia: quia lex membrorum eſt à natura, lex peccati à peccato: lex membrorum eſt inclinatio; peccati verò, priuatio iuſtitiæ originalis, & pœna peccati originalis. Toletus etiam ibi annot. 22. ait, eſſe eamdẽ ſubiecto, quia eadem eſt concupiſcentia, in qua vtraque lex eſſe dicitur, formalem tamẽ differentiam alio modo quàm Caiet. conſtituit: ait enim, concupiſcentiã carnis impellens in ea, quæ contra rationem ſunt, dicitur lex membrorum, trahens autem in conſenſionem mali, dicitur lex peccati. Sed dico, hanc legem non eſſe in appetitu: nam eſt ipſe appetitus inordinatus ſiue inordinatione priuatiua, quæ eſt pœna peccati, ſiue negatiua, qualis eſſet in puris naturalibus, in quo ſtatu, licet non diceretur lex peccati, quaſi pœna, vel effectus peccati: bene tamen quia ad peccatum inclinaret, & ſiue trahat actu in conſenſum mali, ſiue ſolùm quantũ eſt ex parte ſua, ſemper dicitur lex peccati: differunt ergo lex peccati & membrorum penes connotata: quia cùm dicimus, lex peccati, connotatur effectus, vel cauſſa ipſius: cum verò dicimus, membrorum, connotatur ſubiectum: Ad argumentum ergo ex Paulo ſumptum, reſpondeo legem membrorum dici captiuare in lege peccati, id eſt in ſe, & ſub ſeipſa: quia ipſa tenet hominem captiuum ſub proprio dominio. Non ſolùm autem concupiſcentia inordinata appellatur, lex peccati: ſed peccatum etiam, quoniam à peccato eſt, & ad peccatum inclinat, vt declarat Trid. ſeſſ. 5. decreto de peccato originis can. 5. dicens. *Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus declarat, Eccleſiam Catholicam numquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum ſit: ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat.*

*Fomes cur lex dicatur.*

*An lex peccati & membrorũ ſit eadem.*

*Quomodo differant.*

Neq; eſt difficile intelligere, quomodo lex ſit: cùm lex ſit dictamen rationis, ipſa verò ſit contra rationem. Siquidem tantùm eſt lex metaphoricè, ſicut leges duelli, & mundi, quæ etiam ſunt contra rationem, de quo vide Vaſquez art. 6.



Digitized by Google

# DISPVTATIO TERTIA, DE EFFECTIBVS LEGIS IN COMMVNI.

## Quæſtio nonageſimaſecunda de effectibus legis.

**Art. 1.** *Vtrùm effectus legis ſit, facere homines bonos.*

**Art. 2.** *Vtrùm legis actus conuenienter aſſignentur.*

### SECTIO PRIMA.

*Vtrùm effectus legis ſit, reddere homines ſimpliciter, & moraliter bonos.*

*Simpliciter quomodo dicatur.*

1 NOTA verbum *ſimpliciter*, aliquando ſumi, vt diſtinguitur contra ſecundum quid: vel cum addito diminuente, vt cùm homo dicitur ſimpliciter albus, id eſt, non cum addito diminuente, ſicut Ethyops, qui ſolùm eſt albus ſecundum dentes. Aliquando verò ſumitur, vt diſtinguitur contra id, quod ſolùm eſt tale in certo genere: licet abſque aliquo dicatur tale: vt Petrus dicitur perfectus artifex, licet non ſit perfectus in omni arte, ſed in aliqua.

*1. Concluſio. Lex omnis facit hominem bonum.*

2 Dico ergo primò, omni lege fieri hominem bonum, ſaltem in aliquo genere, & ſecundum quid: lex latronum facit bonum latronem, lex mercatorum bonum mercatorem; lex fabrorum, bonum fabrum, lex temperandi temperatum, &c. lex artis facit bonum in genere artis, lex morum in genere moris ita docet D. Thomas Sotus 1. iuſt. quæſt. 2. artic. 1.

*Caietanus, Conradus, Vaſquez & alij art. 1,*

*2. Concluſio. Lex facit hominem bonum bonitate obedientiæ.*

3 Dico ſecundò, lex moris facit hominem bonum bonitate morali obedientiæ: nam ſine lege ſaltem apprehenſa, non poteſt vllus actus pertinere ad virtutem obedientiæ infuſæ nec acquiſitæ: nam actus obedientiæ eſt facere rem, quia præcipitur quod eſſe non poteſt, niſi res præcipiatur, vel ſaltem apprehendatur præcipi. In quo ſenſu verum eſt, quod ait D. Thomas art. 1. & Ariſt. 1. polit. cap. vlt. bonum ſubditi, & obedientis, vt ſic, conſiſtere in ſubiectione. Ad ſuperiorem hunc effectum facit lex, non quidem præcipiendo, vt eo fine, ſeu motiuo operemur, ſed ſuppeditando occaſionem, & materiam ad ſic operandum.

*3. Concluſio. Lex efficit homines bonos alijs bonitatibus moralibus.*

4 Dico tertiò, lex efficit homines bonos bonitatibus moralibus omnium aliarum virtutum ad voluntatem, vel appetitum ſenſitiuum ſpectantium, non ſolum proponendo obiecta, vt in ſimplici doctrina, & conſilio contingit: ſed etiam impellendo, compellendo, cogendo, & obligando, & interdum promittendo premium, vel comminando ſupplicium. Vnde fit, vt non ſolùm homines abſtineant à malis actibus repugnantibus legi, ſed etiam vt in bonis actibus exerceantur, externis quidem ex obligatione, internis autem ſaltem ex occaſione. Quamuis enim lex non obliget ad efficiendos

A ciendos actus externos miſericordiæ vel iuſtitiæ ex motiuo miſericordiæ, vel iuſtitiæ: tamen cùm homo propter obligationem ſibi impoſitam decernit illos actus efficere, facile adhibet motiua harum virtutum, & ita efficit actus internos, quibus has virtutes comparat, vel earum augmentum diſpoſitiuè, vel etiam effectiuè: quibus comparatis, vel auctis, faciliùs poſtea operatur, & melior quotidie redditur. Et hoc potiſſimè præſtat lex, quádo motiuum etiam præcipit, vt lex charitatis vel pœnitentiæ requiſitæ ad iuſtificationem obligat ad modum, & motiuum; ſcilicet, vt velimus Deo bonum, quia bonum ejus eſt; & deteſtemur

B peccata, quæ Dei offenſæ, vel mala extrinſeca ſunt. Et hoc eſt, quod dicit D. Thomas eodem art. ad 1. cum Ariſt. 2. polit. cap. 6. legiſlatores aſſuefaciendo facere homines bonos: & Gregorius 35. Moral. cap. 12. *Obedientia ſola virtus eſt, quæ menti cæteras virtutes inſerit, inſertaſque cuſtodit.* Vlpianus l. 1, ff. de iuſt. & iure. *Iuſtitiam colimus, boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolùm metu pœnarum, ſed etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes.* Et Plato, quarto de legibus. *Eum quippe ſolùm rectè ferre leges exiſtimo, qui veluti ſagittarius illuc animum ſemper intendit, vnde continuò aliquid ſemperque ſequatur eorum, quæ bona ſunt:*

*D. Thom.*

*Ariſt.*

*Leges aſſuefaciendo faciunt homines bonos.*

*Vlpian.*

*Plato.*

C *cætera verò relinquit, ſiue diuitias, ſiue huiuſmodi aliud, quod à virtutibus ſit ſeparatum.* & epiſt. 8. *Principio, leges tales ſint, quæ non ad opes, pecuniaſque comparandas, neque ad libidines mentes conuertant. Sed cum tria ſint, anima, corpus, pecunia, virtutem animæ maximè anteponant:* ſecundo loco virtutem corporis virtuti animi ſeruientem: vltimóque gradu pecuniarum pretium collocent, corpori, animoque miniſtrans. Quæcumque lex hæc efficit, recta eſt, reuerà beatitudinem vtentibus afferens: locupletes verò beatos appellare ſermo amens eſt, & infœlix, mulieribus, pueriſque conueniens, atque eos, qui id credunt, tales efficiens.

*Locupletes beatos apellare ſermo amēs eſt.*

*Ariſt.*

Ariſtot. 2 Ethic. cap. 1. legumlatores, ipſos ciues

D aſſuefacientes, bonos efficiunt: atque omnis quidem legumlatoris hæc eſt voluntas: qui verò non bene id faciunt, peccant: & 3. Polit. cap. 4. ait, finem ciuitatis eſſe bene viuere, & honeſtatem aliquam participare. Sed leges iuuant ciuitatem, vt ſuũ finem conſequatur, ergo vt honeſtatem participet. Vnde eodem lib. cap. 6. de virtute & vitio oportet cogitare, quicumque curam habent inſtituendi ciuitatem & cap. vltimò, omnes ciues ait, debere



Digitized by Google

*Virtutem perfectam requiri in Principe ait Ariſt.*

debere eſſe participes virtutis moralis, ſed virtutem perfectam in Principe, ſeu poteſtate requiri: vt nimirum ſuo exemplo, induſtria & legibus virtutem ciuibus ingeneret. Vnde Philo. 2. de vita Moyſis, *Non ignoro quæ in legiſlatore optimo requiruntur, omnes virtutes integræ.* Sed facultati legiſlatoris quatuor hæc ſunt coniunctiſſima, charitas erga proximos, iuſtitia, amor virtutum & vitiorum odium. Quiſquis enim ad leges dicendas animum appulit ab his cauſis ſingulis permotus eſt. Si quidem charitas docet ſententias vtiles proferre in medium; iuſtitia honoratur, vt æqualitas ſuum cuique tribuens; virtutum amor approbat, quod natura bonum eſt, & id omnibus dignis exhibet ſine inuidia; odium autem vitiorum exagitat, contemptores virtutum ſuſpectos habens, vt hoſtes humani generis publicos, & perpetuos. Dionyſius Halicarnaſeus lib. 2. ait. *Regem leges debere ferre, quæ iuſtas ac temperatas reddant vitas ciuium.*

*Halicarn.*

5 Ad eamdem rem cõfirmandam faciunt ea quæ diſp. 6. ſect. 1. & 2. de vtilitate legum dicimus: & quod de lege Dei dicitur Pſa. 18. *Lex domini immaculata conuertens animas, &c.* & Pſa. 118. *lucerna pedibus meis verbum tuum.* Pſal. 4. *quis oſtendet nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Rom. 7. num. 12. *lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum.* Vbi Pererij diſp. 11. & Thodoret. ſanctam interpretantur, quia docet bona, quæ agere, & mala quæ fugere hominẽ oporteat: iuſtam, quæ in transgreſſores iuſtam animaduerſionis ſententiam ferat: bonam, quòd iis, qui eam ſeruant, vitam præparet. Sed S. Thomas ibi lect. 2. & Caiet. aiũt, legem veterem vocat ſanctam propter præcepta cæremonialia, quæ ad ſanctitatẽ cultúmque Dei pertinent: iuſtam, propter iudicialia: bonã, propter moralia. Toletus verò inquit, Dicitur lex & mandatum ſancta, quia à Deo ſancita ſunt: iuſta, quia rationabilia; bona quia honeſta, & vtilia. Addit Pan. num. 24. *ſcimus quia lex ſpiritualis eſt*, id eſt, ad ea quæ ſpiritus ſunt exhortatur, docens virtutes amplecti, & vitia fugere, vt Chryſoſt. Theophy. & Toletus interpretantur, aut vt interpretatur Ambroſius, quia adducebat hominem ad notitiam & cultum vnius veri Dei, interdicta falſorum deorum inani religione. Et 1. Tim. 1. *Scimus quod bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur*; & 2. Tim. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Vide etiam Sebaſtianũ Medicis [illegible] in cap. erit autem lex, diſt. 4. 2. num. 5. 61. 58. & ſequent. ib. D. Thomam, Caietanũ, Conradum, Med. & alios hac quæſt. 92. art. 1. Sotus 1. iuſt. quæſt. 2. art. 1. Valentiam diſp. 7. quæſt. 2. puncto 1. Anton. [illegible] 14. c. 2. §. 5. Vidald. in candelab. par. 4. cap. 1. nu. 28. Petrum Conradum in collecta iuris can. collect. 11. num. 3. Sayrum 3. Theſauri

6 cap. 1. num. 13. Sed contra prædicta argumentor primo, nam de lege diuina dicitur. Rom. 4. nu. 15. *Lex iram operatur*, & c. 5. num. 20. *lex ſubintrauit vt abundaret delictum*, & c. 7. num. 6. *nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur.* & Iſa. 1. *Dedi eis leges non bonas*: ergo nec lex diuina efficit homines bonos, ſed malos.

Secundò, ſi lex faceret verè bonos, iuſtificaret coram Deo: quod etiam de lege diuina veteri negat Paul. ad Rom. 3. num. 20. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo.* Galat. 2. num. 16. A *nõ iuſtificabitur homo ex operibus legis*, & cap. 3. num. 11. *in lege nemo iuſtificatur apud Deum*: ergo.

Tertiò, nam homo ſatisfacit præcepto, etiamſi malo fine operetur, vel cum alia mala circumſtantia: ſed tunc actio eius eſt mala: ergo lex etiam ſi ſeruetur, non eo ipſo reddit hominem bonum. *3. Argum.*

Quartò finis legis ciuilis eſt bonum, & conſeruatio Reipubl. *vbi enim leges non præualent*, inquit, Ariſt. 4. polit. cap. 4. *ad finem non eſt.* Reſpondeo ergo, lex ciuilis non efficit per ſe viros bonos, ſed ciues bonos, qui valdè differunt: nam auctore Ariſt. 3. polit. cap. 3. alia eſt virtus ciuis, alia boni viri, & illa ſine hac dari poteſt. *4. Argum.*

Quintò lex ciuilis non prohibet omnia peccata, ſed aliqua permittit, quæ ſi homo faciat, non erit vir bonus: ergo non facit virum bonum. *5. Argum.*

B

Retinenda tamen eſt ſuperior doctrina, quæ confirmatur ex Deut. 4. num. 10. *Congrega ad me populum, vt audiant ſermones meos & diſcant timere me omni tempore, quo viuunt in terra, doceantque filios ſuos.* & cap. 31. num. 11. & 12. *leges verba legis huius coram omni Iſraël audientibus eis, vt audientes diſcant & timeant dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant impleántque omnes ſermones legis huius*: & Pſa. 77. num. 7. *vt ponant in Deo ſpem ſuam, & mandata eius exquirant*, vbi Genebrardus ait, *ſumma legis diuinæ & ſcopus eſt, vt Deum cognoſcamus, cognitum reuereamur, timeamus, & colamus, & vt illi confidamus, & pareamus*, & in id Pſa. 18. *lex Domini immaculata*, & ait, *immaculata perfecta, quia docet non tantum facienda, verum & credenda, colenda, &c. conuertens animas, à malo, & erroribus reuocans in viam, corrigens, & reducens teſtimonium domini fidele, certum, verax, non fallens, quia certò Deus ſtat promiſſis; ſapientiam præſtans paruulis: veram ſapientiam, ſimplices & idiotas docens*, & Pſa. 118. num. 33. legem appellat propheta viam iuſtificationum Dei, & num. 86. *omnia*, inquit, *mandata tua, veritas*, & num. 105. *lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Lex ergo Dei dirigebat ad veram ſanctitatẽ, & ſuo modo bonos efficiebat. Vnde Clem. 1. Strom. nõ longè à fine de ipſa ſcribit. *Lex eorum, qui ei parent, curam gerens ad pietatem in Deum inſtituit, & dictat ea quæ ſunt facienda; & prohibet vnumquodque peccatum, pœnas imponens eis, quæ ſunt mediocria, &c.* De lege autem Euangelicâ dicitur Match. vlt. *prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Ioan. 6. *quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*, & Petrus ibi, *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*: id eſt, vt ait doctiſſimus Maldonatus, *quiſquis crediderit, ſi velit, vitam æternam habebit*, & cap. 7. *qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*, hoc eſt auctore Maldonato, *Anima eius qui in Chriſtum, vt oportet, crediderit, fidei coniungens charitatem, omni gratia copia abundabit, ita vt nihil illi deſit*: conſentit Ioannes ibi dicens, *hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Rom. 1. *nõ erubeſco Euangelium, virtus enim Dei in ſalute omni credenti*, hoc eſt, vt ibi Toletus interpretatur, res ipſa quæ in Euangelio annũtiatur, per ſe neceſſaria eſt & efficacitatem habet natura ſua ad conferendam æternam animæ & corporis fœlicitatem omni credenti. Et Iacobi 1. *Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras*, id eſt, verbum fidei, quod mentibus inſeri debet, vt exponit Lyra Maxim. Tyrius ſer. 40. de lege diuina ait. *Legis effectus eſt libertas, eſt virtus, eſt vita moleſtia carens, eſt vera* *Legis effectus quid.*

7



Digitized by Google

fœlicitas, & nonnullis interiectis ait: *Harum legum* A *imperio virtus vnitur, animus diſciplina impletur, domus pulchre diſponitur, ciuitas optimis legibus fundatur, terra marique otium viget, & pax, nihil vel inhumanum, vel barbaricum dominatur, pacis omnia plena, vigent fœdera, viget ſcientia, viget Philoſophia*, &c.

*De lege ciuili quid Plato ſcribat.*

De lege ciuili Plato. lib. 34. Dialog. 4. de legibus, non longè à Principio, *legum*, inquit, *ſanctio, ciuitatiſque inſtitutio eſt ad virorum virtutem omnium perfectiſſima*, & dialog. 9. de legib. ante med. *Profectò legum optimarum officium eſſe dicimus, ita animos hominum inſtituere, vt obruatur iniuſtitia: Iuſti* verò naturam vel diligant vel ſaltem non oderint, ſiue operibus, ſiue verbis legiſlator id aſſequatur, ſiue voluptate, ſiue dolore, vel honore, vel infamia, aut pecunia mulctãdo, aut donis, aut quouis alio mo- B do id faciat. Quos verò inſanabiles legiſlator eſſe ſentiet, vltimo ſupplicio hos afficiet, nõ ignorãs, ſatiùs fore iis, qui inſanabiles ſunt, mori, quàm viuere. Ac ſi vita priuētur dupliciter prodeſſe cæteris: nam horum exemplo à peccato cæteri deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ipſa mundatur. Ariſt. 2. ethic. cap. 14. videtur autem, inquit, & quiſquis verè ciuilis eſt, circa hanc maximè laborare, ſcilicet virtutem: vult enim ipſos ciues bonos efficere, legibuſque obtemperantes, atque eorum exemplum legumlatorum tum Cretenſiũ, tum Lacedemoniorum habemus, & ſi qui alij tales fuẽre, & lib. 5. cap. 2. lex enim iubet vniuſcuiuſque virtutis viuere ratione, & vetat vitij cuiuſuis C viuere modo: necnon legitima, quæ ad publicam pertinent diſciplinam, ea ſunt, quę virtutem totam efficere poſſunt, & 7. Polit. cap. 2. *ſtudioſi legum poſitoris eſt, conſiderare vrbem ac naturam hominum, & omnem aliam communionem vitę laudabilis, quò participent, quantùm fieri poteſt, fœlicitatem*, & ca. 14. cùm vero ciuis & præſidentis eamdem virtutẽ eſſe dixerimus, quæ optimi viri, & eundem prius parere debere, poſtea imperare: Hoc vtique erit legum poſitori intuendum, laborandúmque, vt boni viri efficiantur, & per quæ exercitia, & quis finis optimæ vitæ, &c. Et Ferrar. 3. contra Gen. cap. 115. ait bonum legiſlatorem ſemper intendere, ſubditos facere ſimpliciter bonos. Ratio etiam clara eſt: nam lex ſuapte natura debet eſſe ordinata in bonum commune, illique conducere, vt ſuperius vidimus: ergo cum ſubditus legi paret, bono communi conſulit, ergo ſi id faciat bono fine, & honeſto motiuo, vt facilè poterit efficere, bene operabitur, & bonus fiet, iam bonitate vnius virtutis, iam alterius: & tandem omnium, ſi leges omnium virtutum aliquos actus præcipiant, vt præcipere poſſunt etiam ciuiles leges, teſte D. Thoma art. 2. & Ariſt. 5. eth. cap. 1. & 2.

*Satius eſt mori iis qui inſanabiles ſunt, quàm viuere.*

*Cur lex ſimpliciter bonos facere homines debeat.*

8 Ad primum ergo argumentum, Reſpondeo, B. Paulum illis locis voluiſſe legẽ veterem, cùm non daret gratiam, qua facilè ipſius præcepta impleri poſſent, occaſionẽ fuiſſe multorum peccatorum, quæ illa ſublata ceſſarent: quia *vbi non eſt lex, nec preuaricatio*, vt dicit Rom. 4. vnde Rom. 7. *Occaſione accepta per mandatum, peccatum operatum eſt: in omnem concupiſcentiam: ſine legẽ enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando: ſed cùm veniſſet mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem: nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit.* Sed hoc nomine non poſſe legem accuſari, cùm id fuerit planè per accidens, non vitio ipſius legis, rectè oſtendit Paulus immediatè ſubiungẽs, *itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum*, &c. & ſuperius dixerat, *quid ergo dicimus, lex peccatum eſt? abſit, ſed peccatum non cognoui, niſi per legem*, &c. Deinde eſſe peccati occaſionem, minùs conuenit legi nouæ: quoniam ex ſe eſt lenior, & ſuauior, & ratione ſpiritus, quem copioſè Deus infundit cordibus fidelium per fidem magis explicitam, abundantiorẽ doctrinam, Sacramenta, &c. vnde Matth. 11. *iugum meum ſuaue eſt*, &c. & 1. Ioann. 5. *mandata eius grauia non ſunt.* Vide Pereriũ Rom. 7. diſ. 18. & Toletum annot. 17.

*Ad 1. Lex vetus quomodo à B. Paulo imperfecta dicatur.*

*Occaſionẽ eſſe peccati legi noua non conuenit.*

Ad ſecundũ Reſp. etiamſi lex ſuo modo efficiat homines moraliter bonos, id eſt, præditos omni virtute morali acquiſita: tamen non iuſtificat, niſi fides viua in Chriſtum, ſaltem implicita: ſola enim opera ſupernaturalia ſunt per ſe diſpoſitio ad gratiam: licet non omnia ad eam ſufficiant: ſed dilectio Dei, vel contritio, aut cum Sacramento aliquo attritio, quamuis ad augmentum gratiæ quidam arbitrentur ſufficere opera moraliter bona in habente gratiam.

*Ad 2. Sola fides ad iuſtitiam non ſufficit.*

Ad tertiũ fatemur legem aliquam non ſufficere, etiamſi impleatur, vt homo bene moraliter operetur, quia lex aliqua impleri poteſt per opus factum malo fine, vel alia mala circumſtantia: de quo vide D. Thomam quæſt. 100. art. 9. & 2. 2. qu. 44. art. 4. Valentiam diſp. 7. quæſt. 2. punct. 2. ad finem. Cœterum quælibet lex adiuuat, vt bene moraliter operemur: quoniam præcipuè honeſta, vel indifferentia conducentia ad honeſtum finem, quem, vel alium honeſtum finem, facilè adhibere ſolent, qui legem obſeruãt, maximè quando non eſt cur apponant malum finem, vel malam aliam circumſtantiam: quia verò omnis malus finis & mala circumſtantia eſt contra aliquam legem, qui omnem legem ſeruauerit, moraliter bonus erit, & ſic lex efficit homines bonos moraliter.

*Ad 3.*

*Quælibet lex adiuuat, vt bene moraliter operemur.*

Ad quartũ, Reſpondeo, differre quidem virum bonũ à ciue bono, quia vt vir bonus ſit debet carere omni peccato externo, & interno: vt verò ſit bonus ciuis, ſatis eſt habere quamdam externam D virtutem, quæ ad ſocietatẽ hominum fouendam, & conſeruandam, & ad bonum Reip. eiuſque pacem, & tranquillitatẽ ſufficiat, vt nõ nocere aliis, & ſimilia. Cœterum lex ciuilis multa opera bona præcipiendo multùm conducit, vt homo non ſolùm ſit bonus ciuis, ſed etiam bonus vir. Nec aliud voluit Caietanus, cùm dixit, ſolam legem ciuilem non facere hominem ſimpliciter bonum, ſed id efficere aggregatum ex omnibus legibus.

*Ad 4. Vir bonus, & ciuis bonus quomodo differant.*

Ad quintũ, Reſpõdeo, licèt lex ciuilis permittat mala aliqua opera non puniendo illa: tamen præcipiendo multa bona opera, & omnia, quę expedit eam præcipere, inducit hominem, vt bene operetur moraliter: & ſic adiuuat vt ſubditus moraliter E fiat: quamuis ad hoc non ſufficiat legi ciuili obtemperare. An verò lex humana cohibeat omnia vitia, & præcipiat omnes actus virtutum, tractant D. Thomas, & alij quæſt. 96. art. 2. & 3. Sebaſtianus Medicis repet. cap. erit autem lex, diſt. 4. num. 57. & ſequentibus vſque ad 63. Nos verò de hac re diſſeremus diſputantes de materia legis humanæ.

*Ad 5.*

## SECTIO II.

*Vtrum obligare, ſit effectus omnis legis.*

IVSTI

*Quid ſit obligatio.*

9 IVSTINIANVS inſt.de obligat.in Principio, Obligationẽ definit, *vt ſit iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtra ciuitatis iura.* Quæ definitio in ſolam obligationem ex iure Romano ortam conuenit, ex ea verò definitione facilè colligimus definitionem obligationis in communi, vt ſit vinculum, quo aſtrigimur aliquid facere, aut omittere, ita vt ſi illud non faciamus, vel non omittamus, peccemus. Hoc ſuppoſito aliquibus argumẽtis ſuaderi poteſt, obligationem non eſſe effectum omnis legis: quia priuilegium eſt lex priuata, vt ait Iſidorus 5. Etym. c. 18. & refertur. c. priuilegia d. 1. non obligat autẽ, quia quilibet priuilegio renunB tiare poteſt. l. ſiquis in conſcribendo. C. de pactis. Vbi dicitur, *regula iuris antiqui eſt, vt omnes licentiã habeant iis, quæ pro ſe introducta ſunt, renuntiare.*

*Regula iuris, vt omnes licẽtiam habeant ſuis priuilegiis renunciare.*

Secundò, nam Conſilium Euangelicum de caſtitate in religione ſeruanda, lex priuata appellatur ab Alexandro 3. in ca. commiſſum de ſponſalibus, quod tamen Conſilium non obligat.

Tertiò, quia plures ſunt leges Conſilium tantum dantes, vt patet ex l. pacto. Cod. de tranſactio. l. 1. ff. de inofficioſo teſtam. l. is qui, ff. de rei vendic. cap. niſi cum pridem de renunt. ſed Conſilium non obligat, ergo aliqua lex non obligat.

*Concl. Nulla lex eſt quæ non obliget.*

10 Dico tamen, nullam poſſe eſſe legem, quæ non obliget, & ita obligationem eſſe effectum legis. S. Thomas quæſt. 90. art. 1. & art. 3. ad 2. 92. art. 1. 93. art. 2. & 100. art. 9. Gabriel 3. diſt. 27. quæſt. vnic. art. 1. Sotus 1. iuſt. quæſt. 1. art. 1. Caſtro 1. de lege pœnal. cap. 1. ad finem, ſeu §. vltimo, Valentia diſp. 7. quæſt. 1. punct. 2. & quæſt. 2. punct. 2. Vega, 11. in Trid. cap 8. initio, Sayrus 3. Theſauri, cap. 2. num. 13 Azor tom. 1. lib 5. cap. 2. quæſt. vltim. Bellarminus 3. de laicis cap. 11. Pererius Rom. 13. diſp. 2. Iuriſperitis communiter, l. legis virtus, ff. de legib. & cap. omnis diſt. 3.

*Decretum neceſſitatem facit, exhortatio liberam volũtatem excitat.*

Et præter illa quæ adducta ſunt ad huius rei confirmationẽ diſp. 1. ſect. 1. n. 3. & n. 14. probatur ex Gratiano diſt. 4. ad finem dicente. *Decretum neceſſitatem facit, exhortatio liberam voluntatem excitat.* Similis ſententia habetur ſub nominibus præcepti, & conſilij cap. vlt. 12. quæſt. 1. Sic Hieronymus 1. contra Iouinianum longè ante medium: *Quod præcipitur imperatur, quod imperatur neceſſe eſt fieri, ſi non fiat, pœnam habet.* & Ambr. lib. de viduis verſus finem, *vbi præceptum ibi pœna peccati, niſi fiat*, idem habet Aug. lib. de ſancta virgin. cap. 14. *Præcepto quiſquis non obtemperat, reus eſt, & debitor pœnæ.* Et in id Pſal. 80. *Quia præceptum in Iſrael eſt, & iudicium Deo Iacob: vbi præceptum,* inquit, *ibi iudicium: qui enim in lege peccauerit, per legem iudicabitur.* Rom. 2. Ad idem eſt quod dicitur cap. niſi cum pridem; de renuntiat. Quoniam ſi pennas habeas, quibus ſatagas in ſolitudinem auolare: ita tamen ſunt ſtrictæ nexibus præceptorum, vt liberum non habeas abſque noſtra permiſſione volatum. Propterea Rom. 4. dicitur, *lex* (ſcilicet violata) *iram operatur*, & cap. 5. *lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* Faciunt quæ ex cap. 7. retulimus ſect. præced. in 1. arg. & eius ſolut. & quod habet cap. 13. num. 2. *qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,* a quo ſcilicet eſt poteſtas, vt dixerat num. 1. *qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt,* & num. 4. *Dei miniſter eſt vindex in iram ei qui malum agit,* ſcilicet legem tranſgrediendo, & num. 5. *ideo*

A *neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram: ſed etiam propter conſcientiam.* Quibus Pauli ſententiis euidẽter, (inquit Pererius ibi) ac fortiter argumẽtãtur Theologi Catholici, leges humanas à Principibus, ſiue ſæcularibus, ſiue ſacris, legitimè latas, obligare ſubditos, non ſolùm in foro exteriori, ſed etiam in foro interiori conſcientiæ, & demum non ſolùm obligare ad pœnam, ſed etiam ad culpam: & Toletus ibi confirmat ex alio loco Luc. 22. *Venit dies azymorum, in qua neceſſe erat* (ſcilicet neceſſitate præcepti, & legis, Exod. 12.) *occidi paſcha.* Lex ergo neceſſitat, obligat, conſtringit. Vnde Gregorius lib. 12. epiſt. 17. *Hanc ſibi nobilitas legem impoſuit, vt debere ſe, quod ſponte donat, exiſti-* B *met.* Et Paulus 1. Corint. 7. diſtinguit conſilium & præceptum, dicens. *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do:* & ibidem, *Secundum indulgentiam dico, non ſecundum imperium.* Quia videlicet conſilium continet indulgentiam & licentiam faciendi contrarium, imperium verò non. Quo etiam modo ſumitur indulgentia cap. cùm ad monaſterium de ſtatu monacho. Propterea etiam Ariſtot. 10. Eth. cap. 9. dixit, *legem vim habere cogentem,* id eſt, obligantem ſub culpa, & pœna. D. Thomas quæſt. 108. art. 4. diſcrimen ponit inter præceptum, & conſilium, quòd præceptum neceſſitatem, & obligationem inducit, conſilium verò non: lex autem imperium eſt, & præceptum, vt doC cet Martianus, ex Chryſippo. l. 1. ff. de legibus, & Modeſtin. l. legis virtus, ff. eodem, ergo lex obligationem inducit, vnde Martianus l. 2. ff. de legibus, *lex,* inquit, *eſt cui omnes obtemperare conuenit,* & ne intelligas de conuenientia decẽtiæ aut congruitatis abſque neceſſitate, ſtatim ſubiungit ex eodem Demoſthenes, *Ad cuius præſcriptum omnes, qui in ea rep. ſunt, vitam inſtituere debent.* Et Vlpianus l. Princeps, ff. de legibus, *Princeps legibus ſubiectus non eſt: Auguſta autem licèt, legibus ſoluta nõ eſt: Princeps, tamen eadem illi priuilegia tribuerunt, quæ & ipſi habent:* ergo qui nec Princeps eſt, nec priuilegium habet, legibus adſtringitur, vnde Iulianus, l. de quibus eod. tit. *nam cùm leges hos teneant.*

*Leges humanæ à Principibus latæ obligant ſubditos in conſcientia.*

*Diſcrimen inter præceptũ, & conſilium.*

D Plato Dialog. 16. qui inſcribitur, ciuilis, ſeu de regno. *Quapropter legibus conſtitutis altera iam, quemadmodum dicitur, obligatio eſt, vt nemo quidquam vnquam præter illas facere permittatur, ſiue ſinguli, ſiue populus hoc conetur,* & Ariſt. 2. Polit. cap. 6. *lex,* inquit, *nullam vim habet, vt ipſi pareatur niſi ex more,* id eſt, ſi contraria conſuetudine fuerit abrogata: ergo niſi ſit conſuetudine abrogata, vim habet cogentem & obligantem.

*Ad 1. arg. Priuilegium non eſt lex ſimpliciter.*

11 Ad primum argumentum, Reſpondeo, priuilegium non eſſe ſimpliciter, & abſolutè legem: ſed ſecundum quid, & cum addito diminuente, vt docet Azor ſuprà cap. 22. quæſt. 1. & nos diximus, E diſp. 1. ſect. 7. vel ſi priuilegium eſt ſimpliciter lex, hoc debet intelligi, nõ comparatione priuilegiati, ſed aliorum, qui tenentur non impedire vſum priuilegij, l. neque Dorothæum, Cod. de Decurionibus lib. 10. ſic Concilia Caſtrum 1. de lege pœnali cap. 1. & alios dicentes priuilegium non eſſe legem, cum Gloſſa cap. priuilegia diſt. 1. & cum aliis dicentibus eſſe legem. Quamuis aduertendum eſt, quædam eſſe priuilegia perpetua, conceſſa intuitu alicuius boni communis, quod pendet, ex eo quòd nullus tali priuilegio renuntiet, & hæc priuilegia etiam reſpectu priuilegiorum ſunt veræ leges, quia illis renuntiare non poſſunt, ſed tenen-

*Priuilegia quædam leges ſunt, quibus renunciare nõ licet.*

tur

Digitized by Google

tur ſuo priuilegio vti: iuxta cap. ſi diligenti de foro compet. & l. ius publicum, ff. de pactis. Sic clericus priuilegio fori renuntiare non poteſt. Alia verò ſunt priuilegia conceſſa intuitu commodi priuati; & his renuntiare quiſque poteſt, vt latè Gloſſ. & alij cap. ſi diligenti, de foro comp. & cap. quòd ob gratiã, de regulis iur. in 6. ſummiſtæ verbo priuilegium, & nos infrà diſp. de priuileg. & hæc priuilegia comparatione priuilegiorum non ſunt veræ leges, ſecus reſpectu aliorum, qui tenentur eorum vſum non impedire.

*Ad 2.* Ad ſecundum, Reſpondeo, Alexander III. in dicto cap. commiſſum, legis priuatæ nomine ſignificare internam Spiritus ſancti inſpirationem, qua quis ad religioſum ſtatum, & Euangelicam ducitur perfectionem, vt cõſtat ex Vrbano II. qui in c. duæ ſunt 19. quæſt. 2. ait. *Duæ ſunt leges: vna publica, altera priuata. Publica lex eſt quæ à ſanctis patribus ſcriptis eſt confirmata, vt eſt lex canonum: lex verò priuata eſt quæ inſtinctu Spiritus ſancti in corde ſcribitur:* & nonnullis interiectis, *ſi quis*, inquit, *horum in Eccleſia ſua ſub Epiſcopo populum retinet, & ſæculariter viuit, ſi afflatus Spiritu ſancto in aliquo monaſterio, vel regulari canonia ſaluare ſe voluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt lege publica conſtringatur: dignior eſt enim lex priuata, quàm publica. Spiritus quidem Dei, lex eſt, & qui ſpiritu Dei aguntur, lege Dei ducũtur, & quis eſt, qui Spiritui ſancto poſſit dignè reſiſtere? quiſquis igitur hoc Spiritu ducitur, etiam Epiſcopo contradicente, eat liber noſtra auctoritate: iuſto enim lex non eſt poſita, ſed vbi ſpiritus Domini, ibi libertas: & ſi Spiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege.* Hæc Vrbanus, cui conſentit Innocentius III. ca. licet de regularibus, vbi eamdem Spiritus ſancti inſpirationem priuatam legem appellat, non quòd propriè ſit lex, ſed quia inſtar legis illuminat, dirigit, & impellit mentem ad aliquid faciendum. Dici etiam ſolet votum, vel promiſſio lex priuata, quia per eam homo ſe obligat, vt per legem obligatur à ſuperiore, quamuis ea etiam obligatio ex lege naturali, vel etiam & alia oriatur, qua tenemur votis promiſſis, & pactis ſtare: ſic enim in l. legitima, ff. de pactis dicitur. *Legitima conuentio eſt, quæ lege aliqua confirmatur*; vnde nulla lex eſt: quæ non obliget, & nulla eſt obligatio, quæ non ſit ab aliqua lege.

*Duæ leges sũt, priuata, & publica.*

*1. Tim. 1.*

*2. Cor. 3.*

*Ad 3.* Ad tertium, Accurſius l. legis virtus, ff. de legib. ait, conſulere, eſſe virtutem legis, & Azor illo cap. 2. quæſt. vlt. ait, eſſe ſententiam Felini, rub. de conſtit. & communem Canoniſtarum, legem conſulentem tantùm bono ciuium, quam conſultoriam appellant, eſſe legem, licet ea nemo teneatur obſtrictus. Aliqui negant eã ſententiã apud Felinum, vel alios Canoniſtas inueniri, imò Bartholum dicta l. legis virtus, ex Cyno aſſerere, non eſſe virtutem legis, conſulere, cui conſentit Sotus 1. iuſt. qu. 2. art. 2. ad. 2. Azor ſuprà, & alij Neoterici, quibus ego ſubſcribo, quia nullum præceptum eſt conſilium, quod ſi ab aliquo auctore conſilium appellatur lex, ea ratione factum exiſtimo cùm Azor ſuprà & aliis, quia legis naturam aliqua ex parte ſapit, vel imitatur, quatenus mentem illuſtrat, & dirigit in agendis, vel loquuntur de conſilio non reſpectu eius, cui datur, ſed reſpectu aliorum, qui interdicuntur impedire conſilij vſum, vt de legis permiſſione dicit Caſtro ſuprà.

*Nullum præceptum eſt cõſilium.*

Sic nota diſcrimen inter præcepta affirmantia, & negantia: quòd hæc obligent ſemper, & pro A ſemper: illa ſemper, ſed non pro ſemper, de quo vide D. Thomam 2. 2. quæſt. 33. art. 2. vbi Valentia diſp. 3. quæſt. 10. puncto 2. Iuxta ſuperiora iudica de his, quæ dicit Menochus lib. 2. de arbitris caſu. 380. legem aut eſſe de præcepto, aut de conſilio perfectionis, aut reuerentiæ, vel de vrbanitate, & quæ ſit in eos ſancita pœna, qui legem præcepti, conſilij, aut vrbanitatis contemnunt.

---

## SECTIO III.

*An præcipere, vetare, permittere, & punire ſint effectus legis.*

B HOs eſſe actus & effectus legis ait D. Thomas artic. 2. eius ſectatores, 12
ibi Conradus, Medina, Vaſquez, Valentia diſp. 7. quæſt. 2. punct. 2. Azor lib. 5. cap. 5. quæſt. 5. Sotus 1. iuſt. qu. 2. art. 2. quod colligunt ex Modeſtino l. legis virtus, quæ eſt 3. ff. de legib. vbi ait, *legis virtus eſt vetare, imperare, permittere, & punire*. Et Iſidoro 5. Ethy. cap. 19. vbi ait, *Omnis autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium: aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias, nulli petere liceat: aut punit, vt, qui cedem fecerit, capite plectatur.* Addit Gratianus, cap. omnis diſt. 3. *diuina autem præcipit, vt diliges dominum Deum tuum.* Sed fruſtra, vt notat Vaſquez ar. C 2. nam etiam humana lex præcipit, & diuina tres alios effectus facit. Et fortè præceptionis non meminit Iſidorus, quia hæc eſt eſſentialis legi in cõmuni: ſemper enim, & neceſſariò, eſſentialiterque lex habet præcipere, vt aliquid fiat, vel nõ fiat: nõ intendebat autem numerare, niſi effectus quaſi accidentarios legi in communi ſpectatæ.

*Lex habet præcipere, vt aliquid fiat, vel non fiat.*

Sed quomodo, inquit Iſidorus, omnem legem vetare, permittere, aut punire, cum aliquæ tantùm habeant præcipere? R. nulla lex præcipit aliquid, quin cõſequenter vetet eius omiſſionem, & opus contrarium: quæ enim præcipit diligere, vetat carentiam dilectionis, & odium, & ſic de aliis.

Sed quomodo D. Thomas ait hos eſſe effectus, 13
D ſeu actus legis? nam Modeſtinus, & Iſidorus hoc non dixerunt, nec videtur verum: nam effectus ſupponit eſſentiam rei: præcipere autem, vt aliquid fiat, eſt de eſſentia legis, difficultas vel præcepti affirmatiui; prohibere autem eſt de eſſentia legis, ſeu præcepti negatiui: quæ ſunt duæ ſpecies legum, vel præceptorum, ſicut propoſitio affirmatiua, & negatiua ſunt duæ ſpecies propoſitionum: imò punire, id eſt, pœnam imponere, eſt de eſſentia legis pœnalis: & permittere, id eſt, imperare, ne Petrus, verbi gratia, impediatur in aliqua re efficienda, eſt de eſſentia legis permiſſiuæ. Quòd ſi cum D. Thoma explicemus præcipere eſſe de bonis, prohibere de malis, permittere de indifferen-
E tibus, quę nec præcipiuntur, nec prohibentur, permiſſio potiùs eſt negatio effectuum legis, nempe præceptionis & prohibitionis, quàm effectus legis: ergo permiſſio nullo modo eſt effectus legis.

*Vtrum permittere ſit effectus legis.*

Ad argumentum reſpondent aliqui recentio- 14
res, præceptionem, & prohibitionem poſſe conſiderari dupliciter, primò ſecundum ſe, & ſic non eſſe effectus legis: ſecundò, ſecundum obligationem, quam inducit, & ſic eſſe effectus legis: nam obligare actu, non eſt de eſſentia legis, ſed tantùm eſſe aliquid, vnde neceſſariò oriatur obligatio. Sed expoſitio hæc non placet; quia hoc eſſet dicere

obliga

Digitized by Google

obligationé eſſe effectum legis, non tantùm quatuor illa à Modeſtino, & D. Thoma poſita; deinde, D. Thomas non ſolùm ait eſſe effectus, ſed actus, obligatio autem reſultans ex lege non eſt actus: ergo D. Thomas non loquitur de illis quatuor ſecundum obligationem, quam inducunt.

Secundò, alij reſpondent, præceptionem & prohibitionem poſſe dupliciter ſpectari, primò ſecundum ſe, & ſic non eſſe effectus legis. Secundò, vt actu ſignificant aliquid eſſe faciendum, vel omittendum, & ſic eſſe effectus legis, nam de ratione legis non eſt ſignificare actum, ſed eſſe ſignum potens ſignificare. Sed hæc ſolutio diſplicet primò, quia hoc eſſet dicere ſignificationem eſſe effectum legis, & non quòd illa quatuor ſint effectus legis: ſecundò, quia nó poteſt accommodari legi naturali, quæ nó eſt ſignum ad placitum, ſed naturale, nempe notitia, de cuius eſſentia éſt ſignificare, quid ſit neceſſarium, & faciendum, quid turpe, & vitandum: ergo ſignificare non eſt effectus legis naturalis.

*Lex naturalis non eſt ſignum ad placitum.*

Tertiò, alij reſpondent illa quatuor eſſe effectus legis non in genere cauſæ efficientis, ſed in genere cauſæ formalis: ſicut enim albedo formaliter albefacit parietem, ita lex formaliter reddit legiſlatorem præcipientem, prohibentem, &c. Sed neque iſta ſolutio ſatisfacit, quia D. Thomas non loquitur de præcipere comparatione legislatoris, ſed ipſius legis, cui tamquã effectus tribuit, quod ipſa præcipiat, vetet, &c. & eodem modo loquuntur Modeſtinus, & Iſidorus, quibus conſentit Cicero, 2. de inuentione, ait enim, *lex aut iubet, aut permittit, aut vetat*, & libr. de oratore: *legibus*, inquit, *& præmia propoſita ſunt virtutibus, & ſupplicia vitiis.* Et quamuis Modeſtinus non vocet eos effectus, aut actus: tamen dicendo, *poteſtatem ſeu virtutem legis eſſe ad præcipiendum*, &c. (Hoc enim eſt quod ait, *legis virtus eſt præcipere*, &c.) Satis ſignificat hos eſſe actus & effectus: quia virtus & poteſtas ad actus, & effectus refertur: & ſimiliter cum Iſidorus, & Cicero dicant legem præcipere, &c. ſatis indicant hos eſſe actus, & effectus legis, quia præcipere eſt effectus præcipientis, & ſimiliter prohibere prohibentis, &c.

Vnde quartò reſpondetur, non velle D. Thomam, quòd iſti ſint verè, & propriè actus, & effectus legis, ſed quòd ſignificãtur quaſi actus, & effectus illius, vt cùm dicimus præceptum hoc præcipit colere Deũ, &c. quantitas extendit ſe ipſam.

## SECTIO IV.

*Quomodo lex punire, & permittere dicatur.*

15 *Permittere idem eſt quod concedere.*

QVANTVM attinet ad permiſſionem quidam dicunt, etiam apud D. Thomam hac quæſt. artic. 2. permittere idem eſſe, quod concedere, qui ſequũtur Iſidorũ, qui loco citato ſect. præced. exemplum permiſſionis ponit, *vir fortis petat præmium*: in qua lege conceditur ei, vt petat præmium, ſi velit: ſic etiam dicunt permiſſionem vſurpari à Modeſtino, & Cicerone ſuprà, & à Caſtro, 1. de lege pœnali cap. 1. ad finem, & hanc permiſſionem ſumptam pro conceſsione vocare Paulum indulgentiam 1. Corinth. 7. verſ. vel num. 6.

Alij dicunt permittere apud D. Thomam hic eſſe non prohibere ea, quæ ſuaptè natura mala ſunt, neque ea præcipere, vt permittitur mulieres

A meretricium exercere in domibus publicis, &c.

Alij dicunt permittere apud D. Thom. hic eſſe non præcipere, nec prohibere aliquos actus, vel quia ſunt reuerà indifferentes in ſpecie, aut etiam in indiuiduo (ſi tales dari poſſunt) vel quia ſunt parum mali, aut parum boni, id eſt, non multum referentes, neque nocentes in ordine ad bonum vel malum Reip. Ita D. Thomam interpretantur Vaſquez & alij, ac meritò quidem, ſed aduertendum eſt, quòd licet aliqua nec præcipi nec prohiberi ſoleant, eò quòd nec multũ proſint, nec multùm obſint bono publico, ſi tamen reuerà præcipiantur aut prohibeantur, tenemur ex vi legis ea facere, vel vitare. Item interdum magna mala nó prohiberi, quia id expedit Reip. ne ſequantur maiora,

*Mala interdũ expedit nó prohibere Reip.*

B vt in exemplo de meretricibus, & in deceptione citra medietatem iuſti pretij, & in ſimilibus. Item nullam prædictarum permiſſionum habere rationem legis, niſi quatenus obligat alios, ne eum, cui fit permiſſio, impediát facere rem ſibi permiſſam. Qua ratione & præcepta appellari poſſunt. Sic, quando in cap. qui partem 55. diſt. ait, hos canones præcipuè clericos fieri, Gloſſa exponit, id eſt, permittunt, quod confirmat ex cap. hac ratione 31. quæſt. 1. vbi ex Chryſoſtomo hom. 32. imperf. dicitur hac ratione, & Apoſtoli præceperunt ſecundas adire nuptias, id eſt, permiſerunt: & infrà, quod permittimus, nolentes præcipimus, petere

C præmium forti permittitur à lege ſecundum Iſidorum; quia lex præcipit, vt non repellatur, nec impediatur, ſi præmium petere velit: lex ſic permittens veriſsimè eſt lex. Scio Valentiam diſp. 7. qu. 2. punct. 2. affirmare permiſsionem, vt ſic, non eſſe officium, ſeu effectum legis propriè dictæ, cùm de ratione talis legis ſit, afferre aliquam obligationem ſeu neceſsitatem, quod permiſsione non fit: ſed eſſe officium legis impropriè dictæ, quatenus omne decretum quod habet robur à publica poteſtate, dici poteſt lex per analogiam quamdam ad leges propriè dictas. Cæterùm ego non video, quòd robur habeat à publica poteſtate lex permiſsiua, ſi non prohibet aliis, ne huic vel alteri

D obſtent, quominus id faciat, quod lege illi permiſſum eſt. Ea autem ratione verè, & propriè obligat: ergo verè, & propriè eſt lex, quamuis qua ratione ad eum refertur, cui aliquid permittitur, lex verè non ſit, quia per eam ad nihil obligatur, imò interdum nec obligari poteſt, quia non eſt ſubditus. Eadem ratione diximus, legem conſultiuam reſpectu eius, cui conſilium datur, legem propriè non eſſe, & ſic debet intelligi D. Thomas art. 2. ad 2. & de verit. quæſt. 17. art. 3. ad. 2. dicens, *conſilium dare non eſſe effectum legis.* Et Azor lib. 5. cap. 2. qu. vlt. legem conſultiuam ſolùm eſſe legem analogicè, & ſimilitudinariè, quia eſt à Principe in communi poſita ad directionem populi. Reſpectu ta-

*Conſilium dare non eſſe effectũ legis quomodo intelligẽdum.*

E men aliorum qui prohibentur impedire, quod lex conſulit, verè & propriè eſt lex, & ſic intelliguntur aliqui Iuriſperiti, qui legem conſultiuam ponunt, vt Gloſſa l. legis virtus, ff. de legibus. Neque ideo falſum erit, quod Iſidorus ſuprà ait, *omnis lex vetat, permittit, vel punit.* Nam lex conſultiua permittit fieri, quod conſulit, idque ab aliis impediri vetat. Ideo Azor lib. 5. cap. 5. quæſt. 5. & Gloſſa modo citata dicunt conſilium legis ad permiſsionem reuocari, vt cùm lex prohibet extraneis, ne impediant agendo querelam, l. 1. ff. de inoffic. teſt. & cùm conſulit, quòd primò poſſeſſorium, quàm

petito

petitoriũ;(ſi ei competat) intentetur l.is qui,ff.de rei vendica.& facit, l. aqua Cod. de tranſactio. & cùm ait, *conſultum eſſe tranſactioni pœnam addere*, l. pacto,ff.de tranſact.& hoc ſenſu conſilium Euangelicum de religione, vel de arctiori religione lex priuata dici poſſet, iuxta cap. commiſſum, de ſponſalib.& cap.licet,de regular.& cap. duæ ſunt 19. q. 2. indicatur cap. niſi cum pridem de renuntiat. quod etiam colligitur ex D. Thoma quæſt. 108. art. 4. vbi Euangelica conſilia dicit pertinere ad legem gratiæ, niſi velis ibi legem accipere pro tota diſpoſitione, & prouidentia gubernatoris erga ſubditos. Vnde non eſt, cur Sotus 1. iuſt. quæſt. 1. art. 2. irrideat Gloſſam illam, quæ aſſeruit dari veras leges conſultiuas, nec cur Bartholus, & alij, ibi eam reiiciant. Sed de conſilio alia diximus ſect. 2.

*16. Difficultas. Punitio quomodo ſit effectus legis.*

16 Quod verò attinet ad punitionem, difficultas eſt, quomodo ſit effectus legis: nam remunerare non eſt effectus legis, ergo nec punire. Si dicas cum D. Thoma art. 2. ad 3. non eſſe ſimile, quia ſoluere debitum præmium, poteſt ad quemlibet pertinere: punire autem non niſi ad poteſtatem publicam, qua etiam ratione conſilium, quod quilibet dare poteſt, excluſit ab officio legis eod. art. ad 2. contra quia etiam pater punire poteſt Filios, vt docet Auguſtinus epiſt. 159. ad Marcellinum Tribunum, & refertur, cap. 1. 23. quæſt. 5. & ſimiliter Magiſter punire diſcipulos poteſt, vt teſtatur Boetius tract. de diſciplin. Scholaſt. D. Thomas ſuper Boetium eadem l. & Iuriſconſulti l. ſed etſi quemcumque, §. ſi magiſter ad fine, ff. ad l. Aquiliam, & l. item quæritur, §. ſi quis, ff. locati, cui concordat lex, 11. titul. 8. pert. 1. vbi Gregorius Lopez verſic. caſtigare & Gloſſa in cap. ſicut alterius verbo, iudicare 7. quæſt. 1. & in cap. nullus, verbo, vel flagellate 17. quæſt. 4. quare magiſter percutiens clericum Scholarem, intuitu diſciplinæ, vel correctionis non excommunicatur, vt conſtat ex c. 1. & cap. cum voluntate, §. ſi qui verò, de ſent. excom. quòd intelligendum eſt, cum leuis eſt percuſsio, aliàs excommunicatur, vt definitum eſt in cap. præsbyterum, de homicidio: præceptoris enim ſæuitia culpa non vacat, l. præceptum, ff. ad l. Aquiliam, l. item quæritur, §. ſi quis, ff. locat.

*Punire diſcipulos licet magiſtro.*

*Præceptoris ſæuitia culpa non vacat.*

Item paterfamiliâs eos, qui ſunt de familia, punire poteſt, cap. ad audientiam de homicid. cap. duo iſta nomina, 23. quæſt. 4. & multis oſtendit Gloſſa in l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, verbo publicè, ff. de pœnis, & in cap. ſicut alterius, verbo iudicare, 7. quæſt. 1. Butrius, & Panormitanus cap. cum contingat, de foro compet. Ioannes Faber, §. ſed hoc tempore, inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. Alexander conſ. 75. li. 3. ergo punire non eſt ſolius poteſtatis publicæ, & ſic non magis pertinet ad legem quàm remunerare.

*Paterfamiliâs eos qui de familia ſunt punire poteſt.*

17 Dico tamen punire eſſe actum & effectum legis, cum D. Thoma art. 2. corp. & ad 3. Conrado, Medina, Vazquez, Valentia, cæteriſque D. Thom. interpretibus. Quando enim punitio fit ſine vlla dependentia à iudice, vel ſubdito, qui punitur: vt in priuatione fructus ſuffragiorum, quam lex excommunicans inducit, & in nullitate contractus, quam inducit lex irritans, & in inhabilitate ad ordines, officia, & beneficia, aut ſimilibus, quæ procedunt ab aliis legibus, propriiſſimè, & immediatè punitio eſt effectus legiſlatoris, quaſi in genere cauſæ efficientis: nullatenus tamen eſt effectus legis, vt lex eſt, niſi fortè vt conditionis ſine qua nõ,

*Punire eſſe legis effectum probatur.*

A quia lex, vt lex, non punit niſi præcipiendo, vt inferetur vel ſuſtineatur pœna. In his autem euentis talis præceptio non eſt, ſed quia ſi non eſſet lex, non eſſet præuaricatio, ea autem præuaricatione poſita, ſine vllo miniſterio iudicis, vel alterius, ſequitur pœna per ſolam voluntatem, quàm legiſlator habuit, cùm legem conſtituit: ideo lex dicitur punire talia delicta quaſi executiuè. Quando verò punitio fit interuentu iudicis, vel alterius, cui præcipitur, vt puniat vel punitionem ſuſtineat, lex dicitur punire præceptiuè, & præceptio eſt actus, & effectus legis, ad modum explicatum in fine ſectionis 3. Ipſa verò punitio ſecundùm ſe eſt veriſſimè effectus legis, vt præcipientis.

18 Ad argumentum in cõtrarium reſpondeo, non B eſſe ſimile de remuneratione, propter rationem D. Thomæ, nec obſtat quod contra illã adductum eſt de parẽtibus, magiſtris & patribus familiarum: ſunt enim quædam pœnæ, quæ vitam ciuilem, id eſt, libertatẽ, vel naturalem adimunt, vel membrũ abſcindunt: de quibus Bart. l. imperium, nu. 8, ff. de iuriſdict. omnium iudic. & hæ ad publica iudicia pertinent, l. 2. ff. de pub. iud. vbi dicitur, *Publicorũ iudiciorũ quædam capitalia ſunt, ex quibus pœna, mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ, & ignis interdictio per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate*: cui cõſentit, l. edictum, ff. de bonorũ poſſe. & authen. de collato. cap. 4. collat. 9. Poteſtas inferendi has pœnas eſt in C Principe, & in præfectis prouinciarum, l. illicitas, §. qui vniuerſas, ff. de offic. præſid. item in prætoribus ciuitatum, & curiæ, & aliis eiuſmodi magiſtratibus, non in priuatis perſonis, vt ait, D. Thomas 2. 2. quæſt. 64. art. 3. parentes verò, & magiſtri, ac patresfamiliâs leui ſolùm animaduerſione punire poſſunt ſubditos, authoritate legis ciuilis, vt patet ex iuribus citatis in argumento, & legis naturalis, quia natura exigit, vt parentes, magiſtri, & patresfamiliâs eã habeant poteſtatem: nec enim expediens erat, vt pro omnium culparum punitione, hi ad magiſtratus recurrerẽt, vt perſpicuum eſt: remunerare verò quodcúmque bonum opus, quantocúmque præmio, cuilibet licet: vnde non ita remunerare, ſicut punire effectus legis eſt. Iam D verò quantum emolumẽti Reip. accreſcat ex hoc legis effectu, ſatis oſtendunt, quæ Dialog. 9. de legib. docet Plato, & quæ afferemus diſp. 6. agentes de legum vtilitate, circa art. 2. quæſt. 92. & duplicem vim legis dirigentem, & cogentem aliqui ſignificatam volunt Deuteron. 33. vbi lex Moyſis ignea dicitur, nam ſicut in igne eſt lux dirigens, & calor vrens: ita in lege debet eſſe directio, & punitio.

*Pœnæ quæ pertinent ad iudicia publica.*

*Qui poſſint has pœnas inferre.*

*Remunerare nõ eſt effectus legis.*

*Lex Moyſis cur ignea dicatur.*

## SECTIO V.

*An quatuor illi effectus, à D. Thoma numerati omni legi conueniant.*

E RESPONDEO, certum eſſe, ſi diſtributio ſit completa pro ſingulis generum, non omni legi hos omnes effectus conuenire: non enim quodlibet indiuiduum legis præcipit, vetat, permittit, & punit, vt notat Valentia illo puncto 2. Vazquez, & alij art. 2. ſed omnis lex aliquid horum facit, vt docet Iſidorus, Ethym. cap. 19. omnis item lex violata, vt ſic, pœna dignum conſtituit. Si verò diſtributio ſit incompleta, nempe tantùm 19

*Quomodo leges hæc officia habeant.*

tantùm pro generibus ſingulorum, conſtat in omni lege, ſcilicet, naturali & poſitiua, humana, & diuina, veteri, & noua dari præceptionem, & prohibitionem, quia in omni genere ſunt præcepta affirmantia & negantia.

*Lex naturæ an aliqua peccata permittat.*

20 Sed de permiſſione, & punitione eſt difficultas in lege naturali: nam quidam iuniores dicunt, accipiendo permiſſionem propriè pro eo quod eſt, peccatum aliquod non punire, nihil à lege naturæ permitti, quia omnia peccata punit ſaltem in alia vita, & ſic explicant Auguſtinum 1. de lib. arb. cap. 5. & 6. dicentem, *legem æternam nihil mali permittere: ſed omnia vindicare*, ſed certè Auguſtinus tantùm ait, *mala quæ rectè interdum lex humana permittit, per diuinam prouidentiam vindicari*: & licet daremus ſecundum Auguſtinum omnia mala per legem æternam puniri, ſi in eis homo decedat, de aliis tamen, quæ in hac vita committuntur, id dici non poſſet: imò propriè nec lex æterna, nec naturalis puniunt omnia in hac vita, aut in alia; quia nec puniunt præcipiendo, nec exequendo niſi per accidens, & occaſionaliter, quatenus earum violatio meretur pœnam, quę à Deo, vel hominibus in hac, vel alia vita infligitur: in hac tamen vita tam lex æterna, quàm naturalis puniunt aliqua delicta, præcipiendo principibus, & iudicibus & aliis miniſtris, vt ea puniāt, & inſuper lex æterna multa punit executiuè, quia ob eius, & aliarum legum violationē, multos punit Deus in hac vita. Sumendo autem permiſſionem, pro eo quod eſt, nec præcipere, nec prohibere, clarum eſt legē naturalem multa permittere non ſolùm indifferentia, ſed etiam bona. Quod verò ait D. Thomas art. 2. ex Ariſtotele 5. eth. cap. 1. & 2. præcipi à lege omnes actus virtutum, non intelligitur, quòd actu præcipiat, ſed quòd poſſit præcipere: ſaltem enim lex æterna, & poſitiua Dei poteſt quemcumque actum, & quantumcúmque difficilem præcipere: imò & leges humanæ quando eſſet neceſſarium ad commune bonum, & in eo euentu etiam poſſunt indifferentes pręcipere, imò in multis caſibus eos præcipiunt, & in aliis prohibent, quia ſunt neceſſarij, vel obſtant bono communi.

*Actus indifferentes qui ſint.*

Addit autem D. Thomas illos omnes actus, (quantùm ad præſens pertinet) indifferentes dici poſſe, qui ſunt vel parum boni, vel parum mali, ſcilicet in ordine ad communitatem, & ideo lex humana eos nec præcipit, nec prohibet, quamuis diuina, & naturalis omnes actus malos prohibeat, & ſic omnia peccata etiam venialia eſſe verè, propriè, & ſimpliciter contra legem diximus in tract. de peccatis. Bona etiam aliqua, etiamſi in ſe ſint maxima, non pręcipiuntur à lege humana propter magnam eorum difficultatem, & quia nō ſunt neceſſaria ad bonum commune, vt quòd iſte ſit religioſus, &c. De lege autem diuina poſitiua veteri, certum eſt multa puniuiſſe, præcipiēdo iudicibus, aut populo, aliiſve, vt eam inferrent, & reis vt eam ſuſtinerent, & taxando ipſam pœnam: lex autem noua licet iudicibus præcipiat, vt pœnam imponant, & inferant, & reis vt eam ferant, tamen nullam pœnam in hac vita taxauit, aut deſignauit, quæ ſine interuentu iudicum, vel Principum, aut legum humanarum incurreretur, vt in materia de irregularitate, & cenſuris tractatur, contra eos, qui docuerunt, aliquam excommunicationem, vel irregularitatem, iure poſitiuo diuinę legis nouæ incurri.

*Lex diuina vetus multa peccata puniēdos iuſſit.*

*Lex noua nullas pœnas ſtatuit.*

A Dubitabis, an punire ſine vlla culpa propriè dicta, ſit effectus legis, vt cum in ciuitate, vel religione ſunt aliqua ſtatuta, obligantia ad ſolam pœnam. Aliqui dicunt talia ſtatuta non eſſe propriè leges, cùm ea obligatio oriatur ex pacto, & conuentione, quam ſubditi cum ſuperioribus fecerunt in ingreſſu religionis. Sed meliùs dicit Azor, lib. 5. cap. 2. quæſt. vlt. & Valentia, diſp. 7. qu. 2. puncto 2. eſſe verè, & propriè leges, quia ſunt verè præcepta ſuperioris, in perpetuum obligantia ad pœnam latè dictam, quam etiam ſine vllo pacto cum ſubditis inito imponere poſſunt.

*An punire ſine vlla culpa propria ſit effectus legis.*

---

B

## SECTIO VI.

*Vtrùm præter illos actus, ſeu effectus à D. Thoma numeratos, ſint alij.*

VIDENTVR enim eſſe alij, ac proinde enumerationem factam à D. Thoma cum Iſidoro, & Modeſtino, exactam non eſſe: probatur: nam obligatio eſt effectus legis: ſimiliter abrogatio ſeu reuocatio alterius legis, inhabilitatio perſonæ ad aliquid, irritatio, vel annulatio cōtractus, vel alterius actus: item remuneratio: nam ad legiſlatores, & leges pertinet, remunerare opera ſtudioſa: vt docent Plato 9. de legib. cum eóque, & C Solone Cicero epiſt. ad Marcum Brutum, Iſidorus 5. Etym. cap. 19. tranſumptiuè cap. omnis, diſt. 3. Vlpianus, lib. 1. ff. de iuſt. & iure, imò legiſlator debet honorare, & laudare bonos, vt ibidem ait Plato, & bona conſilia dare, vt ſuperius vidimus: ergo aliqui ſunt effectus legis præter numeratos à D. Thoma. 21

*Remunerare an ſit actus legis.*

Propter hæc aliqui prædictis effectibus alios addunt, dicuntque D. Thomam, Modeſtinum, & Iſidorum, non intendiſſe omnes effectus referre, ſed præcipuos, & frequentiores. Alij cenſent ſecundùm D. Thomam & veritatem, enumerationem eſſe ſufficientem, quia, vt ait D. Thom. actus humani vel ſunt valdè boni, ſcilicet ad bonū commune, & ſic præcipiuntur: vel valdè mali, & ſic D prohibentur: vel indifferentes, aut nec valdè boni nec valdè mali, & ſic permittuntur quibus additur quartus effectus, ſcilicet, punire, tamquam neceſſarius ad efficaciam legis, ſcilicet, vt inuiolabiliter obſeruetur. Alij hanc ſufficientiam hoc modo deducunt: In legiſlatore eſt duplex poteſtas, altera directiua per ſimplicem præceptionem, vel prohibitionem, & ad hanc pertinent duo priores effectus, ſcilicet, præcipere, & prohibere: altera eſt coactiua per pœnam, & ad hanc pertinet, punire, quando expedit, & permittere, ſeu non punire, quando expedit permittere.

Ego exiſtimo omnes alios effectus, ſi qui ſunt, ad illos quatuor reduci: obligatio enim ex illis E immediatè oritur. De remumeratione varij ſunt modi dicendi: nam Cōſtātius Rogerius in præfatione lib. de potētia legis, n. 8. pręter illas quatuor virtutes legis, poſitas à Modeſtino, ponit quintā conſultiuam, quamuis num. 12. dicat aliquando præceptum ſapere naturam conſilij, & melius dixiſſet conſilium ſapere naturam præcepti. Deinde Caſtro, licèt illos de lege ca. 1. ex Modeſtino quatuor illos effectus, ſeu poteſtates, & virtutes legis numerauerit: tamen ca. 9. ait adiiciendā eſſe quintam, poteſtatem ſcilicet remunerandi, & carpit 22

*Omnes legis effectus ad iſtos quatuor reduci poſſunt.*

F

Digitized by Google

Accurſium, eò quòd in illa l. legis virtus, ff. de legibus dixerit, nullam eſſe legem, in qua aliquid ex illis quatuor à Modeſtino expreſſis, aut aliquid æquipollens non inueniatur. Quamuis addat Caſtro in Modeſtini fauorem dici poſſe, illum, etſi hanc legis poteſtatem apertis verbis non expreſſerit, eam tamen apertè innuiſſe, cùm dixit, *legis virtutem eſſe punire: quia ſicut malis pœna, ita iuſtis debetur præmium.* Sed D. Thomas hic art. 2. ad tertium, reſpondet, præmiare poſſe ad priuatam perſonam pertinere, ideo non eſſe actum legis, ſicut punire quod requirit Superioris auctoritatem. Iſidorus autem ſub permiſſione remunerationem comprehendiſſe videtur, cùm exemplum permiſſionis poſuit, vt vir fortis petat præmium, id eſt, permittatur præmium petere: aut ſub punitione, cùm dixit legis præmio, aut pæna vita moderatur humana. Alij dicunt remunerationem trifariam poſſe lege præſcribi, aut concedendo facultatem, vt ſtudioſi præmium petant: & hac ratione ſub permiſſione contineri: aut iubendo, vt ad certum Reipubl. honorem & dignitatem non niſi ſtrenui milites, verbi gratia, aſcendant: & tunc ad imperium pertinere, aut denique prohibendo aliis, ne impediant præmij petitionem, & ſic ad prohibitionem ſpectare. Sed certè primus modus nec ad legem, nec ad poteſtatem publicam per ſe pertinet, cùm à priuato etiam fieri poſſit, vt ait D. Thomas in illa ſolutione tertij argumenti. Dici etiam poſſet, remunerationem non numerari, quia rarò in lege humana ponitur, nam ſi legiſlator omnia bona remuneraret, citò ærarium exhauriretur: & hominis ad petendum præmium, ſine lege ſunt ſatis propenſi.

*Cur effectus legis non ſit dare præmiũ, ſicut punire.*

Ad argumentum de conſilio reſpondet D. Thomas art. 2. ad ſecundum, & Azor lib. 5. cap. 5. quæſt. 5. non eſſe per ſe actum legis, nec legiſlatoris, quia non requirit per ſe poteſtatem publicam, cùm à quolibet dari poſſit, quo pacto ſimplex permiſſio etiam excludi poteſt, quia etiam à priuatis perſonis fieri poteſt. Accurſius, & Azor ſuprà aliter reſpondent, nimirùm cõſilium ad permiſſionem reduci, quæ ad ſolam poteſtatem publicam pertinet dupliciter: primò obligando ſubditos ne impediant illum, cui aliquid à Superiore permittitur: ſecundò permittendo voluntariè, nam qui non eſt Superior, neceſſitate quadam permittit, quia non poteſt præcipere, nec prohibere, nec impedire nec punire. Superior autem permittit voluntariè, quia poſſit præcipere, prohibere, impedire, vel punire: ſed non facit.

*Conſilium cur non ſit actus legis.*

23 Ad argumentum de abrogatione, ſeu reuocatione prioris legis reſpondeo, interdum non pertinere ad legem, quia abrogatio interdum fit per puram ablationem legis. Si autem fit ponendo nouam legem, illa præcipiendo, prohibendo, permittendo, vel puniendo, aliã abrogat legem: verbi gratia, ſi præcipiat, ne deinceps puniãtur, qui priorem legem non ſeruauerint.

*Abrogatio nõ pertinet ad legem.*

Ad argumentum de irritatione reſpondent aliqui, irritationem ſub prohibitione contineri: quia quoties lex ſimpliciter prohibet contractum, vel alium actum, cenſetur illum irritare l. nõ dubium, C. de legib. ſed in diſputatione de lege irritante, oſtendemus id non eſſe generaliter verum: multa enim fieri prohibentur, quæ facta tenent, cap. ad apoſtolicam, de ſtatu regul. vbi gloſſa id confirmat ex cap. nos nouimus, 18. quæſt. 1. & cap. ſi vir, 27. diſt. & cap. viduam, 2. quæſt. 7. & licet omnis actus ſimpliciter prohibitus, eſſet irritus, quia id vult legiſlator, tamen poſſet ſine irritatione prohibere, & ita ſæpe factum eſt: ergo iſti effectus eſſent diſtinguendi, maximè cùm horum irritatio poſſet dari abſque prohibitione. Alij dicunt, irritationẽ reduci ad punitionem, quia ſæpe in pœnam fit, ſed non placet, quia ſæpe etiam fit non in pænam. Alij dicunt non eſſe effectum legis, ſed legiſlatoris, quamuis ſæpe legi adiũctus ſit. Sed meliùs dicitur, eſſe effectum legis, & reduci ad prohibitionem, quia eo ipſo quod irritatur cõtractus matrimonij, vel alius, conſequenter prohibetur homo ea facere, quæ ſi fiant contractu non valente illicita erunt: idem eſt de legibus inhabilitantibus, & ſimile quid dici poteſt de legibus concedentibus præſcriptionem, habilitatẽ, & ſimilia: conſequenter enim aliquos actus hominum prohibent, vel præcipiunt, ideo præſcriptio, & alij actus ſeu effectus legis ad illos quatuor reducuntur.

*Irritatio an ſit effectus legis.*

*Irritatio eſt effectus legis, & ad prohibitionem reducitur.*

Imò tres illorum ad præceptionem reduci poſſunt, quia prohibitio eſt præceptum negatiuum, & permiſſio, quatenus eſt actus legis, aliquã prohibitionem vel præceptionem importat, vt etiam punitio iuxta ſuperius dicta: de obligatione etiam conſtat, totam ad præceptum aliquod reduci, & ſi in rigore loquamur de effectibus legis, illa eſt primus, & immediatus effectus legis, quoniam præceptio, & prohibitio, in quibus permiſſio, & punitio continentur, ad eſſentiam legis pertinent.

Ex quibus colligitur, triplicem eſſe permiſſio- 24
nem. Prima malorum, ob vitanda maiora mala, ſic permittuntur meretrices, mendacia, & alia huiuſmodi, gloſſa ca. fin. diſtinct. 3. ſecunda, rerum quæ nunquam fuerunt illicitę, vt ſecundæ nuptiæ: tertia, rei quæ olim fuit illicita, ſed modo cõceditur, & ſic licita, vt contrahere cum conſanguinea in quinto gradu.

*Triplex eſt permiſſio.*

DISPV

Digitized by Google

# DISPVTATIO QVARTA, DE LEGE ÆTERNA.

## Quæſtio nonageſimatertia, de lege æterna.

Art. 1. *Vtrùm lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exiſtens.*
Art. 2. *Vtrùm ſit omnibus nota.*
Art. 3. *Vtrùm omnis lex à lege æterna deriuetur.*
Art. 4. *Vtrùm neceſſaria & æterna ſubiiciantur legi æternæ.*
Art. 5. *Vtrùm naturalia contingentia ſubſint legi æternæ.*
Art. 6. *Vtrùm omnes res humanæ ei ſubiiciantur.*

DE hac re tractant Thomiſtę cum D. Thoma in hac quæſt. 93. Valentia diſp. 7. quæſt. 3. Alenſis 3. parte quæſt. 26. Turrecremata cap. omnes leges, diſt. 1. Sotus 1. iuſt. quæſt. 3. Sayrus 3. theſauri, cap. 2. nu. 2. & ſequentibus, Antoninus 1. part. tit. 11. cap. 1. §. 4. & tit. 12. cap. 1. §. 1. & 2. Viualdus 4 part. candelab. cap. 3. Radanus tom. 2. controuerſ. 20. art. 1. Syluester, Angelus, Tabienna, Armilla & alij ſummiſtæ, verbo lex. Nos aliqua diximus diſput. 1. ſect. 6. & diſp. 2. ſect. 1. ſed hic alia addenda ſunt.

### SECTIO PRIMA.

*Quid ſit in Deo lex æterna, qua gubernat creaturas, & an ea lex ſit multiplex ſecundùm rationem.*

2 *Lex æterna quid ſit.*

LEx æterna, qua Deus creaturas rationales & irrationales gubernat, eſt dictamen Dei de conuenientia, neceſſitatem aliquam inferendi creaturis, acceptatum, vel approbatum aliquomodo per voluntatem ipſius, ſeu eſt ipſa voluntas Dei tali dictamini conformis iuxta ea, quæ diximus diſp. 1. ſect. 6. quibus conſonat Antoninus ſuprà dicens lex æterna eſt *ſapientiſſima ratio voluntatis Dei, prout ordinat omnia in debitos fines ſuos.* Et hoc intendit Auguſtinus 22. contra Fauſtum cap. 27. cum ait, *Legem æternam eſſe rationem, vel voluntatem Dei, quæ rerum ordinem ſeruari iubet, perturbari vetat,* & 1. de liber. arbit. cap. 6. cùm ait eſſe *rationem ſummam in Deo, cui ſemper obtemperandum eſt.* Similia dicit Cicero 1. & 2. de legib. ex quibus ſumpſit D. Thomas hic art. 1. dicens *eſſe rationem diuinæ ſapientiæ, quatenus eſt directiua omnium actuum, & motionum,* ſcilicet, *cum quadam neceſſitate, & obligatione:* ratio enim conſultiua, non eſt in Deo lex, niſi valde metaphoricè, ſeu analogicè, & impropriè: quæ neceſſitas indicatur Sap. 8. vt notat Valentia ſuprà puncto 1. in illa particula, *fortiter,* cùm dicitur *attingere à fine vſque ad finem fortiter.* Additur verò, *& diſponit omnia ſuauiter,* quia creaturas irrationales obligat, & neceſſitat phyſi-

A cè, vt earum natura poſtulat, rationales verò moraliter tantùm, quia ſcilicet, vt non peccent, neceſſe eſt conformare ſe æternæ legi: nam accommodare ſe naturis rerum ſuauitas quædam eſt, in illa autem neceſſitate naturali accommodat ſe Deus naturis rerum expertium rationis, quia dirigit eas ad fines ſuos per media proportionata, & idem ſeruat Deus in neceſſitate morali, quam ſua lege creaturis rationalibus imponit. Quia verò neceſſitas naturalis non eſt propriè obligatio, nec lex æterna Dei, quatenus regit creaturas irrationales, eſt propriè lex, quia lex propriè dicta vim habet obligandi propriè. De lege æterna, qua Deus irrationalia gubernat, intelligitur communiter id Prouerb. 8. *Quando certa lege & gyro vallabat abyſſos:*

*Lex æterna neceſſitat res irrationales, rationales mouet tantùm moraliter.*

*Lex æterna Dei quatenus regit creaturas irrationales, nõ eſt propriè lex.*

B & notant aliqui certam dici, quia neceſſitat, ſed alij nomine legis ibi intelligũt inclinationem inditam aquæ, vt explicat Antoninus ſuprà: poſtquam enim dixit cuilibet creaturæ dedit legem, ſeu præceptum, quod ſeruat ſecundùm illud Prouerb. 8. *Quando certa lege, &c. & legem ponebat aquis,* & Pſal. 148. *præceptum poſuit, &c.* adiungit, *non eſt aliud illa lex ſeu præceptum quàm inclinatio creaturæ ad operationes ſuas proprias ſicut lex cœlorum, & planetarum eſt inclinatio ad motum, &c.* idem docet Vazquez q. 91. art. 1. vt retulimus diſp. 2. ſect. 1.

Vnde patet, in Deo eſſe duas leges æternas ratione diſtinctas: vnam propriè dictam, & propriè obligantem, qua regit creaturas ratione præditas: aliam impropriè dictam & impropriè obligãtem, qua regit reliquas creaturas, & quælibet ipſarum 3

*In Deo ſunt duæ leges æternæ.*

C eſt multiplex ſecundùm modum noſtrum intelligendi, quia in Deo ſunt multa dictamina ratione diſtincta de conuenientia neceſſitãdi phyſicè, vel moraliter, hominem, angelũ, ignem, equum, &c. ad hoc, vel illud, quæ dictamina ſunt: nihil innouuunt fictum, ſed relationes reales tranſcendentales ad varia obiecta. Et in Deo eſſe varias leges ratione diſtinctas planè colligitur ex Auguſtino 9. ciuit. cap. 22. vbi ſic ſcribit. *Aliud eſt temporalibus temporalia, & mutabilibus mutabilia conſectare, eiſque temporalem & mutabilem modum ſuæ voluntatis inſerere, quod dæmonibus certa ratione permiſſum eſt: aliud autem in æternis, atque incommutabilibus Dei legibus, quæ in eius ſapientia viuunt, mutationes temporum peruidere, Deiq́; voluntatem quæ tam certiſſima, quàm*



Digitized by Google

*potentiſſimum eſt omnium, ſpiritus eius participatione cognoſcere: quod ſanctis Angelis recta diſcretione donatum eſt.* Alenſis etiam 3. part. quæſt. 26. membr. 6. ponit in Deo plures leges ratione diſtinctas, & per varios reſpectus conſtitutas. Nec obſtant D. Thomas art. 1. ad primum, Cõradus, ibi Sotus 1. iuſtit. quæſt. 3. art. 2. in fin. qui dicunt, licet in Deo ſint plures ideæ ſecundùm rationem, non tamen eſſe plures leges æternas, & ſic de rationibus idealibus explicant Auguſtinum lib. 83. qq. quæſt. 40. dicentem, *quòd Deus ſingula fecit propriis rationibus*. Dico enim, quidquid ſit de aliis, Sotum velle, quòd licet ideæ multiplicentur ex parte creaturarum, quę illis fiunt, non tamen leges ex parte creaturarum, quibus imponuntur, nam eadem lex imponitur multis, nõ tamen eadem idea, & forma fiunt multa ſaltem ſpecie diuerſa: non tamen negat D. Thomas eſſe diuerſas leges iuxta diuerſitatem eorum quæ imperantur creaturis rationalibus, vel irrationalibus: ex quibus intelligitur legem æternam non re, ſed ratione tantùm differre à diuina prouidentia, vt ait D. Thomas quæſt. 93. art. 5. & Radanus tom. 1. controu. 10. art. 1. ratio enim & mens, ſeu voluntas diuina, quatenus res in ſuos fines ordinat per media, dicitur prouidentia: quatenus verò aliquã neceſſitatẽ illis imponit, appellatur lex.

## SECTIO II.

### *Vtrùm actiones diuinæ etiam neceſſariæ, quales ſunt productiones diuinarum perſonarum, æternæ legi ſubiaceant.*

4 *1. Concl. Actiones Dei neceſſariæ, quibus producuntur perſonæ, non ſubiacent legi æternæ.*

DIco primò, actiones Dei neceſſariæ, quibus producuntur perſonæ diuinæ, non ſubiacent legi æternæ. D. Thomas ar. 4. Conradus ibi, Medina ibi §. ſed dubitatur, Valentia diſpu. 7. quæſt. 5. punct. 3. de lege poſitiua patet, quoniam nemo ſibi ipſi legem imponit, vt notat Caietanus eodem art. 1. & quia lex poſitiua eſt libera, à libero autem non pendet, quod eſt omninò neceſſarium. De naturali etiam probatur, quia neceſſitas, quæ eſt in prædictis actionibus, oritur ex ipſa natura Dei, non ex dictamine, vel volitione aliqua Dei, maximè ſi priùs ratione eſt productio Verbi, quàm volitio producendi illud, & quaſi amor eſſentialis, vt docuimus in materia de Trinitate, & Medina hac quæſt. 93. art. 1. in fine.

*2. Concl.* Dico ſecundò, neque actiones Dei liberæ ſunt propriè ſubiectæ legi æternæ Dei, ita tenẽt Alẽſis, Sotus poſteà referendi, Medina, Valentia, cõmuniter recentiores: & probat Valentia ſuprà, quia lex & regula à regulato diſtingui debet: dictamen autem diuinum nõ diſtinguitur à voluntate diuina, ergo non eſt lex, aut regula actionum ipſius.

*Actiones Dei liberæ legi æternæ ſubiectæ non ſunt.*

Addit Valentia, ſi quis aliter accipiat rationem regulæ, & legis: quæſtio hęc non erit niſi de nomine & omninò non expediet ita loqui, vt perſonæ diuinæ dicantur ſubiectæ legi æternæ, quamquam video impropriè etiam dici ſolere, quòd Deus promiſſionibus ſuis imponat ſibi legem, ſeſe obligat.

*Deus promiſſionibus ſuis ſibi legem imponit.*

Verùm eiuſmodi locutiones non ſunt extendendæ vltra id, quod conſuetus modus loquendi doctorum permittit. Hęc ille, cui conſonat Medina ſuprà, dicens rationem Dei poſſe dici legem reſpectu actionum liberarum Dei, minùs impropriè quàm naturalium ſeu neceſſariarũ, cum aliqua tamen improprietate, quia diuina voluntas ex ſe eſt rectiſſima imò & ipſa rectitudo, licet concedi poſſit diuinam ſapientiã eſſe rationem diuinæ voluntatis, ſicut immutabilitas eſt ratio æternitatis. Et quidem rectè dicit Valentia, non eſſe propriè dictum, quòd Deus promiſſione ſua ſibi legem imponat. Quia nec promiſſiones, nec vota noſtra ſunt veræ leges, eò quòd non obligant per ſe, ſed media lege naturali ſiue dictamine rationis iudicãtis illa eſſe omninò ſeruanda.

*Promiſſiones ſeu vota non ſunt veræ leges.*

Rectè etiam dicit Valentia, rationem diuinam propriè non eſſe legẽ comparatione diuinæ voluntatis, vnde non eſſet valde cõtendendũ cum eo, qui diceret oppoſitum, neque id eſt improbabile: nam ſic Pindarus, Plato, Martianus, Chryſippus, & Demoſthenes relati diſp. 4. ſect. 6. num. 27. dixerunt, legem eſſe etiam deorum reginam, & D. Thomas 1. p. q. 21. art. 1. ad 2. ait rationem diuinæ ſapientiæ comparari, vt legem ad diuinam voluntatem. Quod etiam indicat Ariſt. 5. eth. cap. 7. dicens, *ius ſeu iuſtum naturale apud nos moueri videri, licet verè non moueatur, apud Deos verò nihil forſitã eſſe, quod vllo modo ſic ſe habeat.* Id eſt, fortaſſe ius quo dij in ſuis actionibus gubernantur, non videri mutari, & clarè Molina in concordia q. 14. art. 13. diſp. 32. §. ratio hæc, ait, *in Deo eſt lex æterna, quæ eſt ipſemet Deus, quæque ipſi dictat, quid rectum ſit, vt ab eo fiat, & quid turpe, ſi ab eo fieret.* Et confirmari poteſt hæc ſententia.

1 *1. Confir.* Primò, quia ſi Deus mentiretur, vel promiſſa non impleret, peccaret: ergo faceret cõtra aliquam legem, tunc autem nulla alia lex eſſet, niſi ſua ratio, ergo ratio Dei eſſet tunc lex, ac proinde & modo.

*2. Confir.* Confirmatur ſecundò, nam Deus tenetur nõ mẽtiri, non violare fidem, promiſſis ſtare maximè ſecundum eos qui dicunt Deum ex promiſſione cõtrahere obligationem iuſtitiæ: ſed omnis obligatio oritur ex aliqua lege: ergo actiones Dei ſubduntur alicui legi, nimirum naturali ipſi Deo, quę eſt ratio ipſiuſmet.

*3. Confir.* Cõfirmatur tertiò, quia omnia creata regulãtur lege æterna: ſed omnes actiones externæ, & tranſeuntes Dei ſunt creatæ: ergo regulantur lege æterna. Maior patet ex Auguſtino & aliis, qui totum ordinem vniuerſi à lege æterna prouenire docent. Si dicas, actiones externas Dei regulari lege æterna, non verò internas, & immanentes, contra; quia nulla lex præſertim naturalis regulat actiones externas, quin etiam regulet internas vel per ſe, & primariò, vel ſecundariò, & conſequenter, vnde idem præceptum eſt reſtituẽdi, & volendi reſtituere, ergo ſi lex æterna regulat actiones Dei externas, etiã regulabit internas.

*4. Confir.* Confirmatur quartò, quia cùm D. Thomas art. 4. in primo argumento propoſuiſſet, omne quod rationabile eſt, rationi ſubditur: ſed voluntas diuina eſt rationabilis, cùm ſit iuſta: ergo rationi, ac proinde legi æternę ſubditur. Reſpõdet, ſubdi nõ ſecundũ ſe, ſed quãtùm ad ipſa, quę Deus vult circa creaturas, quę quidẽ ſubiecta ſunt legi æternæ. Sed circa creaturas vult Deus creationẽ, cõſeruationẽ, &c. ergo iſtæ actiones ſubdũtur legi æternæ. Eodem modo poteſt colligi ex Auguſtino de vera relig. cap. 31. vbi, ait *incommutabilem veritatem eſſe legem omnium artiũ, & omnipotentis artificis*, quod ſic explicat Alenſis 3. p. q. 26. in 3. vt dicatur regula omnium artium, quia eſt regula omnium bonorum procedentium à creatura: regula autem omnipotentis artificis, quia regula omnium immediatè procedentium à Deo, ſed actiones externæ Dei immediatè ab eo procedũt: ergo eſt earum regula

*Incommutabilis veritas lex omnium artium.*

Digitized by Google

regula nimirum, qua vtitur & cui ſe conformat in omni ſua externa operatione. Quintò, quia bonitas moralis conſiſtit in conformitate ad legem: ſed actus Dei ſunt boni moraliter: ergo conformes legi, ſcilicet æternæ, qua regulantur.

*5. Confir.*

6 Cæterum D.Thomas art.4.in corp.& ad 1.2.& 4.& Conradus ibi, Soto 1. iuſt. q.3.art.4. conc.1. videntur dicere voluntatem diuinam in nulla ſua actione ſubdi legi æternæ: quoniam eſt ipſa ratio, & lex æterna. Quod Alenſis illa quæſt. 26. m. 8. art.1. probare videtur. Primò, quia voluntas Dei eſt prima ratio omnium: ſed primæ rationis non eſt ratio: ergo voluntatis diuinæ non eſt ratio, ac proinde nec lex æterna: nam lex æterna eſt ratio. Secundò, quia Auguſtinus lib.83. quæſtio. ait, qui quærit cauſam voluntatis diuinæ, quærit maius voluntate diuina: ſed impoſſibile eſt dari aliquid maius voluntate diuina, ergo & dari eius cauſam. Lex autem eſt ratio & cauſa eius, quod ei ſubiectũ eſt, ergo voluntas diuina nulli legi æternæ ſubditur. Tertiò, quoniam Anſelmus, lib. cur Deus homo, ait, *cum Deus liber ſit, nulli legi, nulliuſque iudicio ſubiacet.* Quartò, alij probãt, quia vel lex æterna, cui Deus ſubditus dicitur, eſt dictamen diuini intellectus; & hoc non, quia omnis lex actum voluntatis includit, ideo Auguſtinus 22. contra Fauſt.cap.27. dixit legem æternam eſſe rationem, vel voluntatem Dei, & Damaſcenus 2.fidei ca. 12. *Diuinam voluntatem fas eſſe, & legem quàm decentiſſimam:* vel eſt decretũ faciendi aliquid; & hoc nõ, quia hoc nõ obligat directè ipſum Deum, quãuis mutare illud non poſſit, quia mutatio eſſet imperfectio phyſica, vel moralis; ſicut nec decretum noſtrum eſt nobis lex, quamuis lege naturæ teneamur non mutare illud ſine cauſa, & ſimiliter licet Deus ex promiſſione obligetur de iuſtitia, aut ſaltem de fidelitate, tamen ea promiſſio non eſt propriè lex: quia non obligat per ſe, ſed per dictamen de turpitudine, quæ eſſet violare fidem. Latè tamẽ decretum, vel promiſſio appellari poteſt lex, & fortaſſe ſic intelliguntur Scotus 4. diſt. 44.quæſt.1.§ reſpondeo. Maior diſt.43.quæſt.1. in princ. & alij communiter aſſerentes, Deum aliqua facere ſecundum legem ordinariam, aliqua verò præter illam. Quintò probant alij, quia id quod lege gubernatur, gubernatur in ordine ad aliquẽ finẽ: ſed Deus nullũ habet finẽ præter ſe, ergo non gubernatur lege. Confirmatur, quia omnes actiones ſubiectæ legi, ſunt propter finem, ſed nihil in Deo exiſtens habet finem, ergo nihil tale eſt ſubiectum legib. Sextò, quia Nyſſenus lib. 6. de Fato cap.vltim.ait, omnipotens neque naturæ neceſſitate, neque legis præcepto operatur, & Anſelmus 1.cur Deus homo c.10. Deus nulli legi ſubiacet, & infrà: cum Deus ſit liber, nullius legis ſubiacet iudicio. & lib. 2. cap. 15. Dei voluntas nulla cogitur neceſſitate, ſed ipſe ſua ſpontanea ſeruat immutabilitate, quando dicitur aliquid neceſſitate facere, & cap. 17. dum dicimus aliquid neceſſe eſſe, aut non eſſe in Deo, non intelligitur, quod ſit in eo neceſſitas cogens, aut prohibens, Abulen. Mat.22. quæſt. 113. Deus, qui nulla lege tenetur, non eſt acceptor perſonarum, quidquid fecerit, & quæſt.220. ad 1. Deus non obligatur ad aliquem certum modum agendi.

*Prima rationis non eſt ratio.*

*Deus nulli legi ſubiacet.*

*Latè decretũ appellari poteſt lex.*

7 Sed ad hæc omnia facilè poteſt reſponderi: non enim videtur de ratione legis, quod ſit verè cauſa actionis, quæ ei ſubiicitur, aut quod diſtinguatur realiter à voluntate, vel agente, quod ei ſubiicitur, nec procedere à ſuperiori ſuppoſito vel natura, nec dirigere actionem internam, vel rem agentem in aliquem finem, vel rem finalem ipſius, ſed ſatis eſt procedere ſecundum rem, vel rationẽ à potentia aliqua, quæ ſit ſuperior ea voluntate, quæ ad aliquid tenetur, & obligatur, & hoc competit dictamini diuino reſpectu diuinæ voluntatis, vnde videtur eſſe lex comparatione illius, quãuis identitate ipſa ſit lex, ſicut identicè eſt ratio, ſeu intellectio diuina.

Nec cogitur propriè voluntas diuina à lege, quia ipſa ex ſe eſt inclinata ex neceſſitate, ad ſequendam legem internam, quam non habet ad communicandum ſe creaturis, niſi ſuppoſito propoſito, vel affirmatione, aut promiſſione, ex quibus oritur obligatio conſtantiæ, veritatis, & fidelitatis; aut veræ iuſtitiæ: abſolutè autem tenetur non mentiri, ſed poteſt tacere, aut occultare veritatem: ſicut ergo ſuperius diximus voluntatem noſtram verè habere pro lege rationem in multis, ita de diuina voluntate dici poſſet in paucis, neque obſtat, voluntas Dei eſt ſubſtantia Dei, vt docet Auguſtinus 11.confeſſ.c.11.ſed ſubſtantia Dei nullam habet regulam, vel legem, ergo nec voluntas. Sufficit enim diſtinctio rationis, vel ſubſtantiæ Dei nõ habet regulam, vel legem; voluntas verò eam habeat, imò ſi eſſentia Dei formaliſſimè eſt intellectio ipſius, formaliſſimè erit lex, & regula voluntatis ſuæ, ac proinde quaſi menſuram lex menſura eſt aliquomodo iuxta D. Thomam qu. 90. art. 2. tenendo tamen rationẽ Dei reſpectu volũtatis diuinæ non eſſe propriè legem. 8

Ad primum argumentum in contrarium reſpondeo, ad peccatum ſatis eſſet agere contra legẽ latè dictam qualis eſt ratio eius, in quo intellectio & volitio, nec diſtinguuntur, ſicut in Deo: in Angelo autem licet daremus eſſe ſuam intellectionẽ & voluntatem, tamen quia intellectio eſt voluntas à volitione diſtinguerentur, vera eſſet lex.

Ad ſecundum reſpondeo, ad legem propriè dictam non ſufficit obligare, ſed oportet obligare volũtatem à ſe diſtinctam, vel ſaltem obligare ad volitionem à ſe diſtantem: quod non habet intellectio diuina, ideo non eſt propriè lex diuinæ voluntatis.

Ad tertium reſpondeo, omnia agentia creata regulari à lege æterna, non tamen omnes actiones creatas: ſi enim ſint actiones Dei, nulli legi ſubduntur, vt Dei ſunt, ſed ſi eædem ſint actiones creaturarum, vt ſic ſubdentur legi æternæ, & hoc intendunt D. Thomas, Auguſtinus, Alenſis citati in 4.arg. quod ex his manet ſolutum.

Ad quintum reſpõdeo, ad bonitatem moralem non requiri conformitatem cum lege propriè dicta; nam lex propriè dicta includit præceptum, bonitas autem moralis exiſteret nullo exiſtente præcepto, ſed requiritur ad bonitatem moralem conformitas cum lege latè dicta, id eſt, cum ratione opus approbante.

Ad ſextum reſpondeo, Sanctos illos ſolùm velle, Deum nulli præcepto externo, aut à ſe, vel à ſua voluntate diſtincto ſubiici. Ad teſtimonium autem D. Thom. 1.p. qu.2.art.1.ad 2. reſpondeo, non dixit rationem Dei eſſe legem, ſed ſicut legẽ diuinæ voluntatis quatenus per eam dirigitur, & obligatur: nulla enim voluntas poteſt ferri in incognitum, vt docet Vazquez diſp.33.cap.2. nu.7.

*Ad teſtimo. D.Thom.*



Digitized by Google

cap. 3. nu. 11. & diſp. 36. cap. 4. nu. 17. Suarez tom. 1. metaphy. diſp. 23. ſect. 7. n. 6. Azor to. 1. li. 1. c. 20. quæſt. 7. & nos latè tract. 1. & ſpeciatim Deum nō poſſe ſe amare, niſi ſe intelligat, docet Anſelmus in Monolog. c. 48.

## SECTIO III.

*Vtrùm omnes actiones creaturarum ſubÿciantur legi æternæ.*

9 *Lex æterna eſt regula omnium actionū neceſſariarū, & liberarum creaturæ.*

RESpondeo, loquendo latè de lege æterna eam eſſe regulam omnium actionum neceſſariarum, & liberarū cuiuſcunque creaturæ; non quidem omnes præcipiendo, ſed aliquas vetando, nempe malas, aliquas verò permittendo, vt indifferentes, aliquas conſulendo, vt meliores, & in humanis omnibus non intrinſecè malis modum præſcribendo, quò honeſtè fiāt, & in omnibus omninò vetando modū, quo inhoneſtè, ac turpiter fiant. Ita ſentit Aug. 1. de lib. arb. c. 5. & 6. Vbi ait *legem æternam eſſe rationem in mente Dei exiſtentem, qua res omnes per conſentanea media in ſuos fines diriguntur*, & lib. 83. qq. quæſt. 27. in fine ait. *lex incommutabilis omnia mutabilia pulcherrima moderatur gubernatione*, & 22. contra Fauſt. cap. 27. *legem æternam eſſe rationem, vel voluntatē Dei, quæ ordinem vniuerſi conſeruari iubet, pertubari vetat*, & 5. de ciuit. cap. 11. oſtēdit nihil eſſe quod ſubterfugiat leges diuinæ prouidentiæ, & inter alia dicit, *Deum, qui non ſolùm cœlum & terram, nec ſolùm Angelum, & hominem, ſed nec exigui animantis viſcera, nec auis pennulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium ſine ſuarum partium conuenientia, & quadam veluti pace dereliquit; nullo modo eſt credendum regna hominum, eorúmque dominationes, & ſeruitutes, à ſua prouidentiæ legibus alienas eſſe voluiſſe*, & 19. ciuit. cap. 12. *nullo modo aliquid legibus ſummi creatoris, ordinationique ſubtrahitur, à quo pax vniuerſitatis adminiſtratur.* Hoc ipſum inſinuat ſcriptura, Pſal. 148. *ſtatuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit*, & ibidem *ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius*, Prouerb. 8. *Quando certa lege & gyro vallabat abyſſos*, & infrà, *Legem ponebat aquis, &c.* Iob. 28. *quādo ponebat pluuiis legem*, & c. 38. *quis poſuit menſuram eius ſi noſti?* & infrà, *quæ concluſit oſtiis mare, & dixit, hucuſque venies, &c.* Ad idem aliqui adducunt id, Sap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, & cap. 14. *Tu pater gubernas omnia prouidentia*: & Heſter 13. *in ditione tua cuncta ſunt poſita.* Quod etiam intelligitur de cœlis, & Angelis: nam eorum etiam Deus eſt cauſa efficiens, 2. Metaphy. cap. 5. & *ipſis Deus legem ab æterno impoſuit: per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, Rom. 11. Sed hæc minus ad rem ſunt, quam etiam docet Cicero 1. & 2. de legib. Sayrus 3. Theſaurus cap. 2. num. 4. Radanus co. 2. controuer. 20. art. 1. D. Thomas 4. 5. & 6. & paſſim alibi. Valentia, diſp. 7. quæſt. 3. ferè per totam. Alenſis tertia parte, quæſtione 26. Sotus, & alij citati initio diſput. & omnes agentes de lege æterna.

Propriè autem ſolùm eſt lex reſpectu creaturæ rationalis, & actionū eius liberarū, & ſumitur ex Auguſtino quæſt. 74. in Leuit. & habetur. cap. mulier 15. quæſt. 1. vbi Auguſtinus ait, *pecus nullo modo eſſe capax legis*, & ſic aliqui interpretantur id 1. Cor. 9. *numquid de bobus cura*, ſcilicet legiſlatiua: alij de iure principali, etſi potiſſima ratio eſt, quia lex propriè obligat, ſola creatura rationalis propriè obligatur, & ſolùm in ordine ad actiones liberas: præcepta enim non dantur de rebus alioqui neceſſariis: ergo hinc intelligitur primò, quomodò lex æterna ad diuinam prouidentiam comparetur.

*Aeterna lex propriè eſt ratione creaturæ rationalis & actionum eius liberarū.*

10 *1. Corol. Quomodo lex æterna ad diuinam prouidentiam comparetur.*

Nā lex ęterna latè dicta, prout ad omnia creata ſe extendit, eſt ipſa notitia practica, prout neceſſitatem quandam phyſicam, vel moralem imponit creaturis in ordine ad ipſarum actiones, ſiue circa media, ſiue circa finem verſentur: prouidentia verò tantùm eſt notitia practica Dei circa media, præſcindendo ab omni neceſſitate, imò & ab actionibus rei, cui prouidetur: vt cum ipſa peruentura eſt ad finem non ſuis operationibus, ſed alienis, prouidentia eſt erga illam, ſed nulla lex ei imponitur. Deinde lex eſt ratio, & regula agendorum quaſi in genere & in cōmuni; eſt enim præceptum multis impoſitum, prouidentia autem eſt ratio agendorum etiā in particulari. Imo D. Thomas de verit. quæſt. 5. art. 1. ad 6. non ſolùm diſtinguit ratione legem æternam à diuina prouidētia: ſed etiam dicit prouidentiam diuinam eſſe, quid conſequens ad legem æternam, tanquam ad ſuam radicem, & originem, vt notat Conradus quæſt. 91. ar. 2. Quod intellige, vel quia ex eo quod Deus iudicat bonum eſſe creaturis prouidere, & vult illas producere cum neceſsitate phyſica, vel morali ad operandam: ſequitur, vt illis prouideat, & velit media, quibus ſuos fines conſequātur, vel quia prius per legem ſtatuit de creaturis in communi, eo quod lex ſolùm reſpicit cōmunitatem, & poſt modum per prouidentiam ſtatuit de rebus in particulari, prouidendo, & volendo illis in particulari hæc vel illa media; ex quibus bonum ipſarum, & gloria, honórque Dei conſequatur. Vnde etiam benè docuit D. Thomas, effectum legis Dei eſſe etiam effectum diuinæ prouidentiæ. Quod verò ait quæſt. 91. art. 2. rationem diuinæ gubernationis eſſe legem æternā, explicat Conradus ibi originaliter, quia ratio diuinæ gubernationis, ſeu prouidentia originatur à lege æterna. Sed meliùs exponitur de idētitate quadam reali, & quodammodo formali, quia eadem intellectio & volitio Dei eſt circa idem obiectum per varia connotata, & eſt lex æterna, & eſt prouidentia.

*2. Corol. An eſſentiæ creaturarum legi æternæ ſubiiciantur.*

Secundò, intelligitur, an eſſentiæ creaturarum ſubiiciantur legi æternæ: nam ſecundum ſe non ſubiiciuntur legi æternæ, cum ſecundum ſe non exiſtant, ſed tantùm ſint entia poſsibilia, & ad nihil neceſsitentur; quatenus verò Deus ſtatuit illas producere cum neceſsitate phyſica, vel morali, ad ſuas operationes ſubiiciuntur legi æternæ, à qua ex æternitate habent iam virtute illam neceſsitatem operandi.

*3. Corol.*

Tertiò intelligitur, quomodo contingentia merè naturalia ſubiiciantur legi æternæ: de quo diſputat D. Thomas art. 5. Nam Dei voluntas mediis & ratio inclinationibus rerum carentium libertate neceſſitat eas, vt vna alteram iuuet, vel impediat, & inde oriuntur effectus caſuales, & contingentes: ergo & à lege Dei æterna, ſicut à prouidentia, & ſicut reſpectu diuinæ prouidentiæ non ſunt caſuales, vt contra Syrennium 2. de fato cap. 25. probat Vazquez 1. part. quæſt. 22. art. 2. ita nec reſpectu legis æternæ, vt docet D. Thomas hic art. 5. ad tertium.

SEC

## SECTIO IIII.

*An omnes aliæ leges ab æterna deriuentur.*

11 *A lege æterna leges omnes deriuantur.*

RESpondeo affirmanter cum D. Thoma, Caietano, Conrado, Medina, Vazquez, Valentia diſp. 7. quæſt. 3. puncto 1. 2. & 4. Soto 1. iuſt. quæſt. 3. art. 1. & 3. Turrecremata cap. omnes leges diſt. 1. art. 6. Aleuſis 3. part. quæſt. 26. m. 7. art. 3. & 4. & quæſt. 28. m. 1. ar. 5. Bellarm. 3. de laicis cap. 11. Palacio 3. diſt. 37. diſput. 1. §. ex iſtis, Sayro, 3. theſauri cap. 2. num. 4. qui id colligunt ex Prouerb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Ioan. 19. *Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper*, & Rom. 13. *non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt; itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*: clariùs autem id docet Auguſtinus 1. de lib. arbitr. cap. 6. *videre*, inquit, *& arbitror in iſta temporali lege, nihil eſſe iuſtum atque legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines deriuarint* & libr. de vera relig. cap. 31. *Conditor legum temporalium ſi vir bonus eſt, & ſapiens, legem æternam conſulit, vt ſecundùm eius incommutabiles regulas, quid ſit pro tempore iubẽdum, vitandumq́ue, diſcernat*, & ibidem ait legem æternam eſſe legem omnium artium & omnipotentis artificis: quia ſcilicet per ipſam diriguntur omnes artifices, ſeu legiſlatores, & 19. ciuit. ca. 21. *Non enim iura dicenda ſunt, vel putanda iniqua hominum conſtituta, cum illud etiam ipſa ius eſſe dicant, quod de iuſtitiæ fonte manauerit*, 1. quæſt. 67. in Exo. *Lex æterna eſt, quam conſulunt omnes piæ mentes, vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant*: & Antiphan. apud Simancas 4. de Rep. cap. 4. *fouentur*, inquit, *omnes humanæ leges ab vna diuina, quæ quidem tantum poteſt, quantum libet, & ſufficit omnibus, atque etiam ſuperat*: & Vida 2. de Rep. dignit. relatus à Simancas ſuprà, cap. 19. *Niſi leges omnes, quas quiſque tulerit ad illam principem diuinam referantur, ad illamq́ue reſpiciant, & illi ſint omninò conſentaneæ, & ad naturam, quæ nihil niſi iuſtum admittit, accommodatæ exiſtant, nullo pacto leges ſunt habendæ, neque hoc nomine dignæ cenſentur.* Alciatus apud eundem ibidem. *Legum prudẽtiam ab ipſis maiorum gentium diis in homines transfuſam diuino quodam cultu excipiendam meritò exiſtimauêre à Ioue ipſo ſeu præcipuum quoddam donum mortalibus traditam, &c.* Tertull. in apologetico cap. 4. *Si lex tua errauit, puto, ab homine concepta eſt, nec enim de cœlo ruit, &c.* Cicero Philip. 11. *Lex nihil aliud eſt, quàm à numine deorum profecta ratio*: item 1. & 2. de legib. cum Platone & aliis ſapientibus docet, ex lege æterna reliquas deriuatas eſſe. Demoſthenes apud Martianum l. 2. ff. de legib. ait *Legem inuentum & munus Deorum eſſe.* Vide etiam Clementem 1. ſtromat. non longè à fine.

12 *Quomodo aliæ omnes leges ab æterna deriuentur.* *Lex æterna eſt exemplar omnium legũ.*

Petes, quomodò omnes aliæ leges iuſtæ ab æterna deriuentur. Reſpondeo, deriuari primò, ab ea vt ab exemplari: nam nulla eſt lex iuſta, niſi imitetur æternam, & Deus quando mediatè vel immediatè alias leges cõdit, formaliter habet pro exemplari ſuam legem æternam, quam formaliter reſpicit, & intuetur, vt inſtar illius aliæ leges ſint. Alij verò legiſlatores ſaltem virtute debent æternam legem conſulere, & conſiderare, vt leges iuſtas faciant, nimirum conſiderando, quid ſit conueniens Reip. & conſentaneum rationi, vt lege ſanciatur. Hoc enim eſt virtute conſulere legem æternam, quæ per rationem nobis loquitur, & nos dirigit in agendis. Secundò deriuantur aliæ leges

A ab æterna, vt ab efficiente phyſicè: nam omnis poteſtas aliorum legiſlatorum datur illis per legem æternam, & omne dictamen rectum eſt effectiuè à dictamine, quo Deus iudicauit expediens, & à voluntate, qua voluit obligare creaturam rationalem mediante lege naturali, vel humana, vel diuina, poſitiua temporali. Nam etiam legem diuinam poſitiuã temporalem tam veterem, quàm nouam deriuari à lege æterna meritò docent Caietanus, Conradus, Medina, Vazquez articul. 4. non quod Deus à lege æterna acceperit poteſtatem ſanciendi legem ſuam poſitiuam: nec quia ex dictamine, & voluntate, in quibus conſiſtit lex æterna, deriuatum fuerit aliud dictamen, & alia voluntas pertinẽs ad legem temporalem, hæc enim falſa ſunt:
B ſed quia promulgatio legis temporalis profecta fuit ab ipſa lege æterna, vt ait Vazquez.

*Lex Dei poſitiua dupliciter conſideratur.*

Vnde quidam recentiores, inter quos eſt Valentia, diſp. 7. quæſt. 3. puncto 4. dicunt, legem Dei poſitiuam dupliciter conſiderari. Primò, vt eſt in legiſlatore iudicante conueniens, & volente obligare ſubditum ad aliquid. Secundò vt eſt in ſubdito, cui proponitur, & promulgatur: quantùm ad primum lex poſitiuè diuina, non eſt ab æterna; bene tamen quantùm ad ſecundum: & ideò D. Thomas quæſt. 91. art. 4. ad tertium, ait. Superadditur lex diuinitus data, per quam lex æterna altiori modo participatur. Tertiò, omnes leges poſitiuæ
C ab æterna procedunt, quia ipſa media ratione naturali præcipit, conſulit, vel approbat, vt leges humanæ fiant, & per ſe conſulit Deum, vt legem poſitiuam ſanciat.

*Lex naturalis duplex, & quæ illa.*

Aduertit autem Vazques legem naturalem eſſe 13 duplicem, vnam primariam, quæ eſt rationalis natura, vt poſſibilis, ſeu quatenus non repugnat ei eſſe: alia eſt dictamen, quo ratio iudicat de honeſtate, vel turpitudine obiecti propoſiti, vt furti, adulterij, &c. De hac poſteriori ait eſſe à lege æterna, quia tale dictamen eſt ei impreſſum à Deo, ſicut à patre luminum. De priori autem ait eſſe à lege æterna quodammodo, quia eſſentia diuina antecedit omnem creaturam, etiam quatenus poſſibilem, & non repugnantem, ſeu quatenus ei non
D repugnat eſſe, nec implicat cõtradictionem vt ſit, de quo remittit, nam ad diſp. 150. c. 3. Sed non video, in quo genere cauſæ, aut qualiter eſſentia diuina ſit prior, quàm creatura, vt poſſibilis; ſi quidem ab æterno Deus nihil cauſat, nec prius eſt verum Deum eſſe, quàm creaturam eſſe poſſibilem, & producibilem à Deo, & huius probabilitatis, & producibilitatis nulla datur cauſa, licet cõſiſtat in reſpectu ad cauſam, à qua acceptura eſt eſſe, à qua modo nihil accipit, Deinde eſto, quòd eſſẽtia Dei eſſet ab æterno cauſa illius poſſibilitatis: tamẽ eſſentia diuina vt ſic, non eſt lex æterna creaturarũ rationalium, nec ipſæ creaturæ rationales ſunt lex naturales, vt ſuperius dixi, & magis diſp. ſeq. conſtabit: ergo inde non ſequitur legem naturalem deriuari ab æterna. Optimè autem Vazques quęſt.

*Eſſentia diuina nõ eſt prior creatura, vt poſſibili.*

E 19. art. 4. ait, legem æternam non obligare per ſe & immediatè, ſed mediante alia lege: nam ipſa nõ eſt per ſe & proximè menſura & regula noſtrorũ actuum, & ideo non requirit propriam, & peculiarem promulgationem ſuam vt nos obliget, ſed ſufficit ei promulgatio aliarum legum. Quod explicatur: nam vt lex naturalis eſt dictamen rationis, quod etiam ſi non cognoſcatur in ſe per reflexionem, ſed in ſuo obiecto, cuius cognitio eſt,

*Lex æterna per ſe, & immediatè non obligat.*



Digitized by Google

obligat voluntatem: & tunc lex æterna obligat quatenus participata in illo dictamine, & hoc eſt quod ait Aug. 1. de liber. arb. notionem legis æternæ eſſe omnibus impreſſam: leges autem temporales, vt actu obligent, debent eſſe, & communiter promulgatæ, & ſpeciatim propoſitæ, & cognitæ, aut per poſſibilem, & debitam diligentiam cognoſcibiles, alioqui enim homo excuſabitur ab earum impletione, & licet ſit obligatus habitu, & & remotè, non tamen actu, & proximè, quia non impletur conditio, ſub qua lex temporalis obligat actu, ſcilicet, quod cognoſcatur, aut per debitam diligentiã cognoſci poſſit. Cũ verò leges poſitiuæ humanæ, vel diuinæ tẽporales obligãt, obligat lex æterna illis mediis. Inter quę quidẽ diſcrimen eſt, quod lex diuina temporalis eſt promulgatio, & ſignum legis poſitiuæ æternę, cõſtituitq; moraliter eandem legem cum illa. Reliquæ verò leges tẽporales poſitiuæ nõ ſunt promulgationes legis ęternæ, tamen earum promulgatio eſt quaſi promulgatio legis æternę, eo quod per illas obligare vult, & poteſt lex æterna, & non per ſe ipſam: & ita quod ait Auguſtinus lib. de vera religione cap. 31. & quæſt. 67. in Exodum à legiſlatoribus, & aliis conſulendam eſſe legem ęternam, non ita accipiendum eſt, vt ea in ſe cognoſcatur, ſed ſatis eſt cognoſci eo modo, quo diximus, ne contra illam leges ferantur, vel alia fiant. Rectè etiam docet Aug. illo cap. 31. nemini fas eſſe illam iudicare, ſcilicet diſcutiendo an recta ſit, vel eam damnando, vel abrogando, quod eſt iudicare illam iudicio diſcuſſionis vel condemnationis, vel abrogationis: lex enim æterna non poteſt non eſſe iuſta, & rationabilis, nec mutari poteſt, etiam ab ipſo Deo: & ideo ait Auguſtinus, quod nec Pater æternus eam iudicare poteſt. Imò primo de lib. arb. ca. 6. non ſolùm ſentit legem æternam eſſe immutabilem in ſe, ſed etiam in propoſitionibus, quas dictat, quæ ſunt æternæ veritatis, vt non eſſe mentiendum, non eſſe firmandum, & aliis huiuſmodi, in quibus conuenit cum lege naturali, quæ etiam ſic eſt immutabilis, ſed in ſe ipſa ſola lex æterna immutabilis eſt. Et de lege diuina veteri conſtat eſſe mutatam Heb. 7. *tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat.* Licet autem lex æterna ſit immutabilis in ſe, tamen mutat creaturas, Sap. 7. *cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia mutat.*

*Lex diuina temporalis eſt promulgatio æterna.*

*Lex æterna iudicari non poteſt.*

*Lex æterna immutabilis in ſe mutat creaturas.*

Ab hac lege nemo poteſt in totum eximi, & liberari, quia licet poſſit quis ab ea eximi, qua parte eſt poſitiua, & obligat per leges poſitiuas, humanas & diuinas, non tamen qua parte eſt veluti naturalis, & obligat per legem naturalem, quia nemo poteſt eximi à lege naturali, vt ſeq. diſp. patebit, vide Valentiam ſuprà puncto 6.

*Quæſtio. An peccatum ſit effectus legis æternæ.*

14 An verò peccatum aliqua ratione ſit effectus legis æternæ, tractat ipſe puncto 4. & ratio dubitandi eſt, quia aliqui dicunt, omne peccatum eſſe pœnam ſui ipſius, & interdũ alterius: & loquuntur de peccato etiam ſecundum malitiam ſuam: omnis autem pœna eſt à lege æterna: ergo & omne peccatum, ſed iam tract. de peccatis oſtendimus, nunquã peccatum ſecundum ſe eſſe pœnam peccati, ſed ſecũdum ſuam permiſſionem, vel aliquid aliud antecedens, aut conſequens rationem peccati, ideò licet lex æterna, vel temporalis habeat punire, tamen numquam peccatum formaliter ſumptum eſt eius effectus, quamuis eius permiſſio, vel aliquid aliud poterit eſſe legis effectus imò nec formale peccati neceſſariò habens adiunctam malitiam, vel ſemper, vel hîc, & nũc poteſt eſſe pœna peccati, quia pœna eſt abſolutè volita, ſuppoſita culpa; at verò nec ſuppoſita culpa præcedenti poteſt Deus abſolutè velle, ſeu prædeterminare materiale peccati: ergo non poteſt eſſe effectus legis æternæ; quamuis reuerà ſit materia prohibita per legem æternam.

*Peccatum nũquam eſt effectus legis æternæ.*

De hac lege æterna inquit D. Thomas 2. 2. qu. 8. art. 3. ad 3. ſecundum quod eſt regula humanorũ actuum non poſſe cognoſci, niſi ſupernaturaliter. Quod verũ eſt loquẽdo de illa, qua parte eſt poſitiua; nam qua parte naturalis eſt, ſeu per legem naturalẽ obligat, cognoſci poteſt argutiuè lumine naturæ, vt quod Deus prohibuerit mendacium vel homicidium lege ſua æterna.

*Lex æterna cognoſci non poteſt niſi ſupernaturaliter.*

## SECTIO V.

*An reprobi, & damnati ſint ſubiecti legi æternæ.*

*1. arg. Nullus ordo eſt apud inferos.*

15 PRo parte negante primò eſt id Iob. 10. verſ. 22. *vbi vmbra mortis & terra miſeriæ, & tenebrarum: nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*, vbi Hebræi codices habent ordines, vt ait Pineda ad illum verſum num. 18. vt in vniuerſum ſignificet, nullum prorſus ordinem apud miſeros illos eſſe, ſed omnia eſſe cõfuſa, & inordinata: ergo lex æterna, cuius eſt ordinem conſtituere, apud illos locum non habet. Accedit Polychronius in verba illa Iob dicens, *non eſt ſolis ordo, nullus ſyderum cæterorum, vbi nullum licet rerum humanarum ſtatum intueri, nullam, inquam, præclara lege, atque ordine inſtitutam politiam.* Et Euodius apud Auguſtinum 1. de lib. arb. cap. 15. *Beatos*, inquit, *illos ob amorem ipſorum æternorum ſub æterna lege agere exiſtimo, miſeris verò temporalis imponitur:* & ait Auguſtinus, *rectè iudicat:* ergo lex æterna miſeris non imponitur. Sed damnatos, & reprobos æternæ legi ſubiectos eſſe meritò docet Alẽſis 3. par. quæſt. 26. m. 8. art. 4. D. Thomas hac quæſt. 93. art. 6. Valentia, diſp. 7. quæſt. 3. punct. 4. & ſumitur ex aliis communiter aſſerentibus, omnia creata æternæ legi ſubiecta eſſe, & ex Mat. 13. *colligite primùm zizania & alligate ea in faſciculos ad comburendum*, quem locum explicans Gregorius 9. moral. cap. 27. ait, *ſi nullus in ſuppliciis ordo ſeruabitur: cur comburentur zizania in faſciculos ligata? Sed nimirum faſciculos ad comburendum ligare eſt, hos qui æterno rigori tradendi ſunt, pares cum paribus ſociari, vt quos ſimilis culpa inquinat, par etiã pœna conſtringat*, & Apoc. 18. *quantum glorificauit ſe & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum*, & Auguſt. ſuprà non ſemel ait, *legem æternam eſſe, qua hominibus in mala voluntate perſeuerãtibus miſeria meritò retribuitur*, & lib. Geneſ. ad lit. imperfecto cap. 5. ait. *Vitiorum noſtrorum Deus non eſt auctor, ſed ordinator, cum in eo loco peccatores conſtituit, & ea perpeti cogit, quæ merentur*, & lib. de catechiſ. rudib. cap. 18. ait *Nouit Deus ordinare deſerentes ſe animas, & ex earum iuſta miſeria inferiores partes creaturæ ſuæ conuenientiſſimis & congruentiſſimis legibus admirandæ diſpenſationis ordinare.* & lib. 19. de ciuit. cap. 23. de miſeris reprobis diſſerens ait, *quia meritò iuſtèque miſeri ſunt, in ipſa ſua miſeria ſine ordine eſſe non poſſunt, non quidem coniuncti beatis, ſed ab eis tamen ordinis lege ſeiuncti*, Gregorius moral.

*2. arg.*

*3. arg.*

*Damnati & reprobi æternæ legi ſubiecti ſunt.*

*Vitiorum noſtrorum Deus nõ eſt auctor, ſed ordinator.*

*Miſeri in ipſa ſua miſeria ſine ordine eſſe non poſſunt.*

Digitized by Google

ſai. cap.39.alias 48. *Nec enim omnipotens Deus, qui mala bene punit, inordinata eſſe vllo modo, vel tormenta permittit: quia ipſa quoque ſupplicia, quæ ex lance iuſtitiæ poſſunt inferri, ſine ordine nequaquam eſſe poſſunt:* vide etiã Auguſtinum in Enchirid. cap. 110. 4. confeſſ. cap. 9. lib. 5. cap. 2. 3. de lib. arb. cap. 12. & 13. quibus locis oſtendit peccatorem, cùm deſerit Deum, incidere in Deum, & in legem æternam, & pœnam eius. Et Boetius 5. 4. de conſol. proſa. 6. loquens de ordine diuinæ prouidentię. *Ordo quidem,* inquit, *cuncta complectitur, vt quod ab aſſignata ordinis ratione deceſſerit, hoc idem in alium tamen ordinem relabatur.*

*Lex æterna ſicut quidam circulus eſt.* Quod hac ſimilitudine illuſtrat Alenſis ſuprà. *Ipſa lex æterna ſicut circulus eſt: Qui enim fugit vnam partem, appropinquat alteri: & ita cùm mali ab vna parte receſſerint, in aliam, quantum eſt ad punitionem, incidunt.* D. Thomas artic. 6. ad tertium, id probat, quia id per quod aliquid mouetur ad finem, conſeruat illud in fine, vt lapis grauitate mouetur ad centrum, & in eo conſeruatur, ſed reprobi per legem æternam miſſi ſunt in infernum, ergo per eandem ibi conſeruantur. Minor eſt Auguſtini 1. de liber. arbitrio cap. 6. Aliqui afferunt inſtantiam maioris. Nam *per fidem ambulamus,* 2. Corint. cap. 5. tamen non per fidem conſeruamur in cœlo. Sed inſtantia eſt nulla, quia fides non phyſicè, ſed moraliter eſt meritoria, & ducit nos ad gloriam, qua habita debet ceſſare fides ob ſuam imperfectionem 1. Corinth. 13. *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.* Item probatur intentũ. Illi peccant contra rationem, ergo conſequenter contra legem æternam, quæ per naturalem eos obligat, ergo ſunt ſubiecti legi æternæ, quantùm ad obligationem: Item, lex æterna cogit eos pati, & ignem, & dæmones, vt eos puniant & vt quiſque ſit in gradu ſuo iuxta ſuæ culpæ qualitatem, & quantitatem.

16 *In inferno non nullus ordo reperiatur.* Ad primum argumentũ reſpõdeo, in inferno nõ eſſe ordinem, quia miſeri illi agunt contra ordinẽ rationis, & legis naturalis, & ita omnia eorũ opera ſunt inordinata, & quia nullus ſeruatur ordo dignitatis, quem habuerunt in vita, ſed pater & filius, dominus & ſeruus in vno interdum faſciculo colligati ſunt nulla habita ratione dignitatis priſtinæ, vt Sap. 17. *Vna catena tenebrarum omnes erant colligati:* & quia ordo naturalis rerum ibi immutatur, ignis ardet, & non lucet, eſtque extra locum ſuum naturalem, & ſimiliter aqua, quæ etiam eos cruciat nimio frigore, nunquam eorum temperans & mitigans ardorem: ab vno enim extremo ſine medio tranſeunt damnati, nimirum *ab aquis nimium, ad calorem nimium,* vt ait Iob. 24. *& cum ſempiternis ardoribus,* Iſai. 33. ſtridor dentium, cohæret pulchrè Gregor. 9. moral. cap. 39. aliàs 48. in cap. 10. 105. *ipſa quoque,* inquit, *ſupplicia quæ ordinata per iuſtitiam veniunt, ordinata proculdubio in corde morientium non ſunt: vt enim paulò ſuperius diximus, dum damnatus quiſque foris flamma ſuccenditur, intus cæcitatis igne deuoratur, atque in dolore poſitus interius, exteriuſque confunditur, vt ſua interius confuſione crucietur. Reprobis ergo ordo in ſupplicio non erit: quia in eorum morte atrocius ipſa mentis confuſio ſæuit, quam tamen mira potentia, iudicantis æquitas ordinat, vt pœna animam quaſi inordinata confundat.* Vide alia ibi, & in Pineda illo verſ. 22. num. 18.

Ad ſecundum reſpondeo, Polychronium ſolũ inficiari præclara lege, atque ordine inſtitutam eſ-

A ſe apud reprobos politiam, cùm nulla apud illos ſit Reſpublica, quæ ad normam rationis politicè gubernetur: vt enim optimè 70. aiunt, Iob. 10. ver. 22. *vbi non eſt lux, nec eſt videre vitam hominum:* nimirum apud inferos, quibus ſempiterna nox eſt, & nullius humanarum rerum ſtatus naturæ hominum accommodatus.

Ad tertium reſpondeo, Auguſtinum eo loci non diſputare de reprobis, & beatis, qui finem vltimũ iam ſunt adepti: ſed de iis hominibus, qui in hac mortali vita amatores ſunt rerum æternarum, aut tẽporaliũ, & illos beatos appellat, hos verò miſeros: nullos tamen æterna lege ſolutos, Auguſtinus diſertis verbis poſuit. Cùm enim Euodio dixiſſet, *rectè iudicas,* adiecit, *dummodo illud inconcuſſum teneas, quod apertiſſimè iam ratio demonſtrauit, eos qui temporali legi ſeruiunt, non poſſe eſſe ab æterna liberos, vnde omnia, quæ iuſta ſunt, iuſtéque variantur exprimi diximus.* B

## SECTIO VI.

*Vtrùm Chriſtus æternæ legi ſubiectus ſit.*

QVOD Chriſtus etiam, vt filius Dei, æternæ legi ſubiectus, ſit, ſuaderi poteſt ex Conc. Sirmienſi relato ab Hilario, lib. de Synodis §. conſequẽs autem eſt ante medium, vbi ait, *Non* 17

C *exæquamus, vel comparamus Filium Patri, ſed ſubiectum intelligimus ſecundum diuinam naturam.* Sed omnis ſubiectio ſecundum aliquam legem, vel præceptum eſt: ergo Filius Dei, vt ſic, eſt ſubiectus Patri ſecundum aliquam legem, nimirum æternã. Deinde in eodem Concilio dicitur. *Si quis vnum dicens Deum, Chriſtum autem Deum ante ſæcula Filium Dei obſecutum patri in creatione omnium non cõfiteatur, anathema ſit:* Ergo filius Dei, vt ſic, ſubiectus fuit legi, & præcepto Patris. *Filius Dei an ſecundum naturam diuinã Patri ſubiectus ſit.*

Quòd verò Chriſtus, nec vt homo, ſubiectus ſit legi æternæ Patris, docere debent, qui dixerunt Chriſtum, nec vt hominem, eſſe capacem præcepti, quos ſuppreſſo nomine citat Suarius 3. par. to. D 1. diſp. 43. ſect. 1. ducuntur primò, quia Chriſtus nec vt homo peccare potuit, ergo nõ potuit obligari ſub peccato, vel reatu culpæ. Secundò, quia ſi poſſet obligari ſub reatu culpæ, ergo & ſub reatu pœnæ, & inimicitiæ diuinæ, cuius tamen pœnæ erat incapax: ergo non potuit ſub illa obligari. Tertiò, quia Chriſtus erat ſupremus dominus, ergo poterat diſpenſari in omni lege, ergo nulla tenebatur. *Chriſtus nec vt homo ſubiectus fuit legi Patris quidam dixerũt.*

Dico primò, Chriſtus, vt filius Dei, nulli legi ſubiectus fuit, D. Thom. ar. 4. ad 2. Aléſis 3. par. qu. 26. m. 8. art. 2. Probatur primò, quia Deus nulla lege Superioris tenetur, cùm Superiorẽ nõ habeat Deus ſed Chriſtus, vt filius Dei, eſt etiã Deus, er- E go. Cõfirmatur, quia par in parẽ nõ habet imperiũ, filius autẽ eſt æqualis Patri, Philipp. 2. *qui cũ in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo,* & Athan. in Symb. *coæterna ſibi ſunt & coæquales, minor parte ſecundum humanitatem.* Secundò, quia vbi eſt eadem numero voluntas, non eſt obedientia, & ſubiectio, ſed pater & filius, vt filius Dei, habet eandem voluntatẽ cum Patre, ergo. *Chriſtus, vt filius Dei, nulli legi fuit ſubiectus.*

Dico ſecundò, Chriſtus, vt homo, eſt ſubiectus legi æternæ, & temporali Dei. D. Thomas ſuprà, & 1. p. quæſt. 42. art. 4. ad 1. & 3. p. quæſt. 2. art. 1. cùm docet, Chriſtum ſecũdum humanam naturã ſubie- *Chriſtus vt homo ſubiectus eſt legi æternæ.*

ſubiectum eſſe Patri. Hoc etiam docent Medina tract.3.de pœnit.quæſt.2.Suarez ſuprà concluſione 2.Toletus hic 2.annot.84.& Thomiſtæ hic, & probatur ex 1.Cor.15.*cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia*,ſcilicet Deo Patri,vel, vt alij exponũt filio, *tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſubiicit ſibi omnia,vt ſit Deus omnia in omnibus*.Sed hæc ſubiectio non eſt ſecundùm diuinam naturam : ergo ſecundùm humanã.Ad hoc argumẽtũ poſſet dici, Paulum non loqui de ſubiectione Chriſti in ſe,ſed in ſua Eccleſia & corpore myſtico,vt explicat Nyſſenus oratione in iſtum locum , ideò meliùs probatur concluſio. Secundò, quia creatura ſubiecta eſt legi creatoris,Sap.13.*creatura tibi factori deſeruiens exardeſcit in tormentum aduerſus inimicos*: ſed Chriſtus, vt homo,eſt creatura,&c.Quare Cyrillus epiſt.10.*non ignoramus , quod Chriſtus ſub Deo factus ſit ſecundùm legem*: cõfirmatur,quia Chriſtus eſt *minor Patre ſecundùm humanitatem*: ergo ſubiectus legi Dei,qui maior,& ſuperior eſt,& alioqui non eſſet obediens,contra id Philip.2. *factus obediens vſque ad mortem*,& Heb.5.*didicit ex ijs,quæ paſſus eſt,obedientiam*, & Mat.5.*non veni ſoluere legem, ſed adimplere*: nam ſine ſubiectione non eſt obedientia,D.Thomas 2.2.qu.104.art. 2. vnde Dionyſius cap.4.cœleſt. hierar. Chriſtum ait ſubiectũ eſſe Dei Patris ordinationi.

19 Ad primum argumentum contra primã concluſionẽ reſpõdeo, verba illa ſecũdùm diuinã naturã ab Alẽſi ſuprà referri,in Hilario autem non reperiri,in excuſſione Hilarij Pariſiis facta anno Dom. 1544.quamuis eorũ ſignificatio ſatis ſit inſinuata. Cæterùm , quia Cyrillus 10. Theſauri docuit filium ſubiici Patri ſecundùm diuinam naturam, & Hilarius li.de ſynodis §. quoniam, ſi quis Chriſtũ non præſtantem,inquit,quemquam cuique genere ſubſtantię,ſed ſubiectum alterum alteri natiuitate naturæ , operepretiũ erit ſententias horum Patrum interpretari. Cyrillus igitur ea ratione filium ſubiectum Patri pronuntiat ſecundùm naturam diuinam,quia ſecundùm illam facit, quæ Patri placent, quam rationem eſſe etiam concilium Sirmienſe ſuprà tradidiſſe videtur , ait enim , *non exæquamus vel conformamus filium Patri, ſed ſubiectũ intelligimus:nec enim deſcendit in Sodomam ſine patris volũtate,neque pluit ex ſe,ſed à Domino ex volũtate Patris:* quæ verba explanans Hilarius illo §.ſi quis Chriſtum,ait,*ſubiecit, quæcũque enim ille facit,ea ſimiliter eius filius facit,ex qua ratione non efficitur filiũ eſſe verè ſubiectum Patri, ſicut nec Pater eſt ſubiectus filio,quia facit quæcunque placita ſunt filio*. Vnde Baſilius 4.contra Eunom.Amb.4.de fide cap.6. Nyſſenus oratione in id 1.Cor.15.*tunc ſubiectus erit ei qui ſubiecit ei omnia*.Hieronymus epiſt.ad Damaſũ negant filium eſſe ſubiectum Patri ſecundùm diuinitatem, & Hilarius 11.Trin.non longè à princ. poſtquam teſtimonium illud,1.Cor. 15. receſſit, ſubiungit. *Vt quia ſubiectio illa infirmioris naturæ cõteſtatio eſt exiſtimabilis, non ſit in paterna natura virtute, quem naturalis infirmitas potioris naturæ ſubiecerit poteſtati*, cùm verò Hilarius,Cyrillus,Conciliũ Sirmienſe ſubiectum Filium Patri ſecundùm diuinitatem affirmant,aut inſinuant,nihil aliud docere contendunt , quam filium habere eſſe à Patre: hoc enim præter cætera ſignificare verbum ſubiicio,docet Alenſis ſuprà,& in hanc ſententiam exponũt Patres Concilium Sirmienſe, dum dicunt, *non exæquamus,&c.* id eſt, non dicimus filiũ æqualem Patri origine , quia Pater eſt innaſcibilis, & improductus,filius verò eſt à patre. Dici etiam poteſt cum D.Thoma 1.part.quæſt.42.art.4. ad 1. filium dici ſubiectum patri , quia agnoſcit Patrem eſſe ipſius principium : quod excellentia quædam eſt in Patre. In hanc ſententiam cõſpirat Hilarius lib.de Syno.§.ſi qui faciamus , cùm aſſerit , pietatis ſubiectio non eſt eſſentiæ diminutio , nec religionis officium de genere facit naturæ ſubiectionem,vbi pietatis & religionis officium auctoritatis paternæ agnitionem,quam filius habet, appellat Hilarius.

*Filius quomodo dicatur Patri ſubiectus ſecundùm diuinam naturam.*

*Gen. 19.*

Ad ſecundum reſpondeo,filium obſecutũ fuiſſe Patri in rerum creatione, quia cùm ab eo ſuum eſſe habeat , ſimul cum Patre res omnes procreauit,quod cum impij Ariani negarẽt,Patres orthodoxi confirmant ex illo, Ioan. 5. *Non poteſt filius à ſe facere quidquam,niſi quod viderit Patrem facientẽ, quæcunque enim ille fecerit,hæc & filius ſimiliter facit*. Cùm ergo omnia Pater fecerit,filius etiam omnia fecit,& quia, Geneſ. 1. dicitur,*faciamus hominem, &c.*quæ verba imperium quoddam ſignificantia à Patre ad filium dicta eſſe Concilium Sirmienſe ſuprà definiuit dicens.*Si quis faciamus hominem , nõ Patrem ad filium dixiſſe,ſed ipſum ad ſe locutum dicit, anathema ſit*.Sic ergo intelligitur filium eſſe obſecutum Patri,id eſt,cum Patre eandem operationẽ habere , non vt ab exemplari , quod reſpiciat , vt imitetur,ſed vt à principio,eandem vim & voluntatem ipſi communicante. Sic enim intelligitur locus Ioannis, qui imitationem exemplaris quaſi artificialem inſinuare videbatur:impropriè autem Alenſis ſuprà ait, in Patre eſſe primam auctoritatem creandi , quoniam vna tãtum eſt auctoritas in omnibus perſonis,ſed primò eſt in Patre prioritate originis, quia à nullo illam habet , filius autem & SS. illam habent ab illo.

*In mundi creatione quomodo filius ſit Patri obſecutus.*

*In tribus perſonis vna eſt auctoritas.*

Ad primum argumentum contra 2. concluſionem reſpondeo,licet Chriſtus non potuerit peccare, tamen potuiſſe ei præcipi id; quod ſi poſteà omitteret , peccaret. Nec oportet vt ſit abſolutò capax culpæ, vel inimicitiæ, cui aliquid præcipitur ſub culpa , vel inimicitia , ſed ſatis eſſe capax culpæ,& inimicitiæ ſuppoſito,quod violet pręceptum,per quod etiam patet reſponſio ad ſecundũ.

*Chriſtus culpa capax non fuit, licet aliquid ei præcipi potuerit.*

Ad tertium reſpondeo , licet Chriſtus, vt homo , in præceptis diuinis poſitiuis poſſet diſpenſare cum aliis , tamen , vt homo , non poterat ſecum diſpenſare,ſaltem in omnibus præceptis,vt in præcepto particulari redimendi genus humanum,& licet in eo poſſet ſecum diſpenſare auctoritate diuina; tamen potuit Pater illam ipſi non concedere, & dum ea non vteretur, peccaret, ſi præceptum violaret. Quod tamen impoſſibile eſt, & ſemper fuit. 21

Digitized by Google

# DISPVTATIO QVINTA, DE LEGE NATVRÆ.

## Quæſtio nonageſimaquarta, de lege naturali.

Art. 1. *Vtrùm lex naturalis ſit habitus.*
Art. 2. *Vtrùm contineat plura præcepta, vel vnum tantùm.*
Art. 3. *Vtrùm virtutum ſint de lege naturæ omnes actus.*
Art. 4. *Vtrùm ſit vna apud omnes.*
Art. 5. *Vtrùm mutari poßit.*
Art. 6. *Vtrùm poßit à corde hominis aboleri.*

1 DE hac lege diſſerunt Alenſis 3.part. quæſt.27. Turrecremata cap. omnes leges, diſt.1.part.1.art.2.& part 3. art.2. Azor tom.1.lib.6.c.1. D.Thomas non ſolùm hîc, ſed etiam quæſt.100.agens de lege Moyſi, in qua multa præcepta naturalia continebantur. Ariſt.5.ethi. cap.7.Hieronymus epiſt.151.ad Algaſi. quæſtio.8. Aug.3. de doctrina Chriſtiana cap. 14. Caſſianus collat.8.cap.23.& 24.Chryſoſtomus homil.12. & 13.ad pop.& Rom.2.vbi etiam Toletus,& alij,ſed potiſſimè Pererius,qui poſt quinque explicationes illius loci *cùm enim gentes quæ legem non habent,&c.* Rom. 2. ſex de lege naturali inſtituit diſputationes,vide etiã Tertullianum libr. contra Iudæos in princ.Amb.epiſt.71.Iuriſcóſ.l.1.cum aliis,ff.de iuſtitia & iure.Radanus tom.2. controuerſ.20.art.1. Sayrus 3.theſauri.cap.2.à num.6.nos etiam aliqua diximus diſput.1.ſect.6.concl.2.

### SECTIO PRIMA.

*Vtrùm lex naturalis ſit ipſa natura rationalis.*

2 VAzquez diſp.58.cap.2.90.cap.3.95.cap. 9.& 96.cap.2.num.6.& diſp.102.cap.4. 97.cap.3.nu.9.& diſp.150.cap.3.nu.11. & quæſt.90.art.3.& 4.& quæſt.94.ar.1. & 4.& alibi ſæpe docet, duplicem eſſe legem naturalem, alteram primariam, & hanc eſſe naturam rationalem,vt poſſibilem,ſeu prout non repugnat ei eſſe,quia vt ſic eſt prima regula bonitatis,& malitiæ moralis: id enim eſt bonum, quod eſt cõſentaneum , & conueniens naturæ rationali : malum verò,quòd eſt illi diſſentaneum & diſconueniens. Alteram verò eſſe legem naturalem ſecundariam, & hoc eſt iudicium rationis noſtræ,quæ aſpiciens naturam humanam tãquam primam regulam honeſtatis, & turpitudinis,elicit ſecundam regulam, quæ eſt iudicium de honeſtate & turpitudine operum noſtrorum.

*Duplex eſt naturalis primaria & ſecundaria.*

Alio fundamento legem naturalem eſſe naturam rationalem tenuit Albertus Bolognetus diſputationibus de iure & æquitate, cap.3. nu.25. & 26. ſecutus Socinum, habetur tom.1. tractatuum, A ſcilicet quia ipſa natura, quæ dictat, quid ſit agendum vel fugiendum,ipſa eſt,quæ imperat, & vetat,& putat Bolognetus idem eſſe,quòd natura rationalis ſit lex naturæ, & quòd ratio ſit lex naturę,forſan,quia putauit eſſentiam à potentiis nõ diſtingui, vel quia tam anima, quàm intellectus dictat, & pro eodem reputantur, quia vna dictat media,alia contraria, & ideo vtraque poteſt dici lex.Probat Bolognetus ſuam ſententiam ex Cicerone 1.de legibus aſſerente.*Lex eſt naturæ vis,mens & ratio prudentis, iuris, atque iniuriæ regula* : & lib.2. *Eſt enim lex nihil aliud, niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibenſq; contraria, quàm dij humano generi dederunt, rectè eſt laudata:eſt enim ratio, menſq; ſapientis ad imperãdum* B *& vetandum idonea:*& 3.de Repub.*Vera lex eſt recta ratio naturæ congruens:*quod refert,& laudat Lactãtius 3. diuin. inſtit. cap. 8. idem colligi videtur ex Paulo.Rom.2.*Cùm enim gentes,quæ legem nõ habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt,faciunt, eiuſmodi legem non habentes ipſi ſunt ſibi lex:* Si ipſi ſunt ſibi lex,ergo natura ipſa intellectualis lex erit, vel ipſa ratio ei impreſſa, ratione cuius verè dicit Paulus *ipſos habere opus legis ſcriptum in cordibus ſuis:* & Pſalm.4. dicitur. *Quis oſtendet nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, & Ambr.epiſt.71.ait *Naturalem legem infudit Deus ſingulorum pectoribus*, & inferius, *eſſe legem naturalem in cordibus noſtris, etiam Apoſtolus docet,qui ſcribit : plerũque gentes naturaliter ea quæ legis ſunt,faciunt,&c. ea lex non ſcribitur* (ſcilicet propriè) *ſed innaſcitur.* Sayrus etiam C 3.Theſau.cap.2.nu.6.ait legem naturalem eſſe lumen rationis humanæ;quod Deus mentibus hominum impreſſit.

*Lex naturæ quid ſit.*

Secunda opinio eſt,legem naturalem non eſſe ipſam naturam rationalem, neque eius intellectũ. Eſt communis ſentẽtia:& probatur,quia, licet verum ſit naturam rationalem eſſe regulam obiectiuam,& veluti inſtrumentalem,ad quam homo aſpicit,vt inde colligat malitiam,moralem, obiectiuam,& formalem noſtrorũ actuum(illud enim eſt honeſtum,quod decet hominis naturam operari,turpè verò quod indecens,indecorum,diſſentaneum,& diſcõueniens illi:)non tamen eſt regula formalis, quæ habeat rationem præcepti, ac proinde neq; legis, nam lex canon eſt ſeu regula, 2

*Lex naturalis non eſt ipſa natura rationalis.*

habens

Digitized by Google

habens præcepti rationem. Natura obiecti regula A eſt ad cognoſcendam eius bonitatem, vel malitiã, tamen non eſt lex, & quod præceptum non eſt. Et eadẽ ratione natura intellectualis, vel intellectus ipſius, quatenus dictant, quid agendum, vel omittendum ſit, non habent rationem legis, quia præcepta non ſunt, magis ſunt veluti præceptores, & legiſlatores, quia tradunt præcepta, præceptiones, documenta, & leges benè operandi, & lex naturæ ſic appellatur, quia eius auctor eſt ipſamet natura medio intellectu, ſeu ratione, vnde D. Thomas quæſt. 91. art. 1. ad 2. & art. 2. & quæſt. 94. art. 1. docet, rationem eſſe factiuam legis naturalis, & hanc non eſſe naturam ipſam, nec eius potentiam, vel habitum, ſed præceptiones, regulas, & imperia effecti à ratione, quæ aliquando B actu, aliquando habitu, vel potentia ſunt in mente noſtra. Quod etiam docent Sotus. 1. iuſt. quæſt. 4. art. 1. Antoninus 1. part tit. 13. c. 1. in princ. Caietanus, Conradus, Medina, & alij Thomiſtæ, locis citatis, præſertim quæſt. 90. art. 1. & 94. art. 1. Valentia diſp. 7. quæſt. 4. puncto 1. Azor. lib. 6. ca. 1. quæſt. 1. Gabriel. 3 d. 37. quæſt. 1. a. 1. Richardus art. 1. quæſt. 1. Radero 2. cõtrouerſ. 2. & art. 1. not. 1. & ſignificat Ambroſius, ſuprà dicẽs, *profluo quodã naturæ fonte in omnibus exprimitur, & humanis ingenijs hauritur*: quod non conuenit naturæ rationali, nec eius potentiis, ſed actibus, vel conceptibus noſtris, ſiue hi conceptus ſint actus ipſi, vt communiter dicitur, ſiue ab illis diſtinguantur, vt C multi Thomiſtæ arbitrantur, & certè ſi lex naturalis eſſet ipſa natura, non diceretur in cordibus, vel mentibus noſtris ſcripta, vel impreſſa, contra id Pauli, *ſcriptum in cordibus ſuis*, & Auguſtini 2. de ſer. dom. in mont. cap. 2. vbi ait. *Quis ſcribit in cordibus hominum naturalem legẽ, niſi Deus?* & Iſid. 5. Ethym. cap. 1. & refertur. cap. 1. d. 1. ait *diuinas leges*, ſcilicet, *naturales natura conſtare*: ergo non ſunt ipſa natura, & D. Thom. quæſt 91. art. 2. ait legem naturalem eſſe impreſſionem diuini luminis iuxta id Pſ. 4. *ſignatum eſt ſuper nos lumen, &c.* & quæſt. 109 art. 1. ad 1. ait *omne verum à ſpiritu ſancto eſſe*, ſaltem ſicut ab infundente naturale lumen, & eodem D art ad 2. ait ipſum lumen naturale animæ inſitum eſt illuminatio Dei, qua illuſtramur ab ipſo ad cognoſcendum ea quę pertinent ad naturalem cognitionem. Itaque ſecundùm D. Thomam lumen naturale, quod eſt lex naturalis, ſcilicet, per modum cauſæ efficiẽtis proximæ, eſt aliquid impreſſum animæ: ergo nõ ipſa anima. Quod etiam ſumi poteſt ex D. Thoma quæſt. 71. art. 6. in corp. vbi ait *regula voluntatis humanæ duplex eſt, vna propinqua & homogenea, ſicut ipſa humana ratio, alia remota, ſcilicet, lex æterna, quæ quaſi ratio Dei*, & contra has duas leges, affirmat eſſe peccatũ: ſentit ergo legem naturalem, non eſſe ipſam naturam hominis, ſed rationem, vnde eodem art. ad 4. ait ius naturale contineri primò in lege æterna, ſecundariò E verò in naturali iudicatorio rationis humanę.

*Natura rationalis tenet locum legiſlatoris.*

*Deus ſcribit in cordibus humanis naturalem legẽ.*

*Omne verum eſt à Spiritu ſancto.*

4 Ad argumenta in contrarium patet ex dictis reſponſio, & maioris claritatis cauſa aduerto, legem naturalem quandam eſſe æternam, vt vidimus ſuperiori diſputatione, quandam tẽporalem, de qua ſola modò diſſerimus, & hãc eſſe duplicem, nempe formalem, & virtualem, ſeu cauſalem, id eſt, dictamen rationis in ſe ipſo. Secunda eſt natura intellectualis, & eius intellectus, & habitus, diuerſimodè tamen: nam habitus eſt cauſa legis naturalis, non neceſſaria, intellectus neceſſaria proxima anima, ſeu intellectualis natura, eſt cauſa neceſſaria, cauſa remota, & ſicut legiſlator dicitur lex viua, cauſaliter tamen eſt ipſe homo, ita homo eſt ſibi lex naturalis, cauſaliter tamen, quia cauſat in ſe dictamẽ rationis, quod formaliter eſt lex naturæ, quamuis Ambroſius non de quouis homine concedit ſibi eſſe legem: nam lib. de fuga ſæculi, cap. 3. poſtquam dixit, *lex genuina eſt naturalis, & ſcripta naturalis in corde ſcripta in tabulis ſubiungit: ergo omnes ſub lege, ſed naturali, ſed non eſt omnium, vt vnuſquiſque ſibi ſit lex: ille autem ſibi lex eſt, qui facit ſponte quæ legis ſunt, & in corde ſuo ſcriptum opus legis oſtendit*, & in Pſal. primum, *ille plenè meditatur in lege, qui ipſe ſibi lex eſt, ſcriptum in corde ſuo opus legis oſtendens*. Alia ad hanc 1. ſectio. pertinentia, ſect. 3. reperies.

## SECTIO II.

*Vtrùm lex naturalis ſit habitus, an verò actus.*

5 QVID ſit habitus ſupponimus ex Nizolio in obſeruationib. ad Ciceronẽ, ex Suario 2. metaphy. diſp. 42. ſect. 3. nu. 4. & ex aliis quos tractantes de habitib. ſecuti ſumus.

Alenſis ergo 3. p. quæſt. 27. memb. 2. & Bonauentura 2. d. 39. art. 2. quæſt. 1. ad 5. legem naturalẽ dicunt, eſſe habitum, quo bonum à malo diſcernimus. Suadetur, quia lex naturæ eſt diſpoſitio permanens, & difficile mobilis ex natura ſua, ergo eſt habitus. Confirmatur, quia lex naturæ eſt quid permanens, & non eſt ipſa ſubſtantia, nec intellectus, nec voluntas: ergo eſt habitus. Confirmatur ſecundò, quia eſt aliquid inditum, & impreſſum nobis, ſed natura non dicitur impreſſa, intellectus autem vel eſt ipſa natura, vel ſi eſt res diſtincta, tamen non eſt lex: ergo lex erit habitus aliquis menti impreſſus,

6 Sed D. Thomas hac quæſt. ar. 1. & ibi Caietanus Medina, Cõradus, Vazquez, & alij tenẽt non eſſe habitũ, idem Sotus 1. iuſt. qu. 4. art. 1. Antoninus 1. p. tit. 13. cap. 1. in prin. Valentia diſp. 7. qu. 4. pun. 1. & reliqui citati ſectione præcedenti, & ex dictis ibi probatur, quia lex eſt præceptũ & imperium: habitus autem non eſt formaliter & propriè præceptum, vel imperium, ſed figuratè, & cauſaliter, ergo: ſecundò lex naturalis non eſt habitus per ſe infuſus, propriè; quia ſic eſſet ſupernaturalis: nec verò eſt habitus inditus, ſeu congenitus naturaliter, & infuſus impropriè, quia ſecundum communiorem non dantur tales habitus congeniti præſertim circa concluſiones, circa quas ſæpiùs verſatur lex naturalis, & rariùs circa principia: nec verò eſt per ſe acquiſitus & per accidens infuſus, quia præternaturale: imò miraculoſum eſt tales habitus infundi, neque verò eſt habitus omninò, & reuera acquiſitus, quia ante omnes habitus acquiſitos datur obligatio naturalis, ac proinde lex naturalis; ergo formaliter non eſt habitus. Confirmatur, quia licet homini auferatur omnis habitus, per dictamẽ naturale egreſſum ab eſſentia, & potentia, manebit obligatus: ergo ſine illis habebit legem naturalem. Tertiò, ſpeciatim arguitur contra Alenſem, quia omnis habitus denominat habentem, vt ſcientia ſcientem, philoſophia philoſophum: ſed lex non denominat habentẽ, vt ait Alẽſis, ergo non eſt habitus. Quartò,

*An lex naturalis ſit habitus.*

*Lex naturalis non eſt habitus.*

*Habitus denominat habẽtem, vt ſciẽtia ſcientem.*

Alenſis

Digitized by Google

Alenſis, & Bonauentura dicunt eſſe habitum facultatis voluntatis,& rationis, quæ duplex facultas ex ſententia Aleſis ſuprà, eſt liberum arbitriũ, ergo lex erit habitus vnicus duplicis potentiæ,vel duplex habitus,vnus in intellectu, alter in voluntate exiſtens, vtrũque autem videtur per ſe abſurdum,& quia intellectus ad obligandã voluntatem non pendet ab habitu,neq; ab actu volũtatis:ergo lex naturalis nõ includit habitum,neque actũ volũtatis,præſertim liberũ, ſic enim in ſua libera poteſtate haberet obligari, & non obligari, nec obligatio illa eſſet naturalis,ſed libera.Tandem Bonauentura ait,legem naturalem dupliciter vſurpari, vno modo pro habitu,alio modo pro collectione præceptorũ iuris naturalis,& ne dicamus duas eſſe leges naturales propriè dictas, cum conſtet collectionem præceptorum naturalium,imò quodlibet eorum eſſe verè,& propriè legem, deberet dicere Bonauentura ( & fortè ita ſenſit, habitum nõ eſſe propriè,& formaliter legem, ſed cauſaliter tantũ, vt ad finem ſectionis præcedentis notauimus.

*Lex naturalis dupliciter vſurpatur,pro habitu,& collectione præceptorum.*

Si obiicias,cùm lex naturæ non ſit ſubſtantia, nec potentia,nec habitus,erit actus:ergo cum ſæpè ſimus ſine actibus,ſæpè erimus ſine lege naturæ. Reſpondeo, ſemper habemus legem naturæ habitu, vel virtute, quatenus in iudicio præterito cenſemur permanere, dum non retractatur, vt docet Sotus,Antonin. & alij, vel ſaltem potentia, nõ tamẽ formaliter & actu,ſed dũ ratio in me dictat,vel in alio aliquid eſſe honeſtũ vel turpe,agẽdum,vel omittendum.Ex dictis patet legẽ naturæ non eſſe ſynderesim,ſiue ea ſit habitus cõgenitus, vt indicat D.Thomas 1.p.q.79.ar.1.& in hac quæ. 94.a.1.ad 4. eam collocans in pueris, ſiue ipſe intellectus,vt docet Sotus ſupra:quia lex naturæ nec eſt potentia, nec habitus, ſed actus : ergo non eſt ſynderesis.

*Lex naturæ non eſt ſynderesis.*

Rogas,an imperium ſtrictè dictum , quod eſt actus intellectus diſtinctus à iudicio,ſit lex naturæ. Reſpondet Valentia illo puncto in fine, hoc non diſputari à Doctoribus , ſed illos communiter legem naturæ accipere pro iudicio naturali. Dicendum tamen eſſe,etiam imperium poſſe legem naturalem dici : & ſimiliter legem poſitiuã tam humanam,quàm diuinam,& pro imperio,& pro iudicio ſumi poſſe : & omnẽ legem in vtroque actu conſiſtere, quando vterque ſufficienter ſancitur, & promulgatur. Sed cùm imperium intellectus propriè dictum,ſcilicet,*fac hoc,* non obligat per ſe voluntatem noſtram , quin potiùs tota obligatio naturalis ex iudicio ipſo oriatur , imperium per ſe non poterit dici lex naturæ : ſed ad ſummum,quatenus iudicium ipſum inducit,vt ſi intellectus voluntati, vel homini dicat fac hoc , quod omnino faciendum iudico.

*An actus intellectus ſit lex naturæ.*

*Imperium per ſe non poteſt dici lex naturæ.*

## SECTIO III.

*Vtrum lex naturæ ſit conſcientia.*

8 QVIDAM dicunt legem à conſcientia non diſtingui: Reſpondeo tamen differre , tum quia eſt regula quædã generalis de agendis, vel omittẽdis : conſcientia verò dictat in particulari.Tum maximè quia conſcientia non reſpicit ſolùm futura,ſed etiam præterita, eſt enim de agendis ſeu faciẽdis,& de iam factis, vt videre licet in

*Vide dicto tractatu de conſcientia.*

*Lex naturæ non eſt ſynderesis, ſeu conſcientia.*

A D.Thoma 1. par.quæſt.79.art.13.Alenſis 3.part. quæſt.27. memb. 2.art. 3. & aliis quos retulimus tractatu de conſcientia. Vnde Cicero lib.de ſenectute,*conſcientia*,inquit,*benè actæ vitæ,multorumque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt*,& pro Sexto Roſcio,*vnumquemque ſcelus agitat , amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes,conſcientiæque animi terrent.* Tum denique quia conſcientia interdum eſt erronea,& tunc propriè non eſt lex , vt docent hîc nonnulli recentiores & Maior 4. d.1. quæſt. 4. in explicat.2.termini in fine, & 3.d.37.quæſt.1.ad.1. Gabriel. ead.d. qu. vnica art. 1.notab.1.Gerſon 3. par.lect.2.de vita ſpiri.Alphab.61.lit. l. Ratio eſt, quia conſcientia erronea non ligat per ſe, ſed per
B accidens,ratione ignorantiæ, quam per ſe loquẽdo facilè etiam poteſt homo excutere, & cum ea obligationem.Vnde talis obligatio non eſt natura ſua permanẽs,qualis ad legem requiritur, & ideo in definitione legis Plato,Clemens Alex.Ariſt. & alij dixerunt legem eſſe non quamcumque rationem,ſed veram,probam,& rectam , vt retulimus diſput.1.ſect.4.

*Conſcientia erronea nõ eſt lex.*

Quamuis autem non omnis conſcientia lex ſit; 9
tamẽ quæ ad futuras actiones generatim refertur, & vera eſt ac ligat,vera lex eſt.Et ſic intellige eos, qui conſcientiam cum lege naturali confundunt, vti Damaſcen. lib.4.fidei ca.23.ait conſcientiã eſſe legem intellectus,Amb.lib.de paradiſo ait,opi-
C nio noſtra legem nobis imponit , imo ibidem ait eſſe nobis legem , quibus fauet Auguſtinus 2. de ſerm.do.in mont.c.15.dicens.*Nullam eſſe animam, quæ ratione vti poſſit, in cuius conſcientia non loquatur Deus, Quis enim ſcribit in cordibus hominum naturalem legem,niſi Deus ?* De qua lege Apoſt.ait,*cũ enim gentes,quæ legem non habent,naturaliter,quæ legis sũt, faciunt:hi legem non habentes , ipſi ſibi ſunt lex , qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis,conteſtãte conſcientia ipſorum,&c.* Quare non ſolùm Aug. ſed etiam Paul.inſinuat,legem naturalẽ eſſe conſcientiam quandam , & paſſim Chryſoſtomus hom. 12.& 13.ad pop. nam in 12.ait. *Ab initio Deus hominem formauit,legem ipſi naturalem indidit, & quid*
D *tandem eſt lex naturalis ? conſcientia nobis expreſſit,& per ſe diſcibilem conſtituit bonorum , & contrariorum ſcientiam.* Et inferius de quodam mandato legis poſitiuæ,ait eſſe per conſcientiam notum, vt non occides,& ſimilia.Et de Abel ait,*à conſcientia doctũ obtuliſſe ſacrificium , legẽmque de primitiis à nullo homine,ſed à natura didiciſſe,* & infrà. *Quid dicunt,non eſt nobis aperta lex in conſcientia poſita,nec eam naturæ Deus inſeruit ?* & infrà de lege naturali conſcientiæ explicat id Ro.2.*cùm enim gentes, &c.* & quod ibidem dicitur, *qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*,exponit,*non lege accuſante,ſed conſcientia, & cogitationibus,ſi verò legem non habuiſſent conſcientiæ, nec ipſos perire peccantes oportebat, &c.* Similia dicit
E poſtea in eadem hom. & ſeq.Ex quibus & ex Auguſtino paulò antè citato conſtat, legem naturalẽ non eſſe naturam,nec mentem , ſed cognitionem naturæ , menti inditam à Deo : & de hac cognitione , & non de potentia intellectiua intelligo quod ait Cicero 1.de legib.ſcilicet,*legem eſſe rationem inſitam in natura* , cum verò ait eſſe mentem, nomine cauſæ appellat effectum.Vnde Prateius in lexico iuris,verbo lex, poſtquam hæc Tullij teſtimonia adduxit, ſtatim ex Paulo Rom. 2. ait *legem naturalem eſſe iudicium & conſcientiã ipſam.* Sic etiã cùm ait Methodius apud Epiphanium hæreſi 64.

*Conſcientia, quæ ad futuras actiones refertur vera lex eſt.*

*Lex naturalis eſt cognitio menti indita à Deo.*

G

Digitized by Google

*inſitam,& naturalem legem cogitationem noſtram excitare,& dirigere ad bonum,* de lege cauſaliter ſumpta expone: de formali verò quod ſtatim ait, *eam eſſe iuxta inſitum in nobis bonum,*& à Paulo.Rom.7. appellari *legem mentis.* Sic D. Thomas 1. p. quæſt. 79. art.13.ait conſciẽtiam propriè eſſe actum, ſed interdum appellari nomine ſynderesis, vel aliis nominibus ſignificantibus habitum,vel potentiã: quia effectus ſæpe ſumit nomen cauſæ,& econtra. Ex dictis patet, falſum eſſe quod dixit Antonius Perez certam.8.ſcholaſt.par.2.n.88: recta ratio nõ eſt lex, ſed doctrix, indagatrix, index, & præco legum.

## SECTIO IIII.

*An lex naturalis habeat rationẽ legis, & vim obligandi, ex eo quod Deus voluerit obligare ad ea, quæ per illam præcipiuntur.*

10 DE hac re omiſſis iis,quæ diximus diſput.1.ſect.6.con.2& tract. de bonit. & malit. & tract. de peccatis, & quæ dicemus agentes de diſpenſatione in lege naturę, quoad quæſtionem propoſitam dicimus,quòd partem affirmantem tenẽt nonnulli recentiores citantes pro ſe Salmeronem to.5.tract.2.§.quæ omnia, vbi ait. *Aduerte omnem legem à Deo proficiſci,& naturæ,& Moyſi,& Chriſti, & ciuilem,& canonicam.* Et Valentiam tom.2. diſp. 7.qu.4.pun.1.vbi ait, *dictamen naturale habere rationem legis,non quatenus eſt à nobis, ſed quatenus eſt in nobis ex impreſſione diuina, atque adeo quatenus proficiſcitur à Deo,*& Caſtrum 1. de lege cap.4. qui ait, *non valeo intelligere quomodo lex naturalis poſſit à lege diuina protinus ſeparari.* nam cum conſtet naturalem legem dari à Deo, &c. Bonauenturam 2. d. 35.dub.4.litera b. Gerſonem 3. par. lect. 1. de vita ſpirituali corol.10.alphab.61.lit.E. Ocham. 2.qu. 19.art.3.ad 4.Andream de Caſtronouo relatum à Cordubenſi lib. 3. quæſt.10. ad 2. dicentes omne peccatum ideo eſſe malum, quia prohibitum voluntate obligandi poſita ſaltem in Deo,quod etiã defendit Almainus 3. mor. cap. 16. & indicat D. Thomas pluribus locis:nam quæſt.71. art. 6. ad 4. ait,*cùm dicitur, quod non omne peccatum ideo eſt malum,quia prohibitum,intelligitur de prohibitione facta per ius poſitiuum. Si autem referatur ad ius naturale quod continetur primò quidem in lege æterna, ſecundariò verò in naturali iudicatorio rationis humanæ, ſic omne peccatum eſt malum quia prohibitum; ex hoc enim ipſo quod eſt inordinatum, iuri naturali repugnat.* Et quæſt.19.art.4. ait, *quod autem ratio humana ſit regula voluntatis humanæ, ex qua eius bonitas menſuretur, habet ex lege æterna, quæ eſt ratio diuina,* & qu. 91. *participatio,*inquit,*legis æternæ in rationali creatura lex naturalis dicitur,*& 2.2.quæſt.104.art.1.ad. 2. ait,*voluntatem Dei eſſe regulam,qua regulãtur omnes rationales voluntates.*Ergo lex naturæ vim obligandi,& rationem legis habet à Deo, & à voluntate ipſius.

*Omne peccatũ ideo eſt peccatum quia prohibitum.*

11 Probatur primò,quia Scriptura legem omnem ſolet nomine diuinæ voluntatis appellare, vt videmus diſp.1.ſect.5.opin.1.vt Mat.7.*non omnis, qui dicit Domine,&c.ſed qui facit voluntatem Patris mei:* quo loco ait doctiſſimus noſter doctor Maldonatus,Chriſtum perſonam Legiſlatoris æterno Patri tribuiſſe,atque adeo nomine voluntatis Patris tũ naturalem,tum diuinam ab ipſo Chriſto ſignifica-A ri neceſſe eſt,& Matth.12.*quicunque fecerit voluntatem Patris mei,&c.* Ioan.4. *meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius,qui miſit me.* & cap.5. *non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me,* & cap. 6. *Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, &c.*

*1. Probatur ex Scriptura.*

*Chriſtus legiſlatorũ nomen Patri tribuit.*

12 Secundò probatur ex Sanctis: Damaſcenus 4. fide.cap.23.de lege Dei æterna,& naturali differẽs ait, *Adueniens igitur Dei lex menti noſtræ,attraxit ad ſe ipſam,& ſingulam noſtram conſcientiam: dicitur autem, & conſcientia noſtra lex mentis noſtræ.* & infrà, *lex igitur mentis,*id eſt,conſcientia, *condelectatur legi Dei,id eſt,mandato,quod quidem vult,* vbi Clicto-B uæus ait, *lex mentis noſtræ eſt ipſa naturalis ratio, Dei legem habens ſibi inſitam impreſſamque qua bonum à malo,interno lumine diiudicamus,ad bonumque amplectendum, & malum declinandum incitamur.* Et Ambroſius lib.de Paradiſo cap.8. ait, *Quid aliud eſt peccatum,niſi diuinæ legis tranſgreſſio,* & ſacræ legis, *inobedientia mandatorum?* Auguſtinus 22.contra Fauſtum cap. 27. *Peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam, lex verò æterna eſt ratio Dei, vel voluntas Dei ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetãs,*& paulò inferius, *Nos verò,*inquit, *quorum corpus mortuum eſt propter peccatum, pro morula infirmitatis noſtræ ſecũdum æternam legem,qua naturalis ordo ſeruatur,iuſtè viuimus,* C *ſi viuamus in fide non ficta,quæ per charitatem operatur.* Et lib.de peccat.meri.cap. 16. *neque peccatum erit niſi diuinitus iubeatur,vt non ſit.*

*2. Ex Sãctis.*

13 Tertiò,nihil habet rationem legis,niſi vt eſt imperium Superioris,ſed dictamen rationis noſtræ nullius Superioris eſt imperium niſi Dei, ergo ſolùm, vt eſt imperium Dei, habet rationem legis, vel vt approbantur,& præcipiuntur à Deo,vt Iſai. 58.*nõne hoc eſt magis ieiunium,quod elegi, diſſolue colligationes impietatis, &c.*& Sap.14 *odio ſunt Deo impius,& impietas eius.*Et cur Deo odio eſſet,qui operatur contra rationem,niſi quia ipſe eius dictamina præcipit obſeruari? Et alioqui Deus haberet odio eum, qui ſuæ eſſet voluntati conformis, eo D quòd eſſet rationi difformis: quod eſt abſurdum. Ergo voluntas eius eſt, vt rationi conformemur, & inde ratio habet vim obligãdi,& eſſentiã legis: vnde inferunt auctores huius ſententiæ, ſi mẽdacium, odium Dei,& ſimilia nulla Dei lege prohiberentur,eſſent quidem mala,quia diſconuenientia naturæ rationali, non tamen peccata, *quia vbi non eſt lex, nec præuaricatio,*id eſt peccatum, Ro. 4.

*3. Probatio.*

14 Cæterùm moderni iſti confusè loquuntur,& à veritate deuiant. Nam tripliciter poteſt intelligi legem naturę accipere vim obligandi,& rationem legis,à voluntate diuina. Primò, quia ſine voluntate diuina,non eſſet dictamen rationis, ac proinde nec lex naturæ, & in hoc ſenſu nos fatemur le-E gem naturalem pendere à voluntate diuina, ita vt nec de potentia Dei abſoluta poſſit eſſe lex ſine voluntate diuina. Secundò, ſi per impoſſibile daretur dictamen rationis,quod iudicaret turpe eſſe mentiri,non dato Deo,vel eius volũtate,à quibus demanaret hoc dictamen, adhuc haberet rationẽ legis, in quo ſenſu partem negantem tenuit Valentia,ſuprà,& nõ eſt adeo improbabilis eius opinio,ſicut in ſequẽti ſenſu. Tertiò, vt etiamſi daretur illud dictamen rationis procedẽs à Deo, eiuſque voluntate,adhuc nõ haberet rationem legis, niſi adeſſet alia ſpecialis voluntas Dei, qua formaliter vellet nos obligare ad ſequendum tale dictamen,

*Opinio hæc recentiorum confutatur.*

Digitized by Google

dictamen, in quo ſenſu vim obligandi ad culpam, & rationem legis dicunt aliqui moderni pendere à voluntate Dei.

*In quo ſenſu verum ſit legẽ naturæ pẽdere à voluntate Dei.*

Nos in ſolo primo ſenſu docemus, legem naturæ pendere à voluntate Dei, & Deum habere auctorẽ. Probat Vazquez diſp.97.ferè per totã. Præſertim cap.3, nu.8. cũ quo, & aliis malitia in actu libero & humano moralis eſt, quoniam ad mores pertinet, & culpam facit: ergo ſi Deo, vel eius ſpeciali prohibitione non exiſtente, furtum, vel adulterium eſſet, malum etiam eſſet peccatũ, ac proinde contra legem. Confirmatur primò, quia qui laboraret ignorãtia, vel inaduertentia inuincibili Dei, vel illius ſpecialis voluntatis, & ſi eiuſmodi opera faceret, dignus eſſet pœna, & ſimiliter qui ipſi conſentirent, iuxta id Pauli Rom. 1. *digni ſunt morte, non ſolùm qui talia agũt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Imò eſſent digni pœna æterna, Epheſ.5. *Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei: ergo haberent culpam, quia pœna ſolùm reſpõdet peccato & culpæ.* Item in eo ſtatu poſſent mereri per bona opera: ergo & demereri, per mala: non autem poteſt eſſe demeritum ſine culpa. Et quis mentis compos diceret, illos non eſſe culpandos, vituperãdos, & obiurgandos? Haberent ergo culpam, & alioqui cùm multi tales modò reperiantur, dicemus licet rationi reluctent, & turpe ſcienter amplectantur, non peccare, nec eſſe in confeſſione abſoluendos, quia materia remota confeſſionis ſunt ſola peccata & culpæ.

15 Secundò, quia vel illa ſpecialis voluntas, qua illi dicunt prohibitum eſſe naturaliter homicidiũ, eſt in Deo naturaliter, & neceſſariò, vt volunt recentiores, vel liberè, vt volunt Gerſon, Ocham, Caſtronouo, infrà referendi ſi neceſſario. Ergo aliqua volitio efficax erga creaturas eſt neceſſaria omninò, quod eſt per ſe abſurdũ. Quid enim fingi poteſt, quod neceſſitet voluntatem diuinam ad ponendam obligationem, quæ non oriretur præciſè ex ipſis naturis rerum, cur non poſſet abſtinere à præcepto, ne homines peccarẽt? Et deinde talis voluntas non obligat, quia voluntas obligãdi in principe nõ obligat, niſi libera ſit, ſi verò eſt libera, non erit certum ſecluſa reuelatione, an ſit vel non ſit in Deo, quia nos non poſſumus actus liberos Dei certò cognoſcere, niſi ex reuelatione, niſi ſint actus, qui colligantur euidenter ex effectibus Dei: ergo cum in puris naturalibus, & modò apud multos non ſit talis reuelatio, tales homines non peccabunt occidendo, &c. Et idem ferè argumentum eſt, etiam ſi ponat voluntas neceſſaria: nam etiam eſt incerta, quod nõ puto poſſe tutò dici. Itẽ ſi talis voluntas eſt libera, lex quã conſtituit, reuerà erit poſitiua, & non naturalis: quia lex poſitiua eſt, quæ ſit arbitrio, & libera voluntate principis Remp. potentis, & volentis obligare.

*2. Confut.*

*Lex poſitiua eſt quæ fit arbitrio & libera voluntate principis.*

Nec valet dicere, illam prohibitionem nihil aliud eſſe, quàm ſimplex quoddã odiũ, & diſplicentiã homicidij, furti, &c. quod odiũ poteſt eſſe neceſſariò in Deo, quia tale odium non eſt prohibitio, nec præceptum negatiuum, & non eſt liberum per ſe: ergo nõ inducit obligationẽ. Deinde tale odium ſupponit iam malitiam furti, non enim ideò eſt malum, quia odio habetur à Deo, ſed ideò odio habetur, quia eſt malũ. Dices, odio haberi, quia eſt malum obiectiuè, & diſſonum naturæ rationali: contrà, quia ſi ante odium Dei habeo malitiam obiectiuam, ergo eſt obiectũ, quod ſi amplectatur voluntas humana, in illa erit formalis malitia independens ab illo odio Dei.

Ad primum argumentum ex Scripturis ſumptũ reſpondeo, nomine voluntatis Dei intelligi etiam legem naturalem, non quia eſſentialiter lex naturalis, vt ſic, inuoluat voluntatem Dei, ſed quia de facto eam Deus inſtituit, condendo naturam, & commendat eius obſeruationem, & affectu ſimplici eam appetit, & denique quia ſua lege poſitiuam naturalem confirmauit. 16

Ad ſecundum, reſpondeo, Damaſcenum & Clictouæum potius eſſe pro nobis, quia dicũt legem naturalem eſſe conſcientiam noſtram: eſſet autem conſcientia etiam ſi per impoſſibile non eſſet Deus, & eſſet dictamen rationis: ergo tale dictamen eſſet verè lex. Idem ſimiliter ex aliis Patribus, & Doctoribus, qui legem naturalem dicũt eſſe conſcientiam noſtram, vt retulimus. Ad Ambroſium & Auguſtinum reſpondeo, illas peccati definitiones, quatenus important peccatũ eſſe cõtra legem, eſſe quidditatiuas, & eſſentiales, quoad verò illud aliud, quod eſt eſſe contra legem Dei, eſſe deſcriptiuas, & dari per aliquod accidens proprium, & inſeparabile etiam de potentia Dei abſoluta, quia non poteſt dari lex, quæ non ſit aliquo modo Dei, tamen ſi eſſet vlla lex, quæ non eſſet Dei, quod eſſet contra illam, verè eſſet peccatum, & ita contingeret, ſi Deo non exiſtente, eſſet homo cum iudicio rationis, & contra eius dictamen ageret.

Ad tertium reſpondeo, legem poſitiuam niti voluntati obligandi exiſtenti in ſuperiori, & eſſe eſſentialiter præceptum ſuperioris: legem tamen naturæ ſolùm eſſe concomitanter præceptum ſuperioris, neque niti formali voluntati obligandi exiſtenti in ſuperiori, ſed voluntati condendi naturam cum iudicio rationis, cui annexum neceſſariò eſt, obligare voluntatem ſibi coniunctam, quã obligationem confirmat Deus lege ſua poſitiua, dum præcipuè in genere legem naturæ ſeruari, ſeu declinare ab omni malo, vel etiã in ſpecie ab his, & illis, & odio habet peccatores, quia vtramque legem eius tranſgrediuntur, & illi ſunt contrarij eius voluntati, quando legem naturalem violant, quia illa neceſſario eſt lex Dei, & præterea eſt confirmata per legem Dei poſitiuam.

*Ad teſtim.*

Ad teſtimonium in corol. allatum reſpondet Vazquez illa diſp.97.cap.4.nu. 12. Paulum eo loco non ſignificare, nihil eſſe peccatum, niſi ſit vetitum lege aliqua, vel præcepto, ſed potius ſignificare imbecillitatem legis veteris, quæ potuit eſſe offendiculum & occaſio multorum peccatorum, quæ ſi non eſſet lex, non committerẽtur, cùm ſint eius præuaricationes: non potuit autem gratiam conferre, qua illa, & alia vitarẽtur, & quamuis generatim vellet Paulus, vbi non eſt lex vlla, nõ eſſe peccatum, nihil contra nos, quia ponimus dictamen rationis fore legem, etiam ſi non eſſet Deus in mundo, vel non vellet ſpecialiter, formaliter, & expreſsè obligare nos ad ſequendum dictamen rationis. Iſta reſponſio eſt melior, quia nullum verbum poſuit Paulus, quo ſignificaret ſe loqui de ſola lege poſitiua, vnde Toletus illum interpretatur de lege veteri, quatenus etiam includebat præcepta naturalia.

Præterea auctores, quos pro ſe aduerſarij citãt, 17

parum illis ſuffragantur:nam Salmeron ſolùm dicit leges omnes proceſſiſſe, id quod nullus negat. Valentia nõ requirit in Deo voluntatem obligãdi dictamen rationis,vt ſit vera lex, ſed quòd procedat ex volũtate Dei: quod licet eſſet verũ,non haberent aduerſarij,quod intendunt, ſed non credo eſſe verum:quamuis enim tale dictamen nõ eſſet à Deo,vel putaretur non eſſe à Deo, vel non conſideraretur eſſe à Deo,malum eſſet illi aduerſari,& amplecti,quod turpe iudicatur: ergo ligaret,& ſic eſſet lex.Caſtro ſolùm ait cõtra Gerſon. lect. 2. de vita ſpiri.corol.5.legem naturalem propriam legẽ eſſe Dei, quia eſt conditor noſtræ: quod non eſt contra nos.Bonauentura ſolùm ait omne peccatũ eſſe contra legem,ſaltem latè dictam, qualem putat eſſe legem naturæ;ſed fallitur, maximè in opinione aduerſariorum dicentium, Deum voluiſſe peculiariter obligare ad ea, quæ ratio dictat eſſe omninò facienda,& abſque tali voluntate nõ fore legem naturalem.De Gerſone,Ocham,Caſtronouo,Almaino quidquid contra nos dicant,non curamus. D.Thomas vult de facto & de potẽtia abſoluta nihil eſſe peccatum, nec poſſe eſſe,quod nõ ſit prohibitum lege diuina naturali,& æterna. Sed non dicit eſſe de eſſentia peccati eſſe cõtra legem Dei,ac proinde ſi per impoſſibile eſſet contra rationem,& non cõtra legem Dei, non fore peccatum,docet etiã, legem naturalem proficiſci à Deo ab æterna eius lege, & voluntate, ſed non docet præter voluntatem condendi hominem cum iudicio & vſu rationis neceſſariam eſſe aliam voluntatem in Deo,vt dictamen rationis noſtræ habeat rationem legis, & obliget ad culpam: & ſanè ſi admittenda eſſet talis voluntas, potius dicerem cum Gerſone,Caſtronouo,& Ocham,illam volũtatem eſſe in Deo liberam,& ſic potuiſſe non eſſe in Deo,& Deum poſſe reuocare totam legem naturæ,vel in ea diſpenſare,quàm cum nonnullis recentioribus eſſe neceſſariò in Deo talem voluntatem obligandi homines, & ſuam voluntatem denuntiandi,quod vltimum requiri fatentur ad rationem legis naturalis.Et mirum eſt vnde colligãt illam voluntatem eſſe neceſſariò in Deo.Non cõueniret,inquiunt,cum diuina ſapientia, vt ea quæ ex natura ſua ſunt mala,non prohiberet, eo quod nullum haberet motiuum non prohibendi,nec cũ diuina prouidentia, quia non bene prouideretur naturæ rationali. Deus autem non poteſt non vti ſapientia,& prouidentia,Pſal.13.*omnia in ſapientia feciſti*. Sed hæc ratio riſu digna eſt: nam Deus ne homines peccarent,& digni fierent æterna,aut tẽporali pœna,poſſet ab illa prohibitione abſtinere, & in hoc ſapiẽtiſſimè procederet, & optimè prouideret bono noſtro.Item ſi neceſſariò denuntiaret illam voluntatem, denuntiatione ſufficienti ad legem,& obligandos homines, cum illa volũtas non colligatur euidenter ex ratione naturali, neceſſariò deberet vti reuelatione:quod eſt abſurdiſſimum.Ergo non eſt dicendum in Deo eſſe neceſſariam voluntatem obligandi nos,& denuntiãdi hanc voluntatem,vt teneamur non mẽtiri,&c. & hæc mihi videtur ſentẽtia Guilielmi Pariſienſis lib.de legib.cap.iam igitur fol.9.col. 4. vbi docet nos,ſine verbis,aut ſcripturis, imò & ſine notione Dei obligari ſub culpa, & peccato ad ſeruãdam honeſtatem moralem per legem quandam, quæ eſt in anima noſtra, quam dicit eſſe naturam ipſam,vel ſapientiam, artémque honeſtè,& rectè viuendi, licet notitia Dei obligationem augeat. Clariùs hoc idem docet D.Thomas qu. 104. art. 1. vbi ait,*præcepta moralia habere vim obligandi ex ipſo dictamine rationis, & non ex aliqua inſtitutione diuina,vel humana*, ſecus cæremonialia,& iudicialia,quia in ſe conſiderata non habent abſolutè rationem debiti,ſed ex aliqua inſtitutione.

Male ergo,vel ſaltem impropriè Sayrus lib. 3. Theſauri cap.2.nu.1. loquẽns de lege diuina, abſtrahendo à naturali,& poſitiua,æterna,& temporali dixit, legem diuinam eſſe, quæ immediatè à Deo inſtituta eſt; nam æterna non eſt inſtituta à Deo: ſed eſt ipſum dictamen æternum in ſeipſo ſpectatum: naturalis etiam non eſt propriè ex inſtitutione diuina.

## SECTIO V.

*Quæ ſit materia circa quam verſatur lex naturæ.*

PRIMÒ, ſicut præceptum diuiditur in affirmatiuum, & negatiuum, ita & lex naturæ:quædam enim eſt affirmans,ſeu præcipiens,alia negans, ſeu prohibens, aut vetans. Vetantur quę turpia, & vetari hac lege eſt iudicari turpia: præcipiuntur honeſta,& neceſſaria ad hoc,vt homo turpiter non ſe habeat: & hoc eſt præcipi honeſta,& neceſſaria iudicari: multa ſunt mala, quia prohibita hac lege, licet non ſint prohibita lege poſitiua.De quo vide D.Thomam hac qu. ar.2.& ſequentibus, & quæſt.100. art. 2. vbi Caietanus, Sotus 2.iuſt. qu.3.art.8. Victoria relect. de homi. nu.3.& 4. Auguſtinus 1.de lib.arb. cap. 3. vbi ait adulterium,& alia huiuſmodi, nõ ideò mala eſſe, quia vetantur aliqua lege (ſcilicet poſitiua) ſed ideò vetari lege,quia mala ſunt. 18

*1. Concluſio Lex naturæ quædã eſt affirmans, quædam negans.*

Secundò,ad legem naturæ pertinent nõ ſolùm principia aliqua per ſe nota, ſed etiam aliquæ cõcluſiones:oppoſitum tenent aliqui,citantes pro ſe D.Thomam hac quæſt.94.art.2. in principio, vbi ait,*præcepta legis naturæ eſſe prima principia practica*; & art. 3. vbi ait, *multa ſtudioſè fieri ad quæ natura nõ primò inclinat, ſed per rationis inquiſitionem ſunt ab hominibus inuenta*,quaſi vtilia ad bene viuendum, & ea non eſſe de lege naturæ: citatur etiam Durãdus,tract.de legib.ſed malè,potiùs enim dicit ius naturæ verſari etiam circa concluſiones, vt rectè refert Turrecremata cap. ius gentium d. 1. art. 1. nu.3.Sed pro illa ſententia arguitur, quia concluſiones aliquæ euidẽter deductæ ex principiis moralibus pertinent ad ius gentium:cur ergo nõ omnes? Ius autem gentium, eſt aliud à naturali:ergo nulla concluſio pertinet ad ius naturæ. Antecedẽs probatur,ex l.1.2.& 3.& l.omnes, cum aliis ff. de iuſt.& iure,& l.bona fide, ff. depoſiti. Vbi aliqua tribuuntur iuri gentium, quę per euidentem conſequentiam ex principiis moralibus deducuntur. ſed noſtram ſentẽtiam tenet expreſsè D. Thomas hac quæſt.94.art.4.5.& 6.& quæſt.95.art.2.quæſt. 100.art.1.2.& 3.Caietanus,Conradus, Medina,& alij his locis,Valentia diſp.7.quæſt.4.punct.2. Sotus iuſt.quæſt.4.art. .& lib.3.quæſt. 1. art. 3. Iuriſperiti grauiores apud Couarruuiam reg. peccatũ parte 2.§.11.nu.4. Pinellus 16. de reſcin. vend. in Rubrica part.1.ca.1.nu.7.& ſequent.Ferdinãdus, Mendoza,lib.de pactis,quem latè retulimus,diſp. 1. ſect. 2. Turrecremata ſuprà, & Durandus qui tamen

*2. Concluſio. Ad legem naturæ non ſolũ quædam principia, ſed etiã concluſiones pertinent.*

Digitized by Google

tamen in hoc non placet,quod ait,omne ius gentium naturale eſſe.

19 Noſtra igitur ſententia aſſerens omnes concluſiones obligantes ad aliquid, ex vi ſolius rationis naturalis ſine vlla voluntaria inſtitutione humana, vel diuina,pertinere ad legem naturæ. Patet ex Ariſt.5.Æth.cap.7.vbi dicit, *iuſtum naturale eſſe,quod vbique vim habet*, ſcilicet ex ipſa natura, *& non quia videtur,vel non videtur*,id eſt,non ex inſtitutione,& arbitrio hominum,& Iſid. 5.ethym. c.4.& refertur cap.ius naturale diſt. 1.ait,*ius naturale eſt commune omnium nationum eò quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur*, & Tullius ait, *ius naturæ eſt quod non opinio genuit*, vt refert Turrecremata ſuprà: ſed ius, quod verſatur circa concluſiones euidenter elicitas ex principiis naturæ,nõ genuit opinio,nec humana cõſtitutio: ergo eſt ius, & lex naturæ. Confirmatur primò, quia inter ius poſitiuum, & naturale non datur medium: ſed concluſiones illæ non pertinent ad ius poſitiuum,cùm agant de rebus ſecũdùm ſe, & non vt ſubſunt conſtitutioni humanæ, vel diuinæ arbitrariæ,& voluntariæ: ergo pertinent ad ius naturæ. Confirmatur ſecundò, quia omne quod ſecundùm ſe eſt malum,prohibetur lege naturæ, & quod eſt neceſſarium ſecundùm ſe,præcipitur eadem lege,ſed malum & bonum de quo tractant concluſiones,poteſt eſſe huiuſmodi: ergo tale pertinebit ad legem naturæ.Confirmatur tertiò,quia ad obligandũ per ſe,& ſine iure poſitiuo impertinẽs eſt,quod intellectus cum diſcurſu, vel ſine diſcurſu intelligat aliquid eſſe turpe, aut neceſſariũ,ſed ſi id cognoſcat ſine diſcurſu, obligabit abſque vllo iure poſitiuo: ergo ſimiliter ſi id intelligat cum diſcurſu: & ſic in vtroque caſu illud pertinebit ad legem naturæ, patet in fornicatione,vſura,cultu Dei, & aliis multis, quæ pertinent ad ius naturæ ; tamen eorum turpitudo vel neceſſitas ſolum cognoſcitur per diſcurſum.

20 Ad primum teſtimonium D. Thomæ reſpõdeo, loqui de primariis præceptis iuris naturæ, vt locis pro concluſione citatis ſe explicuit. Quid autem in 2. teſtimonio velit, notatione 4. exponemus: quod verò ait quæſt.91.art.3.concluſiones deductas ex primis principiis pertinere ad legem humanam, ſolùm ſignificat,præcipi ſolere lege humana,quia ratione non facilè, neque ab omnibus cognoſcuntur,vt ipſemet explicat quæſt.95.ar. 2. in fine:aut intelligitur de concluſionibus, in quibus non agitur de turpitudine, vel neceſſitate obiecti ſecundùm ſe,ſed de cõuenientia præcipiendi illud tamquam ſalutare,& commodum, vel prohibendi illud tamquam noxium, & incommodũ: vt cum præcipimur adeſſe ſacro in die dominica, &c.

*Ius gentium ſtrictè ſumptum ſæpe eſt ius poſitiuum: latè eſt ius naturale ſæpe.*

Ad rationem reſpondeo, ius gentium ſtrictè ſumptum eſſe poſitiuum,& non naturale,ſecus latè dictum,de quo ſæpe loquuntur Iuriſperiti, & vocant illud naturale,vt gloſſa Accurſij l.bona fides ff.depoſiti,& conſonat Cicero,Tuſc.2. dicens *in omni re omnium gentium conſenſus lex naturæ putanda eſt.* Sed de hac re multa dixi diſput. 2. ſectione 4.

21 Obſerua tamen primò, ſicut concluſiones euidẽter deductę ex principiis moralibus,ſine vllo iure poſitiuo obligantes,euidẽter continent ius naturæ:ita quæ probabiliter deducuntur,continere illud probabiliter,& eſſe leges naturę non certas, A ſed probabiles, in quibus ſi falſitas enuntiaretur, non eſſent leges naturę verè,ſed apparenter: quia conſcientia erronea non eſt verè lex. De legibus autem naturæ certis intellige, quod ait Valentia illo pun.2.omnia iura naturæ eſſe euidentia, negarique non poſſe,niſi ex praua conſuetudine aut pertinacia,vel affectu execçante,& impediente.

*Omnia iura naturæ eſſe euidentia negari nõ poteſt. Not.1.*

Secundò,obſerua D. Thomam, Caietanum & alios, hac quæſt.94. art. 2. & Valentiam ſuprà diſtinguere, vt quædam principia practica ſint per ſe nota omnibus,quædam verò non omnibus, ſed quibuſdam videlicet,quia à nonnullis termini nõ penetrantur,vel argumenta fortia,aut affectus vehementes impediunt,ne homo præſtet aſſenſum. B Sic in materia de habitibus dixi,argumenta apparentia impedire poſſe aſſenſum concluſionũ euidentium:imò & principiorum, præſertim in hominibus carẽtibus habitu. Tertiò,obſerua ex parte inclinationis naturalis, cui præcepta naturalia accõmodantur,ſumi varias leges naturales. Quod perſpicuum eſt,& tractatur à D.Thoma art.2. & à Valentia illo pun.2. Quartò obſerua, quod ait D. Thomas art.3. omnes actus virtutum ſub cõmuni ratione pertinere ad ius naturæ, non verò ſub rationibus particularibus bene exponi à Soto.1.iuſt. quæſt.4.art. 3. Conrado, Vazquez hîc art.3. Valẽtia punct. 4.omnium virtutum actus ſunt in præcepto naturali,non tamen omnes earum actus, vt expreſsè docet D.Thomas,2. quæſt. 104.art. 2. ad C 1.Caietanus, & alij ibi:itaque nulla eſt virtus, cuius actus non ſit aliquando in præcepto obligante ſaltem ſub veniali, conſonat Ariſtoteles 5. eth. cap.1.vbi in omnibus virtutibus cardinalibus aliquid à lege præceptum oſtendit,imò omnes actus omnium virtutum cadunt ſub præcepto naturæ, quantùm ad aliquem modum,licèt non quantùm ad ſubſtantiam : nam ratio omnibus modum aliquem præſcribit, ſine quo ſi fiant,turpiter,& non ſtudioſè fient: vt ſi fiant propter malum finem, vel tempore,aut loco non conueniente, vel iure poſitiuo vetante,de quo Caietanus art. 3. vel virtutum actus,vt ſtudioſi ſunt, dicuntur cadere ſub D præcepto;quia ſecundùm opinionem aſſerentiũ, non dari ſaltem per ſe, & ſecluſa ignorantia, vel inaduertentia, actus indifferentes in indiuiduo; præceptum habemus exercendi bonum actum, ſuppoſito quod operari velimus, vt notat Valentia illo pun.4.& hoc eſt quod ait D. Thomas illo art.3.omnes actus virtutum, vt virtuoſi ſunt, eſſe de lege naturali:quia vnicuique propria ratio naturaliter dictat,vt virtuoſè agat. Imò nullus, aut ferè nullus actus eſt, qui concurrẽtibus aliquibus circunſtantiis non cadat ſub naturali præcepto,vt ſi præceſſerit eius præceptum poſitiuum, votum, iuramentum, promiſſio, aut ſit neceſſarius ad vitandum ſcandalum,ad vitam,vel ſalutem tuendã, aut ad quid ſimile.

*Principia quædam per ſe nota ſunt omnibus, quædam quibuſdam.*

*Omnes actus virtutum cadunt ſub præcepto naturæ.*

*Omnes actus virtutum, sũt de iure naturali.*

E Alij explicant D. Thomam de lege latè dicta, vt ſe extendit ad dictamina nõ obligantia: ſed expoſitio hæc nulla eſt, ſic enim non negaſſet, aliquos actus virtutum in particulari eſſe de lege naturæ.Vazquez,Caietanus,& nõnulli alij D. Thomam exponunt, vt actus virtutum ſint de lege naturæ in communi,& non in particulari,& cum certis circunſtantiis, quia lex naturæ non præcipit illas circunſtantias,ſed vel non ſunt præceptę, vel ſunt præceptæ iure poſitiuo : & interdum lex naturæ prohibet actum cum illis circunſtantiis,vt



Digitized by Google

lex naturæ præcipit puniri furem: ſed lex poſitiua determinauit pœnam, vt eſſet ſuſpenſio, lex naturæ præcipit abſtinētiam, poſitiuam determinauit id ad certos dies: lex naturæ præcipit in communi reddere depoſitum, ſed eadem vetat reddi, cum dominus eſt furioſus, & abuſurus eſt depoſito ſcilicet enſe: vitam ſeruare tenemur, ſed niſi neceſſarium ſit mori, ad bonum Dei, vel communitatis, aut ad proximi ſalutem ſpiritualem, iuxta ea quæ docet D. Thomas 2. 2. quæſt. 26. de ordine charitatis, & Pan. 1. cap. 3. *debemus pro fratribus animas ponere*; & Auguſtinus de mendacio cap. 6.

22 Quintò obſerua, non ſolùm pertinere ad legem naturalem, quæ ratio dictat eſſe faciēda, vel omittenda homini in ſtatu purè naturali: ſed etiam quę in ſtatu eleuationis: ſuppoſita enim cognitione talis ſtatus, ipſa ratio naturalis præcipit, quid in eo agendum, vel omittēdum ſit, ſiue cognitio ſtatus ſit naturalis quoad ſubſtantiam, ſiue ſupernaturalis. Sumitur ex Caietano quæſt. 100. articul. 1. D. Thom. eodem art. & duobus ſequentibus, & eſt manifeſtum.

Sextò obſerua, omnia præcepta naturalia, vt docet Valentia illo punct. 2. conſtituere vnum ius, vnamque legem naturalem, non ſolùm vnitate collectionis, & aggregationis, ſed etiam vnitate ordinis. Nam ab eodem principio, ſcilicet naturali lumine proficiſcuntur, & ad eundem finem vltimum referuntur: habéntque quemdam ordinem vel inter ſe, vel ſaltem ad vnum aliquod præceptū naturale, ad quod reducuntur: vt ad illud, *Omne bonum neceſſarium eſt faciendum: omne turpe fugiendū.* Sic omnia præcepta reſpicientia proximum reducuntur ad illud: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* De quo latè Chryſoſtomus homil. 13. ad pop. Chriſtus Matth. 7. *Omnia quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Simile eſt Tob. 4. *Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias.* Et illud, *Diligēs proximum tuum ſicut teipſum:* imò omnia reducuntur ad pręceptum dilectionis Dei, quia omnium violatione offenditur Deus: & ad pręceptum dilectionis ſui, quia omnium violatione violans læditur. Vnde bene Baſilius regul. 2. fuſiùs diſp. docet, ad præcepta dilectionis alia omnia reuocari: & Pererius Rom. 2. diſp. 10. omnia præcepta naturalia reuocat ad illud Geneſ. 4. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Rectus enim eſt, qui appetitui dominatur: vt ex Cicerone 3. de Rep. docet Auguſtinus 4. contra Iul. c. 12.

*Rectus eſt qui appetitui dominatur.*

Sed mirabile eſt, quod Tertullianus lib. contra Iudæos ait, *in lege abſtinendi à ligno recognoſci omnia præcepta poſtea data in lege Moyſi.* Quod tamen intelligi poteſt: quia illa lex continebat aliquid pertinens ad dilectionem ſui, Dei, & proximi: ad hoc autem triplex dilectionis genus, omnia præcepta pertinent. Aſſumptum declaratur. Quia obediendo illi legi, oſtenderet dilectionem erga Deum, cuius gratia illam ſeruabat: & amorem erga ſe, & proximum, quos ſic liberaret à morte corporali, & ſpirituali. Violando autem illam legem omnes hos amores læderet. Scholiaſtes autem Tertulliani ipſum explicare videtur, vt tunc Deus primis parentibus cum illo præcepto poſitiuo legem naturalem impreſſerit, in qua implicitè aut virtute continentur omnia præcepta moralia, data in lege. Vel intellige Tertullianum, vt in illo præcepto recognoſcantur omnia poſteà data in lege Moyſi, quia vice illorum omnium vnum illud datum eſt,

*In lege abſtinendi à ligno omnia præcepta legis contineri mirabile eſt.*

A primis parentibus. Vel quia tunc viſa eſt forma præcipiendi, quam Deus in lege Moyſi ſeruauit, fuit enim primum præceptum poſitiuum datum à Deo, cuius inſtar fuêre ſequentia.

Septimò obſerua, quòd D. Thomas art. 2. ait, 23
propoſitionem per ſe notā eſſe quando prædicatū eſt de intrinſeca ratione ſubiecti, non ita eſſe intelligendum, vt ſemper ita ſit, nam multæ ſunt per ſe notæ, in quibus prædicatum non eſt de intrinſeca ratione ſubiecti; ſed paſſio, vel effectus, danſque aliquid extrinſecum, vt probat bene Valentia illo punct. 2. ad tertium: imò interdum prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti: tamen propoſitio non eſt per ſe nota, nec per aliud: quia non eſt, vnde euidenter cognoſcatur rem illam eſſe talis generis, B vt quod cœlum ſit corpus ſimplex, & incorruptibile, quòd quantitas ſit accidens, quòd lux ſit qualitas, & non corpus, &c.

Octauò obſerua, in hac ſect. diſputari potuiſſe, an modus cadat ſub lege: ſed quia de hoc tractat D. Thomas quæſt. 100. art. 9. & 10. agens de præceptis decalogi, in eum locum quæſtionem hanc fuiſſe reſeruatam.

Nonò obſerua, non aduerſari ei, quod ſuperius diximus, cuiuſcumque ſcilicet virtutis aliquem actum eſſe in præcepto, quòd nullus actus virginitatis, vel paupertatis euangelicæ videtur eſſe in præcepto. Vnde Matth. 19. verſ. 21. poſtquam dixit Chriſtus, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata,* C ſubiungit, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende:* quaſi hoc non eſſet præceptum, ſed conſilium. Vide doctiſſimum Maldonatum ibi & Luc. 17. verſ. 10. quibus locis acriter impugnat Caluinum aſſerentem, nullum eſſe conſilium, & opera ſupererogationis, ſophiſticum eſſe inuentum, & Auguſtinum epiſt. 89. quæſt. 4. vbi refert vt hæreticos, quoſdam, qui olim aſſeruerunt neminem ſaluum eſſe poſſe, niſi omnia venderet, & daret pauperibus. De virginitate etiam conſilium eſſe, non præceptum, patet ex 1. Corinth. 7. verſ. 25. & Concilio Gangrenſi cap. 1. Reſpondeo enim virginitatem non eſſe virtutem diſtinctam à caſtitate, nec paupertatē à liberalitate, & magnificentia, de caſtitate autem, liberalitate, D & magnificentia eſſe præcepta aliqua naturalia. Idem eſt de vrbanitate, eutrapelia, & omnibus in vniuerſum virtutibus, quare perperam nonnulli moderni cum Caietano 2. 2. quæſt. 104. artic. 2. ad primum, limitant, quod ibi ait D. Thomas omnium virtutum aliquos actus eſſe in præcepto, vt ſolùm intelligatur de ſolis virtutibus præcipuis, ſcilicet Theologalibus, & Cardinalibus. An verò lex humana præcipere poſſit omnium virtutum actus, cùm ad commune bonum expedierit, vt docet D. Thomas quæſt. 96. art. 3. diſcutiemus diſput. de materia legis humanæ.

*Virginitas nō eſt virtus diſtincta à caſtitate.*

Decimò obſerua, quod ait D. Thomas 2. 2. q. 25. art. 8. & eſt communis doctrina Theologorum, vt E docet Suarius 3. part. tom. 4. ſect. 5. num. 24. hominem teneri ex charitate habere animum paratum ad inimicum diligendum, ſi neceſſitas occurreret: & quod quidam aiunt, teneri peccatorem ſtatim poſt peccatum ad habendum animum paratum, vt pœniteat, cùm neceſſe fuerit, non eſſe intelligendum de præparatione animi per actum poſitiuum ſtudioſum, ſed per negationem actus contrarij, & idem eſt in multis aliis materiis.

Vndecimò obſerua, quòd ait D. Thomas art. 3. cuilibet homini eſſe inclinationem ad agendum

ſecundùm

Digitized by Google

ſecundùm rationem; & hoc eſſe agere ſecundùm A virtutem, quod etiam docet Sotus 1.iuſt. quæſt.4. art.3.nō ſignificare eſſe inclinationem naturalem, ſeu pondus naturæ, ad omnes virtutes etiam ſupernaturales,& ad actus omnium illarum, quamuis & hoc quodammodo ſit verum,vt patet ex dictis in materia de beatitudine diſput. de eius appetitu:ſed intendit D.Thomas eſſe inclinationem naturalem,& pondus naturæ ad agendum, ſaltem actu naturali, ſecundùm rationem & virtutem in omni materia: & omnem virtutem eſſe conformem,& cōſentaneam rationi, & inclinationi naturali,ſicut dixerat quæſt.71.art.2.& iuxta hæc interpretandus eſt Damaſcenus 3. fid. cap.14. ad fin. dicens. *Naturales ſunt virtutes, & naturaliter &* B *æquè in omnibus inſunt, etſi non omnes æquè operemur ea, quæ ſunt naturæ. Nam ex eo quòd ſecundùm naturam in id, quod præter naturam per tranſgreſſionem lapſi ſumus.* Naturales autem appellat Damaſcenus virtutes, non quia naturæ noſtræ in Adam à principio ſuæ conditionis fuerunt infuſæ, vt videtur interpretari Clictouæus ibi: ſed quia ad illas nos omnes habemus naturalem inclinationem,& aptitudinem æqualem,quantum eſt ex parte animæ, & conſonat Ariſtot.2. ethic. cap.1. dicens: *Neque præter naturam virtutes in nobis efficiuntur: ſed idonei quidem ad ipſas ſuſcipiendas ſumus natura.* Neque obſtat Plato in Menone ad finem dicens: *Si autem nos in omni hac diſputatione rectè preſcrutati ſumus,* C *virtus vtique,nec doctrina,nec natura nobis aderit,verùm diuina ſorte abſque mente in eum, qui illam ſortitus fuerit, influit.* Solùm enim vult ſine diuina gratia,& auxilio neminem in virtute perfectum eſſe poſſe: licèt alij Platonem interpretentur,vt virtutes per ſe infuſas agnouerit: de quibus D.Thomas quæſt.55.art.4.interpretatur id Auguſtini *virtus eſt bona qualitas mentis, quam Deus in nobis ſine nobis operatur.* De virtute autem acquiſita non rectè negaret Plato,eſſe in nobis aliquomodo ex natura, & doctrina,& rectè Cicero 1.de legib. dixit *eſt autem virtus nihil aliud,quàm in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura:* quia nimirùm virtus perficit naturam,vt operetur iuxta ſuam bonam, & naturalem inclinationem: vnde 2. de inuentione ait, D *Virtus eſt animi habitus, natura modo, atque rationi conſentaneus:* quod etiam vſurpauit Auguſtinus lib. 83. qq. quæſt. 30. quamuis lib. de quantit. animæ cap.16. dixerit *virtutem eſſe quamdam æqualitatem vitæ rationi vndique conſentientem:* de hac dicit in categoriis cap.12. *Virtus omnes animæ partes amplectitur:omneq; animal ſuo imperio gubernat,ac regit:* vt & iracundiam domet,& cupiditatem animo amoueat. Vnde patet,quàm ſit bona, & conſentanea, atque conueniens naturæ rationali: cùm D.Thomas art.3. dixerit, *In nobis eſſe naturalem inclinationem ad agendum ſecundùm virtutem,& ad id adiuuat ipſa virtus.*

*Quomodo habeat inclinationem ad omnem virtutē.*

*Naturales ſūt virtutes quomodo intelligendum.*

*Sine diuina gratia nemo in virtute perfectam eſſe poteſt.*

---

## SECTIO VI. E

*Vtrùm lex naturalis ſit & ſemper, & vbique fuerit eadem.*

25 SVPPONIMVS, legem naturalem in ſe eſſe vnam vnitate, non ſolùm collectionis,ſed ordinis, qui eſt intre ipſa præcepta,vt ſectione præcedeni diximus,ſicut etiam lex Moyſi, quæ omnia naturæ præcepta,& inſuper iudicialia, & cæremonialia complectebatur, appellatur vna à Theologis & Patribus,& à Scriptura ipſa,Pſal.18. *lex Domini immaculata*,& ſæpè Pſal.118.& Matth.5.verſ.16.& 18.ſolùm quærimus modò,an ſit & ſemper fuerit eadem vbique,ſeu apud omnes gentes, & nationes.Et ratio dubitandi eſt, quia hæc lex, vt diximus,conſiſtit in dictamine rationis, ex quo volūtas obligatur:non ſunt tamen, nec fuerunt eadem dictamina apud omnes, ſed diuerſa, & contraria: Ergo nec eadem lex naturæ.Minor patet;nā olim apud Germanos latrocinia extra ciuitates vitio nō vertebantur,vt memoriæ prodidit Iulius Cæſar 6. de bello Gallico, Lacedemoniis eduliorum furta permiſſa fuêre:Cilices olim rapto vixerunt. Apud aliquos etiā idololatria lege fuit ſtabilita: & apud Theodoretum 9. Græc. affect. per leges Lycurgi licebat pueros adamare, itemque viros ex alienis vxoribus, fœminas autem ex alienis maritis filios ſibi comparare:& per leges Perſarum,matrum,ſororum,filiarumque connubiis ſus deque cōmiſceri: & per leges Tibarenorum ſeniores, ab altiſſimis rupibus præcipites dare:& per leges Scytharū vna cū mortuis hominibus viuos infodere, quos olim viuentes illi dilexerant:& per leges Platonis, vt patet apud ipſum dialogo 5. de Repub. mares, & fœminas mutuo aſpectu nudorum corporum ad impudicitiam ſeſe incitare: itémque omnium virorum cūmunes eſſe vxores, nulli viro propriā ſub eodem tecto incolere: filios itē omnibus omnes communes eſſe,ita vt neque pater ſciat,quem ex ſe filium genuerit, neque filius ex quo natus ſit patre,quę & alia attigêre D.Thomas hîc art.4. Valentia diſp.7.quæſt.4.puncto 1. Caſtrus 2. de lege pœnal.cap.14.Sotus 1.iuſt.quæſt.4.art. 4. Bozius 2.de iure cap.15.Azor tom.1.lib. 6. cap.60. & ſequentib.& tom.2.lib.cap.14. quæſt.3.& 4. Tiraq. lib. de legib.connub.Solinus lib. 5. cap. 43. Pererius Rom.2. diſp. 11. 12. & 13 Lilius Giraldus in hiſt.Deorum ſyntagm.13.vbi refert Babyloniis legem fuiſſe, qua mulieribus omnibus ingenuis concedebatur, vt ſemel in vita ad veneris antrum deſiderent, & cum externis viris conſuetudinem haberent. Hebræi honeſtum putabant egenis parentibus alimenta negare; ſiquę illis dari debebāt, Deo tribuerentur,Matth.15.*vos autem dicitis, quicunque dixerit patri,vel matri, munus quodcunque eſt ex me,tibi proderit, & non honorificauit patrem ſuum, aut matrem ſuam.* Hoc eſt,vt ex Strabo, Hugone & Lyrano ad illum locum explicat ſapientiſſimus noſter Maldonatus, abſque culpa filius poterat parentes non honorare,ſi Deo offerat,quod parētibus præbere tenebatur: & quidā hæretici apud Auguſtinum 3.de doctrin.Chriſt.cap.14.dixerunt nihil eſſe ſuaptè natura iuſtum, & honeſtum, ex præſcripto alicuius legis communis, qua omnes vniuersè aſtringantur:ſed in vnaquaque regione, ſeu prouincia,iuſtum eſſe,quod vſu, & conſuetudine ibi receptum ſit,atque probatū. Quod ſumptum videtur in Pythagora,& Philoſophis,quos Pyrrones nominabant,qui exiſtimarunt, nullum eſſe ius naturale:ſed omne ius opinione hominū, ſeu legibus & conſuetudinibus humanis conſtare, quos confutat Cicero 1. de legibus poſt medium, & tacitè Ariſt.5.eth.cap.7. 26

Nihilominus dico primò, quoad obligationem vna & eadem lex naturæ eſt, & fuit ſemper apud omnes nationes,id eſt,omnes ad eadem,in iiſdem circunſtantiis facienda, vel omittēda ſunt,& fue-

*Vna eſt lex naturalis, etiam ſi multa præcepta cōtineat.*

*Abſurda, & planè horrenda tum Platonis, tum aliorum de iure naturali opiniones.*

*Pyrrones ſeu Pyrronij philoſophi quales fuerint.*

*1.Concluſio. Vna & eadem eſt apud omnes gentes, & fuit ſemper natura lex.*



Digitized by Google

runt ſemper obligati, per ſe loquendo, & ſecluſa ignorantia. Itaque ſi rectè iudicarēt de rebus, haberent eadem dictamina, quibus alij à natura ligantur, & eiſdem ipſi ligarentur, & rectè iudicantium dictamine ſi ad illos transferrentur, illos ligarent, & ideò ſunt leges etiam reſpectu ipſorum. Hoc ſenſu accipe quod dicitur, legem naturæ eandem eſſe apud omnes. Tenet D. Thomas art.4. Valentia diſp.7. quæſt.4. puncto 1. Iſidorus 5. ethym. cap.4 & refertur cap. ius naturale d.1. Auguſtinus 3. de doctr. Chriſt. cap.14. Cicero 3. de Repub. cuius verba refert, & tanquam penè diuinas laudat Lactantius 6. diuin. inſti. cap.8. *Eſt*, inquit Cicero, *vera lex, recta ratio naturæ congruēs, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat.* & paucis interiectis. *Huic legi nec abrogari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari poteſt. Nec verò aut per Senatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus. Nec eſt quærendus explanator, aut interpres alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis; alia nunc, alia poſthac: ſed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & ſempiterna, & immobilis continebit: Vnuſque erit communis quaſi magiſter, & imperator omnium Deus. Ille huius legis inuentor, diſceptator, lator: cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernatus, hoc ipſo luet maximas pœnas, etiamſi cætera ſupplicia effugiat.* Idem docuit Ariſto.5. ethic. cap. 7. Vnde Tertullianus lib. de corona militis, & in apologet. cap.4. fugillat Romanorum leges, quod huic diſſimiles ſubinde mutarentur in dies.

*De lege naturæ præclara M. T. dicta.*

27 Dico ſecundo, quantùm ad vſum, & cognitionem partim fuit ſemper eadem lex naturæ apud omnes nationes, partim non: in quibuſdam enim notiſſimis conueniebant, in aliis minus notis, & difficilioribus diſcrepabant, & diſcrepant modò. Ita ſentiunt D. Thomas & omnes eius interpretes ar.4. Valentia illo pun.1. Sotus 1. iuſt. qu.4. ar.2. & 4. Cordubenſis lib.2. qu.4. Vazquez 1.2. diſp.122. cap.2. Toletus in id Rom.2. *Qui oſtendunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis.* Bellarminus 1. de matri. cap. 27. Caſtro.2. de lege naturali cap.14. probatur: nā ad omnes pertinet id Pſal.4. *Quis oſtendet nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine,* quod de lumine rationis omnes Orthodoxos interpretari, ait Genebrardus ibi. Licèt ipſe aliā expoſitionem miſceat. In omnibus ergo lumen rationis aliqua oſtendit fugienda, vel proſequenda, & ſic etiam quoad cognitionem ipſius conueniūt aliqualiter homines in lege naturæ. Vnde Rom.2. *Cùm enim gentes qui legem* (ſcilicet ſcriptam) *non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſunt ſibi lex, &c. teſtimonium reddente conſcientia ipſorum, &c.* Ibidem. *Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*, ſcilicet ſcripta, quia peccant cōtra legem naturalem latè Auguſtinus 3. de doct. Chriſtiā. ca.14. docet multa eſſe ad legem naturæ ſpectātia, quæ à nullo ignorari poſſunt, & Iſidorus 5. ethym. cap.4. & refertur cap. ius naturale d.1. ait *ius naturale eſſe commune omnium nationum, eo quod cuique inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur.* Et quis poteſt dubitare an bonum neceſſarium ſit proſequendum, malum vitandum, vita conſeruanda, nullus lædendus, vel de illo præcepto Chriſti, Matth.7. *Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis,* ſi termini intelligantur? Vnde Ariſt.5. ethic. cap. 7. dixit *iuſtum naturale eſſe quod vbique vim habet eandem, & non quia videtur, vel nō videtur*, & inferius, *quod natura conſtat, immobile eſt, & vim habet eadem vbique, ſicut ignis, hic & apud Perſas vrit.* Ad idem ſunt verba Ciceronis apud Lactan. quæ fusè iam retulimus. Ignorantur quidem à multis multa, ad legem naturæ pertinentia: ſed à nullo etiā male affecto omnia, ideo D. Thomas art.6. dixit *legem naturalem etiam per peccata nō poſſe omnino aboleri*, quod etiam docuit Auguſtinus 2. Confeſſio. cap.4. & latè Pererius Rom. 2. diſp. 13. quamuis Vazquez ſuprà cap.2. dicat, in caſibus argumenti noſtri ſemper aliquem timorem conſcientiæ remanſiſſe, vel peccandi conſuetudine extinctum fuiſſe, & vt cætera, quæ flagitioſa ſunt, omittam, connubia cum parentibus, & ſororibus adeò turpia, à Sanctis, & Philoſophis ethnicis habebantur, vt ea de cauſa Perſas acriter reprehenderint: de quo multa Cardinalis Bellarminus 1. de matrim. cap.14.

*1. Concluſio. Lex naturæ quoad vſum partim fuit apud omnes eadem, partim non.*

*Ignorantur multa, à male affectis, quæ ſunt de iure naturæ, ſed à nullis omnia. Lex naturæ per peccata nō poteſt aboleri.*

Sed an hæc ignorantia legis naturalis ſit aliquando inuincibilis & inculpabilis. Caſtro ſuprà ſignificat nunquam poſſe eſſe inuincibilem, & fuit opinio Alenſis 2. part. quæſt.153. art.3. Durand.3. diſt.25. quæſt.1. Propendet Gratianus poſt c. quid turbatur, 1. quæſt.4. gloſſ. cap. vlt. de conſuet.

*An ignorantia legis naturalis ſit aliquando inuincibilis.*

28 Mihi tamen certum eſt, aliquam iuris naturalis ignorantiam eſſe omninò inculpabilem, præſertim in iunioribus, & hebetioribus & idiotis: nam etiam apud ſapientiſſimos, ingenio præſtantiſſimos, & veritatis amantiſſimos, ac piiſſimos Theologos, & Iuriſperitos ſunt variæ opiniones, an hoc, vel illud ſit iure naturæ præceptum, aut prohibitum, mortale, vel veniale. Colligitur ex cap. obiiciuntur, 1. quæſt.4. de quo latè Cordubenſis lib. 2. quæſt.4. Sotus 1. iuſt. quæſt.4. art.4. Vazquez, Cumel, Valentia, & Medina: & nos in materia de peccatis.

*Quædam eſt inuincibilis.*

Quantùm verò lex naturæ poſt peccatum Adæ obſcurata ſit, latè Pererius Rom.2. diſp.11. 12. & 13. in qua etiam tractat, an ignorantia legis naturalis poſſit aliquando excuſare.

*Lex naturæ per peccatum Adæ fuit obſcurata.*

Hoc autem certiſſimum eſt, quandiu lex inuincibiliter ignoratur, peccatum non committi: vt docet Baſilius hom. in Pſal. 1. Hieronym. epiſt. ad Algaſiam, quæſt.8. ex illo, Rom.7. *Cùm veniſſet mandatum, peccatum reuixit.* Dicitur autem lex naturæ inuincibiliter ignorari, quando neſcitur, an obiectum ſit turpe, vel neceſſarium, ſciri autem, quando cognoſcitur obiectum eſſe turpe, vel neceſſarium, etiamſi de lege ipſa ſeu dictamine rationis homo non cogitet. Nec vt obliget lex naturæ, requiritur alia promulgatio, quàm quòd ita ſit propoſita veritas, vt in communem notitiam venire poſſit, ſed excuſabitur ab eius violatione is, in cuius notitiam non venerit, ſi hoc abſque eius culpa contingat, de quo Valentia illa quæſtio. 4. punct.3 ſed lex, quæ vni eſt nota, facilè eius doctrina poterit aliis innoteſcere: vndè non ſolùm obligabit, vt præceptum particulare, ſed etiam vt lex communis ſtrictè ſumpta. Exploratum tamen eſt, aliquando ignorantiam legis naturæ culpabilem eſſe, vt colligitur ex Rom.1. *Propter quod tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, &c.* & cap. flagitia, 32. quæſt.7.

*Promulgatio ad legem naturæ non requiritur.*

29 Si contra priorem concluſionem obiicias: quia in diuerſis ſtatibus requiruntur diuerſæ leges, vt in natura integra deberent omnes homines eſſe liberi, & omnia bona cōmunia. Natura verò corrupta petit, vel admittit ſeruitutes, & rerum diuiſiones

*Obiectio contra primam concluſionem.*

ſiones,vt ſumitur ex l.manumiſſiones, ff. de iuſtitia & iure,& §.ius autem;inſtit. de iure natur. Reſpondeo,aliud eſt loqui de exercitio legis,ſeu executione,aliud de ipſa lege. Quamuis autem ſtatus aliquis poſtulare poſsit vſum,& exercitium vnius præcepti,& non alterius;nihilominus omnis ſtatus continet omnia naturalia præcepta, quædam exercenda, in illo ſtatu, quædam in alio. Vt nunc quædam præcepta exercenda ſunt tempore belli, alia pacis;& ars medica, quædam iniungit efficiẽda tempore ſanitatis,quædam tempore ægritudinis:ita lumen rationis etiam nunc dictat,quædam debere fieri in ſtatu naturæ integræ, ſi contingeret,vt olim contigit,alia in ſtatu naturæ corruptę, in quo nunc ſumus.Hoc ex ſequenti ſectione magis patebit.

*Status vnius poſtulat executionem vnius legis naturalis,& non alterius.*

## SECTIO VII.

*An lex naturæ humana lege, vel conſuetudine mutari poſſit.*

*Lex humana & conſuetudo eandem vim habet.*

30 SVPPONO, legem humanam,& cõſuetudinem in hoc eandem vim habere: nam conſuetudo eſt lex non ſcripta,l.de quibus l. diuturna ff. de legib.cap.conſuetudo d.1.Igitur aliqui Iuriſperiti dixiſſe videntur,ius naturę poſſe lege humana,vel conſuetudine mutari,quando rationi conſentaneum fuerit. Referuntur Innocentius in princ.& Panormitanus nu.3.cap. cùm tanto,ſeu fin.de conſuetud. Idem Panormitanus cap. quæ in Eccleſiarum,de conſt.num.11. Felinus nu. 26.& alij ibi.Gloſſa c.propoſuit de conceſſ.prębẽdæ cap.ſunt quidam 25. quæſt.1. gloſſa Accurſij ſi quod omnes 64.ff.de condict.indebiti,& §.fin.inſtitu.de vſu & hab. & l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iure,& l.ius ciuile eod.tit. Quæ gloſſæ, & Iuriſperiti in ſenſum primæ concluſionis ſtatuendæ exponi debent.

*1. Argument.* Sed ſimpliciter hæc ſententia ſuadetur. Primò, quia iure naturæ omnia erant communia, & rerum diuiſio iure gentium introducta eſt,vt patet ex Iſidoro 5.ethym.cap.4. relato in cap. ius naturale diſt.1.& ex cap.quo iure,diſt.8. imò in cap.dilectiſſimus, 12. quæſt. 1. *rerum diuiſio* dicitur *per iniquitatem introducta*: non quòd ipſa introductio iniqua fuerit, ſed quòd occaſione peccati facta fuerit,vt omnes interpretantur. Secundò, libertas iure naturæ hominibus conuenit, l.manumiſſiones.ff.de iuſtitia & iure,l.libertas,4.ff.de ſtatu hominum:tamen per leges humanas, & ius gentium aufertur,cap.de rectoribus,26.quæſt.1. cap. ad liberandum, & cap.ita quorumdam, de Iudæis, & d.l.libertas. Vnde & bello capti efficiuntur capiẽtium mancipia: in quo etiam Bartolus l.hoſtes, ff. de captiuis, & alij apud Couarruuiam regul. peccatum,parte 2.§.11. num.6. dixère, iure gentium derogatum eſſe iuri naturali, quo homines naſcuntur,aut ſunt liberi.Homo etiam poteſt ſe vendere inſtit.de iure perſonali,§.ſerui autem:in quo derogari videtur naturali iuri libertatis. Tertiò, præceptum illud naturale non occidendi, variis modis ab humana lege limitatum eſt: lege enim humana permiſſum eſt,furẽ nocturnum, depopulatorem agrorum, aut itinerum aggreſſorem, vel militiæ deſertorem reſiſtentem,propria auctoritate occidere,vt liquet ex l.1.& 2. C.quãdo liceat vnic.ſine iudice.Patri etiam ius occidendi adulte-

*Rerum diuiſio per iniquitatem introducta quomodo ſit.*

*Homo poteſt ſe vendere.*

A rum cum filia, quam in poteſtate habet, conceditur in l.patri.ff.ad leg.Iuliam de adult.Vide etiam l.marito.& l.ſi adulterum.§.Imperator, ff. eodem tit.& l.qui occidit, ff. ad leg. Aquiliam, & l. gracchus, C.ad leg. Iuliam de adulter, in quibus occidendi alios facultas lege humana conceditur. Quartò ius naturale prohibet auferri alienum: leges autem vſucapionis, & præſcriptionis id concedunt. Quo exemplo vtitur gloſſa dic. l. manumiſſiones. Quintò,iure naturali, depoſitum reddendum eſt, tamen leges humanæ poſſunt ex cauſa oppoſitum præcipere:imò & ipſa lex naturalis interdum id præcipit, aut permittit,vt D.Thomas fatetur art.4.Ariſtoteles 5.eth.cap. 7. Auguſtinus B Pſal.5.& refertur cap.ne quis 22.quæſt.2.Sextò.de iure naturali ſufficit conſenſus contrahentium ad matrimonium: at verò iure canonico requiritur præſentia parochi,& teſtium: & idem argui poſſet fieri in aliis contractibus: ergo ius humanum naturali derogat.Septimò, ius diuinum Euangelicum,vel etiam naturale eſt id Matth.18. verſ.16. *in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum*:tamen abrogatum eſt lege humana:ad teſtamentum enim plures quàm tres teſtes requiruntur in l.hac conſultiſſima,& l.ſancimus C. de teſtam. cap. cũ eſſes eod.tit.& ad nonnullas cauſas decidendas in cap.licet vniuerſi de teſtib.Ergo lex naturalis per humanam abrogari poteſt.Octauò,matrimonium C in primo gradu conſanguinitatis eſt prohibitum iure naturæ: ſed ſi eſſet neceſſarium ad propagationem,vel conſeruationem generis humani, vt initio mundi,non ſolùm eſſet licitum, ſed etiam præceptum lege naturali, & præcipi poſſet lege poſitiua.Idem eſſet de polygamia,hoc eſt,pluralitate vxorum:ergo. Nonò, vota, promiſſiones, & iuramenta obligant iure naturæ:eorũ tamen obligatio poteſt humana auctoritate tolli, ſeu relaxari:ergo.Decimò, quia in l.ius ciuile ff. de iuſt. & iur.dicitur,ius ciuile effici cum aliquid additur, vel detrahitur iuri communi, id eſt, naturali, & gentium:vt explicat gloſſa ibi: ergo humana auctoritate poteſt derogari iuri naturæ.

*1. Concluſio. Ius naturæ variari poteſt.*

D In hac re certum primò eſt, ius naturæ impropriè variari poſſe. 31
Primò,per additionem, ſcilicet legis poſitiuæ obligantis ad aliquid, ad quod lex naturæ non obligabat;vel requirentis ad valorem actus plus quam lex naturæ exigebat. Secundò, quoad obligationem actualem proximam, mutatis circunſtantiis obiecti, ita vt lex naturæ præcipiens,vel prohibens aliquid ſub certis circunſtantiis,ſub aliis præcipiat, prohibeat, concedat, vel permittat oppoſitum. Vt Domino communiter reddendum eſt depoſitum,non tamen furioſo,qui enſe depoſito,ſi ei reddatur,ſit aliquem occiſurus. Tertiò, quoad cognitionem:nem lex naturæ,quæ antea cognoſcebatur, poteſt poſteà ignorari, & è contra.Quartò, quoad ſuam exiſtentiam: E quia poterant omnes homines priuari vſu rationis: & tunc non maneret lex in ſe, quoniam, vt diximus, conſiſtit in dictamine rationis.

*2. Concluſio. Lex naturæ mutari non poteſt quoad vim obligandi.*

Secundò certum eſt, legem naturalem mutari 32
non poſſe quoad vim obligandi,ita vt illam amittat. Quod neceſſarium erat, vt ſimpliciter mutari diceretur, ſicut aliæ leges tunc propriè, & ſimpliciter mutari dicũtur,quando vim obligandi amittunt, ita vt etiamſi contingat caſus, de quo loquebantur, non obligent actu. At qui legem naturalem non eſſe ſic mutabilem humana auctoritate,

Digitized by Google

A tate, ſentit D.Thomas in hac quæſt.art.4.5.& 6.& quæſt.100.art.8.& 2.2.quæſt.57.art.2.ad 1.& qu. 66.ar.2.ad 1.& 4 d.36. Alenſis 3.part.quæſt.27.m. 4.art.5.§.5.aliàs memb.3.art.2.Sotus 1.iuſt.quæſt. 4.art.5.lib.2.quæſt.1.art.8.lib 4.quæſt.3.art.1. Nauarrus cap.ita quorundam de Iudæ.not. 11.nu.7. Couarruuias 4.Decretal.part.2.cap.6.§.9.nu.2.& 3.& c.quamuis pactum,de pactis par.2.§.4.nu.11. & reg.peccatum, parte 2.§.11.à nu. 2. vſque ad 8. Molina tract.1.de iuſt.diſp.4.Caietanus, Córadus, Medina, Vaſquez,& omnes interpretes, D. Thomas in hac quæſt.art.4.5.& 6.& quæſt.100. art.8. Azor tom.1.lib.6.cap.1.quæſt. 2.vſque ad 5. Valentia hîc diſp.7.quæſt.4.punct.5.

B Ariſtoteles 5.eth.cap.7.Cicero 3.de repub.& cũ eo Lactan.6.diuin.inſti.ca.8.verba Ciceronis ſect. 6.retulimus, vbi alia ad rem præſentem inuenies. Idem tenet Gloſſ.cap.cùm tanto de conſuetudine, quæ id probat ex cap.ſunt quidam 25.quæſt. 1.& §.his itaque. d. 6. & §. ſed naturalia inſtit. de iure nat.&c.& ex cap.non debet,de conſang.& affinit. & inde deducet nullam conſuetudinem etiam totius mundi præualere poſſe iuri naturali, ex cap. flagitia 32. quæſt. 7. idem tenet Gratianus d. 5.in prin. dicens. *Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate: cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, ſed immutabile permanet:* & in §.his itaque poſt cap.3.d.6. *moralia* ait, *mandata ad naturale ius ſpectant, atque ideo nullam mutabilitatem recepiſſe mõſtrantur.* Et infrà, *Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiẽs, vt ſupra dictum eſt, manet immobile.* Hoc ipſum docet Turrecremata ad §.nunc autem nu.5.d.5. Fortunius ad l.veluti col.7.ff.de iuſt.& iure.

*Iuri naturali nulla conſuetudo derogare poteſt.*

Sumitur ex Auguſtino lib.83.qq.quæſt.31. *Natura*, inquit, *ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quadã innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, veritatem,* & ex Greg. 9.cap.fin. de conſuetud. vbi ait, *Nemo ſanæ mentis intelligit, naturali iuri (cuius tranſgreſſio periculum ſalutis inducit) quacumque conſuetudine, quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela, poſſe aliquatenus derogari,* & male aliqui Iuriſperiti primæ opinionis au- D ctores dicunt, illa verba, *cuius tranſgreſſio* limitare definitionem Pontificis, ita ſcilicet vt ſolùm nulla conſuetudine derogari poſſet iuri naturæ, cuius tranſgreſſio periculum ſalutis inducat, ſecus aliis iuribus naturæ. Cùm tamen verba Pontificis per parentheſim ponantur, rationémque vniuerſalis definitionis reddant, quia ſcilicet ſemper violatio iuris naturæ periculum animæ inducit. Sicut etiã verba in ſequenti parentheſi poſita rationem reddunt, cur tàlis conſuetudo ſeruanda non ſit, nimirum, quia potius eſt corruptela. Nec in re diſſentiunt Panormitanus, & alij initio citati: nam cùm dicunt conſuetudinem iuri naturali contrariam aliquando valere, non loquuntur de iure naturali vetante, ſed permittente, vt ius naturæ permittebat libertatem, & communitatem bonorum: ſed ius gentium introduxit ſeruitutem, & rerum diuiſionem, ſic D.Thomas art.5.ad 3. communis agrorum poſſeſſio, & libertas appellatur de iure naturali. Impropriè tamen lex, vel conſuetudo inducens id, quod lege naturæ vetitum non eſt, iuri naturæ contraria dicitur.

*Inferior legi ſuperioris derogare non poteſt.*

33 Deinde probatur concluſio, quia inferior non poteſt derogare legi Superioris. Sed lex naturæ eſt lex Dei, qui eſt ſuperior omni creaturæ: ergo lex humana non poteſt legi naturæ derogare: maior patet ex Vrbano Papa, cap.ſunt quidam 25.q.1. & ex multis addictis diſp.1. Item tota vis obligandi in lege naturali, prouenit à veritate propoſitionũ, vt numquam eſt mẽtiendum, numquam peierandum, numquam Deus odio habendus: quamdiu enim veræ ſint iſtæ propoſitiones & ab hominibus cognitæ, tamdiu eos obligabunt, ſed lex humana non poteſt mutare veritatem propoſitionũ: ergo nec legi naturæ auferre vim obligandi, quæ ratio etiam in Deo procedit, vt poſteà videbimus. Præterea lex naturæ eſt, per quam Principes gubernare, & gubernari debent: in qua ſi poſſent diſpenſare, aut eam tollere, & abrogare, ab illa poſſent ſe eximere: ſicut alios, & ita quiduis eis liceret: & ſimiliter ſi ſubditos poſſent eximere à lege naturæ, poſſent facere, vt nulla lege tenerentur, quod eſſet abſurdiſsimũ, imò implicatorium: quia ſi illi eſſent Principes, ſubditi tenerẽtur eis parere, & ipſi ſubditis proſpicere & bono publico vtilia illis iniungere, & imperare: ergo debent eſſe aliquæ regulæ & leges immotæ, iuxta quas auctoritas humana procedat, quas Reſp.& Principes in quos Reſp.tranſtulit poteſtatem, ſeruare teneantur. Hinc Scriptura appellare ſolet legem diuinã, ſub qua naturalis etiam continetur, fœdus ſempiternum. Iſaiæ 24. *Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum.* Quod D.Thomas quæſt.100. art. 8. ait præcipuè intelligendum de præceptis decalogi. Vnde etiam Auguſtinus de vera religione cap. 31. affirmat, debere cõditorem legum humanarum, ſi vir bonus, & ſapiens eſt, conſulere legem æternã, ſcilicet, in naturali, quam intra ſe habet, vt ſecundum eius incommutabiles regulas, quid ſit pro tempore iubendum, vetandúmque decernat. Nec mirùm, quia Reſpubl. non omninò abſolutam, ſed limitatam habebat poteſtatem ſanciendi leges, ergo limitatam tranſtulit in principem, nimirum reſtrictam ad concedendum, vel præcipiendum, quod diuina lege naturali vel poſitiua vetitum non fuerit, & ideo Bernardus lib.de præcept.& diſpenſ. non longè ab initio docet, hominem nullo modo poſſe diſpenſare in præceptis decalogi etiam ſecundæ tabulæ: & Paulus Iuriſconſ.l.ius palam, ff. de iuſtitia & iure: *Id quod ſemper bonum & æquum eſt, ius dicitur,* vt eſt ius naturale, & Dionyſius Tyrannus auctore Plutarcho in Solone, dixit; *Ciuitatis leges abrogari, naturæ verò leges cogi nullo modo poſſe:* & Cicero 3. de offic. hæc verba de depoſito habet. *Multa quæ honeſta natura videntur eſſe, temporibus ſunt inhoneſta:* & 2.de legib. *lex,* inquit, *illa,* ſcilicet naturalis, *cuius vim explicaui, neque tolli, neque abrogari poteſt:* & 3.de Rep. *Huic legi nec propagari fas eſt, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari poteſt. Nec verò aut per ſenatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus. Nec* E *erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac: ſed omnes gentes, & omni tempore, vna lex & ſempiterna & immutabilis continebit:* Hactenus Cicero, vt refert Couar.2.4.cap.6.§.9.num.3.ex Lactan.6. diuin.inſtit.cap.8. nam libri Ciceronis de Repub. non extant præter quoddam ſexti libri fragmentum, quod ſomnium Scipionis nuncupatur. Vbi verbum propagandi extenſionem ſignificare videtur, quia nimirùm lex naturæ, vt non poteſt decrementum, vel diminutionem recipere, ita nec incrementum, extenſionem, vel additionem. Propagare namque propriè eſt, vitã vetulam ſupprimere,

*Principes in lege naturæ diſpenſare nõ poſſunt.*

*Principes legẽ æternam debent cõſulere, quando leges cõdituri ſunt.*

Digitized by Google

mere, vt ex vna plures fiant, vt ex Latinæ linguæ Theſauro perſpicuum eſt. Alij tamen in Cicerone legunt, nec abrogari fas eſt, ſic tamen otioſum eſſet quod poſteà Cicero ſcripſit, neque tolli, neque abrogari poteſt. A

34 *Derogari & abrogari quomodo differat.* Vbi animaduertendum eſt, abrogari legem eſſe alia lege rogata tolli. Vnde Modeſtinus l. derogatur 102. ff. de verborum ſignific. *derogatur,* inquit, *legi, aut abrogatur, derogatur legi, cũ pars detrahitur, abrogatur legi, cùm prorſus tollitur:* idem ait Seruius apud Calepinũ verbo, abrogo, ex quo, & ex Theſauro Ciceronis conſtat, Latinè dici, & abrogare legi, & abrogare legem. Idem docet Nizolius. Alij legunt in Cicerone, nec promulgari fas eſt, quod ſic poteſt explicari, vt nefas ſit, promulgari legem B naturæ in tribus nundinis, vt ſi placuerit populo recipiatur, quemadmodum aliæ leges promulgari apud Romanos ſolebant: nam lex hęc non pendet à populi conſenſu, & acceptatione. Nec obſtat quod obiiciet Theſaurus, ſe numquam in Cicerone legiſſe, aut alio, verbum promulgo, iunctum caſui dandi. Nam ordinanda eſt ſententia Ciceronis in hunc modum: nec fas eſt huic legi, promulgari: aut dic apud Romanos vſum fuiſſe iungendi verbo promulgo caſum dandi, vt ex hoc loco Ciceronis colligitur.

35 *Ad primum argumentum.* Ad primum argumentum de rerum diuiſione Sotus 4. diſt. 15. quæſt. 2. & Gabriel quæſt. 2. dicunt ante peccatum fuiſſe præceptum, vt omnia bona C eſſent communia: poſt peccatum verò nõ, & ideo rerum diuiſionem non eſſe contra ius naturæ: ſed contrà, quia præceptum poſitiuum gratis aſſereretur, imò & naturale: ſalua enim morum honeſtate poſſent homines in illo ſtatu res aliquas, præſertim mobiles & ad ordinarium vſum neceſſarias inter ſe diuidere quantũ ad proprietatem. Quamuis autem poneretur præceptum naturale communitatis rerum, pro illo ſtatu non eſſet dicendũ, id fuiſſe verè & propriè, & quoad vim obligandi mutatum, ſed ceſſaſſe circumſtantias, ſub quibus actu obligabat, quę ſi redirent, iterum obligarent.

*Rerum diuiſio in ſtatu naturæ integræ, nec præcepta, nec prohibita, ſed permiſſa.* Veritas tamen eſt, pro tunc non fuiſſe abſolutè præceptam nec prohibitam rerum diuiſionem: ſed permiſſam: ac proinde non fuiſſe cõtra vllum D naturale ius, vel præceptum, ſed præter illud, & additam ad illud per homines, qui facultate vtentes communi conſenſu proprio, vel gubernatorũ potuerunt bona illa inter ſe diuidere, vel facultatem ſingulis dare appropriandi res certa aliqua ratione, & modo, quam appropriationem fieri ſine communi conſenſu lex naturæ prohibebat, & ita quodammodo, & ſecundum quid erat tũc prohibita rerum diuiſio, ſeu appropriatio; ſumitur ex D. Thoma quæſt. 94. art. 5. ad. 3. Valentia diſp. 7. quæſt. 4. puncto 5. dicto 1. Azor. illa quæſt. 2. Alenſi ſuprà. *Libertas erat de iure naturæ negatiuè.* Sic etiam libertas erat de iure naturæ negatiuè, quia natura non induxit ſeruitutem: imò prohibuit aliquos eſſe ſeruos, niſi propria voluntate, vel captiuantium in bello iuſto, vel alia E legitima ratione mancipia aliorum fierent. Vnde bene Fortunius Garſia dicta. l. manumiſſiones nu. 8. docuit rerum communitatem, & perſonarum libertatem pluſquam negatiuè fuiſſe de iure naturæ, alioqui non magis fuiſſet de iure naturæ, quã diuiſio, & ſeruitutes: has enim non præcipiebat lex naturæ, ſicut neque illas prohibebat. Et certè niſi fuiſſet tunc aliqua prohibitio appropriationis, & ſeruitutis, quilibet poſſet tunc res quaſlibet ſine aliorum conſenſu ſibi appropriare, & cæteris hominibus vt mancipiis vti: & à fortiori Reges, & alij principes poſſent pro ſuo arbitrio dominia rerum ſibi vſurpare, vel aliis dare, & homines in ſeruitutem redigere, vt inſinuãt Gloſſa cap. per principalem verbo ad nos 9. quæſt. 3. Angel. l. item ſi verberibus §. 1. ff. de rei vẽdi. quos in ſimili reiiciunt Sotus 4. iuſt. quæſt. 4. art. 1. & 2. Couarruuias 3. vari. cap. 6. Pinellus rubri. de reſcin. vend. p. 1. cap. 1. nu. 24. & ſequent. Si obiicias, quia ſeruitus eſt contra naturã l. libertas ff. de ſtatu homini. Sed eſt licita: ergo lege vel auctoritate humana poteſt derogari legi naturæ, quod argumentum ſumi etiam poteſt ex §. ius autẽ gentium, Inſt. de iure nat. & ex §. ſeruus, inſt de iure perſonarum.

*Seruitus inducta ſine ſufficienti cauſa eſt contra ius naturæ.* Reſpondeo, ſeruitutem inductam ſine ſufficiẽti cauſa, eſſe contra ius naturæ, non verò cum cauſa. Quamuis hæc etiam ſit contra naturam, id eſt, cõtra ſtatum, quem auctor naturæ à principio cõtulit hominibus, & contra vehementem naturæ inclinationem, & contra id quod natura haberet, ſi in ſua integritate permanſiſſet: ſicut eſſe veſtitum eſt cõtra naturam, quia nudi nati ſumus, nudi maneremus, niſi peccatum obſtitiſſet. Vide D. Thomam hîc art. 5. ad. 3. & 4. d. 36. quæſt. vn. art. 1. ad. 2. Nauarrum cap. ita quorundam de Iudæis notab. 11. nu. 7. Molinam tract. 1. de iuſt. diſp. 4. & tract. 2. diſp. 32. in fine, Sotum 4. iuſt. quæſt. 2. art. 2. & lib. 1. quæſt. 4. art. 3. Couarruuiam regu. peccatum parte 2. §. 11. n. 6. Aragonem 2. 2. quæſt. 62. tract. de dominio fol. 137. & quæ nos diximus in præſenti tract. diſp. 2. ſect. 5. quibus cõſonat Auguſtinus 19. ciuit. cap. 15. dicens *conditio ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori: nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura.* Et infrà, *Nullus autẽ natura, in qua prius Deus hominem condidit, ſeruus eſt hominis, &c*

Ex quibus patet ſolutio 2. argumenti, & falſitas 36
doctrinę Accurſij in l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iu. verbo datio, vbi ait, *in manumiſſione non tam dari libertatem, quàm detegi: quia libertas iure naturæ cuique competit. Nam reuera libertas multis rationibus amittitur, & poſtea redditur.* Adde, quòd Accurſius ſtatim ſibi aduerſatur, verbo naſcerentur, ait enim *in hac re iure gentium iuri naturæ eſſe derogatũ, licet in totum, ſeu in genere ius naturæ immutabile ſit.*

Tertium argumentum continet illam difficul- 37
*An liceat magiſtratui ad ſceleratos occidendos facultatem dare.* tatem, an liceat publicis magiſtratibus, aut Regi ad ſceleratos occidendos facultatem aliis cõferre, de quo rectè Nauarra. 2. de reſt. ca. 3. part. 2. dub. 8. vbi primùm definit publicos latrones, vel occultos maleficos, à quibus damna Reip. vel priuatis ciuibus imminent, vel impendent, poſſe priuata etiam auctoritate à quocunque occidi, ſiue ante, ſiue poſt ſentẽtiam latam, quia cùm eiuſmodi homines ſint Reip. vel ciuium aggreſſores, mors illis inflicta, defenſio innocentium eſt. Leges ergo illę, quæ facultatem concedunt occidendi nocturnum furem, vel depopulatorem agrorum, aut itinerum aggreſſorem, vel militiæ deſertorem reſiſtentem, iuſtę ſunt, quia ſolùm explicant ius naturale, quod ad ſe vel alios defendendos quiſque habet, nec ſunt contra legem naturæ: cùm ea non vetet homicidium, quod fit in defenſionem cum moderamine, &c. nec quod fit auctoritate publica, de quo Nauarra ſupra cap. 3. p. 1. nu. 11. & 12.

Aliæ verò leges humanæ in argumento commemoratæ, etſi homicidium permittant: non tamen approbant, & vniuerſè dicimus non licere

magi

*Non licet magiſtratibus facultatem occidendi concedere vnicuique maleficos, quos non citauit.*

magiſtratibus, aut regi facultatem concedere vnicuique ad maleficos occidendos, quos nec citauit, nec audiuit, nec teſtibus, aut propria eorum confeſſione conuicit; eſt enim iure naturali definitũ, vt nemini ius defenſionis tollatur, & vt nemo niſi conuictus de crimine puniatur, vnde Gregorius Papa cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. nec nos contra inauditam partẽ poſſumus aliquid definire, & in Clem. paſtoralis §. cæterum de ſent. & re iud. Clemens V. ait, *Caterũ defectus ſuppletio circa proceſſus adhibita ſupradictos, non tantùm valet ad iuſtificationem ipſorũ, & ſententia ſupra dicta, quantum ad eorum ſugillationem, & notam, cùm nullam ſuper præmiſſis poteſtatem haberet Imperator in Regem ſibi alias, quàm, vt prafertur, non ſubditum, non citatum legitimè, aut remiſſum,* B *& extra diſtrictum ipſius continuè ac notoriè conſiſtentem. Nec prædicta ſuppletio circa ſubditũ, etiã ad ea potuiſſet de ratione deferri,* per quæ de crimine præſertim ſic grauidelat, defenſionis *(qua à iure prouenit naturali) facultas adimi valuiſſet,* de qua re vide Vldaricum, Zaſium l. 2. §. eodem tempore ff. de origi. iur. Baldum l. fin. C. de legat. cùm verò ſententia lata eſt in maleficum, ſeruatis iuris naturalis decretis, exiſtimat Nauarra ſuprà 2. par. dub. 8. n. 218. peccatum eſſe mortale contra charitatem, facultatem vnicuique concedere maleficum occidendi, & ea facultate vti occidẽdo ipſum, quia adimitur malefico poteſtas ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtię percipiendi: & interdum peccaretur, quia C occiſio fieret in alieno territorio, vel per clericũ, qui irregularis fieret, & ſecundum aliquos peccaret mortaliter propter ſcandalum, & propter iuris canonici prohibitionem, & quoniam contra religioſum ſtatum ipſius eſt, eſſe occiſionis miniſtrũ, & aliquando ex odio, & ira rei id faceret.

*Maleficum occidere cuicunque facultate accepta, poſt ſententiam eſt peccatum mortale.*

Addit Nauarra: ſi maleficus occidi iubeatur, ſine huiuſmodi circumſtantiis, quæ occiſionẽ eius inhoneſtam reddunt, licere magiſtratibus & Regi facultatem concedere maleficum occidendi.

38 Ad quartum reſpondeo ſolùm, probare leges iuſta de cauſa transferre poſſe dominia, qua mutatione facta mutatur ius naturale non ſecundùm vim obligandi, & obligationem remotam, ſed ſe- D cundùm effectum, vel obligationem proximam, pro tunc enim non obligat, ſicut anteà.

Ad quintum reſpondeo, ibi non mutari ius naturæ, neque auferri ipſi vim obligandi ad reddendum depoſitum, ſed tolli circumſtantias, ſub quibus tantùm obligabat, & ideò non obligare proximè, & pro tunc, ſed remotè, & pro alio tempore in quo illæ circumſtantiæ extiterint.

Ad ſextum, ſolùm probare ius humanum ad valorem quorundam actuum poſſe aliquid exigere quod non exigebat ius naturale, quod nõ eſt mutare ius naturæ ſecundùm vim obligandi, ſed eſt addere illi aliquid. E

Ex quo etiam patet reſponſio ad ſeptimum. Quando enim ius humanum exigit plures quàm duos, vel tres teſtes ad teſtamentum, vel ad aliquẽ contractum, aut actum, nihil præcipit contra ius naturæ, vel euangelium: locus enim ille Matthæi ſolùm probat neminem vnius tantùm teſtimonio damnari poſſe, quod in Deuter. diſertis verbis traditum erat cap. 17. verſ. 6. *In ore duorũ, vel trium teſtium peribit occidens: nemo occidetur vno contra ſe dicente teſtimonium:* & cap. 19. verſ. 15. *non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quidquid ille peccati vel facinoris fecerit, ſed in ore duorum vel trium teſtium ſtabit* A *omne verbum.* Cùm igitur plures quàm duo, vel tres teſtes legibus humanis ad cauſarum deciſionem, vel teſtamenta requiruntur, nulla ex parte euangelicæ legi derogatur: numquam enim ea lege, aut naturali interdictum eſt, ne plures, quàm tres teſtes in teſtamentis, vel aliis eiuſmodi rebus requirantur.

*Cur acta quadam non valeant, in quibus plures duobus teſtes non adhibeantur.*

Ad octauum patet reſponſio ex dictis.

Ad nonum reſpondeo, ſic diſpenſatio, irritatio, vel commutatio in voto, & relaxatio, vel abſolutio in iuramento, non derogari iuri naturali, ſed auferri conditionem, ſub qua tantùm ius naturale obligabat ad impletionem voti, vel iuramenti, ſcilicet, quòd Deus, vel homo, in cuius fauorem votum, promiſſio, aut iuramentum factum eſt; aut is, qui ad id auctoritatem, & facultatem habeat, iuri eiuſmodi non ceſſerit: cedit enim Prælatus vel alius, qui à Deo, à parte, aut à Republica cedẽdi poteſtatem habeat: & ideo ceſſat omnis obligatio, aut etiam vis voti, promiſſionis, vel iuramenti, non tamen ceſſat ius naturale, aut vis eius: nam obligabit, vbi talis ceſſio non fuerit. De his multa Azor lib. 6. cap. 1. quæſt. 4. ſed nunc hoc ſufficiat, quia fuſior diſputatio ad tractatus de voto, & iuramento ac promiſſionibus pertinet.

*Diſpenſare in voto quomodo non ſit contra ius natura.*

Ad decimum reſpondeo, ſolùm oſtendere, iure ciuili poſſe mutari naturale impropriè, tum per additionem, tum per detractionem circumſtantiarum, ſine quibus non obligat, retenta tamen vi obligandi pro tempore in quo tales circumſtantię fuerint: detrahitur etiam aliquid iuri naturali, quando vetatur, quod ipſum permittebat, ſed obſerua cum Vazquez hac quæſt. 94. art. 5. aliqua eſſe contra legem naturæ, quæ nec variatis circumſtantiis poſſunt honeſtari, vt mendacium, blaſphemia, & ſimilia. Sicut enim Deus, nec per ſe, nec per alium mentiri vlla ratione poteſt: ita neque alicui dare mentiendi facultatem. Similiter nec facultatem dare poteſt alicui, vt illi diſcredat, vt de promiſſis ab eo deſperet, vt ipſum odio habeat, vt blaſphemus in ipſum ſit, &c. Nã amor, quo Deus ſeipſum proſequi debet, & ipſa ratio exigit omnino, vt ad hæc nulli facultas detur: Deus autem à ſua ratione dictante, aliquid omninò debere fieri, diſcordare non poteſt; quia diſcordando peccaret, & ſeipſum negaret; peccare autem, aut ſeipſum negare non poteſt: vt affirmat Paulus 2. Timot. 2.

*Aliqua ſunt contra ius natura indiſpẽſabilia.*

## SECTIO VIII.

*Vtrùm Deus aliquando legi natura derogauerit.*

PArtem affirmantem ſuadere videntur 39 teſtimonia ſcripturæ adducta à diuo Thoma art. 5. argumento, ſed contra: vt quod dixit Deus Abrahæ Geneſ. 22. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum:* & Exod. 11. ait Deus ad Moyſem. *Dices omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua vaſa argẽtea, & aurea:* & c. 12. *feceruntq; filij Iſraël ſicut præceperat Moyſes, & petierunt ab Ægyptiis vaſa argẽtea, & aurea, veſtem quoque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis, vt commodarent ea, & ſpoliauerunt Ægyptios:* & Oſee 1. verſ. 2. *ſume tibi vxorem fornicationum & fac filios fornicationum:* cùm ergo fornicatio, furtum, & occiſio innocentis ſint contra legem naturæ, Deus cum

Digitized by Google

cum prædictis in lege naturæ diſpenſauit. Deinde polygamia eſt prohibita iure naturali, tamen Deus cum multis Patribus diſpenſauit, vt ſimul plures haberẽt vxores, ergo. Prætereà matrimonium iure naturæ eſt indiſſolubile: tamen Deus cum Hebræis diſpenſauit, vt poſſent libello repudij diſſoluere matrimonium: ergo aliquando derogauit legi naturæ.

*Deus nunquã in iure naturali derogauit.*

40 Tenendum tamen eſt, Deum reipſa numquam legi naturæ derogaſſe. D. Thomas art. 5. ad ſecundum, & quæſt. 100. art. 8. ad tertium, & alij in ſequentibus referendi; qui docent, Deum non poſſe hanc legem abrogare, nec in ea diſpenſare, quod poſteà confirmabimus. Nunc teſtimonia ſcripturæ adducta explanabimus.

*Exponitur 1. teſtimo. Gene. 22. Iſaac non fuerat in toto genere innocens.*

Quantum ad primum teſtimonium Abulenſ. Geneſ. 22. §. non eſt ergo, exiſtimat innocentis occiſionem ita eſſe malam ex natura ſua, vt nulla ratione poſſit honeſtari, & ideò ait: *Etiam ſi Iſaac comparatione cæterorum innocens eſſet, quia nulli eorum nocuerat: tamen comparatione Dei fuiſſe nocentem, quia peccatũ originale contraxerat, & aliquod veniale commiſerat:* ideo Deum potuiſſe præcipere, vt occideretur. Iſaac etiam comparatione Dei fuiſſe nocentem probat Abulenſis, ex illo Exod. 34. ver. 7. *Nullus apud te per ſe innocens eſt.* Et quòd propter originale mereatur quis mortem, patet ex Geneſ. 2. *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris:* id eſt, cum tota tua poſteritate eris morti obnoxius, & mors non ſolùm ſpiritualis, ſed etiam corporea in vobis inchoabitur, vt docet Pererius 4. in Geneſ. ad cap. 2. diſp. de pœna mortis. Sic etiam D. Thom. artic. 5. ad 2. ait, naturali morte moriuntur omnes communiter tam nocentes, quàm innocentes, quæ quidem naturalis mors diuina poteſtate inducitur propter peccatum orignale, ſecundùm id, 1. Reg. 2. *Dominus mortificat, & viuificat:* & ideo abſque aliqua iniuſtitia ſecundùm mandatum Dei poteſt infligi mors cuicumque homini nocenti, vel innocenti: & loquitur D. Thomas reſpondens ad argumentum de Iſaac: & ſimiliter reſpondent alij multi Geneſ. 22. ſed non placet, quod ait Abulenſis occiſionem innocentis nulla ratione honeſtari poſſe: nam vt omittam argumenta, quæ adducit Nauarra 2. de reſt. cap. 3. p. 2. dub. 1. vt oſtendat licere aliquando publicis magiſtratibus ob Reip. commune bonum innocentem morti addicere, quæ ſanè nec leuia ſunt, nec facilè ad ea reſponderi poterit; illud ſatis Abulenſis ſententiam labefactat, quòd nulla ratio afferri poteſt, cur Deus non poſſit omninò innocentem morti tradere: cùm ſit ſupremus & abſolutus *Dominus vitæ & mortis.* Deut. 32. *Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: ego occidã, & ego viuere faciam, &c.* Sapien. 13. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem; & deducis ad portas mortis, & reducis.* Eccli. 23. *Domine Pater, & dominator vitæ meæ:* & infrà, *Domine Pater, & Deus vitæ meæ:* 1. Paralip. 19. *cuncta, quæ in cælo ſunt, & in terra, tua ſunt.* Quare optimo iure Medina 5. affirmat, occiſionem innocentis non eſſe intrinſecè malam; alioqui nõ fuiſſet iuſſa à Deo. Putauit Medina, & meritò vt credo, non ob peccatum originale, vel veniale Deum præcepiſſe Abrahæ, vt filium interficeret, ſed iure dominij, quod etiam ſolùm videtur Abraham cõſideraſſe, vt filium occidere vellet ad præceptum Domini: ergo, hoc ius ſufficit, vt planè etiam docet D. Thomas 2. 2. quæſt. 64. artic. 6. imò in morte

*Propter peccatum originale mors infligi à Deo Iſaac potuit.*

*Deus omnino innocentẽ morti tradere poteſt.*

A Iſaac nõ videtur habere locum occiſio in pœnam peccati originalis: mors enim modo ſupernaturali illata, ſcilicet ad præceptum ſupernaturale Dei, nõ videtur pœna peccati originalis, ſed tantùm mors, quæ naturali ordine poteſt prouenire, ſiue ſit violenta, ſiue non: peccata etiam venialia fortè omnia erant remiſſa Iſaac, quoad culpam, & pœnam: ergo propter illa non intuliſſet Deus tam grauem pœnam. Nec ſcio, quando Deus ob peccata venialia præſertim modica, & pauca, qualia credere poſſumus fuiſſe in Iſaac, mortem intulerit. Voluntas ergo illa Abrahæ circa occiſionem Iſaac ex facultate, & iuſſu ſupremi Domini honeſtabatur, vt tenet Valentia diſput. 7. quæſt. 4. punct. 6. Azor B tom. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 3. ſimiliter aſſerens, inſtinctu & auctoritate Dei licuiſſe Samſoni ſe occidere, quod paſſim alij docent ex Auguſtin. 1. ciuit. cap. 21. & colligitur ex Iudicum 16. vbi ad tale opus auxilium Dei implorauit, & Hebr. 11. vbi inter Sanctos refertur.

*Propter peccatum originale non fuit præcepta à Deo mors Iſaac.*

*Mors Samſonis iuſta fuit.*

41 *Exponitur 2. teſtim.*

Ad ſecundum de ſpoliatione Ægyptiorum reſpondet D. Thomas art. 5. ad 2. fuiſſe iuſtam, quia facta eſt ex præſcripto Dei, qui vniuerſorum eſt Dominus. Cui rationi & illud addit D. Thomas quæſt. 100. art. 8. ad 3. & 2. 2. quæſt. 66. art. 5. ad 1. nimirum, filios Iſraël tuliſſe ſpolia Ægyptiorum Deo ſupremo iudice ita decernente, vt merces laborum, quibus Ægyptiis inſeruierunt, & pretium C afflictionum, quas immeritò paſſi erãt, ab eiſdem perſoluerentur, vnde Sap. 10. verſ. 15. *Hæc populum iuſtum, & ſemen ſine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant,* & verſ. 16. *& reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum,* & verſ. 19. *ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum:* in his conſentiunt Valentia & Azor ſuprà, & alij communiter. Adde id potuiſſe Hebræos facere, non ſolùm ad compenſationem laborum ſuorum, ſed etiam iure belli, quod cõtra illos publicos hoſtes iuſtè gerere poterant, & iſte titulus eſt vniuerſalior: nam titulus compenſationis laborum ſolùm habebat locum erga illos in quorum vtilitatem laborauerunt: hìc verò erga omnes. Nec peccauerunt mutuo petendo, quæ nõ D eſſent reddituri: nam, vt ait Azor, vel habuerunt animum abſolutum reddẽdi, vel ſub conditione, quod Deus non daret illis facultatem retinendi; & ita nullus dolus, nulla fraus, nullum mendaciũ interceſſit.

*Cur Hebræi Ægyptios ſpoliando nõ peccauerint.*

42 *Exponitur 3. teſtim. Quomodo Oſee non peccauerit, accipiens vxorem meretricem.*

Ad tertium, de Oſea reſpondet D. Thomas ar. 5. ad 2. Deum non diſpenſaſſe cum illo in lege naturæ, neque iuri naturæ derogaſſe: quia fornicatio, quæ eſt prohibita lege naturæ, eſt acceſſus ad non ſuam, cùm autem Deus præcipit accedere ad aliquam, facit illam ſuam, & ideo ille non peccat peccato fornicationis, neque adulterij. Idem docet qu. 100. art. 8. ad. 3. & 2. 2. quæſt. 154. art. 2. ad 2. Valentia & Azor ſuprà, Sotus infrà. Sed contra hanc E ſolutionem obiiciunt aliqui: nam vel ex præcepto Dei efficitur, vt illa ad quam quis accedit, ſit eius vxor, aut ſolùm efficitur, vt facultatem habeat accedendi ad illam ſine matrimonio tamen. Si primum detur, Polygamia vnius vxoris ad multos viros licita eſſe poterit ex præcepto diuino, quod validiſſimis rationibus reiicit Cardinalis Bellarminus 1. de matrim. cap. 11. & 12. Si verò detur ſecundùm, quod Sotus 4. d. 27. quæſt. 1. art. 2. §. hoc autem, poſſibile affirmat. & D. Thomas 2. 2. quæſt. 154. art. 2. ad 2. ait enim Ozeam non peccaſſe fornicando ex præcepto diuino, nec talem concubitũ

H

Digitized by Google

propriè fornicationem debere dici,quamuis fornicatio nominetur referendo ad curſum communem;contra id arguitur : quia acceſſus ad nõ ſuam per ſe loquendo eſt contrarius bonæ educationi, & inſtitutioni prolis: ergo eſt intrinſecè malus, ſed obiectio parui momenti eſt : nam primò dici poteſt illud genus polygamiæ ex præcepto , & ordinatione Dei; præſertim ſi velit incõmoda , quæ inferre poſſet polygamia illa, impedire,licitam & honeſtã fieri poſſe , maximè in aliquo particulari,& non in tota Rep.humana.

Secundò, Deum poſſe dare ius, & facultatem ad vtendum aliqua fœmina,quæ illi non ſit coniuncta vinculo matrimonij , ſiue ſit & maneat coniuncta alteri , ſiue non, nec Deus , qui ſupremus omnium Dominus eſt , iniuriam in ea re faciet marito eiuſdem fœminæ, vel proli, quamuis male educetur,vel inſtituatur,aut alia patiatur incommoda , quæ tamen ipſe poſſet impedire , ſi vellet.

*Oſeas potuit Gomer in vxorem ſine peccato ducere.*

Locus tamen Oſeæ ad prædicta non cogit: poteſt enim intelligi,vt Deus iuſſerit Prophetæ cum fœmina illa matrimonium contrahere, vt interpretantur Hieronymus, Theodoretus , & alij ibi, Irenæus lib. 4. cap. 37. verſus finem, Auguſtinus 22.contra Fauſtum cap.80.& 86.& 89.& lib. contra Secundinum cap. 21. & colligitur ex Oſeæ 1. verſ.3. *& abijt,& accepit Gomer filiam Debelaim*(ſcilicet in vxorem ) *& concepit, & peperit filium, &c.* nam accipere aliquam in vxorem,eſt cum illa matrimonium cõtrahere,vt 1.Cor.7. *Si acceperis vxorem,non peccaſti*;illud verò,*fac tibi filios fornicationũ*, idem eſt quod,*fac filios tuos per adoptionẽ*,illos quos mulier ex fornicatione ſuſcepit : & fauent 70. Interpretes iuxta regiam tranſlationem , legentes, *tolle tibi vxorem fornicationis*, & tranſlatio Hieron. *ſume tibi vxorem fornicationum,& filios fornicationis:* facilius eſſet hoc reſpõſum, ſi cum Auguſtino 22. contra Fauſtum cap.80.legeremus, *accipe tibi vxorem fornicariam,& fac tibi filios de fornicaria.*

Retenta tamen vulgata editione latina , illam ego interpretationem probo , quam adhibet Ribera,Oſeę 1.nu.30.& Azor ſuprà,vt Propheta filios appellet fornicationũ, eò quòd exemplũ matris ſecuti libidinoſi eſſent futuri,hoc eſt,vehemẽti cum ardore idola culturi , in quam ſententiam facit,quod Propheta addit. *Fac tibi filios fornicationum,quia fornicans fornicabitur terra à Domino*, id eſt,qui filij Iſraël valde dediti erũt idolorũ cultui.

*Polygamia iure naturali eſt prohibita.*

43 Ad quartum, de polygamia quidam dixere tãtùm fuiſſe prohibitam iure poſitiuo , in quo perſpicuum eſt Deum diſpenſare poſſe. Sed tenendo (vt verior habet opinio) prohibitam, imò & irritam eſſe iure naturali,propter multa , & grauiſſima incommoda , quæ per ſe loquendo habet annexa , dicendum eſt, Deum in ea non diſpenſaſſe propriè, ſed latè,nimirum mutando materiam iure dominij ſupremi.Cùm enim ſit omnium ſupremus,& abſolutus Dominus , poteſt iuſta de cauſa velle , aut concedere , vt aliqui plures vxores habeant non obſtantibus incommodis , quæ ex illo ſequi ſolent,quæ tamen gratia,& prouidẽtia ſua ſpeciali,in patriarchis magna ex parte impediuit.

*Libellus repudij quomodo Iudæis permiſſus fuerit.*

44 Ad quintum, de libello repudij aliqui dicunt, facultatem à Deo non vt ſupremo gubernatore, ſed vt ſupremo Domino , ac proinde ſine diſpenſatione propriè dicta datam fuiſſe Hebræis,vt per libellum repudij matrimonium verè diſſoluerent, vt ſignificatur Deut.24.& Malach.2.& docet Abulenſis, Durandus, Scotus, Paludanus, Almainus, Maior,& alij 4.d.33.& valdè probabile putat Azor ſuprà:licet cenſeat indiſſolubilitatem matrimonij eſſe de iure naturæ , contra alios , aſſerentes eſſe tantùm de iure diuino poſitiuo,& licet alij dicant libellum repudij non fuiſſe licitum , ſed impunè permiſſum , vt gloſsa ordinaria , Theodoretus, Lyra, Altiſiodorenſis,& Magiſter.

*Vſura quomodo Iudæis permiſſa.*

Sic etiam dicunt aliqui, vſuras ab extraneis accipere conceſſum fuiſſe Iudæis à Deo, non vt gubernatore,ſed vt ſupremo omnium Domino , ac proinde per diſpenſationem impropriè dictam. Alij verò dixerunt impunè tantùm fuiſſe permiſſas,vt latè vidimus tract.de vſuris.

Sic etiam impropriè diſpenſat Deus cum infidelibus coniugatis,conuerſis ad fidem,in indiſſolubilitate matrimonij,quæ de iure naturæ eſt.

---

## SECTIO IX.

### *An poſſit Deus de potentia abſoluta legi naturæ derogare.*

*1. Opinio. Deum poſſe diſpenſare & abrogare omnia præcepta iuris naturæ qui teneant.*

PRIMA ſententia eſt, in omnibus præceptis Decalogi, ſiue aliis particularibus naturæ, poſſe Deum diſpẽſare,& illa abrogare, ac proinde licita facere omnia,quæ ſunt illicita iure naturæ,& contraria præcepta inducere à Deo, vt odium Dei poſſit non ſolùm fieri licitũ, ſed debitum ex præcepto: ita tenet Ocham 2.qu. 19.ad 3.4.& 5.dubium. Eadem ſententia tribui ſolet Petro de Aliaco Cardinali Cameracenſi 1. qu. 14.art.3.Cæterùm licèt ibi §.ſed iſta reſponſio,aſſerat non apparere repugnantiam in ea diſpenſatione & abrogatione,reſpondeatque argumentis, quibus Gregorius Ariminenſis Ochamum impugnat,tamen in §.ideò qui velit, ait , *hîc tamen nihil aſſero*,quia quidquid ſit de hoc,nihil eſt contra dicta.Cordubienſis 3.lib.quæſt. 10. pro eadem ſententia refert Andream de Caſtronouo,1.ſent.circa finem, & ipſe Cordubenſis vſque adeò eam probabilem exiſtimat,vt defendat tanquam probabile, Deum poſſe diſpenſare in præcepto non agendi contra propriam conſcientiam,quod etiam videtur defendere Almainus 3.moral.cap. 15.& 16. Hanc ſententiam conati ſunt ſaltem ex parte ſuſcitare quidam Theologi , qui meritò ob hoc , & alia à tribunali ſanctæ inquiſitionis Valliſoletanæ puniti ſunt. 45

*Gerſonis opinio non ſatis tuta.*

Fauet Gerſon alphab.61.lit.E, ſeu 3.p. lect.1.de vita ſpiri.corol.10. vbi affirmat , nullum actum eſſe malum,niſi quia diuina volũtate prohibitus,nec bonũ,niſi quia diuina volũtate approbatus , & probabile eſſe , quemcũque actũ etiam odium Dei poſſe approbari, aut non prohiberi à diuina voluntate. Ac proinde poſſe eſſe bonum, aut non malũ,licèt attenta Dei ſapiẽtia , & bonitate non videatur congruum, aut poſſibile de aliquibus actibus , quod non ſint diuina voluntate prohibiti, & ſecundùm hoc poſſe ſolui quæſtionem de diſpenſabilitate,vel indiſpenſabilitate diuinæ legis,ſcilicet naturalis.

Nonnihil etiã fauet D. Thomas quæſt.100.art. 8.dum ait,Deum in ſua naturæ lege diſpenſare nõ poſſe, quia fidelis eſt , & ſeipſum negare non poteſt,id eſt,quia ita ſtatuit, & promiſit : non poteſt autem mutari, aut promiſſionem violare. Ergo ſi non

Digitized by Google

non ſtatuiſſet, nec promiſiſſet, poſſet diſpenſare: A potuit autē non ſtatuere, & nō promittere ſe non diſpenſaturum: ergo abſolutè potuit diſpenſare. Propter hæc ait Vazquez diſp. 179. cap. 1. huius ſententiæ eſſe Gerſonem, & Almainum, illique fauere D. Thomam: alij verò Gerſonem dicunt alienum fuiſſe ab hac ſentētia, pro qua tamen citatur Olcoth. 1. quæſt. 1. art. 6.

46 Ratione fulcitur hæc ſententia, quia quilibet legiſlator poteſt in ſua lege diſpenſare, vel illam penitus abrogare: ſed lex naturæ eſt lex Dei, ergo Deus poteſt in illa diſpenſare, & eam abrogare. Secundò, quoniam nihil eſt malum, niſi quia prohibitum aliqua lege: potuit autem Deus, quæ per legem naturæ prohibuit, non prohibere, cùm in B ordine ad creaturas ſit liber; & poſtquā prohibuit, poteſt prohibitionem auferre, in hoc enim nulla eſt implicantia: ergo poteſt efficere, vt res, quæ eſt iure naturæ illicita, non ſit illicita, aut etiam debita, illam pręcipiendo, cùm *non ſit impoſsibile apud Deum omne verbum*, Luc. 1. ver. 37. ſcilicet, non inuoluens repugnantiam. Tertiò, quia obligatio voti, promiſſionis & iuramenti pertinet ad ius naturæ, quam tamen tollit interdum Deus, & eius Vicarius. Quartò, ſunt alia argumenta quibus ſuperiori ſectíon. argumētabamur ad probandum, Deum reipſa in lege naturæ aliquando diſpēſaſſe.

*1. Argument. 1. Sententiæ. Deum in lege natura diſpenſare poſſe probatur.*

47 Secunda ſententia eſt, duo priora præcepta primæ tabulæ decalogi, quæ negatiua ſunt, eſſe indiſpenſabilia. Tertium verò, quatenus inuoluit obſeruātiam ſabbathi diſpenſabile, & abrogabile eſſe, quod eſt omnibus manifeſtum: quia quantùm ad illam, non fuit naturale præceptū, ſed poſitiuū, vt notat Azor tom. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 6. & Doctores 3. d. 37. Quatenus verò abſolutè præcipit cultum diuinum, dubitant auctores huius ſententiæ, an hoc præceptum tertium diſpenſabile ſit: omnia tamen præcepta ſecundæ tabulæ, quæ quidem creaturas reſpiciunt, diſpenſabilia eſſe docēt. Ita Scotus 3. d. 37. qu. vn. §. hîc dicitur, & ſequentib. præſertim §. ad quæſtionem, Gabriel. qu. 1. ar. 2. con. 1. & ſequentib. præſertim 4. Marſilius, & Almainus eadem d. Cōſentiunt Bonauētura 1. d. 47. qu. vlt. & Ægidius quæſt. 3. dicentes omnia pręcepta primæ tabulæ eſſe indiſpenſabilia: omnia autem præcepta ſecundæ tabulæ diſpenſabilia. Quæ ſententia videtur Bernardi lib. de præcepto & diſpenſ. non longè ab initio, ſeu col. 2. aut 3. dicentis, *non occides, non mœchaberis, & reliqua illius* (ſcilicet ſecundæ tabulæ) *ſcita, quæ etſi nullam prorſus humanam diſpenſationem admittant, nec cuiquam hominum ex his aliquomodo ſoluere, aut licuit, aut licebit: Dominus tamen aliquod horum, & quod voluit, & quando voluit, ſoluit, ſiue cùm ab Hebræis Aegyptios expoliari, ſiue quando Prophetam cum muliere fornicaria miſceri præcepit. Quorum vtique alterum, quid niſi graue furti facinus; alterum quid niſi flagitij turpitudo reputaretur, ſi non excuſaſſet vtrūque factum auctoritas imperantis?* Et eadem colum. 2. poſt medium. *Deinde quod inuiolabile nominaui, illud intelligo, quod non ab homine traditum, ſed diuinitùs promulgatū, niſi à Deo, qui tradidit, mutari omnino non patitur, vt exempli cauſa, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, & reliqua illius tabulæ.*

*2. Opinio. Duo priora primæ tabulæ præcepta ſunt indiſpenſabilia, alia ſunt diſpenſabilia.*

*Carth. 3. d. 37 qu. 2.*

*Exod. 11.*

*Oſee 2.*

48 Aduerte autem, ſecundùm Scotum ſupra §. ad argumenta, & Gab. ſeptem hæc pręcepta decalogi ad ſecundam tabulam ſpectantia non eſſe ſtrictè, & preſsè iuris naturalis, ſed diuini poſitiui, magnā

*Septem præcepta decalogi non ſunt iuris naturalis, ſed poſitiui.*

affinitatem habentis cū naturali: ideò non mirum, ſi teneat eſſe diſpenſabilia.

Suadetur hæc ſententia Scotí. Primò, quia ſi Deus non poſſet diſpenſare in præceptis ſecundæ tabulæ, intellectus diuinus neceſſitatem imponeret voluntati ad amandos actus, quos præcipit circa creaturas, & odio habendos actus, quos prohibet, hoc autem eſt abſurdum: quod alibi inquit Scotus ſe probaſſe: ergo, &c. Sequelam probare poſſumus, quia nemo præcipit, niſi quod aliquo modo amat: ergo ſi neceſſariò illud præcipit, neceſſariò illud amat. Similiter, quia nemo prohibet niſi quod aliquomodo deteſtatur, ſi neceſſariò aliquid prohibet, neceſſariò illud deteſtatur. Secundò, probat Scotus ſuam ſententiam, quia beatitudo hominis nō pendet neceſſariò ex aliquo actu, vel omiſſione circa creaturam: nam ſolo amore Dei poteſt homo beari: ergo fieri poteſt, vt nulla actio, vel omiſſio circa creaturas, ſit in præcepto: ſi enim actio, vel omiſſio neceſſariò omnino eſſet in præcepto, hæ neceſſariæ omninò eſſent ad beatitudinem, quia ad beatitudinem per ſe eſt neceſſariū nulla violare præcepta.

*1. Argum.*

Tertia ſententia eſt Durandi 1. d. 47. q. 4. a. 3. n. 16. 49 Maioris 3. d. 37. quæſt. 10. diſtinguētium inter præcepta affirmatiua, & negatiua. Nam Maior ait negatiua eſſe indiſpēſabilia excepto 5. Non occides, Durandus verò quintum ait eſſe diſpenſabile, ſi C generaliter ſumatur pro quacūque occiſione hominis, ſi verò pro occiſione priuata auctoritate, prout eam prohibet ratio naturalis, diſpenſabile eſſe. De præceptis autem affirmatiuis Maior abſolutè dicit eſſe diſpenſabilia. Primò, quia poteſt Deus non concurrere cum homine ad quemcumque actum præcepti: eo autem ipſo non teneretur ad talē actum, quia ad impoſſibile nemo obligatur. Secundò, quia quocumque tempore ſignato, poteſt Deus præbere facultatem non exercendi actum præceptum, vel etiam pręcipere actum oppoſitum, aut incompatibilē: ergo poterit diſpenſare. Durandus autem ait, omne præceptum affirmatiuum primæ tabulæ eſſe indiſpenſabile: ſecundæ autem diſpenſabile: quia omnis materia, à qua D poteſt auferri ratio debiti; diſpenſabilis eſt, vt Valentia infra docet ex eodem Durando 1. d. 47. q. 4. nu. 6. & 16. quæ verò debitum inſeparabile habet, indiſpenſabilis eſt: ſed debitum poteſt ſeparari à materia præceptorum ſecundæ tabulæ, licet non ab alia: ergo, &c. Vnde nō poteſt Deus facere, quin parentibus fides, & reuerentia exhibenda ſit; poteſt autem facere, ne parentes honorentur, &c.

*3. Opinio.*

Quarta ſententia eſt Altiſiodorenſis 3. ſummæ 50 tract. 7. cap. 1. quæſt. 5. quædam præcepta naturalia eſſe in primo gradu neceſſitatis, ſine quibus nō ſaluatur ſimilitudo Dei, ſicut præceptum diligēdi Deum. Alia in ſecundo gradu, quæ vtilia ſunt ad E conſeruandam ſimilitudinē Dei, ſed ſine illis ſaluari poteſt charitas, vt præceptum prohibens pluralitatem vxorum. Alia denique in tertio gradu, vt quæ obligant ex facto hominis, vt præceptum ſeruandi votum, & iuramentum promiſſorium, pręcepta primi gradus, in quo ponit pręcepta prohibētia furtum, & homicidium, putat indiſpenſabilia: Secundi autem gradus diſpenſabilia à Deo: Tertij verò etiam ab homine.

*4. Opinio.*

51 Quinta & vera opinio eſt, omnia præcepta decalogi propriè loquendo de diſpenſatione indiſpenſabilia eſſe, etiam de potentia abſoluta.

*5. & vera opi. Omnia præcepta decalogi ſunt indiſpenſabilia, etiam de potentia abſoluta.*



Digitized by Google

D.Thomas,Caietanus,Córadus,Medina, qu.100. art.8. Valentia diſp.7.q.4.pu.6.Vazquez diſp. 179. ca.2. Azor lib.6.cap.1.quæſt.3.tom.1.Sotus 2.iuſt. quæſt.3.art.8.Victoria relect.de homicid.num. 13. Richardus 3.d.37.art.1.quæſt.5.Palacius diſp.1.§. iam verò.

Abulenſis Exod.20. quæſt.35.Albertus in ſum. Theolo.parte 2.tract.20. quæſt. 80. art.2. in ſolutionibus argumentorum. Heruæus 1.diſt.47. q.3. art. 3.Cordub.lib.3.quæſt.10.vbi quamuis probabile putet Deum in omnibus præceptis naturalibus etiã non diſcordandi à conſcientia,diſpenſare poſſe: probabiliùs tamen putat, nec in hoc, nec in aliis poſſe diſpenſare: quod tribuit Adriano quodlibeto 2. art.3. idem tenet Viguerius cap. 15. §.1. verſ.7. Omnes tamen fatentur ſaltem aliqua præcepta decalogi, & alia naturalia, quæ ad ipſa reducuntur,diſpenſabilia eſſe loquẽdo de diſpenſatione latè dicta,ſeu impropriè & ſecũdùm quid, nempè faciendo rem licitam per circunſtantiarum mutationem,& non mera voluntate relaxandi legem per poteſtatem gubernatiuam relictis omnibus aliis circunſtantiis, ſicut anteà erãt.

*Quædam ſaltem decalogi præcepta ſunt quãdoque diſpenſabilia.*

Hoc modo diſpẽſare poteſt in furto; quia,vt ſupremus Dominus omnium rerum, poteſt dare licentiam Petro,vt accipiat, quæ ſunt Pauli; nam omne dominium rerum,quod habet Paulus,eſt ſubordinatum dominio Diuino, & ideo licet ſit Dominus comparatione aliorum hominum,nõ tamen comparatione Dei.Sic etiam poteſt cuicumque ius dare ſuper vxorem alterius, & licitam facere cuiuſcumque occiſionem,& ſimplicem fornicationem, non obſtantibus damnis, quæ ex illa ſequuntur, quia tanquam Dominus nulli facit iniuriam, ſi eius dominia permittat,aut faciat per ſe vel per aliũ occupari: eadẽ ratione poteſt diſpẽſare in pluralitate vxorum, vel etiã maritorum in præceptis eleemoſinæ, & correctionis fraternæ, & honorandi parentes.

*Deus propriè in nullo præcepto naturali diſpenſare poteſt.*

Sed propriè in nullo præcepto naturali diſpenſare poteſt, quia nulla ratione poteſt fieri licitum, cum his circunſtantiis, quod recta ratio iudicat,cum eiſdem eſſe licitum, vt accipere rem alienam inuito omni ſuo domino, & ſecluſa neceſſitate ſufficienti ad excuſandũ: alioqui idem iudicium eſſet verum & falſum, quod implicat contradictionem:& ſimiliter accedere ad alienam ſine facultate ſupremi domini, vel accedere ad nõ ſuam,vel habere plures vxores: itaque ſi Deus eſſet legiſlator, & princeps, non poſſet facultatem ad hæc concedere ad libitum, quod eſſet directè, & propriè relaxare legis obligationẽ, ſeu diſpenſare: ſed poteſt dare facultatem, vt dominus, per quam indirectè tantùm tollit obligationem legis, & tollere poſſet etiamſi non eſſet legiſlator, & princeps.

*Diſpenſatio quid ſit.*

Quod non eſt propriè diſpenſare,cùm diſpenſatio propriè dicta ſit directa legis relaxatio ſine mutatione præuia materiæ.Hoc modo poteſt facere Deus,vt vſuræ ſint licitæ, & fortaſſe id fecit cum Iudæis erga extraneos,vt ait Azor illa q.3. ſic licitum poſſet facere vendere cariùs & emere viliùs quàm res valeat,nulla alia ratione exiſtente niſi volũtate ipſius,vt eſt ſupremus Dominus: ſic etiam poſſet facere,vt detractio non eſſet iniuſta, quia eſt ſupremus Dominus famæ omnium, vnde nulli fieret iniuria,ſi ex voluntate Dei priuaretur bona fama:ſic etiam Deus, imò eius vicarius diſpenſare poteſt in votis, & iuramentis promiſſoriis, vt ſuperiùs vidimus.Sunt verò aliqua, in

*Quædam ſũt in quibus nec impropriè diſpẽſare poteſt.*

A quibus Deus nec impropriè diſpenſare poteſt,nec vlla ratione facere ea licita: quia inuoluunt circumſtantias, vel rationes, cum quibus implicat rem eſſe licitam: vt facere id quod recta ratio iudicat eſſe turpe,vel non faciendum: vel omittere, quod recta ratio iudicat non omittendũ.Sic enim idem eſſet verum, & falſum, turpe & non turpe. Sic etiam implicat eſſe licitum agere contra conſcientiam errantem, quia recta ratio iudicat ſemper eſſe malum, & turpe, diſſonum atque indecẽs naturæ rationali, ferri in turpe, apprehenſum vt turpe, eò quòd actus non poteſt non contrahere malitiam ex obiecto cognito,vt malum eſt hîc & nunc,attentiſque omnibus circumſtantiis:imò licet ex terminis non repugnaret, ſicut repugnat, B aliquid eſſe licitum, & contra dictamen rationis, Deus qui ipſiſſima iuſtitia eſt,& *ſeipſum negare non poteſt*: 2.Tim.2.non poſſet id concedere,quia nulla ſubeſſe poteſt iuſta, & rationabilis cauſa agendi contra rationem: Deus autem nihil poteſt præcipere,aut cõcedere ſine iuſta cauſa,& ratione.Hinc etiam non poteſt Deus præcipere, aut concedere, vt legibus eius non obtemperemus,niſi tales ſint, quas poſſit ipſe abrogare,vel in eis diſpenſare,idque iam fecerit:neque poteſt præcipere, aut concedere, vt iuſtis legibus hominum nec à ſe, nec ab vllo alio Superiore reuocatis, aut diſpenſatis,non obtemperemus.Nec poteſt præcipere, aut conſulere peccatum,& inobedientiam,aut prædetermi- C nare vel inclinare ad ipſam: nam hæc omnia pugnant cum bonitate Dei,ſicut præcipere,aut conſulere mendacium, aut concedere facultatem ad mẽtiendum:pugnat enim cum eius veracitate.

*Deus nullo modo mentiri poteſt.*

Nã ſi poteſt mendacium honeſtari,poterit conſuli, & præcipi à Deo, & ſic Deus poterit mentiri per aliũ, ac proinde & per ſe:& vtrumque derogat dignitati Dei,quia ſi poſſet aliquo modo mentiri, non eſſet omninò fide dignus,vnde meritò Azor ſuprà ait, mendacium neque de potentia Dei abſoluta poſſe honeſtari,quod etiam colligitur ex Auguſtino lib.de menda.cap.3.& 4. & confirmatur, Nam ſi Deus poteſt dare facultatem mentiendi, ipſe D quoque eam haberet,& poſſemus dubitare, an ea facultate vſus fuerit, & an articuli fidei veri ſint, item nulla iuſta ratio eſſe poteſt, cur Deus nobis concedat facultatẽ odio habendi ipſum,vel abrogandi fidem eius dictis,vel non confidendi in eius promiſſionibus: imò neque ceſſandi ſemper ab eius amore, & dolore de peccatis contra ipſum cõmiſsis,aut ceſsãdi ſẽper ab eius laudibus,vel ab actibus fidei,ſpei & religionis: item nec poteſt facultatem concedere errandi non bene: quia cùm nequeat dari actus indifferens in indiuiduo hoc eſſet dare facultatem male operandi, quam Deus, vt dixi,dare non poteſt, & quæ non poſſit habere effectum:cùm operari mala numquam licere poſ- E ſit,ſic etiam Deus non poteſt facultatem dare blaſphemandi ipſum, vel adducendi illum in teſtem falſi,vel colendi falſum Deum, vel capiendi delectationem de offenſis, vel dolendi de eius bonis, ſeu inuidiam habẽdi de illis, quia in talibus conceſſionibus Deus ſibi ipſi iniuriã irrogaret, & ſuæ dignitati non vt par eſt,conſuleret,& ſine iuſta ratione & cauſa ageret: in quibus rebus ſi iuri ſuo cedere vellet, ceſſio eſſet imprudens, & prodiga, ſed etiam nulla, vt quando homo cedit iuri, quod habet vt ab alio homine non occidatur, vel iuri quod habet,ne alter ad eius vxorem accedat.Quare ex

*Deus in prædictis non poſſit facultatem concedere.*

re ex

Digitized by Google

re ex vi illius ceſsionis Dei, nõ liceret nobis, quod abſque illa non licebat. Sic etiam nec licitè, nec validè poteſt Deus à ſe abdicare dominium iuriſdictionis, aut proprietatis, quod habet in creaturas, neque illud vllo modo minuere. Eſt aliud exẽplum in humanis: quantumcumque Pater cedere velit iuri pietatis, quod habet in filium, non liberatur filius ab obligatione honorandi ipſum; & licet proximus cedat iuri charitatis & miſericordiæ, ex quo debetur ei extremè indigenti eleemoſina, non liberor ego à debito diligẽdi illum, &c. iuxta id Paul. Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis,* quia nimirum ab hoc debito numquam poſſumus liberari etiam ex voluntate creditorum.

*Deus non poteſt concedere alteri facultatem inducendi alium ad malum.*

Item Deus nulli poteſt concedere facultatem inducendi directè alium ad malum, ſuo cõſilio, præcepto, exemplo, induſtria, nec odio habendi proximum, vel inuidendi ipſi, loquendo de inuidia, & odio propriè dictis, ſeu formalibus: quia quædam horum habent malum morale pro obiecto, & inde malitiam contrahunt, alia autem nullã cauſam honeſtam habere poſſunt, eò quòd in nullum honeſtum finem poſſunt eſſe neceſſaria vel vtilia. Malum quidem meum, vel alterius (vt mors) materialiter volitum, poteſt eſſe vtile ad gloriam Dei, & ad alios honeſtos fines, ſed formaliter volitum, vt malum meum, vel alterius, ad nullum honeſtum finem conducere poteſt: ideo neque ego licitè poſſum illud facere, nec Deus facultatem id faciendi cõcedere, ſecus volendi materialiter malum mihi, vel alteri ob aliquem honeſtum finem, cui ſit vtile. Deinde nec facultatem mentiendi dare nobis poteſt, tam propter rationes ſuperius adductas, quæ ſpectant diuinũ bonũ, quàm etiã propter hanc, quę bonũ mundi ſpectat.

*Deus non poteſt nobis facultatem dare mentiendi.*

Si enim licentia mẽtiendi daretur, eſſet pernicioſa vniuerſo, quia nulli poſſemus firmiter credere, etiã ſi omniũ bonus eſſet: nulla autem opinione cauſa iuſta eſſe poteſt permittendi tantùm malum: ergo non poteſt Deus, qui nihil ſine iuſta cauſa facere poteſt, talem facultatem concedere.

*Simonia à Deo concedi non poteſt.*

Simonia autem, ſeu emptio, & venditio rerum ſpiritualium concedi à Deo nequit, quia cederet in iniuriam rerum ſacrarum, & diuini cultus, ſi rebus temporalibus æſtimarentur, quamuis quidam dicãt, aliquibus circumſtantiis emptionem rei ſacræ honeſtari poſſe: vt ſi baptiſmus neceſſarius ad ſalutem paruuli ematur ab eo, qui non vult baptizare, niſi vendendo baptiſmum, quando nullus eſt alius, qui ſine ſimonia baptizare velit, & poſſit: nam tunc non eſt iniuria rei ſacræ illam emere, vt nec vendere ei, qui non vult dare mihi neceſſaria ad vitam, niſi ei dem ſacramenta pro illis: in quibus caſibus dicunt communiter Doctores rem temporalem non commutari pro ſpirituali, ſed vexationem in ſpiritualibus redimi pecunia, & rem temporalem accipi in ſuſtentationem miniſtri ſpiritualis, & non pro re ſpirituali vendi. Cæterùm videtur hoc ipſum eſſe emere, aut vendere rem ſpiritualem. Dare enim pecuniam alteri eo pacto vt det mihi ſacramentum, quod tenetur dare, & ne illud mihi iniuſtè neget, videtur emptio ſacramẽti. Sed reſpondeo, non eſſe emptionem ſacramenti, quia non do temporale vt pretium rei ſpiritualis, ſed vt medium ad conſequendam illam, ſicut non eſſet emptio pallij mihi à latrone ſublati dare illi aliquid, vt mihi illud reddat; ſed eſt redimere vexationem: & hoc eſt licitum etiam de lege

A ordinaria, & ſine diſpenſatione diuina: & ſic intellige, quæ in illo caſu neceſſitatis diuinæ dicunt Gerſon. tractat. de Simonia ad 6. rationem. Panormitanus cap. cum in Eccleſiæ corpore, de Simonia. Caietanus 2. 2. quæſt. 100. art. 2. Victor. ibi, Sotus 9. iuſt. quæſt. 6. artic. 2. Adrianus in materia de baptiſmo, Altiſiodorenſis 3. ſummæ quæſt. 3. de ſimonia, quæ probabilia putat Richardus 4. d. 25. ar. 3. quæſt. 1. Sed facere quæſtum ex rebus ſacris, & illas dare, ac recipere quaſi pretium, vel pro pretio, vt res prophanas, eſt intrinſecè iniuria illarũ, ſeu potius Dei, & contra religionem, & diuinum cultum, qui petit, vt res ſacræ in hoc non æquentur profanis. Vnde nulla ratione in hoc valet Deus
B diſpenſare.

*Iudicium temerarium nulla ratione honeſtari poteſt.*

Similiter cenſeo iudicium temerarium nulla ratione honeſtari poſſe: non quia ſit contrarium iuri, quòd alter habet propriam famam, quoniã tali iuri ipſe, vel Deus vice ipſius cedere poſſet: ſed quia ſine cauſa, & cum alieno damno exponere ſe periculo deceptionis, intrinſecè malum eſt. Quæ enim cauſa ſufficiens eſſe poteſt ad temerè iudicãdum, præſertim in materia noxia? Similiter nec Deus diſpenſare in præcepto non accedendi etiã ad propriam mulierem ex libidine. Sed de his, & aliis in peculiaribus cuiuſque locis agendum eſt. Nec enim poſſumus hîc omnia ad vnguem examinare.

*Legem naturæ nõ eſſe propriè diſpenſabilem adhuc probatur.*

C Legem igitur naturæ non eſſe propriè diſpen- 52
ſabilem, imò aliquam eius partem, neque impropriè cõfirmari poteſt ex Auguſtino de vera relig. cap. 31. aſſerente, *neque Patrem æternum iudicare de æterna lege poſſe*: ſcilicet illam abrogando, aut illi præiudicando: ſeu derogando, & 1. de lib. arb. ca. 6. *legi æternæ ſemper eſſe obtemperandum, & illam eſſe incommutabilem,* ſcilicet, etiam in actu obligãdi, qua parte ipſa eſt naturalis. Vnde hoc vltimo loco ſubiungit Auguſtinus, *an poteſt aliquando iniuſtum eſſe, vt mali miſeri, boni autem beati ſint: aut vt honeſtus & grauis populus ipſe ſibi magiſtratus creet, diſſolutus verò, ac nequam iſta licentia careat? Video hanc æternam & incommutabilem eſſe legem.* Et, ibidem. *Vt*
D *igitur breuiter æternæ legis notionem, quæ impreſſa nobis eſt, quantùm valeo, verbis explicem, ea eſt, qua iuſtum eſt, vt omnia ſint ordinatiſſima. Nec enim vlla vis, vllus caſus, vlla rerum labes vnquam effecerit, vt iuſtum non ſit omnia eſſe ordinatiſſima,* & lib. 83. quæſtionum quæſt. 53. ait. *Ex hac ineffabili, atque ſublimi rerum adminiſtratione, quæ fit per diuinam prouidentiam, quaſi tranſcripta eſt lex in animam rationalem.*

*Lex æterna eſt immutabilis.*

Sentit ergo his locis Auguſtinus legem æternã, qua parte conuenit cũ naturali lege mentis noſtræ, ipſam imitante, & participãte, eſſe immutabilem, quoad vim obligandi, & nunquam poſſe amittere hanc vim. Conſentit Ariſt. 2. Eth. cap. 6. ad finem, dicẽs: *Non autem omnis actus, nec omnis affectus ſuſcipit me-*
E *diocritatem: ſunt enim affectus nonnulli, qui continuo nomine ſuo ſunt cum prauitate connexi: vt maleuolẽtia, vt imprudentia, vt inuidentia: & actus identidem, vt adulterium, furtum, homicidium. Hæc enim vniuerſa, & talia ita dicuntur, quia ipſa ſunt praua, ſed nõ exuperationes ipſorum, atque defectus: circa igitur talia nullum eſt tempus rectè agendi, ſed ſemper delinquitur, &c.* Hæc Ariſto.

*Ad fundamẽta 1. ſentent.*

Ad teſtimonium ergo D. Thomæ citatum pro 53
1. ſentẽtia, reſpondeo, quãdo D. Thomas ait, Deũ in lege naturæ diſpenſare non poſſe, quia teſte Paulo, *Deus fidelis eſt, ſeipſum negare non poteſt,* nõ eſt *2. Tim. 2.*



Digitized by Google

A

ſenſus, ideo non poſſe diſpēſare, quia promiſit, vel ſtatuit non diſpēſare. Hoc enim modo etiā lex poſitiua eſſet indiſpēſabilis, ſi Deus ſtatuiſſet in ea nō diſpenſare, & prætereà ſi Deus poteſt abſolutè in lege naturæ diſpenſare, vnde ſcimus ſtatuiſſe, aut promiſiſſe numquā in ea diſpenſare? Voluit ergo D. Thomas naturalem legem eſſe indiſpenſabilem propriè, quia diſpenſare propriè in lege naturæ eſſet facultatem dare agēdi contra rationem, quod eſt cōtra iuſtitiam, quam Deus debet ſibi ipſi, quē negare non poteſt, faciēdo aliquid Deo indignū, de quo bene Vazquez illo cap. 2. in fine.

*Deus cur in lege naturæ diſpenſare nō poſſit.*

Ad primùm autem, & ſecundum argumentum factum pro eadem ſententia, reſpondent aliqui, ſi Deus auferret prohibitionem mēdacij, verbi gra-

B

tia, ex eius voluntate dimanantem, mēdacium fore malum merè naturali, aut morali malitia, non verò Theologali, & conſequenter neque habiturum propriam rationem peccati, quatenus auertit nimirum à Deo, ſeu lege Dei; tunc enim nulla lege Dei eſſet prohibitum: quia ratio naturalis ſine voluntate obligandi in Deo, non haberet rationē legis ſaltem diuinæ: peccatum autem Theologicè ſumptum *eſt dictum, factum, vel concupitum cōtra legem diuinam*, iuxta definitionē peccati, quam tradit Auguſtinus 22. contra Fauſtum cap. 27. & defendit D. Thomas quæſt. 71. art. 6. Sed hic modus dicendi ſæpe à nobis reprobatus eſt, quia peccatū Theologicè, & moraliter ſumptum idem eſt, nam

C

& Philoſophi, & Theologi idem per peccatum intelligunt, nempe defectum moralem, ſeu in moribus exiſtētem, ſeu malū morale. Deinde ſi Deus ab omni actu poſſet auferre rationē peccati Theologici, poſſet efficere, vt odium Dei, verbi gratia, non eſſet peccatum mortale, nec dignum pœna æterna: nam hoc ad peccatum Theologicum ſpectat: & quod amplius eſt, homines qui inuincibiliter ignorant voluntatem illam formalem obligandi, quam aduerſarij ponunt in Deo, & affirmāt eſſe de eſſentia legis diuinæ, non peccarent mortaliter, etiam ſi in grauiſſimis agerent contra rationem, & propria dictamina naturalia euidētia: quod eſt periculoſum in fide. Nec dici poteſt, non

*Ignorātia inuincibilis legis naturæ dari poteſt.*

D

poſſe dari ignorantiam inuincibilem illius voluntatis, nam Theologi multi probabiliter eam negāt: ergo multò magis poſſet inuincibiliter ignorari ab aliis, vel ſaltem non cogitari, vel ſaltem ignorantia illa, aut inaduertentia poſſet eſſe tātum venialis: ergo illi non peccarent mortaliter odio habendo Deum, adulterando, occidendo, & ſimilia faciendo contra dictamen rationis, & confeſſarij tenerentur examinare pœnitētes, an cogitauerint de lege Dei, quando prædicta fecerūt, vel nō, &c. Et pœnitentes tenerētur id explicare, ne confeſſionē facerent diminutam, & tacerent totam malitiam mortalem, quæ eſt in peccato, imò niſi ex-

E

plicarent ſe cogitaſſe, vel debuiſſe, & potuiſſe cogitare de lege Dei, quando illa fecerūt, omnes ipſorum confeſſiones eſſent nullæ, quia non explicant malitiam Theologicam: quæ tamen eſt materia neceſſaria confeſſionis. Deinde, ſolum dictamen rationis ſine vlla voluntate libera, vel naturali ſe obligandi, obligat Deum, etiam Theologicè, ad non mentiendum, ad ſeruandam fidem, & promiſſionem, ad non prædeterminandum, inclinandum, iuuandum cōſilio, vel præcepto, vel ſpeciali conſilio homines, vt malè operentur. Ergo etiam in homine ex ſolo dictamine rationis ſine vlla ſpeciali voluntate Dei, obligandi illum reſultaret culpa Theologica & mortalis. Profectò Ariſtoteles, & alij philoſophi veram malitiam moralem, & rationem peccati, ex ſola repugnantia cum ratione, & natura rationali fatētur, & Sancti, ac fideles in peccatis contra naturæ legem non aliam malitiam ponunt, quam illam ipſam, quam philoſophi agnoſcebant, & ratio ipſa demonſtrabat, & accuſabat Rom. 2. ergo malè fingitur alia malitia orta ex voluntate obligandi, pluſquam ratio, & natura obliget. Deinde ex locis Auguſtini ſuprà, & ex D. Thoma quæſt. 100. art. 8. ad 1. & 2. conſtat legem æternam, vt conuenit cum naturali, & naturalē ipſam eſſe immutabilem ſecundùm rationē legis, & vim obligandi: inſinuant etiā legem æternam, vel abſolutè, vel ſaltem ſuppoſita creatione hominum cum vſu rationis, vt exponit Caietanus illo art. 8. non potuiſſe non eſſe in Deo. Voluntas autem imponendi peculiarem obligationem vltra eam, quæ ex ratione ipſa reſultare poteſt, non eſt neceſſariò in Deo: ergo obligatio, quæ modò eſt à lege æterna, & naturali, & eſt neceſſaria ad peccatum mortale, ſeu Theologicum, non pendet ab illa voluntate imponendi peculiarem obligationē.

*Malitia peccati in quo ſita ſit ex Ariſtotele.*

Ex quo etiam reiicitur alia ſolutio dicentium, Deum non poſſe diſpenſare in lege naturali, æterna, vel temporali, & ſic facere omnia licita, quia ſuppoſito, quòd voluit condere creaturas rationales cum ſuo vſu rationis, non potuit non velle imponere illis obligationem, quam ſola ratio naturalis non poſſet inducere. Nam quamuis aliqui vt Fonſeca tom. 3. metaphy. lib. 7. cap. 8. quæſt. 4. ſect. 5. & quæſt. 5. ſect. 4. & 5. & Vazquez 1. part. diſp. 79. cap. 2. n. 11. & Suarez tom. 2. metaphy. diſp. 30. ſect. 9. n. 13. & 34. aliique doceant, in Deo eſſe erga creaturas, non ſolùm productas, ſed producibiles, & erga obiecta, quæ illi obiiciuntur, vt bona, & honeſta, quandam naturalem, & neceſſariā complacentiam, ſeu affectum ſimplicem complacētiæ: tamen eam alij negant apud Suarez eadem diſp. ſect. 16. à nu. 37. quorum ſententiam ipſe putat ſatis eſſe probabilem, & licet prior illa admittatur, tamen nullus admittit in Deo neceſſariam voluntatem efficacem erga creaturas: quod eſt verum, etiam ſi productæ, aut producendæ ſupponantur: ergo etiam ſuppoſita natura rationali, & eius vſu rationis, poſſet Deus nō velle imponere illam peculiarem obligationē: ſicut ſuppoſita productione ſubſtantiæ, poteſt non dare illi intellectum, & volūtatem, cæteráſque potētias, & paſſiones realiter diſtinctas ab ipſa: nam talis volūtas obligandi cum creaturis rationalibus, etiam in ſuo vſu rationis conditis, nullā habet neceſſariam connexionem, neq; poteſt dari ratio conuincens, aut vrgens ad aſſerēdam neceſſariam connexionē: ergo ſaltem de potentia abſoluta potuit Deus naturam rationalem condere cum vſu rationis, nolendo tamen imponere illis talem obligationem: & oppoſitum derogat diuinæ potentiæ, & libertati, & eſt paradoxum inopinabile, & ſingulare, pro quo nullus profertur, aut inuenitur auctor, & præter alias rationes, quibus reiecta eſt iſta ſolutio, quæ hanc quoque confutant, certè ſi ex peculiari voluntate obligandi naſceretur obligatio, ea eſſet dicenda poſitiua, non naturalis, nec enim poteſt dici naturalis, quia reſultet ex actu Dei naturali, & neceſſario, ex ſuppoſitione creaturæ rationalis: moralis enim obligatio ex actu naturali, & neceſſario

*In Deo eſt honeſta quædam complacentia erga creaturas productas, & producibiles.*

*Moralis obligatio ex actu naturali Principis reſultare non poteſt.*

Digitized by Google

ſario Principis reſultare non poteſt, ſed tantùm ex libero vſu iuriſdictionis erga ſubditos. Vnde ſi Deus eſſet agens merè naturale, nulla alia obligatio ex eius actu oriri poſſet, niſi quam dictamen rationis per ſe inducit. Rectè ergo Vazquez diſp. 179. cap. 2. in fine ait, obligationem legis non ex voluntate aut verbo Dei pendere: ſed ex naturis rerũ, quas Deus inuertere non poteſt. Rectè etiam Azor ſuprà docet, omnem obligationem ortam ex voluntate diuina immediatè, & non ex ratione naturali, poſſe ab eo tolli, ſeu relaxari: & malè aliqui iuniores dicunt, idcircò Deum non poſſe in odio Dei, mendacio, & aliis ſimilibus diſpenſare: quia non poteſt ea non prohibere: ſed neceſſariò iudicantur à Deo mala, & ei diſplicent, licet non poſsit prohibere ea exteriùs loquẽdo cum hominibus: niſi loquantur de illo dictamine, vt participat vel participando in dictamine rationis. Sic enim & non aliter poteſt habere rationem prohibitionis. Vt enim in mente Dei latens, & non manifeſtatum, nec manifeſtandum, non habet rationem prohibitionis, vel legis, & multò minùs illa ſimplex diſplicentia, cùm non obliget per ſe, ſed ſupponat obligationem diuini dictaminis participati vel participandi in ſimili dictamine creato.

*Obligatio legis naturalis, & æterna vnde naſcatur.*

54 Ad fundamenta ergo primæ opinionis reſpondeo tertiò, obligationem legis naturalis, æternæ, & temporalis non oriri per ſe ex voluntate formali obligandi creaturas rationales, ſed ex ratione, & ex voluntate Dei producentis rationem, quæ virtute eſt voluntas obligandi per rationem, & iuxta modum, & menſuram ipſius. Quod verò dicitur, nihil eſſe malum, niſi quia prohibitum lege aliqua, non intelligitur præciſè de lege arbitraria, voluntaria, & poſitiua, ſed de lege ſaltem naturali conſiſtente in dictamine naturali Dei, & creaturæ, & voluntate implicita obligandi per rationem, vt neceſſariò obligare debet ſuppoſita productione naturæ rationalis cum vſu rationis. Quia ergo Deus non poteſt falſum facere dictamen ſuum, vel creaturæ, quod neceſſariò eſt verum, quia dictat eſſe turpe, quod turpe eſt, & honeſtum quod honeſtum eſt: ideo non poteſt propriè in lege naturæ diſpenſare. Latè etiam per mutationem materiæ iam diximus in multis diſpenſare non poſſe: vt in hoc quòd odium Dei ſit licitum, maximè ſi loquamur de odio includente voluntatẽ tranſgrediendi omnia eius præcepta obligantia: quia implicat licitum eſſe velle tranſgredi leges ſub peccato obligantes: ſiquidem voluntas obiecti illiciti monentis illicitè non poteſt licita eſſe: & multò magis repugnat præcipi tale odium: quia ad cõtradictoria ſimul obligari nemo poteſt, nec poteſt Deus præcipere, vt præcepta eius obligantia non ſeruentur, etiamſi maneant in ſua vi & robore obligandi.

*Deus non poteſt diſpenſare, vt odium Dei ſit licitũ.*

*Ad contradictoria ſimul obligari nemo poteſt.*

55 Ad fundamenta verò ſecundæ ſentẽtiæ reſpondeo cum Vazquez diſp. 169. cap. 4. Bernardum loqui de diſpenſatione impropriè dicta, quæ non in ómnibus, ſed in aliquibus tantùm præceptis fieri poteſt à Deo, vt Domino mutante materiam, & circumſtantias, quæ ab aliis mutari non poſſent, non verò, vt à legiſlatore & gubernatore: & ſic iam diximus, qualiter præcepta primæ tabulæ diſpenſabilia, vel indiſpenſabilia ſint, & ſimiliter in præceptis ſecundæ tabulæ. Quæ quidem malè dixit Scotus non eſſe in rigore naturalia, ſed poſitiua. Sic enim ante legem Moyſi nullos obligabant:

*Præcepta tabulæ ſecundæ malè dixit Scotus non eſſe naturalia, ſed poſitiua.*

A & poſt illam eos ſolùm, qui ei fuerunt ſubiecti quoad præcepta poſitiua. Item omnes ignorátes, vel non aduertentes inuincibiliter de hoc, legem eſſe poſitiuam, quales ſunt ferè omnes, excuſarentur à culpa in violatione talium præceptorum, niſi errarent, exiſtimando ſe teneri lege naturali: conſequens eſt erroneum & contra Paul. 1. Cor. 6. *An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, &c. regnum Dei poſſidebunt.* Quòd ſi dicas hos peccare ex ignorantia, quia putant ſe teneri lege naturali, mirum eſt, quòd omnes ferè homines errent, ego cum illis potius ſentire volo, quàm cum paucis putantibus cæteros errare, illi certè errant turpiſſimè: nam Paul. Roman. 1. referens peccata, quæ B Gentiles contra ſextum præceptum committebãt, non fundauit eorum malitiam in falſa apprehenſione obligationis legis naturalis: ſed in vera quã habebant, vel habere poterant, & debebant. Dixit enim nu. 28. *eos facere quæ non conueniunt,* id eſt, quæ ex ſe ſunt turpia, & diſſentanea naturę rationali, & homine indigna, vt Toletus, & alij ibi interpretãtur, & cap. 2. *Cùm ait gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciũt:* de præceptis etiã ſecundæ tabulæ loquebatur: ergo cenſuit eſſe legis naturæ. Quod etiam indicauit Chriſtus Matt. 22. nam poſtquam locutus eſt de mandato dilectionis Dei ad primam tabulam ſpectante, ſubiecit, C *Secundum autem ſimile eſt huic, diliges proximum tuum ſicut teipſum:* ergo ſicut primum eſt naturale, ita & ſecundum: in eo autem continentur omnia præcepta ſecundæ tabulæ, propterea enim ibidem dicitur, *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ:* & Rom. 13. *qui diligit proximum, legem impleuit, nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, diliges proximum tuum ſicut te ipſum:* vbi *inſtaurari,* eſt ſummatim comprehendi, vt explicat Toletus ibi, & alij: ergo præcepta ſecundæ tabulæ naturalia ſunt: vnde, quod ait Paul. Rom. 2. *Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt,* (vbi loquitur etiam D de peccantibus etiam contra præcepta ſecundæ tabulæ) exponunt Patres, ideò puniendos, quia, licet non facerent cõtra legem Moyſi, agebant tamen contra legem naturæ: vnde & Ariſto. 2. ethic. c. 6. & lib. 5. cap. 7. Plato lib. de Repu. Cicero, Seneca, Plutarchus & alij Philoſophi, adulterium, homicidium, & ſimilia eſſe mala, & peccata agnouêre, licet neſcierint eſſe cõtra legem poſitiuam Dei: ſunt ergo prohibita iure naturali. Confirmatur; alioqui extra Eccleſiam eſſent licita, quando non eſſent prohibita iure humano, quia infideles nulla habent præcepta poſitiua, niſi baptiſmi cum recta diſpoſitione ſuſcipiendi ipſum.

*Philoſophi cognouerũt adulterium, homicidium, & ſimilia eſſe peccata.*

Item primũ argumentum Scoti, vt Baſſolus, & 56 E alij notarunt, æquè procedit in præceptis primæ tabulæ; nam ſi aliquid illius eſt indiſpenſabile, etiam diuinus intellectus, vt antecedit diuinam voluntatem, neceſſariò iudicat, illud eſſe ſeruandum, & voluntas diuina neceſſariò conformabitur huic iudicio, cùm tamen verſetur circa aliquid creatum, ſcilicet circa actus humanos. Et in nullo præcepto vim habet, quia non eſt incõueniens Deum neceſſitari ad aliquod iudicium, quin potiùs intellectus Dei ex natura ſua eſt determinatus ad aſſenſum cuiuſcumque propoſitionis veræ, & diſſenſum cuiuſcunque falſæ; & voluntas ad com-

*Intellectus Dei eſt determinatus ad aſſenſum propoſitionis veræ.*



Digitized by Google

placentias, & diſplicentias quaſdam ſimplices circa creaturas, vt paulò antè ex Vazquez, Fonſeca, & Suarez dicebamus, & voluntas etiam ſuppoſita intentione finis, eſt determinata ad electionem medij neceſſarij, & ſi ſunt multa media ſufficientia ad electionem vnius ex illis, quia iſtæ duæ volitiones neceſſariam cōnexionem habent in quolibet ſubiecto, & licet in aliis poſita vna, poſſit Deus impedire aliam, quia eſt ſuperior natura alterius, non tamen in ſe, quia non eſt ſuperior ſeipſo, nec poteſt impedire quæ propria natura poſcit: maximè, quòd eſſet imperfectio, intento fine, non eligere medium neceſſarium, ſi quidem illa intentio eſſet fruſtra: non poſſet autem Deus in ſe imperfectionem admittere, ſecus in aliis.

Secundum autem argumentum Scoti in primis ab extrinſeco ſumitur: nā bonitas & malitia actus ex obiecto penſanda eſt, non ex neceſſitate ad vltimum finem: quāuis à ſigno ex vltimo fine penſetur. Nam actus, qui hominem reddit dignum carentia vltimi finis, peccatum mortale eſt, qui verò ſola retardatione ab eo fine, eſt peccatum veniale: idémque eſt de omiſſione: & hos effectus neceſſariò habebit actio, vel omiſſio, quæ nulla de cauſa potuerit honeſtari, quæ verò potuerit honeſtari, non habebit id neceſſariò. Inter eas autem actiones, quæ honeſtari non poſſunt, numerari etiam debent nonnullæ ad creaturas, tamquam ad obiecta pertinentes, vt actio mendacij, inuidiæ, odij, &c. Actio verò occidendi hominem, rapiendi alienum inuito priuato domino, & ſimiles honeſtari poſſunt ex diſpēſatione Dei impropriè dicta; in qua Deus, non tamquam legiſlator, ſed tamquam vniuerſalis Dominus, & ſupremus vitæ, famæ, honoris, & facultatum omnium ſe habet. Inter omiſſiones autem actuum pertinētium ad creaturas, nullam video, quæ honeſtari non poſsit per diſpenſationem impropriè dictam: quia cauſæ ſufficiētes in quolibet actu circa creaturam, eſſe poſſunt ob quas Deus concedere, imò præcipere poſsit creaturæ, vt ab illo abſtineat, etiā ab amore Dei. Et ita concedo Scoto, nullum actū circa creaturas eſſe omninò neceſſarium, vt homo non reddatur beatitudine indignus. Sed hoc modo rari etiam, vel nulli actus erga Deum ſunt neceſſarij ad beatitudinem: quia rari ſunt, quorum incompatibiles aliqui non poſsint à Deo præcipi, vel concedi, vt homo in ipſis occupetur, & non in aliis. Nec ex eo, quòd beatitudo formaliter conſiſtat in actibus erga Deū, ſequitur, actus erga creaturas non poſſe eſſe media neceſſaria ad illam, etiam ex ſuppoſitione, quod indigni ad illam non admittantur. Quod dico, quia de potentia abſoluta poſſet Deus, non obſtantibus quibuſcumque peccatis huius vitę, circa creaturas, vel Deum, homines beare.

*Actus qui reddit hominem indignum vltimo fine eſt peccatum mortale.*

*Omiſsiones omnes ad creaturas pertinētes per diſpenſationem honeſtari poſſūt.*

58 Quod verò Durandus in tertia opinione dicebat, diſtinguendo de occiſione hominis in genere, & de occiſione, vt prohibetur ratione naturali, friuolū eſt, quia occiſio in genere, nō eſt prohibita iure naturæ. Vnde, quòd aliquando ſit licita per auctoritatem Dei, vel alia ratione, nō prouenit ex diſpenſatione propriè dicta Dei in iure naturæ, & ideò Auguſtinus 1. de lib. arb. cap. 4. dixit, cædem malefactorum, quæ fit auctoritate publica, nequaquam eſſe homicidium, illud, quod in quinto prçcepto prohibetur: impropriè autem dicta etiam in ſeptimo præcepto dari poteſt, quia etiam acce-

A ptio rei alienæ poteſt interdum licita eſſe, maximè ſi interueniat auctoritas Dei, vt ſupremi Domini, vt in ſpolio Ægyptiorum.

Rationes verò, quibus Maior probabat, omnia præcepta affirmatiua diſpenſabilia eſſe, nullius roboris ſunt. De primo patet: quia tollere poteſtatē operandi, non eſt diſpenſare in præcepto operandi: alioquin, qui grauiter vulnerādo alterum, impedit ipſum, ne ſacro interſit, diſpenſaret cum illo in præcepto audiendi miſſam. De ſecundo autem probatur, quia præceptum affirmatiuum nō obligat pro ſemper, & ſtando in ſola lege naturæ, non habet aliud tempus deſignatum, pro quo determinatè obliget, niſi illud, quod neceſsitas definierit. 59

*Soluuntur argumenta Maioris, quibus probat præcepta affirmatiua eſſe diſpenſabilia.*

B Vnde quamuis contingat, totum illud tempus labi ſine tali occaſione, & ideò numquam actu, ſeu proximè obligare, nō proptereà interuenit diſpenſatio: nam hoc etiam naturaliter ſine miraculo, aut diſpenſatione contingere poteſt. Ratio ergo illa ad ſummum probat, Deum facere poſſe in ſingulis temporibus, vt non occurrat neceſsitas, vel cū illa occurrat alia alterius rei maior, & ideò præceptum illud non obliget, ſed fortè aliud. Item quòd etiam occurrente neceſsitate, Deus poſsit cedere iuri ſuo, vel creaturæ, & ita diſpenſare impropriè. Quæ diſpenſatio circa actus erga Deum generalis

C eſſe non poterit, quia nulla iuſta cauſa eſſe poterit concedendi creaturæ, vt per totam æternitatę, vel longiſsimo tēpore non laudet, colat, vel amet Deum, nec credat eius dictis, nec fidat eius promiſsionibus.

Ratio etiam, qua Durandus probat, præceptum primum affirmatiuum primæ tabulæ eſſe indiſpēſabile; ſecundum autem diſpenſabile, vim non habet: quia dependentia in eſſe eſſentialis eſt, ſine Deo enim non poteſt homo ſubſiſtere: ſine cultu autem Dei poteſt exiſtere: imò & bene operari circa alia obiecta. Item, quamuis potuerit Deus facere, vt Petrus non haberet eſſe ab his parentibus, poſtquàm tamen ab illis eſſe habet, iam debitum

*Sine Deo homo non poteſt ſubſiſtere, ſed ſine eius cultu ſic.*

annexum habet honorandi illos, vt parentes, ſicut

D debet honorare Deum, licet in inferiori gradu, quia non dependet ab illis in conſeruari, &c. Et deinde, quod fortè intendit Durandus, cauſæ ſufficientes eſſe poſſunt, cur Deus alicui cōcedat, aut etiam præcipiat, ne honoret parentes, non verò ne Deum honoret. Ideò in præcepto affirmatiuo ſecundæ tabulæ, poteſt generalis diſpenſatio licèt impropriè dicta dari, non verò in præcepto affirmatiuo primæ tabulæ.

An verò Deus poſſit legem naturæ interpretari? Vazquez quæſt. illa 179. cap. 2. & 3. putat non poſſe, quia lex naturalis eſt ipſa natura rationalis, cui res dicitur conſentanea, aut diſſentanea, cum 60

*An Deus naturæ legem interpretari poſſit.*

E certis circunſtantiis: illis autem poſitis non poteſt Deus facere, vt non oriatur obligatio, ergo nō poteſt legem interpretari. Alij melius dicunt, non ſolùm Deum, ſed nos etiam poſſe legem interpretari: quia hoc non eſt auferre eius obligationem; ſed declarare: quāuis Dei interpretatio ſēper erit vera, noſtra verò non. Sed de hoc plura ſect. ſequ.

Ex dictis infero primò, in iure gentium, ſi vniuerſè naturale eſt, nullatenus poſſe Deum diſpenſare diſpenſatione propriè dicta: & ſimiliter, ſi ex parte eſt naturale, ex ea parte indiſpenſabile eſſe: ſed ſi, vt ſuperius docuimus, omni ex parte eſt poſitiuum, in toto illo poterit Deus propriè diſpenſare, imò & totam Remp. humani generis, & ſi quē contin 61

*1. Corol. In iure gentiū quomodo Deus diſpenſare poſſet, vel non.*

Digitized by Google

contingeret eius eſſe principẽ, vt olim fortè Adã, A
vel Noë. Sed cùm ageremus de diuiſione legis aliquid diximus de diſpẽſatione in iure gentium, & infrà diſput. de diſpenſatione alia adiiciemus.

62 *2. Corol.* Secundò infero, Deum non poſſe præcipere, nec licitum facere odium Dei, vt contra Ocham dixêre Vazquez. diſput. 179. cap. 3. Bonauentura, Albertus, Durandus, Sotus, Valentia, & alij pro 2. 3. & 4. ſententia relati. Nec poteſt Deus præcipere, aut ſuadere, vt mentiamur, quia id eſſet Deum per nos mẽtiri, vt ait Valẽtia, quod repugnat, vt in materia de fide doceri ſolet; quoniam ſi ſemel concederemus, Deum de potentia abſoluta mẽtiri poſſe, dubitare ſemper aliquo modo liceret, an in eo quod dicit, mentiatur. Idem ait Valentia de nonnullis aliis actibus, & propterea Bernardus lib. de præcep. & diſpen. dixit, Deum in aliquibus naturæ præceptis diſpenſare poſſe, in aliis non, quod expoſuimus de diſpenſatione impropriè dicta: in hoc autem curſu ordinario mundi, nulla poteſt eſſe cauſa, cur Deus præcipiat, vel concedat, vt quilibet poſſit alterum occidere, vel ad quamcumque mulierem accedere, vel plures ducere, vel aliena vti, quando ſibi placuerit, furari, aut rapere, ablata non reſtituere, parentes nõ honorare, &c. Ideò pugnat cum diuina bonitate, & ſanctitate, vt hæc generaliter in hoc curſu rerum, vel præcipiat, vel concedat, & hoc etiam intendit Valentia, & alij auctores quartæ ſententiæ, præſertim Caietanus quæſt. 100. art. 8. vbi notat, voluntatem diuinam, etſi non ſit determinata, vt velit aliquid extra ſe, atque adeò nec vt velit hominem aliquid agere, eſſe tamen determinatam, vt ſi velit hominem aliquid agere, velit ipſum benè, & conueniẽter ſuæ naturæ agere, ſeu vt non velit aliter ipſum agere. Adde etiam eſſe determinatam, vt ſi velit hominem eſſe ſub circumſtantiis, quales modò ſunt, non præcipiat ei generatim furari, rapere, ad quamlibet mulierem accedere, parentes non honorare, &c. Vnde ex eo quòd Dij gentium aliqua huiuſmodi præcepiſſe, aut conceſſiſſe referuntur, euidenter probamus fuiſſe falſos Deos. Quia verus Deus, ſine rationabili cauſa non poteſt huiuſmodi concedere: cauſa autem rationabilis hîc nulla eſt.

*Deus non poteſt præcipere, vt mẽtiamur.*

*In curſu mũdi ordinario mũdi nullũ peccatum Deus poteſt concedere.*

*Dij gentium vnde conuincantur eſſe falſi.*

63 *Deus non poteſt præcipere mala fieri.* Vnde etiam ſubinfert meritò Valentia, quid reſpondendum ſit illi quæſtioni, quam mouent Albertus, Bonauentura, Durandus, & alij 1. d. 47 an Deus poſſit præcipere mala fieri? Reſpondendum enim eſt, non poſſe, non ſolùm in ſenſu compoſito, hoc enim clarum eſt: præcipere enim malum retenta malitia intrinſecè malum eſt; Deus autem male agere non poteſt. Sed neque in ſenſu diuiſo, quia hîc diuiſio fieri non poteſt, cùm nulla ſit iuſta cauſa præcipiendi, imò nec concedendi, quę ſunt reipſa contra legem naturæ, niſi in aliquo raro caſu, vbi ſit cauſa rationabilis, & in rebus, quæ aliqua de cauſa honeſtari poſſint. Quia verò potuiſſet Deus non ordinare homines ad beatitudinem, præſertim ſupernaturalem, etiamſi conderet illos ratione vtentes, & liberos. Poſſet etiam ab omnibus actibus, vel omiſſionibus, quæ ſunt contra legem naturæ, auferre omnem obligationem, quæ in illis modò reſultat, ex eo quòd ſint media neceſſaria ad beatitudinem, ac proinde malitiã, quæ ex tali obligatione reſultat, vt rectè docet Valentia. Ea tamen obligatio non alia eſt, niſi vt fiant, quando, niſi fierent, periculum eſſet amittendi beatitudinem. Nam extra hunc caſum, non eſt maius peccatum, ſaltem notabiliter, quòd quis furetur, vel fornicetur, ſciens ſe eſſe ordinatum ad beatitudinem, quàm ſi non eſſet ad illam ordinatus, vel talis ordinationis ignorantiam, aut inaduertentiam inuincibilem haberet. Rectè autem Valentia ait, Deum efficere non poſſe, etiam de ordinando hominem à beatitudine poſito, quòd tale creetur genus humanum, quale nunc eſt, vt quę modò ſunt contra legem naturæ, peccata nõ ſint: cùm, facta tali ſuppoſitione, neceſſe ſit eſſe diſſona, & diſſẽtanea rationi, & naturæ rationali; quod ſufficit, vt ſint peccata.

Tertiò, ſequitur deciſio illius quæſtionis, an facta alicui reuelatione certa, aut etiam clara, abſolutaque ſuæ damnationis, diſpenſari cùm eo dicatur in præcepto ſperandi ſalutem æternam? Quidam dicunt eſſe diſpenſationem impropriè dictã, quia cùm in eo euentu homo actum ſpei elicere non poſſit, aufertur ei obligatio ſperandi, quamuis maneat in eo obligatio non deſperandi poſitiuè. Sed Azor illa quæſt. 3. §. de hoc argu. ait, in eo euentu non ceſſare ſperandi obligationem: ſicut ex eo quòd alicui reueletur, ipſum cras peccaturũ, non remouetur ab eo obligatio, cras non peccandi. Et quidem verum eſt, quod ille poſteà, dum nõ recordaretur, vel non aduerteret illam reuelationem, poſſe, & interdum etiam teneretur poſitiuè ſperare: at interim, dum de ea cogitat, aduertitque eſſe certam, & infallibilem, nec fruſtrari poſſe, nõ poteſt, ac proinde nec tenetur ſperare: quia ſpes vel formaliter, vel virtute, includit abſolutam, & efficacem voluntatem obiecti: in eo autem euentu hęc volũtas eſt impoſſibilis, quia implicitè vellet homo falſam reddi diuinam ſcientiam, & reuelationem. Nemo autem poteſt abſolutè velle formaliter, vel virtute id, quod abſolutè iudicat impoſſibile. Et eadem ratione in eodem inſtanti, in quo mihi reuelaretur, cras me peccaturum, non poſſem abſolutè velle non peccare. Peccarem tamen cras: quia cras potero, & tenebor velle non peccare, vel ſaltem non velle peccare. Eodem autem tempore, quo ſperare nõ poſſum propter reuelationem certam, & abſolutam tunc cogitatam, licitè etiã deſperare poſſum, vel quia deſperatio, vt aliqui volunt, non dicit actum voluntatis, ſed carentiam actus, ortam ex aliqua cognitione intellectus, vel quia ſicut eſt bonũ ſperare cum ſufficienti cauſa, & fundamẽto: ita eſt bonum, aut ſaltem non malum, deſperare cum ſufficienti cauſa, & fundamento. Vt ſi Deus mihi reuelaret eſſe ab hoſte vincendum, licitè de victoria deſperarem, ſed de his latiùs in materia de ſpe.

64 *3. Corol. An facta alicui reuelatione de ſua dãnatione ſit diſpenſatum cũ eo de ſperanda beatitudine.*

*Nemo poteſt id abſolutè velle, quod indicat eſſe impoſſibile.*

Quartò, ſequitur primum præceptum decalogi ex parte fuiſſe propriè diſpenſabile, & abrogabile, nimirum quatenus cõtinebat aliquid Iuris poſitiui: nempè prohibitionem ſculpendi, & depingendi imagines Dei. Hoc enim poſitiuum erat, & in eo præcepto continebatur, vt rectè docet Vazquez lib. 2 de adoratione diſp. 4. & hîc diſp. 179. n. vlt. ſicut etiam tertium præceptum decalogi quãtùm ad determinationem ſabbati erat poſitiuum, ac proinde propriè diſpenſabile, & abrogabile, vt docet Vazquez eodem nu. vlt. & nos ſuprà.

*4. Corol. Primum præceptum decalogi partim fuit diſpenſabile, partim non.*

65 *5. Corol. Soti error notatur.* Quintò, colligitur cum Vazquez illa diſp. 179. cap. 3. num. 14. erraſſe Sotum, nonnulloſque alios recentiores Thomiſtas, qui dixerunt aliquorum præceptorũ iuris naturalis, quæ non continentur

in

Digitized by Google

in decalogo, neque explicitè, neque implicitè, A poſſe Deũ diſpenſatione ſua obligationẽ tollere. Nã omnia præcepta naturalia explicitè, vel implicitè in decalogo continentur, & de exemplo de reddendo depoſito, quod Sotus, & alij in exemplum adduxerunt, etiam explicitè contineri in decalogo, ait Vazquez: nam præceptum nõ furandi, vetat etiam detineri depoſitum contra voluntatem Domini. Sed quidquid ſit de hoc, certum videtur nullum præceptum verè naturale eſſe propriè diſpenſabile: quia ſeruatis eiſdem circumſtantiis, quod ſemel aduerſatur rationi naturali, & naturæ rationali ſemper aduerſatur, ac proinde ſemper eſt malum, & prohibitum lege naturæ. Quod verò ait D.Thomas quæſt. 100. artic.8. Si aliqua B præcepta traderentur ordinata ad præcepta decalogi, quibus determinarentur aliqui ſpeciales modi, in talibus præceptis diſpenſationem fieri poſſe, clarum eſt loqui de determinatione per præcepta poſitiua, nã omnia præcepta naturalia à principio mũdi ſunt tradita. Docet autẽ D.Thomas eod.art. ad 3. poſſe mutari præcepta naturalia ex parte materiæ, vt cùm Deus præcepit Abrahæ immolare filium, & Hebræis conceſſit, vt ſpoliarent Ægyptios, non tamen docuit, in eo euentu interuenire veram diſpenſationem.

*Depoſitum detineri, vt in decalogo prohibeatur.*

*Omnia præcepta naturalia à principio mũdi ſunt tradita.*

66 An verò Deus, vel Pontifex propriè, & non ſolùm per mutationem materiæ, aut circumſtantiarum dicatur diſpenſare in matrimonio, ſi illud diſ- C ſoluat, vel in voto, cũ relaxat eius obligationem; reſpondet Vazquez & bene diſput. cit.cap.3. nu. 26.& ſequentibus, eſſe propriè diſpenſationem, & relaxationem matrimonij, aut voti: non tamen in præcepto, vel iure naturali ſeruandi vota, & ſtandi contractibus. Priorem partem probat: quia, quando quis auctoritate Dei, vel iudicis alterum occidit, aut bona alterius accipit, nulla ei fit remiſſio, ſed tollitur circumſtãtia, ratione cuius præceptum obligabat: & ſic non propriè cum eo diſpenſatur: At verò in diſſolutione matrimonij, aut voti interuenit remiſſio aliqua. Nam perpetuitas matrimonij proueniebat ex contractu ipſo, ratione cu- D ius vnus coniunx debet alteri ita perpetuò fidem ſeruare, vt neuter illorum poſſit alteri fidem remittere, hoc ita poſtulante natura contractus. Deus autem, qui auctor eſt omnium, poteſt remittere vinculum natum ex voluntate humana, verbis expreſſã: ergo eſt propriè diſpenſatio in matrimonio: & idem eſt de voto, & iuramento: quia reuera aufertur directè, ſeu diſſoluitur vinculum aliquod, & obligatio ſcilicèt, aut lex: nam votum, & promiſſio omnis, lex quædam eſt, quam ſibi homo imponit. Poſteriorem autem probat Vazques: nam cùm Deus diſpẽſat in voto, vel matrimonio: non facit facultatem contra præceptum matrimo- E nij, ſolùm enim eſt præceptum ſeruãdi fidem matrimonij, quamdiu manet, hic verò non manet, ſed diſſoluitur voluntate Dei ſupremi domini, ſicut cæteri contractus poſſunt diſſolui ſola auctoritate contrahentium, quia natura ſua perpetui nõ ſunt: in voto autem eodem modo Deus, aut eius Vicarius, Pontifex, aut Epiſcopus diſſoluit vinculum voti, & facit remiſſionem ei, qui aſtringebatur voto. Deus quidem propria auctoritate, Pontifex autem auctoritate Dei, ſicut quiſque poteſt remittere promiſſionem ſibi factam, & dare alteri poteſtatem ad faciendam eiuſmodi remiſſionẽ, quod eſt cum altero diſpenſare, non tamen eſt diſpenſare in præcepto ſeruandi promiſſa, quia hoc intelligitur, ſi alter non remittat promiſſionem, & iuri ſuo cedat.

*Quæſtio. An propriè Pontifex diſpenſet in matrimonio, ſi id diſſoluat.*

*Diſpenſatio in voto quomodo fiat.*

*Pontifex quomodo diſſoluat vota & promiſſiones.*

## SECTIO X.

*An in lege naturali interpretatio, epÿkja, ſeu epikeija locum habeat, & ad quem pertineat.*

Diuus Thomas 4.diſtin.33. quæſt.1. artic.1. quem videntur ſequi Sotus, Richardus, & alij, dicit, aliquando poſſe cadere in legem naturalem; ſed pertinere ad ſolum Deum: quia interpretatio legis pertinet ad eius auctorem; & hoc modo aliquando fuiſſe licitam polygamiam. 67

*In legem naturalem cadere poteſt interpretatio & ἐπιείκεια.*

Communis opinio eſt, habere locum in præceptis naturalibus, & adhiberi poſſe à Principibus. Caietanus 2.2.quæſt.120.art.1. Sotus 6. de iuſtitia quæſt.7.art.3. ad tertium, gloſſa cap. ſunt quidam, 25.quæſt.1. Felicianus cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.num.26.& alij ibi. Ratio eſt, quia hæc interpretatio neceſſaria eſt; non poſſumus autem ad Deum recurrere, ergo oportet, vt in hominibus ſit hæc poteſtas; alioqui non eſſet humano generi ſufficienter prouiſum. Confirmatur, quia in lege humana, quãdo neceſſaria videtur epijkia, & non patet aditus ad legiſlatorem, poteſt ab inferiori fieri; ergo ſimiliter in diuina, etiam naturali. Nec D.Thomas videtur de hac interpretatione locutus; ſed de illa, quæ diſpenſationem latè dictam continet, de qua ratio, & exemplum eius procedit, immò non ſolùm Principes, ſed viri docti, & prudẽtes poſſunt etiam in dubiis naturæ legem interpretari; non quidem interpretatione quam ſequi teneamur, vt in dubiis ſequi tenemur interpretationes Principum, quas ſequi præcipiunt, quia in dubiis tenemur, cùm cõmodè poſſumus, ſuperioribus obtemperare: ſed quam liberum erit ſequi, & in præceptis affirmatiuis facilior eſſe ſolet *epykia*; quia nõ obligant pro ſemper. Vnde minus ſolet eſſe periculum violandi præcepta naturalia iudicando, hîc & nunc non obligare; in negatiuis autem, quę obligant pro ſemper, difficiliùs & periculoſiùs eſt interpretari; non eſt autem impoſſibile, aut prohibitum. Aliquando verò interpretatio eſt clara, vt quod matrimonium inter fratres licitum ſit, quando id eſt neceſſarium ad conſeruationem humani generis, vt initio mundi: ob nullam tamen neceſſitatem interpretari debemus mendacium, vt malè interpretatus fuit Caſsianus collatione 27. circa quam Modernus Scholaſticus notat etiam Chryſoſtomũ videri illius ſententię, vt colligitur ex homilia 32. & 53. in Geneſim, epiſt.ad Olympiam, & 1.de ſacerdotio in fine: imò Auguſtinus epiſtola 8. ad Hieronymum, quæ eſt 86. inter epiſtolas Hieronymi, reprehendit Hieronymũ, quia Galat. 2. videtur hanc ſententiã inſinuare, vt latiùs dicemus agẽtes de ceſſatione legis veteris: eam verò ſententiã in Origene reprehendere videtur Hieronymus epi.85.& c. 1. apologiæ cõtra Ruffinũ, & vt erronea reiicitur ab aliquibus Theologis 3.diſtin.38. D.Thomas 2.2.quæſt.110. art.3.& ex profeſſo impugnatur ab Auguſtino lib. de mendacio, & contra mendacium, & epiſt.citata ad Hieronymum cum multis ſequentibus: & eſt optimus locus Baſilij reg. 76. ex breuioribus, vbi interrogatus an alicuius vtilitatis cauſa conſultò

*Ἐπιείκεια quando humano iudici licita.*

*Principes & viri docti poſſunt legem naturalem interpretari.*

*Interpretari mendaciũ nullo mõde poſſumus.*

Digitized by Google

cõſultò mentiendum ſit. Reſpondet: *Hoc ſententia Domini non permittit, à quo ſic præciſè dictum eſt, mendacium ex diabolo eſt; nec vlla omninò diſtinctio mendacij adhibita eſt.* Alludit ad verba Chriſti Ioann. 8. vbi dæmonem appellat *Patrem mendacij, & cùm mendacium loquitur* (ait) *ex propriis loquitur:* vbi omnes dicunt vocari Patrem tamquam primum inuentorem mendacij, ideo ex propriis, quia numquam eſt ex Deo: vnde Dauid Pſalm. 5. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et in cap. ſuper eo, de vſuris dicitur *iuxta diuinam Scripturam, non licere mentiri pro tuenda vita hominis:* de quo plura Caſtro verbo mendacium.

*Ioan. 8.*

*Diabolus pater mendacij eſt, & inuentor.*

*Pro tuenda vita hominis nõ licet mentiri.*

68 Aduerte autem differentiam eſſe inter epiikiã in lege poſitiua, & in naturali, quòd in poſitiua, ſiue diuina, ſiue humana, ſtante tota materia legis eadem, & cum eiſdem circumſtantiis referentibus ad honeſtatem, vel turpitudinem actus, propter ſola aliqua ſigna iudicare poſſumus, legem non obligare coniectantes talem eſſe nũc voluntatẽ principis, & nõ in alio caſu, in quo par eſſet ratio obligandi. In lege autem naturæ, vbi eſt eadem ratio, ſemper eſt eadem iuris diſpoſitio, quia lex naturalis in ratione ſola ſita eſt; poſitiua autem in voluntate Principis, non in rationali. Nec ſemper peccabit Princeps volendo ad aliquid obligare in vno caſu, & nõ in alio ſimili, quia ſæpe expedit nõ obligare ſemper, ſed aliquãdo; & cũ non ſit maior ratio de vno tempore, quàm de alio, quodcumque elegerit, non peccabit: ſicut quando expedit non obligare omnes perſonas, non peccabit excipiendo aliquam, vel aliquas, obligando reliquas omninò ſimiles: ſed ſiue peccet, ſiue non, quæ excepta fuerit, non tenebitur lege, aut præcepto.

*Differentia inter epiikiã in lege naturali, & poſitiua ſeruandã.*

*Princeps vult obligare quãdoque in vno caſu, & nõ in alio.*

Nota tamen hic primò, quod *epijkiam* Ariſtot. 5. ethic. cap. 10. diſtinguit à iuſta, id eſt, à lege iuſta, quia lex loquitur in vniuerſali, *epijkia* verò, ſeu æquitas, caſum particularem reſpicit, de quo lex in particulari nihil præſcripſit, in quo eſt peculiaris ratio, vt lex locum non habeat, he iniqua ſit: vnde æquitas ſupplet defectum legis, & quodammodò ipſam emendat, & corrigit; vide D. Thom. & Caietanum 2. 2. quæſt. 120. ar. 1. ſed latiùs æquitas pro quacumque iuſtitia vſurpatur, vt cùm Vlpianus l. 1. ff. de pactis dicit *huius edicti æquitas naturalis eſt:* ſic interpres Ariſtot. 5. ethic. cap. 1. 2. & 3. verbum, quod iuſtum ſignificat, tranſtulit nomine æqui; æquitas ergo ſtrictè dicta, ſeu *epijkia* ſolùm habet locum contra legem ſcriptam, ſeu poſitiuam, quæ verbis vniuerſalibus, & communibus fertur: & prætereà occurrente aliquo caſu deficere ſolet, vnde *epijkia* iam locum non habet contra legem naturalem, ſecundùm ſe præciſè ſumptam, quia hæc non dictat aliquid eſſe faciendum, vel omittendum abſolutè, ſed in talibus, vel talibus circumſtantiis, vnde numquam habet exceptionem; habet tamen locum *epijkia* contra legem naturalem: vt explicatur & traditur à nobis, per quaſdam regulas generales, quæ exceptionem habent, vt cùm dicimus, lex naturæ præcipit vt nemo alium interficiat ſine auctoritate iudicis, vel Principis, & excipimus cum moderamine inculpatæ tutelæ: & in hoc ſenſu vera ſunt, quæ præſenti ſectione docuimus.

*Epiikia à lege quomodò diſtinguatur ex Ariſt.*

*Æquitas, ſeu epiikia contra legem ſcriptã ſtrictè diuiditur.*

*Epiikia contra legem naturalem habet locum.*

Nota ſecundò, quòd D. Thomas 1. 2. quæſt. 57. art. 6. ad tertium, & 2. 2. quæſt. 51. art. 4. in corpore, docet idem eſſe *gnomen*, & *epijkiam,* ſicut probare videtur ex Ariſtot. 6. ethicor. cap. 11. vbi definiens ſententiam, quàm Græcè γνώμην appellamus, inquit, *eſſe iudicium æqui, & boni viri:* pro voce autem æqui in Græco habetur ἐπιεικής. Alij dicunt parum, aut nihil differre, quia ſolùm videntur differre ſicut ſuperiùs & inferiùs: nam *epijkia* eſt emendatio legis præter communem regulam, in quocumque caſu intelligimus legem non obligare: at verò γνώμη, ſeu ſententia eſt *epijkia*, ſeu æquitas ad ignoſcendum: & ideo dicitur γνώμη, id eſt, ſententia, vel potiùs, vt ait Ariſto. illo cap. 11. συγνώμη, id eſt, conſentio: qui enim hoc modo ſe gerit, conſentit, vt indulgeat, & non puniat: atque *epijkia* in hoc ſenſu locum etiam habet, quando lex ipſa vniuerſalis non deficit in caſu particulari, ſed tollitur per diſpenſationem & indulgentiam. Plura de *epijkia* dicemus, cùm de interpretatione legis humanæ differemus.

*Epiikia & γνώμη, ſeu ſententia quomodo differant.*

## SECTIO XI.

*An in lege naturæ ante legem Moyſi fuerint præcepta aliqua poſitiua.*

HÆc quæſtio non admodùm pertinet ad legem naturæ, de qua nunc diſputamus, ſcilicet, continente tantùm præcepta merè naturalia, ſed ad legem naturæ latè ſumptam, quæ ſcilicet magna ex parte contineret præcepta naturalia: tractabitur autem, cùm differemus de lege veteri diſput. 22. ſectione 12. 69

*An in lege naturæ fuerint aliqua præcepta poſitiua.*

## SECTIO XII.

*An omne peccatum ſit contra legem naturæ?*

RESPONDEO eſſe, vt docet D. Thom. quæſt. 71. art. 6. ad quartum & quintum, quia omne peccatum pugnat cum ratione naturali: quamuis diuus Thomas in fine eiuſdem reſponſionis ad quintum, docere videatur in multis nos nõ regulari ratione naturali, ſed lege æterna: vt in iis quæ ſunt fidei. Sed reſpondet nõ velle, in illis non regulari nos per rationem humanam, ſed non regulari per illam nullo dictamine ſupernaturali adiutam: multa enim non dictaret ratio naturalis eſſe facienda, vel credenda: niſi ſuppoſita fide, vel reuelatione, mihi, aut aliis facta: vel à me credita vel ſaltem mihi commodè propoſita, vt credere illam poſſim aut debeam, ratione naturaliter vel ſupernaturaliter id dictante ex illa ſuppoſitione. Vnde rectè Valentia diſp. 7. quæſt. 4. puncto 4. docet omne peccatum eſſe contra legem naturalem, ideoque eſſe contra naturam, vt docuit diuus Thomas quæſt. 94. art. 3. ad ſecundum, Damaſcenus 2. fid. cap. 30. Auguſtinus 12. ciuit. cap. 1. Vnde infertur, omne peccatum eſſe contra duas leges, æternam ſcilicet, & naturalem: ſed quædam non ſunt contra legem naturalem, niſi quatenus ſunt contra legem poſitiuam, quam ſeruari iubet ratio naturalis, ſeu lex naturæ: vt nihil eſt contra legem æternam, niſi quia eſt contra creatam, naturalem vel poſitiuam. 70

*Omne peccatum eſt contra legem naturæ.*

*Omne peccatũ eſt cõtra duas leges naturalem, & æternam.*

Neque verò, quia peccatum, quod eſt directè contra legem poſitiuam, eſt etiam contra naturalem, & æternam, maius erit, quàm quod directè eſt contra naturalem: imò interdum erit minus: 71

quia

Digitized by Google

quia grauius eſt in aliqua materia, vel aliqualiter aduerſari directè legi naturali, quàm aduerſari directè legi poſitiuæ,& indirectè naturali.

Præterea quamuis omnia peccata ſint contra vnam, aut plures leges, ac proinde contra obedientiam, & iuſtitiam legalem,vt ſupponunt pro omni virtute:non tamen vt ſupponunt pro virtutibus particularibus ſecundùm ſe: generalibus verò duntaxat ſecundùm extenſionem,excepto peccato ſpecialis,ſeu formalis inobedientiæ, vt docet Valentia illo puncto 4.Ratio eſt,quia ſpeciali virtuti non omnia peccata repugnant: ſed aliqua habentia cum illa ſpecialem diſſonantiam. Sic peccatum ſpecialis inobedientiæ ſolùm erit, quando affectu libertatis nolo me legi ſubiicere: vt ſæpe dictum eſt tract.de peccat. ſpeciale autem peccatum iniuſtitiæ legalis, an ſit diſtinctum à peccato ſpecialis,& formalis inobedientiæ,& in quo conſiſtat,dicam tract.de iuſtitia & iure.

*Speciali virtuti non omnia peccata repugnant.*

Quamquam autem omnia peccata ſint contra naturam,quatenus ſunt cõtra legem, & rationem naturalem,tamen aliqua ob alias rationes ſpecialiter ſunt contra naturam, vt docet Valentia ſuprà,& nos latè tractantes de peccatis.

*Omnia peccata ſunt contra naturam, ſpecialiter tamen nõnulla talia ſunt.*

72 Cùm autem omnis obligatio in conſcientia,ex natura, ſeu lege, & ratione naturali oriatur, ſiue immediatè,ſiue media lege poſitiua, omnis obligatio in conſcientia naturalis dicitur, & ita illam appellant Iuriſperiti, vt videre licet in gloſſ. l. ex hoc iure,verbo obligationem, ff. de iuſtitia & iure,Panormitanus; & alij cap. plerique de immun. eccleſ.text.in l.ſi quod dominus, ff.de condict.indebiti.Eadem tamen obligatio moralis dicitur ex obiecto: quia ad mores, ſeu actus humanos, & morales pertinet.

*Omnis obligatio in conſciẽtia dicitur naturalis,& cur.*

Oritur etiam interdum ex iure naturali obligatio ciuilis,ſed mediante lege poſitiua,dante actionem in foro externo contra alium, qui ea ratione dicitur ei ciuiliter obligatus. Diſtinguunt aliqui

*Obligatio mediante lege poſitiua ex iure naturali oritur.*

A duplex debitum,ſcilicet legale,& morale,primum dicunt continere obligationem in conſcientia,ſecundum non:ita Couarruuias cap.cum in officiis, num.10.& cap.cum eſſes,num.9.de teſtam.& cap. quamuis pactum,part.2.§.4.nu.5.vbi ponit exemplum de gratitudine,citans D.Thomam 2.2.quęſt. 106.art.1.& ſuſtineri poteſt hic modus loquendi. Nam in more hominum poſitum eſt, vt quod ad perfectionem neceſſarium eſt, debitum etiam dicatur. Et à quibuſdam dicitur debitum decentiæ, honeſtatis,& congruitatis. Sed debitum gratitudinis,aliquando eſt debitum in conſcientia,& ſub peccato. Vnde quod loco citato ait. D.Thomas B tale debitum nõ eſſe legale, ſed honeſtatis, meritò aliqui interpretantur, vt non ſit debitum, ad quod petendum in iudicio leges humanæ dent actionem,quãuis reuerà ſit debitũ in conſcientia.

*Debitum gratitudinis eſt quandoque debitum in conſcientia.*

---

## SECTIO XIII.

*An lex humana legem naturalem imitetur.*

SICVT de arte dicitur,naturam imitari,ita de lege humana, id affirmat Tiraquellus tract. ceſſante cauſſa limit.1.nu.70.& 71. 73
quia conformis eſt iuri naturali, & in eo quaſi in C ſpeculo ſe repræſentat, & veluti intuetur: iuſta enim,& ad bonum dirigit,& obligat,ſicut lex naturalis. Vnde Cicero 3. de offic. ait naturam eſſe legis humanæ fontem: quem locum Tiraquellus hoc carmine expreſſit:

*Ars naturam imitatur, & lex humana.*

*Eſt legis natura parens,eademq; magiſtra.*

Hoc autem Ciceronis dictũ dupliciter eſt verum. Primò,quia lex humana in naturali repręſentatur, & conſpicitur:ſecundò,quia lex naturalis eſt radix & principium humanæ,quoad fieri,& conſeruari. Vnde & alij legem naturalem humanæ pædagogum appellant, de illa dicit alia Tiraquellus ibi num.76.& 78.

DISPV

Digitized by Google

# DISPVTATIO SEXTA, DE NECESSITATE, VTILITATE, ET FINE, ET CONDITIONIBVS HVMANARVM LEGVM.

## Quæſtio nonageſima quinta, de lege humana.

Art. 1. *Vtrùm fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus?*
Art. 2. *Vtrùm lex humana poſitiua à lege naturali deriuetur?*
Art. 3. *Vtrùm Iſidorus conuenienter qualitates legis poſitiuæ deſcribat?*
Art. 4. *Vtrùm Iſidorus conuenienter ponat diuiſionem humanarum legũ?*

### SECTIO PRIMA.

*Vtrùm aliqua lex creata, ſit ſimpliciter neceſſaria.*

1 PRIMÒ obſerua, licet D. Thomas in hac quęſt. ar. 2. diſputet, an omnis lex humana à naturali deriuetur, nos de hac re nihil nunc dicturos: quia de ea egimus diſp. 5. de lege naturali: & res eſt clara, quia lex non iuſta, non eſt lex, vt dicit Euodius apud Auguſtinum 1. de lib. arb. cap. 5. quæ autem iuſta eſt, rationi, & legi naturali conſentaneá eſt. Solùm aduerte, legem humanam non deriuari à naturali, vt concluſionem à principio, vt loco citato docuimus. Similiter nihil dicemus de conditionibus legis humanæ: quia de hac re diximus ſatis, diſpu. 1. ſect. 7. & ſequentibus: nec de diuiſione legum humanarum: de qua diximus ſatis diſp. 2.

*Omnis lex iuſta rationi & naturæ cõſentanea eſt.*

Secundò obſerua, neceſſarium dici dupliciter: primò in ſe, vel in alio abſolutè, & ſimpliciter, hoc eſt ſine relatione ad finem, ſicut neceſſe eſt cœlũ eſſe, hominem eſſe animal rationale, &c. Secundò, in ordine ad aliquem, vel aliquos fines, vt equus eſt neceſſarius ad iter agendum: hoc neceſſarium relatiuè, ſeu ad finem, diuiditur in neceſſarium abſolutè, & ſimpliciter, id eſt, omninò, & in neceſſarium aliqualiter, ſeu aliquo modo, & ſecundùm quid: & hoc ſecũdum magis propriè dicitur vtile, quàm neceſſariũ, imò neceſſariũ in ſe diuidi poteſt in omninò, & aliqualiter neceſſariũ. Hoc ſuppoſito ſit prima cõcluſio, nulla lex, qua ligetur creatura eſt in ſe neceſſaria omninò, ita, vt nec de potẽtia Dei abſoluta potuerit non eſſe in ſe, vel in alia re. De legibus tẽporalibus ſeu creatis patet: quia potuit Deus nullã creaturã condere, vel ſolas irrationales, vel rationales quidem, ſed actu non vtentes ratione: & tunc nulla eſſet lex creata. De increata verò patet: quia vel promulgatio actualis eſt de ratione legis, vt aliqui volunt, & hæc potuit non eſſe: vel non eſt de ratione legis ſaltem æternæ, & licet ita dicatur, vt & nos in lege æterna docuimus: tamen de ratione eius eſt voluntas virtualis

*Neceſſarium eſt duplex.*

2

*1. Concluſio. Nulla lex qua ligetur creatura, eſt omnino neceſſaria.*

A obligandi rationalem naturam, nempe voluntas producendi naturam rationalem cum dictamine rationis ipſam obligante: hæc autem voluntas potuit non eſſe in Deo. Ergo & lex æterna. Confirmatur, quia hoc dictamen Dei; creatura tenetur non mentiri, non habet rationem legis æternæ, niſi quatenus eſt proximè, & efficaciter obligatiuum creaturæ, quam rationem non haberet, ſi Deus nollet creaturas rationales cõdere: ergo tũc tale dictamen non eſſet lex, & ita, licet neceſſariò illud eſſet in Deo, non tamẽ eſſet in Deo vlla lex. Dictamen autem, quo Deus iudicat ſe teneri ad non mentiendum, neceſſariò eſt in Deo, & ipſum ligat, & ſecundum eos, qui dicunt verè eſſe legem,
B qua tenetur Deus, dicendum eſt, aliquam veram legem eſſe omnino neceſſariò in Deo.

Secunda concluſio, lex naturæ neceſſaria eſt omninò, ſuppoſito quòd natura rationalis in ſuo naturali ſtatu, ſeu cum vſu rationis producatur: quia eo ipſo habebit dictamina, quibus ad aliquid faciendum, vel omittendum aſtringatur: ergo habebit legem naturæ. 3

*2. Concluſio. Lex naturæ neceſſaria eſt ex ſuppoſitione.*

Tertia concluſio, in ordine ad finem creaturæ rationalis neceſſariæ omnino ſunt aliquæ leges: eſt enim neceſſaria lex naturalis, nempe dictamen naturale de iis, quæ neceſſariò ſunt facienda vel vitanda, vt natura rationalis honeſtè, & decenter, non turpiter, & indecenter ſe gerat in ordine ad
C Deum, ad ſe, & ad alias creaturas. Ac proinde etiã fuit neceſſaria lex æterna, quæ medio dictamine rationis creaturæ ad eadem facienda, vel omittenda creaturam rationalem obligaret. Ad quæ quidem ſi non obligaretur, quia videlicet non agnoſceret eorum naturas, ex quarum conſideratione oritur obligatio, paſſim omitteret, quæ ad bonum priuatum, vel commune pertinent, & ea faceret, quę contra bonum priuatum, vel commune ſunt. 4

*3. Concluſio. Neceſſaria ſunt aliquæ leges in ordine ad finem creaturæ rationalis.*

Ob eandem rationem neceſſariæ ſunt leges aliquæ poſitiuæ: quia ſæpe, præſertim à vulgo non cognoſcũtur naturę rerũ, vt, hoc eſſe ex ſe neceſſarium: illud verò turpe, & tunc, quia nõ eſt dicta-
D men naturale obligans, oportet ſuppleri lege poſitiua, quæ hominem inſtruit, vt cognoſcãtur naturæ actionum humanarum, & obligat etiam

*Leges aliquæ poſitiuæ ſunt neceſſariæ.*



Digitized by Google

ignorãtes, ad idem eſſe naturalem obligationem. Item ea etiam ad quę natura non obligat, ſunt ſæpe valde vtilia Reip. ideò oportet ad ea obligare lege poſitiua, & interdum pœnali: nam pœna naturaliter impoſita culpę, vel ignoratur, vel quia ad aliam vitam pertinet, quæ longè diſtat, & quia per pœnitentiam vitari poterit, contemnitur. Item cùm homo naturaliter indigeat vita ſociali, & politica, nec poſſit omninò ſolitariam vitam agere, neceſſe eſt, aſtringi poſitiuis legibus, vt rectè ſe habeat, non ſolùm tãquam priuata perſona; ſed etiã vt pars communitatis, & vt ſeruet pacem, vnionẽ & conformitatem cum mẽbris aliis eiuſdem corporis politici: ergo ad bonum priuatum, & commune neceſſariæ ſunt leges aliquæ poſitiuæ, ſine quibus profectò magna eſſet confuſio in Republica. Imò ferè Reſp. non eſſet, quia vnio in legibus poſitiuis vnitati Reip. & corporis politici, valde neceſſaria eſt: ad idem enim corpus politicum pertinet, quod eiſdem legibus gubernetur, nec ſatis eſſet lex viua, id eſt, ſuperior pręceptis temporalibus, non perpetuis, nec rationem legis habentibus gubernans: nam ad bonum communitatis, quæ perpetua eſt, oportet eſſe præcepta, quæ ex ſe ſint perpetua, & ſine vlla tẽporis limitatione obligantia, ne quotidie opus ſit noua præcepta dare, vel præterita confirmare, & denuò promulgare, ſeu notificare.

*Cur homo legibus humanis indigeat.*

Hæc omnia variis teſtimoniis confirmantur: Prouerb. 19. & 21. *Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit, mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus*, & malos præceptis legum, & metu pœnæ eſſe coërcẽdos dicitur l. 1. ff. de iuſtitia & iure, vbi citantur hi verſus Horatij lib. 1. epiſt. 17.

*Oderunt peccare boni virtutis amore,*
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Iſido. 5. ethymo. cap. 20. relatus cap. factæ d. 4. *factæ ſunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidata ſupplicio refrenetur nocẽdi facultas*. Idem dixerat Iſid. lib. 2. cap. 10. Plato. 9. de legibus, *neceſſe eſt leges hominibus ponere, vt ſecundum leges viuant: nam ſi abſque his viuerent, nihil à feris atrociſſimis diſcreparent. Cuius rei cauſa eſt, quia nullius hominis ingenium ita natura inſtitutum eſt, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, ſufficienter cognoſcat, & ſi cognouerit, vt optimum id, quod nouit, ſemper agere poſſit, ac velit*, & multa alia dicit eodem libro. Cicero pro Cluẽtio, *ciuitas ſine lege, vt corpus ſine mente ſuis partibus, vt neruis, ac ſanguine, & mẽbris vti non poteſt*. Propter hoc Ciceronis teſtimonium Pardulphus Prateius epiſt. ad Petrum Boieriũ, quæ præfixa eſt libro de poteſtate legis, ſcripto à Conſtantio Rogerio, dixiſſe videtur, leges à Cicerone appellari cœptas, neruos Reip. vbi multa de vtilitate, & neceſſitate legũ dicit, præſertim ex Heſiodo libro priore operũ & dierũ. Sed ad Ciceronem reuertamur, inter multa alia oratione illa pro Cluẽtio ait, *fundamentũ libertatis, fons æquitatis, mens, & animus, & conſilium, ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, non modo aduerſus tyrannidem in legibus innocentiæ præſidium eſt: ſed & Magiſtratibus aduerſus vulgi importunitatem, hic tamquam aheneus murus quidam eſt*, & pro Cecina, *maior hæreditas venit vnicuique noſtrũm à iure, & legibus, quàm ab iis, à quibus illa bona relicta ſunt: nam, vt perueniat ad nos fundus, teſtamento alicuius fieri poteſt, vt retineamus, quod noſtrum factum eſt, ſine iure ciuili non poteſt. Nil eſt in ci-*

*Cur leges conditæ ſint.*

*Homines ſine legibus nihil à feris atrociſſimis diſcreparent.*

*Leges nerui reip. à Cicerone dictæ.*

A *uitate tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile: etenim, hoc ſublato, nihil eſt quare exploratum cuique poſſit eſſe quid ſuum, aut quid alienum ſit*. Et 3. de legibus: *nil eſt tam aptum ad ius, conditionẽmque naturæ, quàm lex, ſine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gẽs, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt*, & 1. de oratore. *Docemur auctoritate, nutuq́; legum, domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentis oculos, manus abſtinere.* Aucto. 10. ethic. cap. 9. *omnino in omni vita legibus opus eſt*, & 1. polit. *Sicut homo ſi eſt virtutibus præditus, eſt optimum animaliũ, ita ſi ſit à lege, & iuſtitia alienus, peſſimum omnium*; B ſanè ſine lege homo homini lupus, vel leo, cum lege homo homini Deus, vnde idem Ariſto. 3. polit. cap. 6. *lex pactum eſt, atque, vt Lycophron ſophiſta dixit, ſponſor, & vas in officio mutuo permanendi*, & 1. Rhetor. cap. 4. *Salus ciuitatis in legibus ſita eſt.* Maximus Tyrius ſerm. 6. *Ipſam Reip. ſalutem intelligo conſiſtere in more compoſito ciuitatis, atque eius adminiſtratione decora: quæ quidem nequaquam aliter effici poſſunt, quàm optimarum legum miniſterio.* Demoſthen. apud Stobæ. ſer. de Rep. dixit, *leges animam eſſe ciuitatis: vt enim exanime corpus procumbit: ita ciuitas, ſi leges abſint, non conſiſtit.* Idem Demoſthenes contra Ariſtogitonem, *ſi leges abrogẽtur, & pro ſua cuiuſque libidine licentia detur, non Reſp. dumtaxat in-* C *tereat: ſed nihil etiam inter noſtram & belluarum vitã interſit:* & eodem lib. *res duæ ſunt, propter quas omnes ferũtur leges: tum vt ne quiſquam iniuſtè aliquid agat: tum vt ij, qui ius violarunt, punitis aliis meliores reddantur:* Et epiſt. 3. *omnes leges propter æqualitatem, & ſalutem bonorum, & frugi hominum feruntur.* Plutarchus apud Stobæum, ſer. de lege, *tot tantorumq́; bonorum & munerum, quæ dij largiuntur, nullus eſt fructus, aut vſus rectus ſine lege, iure & principe.* Heraclius Epheſius, *non minus ciues pro legibus pugnare debent, quàm pro mœnibus ciuitatis: quod abſque legibus nullo modo ciuitas incolumis eſſe poſſit.* Et Titus Liuius lib. 1. *multitudo coaleſcere in populi vnius corpus nulla re, præter quàm legibus poteſt.* Vida. 2. de D Reip. dignit. *Leges ad conſeruandam Remp. non ſolùm vtiles ſunt, ſed neceſſariæ omninò:* Et ibidem: *ne magiſtratus, & qui populos regunt, in prohibendis, ac vetandis rebus errarent, néve quicquam agerent ex libidine, conditæ ſunt mira omnium gentium conſenſione leges ſapientiſſimorum omnium cogitata, atque inuenta: quibus iura, ac iudicia deſcribuntur:* Et paulò pòſt: *Hinc dicimus, conditas fuiſſe leges ad ſalutem ciuium, vitámque omnium quietam ac beatam: ad compeſcendámque improborum licentiam, vt oderint iniuſtitiam: iuſti autem naturam diligant, atque vt homines ab iniuria inter ſe attemperent, vt ſuum cuique tenere liceat.* Ioan. 22. extraua. vt quos, inter cõmunes, de offic. E Iud. ait, ſe ſancire, vt quos virtutis amor à vitio nõ abſterreret, eos ſeueritate diſciplinæ cogat: vnde Seneca lex, ait, eſt virtus armata: & Machiauel 1. diſt. cap. 3. *Qui ſponte ſua rectè agunt, iis lege opus non eſt: ſed vbi deſinunt ſponte officium facere, hîc legibus opus eſt, vt cogantur;* Horatius lib. 1. ſatyra 3.

*Iura inuenta metu iniuſtè fateare, neceſſe eſt,*
*Tempora ſi, faſtóſque voles euoluere mundi:*
*Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum.*
*Diuidit, vt bona diuerſis fugienda petendis.*

Ouidius 3. faſtorum.

*Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet,*
*Captáque ſunt puri tradita ſacra coli.*

Ariſtides oratione Platonica 1. *Atque id quidem fatebuntur*

*Homo virtute præditus eſt optimum animalium, ſine illa peſſimum.*

*Leges ſunt anima ciuitatis.*

*Multitudo nõ poteſt coaleſcere in vnũ corpus ſine legibus.*

Digitized by Google

*fatebūtur omnes, nullam ad rē aliā legibus opus fuiſſe, niſi vt nihil à nobis inuicem dāni pateremur, nec mali: & audaces probis potiores eſſent; verùm iis iure cederēt.*

## SECTIO II.

*De vtilitate legum humanarum, & in quem finem condita ſint.*

5 **Leges humanæ ſunt vtiles & in quem finem condita ſint.**

EX his patet, quam vtiles ſint humanæ leges, & in quem finem conditæ ſint: idem tamen vberiùs tractare, & euidentiùs confirmare placuit. Præclarè Cicero 2. de officiis. *Eadem conſtituendarum legum fuit cauſa, quæ & regum: Ius enim ſemper quæſitum eſt æquale: nec enim aliter eſſet ius, id ſi ab vno iuſto, & bono viro conſequebantur, eo erant contenti: cùm id minùs contingeret, leges ſunt inuentæ: quæ cùm omnibus vna, eadémque voce loquerentur.* Et in Vatinium: *à maioribus noſtris nulla alia de cauſa leges ſunt inuentæ, niſi vt ſuos ciues incolumes cōſeruarent*, & 1. de inuentione: *ea virtute, & ſapientia maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendis nihil ſibi, niſi ſalutem, atque vtilitatem Reip. proponerent*, & 1. de legibus non procul à fine: *Legem oportet eſſe vitiorum emendatricem, commendatricemq́; virtutum*, & 2. de legibus *ad ſalutem ciuiúmque incolumitatē, vitamque hominum & quietam, & beatam conditæ ſunt leges.* Lactan. in epitome diuin. inſtit. lib. 2. *Ex eo tempore, quo multi dij ab hominibus coli cœperunt, fugata eſt, ſicut Poëtæ aiunt, iuſtitia: ſic diremptum eſt omne fœdus, dirempta ſocietas generis humani: cùm ſibi quiſque conſulere, ius in viribus computare, nocere inuicem, fraudibus aggredi, dolis circumſcribere, commoda ſua aliorum incōmodis adaugere, non cognatis, non liberis, non parentibus parcere, ad necem hominum pocula temperare, obſidere cum ferro vias, maria infeſtare, libidini autē, quò furor eduxerit, fræna laxare: nihil denique ſancti habere, quod cupiditas nefanda non violaret. Cùm hæc fuerint, tunc ſibi leges homines condiderunt pro vtilitate communi, vt ſe interim tutos ab iniuriis facerent.* Vide quæ diſp. 1. ſect. 8. attulimus ad probandum, legem debere ad bonum commune conducere, & Aug. tractatu 6. in Ioan. vbi ait, *ipſa iura humana per imperatores & Reges ſæculi Deus diſtribuit generi humano: tolle iura imperatorum, & quis audet dicere, mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt?* Et 3. contra Creſcon ca. 51. *Omnia flagitia iuſtis legibus comprimi vtiliſſimum, ac ſaluberrimum eſt.* Solon verſibus elegiacis:

**Sublatis iuribus Imperatorū, nullus quicquā ſuum dicere poteſt.**

*——Heu quantas legum violatio clades,*
*At iuſtæ leges commoda quanta ferunt?*
*Compedibus ſtringunt ſceleratos, ordinis æqui*
*Conſeruatrices, nil niſi recta ſinunt.*
*Aſpera complanant, ſedant faſtidia, frænant*
*Indomitos, abigunt ſemina quæque mali.*
*Iura regunt, manſuefaciunt turgentia corda,*
*Compeſcunt miſeræ ſeditionis opus.*
*Lites, bilem atram reprimunt, aut denique vitam*
*Humanam erudiunt, vt ſapienter eat.*

Eadem carmina duobus aliis modis reddita, inuenies apud Simancas 4. de rep. cap. 3. Luiſius Viues tract. qui Ædes legū inſcribitur, hos in ſuperiori domus limine verſus inſcriptos memorat:

*Creſcite virtutes, fœcundaq́; floreat ætas,*
*Ingeniis patuit campus, certuſq́; morandi*
*Stat fauor, ornatur propriis induſtria donis,*
*Surgite ſopitæ, quas obruit ambitus artes.*
*Nil licet inuidiæ, domus hæc dum præſidet orbi.*

Iornandes lib. de regnor. ac tempor. ſucceſſione inquit, *Romani, vt ait Iamblichus, armis, & legibus orbem terræ ſuum fecerunt: armis ſiquidem conſtrinxerunt, legibus autem conſeruauerunt.* Theodoricus rex apud Caſſiodo. lib. 5. variar. *Decet prouincias regno noſtro ſubiectas, legibus, & bonis moribus ordinari: quia illa vita verè hominis eſt, quæ iuris ordine continetur: nam belluarū ritus eſt ſub caſu viuere:* Et apud eumdem lib. 3. *Exuite barbariem, recipite paulatim iuridicos mores: non ſit nouitas moleſta, quæ proba eſt: quid enim poteſt eſſe fœlicius, quàm homines de ſolis legibus confidere, & caſus reliquos non timere? Iura publica certiſſima ſunt humanæ vitæ ſolatia, infirmorum auxilia, potentiorum fræna.* Greg. 9. in proæmio decretaliū: *Effrænata cupiditas, ſui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum tot quotidie noua litigia generat, vt niſi iuſtitia conatus eius ſua virtute reprimeret, & quæſtiones ipſius implicitas explicaret: ius humani fœderis litigatorum abuſus extingueret, & dato libello repudij, concordia extra mundi terminos exularet: ideoq́; lex proditur, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur: per quam genus humanum, vt honeſtè viuat, alterum non lædat, ius ſuum vnicuique tribuat, informatur.* Dionyſius Halicarnaſ. lib. 2. ait, *intellexit Romulus rectis legibus, honeſtorumq́; ſtudiorum æmulatione piam, temperantem, iuſtam, belloq́; fortem ciuitatem fieri.* Et lib. 7. *libertas aufertur ablato iure, & legibus: nam ex quacumque ciuitate ius, legeſq́; exulant, in eam ſeditio, bellumq́; ſolent ingruere.* Demoſthenes aduerſus Midiam; *Robur corporis paucorum, leges robur ſunt vniuerſorum: legum præſidio vnuſquiſq; veſtrū ſaluus eſt: quidquid bonorum habetis, legum beneficio habetis:* Et contra Timocratem, *ad fœlicitatem Reip. & populi libertatem in nulla re alia plus virium, & momēti eſt, quàm in legum auctoritate*, & apud Rebuffum in proœmio conſtit. regal. gloſſa. 1. numero 1. *Lex eſt commune bonum, ſine quo nihil vmquam boni fieri poſſit*, in l. 2. ff. de legib. lex dicitur inuentum & donum Dei, propter eximiam eius vtilitatem. Vide Aug. epiſt. 50. & 54. Oſorium 5. de regis inſtitutione, Manutium lib. de legibus Romanorum. Platonem 9. de legib. Valentiam diſput. 7. cap. 5. puncto 3. Sebaſtian. Medicis, repeti. cap. erit autem lex d. 4. num. 1. & ſequentibus, Sotum 1. iuſt. quæſt. 5. ar. 1. D. Thom. hac quęſt. 95. ar. 1. Bieſium libris de Rep. vbi ait, *legibus tāquam neruis omnia ſunt Reip. membra in vnum corpus arctiſſimè deuincta, ſine quibus variis opinionum, & morum diſſidiis confeſtim diſſoluerētur.* Euripides in ſupplicibus ait, *nihil eſt in ciuitate præſtantius quàm leges rectè poſita: nam inferioris homo ſortis, & qui ditior eſt, æquale ius experiuntur: vincit autem minor maiorem, ſi iuſtam cauſam habeat.* Leo Imperator in proœmio conſtitutionum nouellarum, *ſunt leges tamquam cuſtodes vitæ noſtræ & medici, dum mala, ne oriantur, impediūt, & quæ irrepſerint, corrigunt, & euellunt.* Idem conſt. 19. ait, *qui leges, Reip. oculos eſſe dixerit, is profectò nihil indecens pronunciauerit: quēadmodum enim res maximè neceſſaria eſt animali non titubans oculus: ita & Reip. legum æquus, & rectus ſtatus.* Iuſtinianus Imperator, de cōceptione digeſtorū, *nihil tā ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quàm legū auctoritas, quæ & diuinas, & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit* & l. vni. in princ. 137. C. de iuſtinianæo codice confirman. ait: *ſumma Reip. tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum ſcilicet, atque legum veniens, &c.* & in proœmio inſtit. *Imperatoriam maieſtatem*, ait,

**Roman armis, & legibus orbem terra ſuum fecerunt.**

**Cupiditas quot mala generet.**

**Les eſt inuentum Dei, & donum.**

**In ciuitate nihil eſt præſtantius quàm leges rectè poſita.**



Digitized by Google

*non ſolùm armis decoratam, verùm etiam legibus oportet eſſe armatam.* Aphricanus apud Auguſt.2. ciuit. cap.21.populum definit, *cœtum multitudinis, iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum.* Ergo vt neceſſarium eſt in populo eſſe: ita eaſdem leges habere. Ciuitas æterna eſſe debet, vt docet Cicero 3.de Rep.apud Auguſt.22.ciuit.cap.6.ergo & mádatis perpetuis, quales ſunt leges, gubernari debet.

*Quid ſit populus ex M. T.*

6 Vazquez diſp.152.cap.3.nu.34.& ſeq. ſic ferè vtilitatem legum Eccleſiaſticarum probat: cùm in vita humana mille ſe offerant occaſiones, & varij rerum euentus, nimia etiam ſit occupatio in rebus temporalibus; quo pacto cognitio veri Dei in Eccleſia Dei poſſet conſeruari, niſi ſtatutis diebus religioſo Dei cultui eſſet vacandum? Si enim in arbitrium cuiuſque relinqueretur, quanta obſecro in populo Dei inoleſceret obliuio? Et de aliis eodem modo. Deinde ſi in iudiciis, & in contractibus omnia relinquerentur in arbitrium iudicum, & contrahentium, vt ſecundùm ius ſolùm naturæ tot, tamque varia negotia fierent, & iudicarentur, quot quæſo incommoda, vel ex ignorantia, vel humana fragilitate ſequerentur? cum igitur difficile ſit de rebus ſpeciatim iudicare, & multa ſe offerant, quibus meliùs conſeruari, aut in peius ire poſſit Chriſtiana vita, & religio, aut pax totius Reip. iure optimo principes leges ſanxerunt, ne ſingulorum hominū iudicio periculoſè iudicanda relinquerētur. Id quod Dominus cum populo iudaico obſeruauit: nam præter leges naturales, quas in decalogo expreſſit, tulit etiam plures alias cæremoniales, & iudiciales. Confirmare hoc poſſumus, quoniam obligatio naturalis à multis ignoratur, ab aliis diſſimulatur, aut etiam contra propriam mentem negatur: Ergo etiam conſtituta lege naturæ debuere humana lege ſtatui: alioquin non poſſent homines viuere in ſocietate aliorum: qua tamen maximè indigēt, & ad quam magnam habent propenſionem, vt patet ex Ariſtot.1.polit. cap.2.& Cicero 3.de officiis.

*An melius Sapientiū iudicum præceptis, quàm legibus reſpub. gubernari poſſit.*

7 Dices, ſatiùs & conducibiliùs videri Remp. ſapientium, & proborum iudicum, & magiſtratuum præceptis gubernari, quàm legibus, vt Iuſtinus 1. hiſtor. dicit, *Olim populos ſine vllis legibus ſolo Principum arbitrio gubernari ſolitos.* Vnde verbū, νόμος, apud antiquos poëtas Orpheum, Muſæum & Homerum non reperitur, & Romana Reſp. ad annos 300. ſine legibus gubernata fuit, auctore Liuio 3.lib.ſuæ hiſtoriæ, illamque viuendi rationem iuuenes patricij Romani optimam putant apud Liuium lib.2. Suadetur primò, quoniam, vt ait Ariſtoteles 5. ethic. cap. 4. Magiſtratus ſiue *Iudex eſt iuſtum ipſum animatum, ſeu iuſtitia viuens:* melius autem eſſe videtur gubernari à iuſtitia animata, & viuente, quàm à mortua, qualis eſt lex. Secundò, quoniam leges diſponunt de rebus vniuerſè, & in genere, nimirum reſpicientes ad ea, quæ plerūq; accidunt, l.iura, l.neque, l.non poſſunt, ff.de legib. Plato dialogo 4.de legibus. Ariſt.2.polit. cap.6.& ſæpe occurrunt circumſtantiæ, propter quas vel debeat, vel poſſit ſubditus à verbis legis diſcedere: ergo melius eſſet, vt omnia iudicio Principum, & Magiſtratuū pro re nata, & attentis omnibus circumſtantiis diſponerentur. Tertiò, quia Marſilius Ficinus argumento in dialogum Platonis, qui dicitur Laches, ſeu de fortitudine, ait, ſæpenumerò Platonem magiſtratus optimos legibus anteponere: quòd leges abſque magiſtratibus omninò vi-

*Magiſtratus eſt iuſtum animatum, ſiue iuſtitia viuens.*

A deantur inutiles: eas enim ſeruauit nullus: magiſtratus autem optimi, ipſi ſunt leges. Cui ſententiæ ſubſcripſit Ficinus ipſe argumento in 6.dialogum Platonis de iuſtitia vel Rep. ait enim: *Leges omnes vel optimas abſque magiſtratibus probatiſſimis mortuas eſſe, magiſtratus autem optimos vel abſque legibus ſcriptis viuas eſſe leges.* Quartò, quia optimum gubernationis genus eſt, quod ſuauius, & efficacius: quippè conformius Dei gubernationi, qui *attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, Sap.8. ſed ſuauiùs, & efficaciùs homines à magiſtratibus gubernantur, quàm à legibus: hæ enim aliquādo ſunt duriſſimæ, & ſeruatu difficiles: quia caſus particulares non reſpiciunt: debiles etiām B ſunt: non enim ſtatim pœnam inferunt tranſgreſſoribus: ſunt veluti aranearum telæ minutulas beſtiolas, muſcas, formicas, & id genus alia irretita caſsibus illis detinent: maiora verò, vt canes, equi, & ſimilia tenui rupta ſtructura indemnia euadūt, ſic leges miſeram plebem cohibent, à potentioribus verò conculcantur: ideò Solon & Cato apud Viuem in lib. Ædes legum, leges aranearum telis compararunt, vt & Pierius lib.26.cap. de Araneo, melius eſt in infirmitate medicis vti, quàm libris medicinæ, 10.ethic.cap.9.3.polit.ca.12.leges ſunt, vt libri medicinæ; magiſtratus vt Medici: ergo leges ſine magiſtratibus non ſeruabuntur; vnde vanæ erunt, & inutiles: vnde Horatius lib. 3. carminum, Ode 24. *Quid leges ſine moribus vanæ proficiūt?* C id eſt, ſine vſu, vt explicat Mancinellus ibi, & ſecundùm Ariſt.1.Rhet.ad Theodectem cap.15. *Non differt vel nullas eſſe leges, vel non vti.* Reſpondeo, melius eſſe legibus Rēp. regi, quàm ſolis arbitriis, & iudiciis Principum pro re nata, vt expreſsè docet Ariſt.3.politic.cap.11.& 12.5.ethic. cap.6.& 1. Rhetor. ad Theodectem cap. 1. D. Thomas hac quæſt.95.art.1.ad ſecundum & tertium: Conradus & Medina ibi. Vazquez diſp.152. cap.3. num. 36. Valentia diſp.7.quæſt.5. puncto 3. Cardinalis Bellarmin.3.de laicis cap.10. Simancas 4.de Rep. c.18. Sotus 1.iuſt.quæſt.5.art.1. Antoninus 1.part tit.17. Rubrius, de lege canon. §.2. Adrianus quodlib.6. D art.3.verſicul propter quod præcepit, Rebuffus in procemio reg.conſt.gloſſ.1.num.13.ex quibus hæ rationes colliguntur. Primò, quia faciliùs poſſunt inueniri pauci ſapientes, & probi, à quibus rectè, & prudenter leges condantur, quàm poſſint inueniri multi iudices, ſeu magiſtratus præditi ſufficienti prudentia ad imperandum in omnibus ſine vlla lege: ſicut eſſent multi tales neceſſarij, ſi abſq; legibus gubernanda eſſet Reſp. Secundò, quia leges vniuerſalia, & futura reſpiciunt, circa quæ minorem locum habet affectio inordinata: iudices verò de particularibus, & præſentibus determinātes, quibus ſua, vel ſuorum vtilitas connexa eſſe E ſolet, & hoſtium ruina, & calamitas: vnde facilè amor, vel odium ſe inſerit, voluptáſque, & dolor iudicia obumbrat: cap. quatuor modis, 11.quæſt.3. vnde ſatiùs eſt, vt pauciſſima, & quam minima iudicio magiſtratuum relinquantur, vt docent Ariſt. 1.Rhetor.cap.1.& alij citati: vnde Plato 9.de legibus dixit, *Legiſlator minimas dumtaxat multas iudicibus committat*, plurima verò & maxima quæque in ferendis legibus ipſe declaret. Cōfirmatur quia in legibus cōdendis, minus eſt periculum alicuius praui affectus quo detorqueatur homo à bono, & recto: ſiquidem ſtatuit in genere, & de futuro, in particulari autem caſu, quem iudex reſpicit, facilè poteſt

*Magiſtratus optimi ipſi sūt leges.*

*Leges quaſi telæ aranearum ſunt.*

*Melius eſt legibus remp. gubernari, quā regibus.*

*Probatur hæc ſententia.*

Digitized by Google

poteſt prauus affectus excitari à conditione perſonarum, vel temporis, quo flectatur homo ad iniuſtitiam. Melius ergo eſt aliqua legibus diſponere, quàm omnia iudicum arbitrio relinquere. Tertiò, quia leges accuratiori, & maturiori conſideratione, & maiori conſultatione, & oratione condi poſſunt, & ſolent, & debent: quoniam ſicut bonus vir non eſt ſine Deo: ita lex bona non eſt ſine Deo: Baldus l. in ambigua. ff. de legibus, & Rebuffus in proœmio conſtitutionum regum gloſſ. 1. num. 21. & Alexander Seuerus numquam legem tulit, quin prius conſuluiſſet ſaltem viginti Iuriſperitos, & quinquaginta diſertiſsimos, vt teſtatur Rebuffus ſuprà, num. 11. & olim Romanæ leges in tribus nundinis proponebantur populo, & poſteà, ſi placuiſſent, promulgabantur: vt refert Alexander 6. genialium cap. 23. vnde Kyriacus Stroza li. 7. de Rep. qui adiectus eſt politicis Ariſtotelis, §. id circa, ſic loquitur: *Qui igitur ad ferendas leges animum adiecit, neceſſe habet Minois inſtitutum tenere: ferunt enim Minoem annis nouem Gnoſſio in antro latuiſſe, ibique legum ferendarum rationem à Ioue ſumpſiſſe.* Alij ſingulis quibuſque nouem annis exactis, illuc inuadentem leges de conſilio, & ſententia patris corrigere ſolitum, atque eaſdem interpolare: nam ancipiti ſenſu locum hunc de poëta interpretantur:

*Illic, vbi Minos nouenis latitans legum*
*Primordia ſumpſit, ac ſummi præcepta Patris.*

*Bonus vir non eſt ſine Deo, nec lex bona.*

*Minos vbi leges didicerit.*

Verò nihil ibi aliud Homerus voluit innuere, quàm hoc. Iam cùm hominis natura ſuis opibus nitens, opus hoc per ſe nequeat perficere, diuinam ei eſſe implorandam opem, qui leges condere cupit, &c. Itaque lex matura conſideratione & conſultatione etiam Dei fieri poteſt, ſolet, ac debet: Iudices autem non poſſunt, nec ſolent res ita conſiderare: quia debent in rebus occurrentibus diſponere, propter moræ periculum, vel incommoda: vnde leges iuſtiores, & rectiores eſſe ſolent, quam arbitria iudicum, etiam proborum, & prudentum. Quartò, quia leges ſeruire poſſunt præſentibus, & abſentibus loco, & tẽpore: Principum autem arbitria non poſſent facilè deferri ad partes remotas, & ipſis mortuis expirant. Quintò, quia vix inuenitur vnus Princeps, qui tot negotiis, & difficultatibus ſufficeret, niſi ipſe & eius miniſtri legibus prædeceſſorũ iuuarentur. Sextò, quia vnus non poteſt prudenter tot mandata generalia dare, & oportunè promulgare, quot neceſſaria ſunt ad omnes contractus, teſtamenta, negotia: & licet illa daret, & promulgaret, eſſet magnum Reip. detrimentum, ſi eo extincto omnia expirarẽt, nullaque manerent præcepta, donec à ſucceſſore renouarentur: quia mãdata, quæ non ſunt leges, expirant mortuo ſuperiore: ergo neceſſe eſt Remp. legibus gubernari. Multę aliæ rationes ad hanc veritatem ſtabiliendam adduci poſſunt: conſule citatos.

8 Meritoque leges fiunt, vt inquit Rebuffus ſuprà nu. 14. ad honeſtatem tuẽdam, cap. porro, 33. q. 5. propter vtilitatem conſequendam cap. tali, 1. q. 7. propter habendam diligentiam, cap. peruenit, 18. diſt. propter negligentiam remouendam, c. volumus, diſt. 89. propter neceſsitatem tollendam, cap. quod pro, 1. q. 7. vnde collectæ impoſitæ tempore neceſsitatis, ea ceſſante ceſſare debent, l. vnic. in princip. C. de caduc. tollend. fiunt etiam leges ad maius malum vitandum, cap. 1. & 2. diſtin. 13. & ad maius bonum adipiſcendum, cap. duæ ſunt, 19. q. 2.

*Quibus de cauſis leges fiant.*

A ad vitãdam oppreſsionem, ca. prædicator, 16. qu. 1. ad ſubiectionem ſeruandam, cap. eſt ſubiectus 95. diſt. Lucas de Penna, l. vt agendi, C. de curſu publ. lib. 12. ad appetitum noxium ſub regula limitandum, in proœmio decretalium verſ. ideóque: ad occurrendum laboribus, & expenſis partium, cap. finem, de dolo: ad vitãdam diſcordiam, & obuiandum fraudibus, cap. nonnulli, de reſcriptis, c. quia propter, de electione: vide Hoſtienſ. in ſumma de conſtitutionib. §. quæ eſt cauſa conſtitutionum promulgandi, vbi ſeptem cauſas ponit leges, & cõſtitutiones faciendi, & promulgãdi, quas tranſ ſcribit Sebaſtianus Medicis, reper. cap. erit autem lex, 4. diſt. num. 5. ſed reducuntur ad eas, quas po-
B ſuit Rebuffus, ſolùm additur ad compaſsionem, & conſolationem oppreſſorum, c. quoniam, punct. 1. quæſt. 2. vt mota negotia terminentur, authent. vt factæ nouæ conſtitutiones, in principio collat. 5. vt metu pœnæ, & ſpe præmij mali fiant boni, & boni meliores, l. 1. ff. de iuſtitia & iure, nu. autem 4. Sebaſtianus Medicis adduxerat Durandum tractatu ſuo de legibus, probantem eſſe neceſſarias, vt prætextu ignorantiæ nullus ſe poſſet excuſare in delictis contra legem naturæ, & vt ligentur homines etiam ſub pœnis ad ea, quæ communi bono prodeſſe poſſunt. Ioſephus Stephanus de vnica relig. cap. 2. laudat dictum Ciceronis lib. de legib. *ſalus noſtra ſalus legum eſto.*

C Argumenta contra legum neceſsitatem adducta, ſolùm probant, leges non ſufficere ſine bonis magiſtratibus: vnde Ariſtot. 2. polit. ca. 7. de Ephoris ſupremis Lacedemoniorum magiſtratibus ait, *Melius fore non ſecundùm propriam mentem eos iudicare; ſed ſecundùm literas, & leges* & lib. 3. cap. 12. *melius eſt, vt lex dominetur, quàm aliquis ciuium:* & infrà, *qui legem præeſſe iubent, videntur iubere, Deum, & leges præeſſe: qui autem hominem iubet præeſſe, adiungit & beſtiam: libido quippe talis eſt, atque obliquos agit etiam viros optimos, qui ſunt in poteſtate: ex quo mens abſque appetitu lex eſt:* & lib. 4. cap. 4. *vbi leges non praualent non eſt Reſp. nam lex dominari omnibus debet: in particularibus autem magiſtratus:* & Plato lib.
D 16. qui eſt ciuilis, vel de regno, ait, *dominatio bonis coniuncta legibus, lex illarum optima eſt: legum expers dura eſt, & ſubiectis omnium onerosiſſima,* vnde B. Bened. in regula iubet, Abbatem cum conſilio, & timore Dei, & obſeruatione Regulæ omnia facere.

*Leges non ſufficiunt ſine bonis magiſtratibus.*

---

## SECTIO III.

*An multitudo legum humanarum expediens ſit.*

RESPONDEO negatiuè cum Azor tomo 1. lib. 5. quæſt. 7. ex Iſocrate in Areopagitico. Ratio eſt, quia quando plurimæ leges ſunt, facilè igno- 9
E rãtur, obliuioni traduntur, vel etiam ſcienter violantur, eò quòd ciues ægrè poſſunt tot onera, & tam grauia ferre: vt de antiqua lege, quæ multa continebat præcepta, Petrus Act. 15. dixit, *quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec patres noſtri, nec nos portare potuimus?* Multitudo legum, & multorum peccatorũ ſigna ſunt, & cauſæ, ſeu occaſiones. Vnde Thucydides apud Stobæum, ſerm. 41. de Rep. *vbi plurimæ leges, & medicamenta forent, ibi morborum & iniuſtitiæ, ac criminum plurimum eſſe dixit.* Et Iſocrates in Areopagitico, multitudinem legum dixit eſſe

*Multitudo legum non expedit reip.*



Digitized by Google

*Multitudo legum ſignū eſt multitudinis peccatorum.*

*ſignum multitudinis peccatorum, eò quòd dum delicta legibus quaſi aggeribus coërcere nitimur, leges cumulantur,* & adiecit, *non ſunt legibus porticus implendæ; ſed ciuium animi iuſtitia & veritate imbuendi: homines bene inſtituti paucis legibus facilè diriguntur, improbi omnes leges facilè contemnunt: bonis pauca leges ſufficiunt, innumeræ malis ſatis non ſunt.* Strabo lib. 6. geograph. ait boni legumlatores ſunt, non qui omnia accuſatorum acta cauerint; ſed qui in ſimpliciter latis perſiſtunt: rectè quidem Tertullian. cenſebat ſqualentem legum ſyluam, principum conſtitutionibus tamquam ſecuribus eſſe truncādam. Viues lib. 7. de cauſis corruptarum artium, docet, leges paucas eſſe debere: nam ſi multæ ſunt, euitari non magis poteſt crimen, quàm caſus, ſi multis locis tendantur retia ambulantibus: inſidiæ ſunt tot leges, non conditio viuēdi, &c. Georgius Cedrenus in compendio hiſtoriarum ait, *Baſilius Imperator videns ciuiles leges multùm habere cōfuſionis, atque obſcuritatis, operam dedit, vt his conuenientem faceret medicinam: itaque abrogare inutiles, iiſque amputatis, multitudinem bonarum expurgare intendit, ſed mors eius hoc inſtitutum intercepit. Res à Leone eius filio deinde perfecta eſt.* Idem eiſdem ferè verbis refert Ioan. Curopalates in hiſtoria, addēs, *dabit operam optimus princeps, non vt multas condat leges; ſed, vt quam optimas, maximeq; Reip. ſalutares: nam bene inſtituta ciuitati ſub bono principe & integris magiſtratibus pauca leges ſufficiūt.* Demoſthenes aduerſus Leptinem, paucas & perſpicuas leges eſſe ſuadet; & inter alia inquit, *non erit tanta multitudo legum, ſi leges ſuperflua reiiciantur, & qua barbara sūt & incommoda, abrogentur, & qua in deſuetudinē abierunt, ex libris gentium tollantur: & pauca admodum, ac de grauioribus dumtaxat, leges noua ferantur,* Suetonius in Iulio Cæſa. cap. 44. *ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immenſa diffuſaq; legum copia optima quaq;, & neceſſaria, in pauciſſimos transferre libros deſtinabat.* Plato etiam leges voluit eſſe quàm pauciſſimas: nam ſi ſuo iure fungantur magiſtratus, nihil eſſe opus multiplici lege putauit: vbi verò eorum improbitate aliò detorquentur, ex legum multitudine perniciem afferri dicebat, vt refert Rebuffus ſupra num. 15.

*Leges pauca & perſpicua eſſe debent.*

10 *Obiectio.* Oppones tamen, legem Iudæis latā multa præcepta continuiſſe; vnde Oſeæ 8. *ſcribam eis multiplices leges meas,* & refertur ca. ſcribā, de præſumpt. Ergo expediēs eſt multas leges ferre, & ita videmus, in regnis Hiſpaniæ, & aliis multas leges eſſe, & leges imperij, ſeu iuris communis innumeras eſſe; nec mirum, quia innumeris delictis, & fraudibus occurrendum eſt: ad quod multitudo legum inuēta eſt, vt ex Thucydide, & Iſocrate retulimus: cui cōſonat Plato dicens, quibus leges adſunt plurimæ, & item pœnæ plurimæ, iis & viuendi ritus deprauatos eſſe, ſicut quibus plures adſunt medici, iis & ægritudines permultas eſſe, probabile eſt. Malè facerent principes, ſi ſuborto malo per leges remedium non adhiberent; ſicut apud Indos morte plectebatur, qui aliquid pernicioſi inueniſſet, niſi protinus remedio ſuccurreret, teſte Alexādro lib. 6. genialium cap. 14.

*Solutio.* Reſpondeo, non negamus, multitudinem legū aliquādo eſſe neceſſariam propter improbitatem hominum: ideo tunc non eſſe omittēdam, quamuis aliqua afferret incommoda: ſed puniendi grauiter eſſent, qui nouæ legis condendæ cauſſam darent, ſicut apud Æginetas cautum fuit, eiuſmodi inuiſos hominibus & execrabiles fieri, teſte Alexandro ſupra, & Rebuffo, gloſſ. citata num. 15.

Item ſine neceſſitate multiplicandæ leges non eſſent: quia laquei ſunt & occaſiones delinquēdi: ſed neceſſe fuit, Iudaicum populum tot præceptis onerare, vt rudis, ac peruicax populus hoc pacto magis conſtringeretur, vt ait Pariſienſis lib. de fide & legibus cap. 1. & vt eidem populo tot intento cæremoniis, non vacaret alios libros, doctrināmve cōſulere, qua abriperetur ad idololatriam: & vt magis conſtaret humanarum virium imbecillitas, & gratiæ, ac Chriſti neceſſitas, Auguſt. epi. 44. & lib. de ſpir. & lit. cap. 13. & vt iis tamquam variis lineamentis, picturiſque lex Euangelica adumbraretur, ac præfiguraretur, vide Lorinum Act. 15. verſ. 10. 11

*Leges ſine neceſſitate multiplicanda nō ſunt.*

Præcepta illa ſecundùm Abulenſē Ruth. 1. qu. 24. erant. 613. affirmantia 218. negantia 365. Idem Pariſienſis ſuprà, & Galatinus lib. 11. cap. 4. part. 1. Burgenſis in ſcrutin. diſt. 8. cap. 9. Rabbi autem Moyſes, vt refert Carthu. Actuum 15. tot fuiſſe, quot oſſa in homine, licèt Lorinus dicat ipſum 3. ductoris dubiò cap. 6. dixiſſe fuiſſe 218. affirmantia ſecundùm numerum membrorum, & 365. negantia ſecūdùm numerum dierum anni. Auguſtinus verò ſerm. 9. de verbis Dom. nominat ſarcinā innumerabilium obſeruationum. Sed de hoc plura dicam diſput. de lege veteri: ſicut autem leges non debent eſſe multæ: ita nec magnæ, ſeu prolixæ: quia libri eas non capiunt, nec legi poſſunt, nec memoria retineri, vnde Alexāder ſuprà dixit, leges, & conſtitutiones breues eſſe debere, veluti monita oraculorum diuinitùs miſſa, vt paucis iubeant, non pluribus diſputent; ſuadeántque magis, quàm comminentur, aut pœnam imponant. Quod vltimum benè confirmat Plato. 9. de legibus dicens, *ſic igitur leges ciuitatibus conſcribantur, vt patris, matriſq; perſonam lator legum penitus gerat, ſcriptamq; charitatis, prudentiaq; virtutem habeat, potiùs quàm Domini, tyranniq; imperium minitantis, & deſcribentis, rationem verò nullam penitus aſſignantis.*

*Præcepta legis tam affirmantia, quam negantia quot fuerint.*

*Leges breues eſſe debent.*

## SECTIO IIII.

*An vltra legem naturalem, & humanam, neceſſaria fuerit lex diuina.*

QVAMVIS hoc magis pertineat ad diſputationes de legibus diuinis, veteri & noua: tamen placuit hîc illud inſerere: quia huius difficultatis reſolutio ex præcedentibus patet. Reſpondeo ergo, quoniam intellectus noſter non illuſtratus lumine fidei, etiam circa veritates naturaliter cognoſcibiles paſſim errat; opus fuit eo lumine maximè, ad cognoſcendum finem ſupernaturalem, & media ad illum: qua cognitione ad multa obligamur, etiam Deo nihil aliud diſponēte, & talis cognitio eſt lex ſimpliciter ſupernaturalis: connaturalis tamen ipſi gratiæ. At verò præter illam valde vtilia fuerunt præcepta quædā poſitiua, præſertim in ordine ad ſupernaturalē finē: quoniam cū humana præcepta, ſiue à prælatis Eccleſiaſticis, ſiue à Principibus ſæcularibus profecta ſint, facilè variari poſſunt, & errorē, aut damnum, vel inutilitatem continere: & ideo Deus legem veterē, & poſteà Euāgelicam tulit, de quarū vtilitate & neceſſitate aliqua habemus Scripturæ & Patrum teſtimonia, vt Pſal. 18. *Lex Domini immaculatam* 12

*Lex diuina quomodo fuerit neceſſaria.*

*maculatam*

Digitized by Google

*maculata, conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.* Prouerb. 6. *Mandatũ lucerna eſt; & lex lux, via vitæ, increpatio diſciplinæ.* Et Antiphanes: *fouentur omnes humanæ leges ab vna diuina, quæ quidẽ tantùm poteſt; quantùm libet & ſufficit omnibus, atque etiam ſuperat,* Chryſoſtomus Pſal. 110. *Mandata Dei facta in veritate; & æquitate: nihil eſt in eis obliquum, nihil contortum, nihil obſcurũ, nihil ad gratiam vllam, aut odium: ſed omnia ad bonũ, & vtilitatem: non ſicut leges hominum, quæ magna ex parte ſunt momentanea, & obſcura, & quæ multa habent ex homine: ex humanis enim perturbationibus multæ ſæpe leges latæ ſunt.*

## SECTIO V.

*Conditiones legis humanæ an rectè ſint ab Iſidoro conſtituta.*

*Legis conditiones ex Iſidoro vnde ſumptæ.*

13 ISIDORVS 2. etym. cap. 10. & lib. 5. cap. 3. vt refertur cap. conſuetudo diſt. 1. ait: *Porrò, ſi ratione lex conſtat, lex erit omne iam, quod ratione conſtiterit, dumtaxat, quod religioni congruat: quod diſciplinæ conueniat: quod ſaluti proficiat:* ſumpſit ex Tertul. de corona milit. cap. 4. dicente. *Porrò ſi lex ratione conſtat, lex erit omne iam, quod ratione conſtiterit, à quocumque productum; an non putas, omni fideli licere concipere, & conſtituere dumtaxat quod Deo congruat: quod diſciplinæ cõducat: quod ſaluti proficiat?* Sed certè Tertullianus non loquitur de lege propria: quia non quilibet etiam fidelis poteſt leges condere: ideò Iſidorus aliquas particulas omiſit: reliquas veræ legi accõmodauit: eſt enim præceptum generale ſuperioris illas conditiones continens. *Religioni congruere:* explicant D. Thomas Conradus & Medina quæſt. 95. art. 3. eſſe conſentaneam legi diuinæ: vt enim ait Auguſtinus epiſt. 3. ad Voluſianum, *Non conditur, & cuſtoditur optimè ciuitas, niſi fundamento, & vinculo fidei, firmæq́ concordiæ, cùm bonum cõmune diligitur: quod ſummum, ac veriſſimum Deus eſt: atque in eo ipſo ſynceriſſimè ſe diligunt homines, cùm propter illum ſe diligunt, cui quo animo ſe diligunt, occultare non poſſunt,* & 3. contra Creſcon. cap. 51. *Reges Deo ſeruiunt in quantum reges ſunt: ſi in ſuo regno mala prohibeant, non ſolùm quæ pertinent ad ſocietatem humanam: verùm etiam quæ ad Religionem diuinam,* & Plato 1. de legib. *oportet, vt legumlator & ipſe hunc ordinem ſequatur, & mandet omnibus, vt ſemper ad hæc ipſa reſpicientes in ſingulis operentur: humana enim & diuina ad mentem principem referenda: humanæ diſciplinæ conuenientem:* exponunt D. Thomas & alij citati, id eſt, legi naturæ, ſed Tertullianus nomine diſciplinæ traditionem non ſcriptam, conſuetudinem, & obſeruationem Eccleſiaſticam intellexit, vt patet illo libro de corona milit. cap. 3. & 4. & conſonat Cyprianus (Auguſtinus, aut quicumque fecerit) libro de 12. abuſionibus, qui inter horum opera refertur, vbi cap. 11. diſciplinam definit, vt ſit *morum ordinata correctio, & maiorum præcedentium regularum obſeruatio:* & Plato dialogo 2. de legibus dicens, *Ipſam verò dicentem circa voluptates, & dolores aſſuetudinem, per quam ab initio vſque ad extremum vitæ, homines oderint, quæ odiſſe oportet, & ament, quæ amanda ſunt, ſi per ſeipſam ſeorſum ratione conſideratam, diſciplinam vocaueris, rectè, vt ego arbitror, appellabis.* Sed omiſſo Tertulliano aliqui explicant, legem debere eſſe *diſciplinæ conuenientem,* id eſt, inſtitutioni, & correctioni accommodatam: hæc enim duo diſciplinæ nomine ſignificari conſtat ex Theſauro linguæ Latinæ, & Nizolij obſeruationibus in Ciceronẽ, & ex interpretibus illius loci: Pſalm. 2. *Apprehendite diſciplinam* & Prouerb. 1. *Ad ſciendam ſapientiam, & diſciplinam,* & ibidem *audi fili mi, diſciplinam Patris tui:* & cap. 22. *ſtultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam,* & cap. 23. *noli ſubtrahere à puero diſciplinam:* quod autem lex debeat eſſe accommodata inſtitutioni, & correctioni, ac proinde conditioni populi, eleganter docet Nazianzenus oratione 1. Et alioqui non erit ſuauis, & grata ciuibus: quod tamen in lege requirit Plato dialogo 3. de legibus dicens, *Legiſlatoribus multi præcipiunt, vt leges huiuſmodi ferant, quales multitudo, & populus libenter ſuſcipiunt, perinde ac ſi quis gymnaſij magiſtris, medicisve præciperet, vt cum voluptate corporea curent, eiſq́ iucundè medeantur.* Imò & Iudices debere eſſe ſuaues, præcipit Martianus l. reſpiciendum, alias perſpiciendum. ff. de pœnis dicens, *perſpiciendum eſt iudicanti, nequid, aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa rei poſſit: nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed propenſo iudicio, prout quæq́ res expoſtulat, ſtatuendum eſt.* Planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent: in grauioribus pœnis ſeueritatẽ legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi: vnde de Dracone legumlatore olim dicebatur, quòd leges illius non hominis eſſent, ſed draconis: erant enim duræ, ob magnitudinem pœnarum, vt refert Ariſt. 2. polit. cap. 10. & 2. Rhet. 2. ad Theodectem cap. 23. *Saluti ciuium proficere:* quod etiam de ſalute ſpirituali & æterna interpretari poſſumus: cum Turrecremata cap. conſuetudo, §. ad 4. diſt. 1. de qua ſalute Eccleſ. 30. verſ. 15. *Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ:* vbi iuſtitiæ nomine omnem virtutem comprehendi, notant Lyra, & alij, vnde Ammianus Marcellinus lib. 25. ait, *Nihil aliud imperium ſapientes definiunt, niſi curam ſalutis alienæ,* & lib. 30. *finis iuſti imperij, vt ſapiẽtes docent, vtilitas obedientium æſtimatur, & ſalus,* & Tyberius Nero, auctore Suetonio in eius vita, ca. 29. ad ſenatum dicebat, *bonum & ſalutarem Principem ſenatui ſeruire debere, & vniuerſis ciuibus, ſæpe & plerumque ſingulis:* & Conſtantinus Imperator apud Ammianum Marcellinum lib. 14. ad exercitum, pro concione dixit: *Imperator, cum æquus omnibus, aliena eſt cuſtos ſalutis, &c.* & Iuſtinianus l. vnic. §. hęc autẽ, C. de caduc. tollen. *quod cõmuniter,* inquit, *omnibus prodeſt, hoc nec priuatæ noſtræ vtilitati præferendum eſſe cenſemus: noſtrum eſſe proprium ſubditorum commodum imperialiter exiſtimantes,* & Polipides apud Plutarch. in eius vita ad vxorem, vt ſeipſum ſeruaret, admonentem, reſpondit: *id fœminis ſemper, & ſæpe ſuggerendum eſt: Imperatoribus verò, vt alios ſeruent:* & Philippus Beroaldus ad ca. 1. lib. 10. Suetonij de Veſpaſiano, *nihil profectò,* ait, *ſalubrius bono Principe, qui inſtar boni paſtoris greges ſuos non emaciat, ſed optimat:* ſanè Princeps, vt Medicus, ſaluti ciuium debet conſulere, & qui non poteſt eſſe Medicus, non debet eſſe Princeps: vnde Iſaiæ 3. *Non ſum Medicus, &c. Nolite me conſtituere Principem populi:* pro Medico Symmachus, & 70. tranſtulere *Principem,* vt ibi Hieronymus teſtatur: Chaldæus verò, *Non ſum ſufficiens, vt ſim Princeps:* & interlinearis, & Lyranus, & Hieronymus ibi & Rupertus 1. de Trinit. cap. 12. verba illa, *non ſum Medicus,* interpretantur, non eſt mihi facultas, vt me-

*Ciuitas quomodo optimè gubernetur.*

*Diſciplina quid ſit.*

*Clemẽtia iudices inuigilare debent.*

*Leges Draconis olim duræ fuerunt.*

*Bonus princeps Senatui ſeruire debet, & populo.*

*Qui l ſit apud Iſaiam non ſum medicus.*

deri poſſim, miſeriis veſtris, & vos ex præſenti eripere calamitate, vnde falsò Valleſius auctor lib. ſacræ Philoſo. cap. 74. exponit, vt ex medicinæ profeſſoribus olim aſſumerentur Principes, & Reges: Prudentius etiam 1. lib. contra Symmachum, medicinæ arte vſum fuiſſe Theodoſium Imperatorem ait, cùm idololatriam ab vrbe expulit: & Iuſtinianus authent. de ſamaritis in præfatione collat. 9. nullum, ait, ita magnum ſubiectorum noſtrorum delictum eſt: quod non noſtra clementia medeatur, & Philo lib. de Ioſeph. *Medicis*, inquit, *ſimiles ſunt in ciuitate leges & magiſtratus legitimi, Senatores, Iudiceſq́; prouidentes communi ſaluti, ac ſecuritati, quibus adulator non facilè palpat, &c.* quæ fusè proſequitur Philo. Vnde l. per hanc. C. de aduocatis diuerſorum iudicum, imperialia conſulta diſpoſita ſalutaria appellantur, & l. conſenſu, in princip. C. de repudiis, & l. præcipimus, §. huic ſaluberrimæ, C. de appellationib. *Lex ſaluberrima dicitur*, & l. omnes. C. de appellationib. *ſalubritas legis*, & l. ſi quis homicidij, C. de accuſationibus, & l. omnes, C. ad legem Iuliam, de vi publica, *quod lege ſtatutum eſt, ſalubriter præceptum eſſe* dicitur, quod etiam affirmat Modeſtinus l. nam nulla. ff.

*Medicis ſimiles ſunt in ciuitate magiſtratus optimi.*

14 de legib. Iſidor. 2. etym. cap. 10. & lib. 5. cap. 21. & refertur cap. erit autem lex, diſt. 4. legis qualitates, ſeu conditiones ita deſcribit. *Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundùm naturam, ſecundùm conſuetudinem patriæ, loco & tempori conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta:* has qualitates D. Thomas & eius ſectatores, ad tres prædictas reuocant. Ad primam reducunt honeſtatem legis: nam honeſtum cum religione pugnare nequit. Ad ſecundam verò, poſſibilitatem ſecundùm naturam, & conſuetudinem patriæ, &c. hoc enim poſtulat humana diſciplina, vt lex ſit accommodata ciuibus. Ad tertiam reducunt cæteras conditiones, quas præſcribit Iſidorus: ſalus enim Reip. in eo ſita eſt, vt quę ſibi conueniunt, conſequatur, remotis malis, & cautione adhibita, ne mala, quæ impedire poſſunt, obueniant. Cætera quæ Iſidorus in lege deſiderat, ad bonum commune, qui finis eſt legis, referunt D. Thomas & eius diſcipuli. Vazquez aliter Iſidorum interpretatur, ita vt quęlibet particula aliquid addat, quod in præcedenti non ſit explicatum: honeſta eſſe debet, id eſt, non præcipere, quod ex natura ſua malum ſit, ſed honeſtum, vel ad honeſtatem cõducens: iuſta, id eſt, æqualitatem erga omnes ciues, de quibus ſit eadem ratio, ſeruans. Poſſibilis ſecundùm naturam, & cõſuetudinem, &c. quia quomodocũque lex ſit impoſſibilis, non erit lex, quæ latiùs proſequitur Vazquez, vt in eo videre licet, & ex parte ei cõſonat Turrecremata ca. erit autem lex, §. ad 1. diſt. 4.

*Legis qualitates & conditiones quales ſint.*

Alij Iſidorum interpretantur, vt diuerſa qualitas legis ſit eſſe poſſibilem, eſſe ſecundùm naturam, eſſe ſecundùm conſuetudinem patriæ: tum quia ita colligitur ex D. Thoma ſuprà: tum quia codices Iſidori correcti à viris doctiſſimis iuſſu Philippi II. Hiſpaniarum regis, legunt, poſſibilis, ſecundùm naturam, ſecundùm conſuetudinem, itaque diſiungunt poſsibilitatem à reliquis: vult ergo Iſidorus legem debere eſſe abſolutè poſſibilem: item conſentaneã naturæ cuiuſque: alia enim pueris, alia fœminis, alia viris ſępe ſunt pręcipienda. Item conſentaneam conſuetudini patriæ: nam conſuetudo eſt altera natura: vnde eam mutare eſſet valde difficile, & ideò, ſi bona ſit cõſuetudo, melius erit illam permittere, vt quòd nobiles non exerceant agriculturã, &c. Illas omnes cõditiones Vazquez cenſet eſſe ſimpliciter neceſſarias ad eſſentiam legis præter perſpicuitatem, quam tamen alij cenſent eſſe omninò neceſſariam. Primò, quia ita docet Turrecremata ſuprà: ſecundò, quia lex eſt lux, & regula actionum humanarum: quod non erit, ſi obſcura fuerit. Tertiò, quia ſi non conſtat liquidò quid lege iubeatur, ex arbitrio iudicis pendebit, in hanc, vel illam interpretationem declinare, & ſic non habebit vim cogentem. Quartò, ex ambiguitate orientur lites, quæ Remp. vexent: ergo lex non erit vtilis Reip. ac proinde nec lex, ſed de hoc dixi, diſp. 1. ſect. 10.

*Lex poſſibilis quomodo intelligatur.*

---

## SECTIO VI.

### *An lex humana rectè diuidatur in ius gentium, & ciuile.*

ISIDORVS 5. etymol. ius, vt legem ſignificat, partitur in naturale, 15
gentium, & ciuile: & refertur à Gratiano cap. ius autem diſt. 1. poſteà verò Iſidorus aliàs conſtituit humani iuris ſpecies cap. 7. ius militare. 8. ius publicum. 9. ius Quiritum, hoc eſt, Romanorum. 10. legem ſeu populi conſtitutionem. 11. plebiſcita, 12. ſenatuſconſulta. 13. edicta. 14. reſponſa prudentum. 15. leges Conſulares, & Tribunitias: quorum omnium explicatio videri poteſt apud Iſidorũ ibi, & Gratianum. d. 1. & 2. D. Thomã hac quęſt. 95. art. 4. Solùm eſt modò difficultas de diuiſione ab Iſidoro facta iuris humani in ius gentium, & ciuile, de qua diuiſione latè egi diſp. 2. ſect. 2. & ſequentibus: ideò nunc breuiter diſſeram.

*Ius diuiditur in naturale, gentium, & ciuile.*

Franciſcus Conanus. 1. commentariorum iuris cap. 6. nu. 2. 3. & 4. & cap. 5. num. 3. & 5. ius diuidit in naturale, & ciuile: & ſub naturali ius gentium comprehendit.

Probat ex Ariſt. 5. ethic cap. 7. ius ciuile diuidente in naturale, & legitimum, vbi nomine iuris ciuilis Ariſt. intelligit, quo ciuitates vtuntur: vt obſeruat Conanus ſuprà, & Molina tract. 1. de iuſt. diſput. 3. ex Cicerone 3. de natura Deorum, vbi ius naturale, & gentium quaſi ciuile vocauit, & 3. de officiis, omne ius gentium ait ciuile dici; non autẽ omne ciuile, gentium: per legitimam autem, ait Conanus intelligi ab Ariſtotele ciuile præſsè ſũptum: cùm ergo ius gentium, non ſit ciuile preſsè ſumptum, erit naturale: quod etiam colligitur ex Caïo. l. ius pluribus. ff. de iuſti. & iure: vbi ait, *quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius propriũ ciuitatis eſt, vocaturq́; ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis: quod verò naturalis ratio inter omnes homines cõſtituit, id apud omnes peraquè cuſtoditur, vocaturq́; ius gentium, &c.* Et Turrecremata cap. ius gẽtium art. 1. ad 2. arg. ait, *ius gentium eſſe ius naturale:* idem docuit Cuiacius l. 1. ff. de pactis. Ad quod adducitur Vlpianus l. iuris gentium. ff. de pactis, vbi pactorum vim reducit ad ius gentium, quæ tamẽ vis à iure naturæ eſt, & Paulus l. cùm ampliùs ff. de reg. iur. vbi inquit, *is natura debet, quem iure gentiũ dare oportet*: Et Cicero 3. de offici. vbi ait, *nec hoc ſolum natura, id eſt, iure gentium, ſed etiam legibus populorum, quibus in ſingulis ciuitatibus Reſp. continentur, eodem modo conſtitutum eſt, vt nõ liceat ſui cõmodi cauſa nocere alteri*, & eodem lib. *Atque hoc multò magis exigit ipſa natura ratio, quæ eſt lex diuina, & humana,*

*Ius ciuile ab Ariſtotele in naturale & legitimũ quomodo diuidatur.*

Digitized by Google

*humana,cui parere qui velit ( omnes autem parebunt qui ſecundum naturam volent viuere ) numquam committet,vt alienum appetat.*

*Ius gentium à iure naturæ qui diſtinguunt.*

Alij tenent, ius gentium humanum eſſe, id eſt, poteſtate humana conſtitutum , & à iure naturæ diſtingui. D.Thomas quæſt. 95. art. 4. vbi Conradus & Medina,& 2.2.quæſt.57.art.3.Sotus 1. iuſt. qu.5.ar.4.Molina tract.1.de iuſt.diſp.4.& 5. Valētia 1.2.diſp.7.qu.5.pu.2.Bartolus & alij l. 1.§.huius ſtudij ff.de iuſtit.& iure,Couarruuias reg.peccatum p.2.§.11.nu.3.&4.Ottomanus §.fin.inſt. de iuſti.& iure,& toto titulo de iure naturali,gentiū, & ciuili, Præpoſitus ad cap.ius gentium.nu.9.d.1. Nauarrus ad cap.ita quorumdam,de Iudæis,gloſſ. penult.n.7.Turrecremata ca.ius autem d. 1. ſumitur exVlpiano l. 1.§.huius ſtudij,& §.ius gentium, & l.ius ciuile ff.de iuſt.& iur.Iuſtinianus §. ius autem gentium inſtitu. de iure naturali. Ex quibus ſumpta eſt l.2.tit.1.part.1.Nec obſtat Cicero, aut Iuriſconſulti in contrarium citati ; nam , cùm ius gentium appellant naturale,de primario iure gentium loquuntur, non de ſecundario:hoc enim eſt poſitiuum,quam diuiſionem tradidere Bart.& alij l.ex hoc iure ff.de iuſt.& iure,& l.ſi id quod ff. de condict.indeb. Ottomanus §. ius autem gentium inſtit.de iure nat.& alij apud Pinellum rubrica C. de reſcindenda venditione p.1.ca.1.nu.11.Hoc ſecundarium propriè ius gentium rectè dicit Ottomanus ſuprà: & male hanc diuiſionē eſſe ſine fundamento excogitatam,ait Conanus illo ca.5.nu.7. & alij apud Pinellum ſuprà,numero 12.nam Caius l.1.ff.de acquirendo rer.dom.ait, *& quia antiquius ius gentium cum ipſo genere humano proditum eſt*:ergo ſentit,eſſe aliud ius gentium ſecundarium,ſeu minus antiquum:illud ergo antiquum eſt, quod Iuſtinianus naturale appellauit §. ſingulorum inſti. de rer diuiſ. & malè aliqui putarunt , gentium ius antiquum dictum fuiſſe comparatione ciuilis;maximè cùm ius ciuile priùs fuerit,quàm ius gentiū: prius enim ciuitates ſingulæ aliquid ſtatuerunt, quàm tota hominum collectio.Ius gentium poſitiuum quidam appellant, naturale,ſecundarium, Vide Conanum ſupra ca.6.num. 3. Ex iure autem gentium poſitiuo,imò ex ciuili, naturalis obligatio oritur:quia iure naturali tenemur poſitiuis legibus obedire.

*Ius ciuile prius fuit quā ius gentium.*

16 Quod autem dixit Vlpianus l.1.§. ius gentium ff.de iuſt.& iur.*ius naturæ & gētium diſtinxit, quòd illud ſit commune omnibus animalibus;hoc verò propriū hominum*:ex quo ſumpſit l. 2.ti. 1. par.1. & Turrecremata ca.ius gētium ar.1.ad 2.arg.& ar.5. vbi citat Abbatem Magnum, reiicitur communiter à Theologis & à Conano,ſuprà ca.6.nu.1. quia abſurdum eſt,beſtias hominibus ſocietate iuris coniungere:& quia in brutis propriè nec lex , nec ius reperitur.Sed à nōnullis defēditur dicentibus, Vlpianum ibi nomine iuris, non legem , ſed iuſtum, quod eſt obiectum iuſtitiæ,intellexiſſe:quo pacto hanc vocem ſæpe vſurpari docet Conanus cap.4. nu 7.Couarruuias reg.peccatum part.2.§.11.nu.4. D.Thomas 2.2.qu.57.art.3. Alij verò dicunt , Vlpianum velle, ius naturale ſtrictiſſimè ſumptum, ſeu legem naturalem eſſe,quæ reſpicit id,quod eſt commune homini cum brutis ; ius verò gentium ſtriſſimè ſumptum,eſſe quod reſpicit ea,quæ ſunt propria hominis: ius verò gentium propriè ſum-

*Beſtiæ nullo communi iure cum hominibus ſociantur.*

A ptum,pro conſtitutione ſcilicet,quæ à toto genere humano, quaſi ab vna ciuitate manauerit. Sotus 1.iuſt. quæſt.5 art.4. putat conſiſtere in legibus,quæ humana ratiocinatione ex primis principiis deducuntur.Sed fallitur: quia hæ quoque naturales ſunt.Ius autem gentium eſt poſitiuum : & alioqui præcepta decalogi non erunt iuris naturalis,ſed gentium : quod eſt contra ipſum Sotum 3. iuſt.qu.1. art.3. ad 1.Ius igitur naturæ eſt,quod ſine vlla poſitiua conſtitutione obligat : ius autem gentium, quod humana conſtitutione obligat, vt & ciuile: quod & gentium ſub legitimo à naturali diſtincto comprehendit Ariſt 5.ethi. cap.7.

*Ius naturæ & gentium quid ſint.*

B Vndè rectè Iſidorus 5. ethym. cap.4.dixit , *ius naturæ eſſe,quod inſtinctu naturæ,non conſtitutione aliqua habeatur.*Et Paul.l.ius pluribus ff.de iuſt.& iu. *quod ſemper æquum, ac bonum eſt.* Subiungit autem, *ciuile eſſe quod omnibus,aut pluribus,in quacumque ciuitate vtile eſt :* vbi aliqui putant , ciuile ſumptum fuiſſe latè,vt ius gētium complectitur: ego autem puto,preſsè ſumptum,vt l.omnes populi.ff. de iuſtitia & iur.

Falsò igitur Conanus ſuprà , ius gentium ſub naturali comprehendit:qui etiam illo ca.6. nu.10. falsò dixit ; *Natura illa prima,& ſimplex, nec legitimas nuptias viderat,nec certos liberos : ſed tunc demum cum ſocietatibus homines cœperūt implicari.*Hæc enim verba,quæ ferè omnia ex Cicerone 1.de inuentio-

*Ab initio certæ nuptiæ, & certi liberi fuerunt.*

C ne,eius nomine ſuppreſſo,deprompſit, apertè pugnant cum verbis Chriſti Matth. 19. *numquam legiſtis: quia qui fecit hominem ab initio , maſculum & fœminam fecit eos,& dixit : propter hoc dimittet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori ſuæ , & erunt duo in carne vna?* quod de legitimo matrimonio pronunciatum dicit Trid. ſeſ.24. in doctr.de matrim. Pugnant etiam verba Conani cum illis Geneſ. 3. *quia audiſti vocem vxoris tuæ,*& cap.4. *Adam cognouit vxorem ſuam Euam,& peperit Caim* , & infrà,*peperit fratrem eius Abel.* Ecce legitimas nuptias & certos liberos : temerè ergo Conanus ſuprà cum Paulo Caſtro,legitimas nuptias iuri gentium , & non naturali aſcribit : quia ab initio

D non fuerint nuptiæ legitimæ.

Falsò etiam Ioan. Oroſcius Paulū Caſtrēſem, & alios ſuppreſsis nominibus recenſens, ad l. ex hoc iure nu. 18. & 19. ff. de iuſt. & iure , ius gentium putat eſſe decalogo antiquius, quod de præcepto non furandi probat : quia dominia rerum iure gentium ſunt introducta , vt conſtat l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure : ſed contrà,quia lex naturæ antiquior eſt iure gentium: præceptum autem nō furandi, eſt præceptum naturę l. 1.ff. de furtis, & idem eſt de alijs præceptis decalogi : ergo. Confirmatur, quia ſi ius gentium fuit antiquius decalogo: ergo eo vigente, & non decalogo poſito,licitū eſſet furari,occidere & c. quod eſt abſurdum:

*Ius gentium non fuit decalogo antiquius.*

E ergo antequam ius gentium eſſet, & rerum diuiſionem introduceret,ius naturæ præcepit,vt facta aliquando rerum diuiſione , nemo furaretur : & generatim,quoties iniuſtè agimus, nō ſolùm violamus vnū ex 6. vltimis decalogi præceptis, teſte D.Thoma 2.2. q. 122. a. 6. ſed etiam legem naturæ in illis contentam,vnde Cicero 3. de offic. nu. 10. communis vtilitatis derelictionem contra naturam eſſe probat : quia iniuſta eſt : cenſet ergo omne iniuſtum contra legem naturalem eſſe.

DISPV

# DISPVTATIO SEPTIMA DE POTESTATE CONDENDI LEGES CIVILES.

## SECTIO PRIMA.

*Vtrùm poteſtas ciuilis, & politica ad ferendas leges, & ad alia huiuſmodi licita, admittendáque inter Chriſtianos ſit.*

*Nulli Principi obtemperãdum eſſe, ſed ſoli Deo, qui dixerunt.*

1 QVIDAM ex Hieronymo ad Titum 3. in principio referunt, Iudam Galilæum natione, profeſſione autem Phariſæum, docuiſſe, nulli principi, vel magiſtratui humano obtemperandum eſſe: ſed ſoli Deo. Cæterùm Hieronymus nõ hoc dicit eum docuiſſe: ſed nullum pręter Deúm debere Dominum dici, & nulli tributa eſſe reddenda: quod tamen de alienigenis comparatione populi Iſraëlitici Iudas intelligebat, vt colligitur ex ipſomet Hieronymo ibi, & clariùs epiſ. 146. & Tertulliano lib. de pudicitia cap. 9. docentibus, fundamentum illius, & aliorum, qui de ſecta Galilæorum erant, fuiſſe id Deut. 6. num. 13. *non erit vectigal pendens ex filiis Iſraël.* Quod tamen nunc in nulla editione extat, ſi credimus Lorino Act. 5. nu. 37. vbi huius Iudę, & ſeditionis ab eo excitatæ mentio fit, quis autem iſte Iudas fuerit, vide apud Lorinũ ibi, & Ioſeph. 18. Antiquit. cap. 1. & ſeq. & lib. 7. de bello Iudaico cap. 28. & 29. Ait autem Hieronymus ad Titum 3. *Quoniam adhuc ex hac Galilæorum ſecta multi erant,* dixiſſe eò loco Paulum, *admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe,* & Rom. 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus, &c.* Ideò etiam Chriſtum priùs interrogatum fuiſſe, *an liceret cenſum dari Cæſari,* Matth. 22. Clemens etiam 3. Stromatum, ait, *Iudæum quemdam, etiam tempore Chriſti, voluiſſe illũ errorem ſuadere: quem ab aliis deinde pſeudo-Apoſtolis fuiſſe receptum,* colligunt aliqui ex Paulo monente, *ne libertatem ſpiritus in libertatem carnis transferamus.* Et Petr. epiſt. 2. cap. 2. dixiſſe, *de his videtur reſeruatos fuiſſe in iudicium cruciandos, quòd dominationem ſpernerent.* Alium errorem refert Cardinalis Bellarminus tom. 1. lib. 3. de laicis cap. 2. Anabaptiſtarum & Trinitariorum, qui hoc tempore tenuerunt, non licere Chriſtianis gerere magiſtratus, nec debere eſſe vllo modo inter Chriſtianos prætoria, tribunalia, iudicia, ius gladij, &c. Miniſtri qui in Tranſyluania trinitatem, incarnationẽ, & baptiſmum paruulorum negauerunt, ediderunt anno 1568. Albę Iuliæ, Antitheſes Chriſti veri, & falſi: quarum ſeptima eſt, Chriſtum falſum habere in ſua Eccleſia Reges, Principes, Magiſtratus, gladios: Chriſtum verum nihil tale in ſua Eccleſia pati poſſe.

*Iudas Galilæus auctor ſectæ Galilæorũ quis fuerit.*

Pro vtroque errore argumentor 1. ex Matth. 17. A *Reges gentium à quibus accipiunt tributa?* & reſpondente Petro, *ab alienis,* intulit Chriſtus, *Ergo liberi ſunt filij:* vbi Hieronymus: *ille,* inquit, *pro nobis crucem ſuſtinuit & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quaſi filij regis à vectigalibus immunes ſumus:* item Lucæ 22. *Reges gentium dominantur eorum: non ſic erit inter vos.* Rom. 13. *nemini quicquam debeatis, niſi, vt inuicem diligatis.* 1. Cor. 7. *pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum* 2. Cor. 8. *vnus Dominus Ieſus Chriſtus.* Epheſ. 4. *vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, &c.* & in Symbolo Niceno & Conſtantinopolitano, *& in* B *vnum Dominum, &c.* & Geneſ. 1. non dicitur, *faciamus hominem ad imaginem, &c.* vt pręſit hominibus, ſed, *vt præſit omnibus volatilibus, &c.* nec dominamini hominibus, *ſed piſcibus maris, &c.* quod expendens Auguſt. 9. ciuit. cap. 15. ait, *rationabilem animum factum ad imaginem ſuam, noluit Deus niſi irrationabilibus dominari: inde primi iuſti paſtores magis pecorum, quàm reges hominum conſtituti ſunt:* & Greg. 21. moral. cap. 11. & 2. part. paſtoralis cap. 6. ex peccato proceſſiſſe putat, quòd homines hominibus dominarẽtur: ergo videtur id eſſe malum, & contra ordinem naturæ, quæ homines fecit liberos, non ſolùm à poteſtate deſpotica; ſed etiam politica: imò ſubiectio œconomica, qua mulier ſubiicitur C viro, ex peccato orta eſt: Geneſ. 3. *ſub viri poteſtate eris,* nedum politica, & ciuilis: vnde non eſt à Deo introducta: ſed ab hominibus tyrãnicè vſurpata. Primus qui condidit ciuitatem, & inchoauit regnum politicum, fuit Cain, vt ex Geneſ. 4. deducit Aug. 15. ciuit. cap. 1. poſt diluuium primus fuit Nembrot. Gen. 10. Quis autem fecit illum regem? Quis Nabuchodonoſor? Quis Ninum? Quis Alexandrum? Quis Iulium Cæſarem? Quis alios? hinc laudatur ille pyrata, qui reſpõdit Alexandro. *Ego, qui cum paruo ligno diſcurro, pyrata dicor: tu, qui cum magna claſſe orbem terrarum ſpolias, Imperator diceris,* vt ex Cicerone 3. de Republ. docet Auguſt. 4. ciuit. cap. 4.

*Primi iuſti paſtorum pecudum, non reges populorũ fuerunt.*

*Cain primus qui inchoauit regnũ, & poſt diluuium Nẽbrot.*

D Secundò, quia inter Angelos dum fuerunt in via, nullus fuit Rex, cui cæteri tenerentur obedire: idémque eſſet ſi via amplius duraret, & in ſtatu puræ naturę: ita etiam fuit, & fuiſſet ſemper, ſi duraret ſtatus innocentiæ: & ſic eſt in cœlo, omnes enim beati ſubiacent ſoli Deo: ergo ſimiliter in Eccleſia militante, quæ triumphantem imitari debet, nullus debet eſſe Rex, præter Deum, ſed iudices tantùm: poſteà verò iratus conceſſit Deus eis Regem, quem non concederet placatus, vt patet 1. Reg. 8. vbi ſtultam eſſe petitionem regis oſtendit Deus, incommoda regiæ poteſtatis oſtendens, & dicens: *hoc erit ius regis, qui regnaturus eſt* E *in vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, &c.* De quo loco latè Azor tom. 2. & licet magiſtratibus

*Nullus fuit rex inter Angelos, cum eſſent in via.*

Digitized by Google

ſtratibus ciuilis permiſſus fuerit Iudæis propter imperfectionem temporis; erant enim pueri, & ideò regi debebant ab aliis, Gal. 4. at nos viri ſumus perfecti, *& vnctio docet nos de omnibus*, 1. Ioan. 2. & quamuis deberemus habere magiſtratus ciuiles, meliùs videtur regimē multitudinis, vel optimatum, quàm regale, ſeu principis vnius: nam vnus facilè abutitur, & abuti ſolet potentia, & ſic non ſolùm non prodeſt; ſed etiam obeſt Reip. vt in ipſo initio mundi de Cain Geneſ. 4. patet, & de filiis principum, Gen. 6. qui accipiētes varias vxores, corrupti ſunt omni ſcelere, & eorum cauſa poſteà diluuium venit. Item de Nembrot, Pharaone, Nabuchodonoſore, Saüle, Roboam, & cæteris, nā poſt diuiſionem regni ex regibus Iſraël nullus fuit bonus.

*Duo illi errores redarguuntur.*

4 Hos duos errores non ſolùm omnes catholici execrantur, præcipuè D. Thomas opuſc. 20. de regim. prin. lib. 1. & ca. 1. Ægidius lib. 2. de eadem re p. 1. ca. 1. Durādus de Orig. iuris qu. 1. Ioānes Pariſienſis de Papali, & Regia poteſtate cap. 1. Sed etiam omnes Philoſophi, & Melāchon in locis ca. ce ciuili magiſtratu, Caluin. in inſtitu. cap. 20. Lutherus in viſitat. Saxonica, & ſi ex illius verbis in Babylonica captiuitate cap. de Baptiſmo, occaſionem ſui erroris ſumpſerint Anabaptiſtæ, vt ait Cardinalis Bellarminus illo ca. 2. qui cap. 3. vſque ad 7. latè ſecundum errorem impugnat, & Victoria relectione de poteſtate ciuili nu. 3. & ſequentibus. Valentia diſp. 7. qu. 5. puncto 2. 6. & 7.

*Probatur ciuilis magiſtratus ex Scriptura.*

Nos breuiter primò probamus: quia Deus in populo ſuo regimē ciuile cōſtituit: de Moyſe, & Ioſue liquet Exo. 18. ver. 13. Deu. 1. ve. 13. & ca. 34. ver. 9. Ioſue 7. verſ. 24. & de aliis principibus cōſtat ex li. Iudicum. De Regibus verò ex Deut. 17. verſ. 14. & 15. vbi Moyſes ex præſcripto Domini, futuro Regi leges conſtituit, eumque Regem iubet conſtitui, quem Dominus elegerit de numero fratrum eorum: elegit autē Deus ipſe in Regem Saul. 1. Reg. 9. verſ. 17. & cap. 19. verſ. 1. Dauidem cap. 16. verſ. 12. Ieroboam 3. Reg. 11. verſ. 31. Iehu 4. Reg. 9. ver. 2. & 6. qui eò quòd à Deo conſtituti eſſent, & ſecundum leges eius iudicarent, in tanta erant veneratione, vt dij appellarentur Pſal. 81. *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, &c.* Ioan. 10. *Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt*, id eſt, quibus Deus mādauit, vt iudicent loco ipſius, & ſecundùm eius leges. Illa autem poteſtas licèt à Deo collata fuerit: in ſe tamen nō excedebat naturæ limites, nec erat inconueniens, vt aliter haberetur: ergo liciti ſunt magiſtratus ciuiles conſtituti à Rep. vel principibus, qui vt conſtituere magiſtratibus, ita etiā præcepta particularia, & communes leges dare potuerunt.

*Reſpubl. non eſt per ſe ad leges ferendas ſufficiens.*

Nec eſt, quod dicatur Remp. per ſe poſſe conſtituere magiſtratus, & dare leges: non verò in vnum principē, vel plures optimates hāc poteſtatē trāſferre: vnde & Deus, vt dixi, dedit Reges ſuo populo, & ante illa tempora fuerunt multi reges, etiam ſancti, & laudati in Scriptura, vt Melchiſedec, Geneſ. 14. & Heb. 7. qui dicitur, *Rex iuſtitiæ*, id eſt, *iuſtus*: *Rex pacis*, id eſt, *pacificus*: Hoc enim etiā nomē eius deſignat: imò & Genebrardus in Chronograph. ad annum diluuij 293. præfectum ſignificare dicit. Abraham etiam creditur fuiſſe Rex, vel ſupremus princeps, de Iob regem Hſitarum fuiſſe, probat Pineda Iob. 1. ver. 1. à nu. 14. fuiſſe autē ſanctū conſtat Iob 1. verſ. 1. & aliis capitulis. Ezechiel 14. verſ. 16. & Iacobi 5. verſ. 11. & generaliter dicitur Prouerb. 8. *per me Reges regnant, & legū conditores iuſta decernunt*, & Danielis 2. *Deus cæli regnū, & imperium dedit tibi*, & cap. 4. *Donec ſcias quòd dominatur excelſus ſuper regnum hominum, & cuicumque voluerit dat illud.* Ex quibus Auguſt. ferè toto 4. & 5. lib. de ciuit. colligit, politicam poteſtatē à Deo eſſe, vnde & iudices à Deo poſiti vocantur Dij, Deut. 22. ver. 8. & 9. *ad Deos vtriuſque cauſa perueniet, & ſi illi iudicauerint, &c.* & verſ. 28. *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices*, & Pſal. 81. verſ. 1. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deus diiudicat*: hoc eſt, vt ibi exponit Genebrardus, Deus ſeipſum collocauit in congregatione & cōſenſu iudicum, vicem Dei in terris gerentium, vt eorum actiones contempletur, & de eorum iudiciis, & ſententiis cenſuras ferat. Chaldæus eleganter ad rem vertit, *Deus, cuius maieſtas commoratur in congregatione iuſtorum, qui potentes ſūt in lege, in medio iudicum, in veritate iudicat.* Et in verſ. 6. *ego dixi, dij eſtis vos, & filij excelſi omnes.* Chaldæus ait, *ſicut angeli Dei excelſi*: quia nimirùm iudices, & magiſtratus Dei voluntatem legibus explicant, vt Dei nuntij, quem locum ipſe Chriſtus adduxit Ioan. 10. verſ. 34. *nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia ego dixi, dij eſtis vos, ſi illos dixit deos, &c.* Et Moyſes Deut. 1. verſ. 17. Iudicibus inquit, *Nulla erit diſtantia perſonarum: ita paruū audietis, vt magnū, nec accipietis cuiuſq; perſonā, quia Dei iudiciū eſt*, & Ioſaphat, 2. Paral. 19. v. 6. *videte quid faciatis: non enim hominum exercetis iudicium: ſed Domini & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit.*

*Politica poteſtas eſt à Deo.*

*Iob fuit rex Hſitarum.*

*2. Prob.*

*Obediētia ſeruanda eſt magiſtratibus & regibus.*

Secundò, probatur ex illis teſtimoniis, in quibus dicitur, obedientiam ſeruandam eſſe principibus, & magiſtratibus, Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Vbi de poteſtate politica eſſe ſermonem, patet ex text. & Irenæo lib. 5. cap. 20. Baſilio in conſt. monaſt. ca. 23. Auguſtino epiſt. 54. ad Macedonium, Chryſoſtomo, Anſelmo, Toleto, & aliis ad eumdem locum. Eodem loco Paulus ter repetit, principes, & magiſtratus ſæculares eſſe miniſtros Dei, & vt intelligamus eorum præcepta obligare in conſcientia, dicit, *non ſolùm propter iram: ſed etiam propter conſciētiam, & neceſſitate ſubditi eſtote*, quæ magis expēdemus agentes de obligatione legis humanæ. Item ad Titū 3. verſ. 1. *admone illos, principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe*, vide Salmeronem ibi diſpu. 3. Hebræ 13. verſ. 17. *obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*, 1. Petri 2. verſ. 13. 14. & 15. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tamquam ab eo miſſis, &c. quia ſic eſt voluntas Dei*, & verſ. 17. *Deum timete, Regem honorificate*, & 2. Petr. 2. *Dominationem ſpernunt, &c.*

*Principes ſæculares ſunt miniſtri Dei.*

*3. Prob. Incommoda quæ cum non ſunt reges Reipub. patitur.*

Tertiò, ex incommodis, quæ in Repub. ſequerentur, ſi non eſſent Reges, Principes, & Magiſtratus, quibus homines in officio continerentur: vnde Iudicum vlt. volens Deus reddere rationem omnium malorum, quæ illo tempore acciderunt, dicit, *in illo tempore non erat Rex in Iſraël: ſed vnuſquiſque quod ſibi bonum videbatur, id faciebat*, & ſanè Ioſephus, vtiliſſimè præfuit toti Ægypto, Moſes, Ioſue, Iudices, Dauid, Salomō, Ezechias, Ioſaphat, Ioſias, Daniel, Mardocheus, Nehemias, Machabæi, & alij vtiliſſimè gubernauerunt populum.

*4. Probat.*

Quartò, probatur ex teſtimoniis, in quibus

prædi

Digitized by Google

prædictum eſt, ethnicos Reges conuertendos, & Chriſto ſubiiciendos Pſ. 2. *& nunc reges intelligite, &c.* Hebraicè pro, *Apprehendite diſciplinam, eſt oſculamini filium,* quem idem Pſal. vocat Meſſiam, ſeu Chriſtum, id eſt, oſculamini eius manus, tāquam principis veſtri: hunc enim veterem eſſe adorandi morem ex Apuleio, Minutio fœlice, Hieronymo, & aliis docet Genebrardus ibi, & Pineda Iob 31. verſ. 27. item Pſal. 71. *adorabunt eum omnes reges terræ; omnes gentes ſeruient ei:* quod ita propriè conuenire Chriſto docet Genebrardus, vt nec Salomoni, nec alij cuiquam vlla ratione quadrare poſſit. Iſa. 49. *& erunt Reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent,* & cap. 60. *ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui,* quæ certè impleta videmus in Conſtantino, Theodoſio, Charolo Magno, & aliis, qui adorauerunt ſepulchra Chriſti, & Apoſtolorũ; & Martyrum Eccleſias ditauerunt, & protexerunt.

*Meſſias à regibus oſculandus, & adorādus prædicitur.*

*5. Prob.*

*Cæſari cur ſoluenda tributa Chriſtus iuſſerit.*

Quintò, probatur ex Matth. 22. vbi dicit Chriſtus, *reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: quia licet eſſet Tyrannus: tamen tunc, dum non poterant iugum eius excutere, tenebantur propter commune bonum rata habere quæ præcipiebat, & ſtatuebat, & fortaſſe tributa aliqua illi dare: quia eos iuſtis legibus gubernabat, & ab hoſtibus defendebat,* licet hoc multi negēt: ideóq; dicunt, verba Chriſti conditionaliter intelligenda eſſe, ſcilicet, vt ſi quę deberētur Cęſari, ei redderētur: nō enim expediebat, tūc quæſtionē decidere, an deberentur ei tributa, ſed an liceret ea reddere.

*6. Prob.*

Sextò probatur ex 1. Tim. 2. vbi Paulus iubet *orare pro regibus,* & Ioan. 4. vbi Chriſtus non præcipit Regulo, vt renunciaret principatum, & Acto. 13. Proconſul conuerſus à Paulo, nō depoſuit magiſtratum, nec Philippus Imperator, Conſtantinus, & alij, qui ad Eccleſiam venerūt, ſuos principatus amiſerunt. Magnum enim fuiſſet ad fidem impedimentum, ſi ad id tenerentur, imò eſſet iniuſtum eos deponere, niſi Deus iure ſuo illos priuaſſet: quod non fecit, nec in Scriptura, vel traditione eſt aliquod huius rei veſtigium: quin potiùs ex locis citatis, & ex tota antiquitate duo cōſtant: alterum eſt, etiamſi ſubditi principibus in fidelibus, ad fidem conuertantur, non liberari à ſubiectione, nec Reges ipſos priuari poteſtate in illos, nec per bellum poſſe illa priuari: niſi in Dei iniuriam & fidei detrimentum illa abutantur: & ita ſeruatur hodie in Iappone, & aliis locis. Alterum eſt, quando principes ad fidem cōuertuntur, ſuum regnum & principatum retinere.

*Principes qui conuertuntur ad fidem, non amittunt ſuū regnum, nec ſubditi regibus infidelibus ſi Chriſtiani fiant non liberantur ab eorū ſubiectione.*

*7. Probat.*

Septimò ciuitas eſt communitas perfecta, & valde grata Deo, vt docuit Cicero, lib. de amicitia. Ad eam etiam propter priuatum, & commune commodum naturalis eſt inclinatio, propter multas vtilitates inde reſultantes, quas ſummatim inſinuauit Eccleſ. cap. 14. *Melius eſt,* inquit, *duos eſſe ſimul, quàm vnum; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ:* & infrà; *ſi quiſpiam prænaluerit contra vnum, duo reſiſtunt ei, funiculus triplex difficilè rumpitur.* Vnde Cicero libro de finib. *Nati ſumus ad ſocietatem, communitatemq́;* & ideò *homo eſt animal ciuile,* vt docet Ariſtot. 3. polit. ca. 4. perfectius autem eſt regnum, aut principatus, in quo plures communitates ſocietatē habent, vt meliùs ſe conſeruent, & ab hoſtibus tueantur. Communitas autem perfecta gubernatore indiget: nam, vt dicitur Prouerb. 11. *Vbi non eſt gubernator, corruit populus:* ergo in populo

*Regnū eſt perfectius aliis reip. formis.*

A debet eſſe magiſtratus ciuilis, ac proinde in qualibet communitate perfecta, vt etiam in imperfecta eſt ſuus gubernator: vir eſt caput mulieris, cui illa obedire debet, Geneſ. 3. *Sub viri poteſtate eris,* ad Titum 2. *mulieres ſubditæ ſint viris ſuis:* vbi addit Hieronymus, *communi lege naturæ filij etiam, ſerui, ac famuli parentibus, & dominis ſubduntur:* ideò Paulus 1. Cor. 9. & alibi, ait, ſeruos debere obedire domino, vt Deo, & vt attigit D. Thomas de regi. princip. lib. 1. cap. 1. & Molina tom. 1. de iuſt. diſpu. 22. nullum corpus poteſt conſeruari, niſi ſit aliquod principium, ad quod pertineat intendere, & procurare commune cuiuſque bonum: vt in corpore naturali conſtat, & in politico docet ex- B perientia, & ratio: nam ſingula priuata membra priuatis cōmodis cōſulunt, quę ſæpe cōtraria ſunt bono communi. Et interdum multa ſunt neceſſaria, quæ ad ſingulos non ita pertinent: vt præcipere, & prohibere, iudicare, delicta punire, pontes, & vias facere, & reficere, muros conſtruere, &c. & quamuis interdum pertineant ad multos, non curantur à ſingulis, eo ipſo quod non propria, ſed communia ſunt, nec ſtipendia pro illa cura recipiunt: ergo neceſſaria eſt in communitate perfecta poteſtas publica, per quam gubernetur: quod verum eſt, etiam in lege Gratiæ: quæ naturam, in qua hoc fundatur, non deſtruit, ſed perficit: & ſicut Deus præfecturam Eccleſiaſticam poſuit Mat- C thæi 24. *Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam,* & Rom. 12. *qui præeſt in ſolicitudine,* & Hebr. 13. *obedite præpoſitis veſtris:* ita politicā non abſtulit: ſed potiùs commendauit: vnde rectè Aug. 19. ciuit. cap. 17. dixit, *Ciuitatem cœleſtem, quamdiu in terris peregrinatur, legibus terrenis parere:* vide etiam Irenæum, libr. 4. cap. 70. & 71. Tertullianū apolog. cap. 31. Chryſoſtomum homil. 34. in 1. ad Cor. Adde etiam in ſtatu innocentiæ ſi duraſſet, fore politicum principatum, vt optimè docet D. Thomas 1. par. quæſt. 96. art. 4. & Thomiſtæ ibi, Valentia 1. part. diſput. 7. quæſt. 3. punct. 2. ad finem. Pererius 4. in Geneſ. diſp. de imper. hominis in animalia: de quo plura D dicam in ſolutionibus argumentorum.

*In communitate neceſſaria aliqua publica poteſtas, & gubernatio.*

*In ſtatu innocentiæ fuiſſe politia.*

Porrò, magiſtratus ciuiles poſſe leges ciuiles condere, eſt certū, quod tradidere Ariſt. 1. politic. per totum & 10. ethic. cap. vlt. Plato dialog. de Republ. Cicero de inuentione, & paſſim alij, & omnes Theologi, & Iuriſperiti: multa apud Couarruuiam inuenies in practicis cap. 1. & reg. peccatum, part. 2. §. 9. num. 6.

*Cur magiſtratus ſit in Eccleſia neceſſarius, & leges ab eo ferendæ ſint.*

Ratio eſt, quia magiſtratus ciuilis neceſſarius eſt in Repub. ad illam moderandam: ad hoc autem neceſſariæ ſunt leges, vt patet ex dictis diſput. 6. ſect. 1. & 2. ergo in politico magiſtratu eſt poteſtas ferendi leges: nam qui aliquod munus recipit, omnem poteſtatem ad illud conuenienter exer- E cendum recipit, vt habet principium iuris per ſe manifeſtum. Vide Cardinalem Bellarminum 3. de laicis cap. 9. & 10. vbi contra Vualdenſes, & Anabaptiſtas probat, licere Chriſtiano magiſtratui leges condere, iudicia exercere, & improbos punire: quæ omnia ſigillatim probantur. Et quidem politicum magiſtratum, aut Principē poſſe leges condere, quibus ciues teneantur. Probatur quia pars poteſtatis ciuilis eſt ipſa ferendarum legum facultas, vt docet Ariſt. 10. ethic. cap. 9. & cap. 11. & 12. ait, *Melius eſſe legibus Remp. gubernari, quàm ſolis iudicum, & principū arbitriis;* ſæpe enim pro re nata, odio

Digitized by Google

odio,vel amore ducti à veritate, & iuſtitia aberrant; nec facilè poſſunt rebus omnibus occurrentibus conſulere, & arbitria hominum ſuapte natura mutationi obnoxia ſunt: quare nihil eſſet ratum in Rep. quod & litibus anſam præberet, & Reipl.perturbationi: quod ſummoperè Principes vitare debẽt: vnde Eccleſia nulli Principi,cui aliâs ferendi leges poteſtas conueniret, interdixit eius vſum,& Aug.19. ciuit. cap. 17. *Ciuitas cæleſtis dum apud terrenam ciuitatem velut captiuam vitam ſuæ peregrinationis agit: iam promiſſione redemptionis, & dono ſpirituali tamquam pignore accepto, legibus terrenæ ciuitatis,quibus hæc adminiſtrantur, quæ ſuſtentandæ mortali vitæ accommodata ſunt, obtemperare nõ dubitat*,& infrà. *Hæc ergo cæleſtis ciuitas, dum peregrinatur in terra,ex omnibus gentibus ciues euocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit ſocietatem, non curans quidquid in moribus, legibus, inſtitutiſq́; diuerſum eſt:quibus pax terrena, vel conquiritur, vel tenetur,nihil eorũ reſcindens, aut deſtruens: imò etiam ſeruans, ac ſequens, &c.* Et ſanè Chriſtiani non eò quòd Chriſtiani ſunt, deſinunt eſſe ciues politici, & indigere regula:qua in contractibus,& aliis dirigantur: ergo indigent legibus humanis: cætera enim non ſufficerent, vt fuſiùs oſtendit Cardinalis Bellarminus ſuprà,qui etiam ca.12 probat,non eſſe illicitum Chriſtianis publica iudicia exercere,& patet: quia otioſum eſſet leges ferre,ſi nulla eſſent iudicia, in quibus ad ſpeciales cauſas leges accomodarentur:vnde Deuter.16. verſ.18. *Iudices & magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, &c.* quod pręceptum partim naturale eſt,& modò ſeruandum, vnde 1. Cor.6. verſ.4. *Sæcularia iudicia ſi habueritis,contemptibiles,qui ſunt in Eccleſia,illos conſtituite ad iudicandum:*vide etiam verſ.5. & Gregorium 19.moral.cap.21.in fin.Sedulium in hæc loca Pauli, & D.Thomam ibi lect. 1. aſſerentes contemptibiles apud Paulum eſſe laicos, qui cum rebus terrenis ſapientes ſint,in ſpiritualibus nõ ſunt excellentes, hoſque in temporalibus iudices eſſe debere, vt alij ſolis ſpiritualibus vacent: & ſanè Scriptura coniungens Reges,& Iudices, ſatis inſinuat,proprium eſſe Regis vel Principis, per ſe vel alios iudicare,Pſalm.2.*& nunc Reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram.*Iſaiæ 33. verſ.22. *Dominus Iudex noſter,Dominus legifer noſter,dominus Rex noſter.*Ierem.23.verſ.5.*Regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.* Cùm ergo liceat Chriſtianis Reges eſſe,etiam licebit publica iudicia per ſe, & alios exercere, vt fecit Iob c. 29. verſ.7.*quando procedebam,*inquit,*ad portam ciuitatis* (vbi nimirum erat forum ciuitatis, & ius dicebatur) *& in platea parabant cathedram mihi,* id eſt,tribunal, Hiſpanè, *el eſtrado.* Moyſes etiam publica exercuit iudicia,Exod. 19. verſ. 13.& ſi licitus eſt Eccleſiaſticus magiſtratus ex toto tit. de officio ordinarij & delegati, & multis aliis: ergo & politicus:eadem enim eſt ratio,& nulla eſt eius prohibitiõ,nec eſſe poteſt. Prætereà vſum gladij eſſe licitum, probat Cardinalis Bellarminus ſupra c.13. & patet ex Geneſ.9.verſ.7.*Quicumque effuderit humanum ſanguinem,effundetur ſanguis illius:* in quem locum Pererius lib.4.in Geneſ.num.35. ait, *Deum pœnam homicidij æterna lege ſanxiſſe, poteſtatemq́; inſtituiſſe ſæcularem, eique gladium in manum tradidiſſe, & præcepiſſe, vt homicidas puniret,* vnde paraphraſis Chaldaica,*qui effuderit ſanguinem hominis,per teſtes iuxta ſententiam iudicum ſanguis eius fundatur:* & Exod.21.verſ.12.*qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur*, quod inculcatur Leuit. 24. verſ.17.& Matth.26. verſ.52. *omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt,*quibus verbis Chriſtum allegare illam legem Deuter. 9. ait ſapientiſſimus Maldonatus Matth. 26. verſ. 52. cum Auguſtinò quæſtione 104.veter.& nou.Teſtam.& Theophylacto, conſentit idem Cardinalis Bellarminus ſuprà, ductus auctoritate Auguſtini tractat. 112. in Ioan.& Cyrill.11. in Ioan. cap.35. cuius etiam videtur eſſe explanatio id Apocal.13.verſ.10.*Qui in gladio occiderit,oportet eum gladio occidi:* vnde in Bibliis Vaticanis Clement.VIII.iuſſu nunc editis, ad marginem illius cap.13. referuntur teſtimonia citata Geneſ.9.& Matth.26. hinc etiam Roman.13. verſ. 4. *Si autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt:* & Iudas Geneſ.38.verſ. 24.*producite eam,vt comburatur:* & Moyſes Exod.32.ver.27 Leuitis præcipit,vt vnuſquiſque fratrem,proximum,& amicum ſuum occideret,& num.29.*Conſecratis manus veſtras Domino*: Ioſue ius gladij publico iudicio exercuit in Acham,& filios,& filias eius,Ioſue 7. verſ.24. Samuel Regem Amalech, Agag in fruſta concidit, 1.Regum 15. verſ.33. Dauid Amalechitam occidi iuſſit 2.Reg.1. verſ.15. Elias plures occidit 4.Reg. 1.verſ.10.& ſequentib.Innocẽtius 1.epiſt.ad Exuperium cap.3.& refertur,cap.quæſitum,23.quæſt. 5.docet, licere Chriſtiano, gladio animaduertere in homines facinoroſos,Bonifacius VIII.extrau. Vnam ſanctam de maiorit.& obed.inter communes Hilarius in Matth.cap.32.Hieronymus Ierem. 32.Auguſt.1.de ciuit.cap.21.Bernardus 4. de conſidera. cap. 3. dicit, Papam habere vtrumque gladium:quod malè negat gloſſa cap.quoniam, verbo,diſcreuit,diſt.10.niſi piè exponatur, quia corporalis nõ eſt exercendus per Pontificem, ſed per milites,cùm expedit: alioqui inutiles eſſent leges: idem autem eſt non eſſe, & vtiles non eſſe: vt ait Ariſt.1.Rhet.ad Theodectem,cap.15.

*Eccleſia legibus Principũ obtemperat.*

*Iudicia publica exercere Chriſtianis licet.*

*Contemptibiles in Eccleſia ſunt laici & cur.*

*Iob publica exercuit iudicia & Moſes.*

*Pœnam homicidij Deus æterna lege sãciuit, vt ſcilicet qui hominem occiderit, occidatur.*

*Papa habet vtrumque gladium, quãuis corporalis non ſit per eum exercendus.*

8 Obiicies id Marci 5. verſ. 40. *Ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium:*ergo non eſt contendendum in iudicio ſæculari. Reſpondet Cardinalis Bellarminus ſuprà,cap.12.ex Auguſtino epiſt.5.ad Marcellinum, intelligenda illa verba, ſecundùm animi præparationem,quia parati eſſe debemus ad remittendum de iure noſtro, quando Dei gloria, vel proximi charitas id poſtulat.

*1.Obiectio. Obiectio ex Marco,& reſpõſio ad eandem.*

Obiicies id 1. Cor.6. verſ.7. *Iam quidem omninò delictum eſt in vobis: quia iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Reſpondet Bellarminus & bene, ibi non interdici Chriſtianis publica iudicia, ſed litigantium culpas reprehendi.Reſpondeo 2. idcirco à Paulo delictum appellari,quòd Chriſtiani Corinthij iudicia haberent, & forenſes cauſas: quia ferè ſemper peccatur in huiuſmodi iudiciis, vel quia iniuriam alter litigantium alteri infert: vel quia ex odio, vel alio prauo affectu litigatur, aut ſcandalum generat, deriſioni fidei anſam præbens in fidelibus,qui perſonarum vitia facilè religioni accommodant;quod colligitur ex ipſo Paulo ibidem dicente verſ. 6. *Frater cum fratre iudicio contendit,& hoc apud infideles*, & verſ.8.*ſed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus:* illa ergo iudicia erant delicta, quia à delictis nata, & delictorum cauſa: ſicut concupiſcentia vocatur pec-

*2. Obiectio.*

*Delicta cur forenſia iudicia appellentur.*

K

Digitized by Google

catum; quia à peccato eſt, & ad peccatum inclinat, vt dicitur in Trid. ſeſſ. 5. in decreto de peccato originis.

*3. Obiectio.*

Tertiò obiicies id Matth. 5. verſ. 38. *Audiſtis, quia dictum eſt, oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis, non reſiſtere malo:* ergo cùm ſolis magiſtratibus in lege veteri liceret pœnam talionis infligere, vt patet Exod. 21. verſ. 24. efficitur, vt id Chriſtiano magiſtratui Chriſtus prohibeat, qui etiam Matth. 26. verſ. 52. *Omnes*, inquit, *qui acceperint gladium, gladio peribunt.*

*Lex talionis omnium opinione iuſtiſſima.*

Reſpondeo, non eſſe à Chriſto legem talionis antiquatã: eſt enim maximè naturalis, & omnium gentium opinione iuſtiſſima, vt ex Philoſophorum ſententiis docet doctiſſimus Maldonatus Matth. 5. verſ. 38. extat enim apud Ariſtot. 5. ethic. cap. 5. lex Radamanti Regis Lyciç, Iouis ex Europa filij, cuius meminit Plato dialog. 1. de legib. in princ. & Virg. 6. Æneid. *Si quæ fecerit, hæc etiam patietur iudicium, erit perrectum, atque exitus æquus*, & inter leges 12. tabul. 300. annis poſt Romam conditam ſcriptas, hæc vna erat, vt refert Aulus Gellius 20. nocti. cap. 1. *Si membrum rupit meum, è pacto talio eſto*, quam aduerſus Phauorinũ Philoſophum acutè defendit ſextus Cæcilius Iuriſcõſultus apud Gellium ibi, & noſtra etiam ætate vidimus talionis legem obſeruatam in Hiſpania regnante Philippo II. is enim, qui nefandum crimen impoſuit cuidã Hiſpano magnati, combuſtus eſt: quæ erat pœna crimini illi legibus Hiſpanis præſcripta: hoc ergo Chriſtus in loco inſtituit, ne talionis pœna tamquam ſeruos, ſed amore tamquam filios à criminibus patrandis homines contineamus, vt Chryſoſtomus homil. 18. in Matth. & auctor imperfecti operis homil. 12. Hilarius, Euthymius, Theophymus, & Maldonatus ad illum locum obſeruarunt: voluit etiam, ne vindictam expetamus, quin potiùs iniurias patienter toleremus, in illis glorìemur, vt Rom. 5. *Non ſolum autem: ſed & gloriamur in tribulationibus*, & Actor. 5. *ibant gaudentes à conſpectu conſilij* (Apoſtoli ſcilicet) *quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati, &c.* nec Chriſtus iuſtam defenſionem Chriſtianis interdixit, cùm dixit, *Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo cùm ipſe, ſi non manu, lingua tamen reſtiterit; percutienti enim ipſum in maxilla, dixit,* Ioan. 18. *Si benè locutus ſum, quid me cedis?* & Paulus Actor. 33. verſ. 3. *percutiet te Deus paries dealbate, &c.* vide etiã cap. 17. verſ. 27. verbis ergo illis ſolùm intendit Chriſtus: primò, ne vindictam quæramus propria auctoritate, ſecundò, ne à iudice illam poſtulemus ex odio, & animo nocendi inimico, aut ex alio prauo affectu, Cardinalis Bellarminus ſuprà ca. 13. deinde, vt animo prompto ſimus ad remittẽdum de iure noſtro, quando id charitas Dei, aut proximi poſcat, aut alia virtus, vt docet ſapientiſſimus Maldonatus ſuprà. Illud verò, *qui acceperit gladium, gladio peribit:* pro nobis eſt: quia interficiens propria auctoritate à iudice interfici iubetur. Ex dictis ergo patet, in Rep. eſſe facultatem condendi leges ciuiles.

*Lex Talionis in Hiſpania regnante Philippo 2. ſeruata.*

*Senſus verborum Chriſti.*

9 Eſt autem hæc poteſtas naturalis ex parte principij, & finis: quia à natura eſt collata, & ad naturalem finem ordinata: vnde & ipſa, & vſus eius eſſet in pura natura, & fuit inter Ethnicos ſupernaturalis finis ignaros, quamuis à Chriſtianis ad altiorem finem deberet ordinari, vt ſumes ex Auguſtino epiſt. 3. ad Voluſianum: hæc autem poteſtas eſt iuriſdictionis, id eſt, in ſubditos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, vt docet Bartolus l. omnes populi, quæſt. 1. princ. num. 3. ff. de iuſtitia & iure, & l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. vbi etiam gloſſa & Doctores, Innocent. cap. cum acceſſiſſent, de conſtit. vbi alij & cap. Eccleſia, & ca. cùm in Eccleſiarum, eodem tit. Baldus l. fin. C. de iuriſdict. omn. iudic. & l. decernimus colum. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. Angelus l. Imperium, col. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Decius cap. Eccleſia, S. M. de conſtit. num. 89. Ancaranus cap. 1. verſ. nonò quæro. Antonius de Bùtrio cap. cum omnes, D. Thomas quæſt. 90. artic. 3. & quæſt. 96. art. 5. & 2. 2. quæſt. 67. artic. 1. Sotus 1. iuſtit. & iur. quæſt. 1. art. 3. §. eſt autem. Syluester, Angelus, Roſetta, Tabiẽna, & alij Summiſtæ, verbo lex. Victoria. relect. de poteſtate ciuili nu. 2. & ſumitur ex iuribus citatis, & cap. bonç quidem, diſt. 96. §. cumque lecta, & Rom. 3. *Quæcunque lex loquitur, ad eos, qui ſub lege ſunt, loquitur:* id eſt, ad ſubditos. Ad idem eſt l. 12. tit. 1. part. 1. in Hiſpania. Et ratio eſt; quia nemo poteſt ſuis præceptis obligare non ſubditos: lex autem vim habet cogendi, ſeu obligandi 10. ethic. cap. 9. & colligitur ex lege, legis virtus. ff. de legib. & in ſuperioribus oſtendimus, & confirmatur: nam ad leges ferendas, & imperandum, ſeu dominãdum requiritur dominium: non autem proprietatis, ſeu herile, & deſpoticum: ergo ciuile, politicum, ſeu iuriſdictionis, & certè ipſa legiſlatio iuris quædam eſt dictio: quia lex ius eſt, vt ſuperiùs diximus: quamuis ſi per poteſtatem iuriſdictionis intelligas poteſtatem iudicandi, ſeu ius declarandi: hæc non requiritur ad leges ferendas, & ideò Felinus cap. cùm omnes, de conſtitut. num. 9. & 10. in fin. cum aliis Iuriſperitis quos refert: & Gregorius Lopez l. 12. tit. 1. part. 1. verbo, *Sobre las gentes de ſu ſennorio*, dicit, aliquando, qui carent poteſtate iuriſdictionis, poſſe leges condere: quia multæ communitates poſſunt ſtatuta facere, & non poſſunt iudicare: & iura ciuilia ſemper diſtingunt iuriſdictionem ab imperio, vt videre licet, l. ea quæ, ff. ad municipalem, & l. imperium, ff. de iuriſdict. omnium iudic. ſed hîc latiùs iuriſdictionem ſumimus, vt non ſolùm poteſtatem iudicandi, ſeu ius declarandi, & ad eius obſeruationem cogendi, ſed etiam iuris conſtituendi continet: quomodò ſumitur à D. Thoma 2. 2. q. 67. art. 1. vbi probat, ad ſententiam ferendam requiri iuriſdictionem: quia eſt lex priuata, & particularis: ad omnem autem legem ferendam iuriſdictio requiritur. Sic latè ſumpta iuriſdictio diffinitur ab Accurſio l. 1. ff. de iuriſd. omni. iudic. vt ſit *poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ.* Quam definitionem, ſi rectè intelligatur, dicit Prateius in lexico iuris, verbo, iuriſdictio, bonam eſſe: & in eodem ſenſu Zaſius ab eodem relatus, diuidit iuriſdictionem in tres ſpecies, imperium merum, mixtum, & ſimplicem iuriſdictionem. Vide alia in Prateio, ibi itaque ad leges ferendas aliqua ſpecies iuriſdictionis requiritur, nẽpe poteſtas dominatiua, politica, & ciuilis, quæ intrinſecè includitur in imperio, ne tyrannicum ſit arg. cap. quid culpatur 23. quæſt. 1. & ſumitur ex l. poteſtas ff. de verbor. ſignif. non tamẽ requiritur iuriſdictio ſtrictè ſumpta, ſcilicet, pro poteſtate explicandi ius, & compellendi ad eius obſeruationem, quæ numquam eſt fine vi coërciua, quæ nomine imperij ſtrictè ſumpti videtur aliquando appellari: poteſt ergo poteſtas condendi leges

*Nemo poteſt legibus ſuis obligare non ſubditos.*

10 *Legiſlatio eſt iuriſdictio.*

*Iuriſdictio quid ſit.*

*Iuriſdictio in tres ſpecies diuiditur.*

*Poteſtas condendi leges ſine iuriſdictione eſſe poteſt.*

Digitized by Google

leges ſine iuriſdictione ſtrictè ſumpta eſſe, & è contra iuriſdictio ſtrictè ſumpta ſiue iudicandi, ſine poteſtate condendi leges.

11 Ad primum hæreticorum argumentum quantũ attinet ad locũ Matt. 17. Reſpõdet Cardinalis Bellarminus 3. de laicis ca. 3. Chriſtũ ibi de ſeipſo tãtùm loqui, & rectiſſimè probare ſe, quia filius naturalis Dei ſummi Regis eſſet, non fuiſſe obligatũ ſoluere tributũ vlli principi: ſed alioqui idem ipſe iuſſit *reddi cenſum Cæſari* Matth. 22. verſ. 21. & Paul. Rom. 13. verſ. 7. *Reddite omnibus debita, cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal*: Habetur etiã in cap. magnum 11. qu. 1. & colligitur ex cap. duo ſunt, cum aliis 96. diſt. doctiſſimus Maldonatus verò ad locum illum Matth. 17. verſ. 25. etſi cum Chryſoſtomo affirmet Chriſtum à minori ad maius argumentari illis verbis *Reges gentium, &c.* vt ſe immunem eſſe à tributo, vt pote filium naturalem Dei, qui Rex regum eſt, oſtẽderet; nam ſi filij regis terreni, illi tributum non debẽt; multò minùs filius naturalis Dei principibus creatis: tamen ait, eo argumento Chriſtum ſignificare voluiſſe, nec diſcipulos ſuos, qui eius familiares & domeſtici erant, tributum debere; nam nec familia regis, regi tributum pendit, in quam ſententiam, quæ mihi maximè probatur, expendit illa verba Matth. 17. verſ. 26. *vt autem non ſcandalizemus vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcẽ, qui primus aſcẽderit, tolle & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumẽs, da eis pro me & te.* Ex quo non ſequitur, reliquos Chriſtianos eſſe immunes à tributis, nam & ſi ſint filij adoptiui, non tamen erant domeſtici Chriſti, vt Apoſtoli, vt rectè notat doctiſſimus Mald. ſuprà: probabiliter autem ſequitur, vt animaduertit Cardinalis Bellarminus ſuprà lib. de exemptione clericorum cap. 1. diſp. 5. clericos iure diuino eſſe immunes à tributis, hic liber habetur in fine, tom. 1. impreſſi Lugduni anno 1599.

Ad Hieronymum reſpondeo, vt doctiſſimus Maldonatus ſuprà, aut de ſolis Eccleſiaſticis agere, qui ipſius tempore Chriſtianis iam imperatoribus florentibus, à tributis immunes erãt; aut allegoricè locutum de tributo obediẽtiæ, quod diabolo ante Chriſti mortem ſoluebamus, & iam nõ ſoluimus. Sed prior interpretatio mihi magis arridet, & in eam ſententiam vtitur eo teſtimonio Cardinalis Bellarminus loco proximè citato.

Ad aliud teſtim. Lucæ 22. reſpondent Cardinalis Bellarminus 3. de laicis, cap. 3. & doctiſſimus Maldonatus, Matth. 17. verſ. 25. eo teſtimonio improbari gentilium ambitionem, & tyrãnidem, ſimulque Apoſtolos moneri, & in eis eorum ſucceſſores in Eccleſiaſtica poteſtate, ne illos ea in parte imitentur: ſicut 1. Petr. 5. dicitur, *paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè: ſed ſpontaneè ſecundum Deum: nec turpis lucri gratia; ſed voluntariè: nec dominantes in clerum: ſed forma facti gregis ex animo*, & 2. Cor. 12. *Non enim quæro, quæ veſtra ſunt: ſed vos: nec enim debent filij parentibus theſaurizare: ſed parentes filiis; ego autem libentiſſimè impendã, & ſuperimpendam ipſe pro animabus veſtris, licet plus vos diligens, minus diligar.* Itaque in illo loco Lucæ prohibet Chriſtus durum, ſuperbum, & tyrannicum dominandi modum, qui ſolet eſſe in principibus ſæcularibus: nõ iuſtum, ſuauem, & paternũ, qualis decet prælatos Eccleſiæ, imò & quem ſæculares ſeruare deberent. Sic enim Auguſt. 5. ciui. cap. 12. dixit, *Regem non à regnando, vel dominando;*

***Dominatum tyrannicum Chriſtus damnat non iuſtũ & ſuauẽ, qualis ſolet eſſe Prælatorum.***

A *ſed à regendo & conſulendo dictum eſſe*, & lib. 19. cap. 14. *iuſti non dominandi cupiditate imperant: ſed officio conſulendi, nec principandi ſuperbia: ſed prouidẽdi miſericordia.* Sed præcipuè id ſeruare debent prælati erga clerum 1. Petr. 5. *nec dominantes in Clerum*, vel voluit Chriſtus, ne Apoſtoli regnum temporale quærerent, peterent, vel admitterent, & ne implicarentur negotiis ſæcularibus impedientibus eorum miniſteria.

Quod verò dicit Paulus, *nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis*, non ſignificat, non eſſe permittendam ſubiectionem erga reges, & tributorum ſolutionem, ſed ſoluenda maturè omnia debita: præceſſerat enim, *reddite omnibus debita, &c.* B Et quia ſolius amoris debitum numquam ita reddi poteſt, quin ſemper teneamur amare: ideo addit, *nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicẽ diligatis.*

***Debita omnibus ſoluenda ſunt.***

Quod verò ait Paulus, *Nolite fieri ſerui hominũ*, ſignificat, non eſſe ſeruiendum homini propter hominem tantùm, ſeu neglecto Deo; nam alioqui ibidem Paulus hortatur ſeruos, vt etiam ſi poſſint fieri liberi, maneant ſerui, & Galat. 5. *ſeruite inuicẽ.*

***Quomodò non ſit ſeruiendum homini.***

Loca verò, in quibus ſolus Deus dicitur eſſe 12 Dominus, intelliguntur de dominio omnium abſolutè ſupremo, perfectiſſimo, independenti, ſine vlla indigentia, vel neceſsitate ſeruiendi alteri: ſolus enim Deus eſt mundi Dominus, & ius habet annihilandi illum, & faciendi de eo quod ſibi C placuerit; nec abdicare, vel minuere ſuum Dominiũ poteſt: & nulli poteſt ſeruire, nulla re indiget: ſed ex ſeipſo eſt ſufficiens, & ditiſsimus, vt notat Aug. 8. de Geneſ. cap. 11. ex Pſal. 15. *Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Addit Cardinalis Bellarminus in Hebræo haberi, *Dominus meus es tu*, יהוה ADONAI, & 70. nomẽ proprium Dei, reddiderunt per κύριος, & Hieronymus per Dominus. Hinc etiam Auguſtus, vt refert Tertullianus in apologet. cap. 34. numquam ſe Dominum appellari paſſus eſt, quod intelligeret, hunc titulum creaturæ ſuperbum eſſe, & ſoli Deo exactè conuenire, vnde Ouidius apud Iuſtũ Lypſium in Cõment. ad lib. 1. Cornelius Tacitus. *Tu* D *Domini nomen, principis ille tenet*, ſcilicet Auguſtus, qui nomen principis ſibi accepit, & nomen Domini Deo reliquit: & econtrariò reprehenditur à Suetonio, incredibilis arrogantiæ Domitianus, quòd in amphitheatro ſibi acclamari libenter audiret, *Domino, & Dominæ feliciter*; & quod iuberet de ſe ſcribere, *Dominus, & Deus noſter ſic fieri iubet.* Nec ideò aſſerimus, Reges, & Principes legitimos non eſſe Dominos earum rerum, quæ ſub eorum dominio ſunt: ſed Deus ſolus eſt Rex Regum, & Dominus dominantium, & ſupremus Dominus.

***Quomodò Deus ſolus Dominus dicatur.***

***Auguſtus nũquam ſe Dominum appellari paſſus eſt.***

***Domitianus arrogãtiæ incredibilis arguitur.***

Nec ſubiectio ad principes ſæculares, eſt contraria libertati Chriſtianæ: nam hæc non conſiſtit 13 in carentia obedientiæ erga præcepta diuina, vel humana iuſta: Sed vel in libertate ab onere legis E veteris: vel in hoc quòd magis amore & debent, & facile poſſunt duci Chriſtiani, per ſpiritũ gratiæ: & quamuis natura humana principio nulli alteri ſubiecta fuerit, ſicut cæteræ corporales naturę ſubiectæ fuerunt homini: nec vnus homo alteri homini tamquam ſeruus, & forte nec tamquam ciuis: tamen probabile eſt, Adam peculiari Dei conceſsione, habuiſſe poteſtatem regiam, ſeu monarchicam in homines omnes: ſicut indicat Cardinalis Bellarminus ſuprà cap. 7. ad 3. & ſimiliter dici poteſt de Noë poſt diluuium. Certum autem

***Subiectio ad Prĩcipes Chriſtianos non eſt contraria libertati Chriſtianæ.***

***Adam habuit Monarchiam in omnes homines.***



Digitized by Google

eſt, ſaltem totum cætum hominum potuiſſe condere leges, quæ ſingulos obligarent, vel eligere Regem, qui leges eiuimodi ferre poſſet. Eſto Deus nulli principatum in alios dediſſet, vt indicat Au-

14 guſtinus loco citato in argumento. Quod autem Gregorius ibidem citatus, ſignificat, poteſtatē dominatiuam in homine introductā occaſione peccati, intelligi poteſt de deſpotica, vel ſi intelligatur de Politica, verum eſt quoad vim punitiuam, ſeu eius executionem. Si enim nullus peccaret, nullus puniri poſſet: quoad vim tamen directiuā, & obligantem per pręcepta, probabilius eſt ſecundum aliquos, futuram fuiſſe in ſtatu innocentiæ, etiam quoad executionem: quod probat Cardinalis Bellarminus ſuprà cap. 7. nam etiam tunc quidā eſſent iuniores, hebetiores, & minùs ſapientes, & minùs ſtudioſi, quàm alij: ergo ab aliis deberent gubernari: item quia etiam inter Angelos ſunt præfecturæ: nam Beelzebub dicitur *princeps dæmoniorum*, Math. 12. eo quòd retinet præfecturam, quam habuit in via, vt & Michaël. Apoc. 12. *Michael & Angeli eius*: & modò prima hierarchia imperat ſecundæ, & ſecunda tertiæ ſecundùm Dionyſium cap. 9. cæleſtis Hierarchiæ, & Gregorium hom. 34. in Euang. ergo etiam in ſtatu innocentię eſſet præfectura, & ſubiectio. Nec mirum: quia poteſtas politica obligatiua, non fundatur in peccato, vel in aliqua deordinatione: ſed in naturali hominis cōditione, qui eſt animal ſociabile, & naturaliter poſtulat vitā cōmunitatis, in qua ſemper homines vixerūt. Neq; verū eſt, quod inquit Cicero 1. de inuentione, *tempus fuiſſe, quo homines vagarentur more beſtiarum, deinde à ſapiente & eloquente quodam perſuaſos in cōmunitate viuere*: quem reprehendit Cardinalis Bellarminus ſuprà cap. 5. Vita autem communitatis neceſſariò debet regi per poteſtatem politicam: ſicut & ſubiectio vxoris ad virum naturalis eſt, & in ſtatu innocentiæ eſſet, & nihilominus poſt peccatum, dicitur Æuæ, Geneſ. 3. *ſub viri poteſtate eris*, ſcilicet, quoad vim coërciuam per pœnas proportionatas tali poteſtati, & cum triſtitia ac timore, vt ſignificauit Auguſtinus 11. Geneſ. ad literam cap. 37. & docet Cardinalis Bellarminus ſuprà cap. 7. ad 2. qui ad 5. eodem modo explicat, quod docet Gregorius in argumento citatus, principatum introductum fuiſſe per peccatum.

*Quomodò poteſtas dominādi ex peccatis orta ſit.*

*In ſtatu innocentiæ fuiſſet præfectura, & ſubiectio.*

15 Et quamuis demus, primum regē fuiſſe Cain, fortaſſe tamen non tyrannicè regnum, vel principatum cæpit, ſed ciuibus ſponte ſeipſos illi ſubiicientibus: & quamuis ipſe, vt alij multi tyrannicè regnum occupauerint, vel adminiſtrauerint: tamē alij id nō fecerūt, & deterius eſt in Rep. nullū eſſe gubernatorem, quam nullum eſſe tyrannū, vt ait D. Thomas opuſc. 2. de regim. princ. lib. 1. cap. 6. & Cardinalis Bellarminus ſupra ca. 4. in fine: vbi etiā notat, ad inſignem Dei prouidentiam pertinuiſſe permittere, vt nullus ex regibus Iſraël fuerit bonus: quia rebellio illa Iſraëlis à tribu Iuda, ſignificabat ſchiſmata hæreticorum ab Eccleſia, vt Eucherius docet 3. Regum in fine: Heretici autem omnes ſunt mali.

*Cain non tyrannicè regnū cæpit, ſed ſeipſos ciues ſponte illi ſubdiderunt.*

*Hæretici omnes ſunt mali.*

16 Ad ſecundi argumenti hæreticorum fundamentū reſpondeo, licet daremus, in illis ſtatibus nullū futurum eſſe regem, vel principem, vel magiſtratum præter Deum: quia ſufficeret in ſtatu innocētiæ, vbi nullus fomes, nulli praui habitus, vel errores erant, minùs prudentes per conſilia dirigi à

*Ad 2. hære. fundam.*

A prudentioribus, vel per oſtenſionem diuinorum præceptorum: & à fortiori inter Angelos in via, & patria id ſufficiet, vt prima hierarchia, quæ immediatè accipit reuelationes à Deo, annuntiet mandata Dei ſecundæ, & ſecunda tertiæ, & tertia hominibus. Et iſte eſt ordo & principatus, quem Dionyſius, & Gregorius videtur ponere inter Angelos: tamen non eſt eadem ratio de ſtatu naturæ lapſæ. Nullo enim modo ſine magiſtratibus viuere poſſumus propter fomitem, prauaſque inclinationes, & errores.

An verò ſupremum ius expediátne magis eſſe in vno, an in optimatibus, an in toto populo, & quod ſit meliùs regimen monarchicum, ariſtocra-

B ticum, vel Democraticum, ſeu Polyarchicum, vel aliquod ex his mixtum (de quibus Plato dialog. de legib. & libris de Rep. Ariſt. 3. politi. cap. 5. & 8. ethico. cap. 10. Cardinalis Bellarminus 1. de Ponti. à principio per nonnulla capita, & Molina tract. 2. de iuſt. diſp. 23.) grauis eſt inter morales philoſophos controuerſia: quodlibet enim gubernationis genus ſua habet commada, & incommoda: ratione quorum præferendum, vel poſtponendum videri poſsit. Extat de hoc apud Herodotum lib. 3. inter quoſdam diſputatio. Otanes magis Democratiam, ſeu polyarchiam, id eſt, principatum multorum, ſeu popularem probat: quia monarcha omnia pro libidine impunè facit, inſolens fit, ab

C omnibus inuidetur, facilè corrumpitur, minus quàm multi videt, interdum incidit in amentiam, &c. At, cùm popularis eſt principatus, pulcherrima eſt ciuium, honorū, & dignitatum æqualitas: quia populus imperat ipſe, & paret, magiſtratus creat, ratio exigitur, & redditur, conſilia in commune referuntur, &c. Et Magabiſſus ariſtocratiam ſeu oligarchiam (quamuis oligarchia & Democratia ſecundùm Ariſtotelē in polit. in malum ſonāt) hoc eſt optimatum, ſeu paucorum principatum magis probat, monarchia improbata: quia ſępe in tyrannidē degenerat. Democratia verò, quia popularis multitudo non raro furit, tumultus excitat, factiones fouet, nimia licentia tranquillita-

D tem corrumpit, magiſtratus cōtemnit, & quiſque in ea pro ſua libidine viuit, nihil eſt inſipientius, populus ſibi non conſtat, in varia ſtudia diuiditur, longè magis ſæuit, quàm princeps: cùm verò optimates gubernant, recta dant conſilia, communi proſpiciunt bono, &c. Darius Hiſtaſpis filius monarchiam, hoc eſt vnius principatum, prætulit: quia ex Democratia diſsidia, ſimultates, & factiones oriuntur.

Ariſtocratia verò ſæpe in Democratiam deſciſcit, ac deſinit. At cùm vnus tantùm pręeſt, tumultus ſedat, ſeditiones, & factiones extinguit, hoſtes repellit, pacem, & concordiam tuetur, ciuium li-

E bertatem conſeruat, charitatem, & amicitiam fouet. Hanc ſententiam ſequuntur ferè omnes. Ariſt. 8. ethic. cap. 10. Plato libris de Rep. Plutarch. lib. de tribus Reip. generibus, Xenophon, Socrates, Dyon, Philoſtratus. Pro hac eſt l. neceſſarium §. nouiſsimè ff. de origine iuris. l. ſi plures §. apparet. ff. de adminiſt. tut. quibus locis Accurſius, Albericus, & alij Iuriſperiti monarchiam præponūt; S. Thomas, Matth. 12. & 1. de regi. princip. cap. 1. Cardinalis Bellarminus ſuprà, Molina tract. 2. de iuſt diſp. 23. Ægidius 3. de reg. princ. parte 2. cap. 3. quatuor rationibus id probās, quas latè proſequitur Azor 2. tom. inſtit. cap. 11. qu. 2. & obiectiones contra

*Quod ſit melius regimen an monarchia vel alia.*

*Incommoda Democratiæ.*

*Commoda Monarchiæ.*

Digitized by Google

contrarias eruditè diſſoluit. Huc ſpectat quod ait Plato in Protagora. *Congregati homines ſibi inuicem nocebãt, ſe inuicem iniuriis, & damnis afficiebant, quare diſperſi iterum, à feris lacerabãtur: neceſſe igitur fuit, vt congregati in officio per vnius imperium continerentur*, & Ariſtoteles 12. metaph. in fine ex eo quòd gubernatio monarchica ſit melior aliis, concludit, *gubernationem mundi, quæ optima eſſe debet, eſſe monarchicam*: ideo Chriſtus vnum caput conſtituit in Eccleſia, & frequenter omnes nationes ab vno Rege, aut Principe gubernantur.

*τὸν ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.*

*Neceſſarij sũt in Rep. magiſtratus qui legum ferendarum vim habeant.*

Nobis ſatis nunc eſt, licitos & neceſſarios eſſe ciuiles magiſtratus, ſiue à Principe, ſiue ab optimatibus, ſiue à populo ſint cõſtituti, & vel in populo ipſo, vel in optimatibus, vel in Principe, debere eſſe facultatem legum ferendarum, vt commodè Reſp. ipſa gubernetur: nam, vt inquit Cicero 3. de legib. *Sine imperio nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerũ natura omnis, nec mundus ipſe poteſt*, & Auguſtinus 4. contra Iul. cap. 12. adducit Ciceronem 3. de Rep. dicentem, *an non cernimus, optimo cuique dominatũ ab ipſa natura cum ſumma vtilitate infimorum datum?* Chriſoſtom. in cap. 3. Iſaiæ. *Nihil eſt intractabilius Rep. quæ vacat principatu, quemadmodum neque periculoſius quidquam eſt naui ſuo gubernatore deſtituta.* & Hom. 6. ad pop. *ſi principes, de ciuitatibus abſtuleris, feris irrationabilibus ſimilem irrationabilem degemus vitam, inter nos mordentes, & nos deuorãtes, pauperiorem potentior, manſuetiorem audacior.* Seneca 1. de clementia, *imperium eſt vinculum, per quod Reſp. cohæret, eſt ſpiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipſa per ſe futura niſi onus, & præda ſi mens illa imperij ſubtrahatur. Eſt imperium virga illa, circa quam tot feræ, homineſq́; miteſcunt, quæ feroces obedientes facit*: vbi non eſt hoc firmamentum, omnia ruunt, diſſoluuntur omnia, vbi non eſt hoc cingulum. Cicero 3. de legib. *magiſtratibus opus eſt, ſine quorũ prudentia, ac diligentia ciuitas eſſe non poteſt, quorum deſcriptione omnis Reip. moderatio continetur.*

*Repub. quando vacat principatu nihil intractabilius.*

B

## SECTIO II.

*In quibus hominibus fuerit, vel etiam nunc ſit ex natura rei poteſtas ferendi leges ciuiles.*

*1. Conclu. In nullo homine ſingulari poteſtas ferẽdi leges ſita eſt.*

17 Dico primò, hãc poteſtatẽ ex ipſa natura rei, in nullo eſſe, vel fuiſſe homine ſingulari, ſed in hominũ collectione. Cardinalis Bellarminus to. 1. lib. 3. de laicis cap. 6. Caſtro 1. de lege pœnali cap. 1. §. poſtquam. Sotus 4. iuſt. quæſt. 4. art. 1. §. hic autem. Ledeſma 2. 4. quæſt. 18. artic. 3. dub. 10. Couarruuias in pract. cap. 1. con. 1. num. 2. & reg. peccatum part. 2. §. 9. num. 6. Nauarrus cap. nouit de iudiciis, not. 3. num. 85. & 119. Valentia diſp. 7. qu. 1. punct. 1. §. 2. diximus, Molina tom. 1. iuſt. tract. 2. diſp. 22. Caietanus tom. 1. opin. 2. part. apolog. de auctorit. Papæ cap. 10. ad ſecundum, Victoria relect. de poteſt. ciuili, num. 5. 6. 7. Durandus lib. de origine iuriſdict. quæſt. 1. Ioannes Pariſienſis Dominicanus tract. de papali & regia poteſtate cap. 1. ſumitur ex D. Thoma quæſt. 90. artic. 3. corp. & ad ſecundum, vbi ait, condere leges pertinere ad multitudinem, vel ad publicam perſonam, quæ multitudinis curam gerit: hanc autem curam nullus homo habet ex natura rei (ſed ſecluſo omni miraculo) ab ipſa multitudine: ergo & condere

A leges ſecundùm D. Thom. Idem colligitur ex l. 1. ff. de conſtit. princip. & l. 2. in princip. verſ. nouiſſimè, ff. de origine iuris, in quibus docemur, *Principem habere poteſtatem ferendi leges, quam in illũ communitas tranſtulit*: ſed obiiciunt aliqui ex his legibus nihil probari: quia prius legibus non gubernabatur Reſpub. Romana, vt patet ex ead. l. 2. ff. de origine iuris, vbi dicitur, *& quidem initio ciuitatis noſtræ populus ſine lege certa, ſine iure certo, primùm agere inſtituit, omniaq́; manu à regibus gubernabantur*: manum exponunt aliqui cum Contio, id eſt, poteſtate: alij cum gloſſa, id eſt, arbitrio, ſed obiectio eſt friuola: nam licet Reſp. tunc legibus non vtebatur: tamen rex ab ipſa electus, poterat, ſi vellet, condere leges: niſi hanc poteſtatem ſibi Reſp. ipſa reſeruarit. Quod verò Cornelius Tacitus 3. annal. ait, *quare cùm Romulus vrbis Romæ conditor fuerit (vt in antiqua vrbis imagine, & in libro cui imperium Romanum, nomen eſt, oſtendit Onuphrius Panuinus) non ab ipſo ciuitate regni nomen: ſed proprio velut ciuitatis conditore, iure Romulum obtinuiſſe, credendum eſt*: non ſignificat, Romulum ex eo ſolo, quòd vrbem ędificaſſet, eam poteſtatem obtinuiſſe: nam certè ſi ciues ipſi non conſentirent, quantumcumque Romulus vrbem ædificaſſet, non poſſet regium nomen obtinere: quamuis potuiſſet ea conditione in ſuam ciuitatem homines admittere, vt regis titulum, & ius illi concederent.

*Princeps habet auctoritatem ferẽdi leges, quam in illum communitas tranſtulit.*

C Sed iam ratione probatur prior pars concluſionis: quia natura, quæ inſtigat homines, vt coëãt in vnam ciuitatem, vel communitatem, debet dare illis neceſſaria ad viuendum commodè in communitate: ad hoc autem neceſſaria eſt poteſtas gubernatiua, & legiſlatiua: ſed hæc poteſtas nulli particulari conuenit ex natura rei, quin potiùs ſpectata ſola rei natura omnes homines naſcuntur liberi, ideò nullus habet ex natura rei iuriſdictionem politicam in alium, nec eſt vlla ratio ex natura rei, cur potiùs ſit in vno quàm in alio. Solùm poſſet quiſpiam dicere, Adamum iure originis habuiſſe primatum, & imperium in omnes homines, & ab illo deriuatum poſteà in alios pro ipſius voluntate, vel iure primogenituræ, ſic enim

*Neceſſarium eſſe in communitate eſſe aliquem qui præſit & leges condat, ratione probatur.*

D Chryſoſt. hom. 34. in 1. ad Corinth. dixit. *Ex vno Adamo omnes homines formatos & procreatos, vt ſignificaretur ſubordinatio ad vnum principem*, & Ioannes Carrerius tract. de primogenitura lib. 2. quæſt. 13. ait, *ſtatim poſt mundi creationem regna, & principatus iure ſanguinis, & ſucceſſione hæreditaria delatos: & deinde multò poſt, donec poſthabita eſt in principatibus ſucceſſio*, & gloſſ. cap. denique, verbo, rege ſuo 7. quæſt. 1. ait, *Filium Regis iure poſt patrem futurum Regem*, & in cap. cœpit, verbo rex, 24. quæſt. 1. *Filium Regis Regem vocari debere*: ſic enim Gregor. 3. dialog. ca. 21. relatus d. ca. cœpit. *Hermenigildũ filiũ Leouigildi adhuc viuentis vocat regem*, & gloſſ. cap.

*Iure ſanguinis, & primogenituræ, hæreditaria ſucceſſione regna à mũdi initio data ſunt.*

E decreuit, diſt. 10. ait, *imperium à ſolo Deo haberi*, videlicet: quia iure ſanguinis, vel carnis alio modo, ex voluntate Dei, & non ex voluntate Reip. Principibus conuenit: vnde Fredericus 1. Romanorum Imperator epiſt. quam ad omnes ſibi ſubditos ſcripſit, & ad verbum refert Rodericus Friſingenſis Canonicus, in appendice ad Ottonem Triſſing. Epiſc. lib. 1. cap. 10. ait, *Cum diuina potentia, à qua omnis poteſtas, in cœlo, & in terra, nobis Chriſti regnũ, & imperium regendum commiſerit* & in fine epiſt. *cùm per electionem principum, regnum, & imperium à*



Digitized by Google

*ſolo Deo ſit, qui in paſſione Chriſti filij ſui duobus gladiis neceſſariis regendum orbem ſubiecit, &c.*

Deinde cùm ſolus Deus ſit Dominus vitæ, & mortis, Reſpubl. propria auctoritate nõ poteſt dare Principibus legiſlatiuam, & gubernatiuam facultatem, in qua includitur poteſtas interficiendi malefactores: ſed ſolus Deus. Sed hoc vltimum friuolum eſt: quia ſicut tu dicis, hanc facultatem à Deo cõferri Regibus: dicam ego, à Deo vt auctore naturæ collatam Reip. & eamdem poſſe ipſam regibus concedere, ſicut etiam ex ipſa natura habet ius tyrannum à regno deponendi, & ſi aliter non poteſt eum expellere, etiam occidendi, vt ait diuus Thomas epiſt. 20. de regim. princip. lib. 1. cap. 6. vide etiam Marianam, 1. de regis inſt. cap. 8.

*Reſp. tenetur ſuam poteſtatem Principibus concedere.*

Priora etiam parui momenti ſunt: nam poteſtas gubernatiua, & legiſlatiua, quæ in Regibus, & Imperatoribus eſt, à Deo emanauit, media tamen Republ. ſuam poteſtatem Principibus concedente: ipſa enim non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur, vt docent Molina, Victoria, Soto, & Cardinalis Bellarminus ſuprà, aliquem gubernationis modum inſtituere, ſiue per vnum, ſiue per plures: quod etiam ſect. præced. annotauimus: quia impoſſibile eſt ad omnia neceſſaria omnes ciues cõuenire, & Ariſt. 1. ethic. ad Eudem. cap. 1. in fine, ait, *Vulgi de omnibus ferè pronunciantis, omittenda ſententia eſt: abſurdum quippe ratione cum eis contendere, qui non*
18 *rationem, ſed mulctam merentur:* & ex vi originis ſolùm poteſt colligi, Adã habuiſſe poteſtatem œconomicam in vxorem: deinde in filios, quamdiu emancipati non eſſent: deinde in famulos, ſi quos fortè habuit, quãuis poteſtas œconomica in vxorem & famulos, nõ ex ſola rei natura, ſed ex pacto explicito vel implicito, expreſſo, vel tacito prouenire videatur.

*Politica gubernatio ex natura rei nõ conuenit progenitori.*

Politica autem gubernatio ex natura rei non conuenit progenitori, alioqui, ſicut Adam iure naturæ eſſet Rex totius poſteritatis; ita reliqui ſuę poſteritatis, licet cum ſubordinatione ad ipſum Adamum: hoc autem eſſet abſurdum, ſic enim viri interdum pertinerent ad vnum regnum, & vxores ad aliud; domini ad vnum, famuli ad aliud, vel homines eiuſdem ciuitatis, & populi pertinentes ad diuerſas familias, neceſſariò pertinerent ad diuerſos Reges, niſi aliquis eorum iuri ſuo cederet, vt ſubditus eius alterius ſe ſubiiceret poteſtati, aut iure naturæ deberet eſſe prohibitum mutare domicilia à loco vnius familiæ in locum alterius: ſequeretur etiam, vt quot eſſent familiæ in aliqua ciuitate non vnitæ in eodem progenitore, tot ibi eſſent Reges, quod eſt contra rationem: origo ergo ex natura rei non confert poteſtatem, vel ſubiectionem politicam. Quod etiam oſtẽditur, quia durum & noxium eſſet habere tot Reges etiam ſubordinatos, quot fuerint progenitores, vel etiã in quos progenitores ſuam iuriſdictionem deriuare vellent.

*Progenitores non ſunt nimium apti ad gubernationẽ poſteritatis.*

Adde, quòd progenitores non admodum ſunt apti ad gubernationẽ politicam poſteritatis: nam ob nimium eius amorẽ ſæpe impunita delicta relinquerent, ſæpe etiam ad gubernandũ requiſita non haberent: vt ergo communitas perfecta, quã ſolam reſpicit poteſtas politica, non conſtituitur per originem: ſed quædam per meram voluntatem eorum, qui in vna ciuitate, regno, vel principatu conueniunt: quædam verò per hoc, quòd omnes homines ſunt partes totius humani gene-

A ris ſiue ſint producti ab eodem progenitore, ſiue à diuerſis, ſiue à ſolo Deo, ſiue quocumque alio modo: ita poteſtas politica nulli ſingulari homini competit ex ſola origine.

*Poteſtas politica & legiſlatina eſt in hominũ communitate.*

Secunda pars aſſertionis, nempe hanc poteſtatem politicam & legiſlatiuam, ex vi ſolius naturæ eſſe in hominum communitate. Probatur: quia hæc eſt naturaliter poſſibilis in hominibus ſecluſo quouis miraculo, ac proinde ſecluſa ſpeciali Dei deſignatione: quæ miraculoſa eſſet, & ſimiliter deſignatione Angelorum: quia naturaliter non ſumus illis ſubiecti: ita vt quem ipſi velint, in Regem, vel Principem acceptare, teneamur, & ſine B ipſorum deſignatione Principem habere non poſſimus: quia natura hominum poſcit, nec in hoc ab Angelis ipſis pendere: nullus autem priuatus homo habet ex natura rei facultatem Principes deſignandi: quia hoc eſſet, ipſum eſſe, ſaltem eminenter ex natura rei, Principem aliorum: nulla autem eſt ratio, propter quam id competat vni potiùs, quàm alij; ergo id debet competere alicui communitati perfectæ: nam imperfecta tantam perfectionem habere non poteſt, & inter imperfectas de nulla eſt ſpecialis ratio.

*Natura hominum poſcit, à gubernatione Angelorum non pendere.*

Dico ſecundò, poteſtas ex ipſa rei natura extitit, & modò etiam exiſtit in tota communitate humani generis. Hæc eſt contra quoſdam recen- C tiores, hîc aſſerentes, nec ex natura rei, nec alio modo, vel ad momentum fuiſſe in toto humano genere hanc poteſtatem politicam, aut legiſlatiuam. Fundamentum illorum eſt, quia multitudo hominum ſine vllo ordine, vel vnione phyſica, vel morali, non efficit propriè vnum corpus politicum, ac proinde non indiget vna poteſtate politica, nec in tali communitate ponẽda eſt propriè, & formaliter: ſed ad ſummum quaſi radicaliter, & virtute: quatenus verò ſpeciali voluntate, & conſenſu in vnum corpus politicum congregantur, vno ſocietatis vinculo, & vt mutuo ſe iuuent in ordine ad vnum finem politicum, efficiunt vnum corpus politicũ, quod moraliter eſt per ſe vnum, D & conſequenter indigent vna poteſtate politica, & in tali communitate non ſic eſt hæc poteſtas ex ipſa natura rei, vt non ſit in hominum poteſtate ita congregari, & non poſſe leges condere, & ſi vellent ita congregari, & hac carere poteſtate, vellent pugnantia, & ideò nihil efficerent: quia ſine gubernatione politica, vel ordine ad illam, non poteſt intelligi communitas, & vnitas politica: tum, quia hæc vnitas magna ex parte conſurgit ex ſubiectione ad eaſdem leges, vel eandem poteſtatem politicam: tum, quia non poſſet dirigi ad vnum finem & commune bonum: cùm ergo ad conſeruationem, vel bonum naturę humanæ non E ſit neceſſarium, vt omnes homines ita cõgregentur in vna politica communitate: neceſſarium nõ eſt, vt modo habeat, vel aliquando habuerit talem poteſtatem politicam, aut legiſlatiuam: imò, cùm vix ſit poſſibile, & multò minùs expediens, ita congregari omne genus humanum: dixit enim Ariſtoteles 7. polit. cap. 4. ciuitatem copioſam difficilè gubernari: ac proinde difficiliùs regnũ, præſertim ſi nimis amplum ſit, & multò difficiliùs totum vniuerſum: veriſimilius eſt, numquam, vel breuiſſimo tẽpore fuiſſe hanc poteſtatẽ legiſlatiuam formaliter in tota hominum collectione: ſed paulò poſt mundi creationem cœpiſſe homines diuidi in varias Reſp. & in ſingulis fuiſſe hanc poteſtatem

19
*2. Concluſ. Poteſtas hæc exiſtit in tota communitate.*

*In hominum multitudine non eſſe politicam poteſtatem quomodo probari poſſit.*

*Ciuitas copioſa difficile gubernatur, & multò magis regnum.*

Digitized by Google

teſtatem faciendi leges per ſe ipſas: vnde Auguſtinus 5. ciuit. ca. 9. colligit ex Geneſ. 4. ante diluuium Cain fuiſſe primum, qui proprium regnum, & Rempub. conſtituerit: poſt diluuium autem Nembrot ex Geneſ. 10. quia nimirum Cain prius diuiſit communitatem perfectam ſeparando ſe à familia paterna, & ſic de Nembrot reſpectu Noe. Hæc illi.

*A principio mundi totum humanum genus potuit cõuenire.*

Noſtra verò ſentẽtia probatur primò, quia nulla eſt ratio, cur à principio totum humanum genus conuenire non potuerit explicitè, vel implicitè, vt aliqua lex generaliter inter eos perpetuò ſeruaretur, ita vt ſucceſſores etiam ligaret: ſiquidem etiam alij quicumque nullum ſuperiorem habentes, à quo impediantur, poſſunt pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ſimile quid ſtatuere, antequam in vllo alio conueniant: cur enim poſſunt primùm conuenire, vt eligant regem, vel magiſtratus communes, qui ſunt leges animatæ, & non poſſunt primò conuenire, vt viuant eiſdem legibus, ſiue in genere, ſiue in ſpecie leges ipſas deſignando. Itaque nulla alia vnio, ante ipſam legiſlationem neceſſaria eſt, niſi aggregationis, vel congregationis non aliundè impeditæ: cùm ergo totum genus humanum, nec à Deo, nec ab Angelo, nec ab homine vllo particulari, vel particulari communitate fuerit impeditum, imò nec naturaliter potuerit impediri; ſtatim potuit nulla alia vnione præcedente leges condere conſentiente maiore parte illius: nec enim erat neceſſe ſingulos homines conſentire, vt nec in aliis communitatibus, & ſicut aliquæ obligant poſteritatem, ita & cõmunitas humani generis: & hanc poteſtatem legiſlatiuam numquam genus humanum à ſe abdicauit, licet fortè potuerit abdicare, in Adamum vel aliquem alium hominem eam transferendo, vel in plures reges, aut Reſp. eam diuidendo: ergo adhuc manet in ipſo hæc poteſtas.

*Poteſtas legiſlatiua in genere humano fuit neceſſaria.*

Et ſanè poteſtas hæc neceſſaria fuit in genere humano: non enim benè potuiſſet in iuſtitia & pace conſeruari, niſi aliqua communia iura pro omnibus Regibus, Principibus, Rebuſpub. & priuatis hominibus ſtatuiſſet, quæ cõmuni fœdere, & conſenſione inter ſe conſeruarent: & hæc ſunt iura

*Iura gentium vnde dimanarunt.*

gentium, quæ magis implicitè, quàm expreſſa lege conſtituta ſunt, & traditione, ac conſuetudine intelliguntur: quorum aliqua ſunt omninò poſitiua, ita vt cum naturalibus in obiecto non coincidant: alia verò coincidunt quidem, ita tamen impoſita ſunt: vt vim habeãt independentem ex hac conſtitutione naturali: nam voluerunt ad ea obiecta humanum genus obligari, ſiue ad eadem obligaret lex naturæ, ſiue non. Vnde, etiam, ſiquis exiſtimaret, ad ea non obligari ex iure naturali, tenetur ea facere ex iure gentium, vt contingit in aliis legibus poſitiuis, concurrentibus cum naturalibus, ſtatuentibus autem independenter à lege naturæ: ſecus quando legiſlatores ſolùm dicerent, *ſeruetur in hoc lex naturæ*, etiam ſi declarent, quæ illa ſit: tunc enim, ſi ego euidenter intelligam, deceptos fuiſſe; non aſtringar eius præceptis, licet de re honeſta fuerint, & ſubiecta eorum iuriſdictio-

*Ex iure gentium eſt immunitas legatorum.*

ni. Inter gentium iura poſitiua, quæ cum naturalibus minimè concurrunt, numero ego cum communi, immunitatem legatorum modeſtè, & iuſtè ſe gerentium in ſua legatione: nam licèt hoſtes ſint, & ſtando in iure naturæ poſſent tamquam hoſtes occidi: iure tamen gentium facultas hæc ablata eſt, & mandatum, vt nullum damnum illis inferatur, idem eſt de innoxio tranſitu per publicas vias, etiam alienas, qui iure gentium omnibus conceditur, & impediri vetatur, vt omnes poſſint commercia inter ſe habere, & quiſquis in alienis terris id quærere, quod ſibi vtile fuerit, abſq; aliorum detrimento, & ſimilia. Et ſanè qui negant genus humanum ſine vlla alia coniunctione præuia, non potuiſſe leges ſancire, negant contra omnium opinionem iura omnia gentium, præſertim poſitiua: nam in quibus caſu, & nulla communi lege lata, omnes, aut plures Reſp. conuenerunt, ſiue cum naturalibus legibus concurrant, ſiue ſecus, iura gentium non dicuntur: & quælibet Reſpub.

*Nulla Reſp. poteſt ius gentium abrogare.*

poteſt illa pro ſe abrogare: nulla tamen poteſt ius vllum gentium abrogare: alioqui poſſet Reſpub. quælibet ſtatuere, vt hoſtibus etiam legatis damnum fiat, vt innoxius tranſitus exteris denegetur: quod falſum, & contra omnes eſt, & imputabile eſſet generis humani detrimentum: totum autem genus humanũ poſſet iura hęc abrogare explicitè, vel implicitè cõſenſu. Retinet ergo poteſtatem legiſlatiuam, & gubernatiuã, ex qua olim leges ſanxit, iuxta id, quod dicitur in lege, omnes populi, ff. de iuſtitia & iure, *quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit, omnibus volentibus, vt illud inuiolabiliter ſeruaretur, ius gentium eſſe*: quam tamen non propriè admodum vocabimus politicam ſeu ciuilem, cum non ſit poteſtas ciuitatis: latè autem ciuilis vocatur, ſicut illa, quæ eſt regni, vel imperij, vel cuiuſcũque ciuitatis, vel collegij non habentis nomen ciuitatis: imitatur enim eam, quæ ciuitatis eſt: quoniam ab ipſa ratione naturali, vel Deo authore naturæ fluit.

*Communitates particulares poſſunt ſibi & ſuis ſucceſſoribus leges condere.*

Ex quibus patet, communitates particulares, 20
modò non impediantur, ſicut numquam impeditæ ſunt à communitate vniuerſaliſſima omnium gentium, poſſe ſibi, ſuíſque ſucceſſoribus leges condere: non tamen omnes eodem modo: nam quæ ſunt habitantium eodem loco, & ſimul habentium domicilia, poſſunt à maiore parte leges ſtatuere, quibus teneantur omnes, qui ibi degere velint, quas ſi aliqui ſeruare noluerint, poterunt inde expelli, vel ibi manentes puniri, ſicut ait Victoria de poteſtate ciuili, num. 9. *maiorem partem Reip. aliis inuitis, poſſe Regem ſuper totam Rempub. conſtituere, quibus legibus ſubiecti erunt etiam exteri illuc aduentantes*: quia natura poſtulat, vt ſimul viuentes, legibus ad commune bonum loci pertinentibus, aſtringi poſſint, itaque ſicut vnitas humani generis eſt ſufficiens fundamentum poteſtatis legiſlatiuæ in humano genere: ita domiciliorum coniunctio in communitate coniunctorum. Aliæ verò communitates non locales, ſine conſenſu explicito, vel implicito omnium partium, non habent poteſtatem legis condendę ad maiorem partem ſuffragiorum: ſed priùs oportet conuenire inter ſe de hac re, vt ſic ferre leges communitas poſſit: quia natura non poſtulat, vt ſic leges ferre poſſint communitates non locales: quę etiam non poſſunt leges ferre contrarias legibus locorum, vbi partes habuerint ſua domicilia; quia iſtæ primum ſeruandæ ſunt, id poſtulante natura. Adde,

*Reſp. inſtitui poteſt cum ea ſola lege, vt nulla ferre à magiſtratibus poſſint.*

Rempub. inſtitui poſſe cum ea ſola lege, vt nullæ aliæ fieri à magiſtratibus poſſint, quæ veræ ſint leges, & in perpetuum obligent etiam poſteros: ſed per magiſtratus omnia fiant, quibus expirantibus, expirent omnia eorum mandata, præter ea,



Digitized by Google

quæ in ſententiis tamquam iudices tulerint: hoc enim ſatis eſt ad Reip. vnitatem; maximè cùm ipſa Reſpub. ſi velit, poſſit maiorem magiſtratibus auctoritatem dare, vel per ſe leges ferre, ſiue repugnantibus magiſtratibus, ſi poteſtate legiſlatiua non ſe abdicauit, ſiue conſentientibus, ſi ſe abdicauit in eorum fauorem, vnde aliquæ Reſp. ſine legibus Domini vixerunt, temporalibus magiſtratuum præceptis contentæ: ait namque Iuſtinus 1. hiſt. *olim populos ſine vllis legibus ſolo principum arbitrio gubernari ſolitos*, & Liuius lib. 3. ait, *Romanam Rempub. ad annos trecentos ſine legibus gubernatam.* Qua de re plura ſectione 5.

*§ 3. Concluſio. Poteſtas legiſlatiua à Deo eſt.*

*Opinio quorundam.*

21 Dico tertiò, hæc poteſtas legiſlatiua à Deo eſt ſufficienter, per ſolam voluntatem producendi communitatem, in qua ex natura rei reſidet immediatè, & non mediis aliis hominibus poteſtas legiſlatiua. Hæc eſt contra aliquos aſſerentes, hanc poteſtatem in nulla eſſe humana communitate, niſi ex commiſſione diuina, vel communicatione ſuæ poteſtatis formalis, quam formaliter, & explicitè voluerit hominibus communicare, ſuppoſito, per modũ diſpoſitionis materialis, quòd illi propria voluntate communitatem cõſtituant: per hoc enim efficiunt ſubiectum capax huius poteſtatis, quod eſt cõmunitas. Deus autem tribuit quaſi formam, ſcilicet, hanc poteſtatem moralem: quod indicari putant à Caietano tom. 1. op. 2. de poteſtate Papæ parte 2. ca. 10. ad 2. Cõfirmat Couarruuias in pract. c. 1. Victoria relectione de hac poteſtate Soto. 1. iuſt. q. 1. art. 3. & ſuadent; quia ſuppoſita in hominibus voluntate conueniendi in eadem communitate politica, non eſt in eorum poteſtate impedire hanc iuriſdictionem: ergo ſignum eſt, proximè non prouenire ex eorum voluntatibus, quaſi ex propria cauſa efficienti: ſicut in matrimonio rectè colligimus, virum eſſe caput mulieris ex dono auctoris naturæ, & non ex voluntate vxoris: quia licèt ipſi vellent hanc ſuperioritatem impedire, non poſſent. Confirmatur primò ex Rom. 13. *non eſt poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt*, vel vt habent aliqua manuſcripta, & textus Græcus, ac Syriacus, *quæ autem ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt: & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, & 1. Petri 2. *ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum*, id eſt, quia poteſtatem accipit à Deo, *ſiue Regi quaſi præcellenti, &c.* & Prouer. 8. *per me Reges regnant, &c.* & c. ad hoc diſt. 9. dicitur, *prouiſione diuinæ diſpenſationis quoſdam eſſe ſuperiores, & alios inferiores*, & Danielis 2. & 4. & Iſa. 44. in fine & 45. in principio, *Deus regnare dicitur*, & Ioan. 19. *non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper*; ergo eſt immediatè à Deo; quia à nullo immediatius eſt. Confirmatur 2. quia hæc poteſtas habet plures actus, qui videntur excedere humanam facultatem, prout eſt in ſingulis hominibus: ergo ſignum eſt, non eſſe ab ipſis: ſed à Deo. Primus actus eſt punitio malefactorum etiam vſque ad mortem: nam cùm ſolus Deus ſit Dominus vitæ, ſolus ille videtur poſſe hanc poteſtatem dare: vnde Auguſtinus de natura boni ca. 32. *nocentium poteſtas, non eſt niſi à Deo*, & fortè ob eandem cauſam poteſtas gladij ponitur tamquam ſignũ meri imperij. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iudi. Secundus eſt obligari in cõſcientia: quod maximè videtur pertinere ad diuinam poteſtatem. Tertius eſt vindicare iniurias ſingulorum: cùm alioqui ſcriptum ſit, Deut. 32. & Eccle. 28. *mihi vindictam & ego retribuam.* Ergo hęc poteſtas eſt diuina: alioqui potuiſſent homines alium modũ vindicandi iniurias vſurpare: quod falſum eſt: quia quiuis alius modus iniuſtus eſt.

*Poteſtas politica habet plures actus qui humanam facultatem videntur excedere.*

22 *Opinio aliorum.*

Alij dicunt, ſententiam hanc ſine dubio in hoc veram eſſe, quòd principalis auctor huius poteſtatis eſt Deus, & quòd ex obligatione iuris naturæ naſcitur: hoc enim probant rationes factæ: *concurrit tamen*, inquiunt, *humana voluntas ad hanc poteſtatem tribuendam: quia in primis non datur hæc poteſtas, per actionem à creatione diſtinctam*: oporteret enim per reuelationem de illa conſtare: quod dici non poteſt: datur ergo medio dictamine naturali: quod Deus ſufficienter prouidit humano generi, & dedit illi omnem poteſtatem neceſſariã ad conſeruationem, & rectam gubernationem ſuam. Deinde hæc poteſtas non ita datur toti communitati, quin à voluntate hominum pendeat in illo, vel in aliquo alio eſſe: ergo pendet à voluntatibus hominum, vt eam aliquomodo cõferentibus, & non tantùm quaſi diſponentibus materiam. Conſequentia declaratur ex differentia inter hanc & ſpirituale poteſtatem: nam, quia poteſtas Pontificum cum verbi gratia non datur ab hominibus eligentibus eum; ſed immediatè à Chriſto: ideò poſtquam ſemel data eſt, non poſſunt homines illam auferre, nec abſolutè modum regiminis illius immutare, nec deſignare collegium, cui poteſtas illa conferatur: totum autem contrarium eſt in præſenti poteſtate: ergo habet maiorem dependentiam à voluntatibus hominum.

*Poteſtas Pontificum nõ datur ab eligentibus ipſum ſed à Chriſto ipſo.*

Vnde primò inferunt iſti, quòd, quamuis hæc poteſtas abſolutè ſit de iure naturæ: tamen determinatio eius ad certũ modum regiminis eſt ab arbitrio humano; nam licèt meliùs gubernationis genus ſit monarchicum: tamẽ eligere poſſunt ariſtocraticum, vel Democraticum, vel aliud ex his mixtum: & ita conſtat experientia, magnam eſſe in hoc varietatem: nam alicubi eſt monarchia, & rarò eſt ſimplex: ſuppoſita enim fragilitate, ignorantia, & malitia hominum, regulariter expedit aliquid admiſcere ex populari gubernatione, quæ etiam eſt maior, vel minor iuxta varias conſuetudines & iudicia hominum: pendet ergo tota hæc res ex humano conſilio, & arbitrio. Vnde ſub inferunt iſti primò: quod ſinguli homines ex natura rei habent partialiter virtutem ad conferendum hanc poteſtatem: eo autem ipſo, quòd volunt efficere, & efficiunt vnam communitatem perfectam, reſultat in tota illa hæc poteſtas: ius autem naturæ non obligat determinatè, vel vt per totam communitatem mediatè exerceatur, vel vt in ipſa ſemper maneat: imò quia moraliter difficillimum eſſet ita fieri, eſſet enim infinita confuſio, & mora, ſi ſuffragiis omnium leges eſſent condendæ: ideò ſtatim determinatur hæc poteſtas ab hominibus ad aliquem ex prædictis modis gubernationis: quia non poſſunt alij excogitari.

*Poteſtas ciuilis quæ eſt in Regibus, è populo manauit.*

Secundò inferunt, poteſtatem ciuilem, quæ nunc eſt in regibus, & principibus, à populo, vel communitate proximè, vel remotè manaſſe, nec potuiſſe aliter haberi. Eſt cõmunis Iuriſperitorum l. 1. ff. de conſti. princip. & l. 2. ff. de orig. iuris. ex quibus iuribus colligitur. Idem docent Panormitanus & alij, c. per venerabilem, qui filij ſint legit. D. Thomas. q. 90. ar. 3. & q. 97. art. 3. ad 3. Caietanus opuſ. cit. de poteſtate Papæ, parte 2. c. 2. & 10. Sotus

Digitized by Google

Sotus.1.iuſti. q. 1.art.3.Cardinalis Bellarminus 3. de laicis.c.6. Valentia hîc,diſput.6.q. 1. pun.2.§.2. diximus. Molina de iuſti.tract.2.diſput.23.Victoria relect.de poteſtate ciuili num.7. & relect. 1.de poteſt.Eccleſiæ,q.3.nu.2. & alij omnes. Probatur: quia hæc poteſtas ex natura rei eſt immediatè in communitate: ergo,vt incipiat eſſe in aliqua perſona, neceſſe eſt, vt ei à communitate tribuatur. Hæc illi.

*Opinio auctoris.*

23 Vterque modus dicendi deficiens eſt,quatenus generatim putat, hãc poteſtatem in ſe ipſa dependenter aliquomodò à voluntate humana incipere in communitate ipſa;iam enim diximus independenter à voluntate humana eſſe in toto humano genere, ſaltem quamdiu noluerit eam à ſe abdicare,& in particulares homines, vel Reſp.aut communitates transferre, eandémque eſſe immediatè in omnibus habentibus ſimul domicilia, ita vt leges ſtatim ferre poſſint pro ſe, & omnibus ſuccedẽtibus in domicilio,aut alia ratione ibi commorantibus, quamuis liberum ſit cuique eximere ſe ab his legibus, vel non conſtituendo ibi domicilium,vel conſtitutum à ſe, vel à ſuis aliò transferendo:eandémque immediatè eſſe in qualibet alia communitate,& collegio, quantùm ad hoc, quod eſt ſeipſos ligare, nulla alia media voluntate, licet alios obligare non poſſint, niſi media voluntate ingrediendi in eam communitatem, per voluntatem ſubiiciendi ſe legibus futuris ipſius, ſicut alij, qui iam ſunt partes communitatis:& ideò aliquomodò verum eſt in his duabus communitatibus, quòd poteſtas hæc dependenter aliquomodò à voluntate humana ſit in ipſis, & in tertia reuerà ſingulæ perſonæ formaliter dant aliis poteſtatem obligandi ipſas,vt veræ cauſæ efficientes morales: poteſtatem verò obligandi ſe habent ex ipſa natura: imò ea vtuntur ex ipſo ingreſſu, volendo ſe obligare ad id, ad quod ſe alij obligauerunt, ſub conditione,quòd illi ad idem maneant obligati:in prima communitate totius humani generis, omninò independenter eſt poteſtas hæc quoad fieri, licet non quoad conſeruari, ſi poſſunt,vt apparet, hanc poteſtatem à ſe abdicare. Verùm eſt tamen, quod ſecundus modus dicit hanc poteſtatem non eſſe à Deo, quaſi ex commiſſione,& communicatione, ſed per ipſam voluntatem creandi homines, & concurrendi ad ipſorum actus:nam ex ipſa natura ſola,vel mediis quorundam actibus hominum reſultat neceſſariò in ipſis communitatibus, niſi Deus vellet tamquam ſummus Dominus auferre ab illis poteſtatem ſe, & alios obligandi. Et quòd non ſit verè,& propriè ex commiſſione, ſeu communicatione, patet: quia etiam ſi homines non eſſent creati à Deo, vel Deus eſſet agens de neceſſitate naturæ, ac proinde non haberet poteſtatem per ſe leges ferendi: tamen homines poſſent eas ferre, & obligare alios in conſcientia, & nocentes etiam morte punire, & vindicare iniurias ſingulorum: hoc enim non requirit dominium, nec poteſtatem commiſſam propriè à Domino: ſed poteſtatem publicam,& politicam,quæ ex ipſa natura rei competit communitatibus eo modo, quo explicatum eſt, & id intendunt Caietanus, Victoria,Sotus,& Couarruuias citati in primo modo dicendi:volunt enim eſſe à Deo, vt auctore naturæ, per creationem, & non per ſpecialem commiſſionem,& delegationem,propriæ poteſtatis cõmunicatæ formaliter loquendo.Quamuis cùm Deus habeat poteſtatem ferendi leges, ſi per creationem dat hominibus poteſtatem leges ferendi, ſuam poteſtatem communicat: ſed eandem dare: non communicando illam, ſi per impoſſibile illam non haberet, vnde materialiter & per accidens datio iuriſdictionis eſt communicatio eius: non verò per ſe & formaliter. Prædictis cõſonat Durandus lib.de origine iuriſdict.q.1.dicens, *non eſt intelligendum, quòd auctoritas iuriſdictionis, ſeu regis ſæcularis ſit à Deo hoc modo, quòd Deus, cùm creauit humanum genus, commiſerit alicui homini regimen aliorum, aut dederit ſpeciale præceptum,ſeu fecerit ſpecialem ordinationem,quòd quis præeſſet aliis: ſed eſt à Deo, quia ſecundùm rectam rationem, quam Deus indidit homini, debitum eſt, & conueniens, talem auctoritatem eſſe inter homines,& quod ipſi inter ſe de hoc conueniant:* idem optimè docet Driedo.1.de liber.Chriſtiana c.15.Caſtro.1.de lege pœnali,c.1.Molina tract.2.de iuſtitia diſput.26. & 27.

*Hæc poteſtas eſt independẽter in toto humano genere, donec transferatur in homines particulares.*

*Homines poſſunt ferre leges per ſe, & obligare in cõſcientia independenter à Deo.*

*Datio iuriſdictionis eſt eius communicatio.*

A B

Corolaria verò, quæ ſecundus modus dicendi infert,vera ſunt,& ex his ſequuntur, in quibus cũ eo conuenimus;non ex aliis, in quibus non conuenimus, & primum corolariũ ſic ponitur à Cardinale Bellarmino ſuprà.Quartò nota, in particulari ſingulas ſpecies regiminis eſſe de iure gentiũ, non de iure naturæ;nam pendet à conſenſu multitudinis conſtituere ſuper ſe Reges, vel cõſules, C vel alios magiſtratus,vt patet, & ſi cauſa legitima adſit, poteſt multitudo mutare regimen in ariſtocratiam,aut Democratiam,& è contrario, vt Romæ factum legimus,ait eſſe de iure gentium,quia id gentes ipſæ particulares determinant, & non natura: ſic etiam Molina illa diſput. 26. docet, Remp. poſſe pro ſuo arbitrio hoc,vel illud regiminis genus eligere,& quod elegerit, eſſe immediatè à Rep. mediatè verò à Deo per lumen naturæ,& poteſtate,quam Reip. conceſſit eligẽdi modum,quem vellet regi minis.

*Singula ſpecies regiminis ſunt de iure gentium.*

*Reſpub.poteſt pro ſuo arbitrio hoc vel illud regiminis genus eligere.*

Aliud verò corolarium nos ex præcedentibus inferimus,poteſtatem legiſlatiuam non fuiſſe primùm in Cain,vel in ciuitate,quam cõſtituit. Primum patet, quia Cain non potuit illam habere, D niſi à communitate: ergo prius fuit in communitate, licet fortè communitas ſtatim in ipſum eam tranſtulerit:quod incertum mihi eſt,imò ignoro, an ea communitas legibus vllis gubernata ſit, eo tempore. Secũdum verò etiam patet:quia legiſlatiua poteſtas prius fuit in cõmunitate totius humani generis, quàm Cain conderet Ciuitatem.

*Cain non habuit poteſtatẽ legiſlatiuã in ciuitate quam condidit.*

Inferimus etiam, quid ſibi velit Victoria relectione de poteſtate ciuili,vbi numero 1. ait, *omnis ſeu publica,ſeu priuata poteſtas,qua Reſp.ſæcularis adminiſtratur,ita Deum auctorem habet, vt nec orbis totius conſenſu tolli, aut abrogari poſſit,* & num. 6.*ſi poteſtatem publicam conſtitutam iure naturali oſtẽdimus;* E *ius autem naturale Deum ſolum auctorem cognoſcit, manifeſtum euadit,à Deo eſſe,nec hominum conſtitutione,aut iure aliquo poſitiuo contineri,*& infrà. *Si Reſp. ſocietateſq; iure diuino,ſeu naturali ſunt conſtituta, poteſtates etiam ſine quibus Reſp. ſtare non poſſunt. Item de iure diuino eſſe,vt nullum dubium ſupereſſe poſſit,rationibus & teſtimoniis confirmabimus:* quod & facit eodem numero,& ſequentibus.Credo ipſum velle poteſtatem gubernatiuam abſtrahendo ab actiua,& paſſiua,id eſt,qua Reſp.gubernetur, ſiue à ſe per Reges,principes, vel magiſtratus à ſe cõſtitutos;ſiue ab aliis,qui ad id diuina volũtate,vel iure belli

Digitized by Google

belli auctoritatem habeant, ita illi competere iure diuino naturali vt nullo iure humano etiam gentium auferri ei poſſit. Conſtat tamen poteſtatem abſolutam gubernandi ſe actiuè, poſſe ei auferri iure belli, vel ſi eſſent legitimæ cauſæ, iure gentium, aut Pontificio: an verò ſi neſcirent, aut nollent ſe rectè gubernare in ordine etiam ad præſentem vitam, ius eſſet cuilibet Reipub. aut regi, eos compellere ad ſuſcipiẽdos principes, vel magiſtratus illis conuenientes, modò non diſputo. Quod verò ait nu. 8. Reges à iure naturali habere poteſtatem, & non ab ipſa Rep. aut prorſus ab hominibus, intellige inchoatiuè, quia ipſa Reſp. poteſt, imò interdum tenetur eligere reges, ſcilicet, cum perſpectis omnibus circumſtantiis, non poteſt commodè populariter, vel per optimates gubernare ſe. Similiter accipe, quod dicit eodẽ numero Remp. cum Regem creat, non aliam poteſtatem, ſed propriam auctoritatem in Regem transferre; nec enim ſunt duæ poteſtates, vna regia, altera communitatis: ſed eadem: ergo ſicut vna eſt de iure diuino naturali, ita & alia: & ita Reges dicuntur miniſtri Dei, non Reip. Addit, hãc poteſtatem nõ eſſe ſicut illam, quam religioſi tribuunt Abbati, nam etiam nulla præcedente voluntate ciuium, & ipſis inuitis, poteſt Reſp. per ſe vel per reges, ipſos cogere, vnde Victoria rectè intellectus non eſt contrarius ei, quod dicũt Driedo. de libert. Chriſtiana cap. 15. & Caſtro. 1. de lege pœnali cap. 1. poteſtatem regalem immediatè non eſſe de iure diuino: quod veriſſimum eſt, per ſe loquendo, & vt in plurimũm: quia quòd poteſtas illa Reip. transferatur in Regem, vel communicetur illi, eſt ex donatione Reip. & ſub ea ratione eſt de iure humano; licet radicaliter, ſeu in radice, & vt erat in Rep. eſſet de iure diuino naturali. Confirmatur quia Reſp. potuit eligere aliud gubernationis genus, in monarchico potuit regi maiorẽ, vel minorem pro ſuo libito auctoritatem concedere: ergo ſignum eſt, talem auctoritatem conferri à Rep. mediatè autem, & radicaliter eſt à Deo, & eſt conſona diuinæ voluntati, imò ſuppoſita translatione talis voluntatis in Regem præceptum diuinum, & naturale obligat ad obediendum ipſi, ſicut ſeruus ſuppoſito quòd ſe vendidit, tenetur iure naturali, & diuino obedire Domino; Prædictis conſentit Cardinalis Bellarminus 3. de laicis cap. 6. dicẽs, poteſtatem politicam eſſe tamquam in ſubiecto mediatè in tota multitudine iure diuino, & naturali, & à multitudine transferri in vnum, vel plures eodem iure naturæ, nã Reſp. per ſe ipſam non poteſt exercere hãc poteſtatem; ergo tenetur eam transferre in aliquem vnum, vel aliquos paucos, & modò hæc poteſtas principum in genere conſiderata, eſt etiam de iure naturæ, & diuino: nec poſſet genus humanum, etiam ſi totũ ſimul conueniret, contrarium ſtatuere, nimirũm, vt nulli eſſent Principes, & Rectores; idem ſentit Durandus de orig. iuriſd. quæſt. 1.

*Poteſtas regalis immediatè non eſt de iure diuino.*

## SECTIO III.

*In quibus, & quomodò ſit, vel fuerit de facto poteſtas ferendi leges ciuiles.*

25 DIco primò, hãc de facto eſſe & fuiſſe ſemper in toto humano genere, ex ipſa rei natura, vt ſectio. præced. oſtẽſum, & explicatum eſt. Dico ſecundò fortaſsis Adam habuit hanc poteſtatem in totum humanum genus, vel ex commiſsione Dei, vel ex commiſsione, aut conſenſu totius humani generis: quamuis enim ratio originis, quæ erat caput œconomicum totius humani generis, non fuerit per ſe ſufficiens ad dandam illi hanc poteſtatem, tamen potuit eſſe ratio motiua, vt conferretur ei à Deo, à quo plura alia dona accepit, vel ab ipſo genere humano, licet neutrum cõſtet factum fuiſſe: & ideò aliqui negant Adæ conceſſam diuinitùs fuiſſe hanc poteſtatem: de hoc enim nullum extat ſacræ Scripturæ teſtimonium, nullaque reuelatio, ratione cuius id affirmemus, imò in Geneſi ſignificatur oppoſitum, cùm non dixerit Deus Geneſ. 1. *Dominamini hominibus, ſed piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram, &c.* Indicans, nulli homini dari dominium erga alios, vt notauit Auguſtinus 19. ciuit. ca. 15. & propterea Durãdus de orig. iuriſd. qu. 1. apertè docet, Deum à principio nulli hominum cõmiſiſſe, vt alios regeret: idem docet Cardinalis Bellar. 3. de laicis cap. 3. licet aliqui dicant, decens fuiſſe, vt Deus à principio inſtitueret monarchiã, quæ eſt optimus gubernationis modus, vt ſuperiùs diximus, & ideò Regem totius mundi feciſſe Adamum ſapientiſsimum. Sed contra: quia *Deus hominem reliquit in manu conſilij ſui,* Eccleſ. 15. idque ſpectabat ad ſuauem Dei prouidentiam, & cõſtat Cain primò ædificaſſe ciuitatem, Geneſ. 4. verſ. 17. & fortè hac ratione factus fuit eius Rex, vel violentia: nam, auctore Ioſepho 1. antiquit. cap. 2. *primus omnium Cain facultates domeſticas per vim, & rapinam augere conatus eſt, & aſcitis latrociniorum, & flagitiorum ſociis, magiſter illis, & dux ad facinoroſam vitam effectus eſt.*

*1. Concluſio.* *Poteſtas ferẽdi leges eſt in toto humano genere.*

*2. Concluſio.*

*Cain primus dux facinoroſorum.*

Dico tertiò, quod de Adam dictum eſt, de Noe 26
propter eaſdem rationes dici poteſt, licet quidam apud Victoriam relect. de poteſt. ciui. num. 7. dixerint, nec in ſtatu innocentiæ, nec in lege naturæ inter cultores Dei vllum fuiſſe principem.

*3. Concluſio.*

Dico quartò, poteſtas eligendi reges, qui politicam etiam ferendarum legum poteſtatem haberent, quodammodò ex iure gentium, quodãmodò ex ipſa rei natura data eſt cõmunitatibus. Primum colligitur ex Azor part. 2. lib. 9. cap. 11. qu. 1. in principio, vbi ait, *Si generatim de regibus loquamur, iure gentium inſtituti ſunt: nam l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure, dicitur, iure gentium ſunt inſtituta dominia.* Secundùm autem colligitur ex eodem poſteà dicente, *ex his perſpicuum eſt, natura duce, regna eſſe conſtituta, creatos reges, vt quidam præeſſent, alij ſubeſſent, quidam imperarent: alij parerent. Sicut igitur naturæ inſtinctu homines congregati ſunt, & ita ciuitas eſt conſtituta: ſic plures ciuitates natura duce, in vnã prouinciam conuenere, quæ ſeſe inuicem tuerentur, & ita regna orta, & inſtituta ſunt,* citat Durandum lib. de origine iuriſd. quæſt. 1. Ioan. Pariſinum tract. de Papali, & regia poteſt. cap. 1. & poſteà vtramque partem docet Azor dicẽs, *quòd reges ſint, vel regna, iuris gentium, vel naturalis eſt, non diuini.*

*4. Concluſio. Poteſtas ferendarum legum ex iure gẽtiũ & ipſa rei natura data eſt communitatibus.*

Vtraque pars aſſertionis explicatur, & probatur: nam quòd quælibet communitas non impedita poſsit ſibi creare regem, ex natura eſt, quòd verò non ſint impeditæ, à iure gẽtium fuit, id eſt, à toto humano genere non impediente, cùm ex cauſa, ſi ſubeſſet, poſſet impedire, imò id expreſsè, aut tacitè poſitiuè conceſsit, & voluit. Itaque non ſolùm permiſit, ſed quantùm in ſe erat, facultatem dedit cuilibet communitati gubernandi ſe per

*Quælibet cõmunitas non impedita poteſt ſibi creare regem.*

Digitized by Google

per reges, vel optimates, vel populariter prout cuique eorum placeret, & eandem facultatem cōceſsit ante diluuium Adam, & poſt diluuiū Noe, ſi fuerunt reges, imperatores, aut Monarchæ totius mundi.

*5. Concluſio. Aliqui reges ſpecialiter à Deo conſtituti ſunt.*

Dico quintò, aliqui proculdubio fuerunt ſpecialiter à Deo conſtituti Reges, aut Principes cum legiſlatiua poteſtate, quæ niſi excipiatur ſemper intelligitur cōcedi Regibus, & Principibus. Patet de Saule, & Dauid, quos Deus Reges conſtituit, licet Samuel vnxerit, & populus eos acceptauerit: Moyſi autem, & Ioſue, & quibuſdam aliis iudicibus, & ducibus, licet Deus conceſſerit poteſtatem iudiciariam, & ducalem, neſcio an Deus dederit aliquibus eorum (vt Moyſi & Ioſue) poteſtatem legiſlatiuam: quam alios iudices nō habuiſſe certū mihi eſt: quia non erant duces, nec imperare quidquam poterant, niſi in ordine ad iudicia, & ſententias ferendas. Similiter quod de Nabuchodonoſor dicitur Daniel. 2. *Deus cæli regnum, & imperium dedit tibi*, & cap. 4. *Deum cuilibet dare regna*, & Auguſtinus 4. & 5. ciuit. *Deum regna dare*, & Iſaiæ 44. in fine, & 45. In princip. Cyrum fuiſſe regem à Deo conſtitutum, & alia, quæ ad idem retulimus ſect. præced. concl. 2. In primo modo dicendi, intellige, mediante hominum electione, non per ſe, & immediatè, quaſi ex commiſſione, delegatione, vel communicatione ſuæ poteſtatis formalis cæteris regna contingant. Itaque in illis locis ſolum ſignificatur, regnum nulli competere ſine ſpeciali prouidētia Dei, vel ordinātis, vel permittentis, vt dixit Auguſtinus 22. contra Fauſtum cap. 74. hoc tamen non impedit, quin per homines fiat, ſicut alij effectus facti per cauſas ſecundas principaliter tribuuntur prouidentiæ Dei, & ita Aug. tractatu 6. in Ioan. ad finem, ait, *Deum humana iura per Imperatores diſtribuere*.

*Deus quomodo dicatur regna dediſſe quibuſdā impijs.*

*6. Concluſio. Aliqui reges per electionem fiunt.*

Dico ſextò, aliqui Reges fiunt per electionem populorum, vel ciuitatum. Patet de illis, qui immediatè facti ſunt, vel modò etiam fiunt à populis, ciuitatibus, ſiue populariter per ſuffragia omnium, ſiue per ſuffragia dumtaxat optimatum, & procerum.

*7. Concluſio.*

Dico ſeptimò, quidam Reges fiunt per hæreditariam ſucceſſionem: conſtat experientia in illis, qui à progenitoribus, vel aliis anteceſſoribus regna acceperunt, vel relicta illis in teſtamento, vel quia erant quantùm ad hoc hæredes ab inteſtato, aut etiam omninò: nec ij eò quòd alij pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus hac, vel illa conditione à Repub. vel à Deo, vel ab aliis, qui eam potuerint imponere, regnum acceperunt, Durād. de origine iuriſdict. quæſt. 1.

## SECTIO IIII.

*Vtrùm Summus Pontifex vt ſic, directè poſſit leges politicas, ſeu ciuiles facere totum orbem obligantes.*

27 *1. Sententia.*

PRIMA ſententia eſt affirmatiua, quam tenuit Aluarus Pelagius 1. de Planctu Eccleſ. cap. 13. & 41. Anton. 3. parte, tit. 22. cap. 5. §. 8. Syluest. verbo, infidelitas, quæſt. 7. & verbo, legitimus, quæſt. 4. & verbo, Papa, quæſt. 7. 10. & ſequentib. vſque ad 14. Auguſtinus triumphus de Ancona lib. de poteſtate Eccleſ. quæſt. 1. art. 1. 7. 8. & 9. & alibi ſæpe: ſed præſertim quæſt. 23. artic. 1. & 4. (quamuis ex hiis quæ dicit ibi art. 2. apparet ipſum loqui de poteſtate indirecta) Hoſtienſis cap. quod ſuper his, de voto. Panormitanus ca. nouit, de iudiciis, & cap. ſi duobus, de appel. Bartolus extrauag. ad reprimendam, verbō, totius orbis, Innocentius, & alij, quos citant Nauarr. cap. nouit. de iudiciis, notab. 3. num. 19. & 20. Couarruuias regula peccatum p. 2. §. 9. nu. 7.

*Qui tenēt omnem principatum politicum ſubeſſe iuriſdictioni Eccleſiaſticæ.*

Eandem ſententiam nouiſſimè docuit Hieronymus Balbus lib. de coronat. Imperat. Caroli V. Hiſpaniarū Regis, & Thomas Bozius 1. li. de iure, à ca. 6. & paſſim in eodē lib. & in lib. 3. ca. 5. citans Mayronem 4. diſt. 19. quæſt. 1. Hi omnes docent, Pontificem habere dominium temporalis iuriſdictionis in totum Chriſtianū orbem, & ideò poſſe legibus politicis, ſeu ciuilibus totum Chriſtianum orbem obligare: imò Hoſtienſis vlteriùs affirmat, per Chriſti aduētum omne dominium infidelium tranſlatum eſſe ad Eccleſiam, & reſidere in ſummo Pontifice, vt in vicario ſummi, & veri Regis Chriſti: & ideò poſſe regna infidelium iure ſuo donare, quibus voluerit: imò alij, vt refert Pariſienſis, de poteſtate Regia, & Papali in princip. & cap. 11. tribuunt Papæ etiam dominium proprietatis omnium rerum: licet hoc negent Syluester, Antoninus, & communiter alij citati. Pro hac ſententia decem & ſeptem argumenta adducit Nauarrus ſuprà: nos verò ſic argumentamur.

*1. Argument.*

Primò ex Gelaſio I. in commentario ad Fauſtum Magiſtrum, quod in 2. tomo concil. inter decretales Gelaſij refertur, vbi Gelaſius ait, *Si quantùm ad religionem pertinet, non niſi Apoſtolicæ ſedi iuxta canones debetur ſumma iudicij totius: ſi quantùm ad ſæculi poteſtatem, illam à Pontificibus, & præcipuè à B. Petri Vicario debet cognoſcere*: Gregorius V. ſeptem Germanis Principibus poteſtatem dedit eligendi Imperatorem, vt patet ca. per venerabilem, de elect. & latè oſtendit Bellarminus 3. de tranſla. imperij cap. 1. qui antequam à Pontifice confirmetur, & coronetur, non vocatur Imperator, ſed Romanorum Rex, & Pontifici præſtat iuramentum fidelitatis, ca. filij, 63. diſt. clem. 1. de iureiurando, & Pontifices quoſdam Reges inſignierunt, titulumque regū illis dederunt, quos recenſet Pius V. in conſtit. Romanus Pontifex, edita anno 1569. 6. Kalend. Septemb. pontificatus ſui anno 4. quam ad verbum refert Petrus Matt. in conſtit. Pontif. in qua etiam Pius ipſe Coſmam à Medicis Florentinum Ducem magni Ducis Ethruriæ titulo decorauit; hæc autem facere non poſſet, niſi haberet iuriſdictionem temporalem ſuper totum orbem Chriſtianum: ergo illam habet, ac proinde toti orbi Chriſtiano leges politicas dare poteſt.

*Romani imperatores à Pōtificibus coronantur, & ei fidelitatis iuramentū præſtant.*

*2. Argum.*

Secundò, quia ipſe Imperatorem confirmatum, & coronatum, & Reges depoſuit iuſtis de cauſis, ſicut Innocentius IIII. Fredericum II. cap. ad apoſtolicæ, de ſentent. & re iudic. lib. 6. Zacharias Papa Hildericum Francorū Regem, quòd regno eſſet inutilis, depoſuit, & Pipinum Caroli Magni patrem præpoſuit, vt refert Gelaſius Papa in cap. alius 15. quæſt. 6. & Innocentius IIII. in concil. Lugd. Luſitaniæ Regi ob eius ignorātiam, & in regni adminiſtratione ſocordiā & ſegniciem, Alphonſum eius fratrem ad Remp. gubernandam Vicarium dedit: vt conſtat cap. grandi, de ſupplenda neglig. prælat. in 6. & vacante Imperio ſubditis Imperij ius dicit Pontifex, vt ſtatutum eſt in cap. licet de foro compet. & in clem. paſtoralis, §. fin. de ſent.

Digitized by Google

de ſent.& re iud. & extrauag, 1. ne ſede vacante, A imò Pontifex tranſtulit imperium à Græcis ad Germanos, vt latè Bellarminus integro opere de illa tranſlatione, præſertim cap.4. & 5. & Molina tomo 1.iuſt.tract.2. diſp.24. quæ omnia non poſſet facere, niſi haberet iuriſdictionem temporalem in totum Chriſtianum orbem.

*3. Argument. Alexander 6. regi.Caſtel & Legionis dedit dominium Indiarum occidentalium.*

Tertiò, quia Alexãder VI.anno domini 1493. 4. nonas Maij anno 1. ſui Pontificatus, Caſtellæ, & Legionis Regibus Indiarum occidẽtalium dominium contulit:cùm tamen ab infidelibus poſſiderentur: in conſtitutione enim incipienti, inter cætera:quam ad verbum refert Petrus Matthæus ſuprà, & Bullarium Romæ impreſſum anno 1587. ait, *Auctoritate omnipotentis Dei, nobis in B. Petro conceſſa, ac vicariatu Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris, cum omnium illarum dominiis, ciuitatibus, & certis locis, & villis, vrbibuſq́, & iuriſdictionibus, ac pertinentiis vniuerſis vobis, hæredibuſq́, & ſucceſſoribus veſtris Caſtellæ, & Lugduni Regibus in perpetuum tenore præſentium donamus, concedimus, & aſſignamus: voſq́ hæredes, & ſucceſſores præfatos, illarum dominos cum plena, libera, & omnimoda poteſtate, auctoritate, & iuriſdictione facimus, conſtituimus, &c.*

Ipſe etiam Alexander VI.nouum orbem inuentum inter Reges Hiſpaniæ, ſeu Caſtellæ, & Luſitaniæ diuiſit, vt ex eadem conſtitutione conſtat.

*4. Argument. Ad perfectionem Eccleſiæ pertinet, vt habeat ciuilẽ poteſtatem, & Eccleſiaſticã.*

Quartò, Eccleſia Chriſti, quæ de ſe vniuerſalis eſt, & totum mundum complectitur, eſt perfectè C vna, & optimè inſtituta: ergo tam in tẽporalibus, quàm in ſpiritualibus eſt verè monarchia: nã hoc ſpectat ad perfectam vnitatem corporis politici: ergo in illa eſt vna, & ſuprema poteſtas, etiam in temporalibus, & in vno, & eodem capite: aliàs poſſet eſſe inter eas oppoſitio aliqua, & diuiſio. Vnde Nicolaus Papa, cap.1.ſeu omnes, diſt.22. de Chriſto dixit: *Qui beato Petro æternæ vitæ clauigero, terreni ſimul, & cœleſtis imperij iura commiſit*: quod conſonat ei, quod legimus Matth.28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra:* nã ſi poteſtas temporalis data fuit Chriſto, etiam data eſt eius Vicario: conſonat etiam Lucæ 22. vbi dominus duos gladios Petro concedit: cùm enim diſcipuli dicerent, *Ecce duo gladij hic*, Dominus non ait, nimis eſt, ſed, *ſatis eſt*: quare Bernardus 4.de conſid.& Bonifacius 8.extrauag.vnam ſanctam, de maiorit. & obed.ex hoc loco deducunt, Pontificem duos gladios ex Chriſti inſtitutione habere, ſcilicet, poteſtatem temporalem, & ſpiritualem: quare omnes lites, & contentiones, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ad iudicium ſummi Pontificis pertinent, vt expreſsè habetur, cap.quicumque litem, & cap.quicumque contentiones, 11.quæſt.1. & Sa, verbo Papa in fine ait, à quocumque ad Papam appellari poſſe.

*1. Concluſio. 2. Opinio authoris. Romanus Põtifex non habet poteſtatem in totũ orbem ſimpliciter, vt comprehendit infideles.*

29 Dico tamen primò, Romanus Pontifex non habet iuriſdictionem temporalem in totum orbem E ſimpliciter, quatenus etiam infideles comprehendit. Ita tenent non ſolùm omnes citandi pro concluſione ſequenti: ſed communiter etiam citati pro ſententia præcedenti. Probatur primò, quia Pontifex vt ſic, ſolùm habet eam iuriſdictionem, quam Chriſtus illi contulit: ſed Petro, & ſucceſſoribus nullam iuriſdictionem contulit Deus in vniuerſum orbẽ: ergo, &c. Minor patet; quia nullum eſt teſtimonium, nulla traditio, vnde poſſit id demonſtrari: nam reſpectu infidelium ſolùm dixit Chriſtus Apoſtolis: Matt.28. *euntes docete omnes* A *gentes, baptizantes eos, &c.* quæ verba non continent vim coactiuam, vel dominatiuam illorum: ſed denuntiatiuam diuinæ inſtitutionis, & præcepti de Baptiſmo recipiendo, ideò Paulus 1. Corint.5.ait, *quid mihi de his, qui foris ſunt, iudicare? nõne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis? nam de his qui foris ſunt, Deus iudicabit*, id eſt, non poſſumus iudicare de infidelibus, qui ſunt extra Eccleſiam, & eius iuriſdictioni non ſubiacent, ſi illos non poteſt Paulus iudicare: ergo nec cæteri Apoſtoli, nec eorum ſucceſſores: ergo nec leges illis dare: hinc omnes in materia de fide pro comperto habent, non poſſe Pontificem vi cogere infideles ad ſibi obediendum: quod tamen poſſet ſi haberet iuriſdictionem B in illos, imò ipſi reges non eſſent ſupremi principes in temporalibus, & tenerentur recognoſcere ſuperiorem, quod eſt contra vſum & ſenſum Eccleſiæ. Vide Bellarminum 5. de pontifi.ca. 2.tomo 1.Molinam tract.2.de iuſti. diſt.22. Nauarrum ſuprà nu.41. Victoriam relect.1.de poteſt. Eccleſ. q. 1.num.8. & Pontifex non ſolùm eſſet caput Eccleſiæ, ſed orbis, nec ſolùm haberet claues regni cœlorum: ſed omnium regnorum terræ, non ſolùm eſſet paſtor ouiũ Chriſti, ſcilicet Chriſtianorum: ſed etiam aliarum, quæ oues Chriſti nec ſunt, nec de eius ouili, & caula, quæ eſt Eccleſia, in quam intrant per Baptiſmum, ſicut olim legibus Synagogæ ſolùm tenebantur circumciſi, ita nunc legibus Eccleſiæ ſolùm tenentur baptizati: ergo reliqui non obligantur legibus Pontificis, præterea ſi Pontifex habet iuriſdictionem in totum orbem, nemo haberet iuriſdictionem in aliquam orbis partem, niſi ab ipſo, vel ſaltem permiſſione ipſius, & ſic Chriſtiani, qui ſunt ſub ditione principum infidelium, non tenerentur illis obedire, nec tributa ſoluere, ſaltem ſi contra voluntatem Papæ regnarent, vt verè regnant, quia, vt ait Cardinalis Bellarminus illo ca.2. Papa nollet habere tales vicarios: ſed ſi poſſet, eorum regna fidelibus daret: quod eſt falſum, & contra doctrinam Pauli Rom. 13.ferè per totum, & Chriſti Matt.22.v.21.deinde minùs eſſent reges infideles modò quàm ante D Chriſti paſſionem, quia tunc nullum habebant ſuperiorem in terris, & eorũ poteſtas ſolùm pendebat à Deo, vt auctore naturæ, iuxta Daniel, 2.v. 21.& 37.nunc verò habent in terris ſuperiorem, à quo eorum poteſtas pendet in fieri, vel ſaltem in conſeruari: quia pro libito poſſet ea illos priuare, quod tamen non videtur admittendum: ergo. Vnde Alexander VI. in cõſtit. ſuperiùs citata, ait, Reges Catholicos Ferdinãdum, & Eliſabetham obedire illius mandatis teneri, quia Baptiſmi Sacramento ſunt initiati: ergo ſi non eſſent baptizati, non tenerentur ei obedire.

*Eccleſia non habet iuriſdictionem in infideles.*

*Pontifex non poteſt cogere infideles ad ſibi obediendũ.*

*Baptizati tãtùm legibus Eccleſiæ tenentur.*

*2. Concluſio. Pontifex vt ſic non habet poteſtatẽ temporalem ſuper totum Chriſtianũ orbem.*

Dico ſecundò, Pontifex vt ſic, non habet temporalem iuriſdictionem ſuper totum orbẽ Chriſtianum, nec poteſt illi toti politicas leges imponere. Turrecremata 2. Summæ Eccleſiæ ca. 113.& ſequentib.& c.in apibus, 7.q.1. Cardinalis Bellarminus 5.de Pontifi.c.2.3.4. & 5. Victoria relect.1. de poteſt.Eccle.qu.penult.à præpoſitione 5.& nu. 8.& ſequentib.& relect.de Indis.par.1.à nu.2.Molina. de iuſti. tom.1. tract.2.diſp.29.Suarez 3.p.to. 1.diſp.48.ſect.2. in fine dicens, oppoſitum non habere fundamentum. Couaruuias, & Nauarrus ſuprà, Maior.4.diſt.24.q.3.Henricus quodlib.6.q.23. Driedo 1.de libertate Chriſtiana ca.15.& 16. & li. 2.c.2.Albertus Pyghius lib.5.Eccleſ. Hierar. Vvaldenſis 30

Digitized by Google

denſis 2.doctrinalis,art.3.ca.76.77. & 78. Paludanus lib.de poteſtate Eccleſiaſtica,Durandus lib.de origine iuriſd.q.3.Ioannes Pariſienſis, de poteſtate Regia,& Papali cap.12. & ſequentibus,Caietanus Apolog.de auctoritate Papæ & concil. par. 2. c.13.ad 8. tom.1.opuſ.2. Sotus 4. iuſt. q.4.art.2. & in 4.diſt.25.q.2.art.1.Sanderus, 2.monarch. cap.4. Sebaſtianus Medicis tract. de legibus part. 1. q.8. in fine.

*Prob. 1. Deus eſt qui piis & impiis regna dat.*

30 Probatur primò ex patribus; Auguſtinus, 5. ciuit.ca. 21. *non tribuamus dandi regni, atque imperij poteſtatem, niſi vero Deo*: & multis exemplis illuſtrat,Deum dare terrenum regnum piis,& impiis; & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Iuliano Imperium dedit: non ergo Pontifex, vnde & Bernardus, 1. de conſid.ad Euge. *habent hac infima, & terrena iudices ſuos,reges & principes terræ, quid fines aliorum inuadis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis?*

*Probat. 2. Nec ex Scriptura nec ex traditione habetur Petro Christū hanc dediſſe poteſtatem.*

Secundò, quia nec ex Scriptura habemus,Chriſtum dediſſe hanc poteſtatem Petro, nec ex traditione:ergo cùm ſit res ſupernaturalis, non poteſt cum fundamento affirmari: maximè cùm ex traditione oppoſitũ habeamus, fueritque congruentius.Probantur ſingula: non in primis Chriſtus in Euangelio ſolùm promiſit Petro claues regni cœlorum, per quos poteſtatem ſpiritualem ſupremam ſignificauit,vt Patres exponunt, & vidimus diſput. præced. Poſteà verò implendo promiſſionem ſuam ſolùm dixit,Ioan.21.*paſce oues meas*,quæ etiam verba de iuriſdictione ſpirituali ab omnibus intelliguntur. Deinde ipſi Pontifices nũquam vſi ſunt hac ſuprema poteſtate: ſed quoties circa temporalia viſi ſunt iuriſdictionem exercere,id fecerunt indirectè,& in ordine ad ſpiritualia.

*Pōtifices quoties circa tēporalia iuriſdictionē exercuerunt,id fecerunt indirectè.*

Aliunde verò ſupponunt, in Eccleſia eſſe ſupremos reges temporales: at, ſi haberent poteſtatem temporalem ſupremam, nullus alius illam haberet: ſicut quia habent ſupremam poteſtatem ſpiritualem, nullus alius illam habet. Antecedens patet: nam Leo I. epiſt. 38. ad Martianum Imperatorem fatetur, ipſum Imperatorē à Deo ad Imperium eſſe electum, & epi.43. ad eundem, fatetur auctorem Imperij Martiani Deum eſſe, & ſimilia dicit in omnibus ferè epiſt.ad Theodoſium, Martianum,& Leonem,Imperatores ſibi inuicem ſuccedentes: præſertim ep. 72. ad Leonem Auguſtum,Gelaſ.epi.ad Anaſtaſium Imperatorem, quæ habetur tomo 2.concil.& c.duo ſunt.diſt.96. *Duo ſunt*,inquit, *Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur,auctoritas ſacra Pontificum,& regalis poteſtas,&c.* vbi nota,Gelaſium non loqui ſolùm de executione:ſed de ipſa poteſtate, & auctoritate,quam diſtinguit à tota poteſtate Papæ:ergo talem poteſtatem Papa non habet, nec Reges, & Imperatores illam habent à Papa,ſed aliunde. Vnde Gregorius lib.2. epiſt. 61. ad Mauricium. *Poteſtas ſuper omnes homines dominorum meorum pietati, cœlitus data eſt,* & Nicolaus I. epiſt. ad Michaëlem Imperatorem tom.3.conci.& c.imperium.d.10.& c.ad bellum, 96.diſt. *Nolite præiudicium Dei Eccleſiæ irrogare: illa quippe nullum imperio veſtro præiudicium infert*: & infrà, *idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus propriis,& dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, vt & Chriſtiani Imperatoris pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantùm modo rerum imperialibus legibus vterentur*,& c. inter hæc 33. q. 2. *Sancta Dei Eccleſia gladium non habet, niſi ſpiritualem.* Vide etiam Ioannem Papam ca. ſi Imperator 96.d.vide etiam,c.quoniã, & ſequentia,d.10.& Honorium,III. c.tuam,de ordine cognit. vbi pro comperto habet, ſe non eſſe legitimum iudicē in cauſa de ſucceſſione Reginæ Cypri: ſed Regem Francorum; cùm tamen cauſam natalium eiuſdem Reginæ ad Apoſtolicam ſedem pertinere affirmet,*vtpote*, inquit, *quæ ad forum Eccleſiaſticum pertinet*,cui conſentit Alexander III. ca. lator,qui filij ſint leg. idémque Alexãder c. ſi duobus,§. denique,de appellatio. rogatus, an appellatio à iudice ſæculari ad Papam teneret; reſpondet: *tenet quidem, in iis, qui ſunt temporali noſtræ iuriſdictioni ſubiecti: in aliis verò ſecundùm iuris rigorem credimus non tenere, & ſi de conſuetudine Eccleſiæ teneat*: eam tamen conſuetudinem abrogatam: iam eſſe experimur,& teſtatur Nauarrus, ſuprà nu. 25.cum gloſ.in dicto §.denique verbo,credimus,*quod*, inquit Nauarrus, *totus ſeruat Chriſtianiſmus*, & in ca. cauſam 2.qui filij ſint leg. ait Pontif. *nos attendentes,quòd ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam de talibus poſſeſſionibus iudicare, &c.* & Innocentius III.c. ſolita,de maior. & obed. *Ad firmamentum cœli hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, id eſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis auctoritas, & Regalis poteſtas: ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt,ſpiritualibus maior eſt: quæ verò carnalibus,minor: vt quanta eſt inter Solem & Lunam,tanta eſſe inter Pontificem, & reges differentia cognoſcatur; &c.*

*Appellatio ad Papam quomodo teneat.*

*Luminaria duo in Eccleſia magna Pōtificalis auctoritas, & regalis dignitas.*

Nec verò putes, ſicut Luna lumen ſuum habet à Sole, ita poteſtatem regiam à Pōtificia eſſe:quia comparatio nō debet in omnibus procedere,idem Innocentius, ca.per venerabilem, qui fil. ſint leg. dicit, *cùm rex ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat: ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubiicere potuit,in quo videretur aliquibus, quòd per ſe ipſum,non tamquam pater cum filiis:ſed tamquam filius cum ſubditis potuit diſpenſare. Tu autem noſceris aliis ſubiacere: vnde ſine ipſorum forſan iniuria, niſi præſtarent nobis aſſenſum,in hoc ſubdere te non poſſes*,& in c.nouit.de iudiciis ait,*non putet aliquis, quòd iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare,aut minuere intendimus, cùm ipſe iuriſdictionem noſtram nec velit,nec debeat impedire*,& infrà, *non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium,&c.*& in iure ciuili Imperatores ſuprema poteſtate vtuntur, l. 1. C. de vetere iure enucleando, l. deprecatio.ff.ad l. Rhodiam l. pene ad tenorem. ff.de quadrien. præſcript. & ſanè ſi Papa eſſet Dominus totius orbis Chriſtiani, ſinguli Principes eſſent Epiſcopi temporales in ſuis Diœceſibus: ſiquidem id, quod eſt Papa in Eccleſia vniuerſali, eſt quilibet Epiſcopus in particulari: conſequens eſt falſum etiam ſecundùm aduerſarios, vnde Ambro.ep.33.ad Marcellinam ſororem,& refertur,c. conuenior 23.q.8.*ad Imperatorem palatia pertinent: ad Sacerdotem Eccleſiæ, publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt;non ſacrorum*, & oratione de tradendis Baſilicis,*ſi tributum petit Imperator, non negetur, agri Eccleſiæ ſoluunt tributum*,& infrà, *tributum Cæſaris eſt, non negatur, Eccleſiæ Dei eſt, Cæſari vtique non debet addici*, & in epiſt. Athanaſij ad ſolitariam vitam agentes Hoſius Epiſcopus Cordubenſis,ait Imperatori,*tibi Deus imperium: nobis autem ea, quæ ſunt Eccleſiæ Chriſtus commiſit.*

*Si Papa eſſet Dominus totius orbis, Principes eſſent Epiſcopi temporales.*

*Poteſtatis ſpiritualis, & temporalis diſtincta ſunt officia.*



Digitized by Google

*Principiū donatione Pontifices dominium temporale quod habent, ſe habere cognoſcunt.*

Item Pontifices dominium temporale, quod habent in terris ſibi ſubditis, ex donatione Imperatorum, ac Principum habuiſſe cognoſcunt, cap. Conſtantinus d. 96. c. ego Ludouicus d. 63. c. futura, de electio. in 6. & de donatione Cōſtantini; vide Molinam tract. 2. iuſtit. diſp. 25. ergo nō habent tale dominium ex vi Pontificiæ poteſtatis. Item Hoſtienſis, & Syluester fatentur, non habere dominium proprietatis rerum totius orbis: ſic enim nullus alius eſſet propriè vllius rei Dominus: ergo nec Dominium iuriſdictionis perſonarum: eadem enim ratio eſt. Adde, quòd, Pontificem iure eſſe dominum temporalem totius orbis, nec ad fidei propagationem, nec ad conuenientem gubernationem Eccleſiæ expediens fuit: quia magnum eſſet ad fidei ſuſceptionem impedimentum, ſi Reges terræ audirent, Pontificem eſſe ſupremum dominum temporalem, poſſéque illos etiam ſine cauſa regnis ſuis priuare, ipſaque debere Pontifici reſignare, vnde quod de Chriſto dixit Sedulius, & canit Eccleſia in feſto Innocentiū, *non eripit mortalia, qui regna dat cœleſtia*, idem de Pontifice, & Chriſti fide dicendum eſt: maximè cùm nec Chriſtus fuerit rex temporalis ſecundùm Suarez illa ſect. 2. Cardinalem Bellarminum illo c. 4. Victoriā relect. de indiſ. p. 2. num. 6. & ſequentibus, & alios apud Molinam tractat. 2. iuſt. diſp. 28. licet ipſe teneat, Chriſtum ex dono ſpeciali Dei habuiſſe directum dominium iuriſdictionis, & proprietatis in omnia temporalia, ac proinde fuiſſe ſupremum regem temporalem: ita tamen, vt regnum temporale nulli abſtulerit, ſed ſua ipſorum regna hominibus reliquerit.

*Subordinatio inter poteſtatem temporalem & ſpiritualem ſufficit ad bonum regimen Eccleſiæ.*

Item ad vnitatem, & regimen Pontificum Eccleſiæ ſufficit debita ſubordinatio inter poteſtatem tēporalem & ſpiritualem, quā exemplo corporis & ſpiritus optimè declarauit Nazianzenus ca. ſuſcipitis, d. 10. ſic enim habet ſupremus paſtor Eccleſiæ ſufficiens auxilium à poteſtate temporali, & non habet nimiam curam, & ſolicitudinem temporalium, quæ ſpirituale regimen poſſet impedire, vt ſumitur ex d. c. quoniam d. 10. & aliis decretis, & ſanè periculum eſſet, ſi tota potētia temporalis, & ſpiritualis in vno homine collocaretur, ne intumeſceret, & inſolēs, ac tyrannus fieret, nam minori etiam potentia videmus paſſim abuti plurimos. Et fruſtra dediſſet Deus poteſtatem quæ (moraliter loquendo) & ſine magnis miraculis nō poteſt reduci in actum, nec vnquā eſſet reducēda. Quis enim, aut quomodò poſſet perſuadere omnibus hominibus ſe, & res ſuas eſſe ſub dominio proprietatis & iuriſdictionis Pontificis, illique eſſe omnia reſignanda, &c?

31 *Ad fundamentum aduerſariorum reſpōſio.*

Ad fundamenta aduerſariorum reſpondeo, poteſtatem illam, de qua Matth. vlt. eſſe ſpiritualem, vt Hieronymus & Anſelmus exponunt, volentes ſenſum eſſe, vt ſicut in cœlo rex Angelorum eſt, ita per fidem regnat in cordibus hominum, vel (vt addit Theophylactus) eſſe poteſtatem ſummam in omnes creaturas non temporalem, ſed diuinam, vel diuinæ ſimillimam, quæ non debuit communicari puræ creaturæ. Hæc eſt poteſtas, quā Theologi vocant, excellentiæ: per quam Chriſtus poterat, ſaltem in ordine ad ſpiritualia, facere quidquid vellet, etiam de infidelibus, & ſacramēta inſtituere, miracula operari, abſoluere à peccatis ſine ſacramentis, quam poteſtatem conſtat vicario ſuo non communicaſſe: nec qui in vno eſt vicarius,

*Poteſtas Chriſto data eſt poteſtas excellētiæ, & quæ illa ſit.*

A debet eſſe in omnibus. Illa autem verba ex Gelaſio recitata, non ſic habentur tom. 2. conciliorum in excuſione Venetiis facta anno 1585. & Coloniæ Agrippinæ, anno 1567. ſed ſic: *Sed quantum ad ſæculi poteſtatem, illa à Pontificibus, præcipuè à B. Petri Vicario debet cognoſcere, quæ diuina ſunt, ipſa eadem iudicare, nec ſibi hoc ipſum potentiſſimus (qui tamen Chriſtianus eſt) vendicare præſumit, niſi religionē forſitan perſequens,* quibus verbis tantùm docet Gelaſius, Principes politicos de diuinis iudicare non poſſe, ſed de illis rebus à Pontificibus, præſertim Romanis, inſtituendos eſſe. Illa autem verba, quæ ex Nicolao citat Gratianus, inter epiſtolas Nicolai non reperiuntur, vt notat Cardinalis Bellarminus ſuprà cap. 5. B Sed ſi ſunt Nicolai, hunc ſenſum habent: Chriſtus Petro conceſſit, vt quod ille ſolueret, aut ligaret in terris, eſſet ſolutum, aut ligatū in cœlis: alluſit enim ad verba Chriſti Matth. 16. Ita Cardinalis Bellarminus, Nauarrus verò & alij interpretantur de auctoritate indirecta in ordine ad temporalia, quæ ineſt Pontifici erga omnes Chriſtianos: non verò directa. Vnde idem Nicolaus epiſ. ad Michaelem Imperatorem docet, Deum diſtinxiſſe actus, officia, & dignitates Pontificis, & Imperatoris: ne aut Imperator iura Pōtificis, aut Pontifex iura Imperatoris præſumeret vſurpare. Ad illud de duobus gladiis: reſpondeo, Chriſtum illis verbis ſolùm voluiſſe admonere C diſcipulos ſuos tempore paſsionis ſuæ in metu, & anguſtiis futuros fuiſſe, in quibus eſſe ſolent, qui tunicam vendunt, vt emant gladium, vt Ioſephus aliique Patres exponunt. B. autem Bernardus, & Bonifacius myſticè interpretati ſunt hunc locum, nec volunt dicere, eodem modo habere Pontificē gladium vtrumque, ſed ſpiritualem directè, temporalem verò indirectè. Ad illos canones de litibus reſpondeo, priorem eſſe Theodoſij Imperatoris, qui ex pietate, non ex debito, id honoris Eccleſiæ detulit, prætereà non ſolùm Romano Pontifici, ſed etiam omnibus Epiſcopis eo canone datum eſſe, vt iudicare poſſent ciuiles cauſas, quæ ad ipſos deferrentur. Denique iam eſſe abrogatū per D alios canones, vt gloſſa ibidem ait Nauarrus ſuprà nu. 25. & Bellarminus ſuprà cap. 5. addens, *poſteriorem canonem perſpicuum eſt non eſſe principis alicuius, qui poſſet leges condere, ſed particularis Epiſcopi, incertaq; auctoritatis, & proptereà notari per vocem,* Palea. Prætereà poſſet intelligi ſano modo, id eſt, de omnibus contentionibus, quæ non poſſunt terminari per ſæculares iudices: quia nimirum vel iudex non vult adminiſtrare iuſtitiam, vel altera pars nō vult parere: tunc enim cauſæ deuoluuntur ad iudicem Eccleſiæ per viam correctionis fraternæ, vt Innocen. III. rectè docet cap. nouit, de iudiciis.

*Pontificis auctoritas indirecta eſt in temporalia, non directa.*

*Quomodo de ciuilibus cauſis iudicandi poteſtas data ſit Epiſcopis.*

Ad illud de Imperio Romano vacāte, cum Bellarmino, Papam in adminiſtratione ſuccedere, & E Imperiali vti poteſtate, donec alius fuerit electus Imperator: non in omnibus rebus, ſed ſolùm in auctoritate iudicandi, & terminandi eas cauſas, quæ à ſolo Imperatore iudicari ſolent, & quæ non patiuntur facilè moram. Ratio verò huius non eſt, quia Pontifex ſit ſummus Princeps temporalis: ſed quia cauſæ omnes, quæ non poſſunt definiri per temporales iudices, deuoluūtur ad ſpiritualem: vel quia viſum eſt expedire ad ſpirituale bonum animarum, vt adminiſtratio Imperij in Pontifice maneat, donec alius Imperator eligatur: alioqui qui adminiſtraret imperiū fortaſſis illud vſurparet,

*Imperio vacāte qualem in eo habeat auctoritatē Pōtifex.*

Digitized by Google

paret, & Electoribus libertatem eligendi Imperatorem non relinqueret.

Illud verò de auctoritate deponendi iuſta de cauſa Imperatores & Reges, & de trāſlatione Imperij ad Germanos probat indirectam poteſtatem in temporalibus, quam quidem contra nonnullos relatos à Bellarmino ſuprà cap. 1. probat ipſemet cap. 6. & ſequentib. Molina d. diſp. 29. Victoria, & alij, quos referemus ſectione ſequenti.

Ad illud de diuiſione orbis nouiter inuenti inter Reges Hiſpaniæ, & Luſitaniæ reſpondeo cum Bellarmino illo lib. 5. de Rom. Pont. cap. 2. Pontificem non feciſſe diuiſionem ad eum finem, vt hi reges proficiſcerentur ad debellandos reges infideles noui orbis, & eorum regna occupanda, etiāſi iniurij non eſſent Chriſtianæ religioni: ſed vt eò adducerent fidei Chriſtianę prædicatores, & protegerent, ac defenderent tum ipſos prædicatores, tum Chriſtianos ab eis conuerſos, & punirent aduerſarios, etiam occupando eorum regna: & ſimul vt impedirent contentiones, & bella principum Chriſtianorū, qui in illis nouis regionibus negotiari volebant. Cōſentit Bañes 2.2. quæſt. 10. art. 10. dub. 3. ad 3. dicens, *Pontificem voluiſſe, vt ſi Indi ad fidem conuerterentur, reges Hiſpaniæ, & Luſitaniæ eſſent eorum tutores, & haberent ergà illos Cæſaream quamdam poteſtatem, quam nunc habet Imperator ergà quoſdam principes & reges.* Alij verò reſpōdent, Pontificem ſecutum fuiſſe in donatione illa primam opinionem in hac ſect. à nobis recitatam, ſed ſecundam eſſe probabiliorem.

*Diuiſio orbis inuenti inter Principes quomodò facta ſit.*

Ad illud verò de titulo Regis, Magni Ducis, vel Imperatoris, quem Pontifices conferunt, & de iuramento fidelitatis, quod Imperator Pontifici cōfert. Reſpondeo, poſſe Pontifices aliquem honoris titulum, vel præeminentiam in Eccleſia iuſtis de cauſis concedere principibus cum aliquibus pactis, & conditionibus, de quibus ſeruandis poſsūt iuramentum exigere, & meritò exigitur ab Imperatoribus, vt antequàm nomen accipiant, & à Pōtifice confirmentur, & coronentur, à nomine Imperatorum abſtineant, quia Pontifex à Græcis ad Germanos Imperium tranſtulit: vide Bellar. ſuprà cap. 8. qui etiam cap. 7. tractat, quomodò clerici, & laici, reges, & Pontifices Chriſtiani vnam & eandem Remp. faciant, licet Pontifex non habeat directam poteſtatem in temporalibus, iuxta Paul. Rom. 12. verſ. 5. *Ita multi vnum corpus ſumus:* quod repetitur 1. Cor. 10. verſ. 12. quomodo autem politica poteſtas non ſit ſolùm propter ſpirituale: quia etiam ſine illa eſſet tractat. cap. 6. tēporalem corpori, ſpiritualem animæ comparat. Nazi. oratione 17. ſicut ergo anima & corpus diuerſa ſunt: ſed animæ ſubditur corpus, ita poteſtas ſpiritualis eſt diuerſa: tamen hæc illi ſubiecta eſt in ordine ad finem ſpiritualem, non verò aliter, vt ait Molina illa diſp. 29. ad 2.

*Pontifex poteſt aliquem honoris titulū iuſtis de cauſis Principibus cōcedere.*

32 Quidquid autem ſit de dominio iuriſdictionis, tenendum eſt, dominium proprietatis omnium rerum non eſſe in ſummo Pontifice, quamuis oppoſitum videatur dicere Thomas Bozius 3. de iure cap. 5. ex Aug. triumpho. 1. p. ſum. qu. 1. art. 1. dicente, *ſi inueniatur quandoque aliquos Imperatores dediſſe aliqua tēporalia ſummis Pōtificibus, ſicut Cōſtantinus dedit Siluestro, non eſt intelligendum, eos dare quod ſuum eſt, ſed reſtituere quod iniuſtè & tyrannicè ablatum eſt*, & ex Mayrone 4. d. 19. quæſt. 4. dicente, quòd de facto ſic fuit, ſed de iure Pontifex daturus erat Imperatori imperiū, & alia bona temporalia. Sic cum triumpho exponit Bozius id Rom. 8. *Quomodò nō cum illo omnia nobis donauit;* & 1. Cor. 3. *Omnia veſtra ſunt: vos autem Chriſti:* Sed conſtat, hæc non tantùm de Petro, Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus dicta eſſe: ſed etiam de omnibus, atque adeò in alio ſenſu longè diuerſo dicta fuiſſe. Porrò abſurdiſſimum eſt, quod ait Bozius lib. 2. ca. 6. iure diuino, & naturali vnum eſſe in toto orbe ſupremum monarcham, etiam in temporalibus: ſi enim id eſſet de iure naturali, fuiſſet vtique etiam ante aduentum Chriſti: quod tamen eſt ridiculū, & natura potiùs inclinat ad regnorum temporalium diuiſionem, quia vnus non poteſt tot regna per ſe, nec per alios à ſe cōſtitutos gubernare, cùm nullam ferè notitiam quorumdam habere poſſit. Omnia verò, quibus lib. 1. cap. 6. & ſequentibus probare Bozius nititur, Papam habere dominium temporale in totum orbem, de indirecto probant: quod ſolùm eſt quando diſponere in temporalibus neceſſarium, aut valde vtile eſt ad bonum ſpirituale: tunc poteſt Papa id facere non imperando paganis; ſed Baptizatis.

*Dominium proprietatis non eſt in ſummo Pontifice.*

*Monarcham vnum toto orbe eſſe non eſt de iure naturali.*

Ex principali doctrina huius ſectionis, ſcilicet, quòd Pontifex non poteſt extra terras Eccleſiæ cōdere leges ciuiles, colligit Sebaſtianus Medicis tract. de legibus par. 1. quæſt. 8. in fine, legitimatū in ſpiritualibus à ſummo Pontifice non cenſeri legitimatum in ſpiritualibus in terris imperij, vt ait eſſe communem Bart. l. 1. num. 42. C. de ſumma Trin. gloſſ. §. filium Authent. quibus mo. nat. effici. ſui. eſset enim hoc in præiudicium alterius.

*Pontifex extra terras Eccleſiæ non poteſt cōdere leges ciuiles.*

## SECTIO V.

*Vtrùm ſummus Pontifex, vt ſic, poſſit in ordine ad finem ſpiritualem politicas, ſeu ciuiles leges ferre.*

RESPONDEO, ſummus Pontifex poteſt in rebus tēporalibus omnium Chriſtianorum diſponere, cùm neceſſarium, aut valde expediens viſū fuerit ad cultum Dei, & ſalutem animarum. Bellar. 5. de Rom. Ponti. cap. 3. Toletus Rom. 13. annot. 2. Victoria relect. de poteſtate Eccleſiæ, & ferè omnes citati, ſect. præced. concluſione 2. inter quos aliqui appellant hanc poteſtatem temporalem indirectam; alij verò ſpiritualem; quæſtio eſt de nomine, & vtroque modo hæc poteſtas appellari poteſt: eſt enim temporalis ex parte materiæ: ſed ſpiritualis ex parte finis. Probatur concluſio: nam ſine hac poteſtate non eſset ſufficienter prouiſum Eccleſiæ: cùm ſæpe neceſse ſit de temporalibus in ordine ad ſpiritualia ſtatuere. Toletus etiam ſuprà eam colligit ex Matth. 17. verſ. 25. & 26. *Ergo liberi ſunt filij, vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, &c.* Vbi Chriſtus inſinuare videtur, ſe habere poteſtatem eximendi Apoſtolos à tributis, & ex Epiſt. ad Philem. ver. 13. & 14. vbi Paulus ait, *quem* (ſcilicet Oneſimum Philemonis ſeruum) *ego volebam mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis Euāgelij: ſine conſilio autem tuo nihil volui facere, vt non ex neceſſitate bonum tuum eſſet: ſed ex voluntate.* Sed primum teſtimonium aliter alibi explicuimus cum doctiſſimo Maldonato, vt Chriſtus voluerit oſtendere ſe, quia erat filius ſummi regis, & Apoſtolos, quia

33 *Poteſt Pontifex in temporalibus Chriſtianorum diſponere cum fuerit neceſſarium.*

quia erant domeſtici, verè fuiſſe immunes à tributis. In ſecundò autem loco voluit Paulus ſignificare, ſe voluiſſe detinere Oneſimū, eò quòd ſciebat, id non ingratum Domino ſuo futurum: voluit tamen id non facere ſine expreſſa eius voluntate, vt obſequium eſſet magis voluntarium, & meritorium domino, & magis ei conſtaret de voluntate ipſius. A

34 Meliùs probatur concluſio ex multis adductis diſput. præced. pro 1. ſententia, potiſſimè ex Innocentio III. c. ſolitæ, de maiorit. & obed. ibi ex illo Ieremiæ 1. verſ. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes*, quod dictum eſt vni Sacerdoti veteris legis, ſimilem poteſtatem colligit habere ſummum Pontificem legis nouæ, & in cap. per venerabilem, qui filij ſint legit. *In aliis regionibus, quæ non ſunt de patrimonio Eccleſiæ, certis cauſis inſpectis*, temporalem iuriſdictionē cauſaliter Pontif. maximus exercere affirmat, & Bonif. VIII. extrauag. vnā ſanctam, ait, *Oportet gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatē ſpirituali ſubiici poteſtati*, & adducit locum Ieremiæ citatum. Confirmatur, nam facultates reſpicientes ſubordinatos fines, ſunt ſubordinatæ 1. ethic. c. 1. ſed bonum temporale, quod eſt finis poteſtatis politicæ, eſt ſubordinatum bono ſpirituali, quod eſt finis poteſtatis eccleſiaſticæ: ergo. B

*Pontifex temporalē iuriſdictionē exercet cauſaliter.*

Alij etiam probant ex 1. Regum 8. verſ. 11. *Hoc erit ius regni, &c.* vbi inſinuatur, propter bonum commune temporale licita regi eſſe illa bona: ergo à fortiori propter bonum ſpirituale ſimilia erunt licita Pontifici. Probant etiam, quia Ioiada Pontifex Athaliam tum ob idololatriam, tum ob tyrannidem, qua Iudæorum regnum inuaſerat, occidi iuſſit, & pro eâ Ioas legitimi Regis defuncti filium Regem conſtituit 2. Paralip. 23. verſ. 11. & ſequentib. Ozias Rex Iuda cùm ſacerdotis officium vſurparet, ab Azaria Pontifice prohibitus fuit, & cùm non deſiſteret, lepra diuinitùs percuſſus, ab eodem Azaria, & aliis ſacerdotibus è templo expulſus eſt, coactuſque regni adminiſtrationem filio tradere 2. Paralip. 26. verſ. 16. & ſequent. C

Leuit. 13. verſ. 4. dicitur, *Quicumque maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis, habebit veſtimenta diſſuta*, & verſ. 46. *omni tempore, quo leproſus eſt, & immundus ſolus habitabit extra caſtra*. Si ergo propter lepram corporalem poterat Pontifex Regem iudicare, cauſſam non video, cur idem iam non poſſit facere, præſertim cùm Paulus 1. Corinth. 10. verſ. 11. ſcribat omnia in figura illis contigiſſe. Vt alia omittamus, quæ videri poſſunt in Bellarmino 5. de Pont. cap. 8. Ambroſius, referente Theodoreto, 5. hiſtor. cap. 17. & Sozomeno 2. hiſto. cap. 24. Theodoſium Imperatorem Mediolani ordinariè curiam habentem, propter cædem, quam Theſſalonicæ à militibus fieri imperauit, primùm à communione priuauit; deinde ei iuſſit, vt legem ferret, ne principis iuſſum, quo ſeueriùs in aliquos animaduertere iubet, iudices ſtatim exequantur; ſed per dies 30. ſuper ſtatum eorum ſors, & fortuna ſuſpenſa ſit; vt ſi per iracundiam præcipitanter iuſſerit, intra tot dierum ſpatium reuocare poſſit. Ita habetur lib. 13. in Codice Theodoſiano, vnde tranſlata eſt l. ſi vindicari C. de pœna, quando executioni mand. debet, malè apud Ruffin. lib. 11. Eccleſ. hiſtor. cap. 18. & cap. cum apud 11. quæſt. 3. legitur vſque ad diem 20.

Præterea ipſis Imperatoribus conſentientibus nonnulli Pontifices leges ciuiles abrogarunt: iure enim ciuili Romano, malæ fidei poſſeſſor, ſi Dominus rem ſuam ab alio poſſideri cognouerit, & intra decem annos inter præſentes, & viginti vnſi inter abſentes litem non fuerit conteſtatus, præſcriptione munitus firmiter eā habet. Auth. malæ fidei C. de præſcri. longi temp. At verò Alexāder III. cap. vigilanti, & Innocentius III. in Concilio Lateran. cap. fin. de præſcript. eam legem abrogauerunt, & ita poſſeſſorem malę fidei nullo tempore præſcribere docet textus, & gloſſæ, & alij doctores, regula poſſeſſor de regul. iuris in 6. Felinus, & alij plures, quos ipſe recenſet cap. Eccleſia S. Mariæ nu. 41. de conſtit. iure etiam ciuili liberi ex complexu nefario, aut inceſto nati, omni ſubſtantiæ paternæ beneficio indigni reputantur, vt nec alantur à patre Auth. licet C. de natur. lib. in fin. & Authent. ex complexu C. de inceſtis & inutil. nupt. At Clemens V. cap. cum haberet de eo qui duxit in matr. lib. ſpuriis alimēta conferri iubet ab vtriſq; parētibus: quod nō ſolùm in terris temporaliter ſubiectis Papæ: ſed etiam vbique ſeruari debere naturalis ratio ſuadet, vt fusè oſtēdit Molina tract. 2. iuſt. diſput. 168. quare ex eod. cap. cum haberet, eam ſententiam abſolutè docet Panormitanus, & alij eod. cap. Antonius Gomez l. 9. Tauri nu. 37. Couarruuias 2. 4. ca. 8. §. 6. Bartholus dict. auth. ex complexu nu. 3. & l. ſi quis à liberis §. 2. ff. de liberis agnoſcen. & l. fin. nu. 6. ff. de iis quibus, vt indignis, aliique plures apud Molinam ſuprà. Ex quibus patet, deceptos fuiſſe, Felinum cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. num. 45. Imolam l. Lucius §. 1. ff. de leg. 1. & l. ex pacto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebellian. & Alexandrū in addit. ad Bart. d. authent. ex complexu, aſſerentes, conſtitutionem illam Clementis non eſſe ſeruandam in terris imperij. 35

*Pontifices leges ciuiles cōſentientibus Imperatoribus aliquas abrogarunt.*

*Alimenta ſpurijs ex æquitate Canonica conferri iudicantur, quæ iisdem iure ciuili negantur.*

Aduerte autem, poteſtatem indirectam in temporalia, quam Pontifex habet, non ſolùm ſufficere ad corrigendas leges ciuiles, quando contrariæ ſunt iuri diuino, naturali, vel poſitiuo, aut vergere poſſunt in perniciem animarum: ſed etiam ad ferendas leges in temporalibus, quando id negligūt Principes temporales, & eſt neceſſarium ad ſpirituale bonum, quamuis tunc magis canonicæ, & ſpirituales, quàm politicæ, & ciuiles leges illæ dicantur: quia ex poteſtate Eccleſiaſtica, & ſpirituali ſolùm habente vim in ordine ad ſpiritualem finem, dimanant. Iuxta hæc bene Sa, verbo Papa, ait, Papæ ſubditur omnis poteſtas ſęcularis, quantùm exigit ſalus animarum, & bene B. Antoninus dixit, *Papam plura poſſe, quàm nobis vel ipſi cōpertum ſit: quod refert ſtatim Sa.* D

*Poteſtas Pontificis ferendi leges in temporalibus ad quæ ſe extendat.*

E

## SECTIO VI.

*An Pontifex, vt Princeps politicus poſſit ciuiles, ſeu politicas leges ferre.*

CALVIN. 4. inſtitu. cap. 11. à §. 8. vſque ad 14. incluſiuè, & Petrus martyr ad Rom. 13. Brētius in prolegomen. contra Petrum à Soto, omneſque alij huius tempeſtatis hæretici, vt teſtatur Bellar. 5. de Pontifi. cap. 1. arbitrantur, non licere Pontifici, & Epiſcopis temporale dominium, quod nunc habet in aliquas vrbes, vel Prouincias tenere, ſiue donatū, ſiue vſurpatū: probant, 36

*Hæreticorum argum.*

Digitized by Google

probát ex Matth.20.verſ.25.& 26.*Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos non ita erit inter vos,&c.* Et Luc.22.verſ.25.& 26. *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habet ſuper eos, benefici vocantur, vos autem non ſic, &c.* Vbi ſignificat Dominus (inquit Calui) paſtoris officium diſtinctum eſſe ab officio principis, & adeò inter ſe diſſidere, vt in vnum hominem coïre nequeant.

*2. Argument.* Secundò, ex Lucæ 12.verſ.14. *Quis me conſtituit iudicem,* vbi Chriſtus repudiauit munus iudicandi de rebus terrenis, vt minimè conſentaneum muneri prædicationis, & aliarũ rerum ſpiritualium, quæ à Pontifice exerceri debent.

*3. Argument.* Tertiò, ex 2.Timot.2.verſ.4.*Nemo militãs Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.*

*4. Argument.* Quartò, ex Nicolao 1.epi. ad Michaël. imp. §. fuerunt tom.3. Concil. & cap.cum ad bellum 96. d.qui cùm dixiſſet, ante aduentum Chriſti aliquos fuiſſe ſimul Reges,& Sacerdotes, *ſed cum ad bellũ,* inquit, *ventum eſt, eundẽ regem, atque Pontificẽ,* ſcilicet ad Chriſtum, *qui & ſimul rex ſpiritualis eſt, & Pontifex Maximus, atque primarius, Eccleſia figuris illis veteris teſtamenti adumbratus, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum vſurpauit,* hoc eſt, auctoritatem politicam Imperatori conuenientem: nomen enim aliquando auctoritatẽ ſignificat, Matth.18.ver.30. *vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo,* id eſt, auctoritate mea, vt doctiſſimus Maldonatus ibi exponit, ſic etiam interpretans id 1.Cor.5. verſ.4. *in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Tradere huiuſmodi Sathanæ in interitum carnis,* quo etiam pacto hunc locum explanat Salmeron ibi, diſp.8.

*5. Argument.* Quintò, quia Bernardus 2.de conſid. ad Eugenium Papã, *ante medium blãditur,* inquit, *Cathedra, ſpecula eſt, inde denique ſuperintẽdis, ſonat tibi Epiſcopi nomen, nõ dominium, ſed officiũ,* & paucis interiectis, *planũ eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus: ergo tu, & tibi vſurpare aude, aut dominans apoſtolatum, aut apoſtolicus dominatum: ſanè ab alterutro prohiberis, ſi vtrumque ſimiliter habere voles, perdes vtrumque.*

*6. Argument.* *Multa quæ ad poteſtatem politicam pertinent interdicta ſunt perſonis Eccleſiaſticis.* Sextò, quia poteſtas ſpiritualis præſertim primaria, qualis eſt in Summo Pontifice, impediretur maximè à politica, & multa, quæ ad poteſtatem politicam ſpectant, interdicta ſunt iure ipſo canonico perſonis Eccleſiaſticis, ſeu ſacris. Alexander enim III.c.clerici, ne clerici vel monachi, interdicit clericis in ſacris, *ne per ſe truncationes membrorũ faciant, aut per iudicem inferendas iubeant, etiam ſub interminatione anathematis præcipit, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis,* & Innoc.III.in concil.Later.c.ſententiam ſanguinis, eod.tit.iubet, *ne vllus clericorum ſententiam ſanguinis dictet, aut proferat; ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut vbi exerceatur, interſit,* & ſanè ſi Deo gratum nõ fuit, vt Dauid ædificaret domum Deo, quia vir bellator erat,& ſanguinem fuderat.1. Paralip.28.v.3.potiori iure Deo gratum non erit, vt Pontifex poteſtatem politicam, atque gladium temporalem exerceat in ſubditos, quorum paſtor, 37 & pater ſpiritualis eſt.

*1. Concluſio. Poteſtas Eccleſiaſtica ſeu politica in vnam perſonam conſpirare poſſunt.* Dico primò, poteſtas pontificia, ſeu Eccleſiaſtica,& politica natura ſua in vnam perſonam conſpirare poſſunt. Bellarminus.5.de Põt.c.9.Molina. tract.2.iuſt.diſp.21.& 29.to.1.Sebaſtia.Med.tract. de legibus p.1.q. 8.in fi.dicens, eſſe communem,

A c.ſignificaſti, de officio deleg.& alij Neoterici.

*Probat.1.* Probatur primò, Melchiſedech enim Rex Pontifex fuit, Gene.14.ver.18.Heb.7.ver.30.Iob etiam fuiſſe regem, oſtendimus ſect. 1. fuiſſe etiam ſacerdotem rectè oſtendit Pineda Iob 1. ver.5.à nu. 15. & vniuerſè omnes primogenitos, illuſtrium *Iob fuit rex, & ſacerdos.* præſertim familiarum, ante legem ſcriptam Sacerdotes fuiſſe Hieronymus epiſt. ad Euagri. quæ eſt de Melchiſedech,& in trad. Hebr. in illud Geneſ. 49.*Ruben primogenitus meus,* Iſidorus Geneſ.23.glo. in illud Geneſ.36.*vende mihi primogenita,* & Heb.2. *vendidit primitiua ſua,* Philippus,& Beda Iob 5.ver. 5.D. Thomas 1.2.q.103.art.1.ad 3.& 2.2.q. 87.art. 1.& 3.Bellarminus & Pineda ſuprà n.17.Pererius B lib.de benedictionibus patriarch.ad cap.49. Gen. ver.3. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio,* ſcilicet eſſe debebas: hunc enim locum his verbis illuſtrat Chaldæus. *Ruben primogenitus meus es tu, robur meum, & principium fortitudinis meæ; tu accepturus eras partes tres, primogenituram, ſcilicet, & ſacerdotium, & regnum:* hæc ille. Primogeniti autem in cæteros fratres quaſi regium principatum habebant, vt affirmat Pererius ſuprà ex verbis citatis Geneſ.49.*maior in imperio.* & c.27.ver.29. benedicens Iſaac filium ſuum Iacob, eúmque primogenitum conſtituens, eſto, inquit, *Dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ,* & ver. C 37.ad Eſau de Iacob loquens, ait, *Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui.* Et primogeniti principum, qui patribus in politica poteſtate ſuccedebant, ſimul erant ſacerdotes. Moyſes etiam princeps politicus fuit, vt conſtat, Exod.18.ver.13.*Sedit Moyſes, vt iudicaret populum,* & ca.32.ver. 37.*plures ex populo occidi iuſſit propter idololatriã.* Sacerdos quoque ſummus erat: nam Exod. 40. ver. 9. 10. & 11. ex præſcripto Dei vnctionis oleo vnxit tabernaculum cũ vaſis ſuis, altare holocauſti,& omnia vaſa eius, & Exod. 25. *adoleuit ſuper altare incenſum aromatum:* quod munus erat maximè proprium Sacerdotum, vt liquet 2.Paralip.26.ver.18. Leuitici autem 8. conſecrauit D Moyſes Aaronem in Sacerdotem, aliáque plura Pontificis munera exercuit, quæ fusè eod. c.referuntur, & Sacerdotis ſunt propria, & Pſal.98.ver. 6.dicitur, *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius,* id eſt, Sacerdotes erant, vt ibi exponit Genebrardus, vbi etiam ait, Moyſem fuiſſe primum legis Sacerdotem, vtpote qui Sacerdotali munere functus ſit ante Aaron, nec fuerit excluſus à magni Sacerdotis functione, 40. illis annis quibus in deſerto Iudæos gubernauit,& Philo lib.3.de vita Moyſis, ita librum concludit, *atque hæc fuit vita Moyſis Regis, legiſlatoris, vatis, & Pontificis: ſicut ſacris literis proditur.* Conſentit Dionyſius ca. 5.Eccleſ. Hierar. Nazianzenus oratio. 6.ad Niſſen. parum à princi- E pio dicens, *Principum princeps, Sacerdotum ſacerdos, legiſlator illuſtriſſimus, Aarone pro lingua vtens.* Hieronymus 1.cõtra Iouin. Auguſtinus Pſal.98.quæſt. 68.in Exo.& 23.in Leuit. Leo.ep.88.

*Moyſes fuit princeps politicus & Sacerdos.*

Heli etiam ſummus Pontifex,& Princeps politicus fuit annis 40.1.Reg.1. ver.11.& c. 4. ver.18. Iudas item Machabæus, Ionatas, Simon, Ioannes, & cæteri vſque ad Herodem ſimul Põtifices, Duces,& Principes politici fuerunt, vt patet. 1. Machab.1.ver.1.ca.12.ver.6.c.13. ver. 8. & aliis locis, 1.& 2.Machab.

Secundò probatur, quia poteſtas politica, & *Probat.2.*



Digitized by Google

*Poteſtas pontificia & politica non ſunt incompatibiles.*

Pontificia non ſunt cōtrariæ, nec omninò incompatibiles, ambæ bonæ ſunt, vna alteri ſeruit, & ab altera adiuuatur, vnus præeſſe poteſt & ſolet in bello, & pace togatis, & armatis: ergo & præeſſe poteſt Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, in ſpiritualibus, & temporalibus.

*Probat. 3. Pōtifices apud Romanos etiā reges erant.*

Tertiò, quia Iſidorus 7. Ethy. c. 12. & refertur c. cleros 21. diſt. ait, *anteà Pōtifices, etiam reges erant: nā maiorum hæc erat cōſuetudo, vt rex eſſet etiā Sacerdos, & Pontifex: vnde & Romanorū Imperatores Pōtifices dicebantur:* conſentiunt Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. 2. & Plutarchus in Numa Pompilio, aſſerētes, Numam Romanorum regem ipſum ſe in primis Pontificem conſtituiſſe. A Regibus etiam Spartanorum hoc ipſum more maiorum comparatum fuiſſe teſtatur Alexander 2. dierum genial. ca. 8. ad finem, quod deprompſit ex Xenophonte lib. de Rep. Lacædem. Ait etiam Alexander ab Ægyptiis vſurpatum eſſe ex Philoſophis Sacerdotem, & ex Sacerdotibus probatiſſimum, regem eligere: vnde Mercurius Triſmegiſtus, id eſt, ter maximus, appellatus eſt: quia maximus Sacerdos, rex, & Philoſophus eſſet, quod ex Platone ſumpſit Marſilius Ficinus, arg. libelli Mercurij Triſmegiſti; ſcribit etiam Strabo lib. 12. in Cela Cappadociæ vrbe Sacerdotes regni poteſtatem habere & ſuprema fungi dignitate.

*2. Concluſio. Poteſtas politica non pugnat cum ſacra.*

38 Dico ſecundò, politica poteſtas nō pugnat cum ſacra, quam habet Romanus Pontifex. Ita authores pro 1. concl. relati, & Otho Friſingenſis prologo ad lib. 14. Chronicorum, refertur Diuus Tho. 2. d. 44. q. vnica ad 4. affirmans, *ita diſponente Deo qui Rex Regum eſt, & Sacerdos in æternum, Romanum Pontificem habere coniunctam poteſtatem corporalem cum ſpirituali,* ſed in tota illa d. hoc non inuenio.

Concluſio probatur: quia iſtę poteſtates in vna perſona ex Chriſti inſtitutione non repugnant: nec ex natura rei, ergo nulla ex parte eſt repugnātia: & alioqui nec piiſſimus Conſtantinus donationem feciſſet prouinciarum, aut ciuitatum Sylueſtro Papæ, nec ipſe ſanctiſſimus Pontifex illam acceptaſſet. De hac donatione lege. ca. Conſtantinus, 96. d. Nicol. III. c. fundamenta, de electione, in 6. Gratianū ſub titulo Melchiadis Papæ. c. futurā. 12. q. 1. & Othonem Friſingenſem lib. 4. Chronic. c. 3. qui ait, *Romana Eccleſia occidentalia regna tanquam ſui iuris à Conſtantino ſibi tradita affirmat, in argumentūmque tributum, exceptis duobus Francorum regnis, exigere non dubitat.* Et quamuis de huius donationis veritate plures & graues auctores dubitent, quos refert Couarruuias 4. var. c. 16. §. ſecundo loco: eam tamen donationem doctè ipſe propugnat, & Bartholus in princip. Codicis, gloſ. verbo, cœleſtis, ca. 2. d. 12. canoniſtæ c. nouit, de iudiciis, Sebaſtianus Medicis tract. de legibus, part. 1. quęſt. 8. in fine. Ludouicus etiam Imperator Caroli magni filius Pontifici Romano Romam cum ducatu ſuo, & aliis ciuitatibus contulit. c. ego Ludouicus. 63. diſt. Huius & aliarum ſimilium donationum extant Romæ authentica inſtrumenta, vt teſtatur Bellarminus ſuprà c. 9. Federicus I. Romanorum Imperator Adriano IV. Pontifici ſatis infenſus; tamen illi ſcribit, vt teſtatur Nauclerus volumine 2. Chronograph. *quidquid regalis veſter papatus habere dignoſcitur, donatione principum obtinet.* Cum igitur nemine contradicente, aut tamquam illicitum damnante, & principes Catholici donationes fecerint, & ſanctiſſimi ac doctiſſimi Pontifices illas acceptauerint, non eſt credendum, id eſſe contra ius naturæ, aut diuinum: ergo Pontifex verè eſt dominus politicus, & ſic poteſt leges politicas ferre.

*Donatio Cōſtantini Rom. Pontif. facta vera aſtruitur.*

*Ad 1.*

Ad primum argumentum reſpondeo cum Bellarmino, ſupra ca. 10. Chriſtum ibi non interdicere Epiſcopis, & aliis principibus Eccleſiaſticis politicam poteſtatem: ſed ne more tyrannorum violenter, & tyrannicè dominentur: id quod ex textu Græco Matth. optimè Bellarminus deducit, vide dicta ſect. 1. 39

*Ad 2.*

Ad ſecundum reſpondet Bellarminus eo loco, Pontifices, & principes admoneri, ne minutis & vilibus officiis ita occupentur, vt omittere cogantur maiora. Hoc modo cùm vidiſſet Iethro Moyſem tota die ſedentem ad iudicandū, ſapiēter eum admonet, Exo. 18. *vt tribunos, & centuriones aliquos conſtituat, qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem,* inquit, *maius fuerit, referant ad te, & qui minora tantummodò iudicent,* & Paul. 1. Cor. 6. ver. 2. *ſi in vobis,* inquit, *iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis,* & Bern. 1. de conſid. ad Eugenium (quem Bern. ſciebat principem tēporalem eſſe) hortatur Pōtificem, vt iudicia rerum temporaliū aliis dimittat; *non quia indigni vos,* inquit, *ſed quia indignum vobis talibus inſiſtere, qui perfectionibus eſtis occupati,* & nōnullis interiectis: *ſed aliud eſt incidenter excurrere in iſta cauſa quidem vrgente: aliud vltrò incumbere iſtis tamquam magnis, digniſque tali intentione rebus.* Itaque nō damnat Bernardus vſum poteſtatis politicæ, ſed immoderantiam vſus in Pontifice: conſentit etiam huic explicationi doctiſſimus Maldonatus ad illum locum, Lucæ 12. ver. 14. poteſt etiam dici, cum Salmerone 1. Cor. diſp. 9. Chriſtum ibi negare, ſe iudicem conſtitutum ad iudicandum de hæreditate diuidenda: quia ad eiuſmodi iudicia exercenda non fuit miſſus à Patre: *regnum enim Chriſti non eſt de hoc mundo,* vt ipſe teſtatur, Ioan. 18. ver. 36.

*Pontifex iudicia rerum temporalium aliis debet dimittere.*

*Ad 3. Omnes Chriſtiani Deo militant, & in baptiſmo ſunt eius militia adſcripti.*

Ad tertium reſpondeo, illud teſtimonium facilè poſſe in aduerſarios retorqueri: nam ſi iis, qui Deo militant, interdicit Paulus, ne politicam habeant poteſtatem: cùm omnes Chriſtiani Deo militent, quia omnes Chriſto in Baptiſmo nomen dederūt, & eius militiæ adſcripti ſunt, nullus poſſet eſſe Rex, princeps, vel magiſtratus ſæcularis. Quare dicendum eſt, Paulū Timotheo interdicere, ne negotiationibus, & mercimoniis incumbat, aliiſque rebus, quibus victus ſolet à ſæcularibus comparari. Dixit enim Paulus, *labora, ſicut bonus miles Chriſti Ieſu:* & ſtatim ſubiungit: *nemo militans Deo, &c.* quibus verbis formam boni militis Paulus delineat, quæ in eo ſita eſt, vt miles ſpreta corporis voluptate, & nimia ſolicitudine eorum, quæ ad vitam tranſigendam neceſſaria ſunt, fortem, & inuictum aduerſus labores, & vitæ commoda, atque Reip. hoſtes, ſeſe inſinuet.

*Ad 4. Poteſtas ſæcularis & ſpiritualis ex Chriſti inſtitutione non ſunt coniunctæ.*

Ad quartum reſpondeo, illud ſolùm à Nicolao ibi intendi, non eſſe ex Chriſti inſtitutione coniunctas Pōtificalem, & ſæcularem poteſtates: cùm tamen in lege ſcripta, politica, & ſpiritualis poteſtas, aut ſemper, aut ſępe in eadē perſona fuerint, non negat in Pontifice dominium temporale eſſe: nam ex donatione Imperatoris iam ipſe illud habebat: neque negat, Pontificem hac ratione poſſe temporaliter ſubditos iudicare: ſed imperiū temporale eſſe à Pontifice vſurpatum.

*Ad 5.*

Ad quintum reſpondeo, Bernardum aſſeuerare

Pontifi

Digitized by Google

Pontificem ex Chriſti inſtitutione nullam habere poteſtatem politicam pontificiæ annexam, vt patet ex illis verbis, *Eſto, vt alia quacumque ratione hac tibi vendices; ſed non Apoſtolico iure: nec enim tibi ille dare, quod non habuit, potuit.*

*Ad 6. Pontifices poſſunt ambas poteſtates exercere.*

Ad ſextum nego antecedens, & ad primam eius probationem reſpondeo, bene poſſe ab eodem ambas poteſtates exerceri, ſi miniſtros adhibeat peritos & ſtudioſos, qui de minoribus curam habeant, grauioribus ſibiipſi reſeruatis, vt ſemper Pontifices fecêre.

*Pōtifex qualiter ſontes puniat.*

Ad ſecundam verò probationem reſpondeo, Pontificem habere laicos miniſtros, qui ſontes puniūt iuxta politicas leges, quas vel ipſe Pontifex in terris ſibi temporaliter ſubiectis fecit, vel ab aliis factas confirmauit: quare qui ſententiam ſanguinis ferunt, vel exequuntur, nihil contra ius canonicum faciunt: quòd ſi aliquando Pontifex per ſe ipſum vellet ſententiam ſanguinis ferre, non faceret contra ius canonicum: quia illo non aſtringitur.

*Spiritualia ſolùm Pontifices tractare, Reges verò ſecularia, an magis expediat.*

Ad tertium reſpondeo, Pontifices non exercere per ſeipſos gladium temporalem: ſed per miniſtros politicos, quibus, vt benigni ſint, iubent. An verò Eccleſiæ magis expediat, & Deo magis placeat, vt Pōtifex ſpiritualia ſolùm, Reges verò temporalia tractent, Bellarminus ſuprà, cap. 9. *Et ſi abſolutè,* inquit, *fortè præſtaret, vt Pontifices tractarent ſolùm ſpiritualia, & Reges temporalia: tamen propter malitiam temporum experientia clamat, non ſolùm vtiliter, ſed etiam neceſſariò & ex ſingulari Dei prouidentia donatos eſſe Pontifici, aliiſq; Epiſcopis Principatus temporales: ſi enim in Germania Epiſcopi Principes nō fuiſſent, nulli ad hanc diem in ſuis ſedibus permanſiſſent:* Et Otho Friſingenſis in prologo ad lib. 4. Chronicorum ſuorum ait, *vtrùm Deo magis placeat Eccleſia ſua, qua nunc cernitur exaltatio, quàm prior humiliatio, prorſus ignorare me profiteor: videtur quidem ſtatus ille fuiſſe melior: iſte felicior: aſſentior tamen Romanæ ſedi, &c. quam ſuper firmam petram ædificatam non dubito, credenda, quæ credit, licitè poſſidenda, quæ poſſidet, &c.*

## SECTIO VII.

### *An Imperator poſſit leges ciuiles ferre totum orbem obligantes.*

40

*Quādo dignitas imperatoria Romæ inſtituta fuerit.*

POSTQVAM Iulius Cæſar tyannnicè ſummam poteſtatem politicam Dictatoris, & Imperatoris perpetui occupauit, Imperatoris dignitas, potentia, & nomen apud Romanos inſtituta ſunt, vt teſtatur Suet. in Cæſ. ca. 77. quòd iniuſtè vſurpatum erat, iuſtè poſteà retentum: nam Romana Reſpub. omnem ſuam poteſtatem lege lata in Auguſtum Cæſarem, qui Iulio Cæſari auunculo ſucceſſit, tranſtulit, vt teſtatur Pomponius l. 2. verſ. nouiſſimè paulò antè, §. poſt originem, ff. de origine iuris, Vlpianus l. 1. ff. de conſti. princ. Aurelius Arcadius l. vnica, ff. de officio præfecti prætorio, Iuſtinianus l. 1. §. cū enim antiqua lege, ff. de vetere iure enucleando, Alphonſus IX. Hiſp. Rex l. 2. tit. 1. part. 2.

*Regia lex quæ fuerit.*

Hæc lex, quæ de Imperio in Auguſtum, & eius ſucceſſores transferendo à Romana Rep. lata fuit, Regia lex appellatur ab Vlpiano ſuprà, vt Ioannes Oroſcius num. 9. & Contius ibi interpretantur. Duarenus 2. diſpu. anniuerſariarum, ca. 19. Couarruuias in practicis cap. 1. nu. 3. vbi eandem legem appellari ait, legem Imperij, l. ex imperfecto, C. de teſtam. Addit Couarruuias ex Cornelio Tacito, Alciato, Othomano, & Antonio Vacca, moribus obtentum fuiſſe, vt huiuſmodi lex de imperatoris poteſtate in ſingulos Principes mox, vt ab exercitu conſalutati, & à ſenatu comprobati eſſent, per ſenatum ipſum decerneretur: Cæteri ergo Imperatores poſt Iulium Cæſarem legitimè electi, veri, & legitimi fuêre Imperatores. Vnde Hieronymus in id Matth. 22. verſ. 21. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, &c.* & Auguſt. lib. 50. homilia in 48. arbitrantur, Chriſtum iuſſiſſe, vt Tiberio Cæſari tributa redderentur, quia illi erant debita, tamquam legitimo Imperatori, quæ interpretatio difficultatem habet: quia licet eſſet legitimus Imperator Romanorum, tamen comparatione Iudæorum videbatur Tyrannus. Vnde alij interpretantur, Chriſtum ſubtiliter, & acutè dolū illorum ſimulatorum, à quibus interrogabatur, eluſiſſe: ſumpta enim occaſione de imagine Cæſaris denario inſculpta, iuſſit reddi Cæſari, quæ Cæſaris, nihil affirmans de obligatione reddēdi Cæſari tributum: ita Bellarminus 5. de Pont. cap. 2. §. quòd verò: Et illos quidem dolo malo interrogaſſe, vt caperent Ieſum in ſermone & in inuidiā, vel populi Iudaici, vel præſidis traherent, conſtat ex Matth. 22. ver. 15. Lucæ 20. verſ. 20. & omnibus interpretibus: ſed quomodò, ſi nihil reſoluit, mirati ſunt in reſponſis eius, & tacuerunt, vt refert Lucas? nimirū, conuicti eius argumento: probare ergo voluit, deberi tributa Cæſari, & ratio eius efficaciſſima illis fuit, quia ſciebant Iudaicum populum vltrò conſenſiſſe in Cęſaris Imperium, & facultatem illi dediſſe cudendi pro illis monetam, ac proinde eſſe legitimum illorum Imperatorem, & ei deberi tributa, alioqui malè ex iſto loco tributa Principibus deberi colligerent Theologi, & Iuriſperiti: conditionalis enim nihil ponit in eſſe. Nec timuit Chriſtus populi inuidiā; quia metu Romanorum Imperatorum ſciebat in officio continendos, & hac de cauſa ipſum non impugnaturos, aut propter amorem veritatis inuidiam contempſit populi, & periculo voluit ſe exponere: ſicut autem Iudæa primùm fortè per tyrannidem occupata, iuſtè deinde ſubiecta fuit Romanis Imperatoribus: ita aliis prouinciis, & regnis potuit contingere, in eaſque prouincias aut legitimum imperium habet, vnde illis poteſt leges dare: & ita omnes docent.

*Poſt Iulium Cæſarem cæteri Imperatores legitimi fuerunt.*

*Iudæi audito Chriſti reſpōſo cur mirati sūt.*

*Imperator an poſſit toti orbi leges dare.*

An verò poſſit etiam totum orbem legibus ſuis obligare, tamquam videlicet dominus totius orbis, diſputant Caſtaldus de imper. quæſt. 52. Felin. cap. cùm liceat, de præſcript. Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi, part. 5. conſider. 28. Couarruuias regula peccatum, part. 2. §. 9. à nu. 5. Ioannes Igneus diſput. an Rex Francię recognoſcat Imperatorem, & ſuperiorem. Vbi ait, totam Iuriſperitorum Italorum ſcholam cenſere, Imperatorem eſſe totius mundi dominum. Bartholus, Baldus, Cynus, Albericus, Paulus, Angelus, Aretinus, Salicetus in l. 1. C. de ſum. trinit. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Panormitanus cum gloſſ. cap. per venerabilē, qui filij ſint legit. immò Bartholus in l. hoſtes, ff. de captiuis, num. 7. *Fortè,* inquit, *ſi quis dixerit, dominum Imperatorem non eſſe dominum, & monarcham totius orbis, eſſet hæreticus: quia diceret contra*

*1. Opinio. Imperatorem totius orbis dominum iure eſſe, qui tradant.*



Digitized by Google

*Euangelium Lucæ 2. exiit edictum à Cæſare Auguſto,*
*vt deſcriberetur vniuerſus orbis,* & extrauag.ad repri-
mendam, verbo, totus orbis, num.8.ait, Imperato-
rem Romanum ſaltem ante Chriſti natiuitatem
eſſe dominum totius orbis: & Sebaſtianus Medi-
cis tract.de legibus part.1.quæſt. 18. num.6. & 7.
ait, *Ab Imperatore tamquam à capite, in omnes infe-*
*riores, honores, & munera infunduntur,cap.ita domi-*
*nus 19.diſt.ca.fundamenta,§.1. de electione,ſcilicet quia*
*ipſe eſt ſuperior,& dominus omnium prouinciarum,cap.*
*Adrianus,63.diſtinct.l.bene à Zenone. C.de quadrien.*
*præſcript.Card.Clem.1.de ſumma trinit.gloſſ.cap.vene-*
*rabilem,de electione,cap.in apibus, 7.quæſt.1. ideò dici-*
*tur mundi dominus l.deprecatio, ff.ad leg. Rhodiam,de*
*iactu.Iaſon l.1.in 1.lectura num.6. C. de ſumma trinit.*
*dicit communem eſſe,& qui contrarium dicit, hæreticus*
*dici poſſet: quia hoc dictum comprobatur auctoritate*
*Euangelij Lucæ 2.&c.*

Addit autem Medicis, hanc ſententiam eſſe in-
telligendam, non de regnis Galliæ, & Hiſpaniæ:
ſed de aliis: nec de dominio proprietatis, ſed iuriſ-
dictionis, de quo ait, videndum Baldum l. 2. C. in
quibus cauſis coloni.li. 11. Bartholum illa extrau.
ad reprimendam, verbo, totius orbis, Speculat.tit.
de feudis, §.2.& §.4.de appellationib.ait enim, *Eſſe*
*dominũ totius orbis: quia ſi in aliqua parte infeſtetur,*
*debet ab eo defendi,* vt ait Iaſon ſuprà. Et certè An-
toninus Imperator, mundi ſe dominum pronun-
ciat in illa l. deprecatio, & Iuſtinianus in illa l.à
Zenone, *omnia Principis eſſe ait,* & Henricus VII.
Romanorum Imperator in d. extrauag. ad repri-
mendam ait, *in Romani Imperij tranquillitate totius*
*orbis regularitas requieſcit:* & infrà, *diuinis præceptis*
*iuberi, vt omnis anima Romanorum Principi ſit ſubie-*
*cta:* alludit ad id Rom.13. *omnis anima poteſtatibus*
*ſublimioribus ſubdita ſit.*

*Vera opinio. Imperator nõ eſt Dominus totius orbis, nec poteſt ei leges dare.*

42 Sed dicendum eſt, Imperatorem non eſſe do-
minum totius orbis, nec poſſe ei leges dare: hoc,
inquit Vazquez diſp.153.cap.2.num.12. Theolo-
gis eſſe notiſſimum, & Igneus ſuprà tenere om-
nes Iuriſperitos Gallos, Germanos, Hiſpanos, &
vltramontanos. Ita tenent Iacobus Rauennas, Pe-
trus & Ioan.Fabri. l.1.C.de ſumma trinit. l. bene
à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. Oldradus,
Raphael, Fulgoſ. Alciatus (quos citat Caſtaldus
ſuprà) Caſſaneus ſupr. conſid.23. Victoria relect.
5.quæ eſt prima de Indis, part.1.nu.24.25.26. Sot.
4.iuſt.quæſt.4.art.2.& 4.diſt.25.quęſt.2.art.1. Tur-
recremata cap. in apibus, 7.quæſt.1. Couarruuias
ſuprà num.7. Andreas Iſernia cap. 1. de pace ſer-
uanda, & iuramento firmando, libro 2. feudorum,
Molina tractat.1.de iuſtit.diſp.24.29.30.& omnes
Theologi, præſertim recentiores, quorum aliqui
priorem ſententiam ridiculam arbitrantur: nec
enim tale dominium habet iure naturæ, nec gen-
tium, nec Dei conceſſione, nec Papę: quia, vt vidi-
mus, nec Papa eſt dominus temporalis totius or-
bis; ſed ſpiritualis Chriſtianorum omnium: tem-
poralis verò quarundam terrarum, quæ illi à Prin-
cipibus temporalibus donatæ ſunt. Et quamuis eſ-
ſet dominus totius orbis, numquam illum dedit
Imperatori, nec id fuiſſet expediens.

*Papa non eſt dominus temporalis totius mundi, ſpiritualis Chriſtianorũ omnium.*

Proferunt pro ſe aduerſarij præter ſuperiora l.1.
C.de raptu virg.§.ſin autem, ibi, *Per diuerſas noſtri*
*orbis regiones,* & authen.de inſtru. cautel. & fide. §.
quia igitur, vbi legimus, *& dare in commune ſubie-*
*ctis, quos Deus nobis tradidit prius, & paulatim ſemper*
*adiiciet:* authent. vt omnes obediãt iudicibus verſ.
A hæc conſiderantes, habetur, *omnibus in prouinciis,*
*iudicibus, quicumque noſtris obediunt ſcriptis in vni-*
*uerſa ditione, & quæ aſcendentem videt, & deſcenden-*
*tem ſolem, & quæ ex vtroque latere eſt:* & l.rem non
nouam.C.de iudicibus, ſic habet: *in orbe terrarum,*
*qui noſtris gubernaculis regitur,* & l. 1. C. de ſumma
trinit.ibi, *cunctos populos,* l.ſi duos, §. 1. ff. de excuſ.
tutor.ibi, *vniuerſo orbi conueniens eſt:* in l.generaliter
ad finem.C.de epiſc.& clericis, imp.ait, *& hoc non*
*ſolùm in veteri Roma, & in hac regia ciuitate: ſed in*
*omni terra, vbicumque Chriſtianum nomen colitur,*
*obtinere ſancimus,* l.2.in princ.C.de iuram. calumn.
*in omni orbe terrarum, qui Romano imperio ſuppoſitus*
*eſt,* l.iubemus.C.de teſtam.§.quam vt exul, dicitur,
B *hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus:* in-
ſtit. de ſucceſſ. libero. *quam pro omni natione compo-*
*ſuimus,* l.1 §.cum autem, C.de vſucapio. ibi, *in om-*
*nem terrarum orbem,* cap.in apibus, 7.quæſt.1. *vnus*
*eſt Imperator, ſicut vnus Rex in apibus:* ca.conuenior,
23.quæſt.8.cap. quo iure diſt. 8. *omnia dicuntur eſſe*
*Imperatoris:* cap.futurum, 12.quæſt.1. ibi, *Romani*
*Principes, qui totius orbis monarchiam tenebant* & ibi,
*per vniuerſum orbem ſuo degentibus imperio:* cap.ſoli-
tæ de maior.& obed. ait Pontifex, *Deum feciſſe duo*
*luminaria magna Geneſ.1.hoc eſt, duas dignitates Pon-*
*tificalem & regalem, illam præeſſe ſpiritualibus, hanc*
*temporalibus,* cap.duo ſunt, diſtin.96.ait Pontifex,
*duo ſunt quippe, Imperator Auguſte, quibus principa-*
C *liter hic mundus regitur, auctoritas ſacra Pontificum,*
*& regalis poteſtas:* ergo ſicut Romanus Pontifex
in ſpiritualibus iuriſdictionem, & poteſtatem ha-
bet in vniuerſum terrarum orbem: ſic Imperator
in temporalibus. Item Imperator eſt totius Eccle-
ſiæ patronus, protector, & defenſor: at Eccleſia in
vniuerſum mundum ius habet quoad ſpiritualia,
ergo & Imperator in ciuilibus. Item Eccleſia à
Pontifice in totum mundum habet ſpiritualem
gladium, & temporalem; ergo & Imperator tem-
poralem: vnde Eccleſia feria 6.hedom.ſanctæ, pro
Imper. Deum precatur, vt omnes barbaras natio-
nes illi ſubiiciat, & D.Thomas 3.de regim. princi.
cap.3.ait, *Chriſtum eſſe verum mundi dominum, cuius*
D *vices gerebat Auguſtus, licet non intelligens: ſed nutu*
*Dei, ſicut Caiphas, prophetauit,* Ioan.11.

*Imperator multas orbis regiones ſuo Imperio ſubiecit, ſed non omnes.*

His tamen argumentis non conficitur, quòd
aduerſarij intendũt: nã citata iura ſolùm innuunt,
Imperatorem multas mundi regiones, ac prouin-
cias ſuæ ditioni, ac poteſtati ſubieciſſe, & cum di-
cunt, *vniuerſus mundus, qui noſtro eſt imperio ſubie-*
*ctus,* particula, qui, reſtringit: nam numquam om-
nes gentes fuerunt Romanis Imperatoribus ſub-
iectæ. Scythia Romanorum arma non nouit, In-
dica barbarorum regna Romanis non paruerunt:
fuerunt multi populi liberi l. mercatores. C. de
commerciis, & mercat.legimus, *mercatores tam im-*
*perio noſtro, quàm Perſarum Regi ſubiectos,* & l. Ro-
E manæ, C.de eunuchis dicitur. *Barbaræ autem gentes*
*eunuchorum extra loca noſtro imperio ſubiecta factos:*
& Reges Francorum, Hiſpanorum, Anglorum,
Polonum Imperatorem ſuperiorem non agno-
ſcunt: non Imperatorum, ſed ſuis legibus regiis
gubernant: vnde Chryſoſtomus Pſal.44.ait, *Impe-*
*rator Romanorum non poteſt Perſis leges ferre,* & Bal-
dus ca.ſolitæ, de maior.& obed. Bartholum repre-
hendit ob id, quod ſcripſiſſe retulimus, in l.hoſtes,
& meritò: nam ſutor vltra crepidam, & in alienam
meſſem falcem miſit, & iuriſperitiæ terminos, in
qua ipſe floruit, tranſiuit. Nec inficiari quis poteſt,

*Imperator Rom. non poteſt Perſis legẽ ferre.*

Anto

Digitized by Google

*Deus eſt mũdi Dominus, nõ Imperator.*

Antoninum Imperatorem ſuprà, ſuperbè & arroganter ſe nominaſſe mundi dominum, Deus eſt mundi Dominus, non Imperator, nec enim legitima ſucceſſione, cùm anteceſſores ſui numquam ſubiecerint ſibi iuſtè, imò nec iniuſtè totum orbem: & iure belli, vel aliis iuſtis titulis aliquas prouincias amiſerunt: nec incolæ antiqui earum, ad quas ius habent, quæ non poſſunt tyrannorum iugum excutere, & eorum legibus neceſſariò obediunt, inſuper legibus Imperatoris obedire tenentur. Nec verò ex conceſſione Pontificis, quia nec ipſe in totum orbem iuriſdictionem temporalem directam habet: ſed ſolùm indirectam in omnes Chriſti cultores: ex qua quidem Imperator, quia factus eſt patronus, defenſor, & propugnator Eccleſiæ, poteſt in omnibus iis, quæ ad hoc pertinẽt, omnibus Chriſtianis Principibus non exemptis imperare, & iure belli poteſt Eccleſiam contra omnes Chriſtiani nominis hoſtes, paganos videlicet, & Barbaros, quorum expugnatio ad alios Principes non pertinet, vel ab aliis negligitur, aut exerceri nequit, tueri, atque defendere, & iniurias, quibus pagani Chriſtianam religionem afficiunt, & maledicta, quæ in Chriſtum conferunt, armis coërcere.

*Pontifex Imperatori non conceſſit directã totius orbis iuriſdictionem.*

*Auguſtus nõ iuſſit vniuerſum orbem deſcribi.*

Quòd autem Auguſtus edicto iuſſerit deſcribi vniuerſum orbem, non vrget, tum quia potuit mente, & opere errare: tum quia nõ eſt credendum de vniuerſo omninò orbe intellexiſſe; cùm totus eius Imperio non pareret, quãdoquidem nec Scythia, nec Sarmatia, nec vltra Euphratem vniuerſus orbis illi vmquam paruit, vt oſtendit Alciatus l. 1. col. 1. C. de ſum Trin. nec Indiarum orientalium, nec occidentalium dominium habuerit. Verba ergo illa Lucæ, *vt deſcriberetur vniuerſus orbis*, intelligenda ſunt per ſynecdochen, iuxta conſuetam Scripturæ phraſim, qua maior pars pro toto accipitur, vt omnes monent, inquit doctiſſimus Maldonatus ad illum locum, & iuxta Hieronymum Iſaiæ 13. & Proſperum 2. de vocat. gent. Vniuerſus orbis vocatur illa Prouincia, de qua proximè ſermo eſt: ſæpe etiã per antonomaſiam, hyperbolen, vel exaggerationem imperium illud, quod tunc in magnam orbis partem dominabatur, in totum orbem fuiſſe dicitur, vt exponit Auguſtinus, & ex Daniel 2. & aliis ſimilibus locis intelligi poteſt: & quod frequenter nomine orbis pars orbis appelletur, patet ex carmine illo, *Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem.* Et hunc modum loquendi vſurpari frequenter in Scriptura, patet Matth. 2. verſ. 7. *commota eſt vniuerſa ciuitas.* cap. 27. verſ. 45. *tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram*; Act. 21. verſ. 28. *Agabus ſignificabat per ſpiritum magnam famem futuram in vniuerſo orbe terrarum*, cap. 24. verſ. 5. *inuenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditionem omnibus Iudæis in vniuerſo orbe*, & Rom. 1. verſ. 8. *Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo*: Coloſſ. 1. verſ. 6. *Quod peruenit ad vos, ſicut & in toto mundo.* Et ſanè Henrico VII. nec totus orbis, nec magna pars ſubiecta fuit: electus enim fuit in Imperatorẽ anno Domini. 1138. tempore Clementis Papæ V. auctore Genebrardo 4. chronographiæ, qua tempeſtate apud Græcos Imperatorem Chriſtianum eſſe, Hiſpaniarum, Galliarumq; colonias, Angliam, & alias orbis regiones reges proprios habuiſſe, qui occidentali Imperatori Henrico nullo modo parerent, ex eodem Genebrardo ſuprà liquidò conſtat.

*Expoſitio loci Luc. 2.*

*Vniuerſus orbis non ſignificat totum mundum.*

*Imperator quomodo ſit ſupremus dominus.*

Et Innocentius illo cap. ſolitæ de maior. & obe. ſolùm ait, Imperatorem eſſe ſupremum reſpectu illorum, qui ab illo accipiunt temporalia: & cùm comparat duas poteſtates Eccleſiæ duobus luminaribus mundi, non numerat cum poteſtate ſpirituali poteſtatem Imperatoris Romani, ſed regiã, & poſteà, videbimus, etiam ex canonibus, aliquos reges non eſſe Imperatori ſubiectos: ſed eſſe ſupremos dominos: quos quidẽ ſolùm videtur Imperator excedere in quodam honoris, ac dignitatis loco, propter ſpecialem conuentionem cum ſede Apoſtolica, à qua cõfirmatur, vngitur, & coronatur, & tamquam peculiaris protector, & defenſor eius in temporalibus ſuſcipitur, vt latiùs Caſtaldus ſuprà, & Reſtaurus in ſuo tract. de Imperatore.

*Imperator poteſt leges ferre in ſubditos tãtum.*

43 Ex dictis conſtat, Imperatorem Romanum leges politicas ferre poſſe in ſubditos: non tamen, quę vniuerſum aſtringant orbem. Prior pars conſtat ex iuribus pro prima opinione citatis, & ex l. 3. & fi. C. de legib. l. 12. hiſp. tit. 1. par. 1. & l. 2. tit. 1. par. 2. & inſinuatur l. 1. C. de ſumm. Trinit. & l. fin. C. de ædificiis priuatis, & l. omnibus ff. ad Trebellian. quatenus leges iſtę ad eos diriguntur, qui ſub Romano Imperio ſunt. Et ratio eſt clara: quia omnis princeps ſupremus poteſt leges condere: & quia princeps, ſeu Imperator à Romanis ſpecialẽ facultatem accepit condendi leges, quæ ipſam, & alias ipſi ſubiectas aſtringerent, vt in ſuperioribus vidimus, & Remp. habuiſſe facultatem ferendi leges, patet, l. non ambigitur. ff. de legibus: ergo potuit illam in principem transferre: vnde patet, ſi aliqui reges ſint Imperatori ſubiecti, vt eſſe poſſunt, ipſe enim poteſt regum titulum dare, vt docet Vazquez d. 153. cap. 2. num. 12. regem illum, & eius ſubditos manere etiam ſubditos Imperatoris, & debere eius leges ſeruare, etiam cum contrariæ ſunt legibus regiis, vt ibidem ait Vazquez. Poſterior pars manifeſta ex dictis eſt: quia leges ſolùm obligant ſubditos: ſunt autem multi etiam Chriſtiani, non ſubditi Imperatori: ergo non aſtringũtur legibus eius, vt eius ſunt, etiam ſi forte obligentur eiſdem, quatenus à ſuis principibus acceptantur, vt docet Bernardus Diaz in pract. crim. cap. 144. circa finem, & Salcedo ibi.

*Imperator nõ habet dominium proprietatis in omnes orbis partes.*

Quidquid autem ſit de poteſtate, & dominio iuriſdictionis, certiſſimè tenendum eſt, Imperatorem non habere dominium proprietatis in totũ orbem, ſeu in omnes facultates. In hoc conueniũt omnes ſecũdùm Caſtaldum ſuprà, & iam pro hac parte retulimus Sebaſtianum Medicis alios referentem. Et patrimonium Eccleſiæ non eſſe ſubiectum Imperatori, etiam Bartholus, & alij iuriſtæ fatentur, vt teſtatur Victoria relect. de Indis par. 1. nu. 26. Imò nec bona eorũ, in quos Imperator habet dominiũ iuriſdictionis, ſunt illius, nec poteſt ad libitum de illis diſponere: & ideò prorſus eſt falſum, & ineptum, quod ait Decius conſ. 269. nu. 7. relatus à Tepato 1. variar. titul. de principis poteſtate, Imperator poteſt de plenitudine poteſtatis auferre dominium, nulla etiam cauſa ſubſiſtente.

---

## SECTIO VIII.

*An Hiſpani, Galli, Angli, Polonique à legibus Imperatoris ſint liberi, & quinam ſint Imperio ſubiecti.*

VIDI

Digitized by Google

44 VIdimus ſect. præced. non omnes ſubiectos eſſe legibus Imperatoris, vt illius ſunt: nũc duo tractabimus, primùm, quinã ſint liberi à legibus Imperatoris, vt eius ſunt. Secundò, an Hiſpani ex ſuorum regum acceptatione, vel aliquando alia ratione his legibus ſubiaceant. De hoc ſecũdo agemus ſect. ſequẽti: in hac de primo.

*Hiſpani legibus Imperatorũ non ſunt ſubiecti.*

Reſpondeo, Hiſpani nõ ſunt ſubiecti, patet cap. Adriani, verbo per ſingulos 63. d. cap. & ſi neceſſe, verbo, reſtitui ad finem, de donationib. inter vir. & vxor. & inſinuatur cap. ſuper ſpecula de priuilegiis, Nau. cap. nouit de iudic. not. 3. nu. 32. & alij, quos refert, & probat Couarruuias regula peccatum par. 2. §. 9. Didacus Perez in Procem. ordinationum regal. quæſt. 1. Burgos de Paz in procem. legum Tauri, nu. 32. & l. 1. nu. 513. & 514. Sebaſtianus Medicis tract. de legib. par. 1. qu. 18. num. 7. Henriquez tom. 3. Vazquez d. 153. cap. 2. num. 12. & 13. Victoria relect. de Indis par. 1. nu. 26. Oldradus conſil. 69. Baldus l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure, Panormitanus cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Mariana latè de rebus Hiſpaniæ lib. 9. cap. 5. Azor 2. tomo lib. 9. cap. 14. q. 4. Caſtaldus tract. de Impera. quæſt. 3. 50. & 55. & habetur tomo 16. tractatuum.

Diſertis verbis traditur in legibus l. 15. ti. 1. pa. 1. ib. *e iuzgarſe por ellas, y no por oſtro eſcripto de oſtra ley.* & l. 6. ibi, *e por las leyes deſte libro, & non por oſtras,* tit. 4. par. 3. & l. vlt. ſeu 15. tit. 14. par. 3. ibi, *ley, o fuero de oſtra tierra que fueſſe de fuera de nueſtro ſeñorio, mandamos, que en nueſtra tierra nõ aya fuerça de prueba,* hoc eſt, vt per legem illam cauſa decidenda nõ ſit, & l. 1. tit. 22. ibi, *ni contra derecho de las leyes deſte noſtro libro,* part. 3. & l. 1. tauri ibi, *y no por oſtras algunas,* quæ eſt l. 3. tit. 1. lib. 2. nouæ compil. & l. 2. tauri ibi, *pues por ellas y no por oſtras an di iuzgar,* quæ eſt l. 4. eod. tit. & lib. compilat. idem ſtatutum eſt in legibus fori, vulgò vocati, iuzgo, quæ antiquiſſimæ in Hiſpania ſunt l. 8. tit. iudicum & l. exordiente titulo legum, idem ſtatutum eſt ab Alphonſo Rege in quadam lege ordinamenti edita Cõpluti; quam poſteà confirmarunt Rex Catholicus Ferdinandus & Regina Eliſabetha. Hoc autẽ adeò iuſtum viſum eſt primis Hiſpaniæ regibus, qui à Maurorum tyrannide Hiſpaniam vendicarunt, vt lege conſtituerint, pœna capitis plectendum, qui in iudicio leges Imperatorum allegaret, vt teſtatur Oldradus conſil. 69. colum. 13. Palacius Rubios repet. ca. per veſtras colum. 4. de dona. inter vir. & vxo. Gregorius Lopez l. 6. verbo, *por las leyes deſte libro,* tit. 4. par. 4. & alij authores, quos recenſet Burgos de Paz ad l. 1. Tau. nu. 513.

*Hiſpaniæ reges ſtatuerunt pœna capitis plectendũ, qui in iudicio leges Imperatorum allegaret.*

*Frãci legibus Imperatoris non ſunt ſubiecti.*

45 Similiter Francos, ſeu Gallos non eſſe ſubiectos Imperatori, aut eius legibus de facto, nec de iure, docet Tyraquellus, de iure primogen. quæſt. 17. opin. 4. nu. 20. & 21. Caſtaldus, Sebaſtianus Medicis, Azor, Victoria & Vazquez ſuprà, Innocẽtius, Hoſtienſis, Panormitanus, Felinus. cap. nouit de iudic. Speculator ti. de appellat. §. nunc tractamus. Bartholus l. hoſtes, ff. de captiuis, Baldus cap. 1. de pace iure iuran. firmanda, & expreſsè habetur d. ca. per venerabilem, qui filij ſint leg. vbi dicitur Frãcorũ regem in temporalibus ſuperiorẽ nõ agnoſcere, vbi malè gloſ. de ſuo capite, vt notat Victoria, ſuprà addit, *hoc verum eſſe de facto; ſed nõ de iure.*

*Reges itẽ Polonia.*

Similiter Reges Poloniæ, Angliæ, Neapolis, Siciliæ, Sardiniæ, & Hungariæ, non eſſe ſubiectos
A Imperatori, probat Azor ſuprà. Et hoc inſinuatur cap. ſuper ſpecula de priuilegiis, vbi dicitur, *in Francia, & aliis prouinciis leges Imperij non ſeruari.*

*Leges Imperatorum vbi vim habeant.*

Addit verò Vazquez diſp. illa 153. cap. 2. nu. 24. 46
& 25. leges Imperatoris locum obtinere in omnibus Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, & Baronatibus ſubditis Imperio: quales ſũt Ducatus, & Marchionatus Germaniæ, & aliqui in Italia, qui recognoſcunt Imperatoris dominium, vel iure feudi, vel alia ratione: horum enim domini, & principes, licet monetam cudere poſſint; & leges in ſuis regnis ſtatuere, id tamen habent auctoritate Imperatoris, ac proinde, vbi leges eorum
B non fuerint, legibus imperij in vtroque foro iudicandum, & parendũ eſt. An verò hi principes habuerint poteſtatem plenam ferendi leges in ſuis prouinciis, ita vt derogare poſſent iuri Imperatorum, pendet ex priuilegiis ipſis conceſſis, & fundatione eorum. Poſſet tamen Imperator ita eis concedere ius Regni, Ducatus, Marchionatus, &c. vt poſſent nouas quidem leges ferre, nulli tamen Imperatoris derogare. Hoc etiam certum eſt, inquit Vazquez, nunc ita obſeruari adhuc in terris Põtificis, quas ab Imperatoribus accepit, vt quidquid iure Pontificio ſtatutum non eſt, in cauſis ciuilibus, iudicatur per leges Imperatoris, quare illæ vim legis obtinebunt in illis prouinciis: ita cap. 1.
C de noui oper. nunciat. Imò, cum in eo cap. etiã in cauſa ſpirituali, vt in cõſtructione capellæ, admittantur leges principum, deficiente iure canonico; efficitur, vt in quouis regno in his negotiis ſpiritualibus iudicandum ſit per leges peculiares illius regni, in quo cauſa agitatur, hæc ille.

*In terris Pontifici ſubiectis quas ab Imperatore accepit iudicatur per leges Imperatoris.*

## SECTIO IX.

*An aliquando Imperatorum leges Hiſpanos obligent.*

DE hoc latè Burgos de Paz l. 1. tauri, à n. 59. nos verò ſummatim hîc.

*1. Concluſ. In prouincia vel regno extraneo, quæ leges ſeruandæ ſint.*

D Dico primò, in prouincia, vel regno extraneo, in quo viguerũt leges imperiales, ſeruandæ erunt ibi à noſtris in contractibus celebrandis, & ſecundùm illas tenetur iudicare iudex in Hiſpania, ſi apud ipſum contentio ſuper contractu orta fuerit: hoc enim definitũ eſt l. fi. tit. 14. par. 1. & ratio ipſa poſtulat, vt contrahentes legibus teneantur prouinciæ, in qua contrahunt, cùm eorum voluntas ſit contractum inire legitimum, & in prouincia illa legibus, & cõſuetudine probatum, niſi permittente lege, contrarium à contrahentibus cõſtitutum ſit. Et idcircò definitum eſt in l. ſi fundus ff. de ve-
E ditionibus, vt ſi fundus venierit ex conſuetudine eius regionis, in qua negotiũ geſtum eſt, pro euictione caueri oporteat. Qua lege ductus Bartholus l. 1. nu. 14. C. de ſumm. Trin. ait, quoad ſolemnitatem contractus inſpiciendas eſſe leges illius loci, vbi contractus celebratus eſt. Et idem ait ibi quæſt. 4. nu. 26. & 27. ſeruandum eſſe, cum quæſtio oritur de iure deſcendente ex re ipſa, nimirũ ſeruitute, &c. ductus ex l. an in totum C. de ædificiis priuatis, & eodem modo intelligit l. venditor §. ſi conſtat ff. communia prædio. Quam Bartholi doctrinam amplectitur Gregorius Lopez d. l. vlt. tit. 14. par. 1. verbo, *en raço de alguna coſſa mueble, o raiz de aquel lugar,* & alij auctores, quos ibi recenſet.

*Contrahentes legibus prouinciæ tenentur, in qua cõtrahunt.*

An verò

Digitized by Google

*An contrahẽtes extra Hiſpaniam tenẽtur ſeruare leges Hiſpanorum.*

An verò ſi contrahentes extra Hiſpaniam, qui ſunt ſubiecti ipſi Regi, teneantur iudices in deciſione cauſarum, quæ ea de re in Hiſpania mouentur, ſeruare leges Hiſpanorum, quæ de contractibus latæ ſunt, dubitari poteſt: nam pars affirmans definiri videtur d. l. vlti. part. 1. ibi *entre los hombres de aquella tierra*, & ibi, *eſtos eſtraños*. Exiſtimo tamen, quoad ſolemnitatem contractuum, & teſtamentorum ſeruandas eſſe leges prouinciæ, in qua contractus initi ſunt, vel condita teſtamenta, ab Hiſpaniæ iudicibus, cùm ab ipſis cauſa decidenda eſt, etiã inter Hiſpanos, quia, vt ſuperiùs vidimus, hoc ipſi contractus ex natura ſua poſtulant, & idẽ cenſeo de quacũque vltima voluntate, arg. tex. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.

*Cum de alienatione contractus celebrantur, ſeruari debẽt leges prouinciæ.*

Cùm verò de alienatione, ſeruitute, & id genus aliis, quæ rem ipſam afficiũt, contractus celebrãtur, ſeruari debent leges prouinciæ, in qua res illæ ſitæ, & collocatæ ſunt, quamuis contractus extra prouinciam illam celebretur, quia talis diſpoſitio afficit rem, & impedit dominium transferri alio modo, quàm legibus permiſſum eſt, vt conſtat ex l. 1. §. & cum lex C. de rei vxor. actio. & l. 1. ff. de fundo dotali, & ex princip. inſtitu. quibus alienare liceat, & quoad vtrumque, idem docet Bartholus ſuprà nu. 32. & Socinus conſil. 74. col. 5. Alexander conſil. 16. & 128. volu. 1.

*2. Concluſio. Nulla lex Imperialis vim legis habet in Hiſpania.*

48 Dico ſecundò, nulla lex imperialis vim legis habet in Hiſpania, quamuis per ipſius leges abrogata non ſit, nec legibus regni eã de re aliquid ſtatutum ſit: hoc docet Didacus Perez in procem. ordinatio. regal. ſeu ordinamenti regij, quæſt. 3. Gregorius Lopez l. 5. verbo, de otra ley, gloſſ. 2. tit. 1. part. 1. & lib. 6. tit. 4. gloſſ. 2. verbo, por las leyes, de ſte libro par. 3. Didacus Caſtillo in l. 1. tauri verbo noſe vſe dello. Matienzo in l. 2. gloſſ. 1. num. 15. tit. 5. lib. 5. nouæ recop. & abſolutè Romanorum leges Hiſpanos non conſtringere docet Laurentius antiquus iuris interpres, cuius meminit Archidiaconus cap. cùm deuotiſſimam, 12. quæſt. 2. & ibidem id tenet Ægidius de Bellamera, Hoſtienſis, & doctores cap. ſuper ſpecula, de priuilegiis, & Oldradus conſ. 69. Palacios Rubrius in introduct. repet. ad cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. Vazquez diſput. 153. cap. 2. num. 21. & ſequentib. & alij, quos allegaui ſect. præced. Patet, quia diſertis verbis iure noſtro Hiſpano definitũ eſt, ne cauſæ, & lites dirimantur aliis, quàm huius regni legibus, vt liquet ex legibus, quas præcedenti ſectione recenſuimus. Nullaque alia lex Hiſpaniæ oſtendi poterit, qua ſtatutum ſit, vt leges Romanorum vim legum habeant ad deciſionem cauſarum, & Reip. adminiſtrationem deficientibus legibus Hiſpaniæ: nam etſi in l. 11. tit. 3. lib. 1. ordinam. in hæc verba. Henricus II. ſtatuerit. *Y mandamos, que ſean guardadas las leyes delos Emperadores y las leyes quelos Reyes nueſtros progenitores dieron e ficieron e otorgaron en fauor delas Yglesias, y monaſterios, perlados, clerigos, y religioſos, ſolas penas en ellas contenidas.* Hoc tamen ſpeciatim in fauorem Eccleſiarum, & monaſteriorum, atque perſonarum, quæ Dei cultui ex inſtituto conſecratæ ſunt, ſtatutum eſt, vt ex d. l. liquidò conſtat: quare cùm exceptio firmet regulam in contrarium. Authen. de non alienan. aut permut. cap. 2. §. vt autem collat. 2. efficitur, vt leges imperatoriæ vim legũ non habeant ad deciſionem cauſarum, & Reip. gubernationem, vt ſuperiùs docuimus. Neque obſtat

*Quãdo legibus Imperatoriis in Hiſpania locus ſit.*

A quod Burgos de Paz. reſpondet in d. l. 1. tauri nu. 550. verba illa ipſius legis, *y no por otras algunas*, intelligenda eſſe, cùm de occurrente caſu leges regiæ reperiuntur: tunc enim neceſſe eſt regiis legibus iudicare, omiſſis imperatoriis: Cæterum non interdici ea lege, vt in ſubſidium legum Hiſpanarum imperiales vim habeant. Nam negatio illa, *y no por otras algunas*, omnino infirmat leges extraneas, cùm ea ſit negationis natura, vt quidquid poſt ſe inuenit, deſtruat: quare cum l. illa 1. tauri definitum ſit, vt per leges illas Hiſpaniæ eo ordine, quo ibi proponuntur, cauſæ dirimantur, efficitur, vt nulla in cauſa leges ciuiles Romanorum vim legum in Hiſpania habeant, niſi in legibus

B Hiſpaniæ expreſſè exceptæ ſint.

Vnde falſa eſt ſententia Antonij Gomez l. 1. tauri, in princip. & Burgos de Paz ibi, num. 520. & ſequentibus, & aliorum, qui cẽſent, legibus regiis deficientibus, iudicandum eſſe legibus ciuilibus Romanorũ in temporalibus, profaniſque cauſis: quos impugnat Vazquez diſput. 153. cap. 2. num. 24. & 25.

*3. Concluſio. Leges Imperatorum allegare in Hiſpania quomodo liceat.*

Dico tertiò, licet in Hiſpania leges Imperatorum ad deciſionem cauſarum, & Reip. gubernationem allegare, non vt leges, ſed vt dictamina rationi conſentanea (cùm re ipſa talia fuerint) & naturam contractuum optimè explicantia: ita auctores pro ſecũda aſſertione memorati, & Panor- 49
C mitanus cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 10. de conſtit. vniuersè ait, quòd vbi lex ciuilis Imperatorum eſſet fundata ſuper ratione naturali, poteſt iudex Eccleſiaſticus illam ſeruare, non ratione legis, ſed ratione naturali: & Baldus cap. fin. de conſtit. teſtatur, Francos vti lege Romana, non quia lex, ſed quia bona eſt. Quod etiam ait Andreas de Iſernia in Prælud. Feudorum, quæſt. 2. ad finem, ergo eadem ratione Hiſpani poterũt leges Romanorum, cùm eas viderint rationi cõſentaneas, ad deciſionem cauſarum allegare. Quod quidem apertè deducitur ex d. l. 3. tit. 1. lib. 2. nouæ compilat. quæ eſt lex 1. tauri, & ſic ait. *Empero bien queremos y ſufrimos quelos libros delos derechos, quelos ſabios antiguos hi-*
D *cieron, ſe lean enlos eſtudios generales de nueſtro ſeñorio: por que ay enellos mucha ſabiduria, y queremos dar lugar, quelos nueſtros ſean ſabidores y ſean por ende mas honrados.* Latinè ſic reddere poſſumus cum Vazquez. *Cæterùm volumus & permittimus, vt libri legum, quos antiqui conſulti ſapientes conſcripſerunt, explicẽtur in noſtris ſtudiis generalibus & vniuerſitatibus, eò quòd multa in illis ſapienter dicta contineantur: ideoque volumus, vt ſubditi noſtri earum ſcientia polleant, & ob eam honorentur.* Ex his enim verbis perſpicuè deducitur, leges Imperatorum, nõ vt leges, ſed vt ſapientium pronunciata, ad deciſionem cauſarum forenſium allegari poſſe, vt re ipſa vbique allegantur. Alioqui otioſum, vel parum vtile
E fuiſſet decernere, vt in ſtudiis generalibus Imperatorum leges explicarentur: velleque Reges, vt eorum ſubditi earum legum ſcientia pollerent, & ob eam comparatam honore efficerentur. Bene autem Vazquez diſp. cit. num. 18. & ſequentibus explicat, quomodò leges imperij iuuare iudices Hiſpanos poſſint ad rectè ferendam ſententiam, vel enim continent naturalem obligationem certam, vel valde probabilem, vel continent pœnas iuſtas, quæ quando leges Hiſpanæ pœnam non deſignant, iuſtè infligi poſſunt. Leges verò Cæſareæ, quæ irritant contractum, vel teſtamentum factum

*Franci vtuntur lege Romana, nõ quia lex, ſed quia bona.*

*Quomodò leges imperij Hiſpanos iudices iuuare poſſint.*

factum ſine certis conditionibus, & ſolemnitatibus, non ſunt ſeruandæ iudicibus Hiſpanis, niſi lege eſſent confirmatæ in Hiſpania; quia nec eſt cõſuetudo in Hiſpania, vt pro legibus habeantur, vt cum Oldrado, Palacio, Rubrio, Matiẽzo, & Gregorio, Lopez, docet Vazquez ſuprà. A

## SECTIO X.

*An iure Hiſpano deficiente ius canonicum in temporalibus Hiſpanos obliget.*

50 PRo parte affirmatiua citantur multi Hiſpani Doctores, Villadiego repet. cap. conſtituturus, verſ. ego autem, de in integrũ reſt. Palacios Rubrius in introduct. repetitionis cap. per veſtras verſ. idem videtur mihi dicendum, de don. inter vir. & vxor. Caſtillo l. 1. tauri verbo; primeramente. Cifuentes l. 1. tauri quæſt. 1. Didacus Perez in procemio ordinam. qu. 3. Bernardus Diaz in practica crim. canon. cap. 60. & 136. Salcedo in additionibus ad eandem practicam cap. 164. in fin. Gregorius Lopez l. octaua verbo, maguel el oſtro, ad fin. tit. 14. par. 5. ducũtur hac ratione: quia quod ſuapte natura firmius, & illuſtrius eſt, præferendũ eſt, vt patet l. fin. C. de his qui veniã ætat. impetr. & cap. ſi quem, quod eſt penult. de ſentent. excõmuni. ſed ius canonicum comparatione iuris imperialis firmius, & illuſtrius eſt, vt pote quod à poteſtate ſpirituali oritur, & ad finem ſupernaturalẽ ordinatur: ergo præferendum, ac proinde, deficiẽte iure Hiſpano, ad illud recurrẽdum erat: ſed hæc ſententia nulla firma ratione fulcitur, nec vera eſt. B C

*Iure Hiſpano non eſt definitum, vt deficiẽte iure Hiſpano, Canonicũ pro lege habeatur.*

Primò, quia nulla Hiſpana lege definitum eſt, vt deficiente iure Hiſpano canonicum in temporalibus pro lege habeatur, imo ius canonicum in temporalibus non diſponit, niſi in ordine ad ſpiritualia, in quo euẽtu, ſiue ſit ius Hiſpanum, ſiue non, iuri canonico ſtandum eſt: ergo numquam ſuppleri iure canonico poteſt, & debet ius Hiſpanũ; ſeu nunquam valet ius canonicum in defectum legis Hiſpanæ alioqui non valiturum, nec aduerſarij poſſunt huius accommodatũ exemplum proferre. D

Secundò, quia ad Reip. politicæ gubernationẽ ius imperiale, paucis exceptis legibus, in quibus vſuræ, præſcriptio malæ fidei, & alia id genus cõceduntur, magis conducere videtur, quàm ius canonicum: ideoque in d. l. 1. tauri cum regibus Catholicis operæpretium viſum fuerit, vt ius Imperiale in ſtudiis generalibus exponeretur, ne verbũ quidem ſimile illa aut alia lege de iure canonico pronũciatum, & nihilominus, deficiente iure Hiſpano, non tenemur ad Imperiale recurrere: ergo multò minus ad canonicum: ſed ex ratione naturali quaſi nulla in eo euentu eſſet lex politica, iudicandum erit: poterit tamen ius canonicum, & imperiale, imò & quodcumque aliud Reip. ſapiẽti manu ducere ad intelligendam naturalem obligationem, vel facultatem, verbi gratia, ſi aliquid iure Hiſpano non damnatur, vt malum, aut non taxatur pro illo pœna, & in alio iure damnatur, & taxatur pœna, poterit iudex Hiſpanus punire ſimili, vel æquali pœna, ductus illo exemplo: ſimiliter contractus, qui cenſetur nullus iure naturæ in alia Repub. poterit in Hiſpania ſimiliter cenſeri nullus, &c. E

*Quomodo Iudices Hiſpani, deficiente iure Hiſpano iudicare debeant.*

## SECTIO XI.

*Vtrum omnes Reges, & Reginæ poteſtatem habeant ferendi leges ciuiles.*

DIco primò, communiter Reges poſſunt leges ciuiles cõdere pro ſuo quiſque regno. Ita omnes Thologi hîc, & alibi, & Canoniſtæ cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Baldus ca. 1. eodem tit. Andreas de Iſernia in procemio conſtit. Neapolit. in princip. Franciſcus de Ripa ad Rub. de conſtit. num. 7. Gregorius Lopez l. 18. verbo, *ſobre las gentes de ſu ſeñorio*, tit. 1. par. 1. Perez. in procemio ordinamẽti quæſt. 1. & alij plures, quos recenſet, & ſequitur Antonius Gomez l. 1. tauri num. 6. Bartholus, & alij l. vlt. C. de legibus, Nauarrus cap. nouit, de iudic. not. 3. num. 149. Rebuffus in procemio conſtit. regal. gloſſ. 1. nu. 4. per textum in cap. conſtitutio. d. 2. & l. 1. ff. de conſtitut. princip. Et quia, dum ei regnum commiſſum eſt, omnia cõmiſſa cenſentur, ſine quibus regnum gubernari non poteſt, l. 2. ff. de iuriſ. omni. iudic. imò, ſi quis præſcripſerit iuriſdictionem in loco, videtur præſcripſiſſe poteſtatem condendi ibi ſtatum, vt ſcribit Rebuffus ſuprà num. 5. & Ancharanus cap. 1. de conſtitut. quem refert Barbatius de rebus Eccleſ. non alien. columna 17. num. 85. Item princeps dicitur Vicarius Dei in temporalibus, gloſſ. ſingularis in princip. Rub. de hæredibus & falcid. quam notat Boërius addi. ad Ioann. de Montaigne, in tractatu de auctoritate magni concilij, & Iacobus Bonaudus in panegyrico in addit. ad Ioann. de Terrar. tract. contra rebelles regum, in fine: ergo in temporalibus poteſt leges condere, vt tenet Decius cap. nouit, de iudic. Auguſtinus de Ancona tractatu de poteſt. Eccleſiæ quæſt. 44. ideò in temporalibus in ſuo regno prius ad eundem eſſe Regem, quàm Papam; quia eſt proximior, dixit Rebuffus ſuprà num. 6. cum Baldo cap. ſignificantibus, in fine, de officio deleg. Felinus cap. cum non licet, colum. 8. & ſequenti, de præſcript. Deinde Regem poſſe leges condere, docet Ægidius lib. 3. de regim. princip. p. 2. cap. 27. Carthuſianus 3. de fide cap. 103. Cardinalis Bellarminus 3. de laicis cap. 10. D. Tho. 2. 2. quæſt. 50. art. 1. ad 3. vbi ait, *principalem actum regis eſſe leges condere; ideo Ariſtotelem eamdem prudentiam, quam 10. polit. cap. 8. appellauit, legiſlatiuã 3. polit. cap. 3. regnatiuam vocaſſe.* Idẽ ſentit D. Thomas 2. 2. quæſt. 57. art. 2. & 1. 2. quæſt. 90. art. 3. vbi omnes eius interpretes. Idem patet l. 12. tit. 1. par. 1. & l. 8. tit. 1. par. 2. Iſidorus 5. ethymol. cap. 10. & refertur d. 2. cap. conſtitutio. Chryſoſtomus Pſal. 44. colligitur ex ſcriptura, in qua ſæpe cum Regia dignitate poteſtas legiſlatiua coniungitur, Prouerb. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Iſaiæ 33. *Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter* 1. Petr. 2. *ſiue Regi quaſi præcellenti.* Vnde Plato dialogo polit. ſeu ciuil. *patet, legum lationem ad dignitatem Regiam pertinere.* Ex Xenophonte quoque lib. 8. Cyropœdiæ dicente, *quando Princeps melior eſt, puriora iura conſtituit; quando verò deterior, nequiora.* Plut. Commentar. in principe requiri doctrinam ait, *lex principis opus*, Ariſt. 10. ethico. cap. 9. *Patris præceptio vim non habet, nec neceſſitatem, nec vllius omninò vnius viri, niſi ſit Rex, aut aliquis talis; lex autem vim habet cogentem.* Theodoſius & Valentini. in lib. legum nouellar. ti. 4. dicũt, conden

*51 1. Concluſio. Omnes Reges pro ſuo quiſque regno poſſunt leges condere.*

*Princeps dicitur Vicarius Dei in temporalibus.*

*In temporalibus in ſuo regno prius ad eundem rex quàm Papa.*

Digitized by Google

condendarum legum, & conſeruandarum curam illis eſſe præcipuam. Philo. 2. de vita Moyſis. *Regis officium eſt, iubere, quæ oportet fieri, & vetare, à quibus abſtineri decet. Cæterùm iuſſio faciendorum, & interdictorum cauendorũ propriè ad legem pertinet, atque ita conſequitur, vt rex animata lex ſit: lex verò ſit Rex iuſtiſſimus.* Clemens Alexandrinus 1. Strom. *legum ferendarum peritia regnandi ſcientiæ pars eſt, ſicut etiã iudicandi facultas.* Ratio manifeſta concluſionis eſt: quia reges iure belli, vel conceſſione Reip. vel alio iure ſimili poteſtatem habere ſolẽt imperandi & præceptis temporalibus, & perpetuis, quæ poſteriora leges ſunt: ergo poſſunt leges ferre. Confirmatur, quia in Rep. quæ Democraticè ſeu populariter regitur, eſt poteſtas ferendi leges: ergo ſi eam transfert in principem, vt à principio communiter factum eſt, eãdem habebit princeps, quo argumento Iuſtinianus l. fin. C. de legibus, probat Imperatorem poſſe condere leges, nimirũ, quia Reſp. in illum tranſtulit ſuam poteſtatem. Quoniam autem hæc poteſtas eo modo, & conditione exiſtit in principe, quo ei data eſt à communitate, vt notat Innocẽtius ca. à nobis de elect. & c. 1. de locato, videndum ex ſcripturis vel conſuetudine, an ad ferendas leges requiratur conſenſus populi, vel comitiorum, vel Senatus: nam ſi Reſp. appoſuit hanc conditionem, vel limitationem non poterunt reges ipſi leges condere, & ſic fertur, Reges Lacedæmonum non potuiſſe ſine conſenſu populi leges condere: idẽmque modò dicunt aliqui de Regibus Poloniæ; communiter tamen non habent hanc limitationem poſitam ab habente ad hoc auctoritatem, & ideò communiter leges condere poſſunt.

*Regis officium quodnam ſit.*

*Rex animata lex eſt.*

*Ratio cur leges condere poſſint Reges.*

60 Sed grauis controuerſia eſt, an quando Rex titulum, & nomen regis habet, quaſi denominatione extrinſeca, & quaſi per Analogiam ad vxorem, quæ iure hæreditario, vel alio titulo eſt per ſe regina, & habet dominium regni, & non ratione mariti, tunc condere leges pertineat ad Regem, vel ad Reginam, vel ad vtrumque diuiſim, vel copulatim. Et quod ſupponimus, nimirũ in eo euentu Regem appellari, patet vſu ipſo, & conſuetudine, & quia ita definitum eſt, l. 9. tit. 1. part. 2. & l. ſi autem vxor, collat. 4. in authent. de conſulib. item l. mulieris C. de dignitatib. lib. 12. tradit Vazquez diſput. 153. cap. 3. num. 34. & lib. de adoratione in poſteriori diſput. addita cap. 8. colligitur ex cap. ex parte, de foro competenti, ibi, *Quondam Reginæ*, quibus in verbis inſinuatur, Reginam viuente viro, ad quem regnum pertinet, verè eſſe reginam, id eſt regis vxorem, defuncto autem viro non ita propriè eſſe reginam, cum iam nõ ſit vxor Regis, ſed fuerit: eſſe tamen tunc etiam aliquo modo reginam, patet ex eodem textu ibi, *ex parte Reginæ* & ibi, *cum dicta Regina:* Vide etiam cap. dilecti, de arbitris, ibi, *in Reginam Francorum fuit compromiſſum*, & Gregorium lib. 4. epiſt. 33. vbi Conſtantia, Regina Galliæ appellatur, & libr. 7. indictione 1. epiſt. 5. & lib. 11. epiſt. 8. Brunechilda, Regina Francorum dicitur, non quia regnum ipſius eſſet: nam lege Salica fœminæ à ſucceſſione regni excluduntur: ſed ratione mariti, ſicut etiam vxor Imperatoris, Auguſta, dicitur, l. princeps. ff. de legib. ſi Auguſta, ff. de leg. 2. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. ſimiliter ergo maritus eius, quæ iure hæreditario Regina eſt, & regnum poſſidet, Rex dicitur, præſertim vxore viuente.

*Quæſtio.*

*An quando rex denominatione tantũ rex eſt, propter vxorem reginam poſſit leges condere.*

*Lege Salica fœminæ à regno Francorũ excluduntur.*

Hoc ſuppoſito, in hac controuerſia tres ſunt ſentẽtiæ, quas refert Vazquez diſp. 153. c. 3. à nu. 1. 61

*Prima ſent.*

Prima ſententia eſt Montalui, l. 9. tit. 1. parte 1. in tali euẽtu iuriſdictionem regni, ac proinde poteſtatem legumlatiuam poſt matrimonium ad ſolum virum pertinere. Suaderi poteſt, primò ex eadem. l. vbi dicitur militem, qui ducit Reginã, Regem appellari. Secundò & fortiùs, quia Geneſ. 3. dicitur, *ſub viri poteſtate eris*, & quia vir eſt caput vxoris, 1. Cor. 11. ver. 3. & non permittitur mulieribus loqui, ſed ſubditas eſſe viris ſuis, cap. 14. ver. 34. vnde, 1. Tim. 2. v. 11. *mulieri autem docere non permitto, nec dominari in virum*, & Auguſtinus in Gen. quæſt. 153. relatus, ca. eſt ordo, 33. quæſt. 5. *eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris, & filij parentibus*: quia nulla iuſtitia eſt, vt maior ſeruiat minori, & in cap. mulierem ead. cauſa & quæſt. idem Auguſt. in quæſt. vet. teſt. ait, *mulierem conſtat ſubiectam dominio viri eſſe, & nullam auctoritatem habere, nec docere enim poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, nec iudicare*: ergo nec poteſt imperare, præſertim viro ſuo. Accedit. l. 2. ff. de reg. iuris, vbi Vlpianus ait, *fœminas ab omnibus officiis ciuilibus, vel publicis remotas eſſe, & ideo nec iudices eſſe poſſe, nec magiſtratũ gerere.* Præterea, ſi Regina fortè eſſet adultera, vir poterit impunè ipſam occidere: ergo, ſi illa eſt Princeps, etiam reſpectu viri impunè licebit ſubdito Principẽ ſuum occidere: quod videtur abſurdum: nam Reges, qui legẽ illã permiſſiuam ediderunt, non potuêre ſtatuere, vel ſaltem non intenderunt, ſucceſſores impunè in aliquo euentu occidi poſſe, niſi fortè ad vitandum detrimentum boni communis.

*Prima ſententia in tali euentu poteſtatem legumlatiuam ad ſolum Regẽ pertinere.*

Secunda ſententia eſt Ioannis Lupi de Palacios Rubios tract. de retentione Regni Nauarræ, p. 5. §. 5. Regni adminiſtrationem tunc ſecundum leges Hiſpaniæ, & ad maritum & ad vxorem pertinere. Suaderi poteſt ex l. 3. tit. 15. p. 2. qua definitum eſt, vt ſi fœmina in pupillari ætate conſtituta, Regnum hæreditario iure à patre obtinuerit, eius tutores regni adminiſtrationem habeant vſque ad ipſius Reginæ matrimonium. Ex hac enim lege effici videtur, virum Reginæ, quæ minor eſt viginti quinque annis, curatorem illius eſſe, & regni adminiſtrationem ad ipſum, ſaltem cum vxore, propriè pertinere. Tum etiam, quia hoc ipſum more maiorum comparatum eſt apud Hiſpanos, vt liquet ex omnibus legibus, & decretis regni, atque diplomatibus, quæ ſub regibus Catholicis Ferdinando, & Eliſabetha expedita ſunt, omnia enim vtriuſque regis nomine expediebantur, quãuis Caſtellæ, & Legionis regna ad ſolam Reginã iure ſucceſſionis ſpectarẽt: tum denique quia matrimonium contractus eſt ſocietatis: ſic enim appellatur à Leone Papa epiſt. 90. alias 92. ad Ruſticum, ca. 4. & refertur, c. cùm ſocietas, 27. quæſt. 2. & ad inſtar ſocietatis eſſe licitum, in cap. 2. de ſponſ. & in l. aduerſus, C. de crimine expil. hæred. vxor appellatur *ſocia rei humanæ, atque diuinæ domus.* 62

*Secunda ſent.*

*Regni adminiſtratio ad virũ & vxorem tunc pertinet ſecundũ leges Hiſpaniæ.*

*Matrimoniũ eſt contractus ſocietatis.*

Quod quidem à Romulo ſtatutum fuit, auctore Dionyſio Halicarnaſſeo lib. 2. de Romanorum antiquitatibus, extatque ipſa lex inter eas, quas Frãciſcus Balduinus Romuli titulo edidit, & commẽtarijs illuſtrauit, & eſt l. 13. quę ſic habet, *mulier viro legitimè coniuncta fortunarum & ſacrorum ſocia illi eſto, vtque Dominus ille domus, ita hæc domina*, & in l. 1. ff. de ritu nupt. Modeſtinus tradit, *nuptias eſſe*

*Mulier legitimè coniuncta fortunarũ, & ſacrorum illi ſocia eſt.*



Digitized by Google

*conſortium omnis vitæ, diuini, atque humani iuris communicationem continens*, & in l. 1. ff. de rerum amotarum actio. Idcircò Nerua actionem furti in eam, quæ vxor fuit, competere negat, *cùm res viri conſtante matrimonio, eo inuito vſurpauit: quia ne furtum quidem eam facere dicendum eſt, vtpotè cùm ſocietas vitæ quodammodo eam dominam rerum mariti faciat:* ergo eadem ratione vir erit quodammodò dominus rerum vxoris, atque adeò rerum adminiſtratio ad virum, & vxorem ſimul pertinebit: quamuis regnum ad ſolam vxorem pertineat: tum vel maximè, cùm rei dotalis vir dominus ſit, conſtante matrimonio, vt conſtat ex l. ante illam. C. de rei vend. & l. in rebus, C. de iure dotium, & ex communi Doctorum ſententia, quam cum aliis multis legibus tradit Baldus Nouellus tractatu de dotibus quæſt. 8. priuileg. 6.

*Actio furti in vxorem non competit.*

63 Dico tamen, in eo euentu regni adminiſtrationem ad ſolam vxorem pertinere; ita Vazquez ſuprà, & nonnulli alij Theologi in præſenti, Baldus cap. ſignificauit, de reſcriptis nu. 3. Decius, & Alciatus l. 1. C. de in ius vocando, Tiraquellus tract. de nobilit. cap. 18. nu. 39. Ioan. Lupus de Palacios Rubios repet. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 43. Gregorius Lopez plures alios allegans l. 9. verbo, *llamar*, tit. 1. part. 2. & in l. 3. verbo *baſta que ſea caſada*, num. 15. eadem part. Marcos Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, nu. 15. & ſequentibus, ſententiam Baldi iure communi Romanorum veram eſſe arbitratur, quamuis iure regio Hiſpaniarum virum, qui reginam vxorem duxit, regnum adminiſtrare poſſe affirmet, vxore non contradicente.

*3. & vera ſententia. In eo euentu regni adminiſtratio ad ſolam vxorem pertinet.*

Abſolutè tamen probatur concluſio, quia nulla lege Hiſpaniarum, aut Romanorũ definitum eſt, vt regni adminiſtratio ac ferendarum legum facultas ad Reginam & ad eius virum pertineat: tũ etiam, quia matrimoniũ non transfert dominium regni in virum, regnum enim alienari nõ poteſt, nec in dotem dari, vt docet Baldus ſuprà, & vt author eſt Marinæus Siculus lib. 19. de rebus Hiſpaniæ, publicæ Hiſpaniæ primorum, & regni ordinum, atque eorum, qui Regibus Catholicis à conſilio erant, ſententia ſuper Caſtellæ, & Legionis regni ſucceſſione lata, hoc ipſum definitum eſt, regnum, ſcilicet dotis nomine iure dari non poſſe: quod apertè colligitur ex cap. intellecto, de iureiurando, vbi alienationes factas in præiudicium regni ab Hungariæ Rege, quantumuis iuramento firmatas, reuocandas eſſe ſtatuitur: quia Rex in ſua coronatione iurauerat, iura regni ſui, & honorem coronæ illibata ſeruare. Ex hoc enim efficitur, vt bona, quæ titulo regis regi ipſi conueniunt, ſint propria Regni, vel data cum conditione, quòd non alienentur, & in l. 1. titulo decimo octauo, parte ſecunda definitum eſt, caſtra, & oppida Regni, in quibus Rex dominium habet, ad regnum ipſum iure pertinere: ergo ſaltem in præiudicium regni alienari non poſſunt, nec in dotem dari: quod genus quoddam alienationis eſt. Deinde cum ipſa naturali ratione pugnat, vt eiuſdem regni duo ſint Reges in ſolidum, vt quiſque verè & propriè ſit Rex, & poſſit abſque alterius conſenſu diſponere: eſſet enim eidẽ corpori duo capita, aut corda, aut duas animas præſcribere. Rex enim anima, caput, & cor regni eſt, vt teſtatur lex quinta, titulo primo, parte ſecunda, ideo Seneca trag. 1. ait, *Non capit regnum duos*, & Ouidius 2. de arte amandi. *Non bene cum ſociis regna, Venuſque manent*: & Ennius apud Ciceronem 1. de officiis. *Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt.* Qua de re plura Tiraquellus tractatu de iure primogen. quæſtione 4. nume. 14. nec verò dici poſſet, adminiſtrationem regni ad vtrumque collectiuè pertinere. Hoc enim eſſet in magnum Reipubl. incommodum: quia quando eiuſdem opinionis & voluntatis non eſſent, nihil fieret, etiam ſi expediret. Accedit, vxorem habentem ius patronatus præſentare poſſe abſque viri conſenſu, & ab ea præſentatum præferri præſentato à marito, vt definitum eſt in nouis Rotæ deciſionibus, deciſio. 422. & docet Vazquez ſuprà, & gloſſa verbo ſuffragium in fine, & alij Doctores cap. ex eo, de electio. libro ſexto, Tiraquellus in legibus connub. gloſſa 5. numero 221. & gloſſa 9. artic. num. 1. & Matienzo ad legem ſecundam, gloſſa 1. numero 9. titulo 3. libro 5. nouæ compil. ergo eadem ratione ad ſolam reginam in dicto euentu regni adminiſtratio pertinebit. Prætereà, Marinæus Siculus ſuprà refert, controuerſiam de regni Caſtellæ & Legionis ſucceſſione, & adminiſtratione inter Hiſpaniæ proceres exortam, cùm rebus Hiſpaniæ Reges Catholici Ferdinandus & Eliſabetha potirentur, nonnullis in Regem: aliis verò in Reginam conſpirantibus, quibuſdam ducti rationibus, quæ apud Siculum videri poſſunt, cauſæ verò definitionem in hæc verba ſcribit, quæ iam venerant in conſuetudine. *Iudicatum eſt ſucceſſionem, & gubernationem ad Reginam pertinere tanquam propriam & abſolutam regni ſui dominam, & non ad Regem, qui regnum gubernare non debebat: quod ſibi non datum fuerit nomine dotis, nec dari iure potuiſſet.* Hæc ille: bene ergo Vazquez & alij Theologi hìc contra Burgos de Paz dicunt, hac in re nullum eſſe diſcrimen inter ius Romanum, & Hiſpanum: nam iure Hiſpano nil aliud conceditur in dicto euentu, quàm vt maritus Reginæ Rex appellari poſſit: quod etiam iure ciuili Romanorum conceſſum eſſet marito fœminæ, quæ iure hæreditario, vel alio titulo per ſe ipſam Regina eſſet, quamuis poſſet Regina ſi vellet, nomen Regis non permittere viro, vt nonnulli Theologi hic definiunt, quod etiam ex hiſtoriis Neapolitanis colligitur.

*Matrimoniũ non transfert ius regni in virum.*

*Regnum dotis nomine dari non poteſt.*

*Eiuſdem regni duos eſſe reges in ſolidum pugnat cum ratione naturali.*

*Vxor habens ius patronatus præſentare poteſt abſque viri conſenſu.*

Ex his patet reſpõſio ad primum argumentũ primæ ſententiæ. Ad ſecundũ verò reſpõdeo, tãtũ probare, virũ quoad familiæ œconomiam eſſe caput vxoris, cui ipſa vxor obedire tenetur, & mulieribus interdictam eſſe exercitationẽ omnium publicorũ munerũ in Rom. Rep. quia imperium non poteſt deferri fœminis, & multorũ etiam publicorũ munerũ ſunt fœminæ incapaces in omnibus Rebuſpublicis ex voluntate ipſarum, vel Principum, vel etiam Dei. Vnde nõ poſſunt prædicare, nec publicè pro tribunali ſedere. Poſſunt tamẽ fœminæ aliquomodò iudicare, & alia iuriſdictionis munera exercere; ſi iure ſucceſſionis ad ipſas ſpectat iuriſdictio: hac enim conceſſa, cenſentur etiam omnia conceſſa, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. 64

*Ad arg. 1. ſen.*

*Publica officia quæ ſint fœminis interdicta.*

Ad primum argumentum ſecundæ ſententiæ reſpõdeo, malè ex illa l. deduci, virum Reginę, quę minor eſt vigintiquinque annis, eſſe Reginæ curatorem, & regni adminiſtratorem ſimul cũ vxore: vt doctè ad illum locũ, verbo, *baſta que ſea caſada*, Greg. Lop. adnotauit. Eſt enim cõtra definitionem l. fin. 65

*Ad arg. 2. ſen. Rex reginæ minoris non eſt curator.*

Digitized by Google

l.fin.tit.17.part.6.& l.maritus. C. qui tutores dari poſſint, quibus ſtatutum eſt maritum dari non poſſe curatorem vxori, quare in illa l.3.ſolùm definitur tempus, quo veri Reginæ tutores nomine eius regnum adminiſtrare debent. Quod vſque ad matrimonium Reginæ, hoc eſt, vſque ad pubertatem deducitur: pubertate enim tutela finitur, vt in l.fi.C.quãdo tut.eſſe deſin. Pubertatis enim argumentum eſt matrimonium; idcirco dicitur, vſque ad matrimonium Reginæ, regnum adminiſtrare tutores poſſe: non enim ſi illa nollet nubere, aut ſerò nuberet, deberent ſemper tutores regnum adminiſtrare. Siue ergo ſit nupta, ſiue nubilis tantùm, ad eam ſolam pertinet regni adminiſtratio.

*Ad 2. Ferdinandus & Elizabetha Catholici Reges quomodo inter ſe cõuenerint.*

Ad ſecundum reſpondeo, Eliſabetham Ferdinãdi quinti Regis Catholici vxorem ſtatuiſſe, vt Ferdinandus ipſe omnia gubernaret, vt refert Marineus Siculus ſuprà, & inter ſe cõuenerunt, vt in omnibus priuilegiis, & literis, quibus negotia expediuntur, ſimul ſubſcriberent, *Nos Ferdinãdus & Eliſabetha Dei gratia Rex & Regina, litteræq; ſigillo præmerentur Regnorum vtriuſque ſtemmata continente.* In aurea quoque moneta, quam cuſerũt, vtriuſque nomen cum eiſdem ſtemmatibus imprimeretur, & prætereà facies capitibus coronatæ.

*Iure Cæſareo inter virũ & vxorẽ ſocietas bonorum non contrahitur.*

Ad tertium, nego iure Cæſareo, aut canonico ſocietatem contrahi inter coniuges, quæ ad bona eorum ſpectet, vt oſtendit Couarruuias 2.part. de ſponſ.§.1.nu.5.& Matienzo, plures alios allegans, l.2.gloſ.1.nu.1.tit.9.lib.5.nouæ compilationis. Et quamuis iure regio Hiſpanorum acquiſita lucro, ac quæſtu, conſtante matrimonio ab vno quoque coniugum communia vtriuſque ſint, vt conſtat ex l.2.& 3.ti.9.lib.5.nouæ compil.& alijs legibus relatis à Couarruuia ſuprà num.6.marituſque de eis liberè diſponere poſſit, dummodò in fraudẽ vxoris non faciat, vt definitum eſt l.5.eod.tit.& lib. nouæ compil.

*Iure Cæſareo vel Hiſpano dominium regni, quod ad vxorem pertinet, non trãſfertur ad virum.*

Nulla tamen Hiſpanorum aut Romanorum lege ſtatutum eſt, vt regni dominium, quod ad vxorem pertinet, iure ſucceſſionis in viri dominium dotis nomine, aut matrimonij titulo transferatur: quia hoc eſſet reginam non eſſe reginam, dum nupta eſt, niſi nomine tenus: id quod eſt contra voluntatem cõmunitatis, quæ regiam dignitatem ſucceſſione deferri inſtituit.

## SECTIO XII.

*An ſucceſſores eorum, qui Regna tyrannicè occuparunt' vel tyranni ipſi poſſint leges condere.*

*Regna ſunt eorum qui illa bello iuſto occuparunt.*

66 CONSTAT eos, qui bello iuſto regna aliqua occuparũt, leges illis ferre poſſe: cõſtat item quatuor Imperia celeberrima, Aſſyriorum, ſeu Chaldæorũ: Medorum, ſeu Perſarũ: Græcorum, & Romanorum per bella iniuſta cœpiſſe, ac proinde tunc tyrannica fuiſſe, vt docet Pelag.de planctu Eccleſiæ c.41.Durandus tract.de origine iuriſdict.qu.1.Driedo de libert. Chriſtiana cap.15.Molina tract.2.de iuſt.diſp.24.Albertus Pighius 1.Hierar.cap.14 vnde tunc Imperatores, vel Reges non habuerunt veram poteſtatem legiſlatiuam; fieri tamen potuit, vt diximus de Imperatore Rom. vt ſucceſſu temporis populus conſenſerit, & admiſerit talem poteſtatem, in quo euentu principes, non iure belli, ſed conceſſione

*Succeſſores tyrannorum legitimi Reges eſſe poſſunt.*

A populi legiſlatiuam poteſtatem haberent. Interdum autem cótingit, vt Reſp. anteà nulli regi ſubiecta, per iuſtum bellum alicui ſubiiciatur: quod ſemper eſt ratione alicuius delicti, quod Reſp. cõmiſerit, & tunc ipſa tenetur parere, & conſentire ſubiectioni, ſed ſiue conſentiat, ſiue non conſentiat, tenebitur legibus illius regis obedire, qui ante erat alterius Reip. legitimus Rex per populi electionem, vel alia via legitima, & hac ratione, vel alia ſimili iuſtè potuit bellum indicere, vt ſi conſentiente communitate, cuius regimen tyrannicè vſurpauit, bellum indixit, conſenſu eiuſdem deuictæ communitatis Rex eſſe poterit, vel adminiſtrator, & leges eius, conſenſu victricis ciuitatis latæ, vtramque obligabunt.

B Prædictis conſentit Cardinalis Bellarminus 3. 67
de laicis ca.6.dicẽs, *Deo id permittente ob aliquẽ bonum finem, iniquè aliquos regna occupaſſe*, vt exponũt Auguſtinus de grat.& lib.arb.cap.20.& 21.& Hugo Victorinus 1. de ſacramentis par. 1. nec deeſſe ſcripturæ teſtimonia, quibus id confirmatur, de Salmanaſſar, & Sennacherib. Iſai. 10. *Aſſur virga furoris mei*, de Cyro Iſai.45. *hæc dicit Dominus, Chriſto meo Cyro, &c.* vſque & *non cognouiſti me de Nabuchodonozor* Hiere.27.& Ezech. 29. idem dicunt, Romani non propter Deum, ſed cupiditate gloriæ quærebant Monarchiam, vt prolixè oſtendit Auguſtinus 5.ciuitat.cap.12. tamen Deus Monarchiã

*Romani non propter Deũ, ſed propter gloriam imperare cupierunt.*

C eis donauit, tum vt mercedem redderet bonis eorum operibus moralibus, vt idem Auguſtinus docet 5.ciuit.cap.15.tum etiam, vt per vnionem omnium gentium ſub vno principatu, pararetur via Euangelicæ prædicationi, vt dicit Leo ſer.1. de Petro & Paulo. Addit Cardinalis Bellarminus, etiã ſi initio, qui regnum conſtituerunt, fuerint inuaſores; vt plurimùm: tamen ſucceſſu temporis ſunt vel ipſi, vel ſucceſſores eorum legitimi principes: quia populi paulatim conſentiunt. Hoc modo regnum Francorum, nunc omnium opinione legitimum eſt, licet iniuſtè Franci initiò Gallias occupauerint, atque idem poteſt dici de regno Hiſpaniæ, quod ab inuaſione Gothorum cœpit, & de

*Quamuis primi fuerint tyranni, ſucceſſores ſunt veri reges.*

D regno Anglorum, quod iniuſtè cœpit ab occupatione Anglixaxonum, & de ipſo Imperio Romano, quod à Iulio Cæſare patriæ oppreſſore conſtitutum eſt: tamen poſteà adeò legitimum eſſe cœpit, vt Dominus dixerit Matth. 22. *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*, hæc Cardinalis Bellarminus: ſimilia habet Molina tract.2.de iuſt.diſp.13.

## SECTIO XIII.

*An Duces, Marchiones, Comites & Barones poſſint leges condere pro ſuis populis.*

*Duces, Marchiones, & cæteri leges ferre nõ poſſunt.*

E RESPONDEO non poſſe, niſi cõceſſio- 68
ne Regũ, quibus ſubditi fuerint, ita Vazquez diſp.153.ca.3.nu.36.& alij recentiores, q.90.ar.3.& alibi: & Sotus 1.iuſt.q.1.ar.3.cũ Alphonſo Azebedo li.2.cõmentariorum legũ Hiſpaniæ in procemio ad ti.1.n.11.Auendãno de exequen.mand. regiis c.5.Ioan.Garſia l.8.nouæ compilationis tit.11. idẽ tenent alij citati ab Azeuedo ſuprà, & Gregorio Lopez l.12.verbo, *otro ninguno*, tit.1.p.1. Probatur: quia ita definitum eſt l.12.ti.1.pa.2.& ratio eſt: quia ad id neq; à Rege, neq; à Rep. facultatem habẽt. Sed addũt Azebedo, & Greg. Lopez ſupr. poſſe



Digitized by Google

condere leges, ſeu ſtatuta, accedente populi conſenſu. Quibus fauet illa lex 12. tit. 1. p. 2. dicens, *no puede legitimar, nin facer ley, ni fuero nueuo ſino torgamiento del pueblo*, ex quibus verbis Lopez in illo verbo, *ni facer ley*, colligit à contrario ſenſu, ſi populus conſentiat, poſſe legem, ſeu ſtatutum facere pro illo populo, ſpectans ad illius ornatum, & regimen, modò iuri communi nō aduerſetur: & idē dicunt de quocumque domino perpetuo alicuius populi. Hoc reiiciunt Vazquez & nonnulli Theologi moderni: quia ſi penes ipſos eſſet ius ſtatuendi leges, non requireretur conſenſus populi. Item quia populus non poteſt condere legem: ergo nec poteſt illam poteſtatem cōferre domino ſuo. Antecedens probatur: quia in Hiſpania ciuitatibus, & populis interdictum eſt ſtatuta facere, quæ vim cogentē habeant, ſine regis, aut Regij ſenatus Caſtellæ confirmatione, vt conſtat ex pragmaticis Correctorum c. 16. quod ad verbū recenſet Lopez d. l. 12. verbo, *ſobres las gentes de ſu ſeñorio*, tit. 1. p. 1. & l. 8. tit. 1. lib. 7. nouæ compil. Sed ad primū arg. dici poſſet, negari ſequelā, quia cū ea limitatione accipiunt à Rege poteſtatem. Ad ſecundū reſpondeo, licet populi ſubiecti immediatè regi, non poſſint facere ſtatuta ſine conſenſu regis, vel Regij ſenatus: bene tamen reliquos populos cū conſenſu dominorum, quibus immediatè ſubiecti ſunt, vel ipſi domini cum conſenſu ipſorum populorum: quia ita lex illa concedere illis videtur. Et quid quid ſit de noſtro Regno Caſtellæ: tamen in aliis regnis fortaſſe duces, & cæteri domini poſſunt ſaltem de conſenſu populi ſtatuta facere: quia ipſæ ciuitates, & populi poſsūt ſtatuta facere, quæ municipalia dicuntur, vt latiùs dicam ſect. ſeq. fatetur tamē Vazq. illo c. 3. n. 36. primores illos regni poſſe præcepta aliqua populis ſuis imponere, quibus illi ad tēpus obligentur: quę tamen ipſis defunctis expirabunt, quia nō ſunt leges, nec ſtatuta, & idem poſſe Rectores temporales, ſeu iudices ciuitatum, docet nu. 36.

*Populo conſentiente iſti tales poſſunt leges condere.*

*Primores regni poſſunt præcepta impo nere, non ferre leges.*

## SECTIO XIIII.

*An qualibet ciuitas, aut populus poſſit ſibi legem ſeu ſtatutum condere.*

69 In terris Imperij ciuitates poſſe ſibi ius peculiare aliquod conſtituere, quod municipale vocari ſolet, docet Syluest. verb. lex, q. 4. & Marcus Burgenſis ſeu Burgos de pace l. 1. Tauri n. 485. & ſeqq. colligūt ex l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & ex §. 1. & 2. inſtit. de iure nat. gent. & ciuili, inquit tamen Burgēſis prædictas leges non appellari ſimpliciter leges, ſed ciuiles, ſeu municipales, & Gregor. Lopez l. 12. tit. 1. part. 1. verbo, *ſobre las gentes de ſu ſeñorio*, putat ciuitates, & oppida, etiam in Hiſpania, poſſe ſtatuere quædam per modum legis, dum modo iuri Regio non aduerſentur, & illa vim legis obtinere, videlicet ad bonam adminiſtrationem, & gubernationem ornatumque rerum publicarum.

*In terris Imperij ciuitates poſſunt ſibi aliquod ius cōſtituere.*

Addit autem Greg. Lopez cum Iaſone l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. ciuitatum non poſſe facere ſtatutum præſcribendo pœnam iis, qui ipſum violauerint.

Hos Hiſpanos Doctores, & Syluestrum reiicit Vazquez, quem nōnulli alij recentiores Theologi ſequūtur, diſp. 153. c. 2. n. 27. & ſeqq. & c. 3. n. 37. & 38. quia in Hiſpania ſtatutū eſt in pragmaticis Correctorum c. 16. vt nullę fiant in populis tales ordinationes, etiam ad bonam ipſorum adminiſtrationem, niſi priùs ad Regem deferantur, vt videat, an aliquid contineant quod ipſi non probetur, *in quo*, inquit Vazq. *manifeſtè ſtatuitur, tales ordinationes ſine conſenſu Regis nullam vim habere:* idemq; ait iure naturali dicendū eſſe: nam facultas cōdendi leges, vt ait D. Th. q. 90. ar. 3. aut eſt totius multitudinis, aut habentis vicem totius multitudinis: quod ita intelligendum eſt, vt multitudo ſeu ciuitas, quę nō habet ſupremam iuriſdictionē, quia ſub alicuius poteſtate eſt, non habeat hāc auctoritatē. Sed illā tranſtulerit in ſupremū Principem: quod ſi aliqua ciuitas ſub aliquo ſupremo capite conſtituta, habet facultatem cōdendi ius particulare, id erit ſolùm ex conceſſione Principis, & tale ius dicetur municipale. Hanc autem facultatem habebit iuxta menſuram conceſſionis. Ratio, inquit, eſt manifeſta: nam perpetuo præcepto imperare toti multitudini, pertinet ad ſupremam poteſtatem, hæc autem non eſt penes ciuitatem, quando illa ſub alicuius principis Imperio conſtituta eſt, veluti contrà, oppida, quæ ſub poteſtate ciuitatis conſtituta ſunt, non habent poteſtatem condendi ſibi leges, niſi ex cōceſſione ciuitatis, vt docet idē Silueſter. An verò hāc facultatem acceperint ciuitates, & oppida Imperij ab Imperatoribus, res facti eſt, ex legibus tamen allegatis id nulla ratione colligere licet. Nam in illa l. omnes populi ff. de iuſt. & iure, ius proprium ciuitatis non dicitur id, quod Marcus Burgenſis appellauit municipale, diſtinctum à iure communi totius regni; ſed dicitur ius proprium, id eſt, non commune omnium gentium; idemque omnino, & nihil aliud habetur inſtit. de iure nat. gent. & ciuili §. 1. & 2. Hæc eſt ſententia Vazquez, quæ confirmari poteſt: quia ciuitates non poſſunt imponere pœnam violantibus eorum ſtatuta, vt cum Iaſone dixit Gregorius Lopez ſuprà: ergo nec facere ſtatuta obligantia: nam qui poteſt ſuis præceptis obligare, poteſt tranſgreſſores punire.

*Hæc opinio nō probatur.*

*Nulla ciuitas ſub aliquo Principe conſtituta leges cōdere poteſt.*

*Ius municipale quid ſit.*

*Qui poſſunt ſuis præceptis obligare, poſſunt tranſgreſſores punire.*

## SECTIO XV.

*An exiſtentes in peccato mortali etiam infidelitatis, leges ciuiles ferre poſſint.*

Armacanus li. 10. de quæſtionib. Armen. ca. 4. & in dialogo inſcripto, defenſoriū pacis, dixit, Principes infideles, vel iniquos, eo ipſo amittere totum ſuum dominium, & iuriſdictionem. Eodem tempore idem tenuit Ioannes Vvicleph, qui in Concilio Conſtantienſi ſeſ 8. ar. 4. dixiſſe fertur. *Si Epiſcopus, vel Sacerdos, eſt in peccato mortali, non conſecrat, non Baptizat*, & art. 8. *Papa ſi præſcitus, & malus, & per conſequens membrum diaboli eſt, non habet poteſtatem, niſi ſuper fideles ab aliquo ſibi datam forte à Cæſare.* Quibus verbis, quod attinet ad poteſtatem ciuilem, ſub dubio relinquit, ſed poteſtatem ſpiritualem à Chriſto manentem Papæ præſcito, aut malo denegat. Sed ar. 15. ait, *nullus eſt Dominus ciuilis, nullus eſt Prælatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali*, & art. 17. *populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.* Eundem errorem tenuit Ioannes Huſſ. vt patet ex Cōcilio Conſtātienſi. ſeſ. 15. ar. 8. 20. 22. & 30. & Valdenſes teſte Caſtro. 12. contra hæreſes, verbo poteſtas, & Hæretici illi, quorū meminit Bernardus ſerm. 66. in canti.

70 *1. Senten.*

*Principes infideles & iniquos ius omne ſuū dominij amittere qui dixerint. Vuiclefſi & Ioannis Huſſi error.*

iu canti. qui ſe ſucceſſores Apoſtolorum iactabāt, & Apoſtolicos nominabant. Aſſerebant enim, teſte Bernardo ibi *Apoſtolici*, id eſt, pontifices (qui etiã in noſtris litaniis domini Apoſtolici dicũtur) *Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Presbyteri peccatores ſũt, ac per hoc nec dandis, nec accipiendis idonei ſacramentis.* Qui hęretici nõ ſolùm poteſtatē iuriſdictionis; ſed etiam iuriſdictionē, vel vſum ordinis, & alia quædam, vt ex dictis conſtat, peccatoribus adimebant.

*Apoſtolicorũ errores.*

*1. Argum. Error hic quibus fundamentis ſeu argumentis ſuadetur.*

Suadetur primò, quia poteſtas legiſlatiua ordinatur ad bonum cõmune: cui valde contraria eſt iniquitas principum. Vnde Saul ſtatim ac Deo diſplicere cępit, regno priuatus eſt 1. Reg. 15. ver. 23. *pro eo quòd abieciſti ſermonē Domini, abiecit te Deus, ne ſis Rex,* & Oſeæ 8. ver. 4. *ipſi regnauerũt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui, argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt interirent:* quaſi dicat, regnauerunt; ſed non ex legitima poteſtate: quia cùm mali eſſent, ego non dabam eis poteſtatem, & non eſt poteſtas niſi à me, vt Rom. 13. verſ. 11. *non eſt poteſtas niſi à Deo.* Hinc etiam Eccleſ. 10. ver. 8. dicitur, *regnũ à gente in gentes trãsferet propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.*

Secundò, ſuadetur ex Clem. li. 2. conſt. Apoſt. c. 8. vbi dicitur, *nec enim Rex impius, eſt vtique Rex; ſed tyrannus: nec Epiſcopus ignorantia, aut mala mente oppreſſus, eſt amplius Epiſcopus: ſed falſo nomine ita appellatur: nõ à Deo præfectus, ſed ab hominibus, vt Ananias, & Saphira in Iſraël, & Sedechias & Abias falſi Prophetæ.*

Tertiò, quia non expedit, vt poteſtatem legiſlatiuam conferat Deus inimicis ſuis, & legum ſuarum tranſgreſſoribus.

Quartò, quia omne dominium iuriſdictionis fundatur in ratione imaginis, & ſimilitudinis: nã Geneſ. 1. ver. 26. dicitur, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram:* ſed peccator caret tali ratione, nã ea conſiſtit in gratia, & charitate: Ergo.

Quintò, quia qui conſpirat contra principem terrenum, pœna capitis, & omnium bonorũ conſiſcatione punitur, l. quiſque in principio C. ad l. Iuliam majeſtatis, & auth. vt nulli iudicum §. 1. coll. 9. & ſimiliter, qui Deum grauiter offendit, omnis dominij priuatione punitur.

*2. Sententia de fide. Peccator iuriſdictionem retinere iure poſſunt.*

71 Catholica tamen ſententia eſt, peccatores dominium iuriſdictionis ad ferendas leges, & ad alia habere, & retinere poſſe: Gerſõ tract. de vita ſpiri. lect. 3. Almainus 4. diſ. 15. q. 2. Victoria relect. 5. de Indiſ. p. 1. nu. 5. & rele. de poteſt. ciuil. nu. 9. Molina tract. 2. de iuſt. diſp. 27. in fin. & diſp. 19. Bellarm. 3. de laicis c. 8. Caſtro illo verbo, poteſtas, Vualdẽſis 2. doctrinalis ar. c. 81. Toletus Rom. 13. anno. 3. Conciliũ Conſtãtienſe ſuprà, confirmatũ à Martino 5. in Bulla poſita immediatè poſt ipſũ cõciliũ.

*1. Probat. Prima probatio ſumpta ex Scriptura.*

Probatur primò ex Iob 34. ver. 18. *qui dicit Regi, apoſtata, qui vocat duces impios,* & ver. 30. *qui regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi.* Hiere. 26. ver. 6. *& nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonozor Regis Babylonis ſerui mei,* & verſ. 7. *& ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus, &c.* Conſtat autem Nabuchodonozor, filios, & nepotes ipſius fuiſſe idololatria, aliiſq; multis peccatis infectos, vide Daniel. 4. & 5. & ſpecialiter expende id Daniel. 2. v. 37. quod dicit Nabuchodonoſori, *Tu Rex regum es: & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi.* Iſa. 45. *Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, &c.* plures etiam Hebręorum Re-

A ges peccatores fuiſſe, ex libr. Regũ. & Paralip. ſatis liquet, qui numquam à Prophetis, vt tyranni vel illegitimi Principes reprehenduntur, & Rom. 13. & 1. Pet. 2. Apoſtoli docent, Regum poteſtatē eſſe à Deo, & illis eſſe obediendum: quo tempore omnes Reges erant peccatores, & infideles, & Ioſeph. Gen. 47. fecit terram Ægypti tributariã Pharaoni infideli, & Dauid, ac Salomon, qui aliquando grauiter peccauerunt, non ſunt priuati regno, nec eorum ſucceſſores: vnde Gen. 49. ver. 10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt:* & Matth. 23. verſ. 2. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſei, omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite, ſecundùm* B *verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt:* & Ioan. 6. ver. 70. *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt?* & c. 11. v. 51. *Caiphas cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit:* 1. Pet. 2. v. 8. *Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis, & modeſtis: ſed etiam diſcolis:* & Trident. ſeſſ. 7. can. 10. ait, *ſi quis dixerit, miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentum conficiendum, aut conſecrandum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre ſacramentum, anathema ſit,* & ſeſſ. 14. can. 10. *ſi quis dixerit ſacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſoluendi non habere, anathema ſit.*

*Sacerdotes qui in peccato mortali ſũt verè cõſecrãt & abſoluunt.*

*Item ex Patribus.*

Hoc ipſum tradidere Anaclet. ep. 3. refertur c. ex C merito, 6. q. 1. Euariſtus c. non eſt de plebe 2. q. 7. Greg. c. non nocet, 1. q. 1. Hieron. c. aut alter, 8. q. 1. Aug. c. Chriſtum, 1. q. 1. & 5. ciuit. c. 21. ait, Deum dare regna terrena piis, & impiis, ſicut ei placet, & infrà. *Qui dedit Mario, ipſe & Cæſari, qui Auguſto, ipſe & Neroni, qui Veſpaſiano, vel patri, vel filio ſuauiſſimis imperatorib. ipſe & Domitiano crudeliſſimo, & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Cõſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Iuliano.* Ambr. lib. 5. ep. 28. Theodoſiũ Imperatorem agnoſcit, & veneratur, reprehendit tamen ob Innocentium interfectionem Theſſalonicæ factã, & de Saul ait, *& ſi Rex erat: peccaret tamen, ſi occideret innocētem,* & in apologia Dauid. c. 2. *ille (inquit) Rex tãtus, ac potens, ne exiguo quidem momento manere penes ſe delicta paſſus eſt conſcientiæ:* & c. D 4. *peccauit Dauid, vt ſolent Reges: ſed pœnitentiã geſſit, fleuit, ingemuit, quod non ſolent Reges.* Anaſtaſius Nicenus tom. 6. bibliot. veteris edit. q. 15. in ſcripturam, hanc ex inſtituto quæſtionem diſcutit. *Cùm dicat Apoſtolus, quòd mũdi poteſtates ſunt à Deo ordinatæ, an omnis Princeps, Rex, & Epiſcopus à Deo præficiatur,* & reſpõdet, *cùm Deus dicat in lege, dabo vobis Principes ſecũdũ corda veſtra, eſt euidēs quòd ex Principibus & Regibus alij quidem à Deo præficiuntur tanquam digni eo honore, alij autem rurſum, cùm ſint indigni, Dei permiſſione, aut voluntate præficiuntur populo digno eorum indignitate.* Quod duobus exẽplis appoſitiſsimis illuſtrat, ſubiungitque. E *Quamobrē quando videris indignum aliquem, & ſceleratũ Regem, aut Principem, aut Magiſtratum, aut Epiſcopum, ne mireris: nec Dei accuſes prouidētiam: ſed diſce, & crede quòd propter noſtras iniquitates tradimur eiuſmodi tyrannis, & ne ſic quidem à malis abſtinemus.* Iren. lib. 5. c. 24 varios conſtituens dandi reges fines, inquit.

*Deus dat regna piis, & impiis.*

*Peccauit Dauid, vt ſolent Reges, ſed pœnitentiã egit, quod non ſolent Reges.*

*Propter quid Reges dantur, ex Irenæo.*

*Quidam illorum ad correctionem, & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ: quidam ad timorem, & pœnam, & increpationem, quidam autem ad illuſionem, & contumeliam, & ſuperbiam, quemadmodum & digni ſunt, Dei iuſto iudicio in omnibus æqualiter ſuperueniente.* D. Thomas 1. de regi. princ.



Digitized by Google

cap. 6. ait, *in vltionem peccati diuina permiſſione impios accipere principatum &* cap. 7. multis exemplis illuſtrat, Deum interdum permittere, vt impij legitimum imperium obtineant. Vide etiam Gregoriũ 18. mor. cap. 3. Bernardum ſuprà, doctè de hac re diſſerentes.

*2. Probat. Ratione idipſum cõſirmatur.*

Secundò probatur ratione: quia poteſtas politica eſt purè naturalis, vnde eſſet in puris naturalibus: ergo non pendet à gratia, charitate, vel fide, quę in eo ſtatu non eſſent. Dices, licet hęc non requirantur per ſe, & in omni ſtatu: requiri tamen per accidens, & in ſtatu naturæ lapſæ, in quo non poteſt homo carere peccato, niſi habeat fidem, & gratiam: peccatum autem reddit incapacem huius poteſtatis: contra, quia in ſtatu puræ naturæ electio peccatorum ad regnum valida eſſet, & per peccatum non amitteretur. Ergo idem dicendum eſt in præſenti ſtatu, præſertim ſi peccatum ſit originale tantùm, ſeu aliena culpa contractum:

*Homines non priuantur regno ob ſuum peccatum.*

hoc enim ſicut non meretur priuationem ſubitam bonorum naturalium, imò nec fortunæ: ita non meretur priuationem huius poteſtatis: imò ſicut nec Deus, nec homines priuant aliis bonis ſtatim ob quodlibet peccatum mortale: ita nec poteſtate iſta. Alioqui etiam dici poſſet de veniali. Item fides non amittitur per quodlibet mortale, vt diffinitur in Tridentino ſeſſ. 6. can. 27. & 28. & idem eſt de ſpe: ergo idem dicendum de iuriſdictione politica, aut Eccleſiaſtica, quæ non magis, ſed minùs pugnant cum peccato mortali.

*Qui eſt in peccato, poteſt eſſe valde vtilis ad regendum alios.*

Item qui eſt in aliquo peccato mortali, præſertim interno, vel occulto, vel habituali tantùm, ſine vllo malo propoſito formali, vel virtuali, poteſt eſſe valdè vtilis ad regendum alios, & ſimpliciter vtilior reliquis, vt ſi cæteri careant ſcientia, vel experientia, & aliis eiuſmodi requiſitis: ergo non expedit, vt talis ſit incapax ſuſcipiendæ, vel retinendæ iuriſdictionis, & poteſtatis legiſlatiuæ, aut gubernatiuæ, præſertim in actu primo, ſiue vſu, ſicut eſt in illo, qui iure hæreditario regnum obtinuit ante vſum rationis, vel ad tempus in amentiam incidit, & in ſimilibus. Alioqui quotidie eſſent reges mutandi, quia quotidie committerentur peccata: quod maximum eſſet inconueniens, præſertim cùm idem dicendum eſſet de magiſtratibus: ſequeretur etiam puerum, cuius pater defunctus eſſet, antequam ipſe baptizaretur, non poſſe regnum obtinere iure hæreditario, propter originale peccatum: hoc eſt abſurdum: ergo peccatum non reddit hominem incapacem huius poteſtatis quoad fieri: ergo nec quoad conſeruari; quod minorem requirit aptitudinem in ſubiecto.

*Peccatum non reddit hominem incapacem ad regnũ quoad fieri, neque quoad cõſeruari.*

Item dominium rerum externarum non fundatur in gratia, aut carentia peccati: ſed in pura natura facta ad imaginem Dei, ratione cuius dicitur Geneſ. 1. *dominamini piſcibus maris, &c.* Ergo nec dominium iuriſdictionis fundatur in gratia, vel carentia peccati.

Ad hæc, cùm gratia, & iuſtitia ſit occultiſſima, & nemo de ſe, aut de alio ſciat, an ſit verè iuſtus, vt patet ex Tridentino, ſeſſ. 6. cap. 9. ſi hæc eſſent dominiorum tituli, nullum dominium eſſet certũ, ex quo naſcerentur mirabiles confuſiones, perturbationes, ſcrupuli, & ſcandala inter homines.

*Si vera eſſet aſſertio cõtraria nullum dominium eſſet certum.*

Præterea, nullo iure lata eſt ſententia priuationis ipſo facto contra reges vel alios iniquos ſuperiores, nec eſſet cõueniens, quia infinita perturbatio quotidie naſceretur in Rep. & omnes ſubditi facilè

A contra Reges, & alios ſuperiores inſurgerent, imò nullus vellet principatum, aut magiſtratum acceptare, quem tam facilè poſſet amittere. Item vel Rex alioqui prauus in ſui muneris executione ſeruat honeſtatem, & tunc formaliter, & in quãtùm Rex, iniuſtus, aut prauus non eſt, ſed materialiter tantùm, & malitia ſe habet merè concomitanter, nec refert ad hanc poteſtatem: vel in ſuo munere iniuſtitiam exercet, & tunc leges, & præceptæ nõ obligãt, nec ſubditi illis tenentur: ergo non eſt inconueniens in eo eſſe Regiam poteſtatem: & idẽ eſt de aliis principibus, magiſtratibus, &c. Cùm tamen ex oppoſito ſequantur magna incommoda:
B ſacramenta redduntur incerta; totus ordo Eccleſiaſticus, hierarchicus, politicuſq; euertitur, Reſp. labefactatur, & perturbatur, iniuriæ, proditiones, periuria, & inuaſiones emergunt.

Ex dictis conſtat, ſtando in iure diuino, hãc poteſtatem perſeuerare in infideli, non ſolùm reſpectu aliorum infidelium; ſed etiam fidelium, qui aliàs iuſto titulo ſubditi eorum ſunt. Nam de his regibus loquuntur Apoſtoli locis citatis, & dicũt, illis eſſe obediendum, *non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam,* ac proinde ſentiunt, eſſe veros Reges: nec eſſet expediens, iure diuino fideles ſtatim liberari ab obedientia infidelium: quia tale ius noceret fidei propagationi, & conſeruationi. 72

*Poteſtas iuriſdictionis perſeuerat in infideli etiam reſpectu fideliũ, qui ſubditi eorum ſunt.*

C Nam plurima ſcandala ſequerentur, nec reges infideles permitterent ſubditos ad fidem conuerti, & in eodem populo eſſent plures ſupremi principes temporales, vel fideles manerent ſine principe. Ius autem eccleſiaſticum de hac re nulli bi inuenitur: ergo nullo iure infideles amittunt dominium infidelium vel fidelium, vt etiam docent D. Thomas & alij 2. 2. qu. 10. art. 10. vbi Valentia pun. 8. & colligitur ex Auguſtino 19. ciuit. cap. 17. dicente, *celeſtes ciues,* id eſt, Chriſtianos, *& bonos obtemperare legibus terrenæ ciuitatis; id eſt, malorum & improborum.*

*Nullo iure infideles amittunt dominiũ vel fidelium, vel infideliũ.*

Confirmatur, quia in infideles non baptizatos Eccleſia nullam habet iuriſdictionem: ideo nec poteſt illos punire, nec regnis pri-
D uare, niſi aliquando iure belli: ſed quamdiu eos nõ priuaret, retinerẽt ſuam poteſtatem. In baptizatos autem fideles Eccleſia habet directam poteſtatem ſpiritualem, & in pœnam hæreſis poſſet eos excommunicare, & illis alias pœnas imponere: hactenus autem eam poteſtatem nõ exercuit ſaltem ipſo facto, nec abſtulit ab eis retentionem, & vſum legiſlatiuę poteſtatis, imò nec ab illa deiici à ſæcularibus poſſunt, donec per ſententiam eccleſiaſticam eorum delictum declaretur, iuxta cap. cum ſecundùm leges, de hæreticis, in 6. vt latiùs infra diſp. de lege pœnali, & 2. 2. in materia de fide, vbi Bannes, & alij.

E Ad primum argumentum pro hæreticis factũ, 73
Reſpondeo, multò maiora incommoda ſequi, ſi iuriſdictio pẽdeat ex fide, vel bonis moribus principis, vt oſtendi. Quocirca, licet aliquando peccator mereatur regno priuari: tamen quamdiu eſt, ſuum regnum poſſidet, & in regno viuit, verè Rex perſeuerat, & ita contigit in Saüle, donec Deo permittente occiſus fuit, & propter eius inobedientiam regnum ad eius poſteros non peruenit: quo pacto aliqui intelligunt ſententiã Dei, qua ipſum regno priuauit. Solet enim Scriptura quod filiis euenturum eſt, ipſorum parentibus prænunciare, ac ſi ipſis eſſet euenturum, vt conſtat ex Geneſ. 27. ver. 29. *Eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur*

*Rex quamdiu viuit Rex perſeuerat.*

ante

Digitized by Google

*ante te filij matris tuæ*; quod in ſolis poſteris Iacob, & fratrum impletum eſt. Conſtat etiam ex benedictionibus patriarcharum Geneſ. 49. vide denique 1.Reg.2.verſ.32.virum Dei ad Heli ſummum Sacerdotem, & iudicem politicum Hebræorum, dicentem, *& videbis æmulum tuum in templo in vniuerſis proſperis Iſraël:* cùm tamen Heli nullũ æmulum habuerit, ſed filij eius. Quod verò illa interpretatio germana ſit, præter cætera confirmant verba illa Samuelis ad Saülem 1.Reg.13. verſ. 13. *Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata domini Dei tui, quæ præcepit tibi, quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum, ſed nequaquam regnum tuum vltra conſurget.* Ex quibus verbis colligo contra Abulenſem ad illum locum quæſt. 27. Saülem verè regnum conſeruaſſe vſque ad mortem, vt inſinuant illa verba, *regnum tuum, &c.* Quamuis ex eiſdem verbis colligatur, Saülis poſteros à totius regni poſſeſſione excluſos Deo ita diſponente, licèt nonnullis annis regnauerit Isboſeth filius Saülis in Iſraël, vt liquet 2. Reg.2.verſ.9.& confirmatur ex illis verbis 1. Paralip.cap.13.verſ. 13.& 14. *mortuus eſt ergo Saül propter iniquitates ſuas, eò quòd præuaricatus ſit mandatũ Domini, quod præceperat ei, & nõ cuſtodierit illud; ſed inſuper etiam Pythoniſſam conſuluerit, nec ſperauerit in Dominum: propter quòd interfecit eum, & tranſtulit regnum eius ad Dauid filium Iſai.* Significant enim vſque ad mortem Saulis, in eo regni iura manſiſſe, & ab eo tranſlatum eſſe ad Dauid. Neque obſtat argumentum Abulẽſis, ſcilicet Dauid vnctum eſſe à Samuele in Regem 1. Reg.16. verſ. 13. Saule ſuperſtite; ſed per vnctionem tradebatur titulus regni: Ergo. Reſpõdeo enim Dauid vnctum fuiſſe in Regem, non vt ſtatim rex eſſet; ſed vt Sauli in regnum ſuccederet. Difficilius argumentum ſumitur ex verbis Samuelis 1.Reg.15.verſ. 18. *Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Ex his enim effici videtur, vt ſtatim regnum amiſerit, & in Dauid trãſlatum ſit. Reſpondeo enim ex eo teſtimonio aduerſus hæreticos memoratos haberi, per peccatum mortale poteſtatem regiam ipſo iure aut facto non amitti: nam poſt peccatum Saulis, & verba illa ſuperiùs memorata, dies aliqui interceſſerunt, vt liquet ex 1.Reg.15. verſ. 12. Ergo ſi illo ipſo die, quo Samuel ad Saülem dixit, *ſcidit Dominus regnum Iſraël à te hodie*, Saül regni iure priuatus eſt, non ipſo facto per peccatum regiã dignitatem amiſit. Deinde verba illa, *ſcidit Dominus, &c.* explanãda ſunt ſecundum ſignificationem verbi futuri temporis: ſic enim ab ipſo Samuele explicantur 1. Reg. 28. verſ. 17. *Faciet enim tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid.* Sed demus Abulẽſi, ſtatim poſt vnctionem Dauid in Regem Saulem iure regni priuatum eſſe, eo etiam, & ipſius adminiſtratione ſpoliatum iure fuiſſe eas ob cauſas, quas adducit Abulenſis ſuprà quæſt. 27. nil pro hæreticis deducitur: nec enim negamus, Deum aliquando in pœnam priuare aliquos Regno, cùm id aſſerat Eccleſiaſticus cap. 10. ver. 8. & 1. Paralip. 10. verſ. 14. vt retulimus.

*Saul verè Rex fuit vſque ad mortem, ſed poſteri eius regno exciderũt*

*Per peccatum mortale ipſo facto regnum non amittitur.*

*Deus in pœnã peccati aliquos regno priuat.*

74 Ad locum autem Oſeæ etiam in primo argumento adductum, Reſpondeo cum Cardinale Bellarmino ſuprà, & Hieronymo in Oſeam, Deum decem tribus Iſraël potiſſimè reprehendere, quòd eo inconſulto, & inuito regem ſibi conſtituiſſent, & vitulos aureos, aliáque idola ex auro, & argento Dei liberalitate ipſis collatis, in maximam ipſius Dei iniuriã fabricaſſent, quam ob cauſam delendos eſſe prædicit, hoc enim ex ſeptuaginta & Chaldæo liquet: nam 70. legunt, *ſemetipſis regnauerunt, & non per me principes extiterunt, & non indicauerunt mihi, argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt diſpereant.* Chaldæus verò: *Regem ſibi creauerunt, & non ex ſententia mea: conſtituerunt principes; ſed non ex voluntate mea ex argento, & auro ſuo, quod ſubſtulerunt ſibi ex Aegypto, cõfecerunt in ſuum vſum idola, propter quæ excindetur.* Conſentit Hebræus textus aliique Patres, quos ad eum locum citat Ribera, nu. 8. addens nu. 9. reprehendi etiam reges ipſos; quoniam nõnulli tyrannicè regnum inuaſerunt, vt Sellum filius Iabes, & Manahem filius Gabi. 4. Reg. 15. verſ. 10. & 14. alij verò etſi à Deo eſſent electi in Reges, vt Ieroboam 3.Reg.11.verſ.31.& Iehu.4.Reg.9.verſ.6. tamen aliqui non curauerunt beneplacitum, & voluntatem Dei: ſed quaſi ex propria auctoritate regnare voluerunt, licet Iehu voluntatem Dei ſeruis Dei renuntiauerit 4.Reg.9.verſ.11. & 12. alij populum ad cultum idolorum, aliáque mala inducebant. Alias expoſitiones habet Origenes hom. 4. in iudices, & alij: vna eſt reprehendi populum, quòd voluerit reges, & non ſinerit ſe à Deo regi: nam poſt electum Saul dicit Samuel populo 1. Reg. 12. *State & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro, &c.* & *ſcietis & videbitis; quia grande malum feceritis vobis.*

*Ad 1. arg.*

*Locus Oſeæ exponitur.*

Ad ſecundum reſpondeo, verba illa referri quidem quæſtione illa 15. Anaſtaſij Epiſcopi Niceni in ſcripturam: ſuppoſititia tamẽ eſſe, & falsò quæſtioni illi ab aliquo hæretico inſerta, quamuis etiã in noua editione Bibliothecæ Sanctorum edita Pariiſis anno 1589. inſerta reperiantur: cæterum in conſtitutionibus Apoſtolicis quæ tom. 1. concil. extant, & excuſæ ſunt Venetiis apud Nicolinum, anno Domini 1589. nullum verbum, quod ſententiæ illi conueniat, legimus 2. conſt. Apoſt. cap. 8. ſed hæc verba, *ſi quis verò alicuius maleficij cõuictus ſit, is quidem non ſibi tantùm nocuit: ſed contumeliam vniuerſo corpori Eccleſiæ, & doctrinæ intulit, quòd non faciamus, quæ pulchra, & honeſta eſſe prædicamus, quibus quidem exprobrabit Dominus illud Euangelij, dicunt & non faciunt: quocirca tales poſtquam iure cõuicti fuerint, liberè, ac fidenter repellet Epiſcopus, niſi mores mutarint.* Hæc ibi, ſi verò quis contendat, illa alia verba ex Apoſtolicis conſtitutionibus deprõpta eſſe, piè illa ſic interpretetur, vt nimirum rex impius, quatenus impius eſt, & quatenus ad impietatem ſubditos allicit, non rex, ſed tyrannus ſit. Iſido. enim 1. ethym. cap. 29. *Rex quidem*, inquit, *à Regendo, id eſt, à rectè agendo vocatur*, & lib. 9. cap. 3. poſtquam eandem regis ethymologiam aſſignauit, adiunxit, *non autem regit, qui non corrigit; rectè igitur faciendo, regis nomen tenetur, peccãdo amittitur*, quare Concilium Aquiſgranenſe ca. 1. tom. 3. Cõciliorum Iſidoro aſſentiens ait, *ſi enim piè, iuſtè, & miſericorditer regit, meritò Rex appellatur. ſi is caruerit non Rex; ſed Tyrannus eſt: Antiqui autem* (inquit Concilium) *vt Idem Iſidor. in lib. ethymol. ſcribit lib. 9. cap. 3. omnes reges tyrannos vocabant: ſed poſtea piè, iuſtè, & miſericorditer regentes, Regis nomen ſunt adepti: impiè verò, iniuſtè, crudeliterq; principantibus non regis, ſed tyranni aptatum eſt nomen*, & cap. 3. *regale namque miniſterium ſpecialiter eſt populum Dei*

*Ad 2. Ad dictum Anaſtaſij Niceni Epiſcopi reſponſum.*

*Rex à rectè regendo dicitur.*

*Reges & tyrãni idem olim fuerunt.*

gubernare,& regere cũ æquitate, & iuſtitia, & vt pacem,& concordiam habeat ſtudere: ipſe enim primò debet eſſe defenſor Eccleſiarum,& ſeruorum Dei, &c. & Ariſt.8.ethic.cap.10.*ac regni* (inquit) *tranſgreſſio tyrannis eſt*.Similiter cùm Epiſcopus pro ratione ſui muneris, ex quo tenetur ſubditis conſulere, teſte Tridentino ſeſſ.6.decreto de reforma. cap. 1. ſiue ignorãtia culpabili, ſiue praua mẽte, aut negligẽtia id faciat, magis, vt lupus rapax,quàm,vt Epiſcopus ſe habet,vt enim ait Aug. 19.ciuit.cap.19. *Epiſcopus nomen eſt operis, non honoris: Græcum eſt enim,atque inde ductum vocabulum,quòd ille,qui præficitur,eis quibus præficitur ſuperintendit, curam eorum gerens,ἐπὶ,quippe,ſuper, σκόπος verò intentio eſt;ergo Epiſcopus ſi velimus, latinè,ſuper intendens,poſſumus dicere,vt intelligat,non eſſe Epiſcopum,qui præeſſe dilexerit,non prodeſſe*. Hæc Auguſtinus,quæ illuſtrans. Viues ibi,inter alia dicit,*mittebantur enim ab Athenienſibus ad ſubditas ciuitates, qui res illorum inſpicerent, & hi vocabantur Epiſcopi, quaſi inſpectores, vel viſitatores & obſeruatores*.

*Epiſcopus nomen eſt operis non honoris.*

*Ad 3.*

*Omnis poteſtas eſt à Deo, vt dante vel permittente.*

Ad tertium Reſpondeo, quamuis omnis poteſtas ſit à Deo,vt illam dante: tamen euectio ad illã interdum eſt ſolùm à Deo, vt illam permittente: quod rectè notauit Toletus,Rom.13.annot.3.nec eſt abſurdum, quòd Deus poteſtatem hanc ſicut & alia multa bona,cõferat ſuis hoſtibus, ſuarumque legum tranſgreſſoribus,ſic Oſeæ 2.ver. 2. *vinum, & oleum,& argentum multiplicaui eis,& aurũ, quæ fecerunt Baal*,& prophetiæ dono impium Balaam exornauit,Num.14.verſ.27.& Caiphã Ioannis 11.verſ.52.& Epheſ.2.verſ.4.legis,*Deus autem qui diues eſt in miſericordia,propter nimiam charitatẽ ſuam,qua dilexit nos,cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſedere nos fecit, vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundãtes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu*,& Chriſtus,Matt. 5.verſ.44.& 45.docet nos,*diligere inimicos,& benefacere illis,vt ſimus filij Patris noſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos,&c.* Vide,quæ de Iulio Cæſare ſcribit Suet.cap.73.& 74.nec Deus,qui dat regibus poteſtatẽ,approbat eius abuſum, nec donat regna impiis,vt eis abutãtur:ſed vt beneficentia ſua inuitati à peccatis cõuertantur,vt Hieronymus expoſuit illud Iſai. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro,&c.vt ſcias, quia ego Dominus,&c.* vel vt remuneret quædam benefacta eorum , vt docet Auguſtinus 5.ciuit.cap. 15. vel quia interdũ id merentur peccata populorum,vt docet 8. ciuit. cap.19. ex Iob. 34. *regnare facit hypocritam propter peccata populi*.Idem tamen 19.ciuit. cap. 21. docet, apud infideles non poſſe eſſe iuſtitiam, nec iura, nec verum populum,aut Remp.&c. ſed vocat veram iuſtitiam, vt vera iura, quæ ducunt ad vitam æternam, vt patet 5.in Iuli.cap.3.& aliis locis,quæ tract.de gratia referam.

*Deus cur impius hominibus det regna, & imperia.*

*Ad 4.*

*Dei imago ad quam factus eſt homo quæ ſit.*

Ad quartum reſpondeo,imaginem,& ſimilitudinem Dei,ad quam factus homo dicitur,eſſe eius naturam libero arbitrio præditam, vt fusè oſtendit Pererius 4.in Gen.diſp.de imagine qu. 1.& 5. Cardinalis Bellarminus 5. de amiſſione grat. cap. 3.hanc verò imaginem per peccatum eſſe amiſsã, error eſt,quem Origeni tribuit Epiphanius hęreſ. 56.& aliquando tenuit Auguſtinus locis à Pererio relatis,ſuprà qu.7. & ipſe Auguſtinus retractauit 1.retract.cap.26. & lib. 2. cap. 24.Cæterùm,quia Paulus morum conformationem imaginem Dei ſolet appellare 1.Cor.15.verſ.49. *ſicut portauimus imaginem terreni,portemus & imaginem cæleſtis*, & 2. Cor.3.verſ.18.*reuelata facie gloriam Domini ſpeculãtes,in eandem imaginem trãsformamur*; Coloſ.3. ver. 9.& 10. *ſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,& induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius,qui creauit illum.* Et multi alij veteres auctores eandem dicendi formã amplectuntur,vt teſtatur doctiſſimus Maldonatus Lucæ 15. verſ.13.Aduerte,imaginẽ Dei bifariam poſſe conſiderari. Primò, ſecundùm naturam , & ſubſtantiam,ſecundò ſecundùm ornatum, & perfectionem ipſius,gratiam, ſcilicet, charitatem, & cætera dona ſupernaturalia,quæ gratiam comitãtur:imago ſecundùm ſubſtantiam,dum manet natura rationalis, neceſſariò manet : modus & perfectio per peccatum amittitur, vide Cardinalem Bellarminum & Pererium ſuprà , Martinum del Rio,oratio 4.parænetica de notitia ſui.

*Imago Dei dupliciter conſiderari poteſt.*

Ad quintum reſpondeo , nulla lege diuina ſtatutum eſſe, vt reus læſæ majeſtatis diuinæ omniũ bonorum priuatione puniatur:Reo verò lęſæ maieſtatis humanæ impoſita eſt pœna capitis,& priuatio omnium bonorum: per iudicem tamen executioni mandanda.

Eſt tamen hoc loco duplex difficultas:Prima an 74
qui infidelis eſt,poſſit à Chriſtianis & Catholicis in regem eligi, vbi reges per electionẽ fiunt.Quidam dicunt primò,iure diuino in regem eligi non poſſe, qui Chriſtianus non eſt: nam per Moſem dixit Deus, Deuteron. 17. *Eum conſtitues regem , quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum:nõ poteris alterius gentis hominem regem facere,qui non ſit frater tuus.* Vbi Dominus fratrem appellat, qui eiuſdem eſt religionis ; & cum hæc lex nec ad cæremonias ſpectet , nec ad iudicia:ſed ad mores,ſublata per Chriſti mortem non fuit,ac proinde nunc etiam vim, & locum habet: ergo in regnis Chriſtianorum eligi nõ poteſt, qui Chriſtianus non eſt,& ratio id docet,quia periculum eſſet, ne Chriſtianus populus vel fraudibus, vel inſidiis deceptus,vel vi & minis coactus , ad paganiſmum & ſuperſtitionem gentium traheretur.Item Paul.1.Cor.6.Corinthios reprehendebat,quòd lites inter ſe haberent, & ad iudices Paganos ſiue à fide,& religione Chriſti alienos, fratres vocarent, & non potius vulgarem hominem ex ipſis aliquem huic negotio deſtinarent.

*1.Difficultas.*

*1 Sentent. Qui Chriſtianus non eſt,in Regem non poteſt eligi à Catholicis.*

Secundò dicunt,hæreticum non poſſe in regem eligi id prohibente diuino iure. Primùm quia licet baptizatus ſit,extra Eccleſiam tamẽ eſt. Deinde,quia Chriſtus Matth.18. dixit , *ſi Eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut Ethnicus,& publicanus*, & Paul. ad Titum ait,*ſi quis venit ad vos , & hanc doctrinam non affert,nolite recipere eum in domum,nec,aue, ei dixeritis,qui enim dicit illi, aue, cõmunicat operibus eius malignis.* Accedit,quòd reges ſunt Eccleſiarũ protectores,propugnatores,& defenſores: at hæreticus qua ratione erit Eccleſiarum propugnator, & defenſor? ius etiam naturale vetat, ne hæreticus eligatur, etiam ſi excommunicatus non eſſet, ne populum ſubuertat:*ſermo enim hæreticorum, vt cancer,ſerpit*,2.ad Timot.1.

*An hæreticus in regem eligi poſſit.*

*Reges ſunt Eccleſiarum propugnatores & defenſores.*

Hæc duo dicta vera ſunt,loquendo de iure di- 75
uino,& quando ex electione infidelis,Pagani, Iudæi,vel Apoſtatæ damna Reip.imminerent: tunc enim peccatum eſſet cõtra legem naturalẽ ipſum eligere, licet electio eſſet valida ſtãdo in ſolo iure naturæ:

*Probãtur præcedentia duo dicta.*

Digitized by Google

naturæ: ſed ſi nihil horũ timerẽt, quia infidelitas eſt occulta, & numquã manifeſtãda, vel alia ratione; non eſſet peccatũ cõtra ius naturæ talẽ eligere, nec contra ius diuinum poſitiuũ: quia nullo tali id eſt prohibitum: nec teſtimonium Deuter. eſt ad rem: tum, quia ibi frater non vocatur, qui eſt eiuſdem religionis; ſed qui eiuſdem nationis, vnde etiã ſi eſſet eiuſdem religionis, ſi erat diuerſæ nationis, non poterat licitè eligi, eſto electio eſſet valida: tum quia lex vetus, quatenus poſitiua, penitus fuit abrogata, ſolis manentibus præceptis naturalibus, quæ moralia dicuntur, & illud præceptum ad iudicialia reuocatur, cùm pertineat ad electionẽ iudicis ſupremi. Nec mirum cum præcepta prohibentia gradus aliquos conſanguinitatis in matrimonio, ad iudicialia reducantur, vimque in lege noua non habeãt, niſi quatenus iure humano ſint confirmata, retenta, aut renouata.

*Præceptum Deuteronomij de rege eligẽdo non obligat.*

*Hæreticus, & excommunicatus in Regem eligi nõ poteſt iure canonico.*

Iure tamen canonico hæreticus, aliúſve excommunicatus, propter excommunicationem eligi nõ poteſt licitè, nec validè, ex cap. venerabilem, de electione, vbi cum Pontifex dixiſſet, Conradum in Imperatorem eligi non potuiſſe, ſubiunxit: *ſunt enim notoria impedimenta ducis*: ſcilicet excommunicatio. Item excõmunicatum publicè denuntiatũ vitare iure canonico debemus: ergo eum in Regem eligere iure non poſſumus: ſimiliter Paganũ, vel Iudæũ eligere iure Eccleſiaſtico prohibemur in decreto d. 45. & in decretalibus lib. 5. tit. de Iudæis, & Sarracenis, de quo vide D. Thomã & eius interpretes 2.2. qu. 10. art. 10. & ibidem Valentiam diſp. 1. qu. 10. puncto 8.

*2. Difficultas. Leges condere tyrannus non poteſt.*

76 Secunda difficultas eſt, an is, qui per tyrannidẽ regnum occupauit, leges condere poſſit, quibus ſubditi aſtringantur. Reſpondeo, per ſe loquendo non poſſunt leges condere, nec ſubditi tenentur eis obedire: quia verè non eſt Rex, ſed tyrannus. Si autem ex parte materiæ leges eius ſint iuſtæ, an ſubditi poſſint (licet non teneantur) eas ſeruare? Pars affirmatiua ſuaderi poteſt: quia cuilibet licitũ eſt facere id, quod bonum eſt: ergo, ſi quod præcepit, bonum eſt, licitè poſſunt ſubditi id facere, cedendo iuri ſuo, & vim alterius patienter ſuſtinendo. Imò addunt multi, poſſe ſubditos à tyrãno huiuſmodi petere opera gratiæ, & iuſtitiæ, quæ in ſe iniuſta non ſunt: quamuis ab illo iniuſtè ſint facienda per vſurpatam poteſtatem: quia tunc non inducunt ad malum: ſed ad minus malum; minus enim malum eſt gubernare, quamdiu non deponit vſurpatum regnum, quàm non gubernare, licet in vtroque interim peccet ſua culpa perplexus, Caietanus & Armilla verbo tyrannus, Nauarrus cap. 14. num. 41.

*Opera gratiæ, & iuſtitiæ à Tyranno peti poſſunt.*

In cõtrarium verò eſt, quia obedire huic etiam in his, quę aliàs licita, & honeſta ſunt, eſt cooperari iniuſtitiæ & fauere eius tyrannidi.

*Sententia auctoris.*

77 Ego in hac re dicerem cum nonnullis, quaſdam eſſe actiones ita honeſtas, vt in nullius nocumentum cedant, nec indigeãt poteſtate publica, vt rectè fiant, vt deferre hæc, vel illa arma, vel aliquid ſimile, aut ſoluere aliquod tributum, quod licet ex parte exigentis requirat poteſtatem publicam: nõ tamen ex parte ſoluentis, & ipſe nulli facit iniuriã ſoluendo, & ſuo iuri cedẽdo. Alias verò eſſe actiones, quæ inuoluunt nocumentũ tertij, & vt iuſtè fiant, requirunt poteſtatem publicam, vt occidere malefactorem dignum morte, in prioribus per ſe malum non eſt ſeruare præcepta tyranni: quia tales actiones honeſtè fieri poſſunt nulla interueniẽte publica poteſtate: nec vitiantur, quia ex lege iniuſta fiant, quia illa non eſt cooperatio, ſed tolerantia violentiæ nullum afferens nocumentum: ergo per ſe non eſt ibi malitia: oportet tamẽ ſcandalum vitare, & nõ dare occaſionem tyrãno, vt in ſua iniuſtitia perſeueret, quantùm cõmodè fieri poteſt, reſiſtendo illi: quod omittere, per accidens erit aliquando malum: at in poſterioribus actionibus contrarium videtur: quia honeſtas illarum pendet ex vera poteſtate publica, & hoc eſt verum in rigore, quantum eſt ex parte tyranni: ſecus ſi Reſp. non potens cõmodè illi reſiſtere, eum toleret, & ab eo ſe ſinat gubernari, taciteq; velit, vt velle tenetur, iuſtitiam per illum adminiſtrari, & leges Reip. conuenientes ferri: quia minus malum eſt per illum gubernari, quàm omnino carere gubernatore, & tunc non erit peccatum obedire illi in illis actibus: quia conſenſus Reip. dat auctoritatem tyranno interim, dum nõ poteſt iugũ eius excutere: & quãuis ipſe tyrannus peccet mortaliter iniuſtè retinendo, & non deponendo principatum, non tamen peccat, niſi fortè ex ſcientia erronea, iudicãdo, & alios actus exercẽdo: quia illos exercet auctoritate Reip. & tenetur illos exercere ex ſuppoſitione, quòd non deponat principatum, & ideo ſi condemnet hominem ad mortẽ, quæ à legitimo Rege poſſet ei inferri, non peccat contra iuſtitiam, nec tenetur ad reſtitutionem: & hoc ipſum eſſet dicendum, etiam ſi cum aliis diceremus, peccare contra Remp. vel alium regem vſurpatione iudicij: hæc enim vſurpatio, ſi adſit auctoritas Reip. eam concedentis ad maiora mala vitanda, non eſt cõtra iuſtitiam rei, nec obligat ad reſtituendum aliquid ipſi, vel eius hæredibus. Iudices verò ab ipſo deſignati nullo modo peccant, quia ex cõſenſu Reip. licitè illa officia acceptant & exercent.

*Que quis præſtare poßit, vel non à tyranno coactus.*

*Tyrannus peccat non deponendo principatum, ſed nõ iudicando.*

*Iudices ab ipſo deſignati non peccant.*

Quod autem dicebamus, leges, & ſentẽtias tyranni pacificè poſſidentis regnum, validas eſſe, & ciues obligare ex conſenſu & auctoritate Reip. docet Victoria de poteſt. ciuili num. 23. Valentia 2.2. diſp. 4. quæſt. 5. punct. 2. con. 1. in fine, Molina tract. 2. de iuſt. diſp. 24. in fin. Bannes 2.2. qu. 60. ar. 6. dub. 2. Salon. eodem art. controuer. 1. Aragon dub. vlt. Idemque docent de aliis præceptis, & actis, nempe valida eſſe, vimq; habere obligandi, nõ minùs quàm ſi à legitimo principe emanaſſent. Malè ergo Sotus lib. 3. iuſt. qu. 4. art. 6. abſolutè dixit, tyrannum, qui Remp. inuaſit, non poſſe ferre vllam legem, nec ius dicere, quod obliget in conſcientia: ac proinde ſententias eius eſſe irritas. 78

*Tyranni pacificè poſſidẽtis leges obligãt.*

An verò ſit obligatio ſoluendi illi tributa, quidam affirmant, quia Romani vi oppreſſerunt Iudæos per tyrannidem: tamẽ Dominus Mathei 22. inſinuat, Cæſari reddendum tributum. Alij dicũt, neminem in conſcientia teneri tyranno tributum ſoluere, niſi fortè cauſa ſcandali vel maioris mali vitandi; nec enim ratio id dictat, nec Reſp. cenſetur id velle: quia expedit, illum non abundare, vt faciliùs poſſit iugum eius excuti: & ſententia Domini eſt generalis ſolum ſignificans, Principi reddendum, quod ei debetur: non enim conueniebat, vt alterutram partem diſtinctè definiret.

*An Tyranno ſit ſoluendum tributum.*

Sed contra id, quod diximus, etiam ſi tyrannus ille hominem damnaret ad mortem, nec peccare contra iuſtitiam rei, nec teneri ad reſtitutionem

pro

Digitized by Google

*Tyrannus iuſtè occidens, & mãdans occid: reum, non peccat.*

pro homicidio, arguitur: nam etiamſi Reſp. concedat ei tacitè ad hoc auctoritatem: tamen hac non intendit vti; ſed ea tantùm, quam vſurpauit; ergo occidit illum auctoritate priuata, ac proinde eſt homicida, & tenetur ad reſtitutionẽ; ſicut quiuis alius priuatus ſontem occidens. Reſpondeo, tyrannum non excludere eam auctoritatem, quã Reſp. ad huiuſmodi actus illi concedit. Sed intendere vti omni ſua auctoritate, quã habet: & ideo occidit illum auctoritate publica: vnde nõ eſt homicida, nec tenetur ad reſtitutionem: imò etiam ſi putaret, ſe omninò nullam habere auctoritatẽ, & omnem excludere expreſsè volens, vti ſola auctoritate priuata: ſi tamen re vera illam haberet, licet formaliter peccaret contra iuſtitiam: tamen non materialiter, & hoc ſufficere, vt excuſetur à reſtitutione, vt patet in eo, qui comburit rem ſuam, putans eſſe hoſtis.

---

## SECTIO XVI.

*An Reſp. reuocare poſſit facultatem ferendi leges Imperatoribus, Regibus, aliiſve principibus conceſſam.*

79 ANTONINVS 1. par. tit. 18. cap. vni. in prin. verſ. lex ſecundum Iſidorum, ſic ſcribit *Gloſ. in cap. conſtitutio d. 2. dicit, quòd olim populus ſtatuit leges: ſed hodie tranſtulit poteſtatem ſuam in Imperatorem, vt inſtit. de iure nat. §. ſed quod Principi, vel quòd hodie etiã populus poteſt legem ſtatuere, & quòd dicitur in d. l. trãſtulit, id eſt, conceſſit. Addit hîc Archidiaconus, dicunt quidam, quòd populus hodie non poteſt condere legem argumento ad hoc C. de legibus l. vltima. Alij vt Laudenſis dicunt cõtrà, ſcilicet, quòd populus poteſt auferre auctoritatem Imperatori: ſed omnes Eccleſia non poſſunt tollere auctoritatem Papa, & ratio eſt, quia Papa non habet auctoritatem ab Eccleſiis, ſed Eccleſia ab*

A

*eo, arg. cap. quamuis d. 21. ex Dominica enim iuſſione, & Conciliorum auctoritate Papa habet ſuam iuriſdictionem, & non ex tranſlatione populi ſicut Imperator, cap. ſignificaſti, de electione, & dicunt hi quoad poteſtatem tranſlatam per populum in Imperatorem condendi legem, quòd populus poteſt reuocare iſtam poteſtatem, cum vult, ſicut iudex, qui delegat: quia proprietas apud eum remãſit. Nec obſtat illa lex vlti. C. de legibus: quia ibi illud, ſoli, non excludit populum arg. 15. qu. 7. §. Epiſcopus: ſed tale eſt, ac ſi diceret, ſoli principi, id eſt, nulli alij ſoli. Nec obſtat cap. ſuper quæſtionum, de officio deleg quia illa iura loquuntur in delegato, in alio fortè ſecus, vt ff. de officio præſidis l. vlt.* Hæc Antoninus, quibus videtur probare ſententiã Archidiaconi, quia illam non reprobat.

*Papa habet ſuam auctoritatem ex dominica iuſſione ſola.*

B

*Imperatori conceſſa poteſtas condendi leges non poteſt reuocari.*

Sed exiſtimo primò, poteſtatem condendi leges conceſſam Imperatori irreuocabiliter: nam ſi populus eam poteſtatem poſſet Imperatori reuocare, conceſſio eſſet parui momẽti: & eodem modo videmus cõcedi ſolere regibus poteſtatem legiſlatiuam: nec enim populi eam reuocant, aut reuocare tentant, aut minantur, magis quàm poteſtatem gubernatiuam: quam conſtat irreuocabiliter concedi ſolere: & alioqui reges non haberent ſupremam poteſtatem legiſlatiuam, vel gubernatiuam in ſubditum, ſed inferiorem populo & dependentem ab illo.

C

*Populus Rom. poteſtatẽ condendi leges à ſe abdicauit.*

Secundò, exiſtimo tandem populum Romanũ à ſe abdicaſſe poteſtatem cõdendi leges, & totam in principem tranſtuliſſe: quia ſic expediebat, ne tot eſſent legiſlatores: maximè quòd timeri poſſet antinomia, & oppoſito in legibus ipſis: quod eſſet grauiſſimum incõueniens, cum legiſlatores eſſẽt independentes, & minimè ſubordinati, ac proinde nullus poſſet tollere, vel auctoritati, vel interpretari legem alterius; & ad auferenda ſimilia incommoda factum videtur, vt cùm populi regibus poteſtatem ferendi leges concedunt, eam à ſe ipſis abdicent.

DISPV

# DISPVTATIO OCTAVA
## DE POTESTATE FERENDI LEGES ECCLESIASTICAS.

### SECTIO PRIMA.

*An in Eccleſia ſit poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas.*

*Hæretici, qui negarunt in Eccleſia eſſe poteſtatem cõdendi leges.*

MVLTI hæretici docuerunt, non eſſe in Eccleſia auctoritatem ad cõdendas leges Eccleſiaſticas, Vvaldenſes apud Antoninum 4.par.ſum Theol. tit.11.ca.7.§.2. Marſilius de Padua, in lib.cui titulus, defenſor pacis, contra quem diſputat Albertus B Pyghius lib.5.hierar.Eccleſ. Idem docuit Ioannes Vvicleph, vt patet in Concil.Conſtantienſi ſeſſ.8. art.38.in quo dixit, decretales Epiſtolas eſſe apocryphas, illoſq; ſtultos eſſe, qui illis ſtudent. Ipſum ſecutus eſt Ioannes Huſſ. vt patet in eod. Concil. ſeſſ.15.art.15.in quo dicebat, obedientiam Eccleſiaſticam eſſe ſolùm inuentionem Sacerdotum Eccleſiæ. Idem docuit Ioan.de Vveſſalia, vt patet ex libro dãnationis articulorum ipſius facto Moguntiæ anno 1449.in quorum primo dicebat, non poſſe Prælatos condere leges, quæ obligent in conſcientia: ſed ſolum exhortari populum ad ſeruanda præcepta Dei. Similiter Martinus Lutherus in captiui.Babyl.cap. de Baptiſmo, & in explica- C tio. viſionis Danielis & art.27.inter alios exhibitos Leoni 10. Melanǽton in cõfeſſione Auguſtiana art. 28.& in apologia eiuſdem, & Caluinus 4. inſtitut.cap.10.§.21.& 22.& cap.11.& 12. dixerũt in Eccleſia non eſſe poteſtatem ad condendas veras leges obligantes per ſe in conſcientia, non contentas expreſsè in ſcriptura: ſed tantùm ad conſtituendum aliquem ordinem, qui non obliget, niſi ratione ſcãdali: vt poſt Roffenſem, Echiũ, & alios refert latè Cardinalis Bellarminus 4. de Pontifice cap.15. Vazquez hîc diſp.152.cap.1. Lorinus Act.15.ver.28. ex Cochleo in vita Lutheri, referens Lutherum hac de cauſa totum corpus iuris Canonici publicè combuſſiſſe; Caſtro infrà, D qui pro hoc errore refert etiam pauperes de Lugduno. Aërius etiam apud Auguſtinum hæreſ. 53. & Epiphanium hæreſ.75. Socratem 2.hiſto.ca.35. & alios, dixit, ieiunia non eſſe ſeruanda, ne videamur eſſe ſub lege; verba Aeri; apud Epiph. ſunt, *non erit ieiunium ordinatũ: hæc enim Iudaica ſunt, & ſub iugo ſeruitutis: iuſto enim lex non eſt poſita; ſi verò volo ieiunare, eligam diem à me ipſo, & ieiunabo propter libertatem.* Multi eundem errorem tribuunt Gerſoni, & Almaino: ſed quid iſti ſenſerint, poſteà aperiemus.

*Aerius damnauit ieiunia Eccleſiaſtica.*

*Arg. 1. hæret.*

Error hic ſuadetur primò ex Matthæo cap. vlt. *docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis:* A non ergo dedit Chriſtus poteſtatem præcipiendi: ſed docendi præcepta ipſius, vt colligebat Vveſſalia.

*2. Argum.*

Secundò ex Deutero. 4. *non addetis ad verbum, quod ego loquor vobis, neque minuetis ex eo,* & cap. 12. *quod præcipio tibi, hoc tantùm facito domino, nõ addas quidquam, nec minuas.* Vbi ſermo eſt de præceptis cæremonialibus, & iudicialibus: nam cap. 4. præcedit, *audi Iſrael præcepta, atq; iudicia, &c.* Ergo nec tunc fuit, nec modo eſt in Eccleſia licitum addere aliqua præcepta diuinis præceptis. Eodem ſpectat id Iſa.8. *ad legem magis, & Prophetas. Quòd ſi nõ dixerint vobis iuxta verbum hoc, non erit eis lux matutina.* Prou.30. *Omnis ſermo Dei ignitus, &c. ne addas* B *quidquam verbis illius, ne arguaris:* & Galat.1. *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præter quàm quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit.*

*3. Argum.*

Tertiò, ex tota epiſto. ad Galat. in qua Paulus præſertim oſtendit, Chriſtum nos liberaſſe à iugo legis cap. 3. *ipſe nos redemit à maledicto legis, legem mandatorum euacuans,* & cap.4. *non ſumus ancillæ filij; ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit:* & ca. 5. *ſtate, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri,* & 2. Cor.3. *vbi ſpiritus Domini, ibi libertas,* & 1. Cor. 7. *pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum;* quo loco non videtur præcipi, inquit Caluinus, ne ſerui obediant dominis exteriori obedientia: dicitur enim Epheſ.6. *ſerui obedite Dominis carnalibus, &c.* C nec vt mancipia fiant libera; ſed ne legibus humanis cum timore peccati obediamus: quoniam à timore peccati Chriſtus nos liberauit: nec ſatis eſt dicere, Paulum in illis locis loqui de lege veteri: quamuis enim hoc verum ſit: tamen ea occaſione extendit ſermonem ad abſolutã libertatem Chriſtianam ab omni onere & iugo legis & traditionis humanæ: nã propterea dixit Chriſtus Matth. 11. *iugum meum ſuaue eſt, & onus leue.* Et ſi Chriſtus nos liberauit ab onere legis diuinæ, qualis erat lex vetus; multò magis ab onere legum humanarum, quæ ſunt magis oneroſæ & difficiliorem reddunt obſeruantiam legis gratiæ. Vnde Auguſtinus epiſt. 119.ca.19. reprehendens multitudinem Eccleſia- D ſticarum legum, ait, *quamuis enim nec hoc inueniri poſſit, quomodò contra fidem ſint; ipſam tamen religionẽ quàm pauciſſimis, & manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis miſericordia Dei eſſe liberam voluit: ſeruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiamſi tempus libertatis non agnouerint: legalibus tamen ſarcinis, non humanis præſumptionibus ſubiiciuntur.* Certè, cùm iugum legis veteris importabile dicatur, Act 15. etiam iugum religionis Chriſtianæ importabile erit, ſi leges Eccleſiaſticæ vim habent: quia ſunt declupo plures, quàm leges Pentateuchi.

*4. Argum.*

Quartò ex Iſai. 33. *Dominus iudex noſter, Dominus*

*legifer*

*legifer noſter, Dominus Rex noſter: ipſe ſaluabit nos:* vbi inſinuatur, huiuſmodi munera reſpectu fidelium propria eſſe Dei: vnde Iacobi 4. *vnus eſt legiſlator, & iudex, qui poteſt perdere, & ſaluare.*

*5. Argum.* Quintò, quia Deus comminatur populo obſeruanti præcepta hominum Iſa. 29. dicẽs, *eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me: cor autem eius longè eſt à me, & timuerũt me mandato hominis & doctrinis: ecce ego addam, &c.* Similia habes Matth. 15. & 23. Marc. 7. Coloſſ. 2. ad Tit. 1. & 1. Tim. 4.

*6. Argum.* Sextum eſt argumentum ab exemplo: nam 4. Reg. 16. reprehenditur factũ Achaz regis, & Vriæ Põtificis, qui in templo Hieroſolymitano nouum altare ædificauerunt, quamuis ad ornatum templi: reprehenduntur autem, quia præter Domini præceptum, illud addiderunt & ca. 17. narratur, quoſdam Iudæos interfectos fuiſſe à leonibus: quia Deum nouis ceremoniis præter legem coluerunt, & 3. Reg. 21. reprehenditur Manaſſes: quia in templo conſtituit aras ſine præcepto Domini. Ex quibus infert Caluinus, nullum Pontificem, aut Principem poſſe nouas leges præter præcepta diuina condere. Quod cõfirmari etiam poſſet ex Matth. 23. *Alligant enim onera grauia, &c. væ vobis hypocritæ, &c.* Nam videtur Chriſtus reprehendere eos, quia diuinis præceptis alia adderent; ſufficit enim ſeruare Dei mandata, Matth. 19. *ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

*7. Argum.* Septimò, quia ad finem naturalem ſufficiunt leges naturales, & ciuiles; ad ſupernaturalem autem ſufficit lex diuina; ergo ſuperfluæ, & inutiles ſunt leges Eccleſiaſticæ, ac proinde Chriſtus non dedit poteſtatem condendi illas.

*8. Argum.* Octauo dicit Paulus, 1. Tim. 1. lex iuſto non eſt poſita.

*3. Concluſio. In Eccleſia eſt poteſtas condendi leges obligantes in conſcientia.* Reſpondeo tamen, in Eccleſia eſſe poteſtatem condendi veras leges Eccleſiaſticas, obligantes in conſcientia. Cardinalis Bellarminus ſuprà cap. 16. & ſequentib. Vazquez diſp. 152. cap. 2. Azor tomo 1. lib. 5. cap. 6. Valentia diſp. 7. qu. 5. punct. 2. & 7. Caſtro 1. de lege pœn. ca. 4. & lib. 6. contra hæreſ. verbo Eccleſia, hæreſ. 3. Driedo 1. de libert. Chriſtiana à ca. 1. & præſertim ca. 9. Albertus Pyghius ſuprà. Sotus 1. iuſt. qu. 6. art. 4. Victoria relect. 1. de poteſtate Eccleſiæ, Medina C. de pœni. tract. 3. qu. de neceſſit. ieiunij, Adrianus quodlib. 6. Antoninus 2. part. tit. 18. Roffenſis art. 27. contra Lutherum. Turrecremata 2. ſummæ cap. 45. & ſequentibus, & alij Theologi 2. d. 44. & 4. d. 16. & 18. Caroniſtæ tit. de conſtit. & d. 15. & 96. Sebaſtianus Medicis tract. de legib. par. 1. qu. 8. Turrianus 1. pro canonibus Apoſt. cap. 27. & lib. 4. pro epiſt. Pontificum cap. 16. Ioan. Lorinus Act. 15. verſ. 18. Patet ex Deuter. 17. vbi in Sacerdote ponitur poteſtas obligandi per præcepta ſua; *qui non obedierit Sacerdotis imperio, morte moriatur,* & fortaſſe etiam poterat Sacerdos præcepta perpetua, ac proinde leges obligantes ferre: de quo in ſeq. ſect. Ergo etiam in lege noua poteſt Pontifex præceptis, & legibus obligare: cùm ſit perfectior poteſtas in Pontifice Chriſtiano, quàm olim fuerit in Iudaico. Antecedens patet: quia illo cap. dicitur, *qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tẽpore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille, & auferes malum de Iſraël:* vnde Matth. 16. *tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris, &c.* quod intelligitur de ligatione per legem, & præ-

*Probatur ex Scriptura.*

A cepta, quæ eſt propriiſſimè ligatio iuxta id Matth. 23. *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere,* vnde Hiero. Matth. 18. *poteſtatem,* inquit, *tribuit Apoſtolis, vt intelligant, qui à talibus damnantur, humanam ſententiam diuina ſententia roborari.* Clauium nomine principatus ſignificatur: quia ſolet vrbis, vel domus clauis penes eum eſſe, qui in domo vel vrbe princeps eſt, ſic Iſai. 22. *Dabo claues domus Dauid ſuper humerum eius,* & Apoc. 1. *Habeo claues mortis & inferni:* promittere ergo claues Petro fuit ei promittere principatum in Eccleſia, ratione cuius poſſit legibus, & præceptis ligare. Vnde Ioan. 21. Chriſtus daturus Petro, quod ei

*Clauium nomine quid intelligatur.*

B promiſerat, Matth. 16. ait, *paſce oues meas:* vbi verbũ Græcum, regere etiam ſignificat, quia regulis, & præceptis more regũ debebat Petrus paſcere oues Chriſti vice eiuſdem, vnde doctiſſimus Maldonatus ibi ait, paſcere idiomate Hebræorum eſſe regere, vt patet Pſ. 22. *Dominus regit me,* &c. Hebraicè *Dominus paſcit me,* &c. Pſal. 77. *Paſcere Iacob ſeruum ſuum,* Pſal. 79. *Qui regis Iſrael, intende.* Hebr. *qui paſcis,* &c. Ad idem eſt illud Lucæ 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit:* quæ verba non ſolùm quoad doctrinam: ſed etiam quoad præcepta eſſe intelligenda, præter expoſitores ibi, declarauit optimè Cyprianus lib. 4. epiſt. 9. Baſilius in conſt. Monaſt. cap. 22. & 23. ad idem eſt id Ioannis

C 20. *ſicut miſit me pater, ego mitto vos,* id eſt, cum eadem poteſtate, vt interpretatur doctiſſimus Maldonatus ex Huberto, & Helia Cretenſi: vel ad idẽ opus, & miniſterium, vt ibi interpretantur Chryſoſtomus, & Theophylactus: ſed Chriſtus fuit legiſlator, & eius opus leges ferre, Pſal. 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: reges eos in virga ferrea,* &c. Iſaias 33. *Ipſe eſt Rex noſter, ipſe legifer noſter,* Tridentinum ſeſſ. 6. can. 21. *Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem, cui fidant: non etiã, vt legiſlatorem, cui obediant, anathema ſit.* Vide etiam Ioannem 15. Matthæum vlt. *Data eſt mihi omnis poteſtas:* Ergo & Apoſtoli eandem habuere poteſta-

*Chriſtus fuit legiſlator, & poteſtatem ferendi leges Apoſtolis tribuit.*

D tem, & ideò regnum Chriſti æternum eſt, iuxta illud, Luc. 1. *& regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis:* quia non ſolùm eius leges in æternum erant duraturæ: ſed per ſuos vicarios, & Eccleſiam, eiuſque prælatos erat ſemper nouas leges laturus, & Paulus ait, hanc poteſtatem ſibi datam eſſe *in ædificationem, & non in deſtructionem* 2. Cor. 10. ideo 1. Cor. 4. dicit, *vultis in virga veniã ad vos.* Virga enim ſignificat poteſtatem gubernatiuã, quæ quatenus recta eſt, & dirigit, dicitur *virga directionis,* Pſal. 44. quatenus verò cogit etiam per pœnas, dicitur ferrea, Pſal. 2. *Reges eos in virga ferrea,* vide Chryſoſtomum & alios 1. Cor. 4. & Auguſtinum, 1. contra epiſt. Parmeniani cap. 1. & 2.

*Paulus habuit poteſtatẽ ferendi leges.*

E de conſenſu Euangelij cap. 30. quos adducit Cardinalis Bellarminus illo c. 16. Item Matth. 18. *Si Eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus,* Heb. 13. *obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis,* Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas, niſi à Deo, quæ autẽ ſunt à Deo, ordinata ſunt: itaq; quicũque poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,* & infrà, *ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram: ſed etiam propter conſcientiã.* vbi quidam vulgati Codices, & Auguſtinus legũt, *neceſſitati,* fortè, vt vult Vazquez, poteſtatem appellat Paulus neceſſitatem: quia ſuis præceptis obligat,

Digitized by Google

*Neceſſitas eſt ſubijci. B. Paulum ibi loqui de poteſtate ſpirituali Caluinus fatetur.*

obligat, at Græcus textus habet, *neceſsitas eſt ſubijci*, quia eſt obligatio ſubiectionis, & ibi Paulũ loqui de conſcientia & anima propria, ob quam eſt obediendum, docet Vazquez ex Beda, Anſelmo, & Theodoreto, ibidem, & Auguſtino epiſt. 154. Imò & Caluino, & Petro Martyre hæreticis. Item ibi ſermonem etiam eſſe de poteſtatibus ſpiritualibus fatetur Caluinus 4. inſtit. cap. 10. & meritò; quia verè ſunt poteſtates, eò quòd poteſtatem habent, iuxta id 2. Cor. 13. *abſens ſcripſi, vt non præſens durius agam*, & Petrus Act. 15. cum aliis Concilij patribus ſcribit gentibus ad fidem conuerſis, *viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis nil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione*, &c. Hæc vocat neceſſaria: quia præcipiebantur ſub mortali: ideò etiam vocat onera, & cõiungit ea cum fornicatione, & in illo verbo, vltrà, ſupponitur potuiſſe alia præcepta imponere, vt notant Turrianus 1. pro canonib. cap. 5. & lib. 6. conſt. Apoſt. Clementis cap. 12. & 20. & Vazquez illo cap. 2. & Lorinus ſuprà, & Ferdinandus Mendoſius lib. 2. pro Concilio Illiberitano cap. 2. ait, *per hæc verba viſum eſt vel placuit, ſolere in conciliis ſignificari ea, quæ decernuntur, non conſtare lege diuina, naturali, aut poſitiua, ſed humana, qualia fuerunt iſta ab Apoſtolis decreta*, præter fornicationem, quæ iure naturę mala eſt: ſed quia nõ erat ita euidẽs prohibita ab Apoſtolis eſt. Eodem actuum cap. verſ. 41. de Paulo dicitur, *perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum*. Et cap. 16. verſ. 4. *tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ decreta erat ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant in Hieruſalem*, &

*Decretum Apoſtolicum in Concilio Hieroſolymitano quomodo obligauerit.*

Chryſoſtomus homil. 33. in Acta, *vide*, inquit, *breuem epiſtolam nec epicheremata, nec ſyllogiſmos habentem: ſed imperium: erat enim legiſlatio ſpiritus*, & can. 62. Apoſto. imponitur grauiſſima pœna violantibus illud præceptum Concilij Apoſtolici, quod renouatum eſt in Concilio Aurelianenſi, 2. can. 19. & 20. vide etiam Leonem epi. 77. & Nicetam cap. 5. Auguſtinum ep. 154. & lib. 32. contra Fauſtum cap. 13. Tertullianum in Apologet. cap. 9. Origenẽ 8. contra Celſum, Cyrillum Hieroſolymitanum catecheſi. 4. Euſeb. 4. hiſto. ca. 1. in fine, in martyrio ſanctæ Blãdinæ, ex quibus omnibus colligitur, fuiſſe abſolutum præceptũ abſtinendi ab immolato, & ſuffocato, & ſanguine, etiam in ſecreto, & non tantùm ratione ſcandali, vt hæretici volunt; & obſeruatum eſſe multo tempore in Eccleſia. Pro eadẽ re Turrianus locis proximè citatis, citat Iuſtinus Martyr, Gregorius Nazianzenus, qui tamen de ea loqui non videntur, vt notat Vazquez, vide Cardinalem Bellarminum ſuprà, & Conciliũ Vvormacienſe cap. 65. vbi prohibetur, quòd Chriſtiani veſcantur auibus captis in laqueo, & ſtrangulatis: eadem enim erat ratio ſanguinis & ſuffocati. Imò Leo Imperator in nouella ſua conſt. 58. hanc legem Apoſtolorum parum eo tempore obſeruatam renouauit. Ratio verò huius fuit, non tãtùm propter ſcandalum: ſed quia hoc genus cibi ſpeciem quamdam habet ſuperſtitionis, vt notauit D. Thomas qu. 112. art. 6. ad 1. & Turrianus ſuprà. Hæc enim immolabantur Diis, tamquam pretioſa quædam ſacrificia, vt ipſe ibidem probat, & nos latiùs probabimus agentes de lege veteri & ceſſatione legalium.

*Cur prohibitum fuerit ſuffocatum.*

4 Præcepta autem eſt huiuſmodi abſtinẽtia, non ſolùm ob vitandum ſcandalum: ſed etiam, vt ita Chriſtiani conuerſi ex gentiliſmo, ſuperſtitionem gentiliũ obliuioni traderent, & magis ab ea diſtarent. Iã verò ceſſante in vniuerſũ eius legis cauſa, omninò lex illa ceſſauit: vt docet Vazquez & Lorinus ſuprà. Nulla enim exſtat illius ſuperſtitionis memoria, & Paul. 1. Cor. 8. & 10. vel facultatem facit veſcendi idolothytis; quia præceptum Apoſtolicum iuſta de cauſa, conſentientibus Apoſtolis, Corinthiis non promulgauerat: cùm poſt Concilium Apoſtolicum Act. 15. ingreſſus eſt Corinthũ, acto. 18. vel ſolùm vult oſtendere, ex natura rei nullum eſſe peccatum idolothytis veſci, vide plura de iſto præcepto Apoſtolico apud Lorinum Act. 15. verſ. 20. de quo etiam nos dicemus diſputantes, an leges humanæ obligent cum periculo vitæ: nam Auguſtinus illa epiſt. 154. ait, *melius eſſe, vt viator famis neceſsitate victus, ſi nuſquam inueniat niſi cibum in idolio poſitum, vbi nullus ſit alius homo, Chriſtiana virtute id reſpuat*. Poteſt ergo Eccleſia leges facere de rebus non præceptis à Deo. Confirmatur, quia præceptum prohibens, bigamum ordinari, creditur latum à Paulo 1. Tim. 3. & colligitur ex Concilio Carthaginenſi 4. can. 69. tamen humanum eſt omninò, & de re quæ non eſt præcepta à Deo, & Paulus 1. Cor. 7. diſtinguit, quædã eſſe præcepta à Domino: quædam ab ipſo Paulo & 1. Cor. 11. *Laudo vos, quòd præcepta mea tenetis*, & 1. Theſſal. 4. *Scitis quæ præcepta dederim vobis*, & ibidem, *qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit: ſed Deum, qui ſpiritum ſanctum nobis dedit*, & 2. Theſſal. 3. *Confidimus in Domino de vobis, quoniam quæ præcipimus, facitis, & facietis*, & infrà, *ſi quis non obedierit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini illi*, & 1. Timoth. 5. *Aduerſus presbyterum accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus*, & 1. Tim. 3. & ad Titum 1. aliqua circa miniſtrorũ ordinationes conſtituit. Pleni ſunt canones Apoſtolorum, Concilia, Decreta, & Decretales, Clementinæ, Extrauagantes, aliique Eccleſiaſtici libri, & Epiſtolæ, Eccleſiaſticis legibus, & præceptis de rebus non præceptis à Deo, & non dubium, quin hæc poteſtas leges ferendi ſit perpetua, Eccleſiæ traditio, vſus, & conſuetudo. Vide Cyprianum lib. 1. ep. 3. & 11. li. 4. ep. 9. Chryſoſtomum 3. de Sacerdotio, & ep. 1. ad Innocentium, & hom. 70. ad popu. Auguſtinum ſer. 21. & 46. de verbis Domini, Clementem I. ep. 11. Decretali, vbi inter cætera ait, *obedientiam & humiliationem, quæ ſuperioribus exhibetur, Domino exhiberi*, & Damaſus cap. violatores, 15. quæ. 1. Bernardum lib. de præcepto, & diſpen. Concil. Chalcedonenſe actio. 15. Romanum ſub Hilario I. can. 1. Sextam ſynodum Act. 4. octauam Synodum Act. 1. Toletanum 3. Can. 1. Florentinũ in vnio. Armenorum, Conſtantienſe, Viennenſe, & Tridentinum, quæ poſteà citabimus.

*Cur præcepta ſit talis abſtinentia.*

*Cur Paulus Corinthijs Idolothyta conceſſerit.*

*Quædam præcepta Paulus dedit, Corinthiis, quæ à Domino non acceperat.*

*Poteſtas legũ ferẽdæ eſt perpetua Eccleſiæ traditio.*

5 Ratio eſt manifeſta: nam ſuperiores, paſtores, Epiſcopi, ſeu ſuperintendentes auctoritatem habent ferendi leges, & præcepta obligantia 7. polit. ca. 6. & 9. Plato. 2. de Rep. & 8. de legibus, ſed Prælati Eccleſiæ ſunt huiuſmodi Matth. 23. Rom. 13. 1. Petr. 2. & 5. Epheſ. 4. 1. Cor. 12. ergo. Item, quia ſi in Eccleſia non eſſet poteſtas condendi leges in ſpiritualibus, nõ eſſet bene gubernata: leges enim ciuiles, cùm circa temporalia verſentur, non ſufficiunt: nec verò ſufficit lex diuina naturalis; quia ad nullam Remp. gubernandam ſufficit lex naturæ: Oportet enim addere multa iuri naturæ. Demũ

*Probatur rationibus vera ſententia.*

*Neceſſe eſt determinari ab Eccleſia tempus, quo Chriſti præcepta ſeruentur.*

nec ſufficit lex diuina poſitiua: quia pauciſſima præcipit, & non determinat tempus, & modum, vt in præcepto Confeſſionis, & Euchariſtiæ: ergo oportet addere præcepta omninò noua, vel quibus Chriſti præcepta determinentur: hinc Auguſtinus ep. 118. cap. 6. *non præcepit*, inquit, *Dominus, quo deinceps ordine Euchariſtia ſumatur, vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locū.* Sanè in domo Dei nil inordinatum eſſe debet, vt ait Leo ep. 85. alias 87. & habetur cap. miramur d. 61. & colligitur ex Rom. 13. *quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt:* eſſet autem inordinatio in Eccleſia Dei, ſi non eſſent leges Eccleſiaſticæ: ergo debent eſſe, ac proinde in Eccleſia eſt poteſtas illas ferendi.

*Poteſtas hæc ſpiritualis.*

*Poteſtas Eccleſiæ cur ſpiritualis dicatur.*

6 Quæ quidem ſpiritualis dicitur, quia circa ſpiritualia verſatur, & ad ſpiritualem finem ordinatur: vnde Nicolaus Papa epiſ. ad Michaelem Imperatorem inter alia dicit, *Imperatores indigere Eccleſiaſticis legibus pro æterna vita:* habetur cap. cùm ad verum d. 96. vbi multa alia decreta idem continent, præcipuè cap. duo ſunt, & cap. ſi Imperator, in quo poteſtas hæc ad ciuilem comparatur, ſicut anima ad corpus, cæleſtia ad terrena, æterna ad tēporalia. Idem ſumitur ex cap. ſolitæ, de maior. & obedien. & ex Concilio Chalcedonenſi Act. 3. Synodo 7. Gen. Act. 5. Toletana 3. cap. 13.

*Etiam circa tēporalia leges ab Eccleſia ferri poſſunt.*

Probatur, quia poteſtas Chriſti ſecundum veriorem ſententiam, ſolùm fuit in ordine ad finem ſupernaturalem. Ideo enim dixit, Ioan. 19. *Regnū meum non eſt de hoc mundo:* ergo & poteſtas Pontificis, ſeu Eccleſiæ, quæ eſt participatio poteſtatis Chriſti, & licet in Chriſto, aut in Eccleſia eſſet alia poteſtas: tamen hæc, de qua loquimur, ſpiritualis eſt, & ad ſpiritualem finem ordinata: quia tamen temporalia ad ſpiritualia cōducere poſſunt: ideò per hanc poteſtatem circa temporalia, etiam leges fieri poterunt, vt dixi diſput. præc. ſect. 5.

*Hæreſis hæc à quibus, & quot in locis damnata.*

7 Sed ad inſtitutum reuertamur. In Eccleſia eſſe poteſtatem condendi leges ſpirituales, confirmatur ex Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 5. 8. & 13. & Bulla Leonis X. contra Lutherum art. 27. vbi ille error Vvicleph, Huſſ, & Lutheri damnatus fuit: habetur hæc Bulla Leonis tom. 5. conciliorum, & definitiones Conſtantienſis concilij confirmatæ ſunt à Martino V. in Bulla, quæ habetur ſeſſ. vlt. & in Tridentino ſeſſ. 6. can. 20. definitur, hominem quantumcumque iuſtum, & perfectum teneri ad obſeruantiam mādatorum Dei, & Eccleſiæ, & ſeſſ. 7. can. 8. damnatur, qui dixerint, baptizatos liberos eſſe ab omnibus legibus Eccleſiæ, ita vt parere nō teneantur, niſi ſua ſponte ſe velint ſubiicere: & in Concilio Viennenſi relato in Clementina ad noſtrum, de hæreticis, damnatur error Beguardorum & Beguinarum, aſſerentium, perfectos nulla lege obligari, qui non ſolùm damnantur propter præcepta diuina, ſed etiam propter humana, præſertim Eccleſiaſtica: vnde non abſurdè ad rem vtuntur Sotus, Valentia, & alij hoc teſtimonio: quāuis nō placeat Vazquez diſput. 152. cap. 2. Pro eadem veritate, ſic etiam argumentari licet: quia condere legem eſt actus ſupremæ poteſtatis, & maximi imperij, vt dicunt iuriſperiti l. imperium ff. de iuriſd. omni iud. Sed Pontifex in ſpiritualibus habet ſupremam poteſtatem, cùm ſit Vicarius Chriſti, & habeat iura cœleſtis imperij cap. 1. d. 22. cap. quanto de tranſlat. epiſt. cap. 1. vt Eccleſiaſt. beneficia, ergo. Deinde Pōtifex præeſt rebus omnibus concernentibus animam, cap. Imperator. cap. duo ſunt

*Condere leges eſt actus ſupremæ poteſtatis.*

A d. 96. cap. quoniam d. 10. Ergo in ſpiritualibus omnes ſunt ei ſubiecti, tamquam capiti: vt etiam habetur cap. omnis anima, de cenſib. cap. ſolutæ, de maior. & obedien. ergo in ſpiritualibus poteſt leges condere. Imperator poteſt leges cōdere: ergo & Pontifex: nam Pontifex eſt luminare maius ca. nouit de iudiciis, & cap. duo ſunt 12. qu. 1. Item Pontifex neminem cognoſcit ſuperiorem, niſi Deum cap. patet, cap. nemo, cap. aliorum, ca. cuncta per mundum 9. qu. 3. Baldus l. reſcripta C. de precib. Imp. offer. cap. ſacroſancta 22. d. propterea ipſe eſt ſolutus omnibus humanis legibus, gloſ. c. non liceat 12. qu. 2. Iuriſperiti communiter cap. 1. B de conſuetud. & de conſti. nemo autem eſt qui nō poſſit vel leges dare, vel accipere: ergo Pontifex leges ferre poteſt, & limitare, reſtringere, ac reuocare. Ideò in iure poſitiuo dicitur habere omnimodam & abſolutam poteſtatem cap. propoſuit de conceſſ. præb. clem. 2. vt lite pend. ca. 2. de præb. in 6. gloſſ. cap. licet, de electio. Item princeps temporalis condit legem: quia in eum temporalis poteſtas trāſlata fuit, lege fin. C. de legi. ergo & Pontifex quia in ipſum tranſlatum eſt Sacerdotium c. tranſlato, de conſtit. cap. ſignificaſti, de electione. Deinde, maiorem poteſtatem habet Pontifex in ſpiritualibus, quàm Imperator in temporalibus c. ſignificaſti, de foro compet. Bartholus lege 1. §. C poſt operis ff. de noui op. nunc. Panor. cap. ex multipli. de decimis, Sebaſtianus Medicis tractat. de legibus par. 1. qu. 8. n. 7. Sed Imperator in temporalibus poteſt leges condere: ergo à fortiori Papa in ſpiritualibus. Adeò, vt Beroius cap. cùm tu nu. 1. cap. 60. de vſuris, volum. 6. dixerit, Pontificem poſſe poteſtate ordinaria in terris, quæ Deus in cœlis. Omitto alia parui momenti, quæ adducit Medicis ſuprà n. 8. qui tamen benè admonet nu. 9. quamuis Papa poſſit leges condere abſque conſilio Cardinalium: ex benignitate tamen, & humanitate ipſius ſolere in arduis eorum conſilium requirere. Quam ſententiam eſſe communem, dicit Beroius Rubrica de conſtit. per l. humanum. C. de D legibus.

*Pontifex non cognoſcit ſuperiorem niſi Deum.*

*Maiorem poteſtatē habet Papa in ſpiritualibus, quā Imperator in temporalibus.*

Sed num. 11. & ſequentibus ponit nonnullas limitationes, quæ aliquid obſcuritatis, aut falſitatis continent: *concluſio*, inquit, *procedit, modò per conſtitutionem Papæ*, non turbetur vniuerſalis ſtatus Eccleſiæ. Ioannes Andreas cap. 2. locati. Innocentius cap. quanto, de iureiurando, cap. ſunt quidam 25. quæſt. 1. *Secundò*, inquit, *procedit, niſi derogare velit in totum iuri diuino: nam licet illud ex cauſa in aliqua parte limitare poſſit: in totum tamen illud non poteſt tollere.* Decius poſt Abbatem cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Tertiò procedit, niſi ſtatueret aliquid, quod de ſui natura malum eſſet, vt ſi præbe-E ret cauſam peccandi. Baldus cap. lator, de re iudic. vt ſi indiſtinctè apud omnes, & ſemper permitteret, licitas eſſe vſuras: nā licet ex cauſa graui poſſit quandoque eas permittere: hoc poteſt tantùm neceſſitate vrgente. Iaſon l. cunctos populos, in 1. & 2. lectura. C. de sūma Trinitate, & fide Catholica. Quartò non procedit, ſi iuri naturali, & rationali derogare velit in totum, §. ſed naturalia, inſtit. de iure naturali, &c. in dubio tamen præſumitur ſemper rectè agere, gloſſ. cap. omnes, diſt. 19. cap. non nos, diſt. 40. hæc Medina, qui malè putat, Pontificem poſſe ex parte derogare iuri diuino, naturali, & poſitiuo, nullo enim modo id poteſt. An verò poſſit vſuras aliquando non ſolùm permittere, ſed

*Papa in aliquibus derogare poteſt iuri diuino.*

etiam

Digitized by Google

*An Pontifex poſſit licitas vſuras facere.*

etiam licitas facere, eo modo, quo multi dixere licitum fuiſſe Iudæis vſuras ab extraneis accipere: non quaſi pretium, ſed mutui ex donatione diuina dante illis verum ius, tractaui in materia de vſuris. Sic ſatis nobis eſt Pontificē poſſe leges condere: eas tamē vt iuſtæ, & validæ ſint, debere illas cōditiones habere, quas in 1. diſp. diximus eſſe requiſitas, vt quòd ſint in bonum commune, &c. & iam in ſuperiore diſput. docuimus, in temporalibus leges condere non poſſe, niſi in terris Eccleſiæ, vel in ordine ad ſpiritualia.

*Reſponſio ad 1. arg. hæreticorum.*

*Chriſtus non vno in loco omnia tradidit.*

8 Ad primum hæreticorum fundamentum, reſpondeo primò, Chriſtum non in ſingulis locis tradidiſſe hanc poteſtatem Eccleſiæ. Quamuis ergo dicemus, Matth. vlt. ſolùm egiſſe cum Apoſtolis de prædicatione Euangelij, de baptiſmo, & obſeruatione legis à Chriſto traditæ, ſatis eſt in aliis locis dictam poteſtatem tradidiſſe, vt vidimus. Et bene notat Vazquez diſpu. citata cap. 4. argumentum hoc, quod eſt ab auctoritate negatiuè, friuolum eſſe, & captioſum. Secundò reſpondeo cum Cardinale Bellarmino ſuprà, cap. 17. & Vazquez dict. cap. 4. vnum ex præceptis Chriſti eſſe, vt obediamus prælatis: ideo enim Lucæ 10. dicit, *qui vos audit, me audit:* vbi contineri præceptum obediendi prælatis, docet Baſilius in conſtit. monaſt. ca. 23. Cypria. epiſtola 69. ad Florentium imò ad Iudæos dixit Chriſtus, Matth. 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite:* cùm ergo dicitur, *docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis*, ibi includitur obedientia ad prælatos Eccleſiæ.

*Præceptorum additio non improbatur, modò non ſint contraria diuinis.*

Ad ſecundum reſpondeo primò, ibi non prohiberi additionem præceptorū, modò non ſint contraria præceptis diuinis, aut alioqui iniuſta, nec adſcribantur Deo: ſed quaſi humana imponantur. Vnde tempore legis veteris multa præcepta legimus ſanctè addita diuinis, vt 1. Matth. 4. datur præceptum de feſto encæniorum, quod ſua præſentia Chriſtus honorauit, Ioan. 10. idem enim feſtum fuiſſe ex Humberto, & aliis tanquam probabilius docet doctiſſimus Maldonatus ibi, & Bellarminus ſuprà, cap 17. & colligitur ex margine Bib. Vaticanorum Clementis VIII. authoritate editorum: nam in illo loco Machabæorum, locus Ioann. 10. refertur in margine. Item 1. Reg. 30. habetur nouum præceptum, verſ. 25. *& factum eſt hoc ſcriptum ex illa die, & deinceps conſtitutum, & quaſi lex in Iſraël, vſque in diem hanc:* vbi in Hebræo non habetur, quaſi, vt notat Bellarminus, & licet ita legendum ſit: tamen non dicit ſimilitudinem; ſed veritatem, vt ſæpe alibi auctore Ambroſio ſerm. 18. in Pſalm. 118. & epiſt. 47. Auguſtino Pſalm. 125. Gregorio 18. moral. cap. 4. Chryſoſtomo homil. 11. in Ioan. Theophylacti Euthymio, Toleto, & Maldonato in id Ioan. 1. *Gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Pineda Iob 1. verſ. 1. num. 16. & patet Iob 29. verſ. 25. *cumque ſederem quaſi Rex:* Marci 6. *propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis* 1. Corin. 3. *Sic tamen quaſi per ignem*, & eſt phraſis Hiſpana, *en fin tratase como Rey, procede como hombre de bien*, &c. ſunt alia præcepta addita diuinis, Eſther 9. Iudith vlt. 1. Reg. 10. Deut. 4. & 5. & 12. & vide D. Thomam Galat. 1. lect. 3. in fin. Valentiam diſpu. 6. quæſt. 5. punct. 7. qui etiam inde confirmat licitum fuiſſe eo tempore leges addere: quia per vota, & iuramenta poterant ſibi leges ſeu obligationes imponere, vt de Nazaræis patet Num. 6. de Recabitis Ierem. 35. de Dauid Pſalm. 118. *iuraui, & ſtatui*, &c.

*Præcepta quædam diuinis addita.*

*In lege gratiæ præcepta aliqua diuinis addere nō fuit vetitum, quāuis id in veteri conceſſum non fuerit.*

Reſpondeo ſecundò cum Bellarmino ſuprà, c. 17. & 18. Vazquez cap. 4. Lorino Act. 15. verſ. 18. etiam ſi Deus in veteri Teſtamento prohibuiſſet per Moyſem addere nouum præceptū diuinis: tamen non inde ſequeretur, eſſe illicitum addere in lege gratiæ: quia lex illa populo ſolùm Iudaico, paruo quidem, & in vna regione concluſo, lata fuit tam variis præceptis diſtincta, vt non videretur opus nouo alio præcepto, ſaltem perpetuo, & vim legis habente: lex autem Euangelica toti vniuerſo deſeruire debebat: meritò ergo Chriſtus paucis vniuerſalibus præceptis traditis, alia commiſit Principibus, & prælatis Eccleſiæ danda pro diuerſitate nationum, & prouinciarum, prout expedire videretur. Tum etiam, ſi rectè numerētur leges Iudaicæ, multò plures, & grauiores erant, quàm Eccleſiaſticæ, & ciuiles ſimul, quæ Chriſtianis traditæ ſunt. Nam ferè omnes illæ ſingulos obligabant, at verò nunc ſingulos Chriſtianos paucæ obligant leges, etiam ſi ius canonicum & ciuile innumeras continere videatur: nam ſi priuatas perſonas reſpicias, præter pauca præcepta Eccleſiaſtica in Catechiſmo puerorum contenta, vix aliud obligat: imò & præceptum decimas ſoluendi nec in omnibus regionibus, nec omnes perſonas cōſtringit: cæteræ autem leges, vel pro iudicibus, vel pro ſacerdotibus, vel pro contrahentibus cōſtitutæ ſunt: & leges, quæ ſacerdotibus, vel iudicibus impoſitæ ſunt, minus oneroſæ ſunt, quàm quæ cuncto populo Iudaico impoſitæ fuerunt: non eſt ergo mirum, ſi Deus non reliquiſſet poteſtatem populo Iudaico ferendi nouas leges: Rectoribus autem Eccleſiæ eam conceſſerit. De hoc plura dicemus ſectione ſequenti.

*Pauca præcepta Eccleſiæ obligant.*

*Libertas legis gratiæ non opponitur Prælatorum obedientiæ.*

Ad tertium reſpondeo, Paulum vbicumque loquitur de libertate legis gratiæ, non opponere illam obedientiæ Prælatorum, aut Principum: alioqui ſibi eſſet contrarius in aliis locis, quæ attulimus in hac ſectione, pro legibus Eccleſiaſticis, & ſuperiori diſput. ſectione 1. pro ciuilibus: ſed intendit excludere varias ſeruitutes. Pro quo aduerte, varias libertates Chriſtum nobis attuliſſe. Prima eſt à ſeruitute peccati, de qua Rom. 6. *Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* Secunda à ſpiritu ſeruitutis, qua obediebatur olim legi ex timore ſeruili, ſeu pœnarum: nam Chriſtus vberem gratiam attulit, qua ſuauiter, & ex amore obediamus legi Rom. 8. *Liberauit me à lege peccati & mortis: nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū in carne vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui nō ſecūdùm carnem ambulamus: ſed ſecundùm ſpiritum:* vbi Toletus annot. 2. ait, *liberatio hæc eſt, qua, homine à peccato veteri ſanato, & Deo reconciliato per gratiam Chriſti, data eſt iam facultas, & robur, vt mens valeat concupiſcentiam ſuperare, & legem implere.* De hac etiam libertate agit Galat. 3. Tertia libertas propria conuerſis ex Iudaiſmo eſt à velamine cœcitatis, & ignorantiæ. 2. Cor. 3. *Habentes talem ſpiritum, multa fiducia vtimur, & non ſicut Moyſes ponebat velamen in faciem ſuam, vt non intenderent filij Iſraël in faciem eius*, &c. vſque, *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. Vide Salmeronem:* ad hunc locum diſputatione 4. Caietanum, Chryſoſtomum & Theodoretum, qui de libertate à velamine, & ignorantia hunc locum explicant. Alia & quarta libertas propria etiam

*Chriſtus varias libertates nobis attulit.*



Digitized by Google

Iudæis eſt à ſeruitute legis,quoad iudicialia,& cæremonialia:de qua Act.15.*quid tentatis,*&c. & Galat.4.& 5. vnde Paul. Rom.7. ait illos liberatos à ſeruitute litteræ,vt tamen in nouitate ſpiritus ſeruire debeant, ſeruando non ſolùm nouam legem Dei;*quia tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat:* Hebr. ſed etiam humanas, & præſertim Eccleſiaſticas, quæ reſpectu totius Eccleſiæ pauciſſimæ ſunt, nèpe quatuor vel quinque, vt dicebamus,quæ ſunt determinationes quædam diuini iuris,vt patet de præceptis confeſſionis, Euchariſtiæ, & Miſſæ,& ieiunandi, & decimas ſoluēdi,vt rectè Cardinalis Bellarminus illo ca.18.qui etiam rectè ad Auguſtinum in argumento citatum, reſpondet,loqui de conſuetudinibus particularibus vulgi, & hominum rudium, quæ paulatim obtinent vim legis,quæ quando nimium creſcunt,deberent auctoritate Epiſcoporum abrogari, vt patet legenti.

*Liberati ſumus à ſeruitute littera, vt tamen in nouitate vita ambulemus.*

De libertate autem Chriſtiana, quam Chriſtus nobis attulit, latè etiam Driedo 1. de libertate Chriſtiana cap.2.& ſequentib.Vazquez diſp. 152. cap.4. num.49. & ſequentib. Valentia diſputat.7. quæſt.5.punct.2.illud vero, 1.Corin.7. *Nolite fieri ſerui hominum:* non indicat,non eſſe obediendum maioribus & ſuperioribus, ſed non eſſe obediendum illis præcipuè propter ipſos,ſed propter Deū, vt Epheſ.6. *Serui obedite dominis, &c. ſicut Chriſto,* &c.& in rebus,quæ non ſint contra diuina præcepta,vt explicant Caietanus,Chryſoſtomus,Theophylactus ibi: ſic Galat. 1. *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem:* de quo loco vide doctiſſimū Maldonatum, Ioan.5.verſ.44. & cap.15.verſ. 20.& ſanè Paulus in illo loco,1.Cor.7.non ſolùm non prohibet obſequia ſeruorum erga dominos: ſed etiam dat conſilium, vt etiam ſi poſſint fieri liberi,maneant in ſeruitute, vt probat Cardinalis Bellarminus 4.de Pontif.cap.3.& Vazquez c. illo, 4. num.53. ex illis verbis *vnuſquiſque in ea vocatione in qua vocatus eſt, in ea permaneat: ſeruus vocatus es,non ſit tibi curæ; ſed ſi potes fieri liber, magis vtere:* idem ait Valentia illo punct.2.in fin.

*Superioribus non eſt obediēdum propter ipſos,ſed propter Chriſtū.*

10 Ad quartum reſpondeo,Iacobum velle, ſolùm Chriſtum eſſe legiſlatorem primariū,præcipuum, vel per Antonomaſiam: cuius leges totam Eccleſiam etiam cum ſuo capite obligent, & ne ab ipſo quidem capite poſſint abrogari, aut diſpenſari; nulla enim alia eſt,quæ non poſſit ab eo diſpenſari,& abrogari; & Pontifex eſt vicarius Chriſti,habetque auctoritatem dependentem ab illo. Sic etiam Cyprianus lib.1.epiſt.3.ait, Pontificem eſſe iudicem loco Chriſti: & idem poteſt dici ad locum Iſaiæ,ſed Vazquez illo cap.4 num.42. ait,locum Iſaiæ hac expoſitione non indigere, nec à Iacobo interpretari:ſed alio ſenſu dixiſſe, *vnus eſt legiſlator, &c.* vult enim Iſaias ciuitatem non opprimendam, quia Deus,qui fuit legiſlator populi Hebraici,peculiari modo erat Rex,& iudex illius. Simili modo poſſunt ea verba cum Adamo ad Chriſtum referri: imò in loco Iacobi non dicitur abſolutè,*vnus eſt legiſlator, & iudex:* ſed cum limitatione,& reſtrictione,ſcilicet,*qui poſſit perdere,& ſaluare:* puniendo etiam pro internis peccatis,quorum temerarium iudicium ſimul cum detractione reprehēdebat ibi Iacobus:ideò enim dixit,*Qui detrahit fratri, vel iudicat fratrē ſuum,detrahit legi, vel iudicat legem,* ſcilicet, quæ eſt contra detrahentes, & temerè iudicantes, vt exponit Gagneius, licet A Caietanus exponat, eum detrahere legi, qui fratrem ſeruatorem legis temerè iudicat, & damnat, tamquam legis tranſgreſſorem: vnde ſubdit Iacobus,*Tu autem quis es,qui iudicas proximum? vnus eſt enim legiſlator & iudex, qui poteſt perdere, & ſaluare,* ſcilicet pro internis,aut occultis, bonis, & malis: vide plura de hoc loco apud Vazquez ſuprà, & Salmeronem Iacobi 4.diſput.5.

*Chriſtus legiſlator ſummus.*

*Chriſtus vnus legiſlator etiā pro internis peccatis valēs punire.*

Ad quintum reſpondeo,ibi eſſe ſermonem de mandatis, & traditionibus hominum contrariis diuinæ legi,aut friuolis, & inutilibus, vel de obſeruatione humanorum mandatorum neglectis diuinis. Pro quo nota, quatuor eſſe traditionum genera.Primum earum, quas dixit Chriſtus: ſed à B nullo canonico ſcriptore tradita ſunt: ſecundum, earum,quas Apoſtoli ſine ſcripto ſtatuerunt. Tertium earum, quas Pontifices, & Eccleſiæ prælati præceperunt:ſed ſcripta non ſunt: ſed poſteà vſu, & conſuetudine ſeruata ſunt. Traditiones primi generis eandem vim habent cum mandatis Chriſti ſcriptis in Euangelio. Secundi verò cum præceptis Apoſtolicis ſcriptis,vide 2.Theſſ.2. verſ.23. Tridentinum ſeſſ. 4. decreto de ſcripturis canonicis,& traditionibus:Idem eſt de traditionibus Eccleſiæ ſeu conſuetudinibus, quia conſuetudo habet vim legis cap.conſuetudo, diſt.1. & l. diuturna.ff.de legibus. Quartum genus eſt traditionum, quæ à Rep.vel hominibus,qui non fuerunt prælati C Eccleſiæ,emanarunt: harum quædam nec præceptis, nec conſiliis Dei contrariæ ſunt: aliæ ſunt malæ, vel omninò vanæ & inutiles: has ſcriptura reprobat & reprehendit Iſaiæ 29. *Timuerunt me mandatis hominum, & doctrinis;* quod Adamus, & alij interpretantur de mandatis, & doctrinis Phariſaicis, aut ſimilibus pugnantibus cum doctrina, & lege Dei,vel de merè friuolis, & poſitis tantùm in rebus externis vnde Matth. 15. *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram,* & infrà,*irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram,* & ſtatim adducit dictum Iſaiæ teſtimonium & Marci 7. dicitur, *relinquentes mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſ-* D *mata vrceorum & calicum, & alia ſimilia his facitis multa.* Vide Coloſſ.2.verſ.8.1.Timot.4.verſ.1.Titum 1.verſ.14.Ireneum lib.1.cap. 12. & lib.4. cap. 25.& 26. 11

*Quatuor ſūt traditionum genera.*

*Traditiones quas Scriptura reprobat qua ſint.*

Ad ſextum reſpondeo cum Vaſquez, diſp. 152. cap.5.impudenter Caluinum exemplis illis abuti: nam Scriptura non reprehendit Achaz, & Manaſſem,quòd nouis cæremoniis coluerint Deum: ſed quia fuerunt idololatræ: nam Achaz fecit in ſtar altaris idoli Damaſci,& altare Dei amouit dē loco ſuo,& in ſolo illo nouo altari ſacrificia offerri iuſſit:Manaſſes verò fecit altare vniuerſæ militiæ cœli. Vero autem Deo altare nouum erigere E prohibitum non erat:nam Salomon 3.Reg.8. nouum ædificauit altare,& Phariſęi,atque Scribę nō reprehenduntur à Chriſto,quòd adderent diuinis præceptis:ſed quia mandata,quæ aliis imponebāt, nolebant ſeruare,eáque anteponebant diuinis, & minora mandata Dei ſeruabant,maioribus neglectis,Matth.23. *Væ vobis, qui decimatis mentam, & anethum,& cyminum,& reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere,& illa non omittere.* 12

*Achaz & Manaſſes ideò reprehenſi ſunt, quia fuerunt idololatra.*

Ad ſeptimum reſp.nec leges diuinas,naturalē videlicet,& poſitiuam, nec leges ciuiles ſufficere ad cōmune bonum Eccleſiæ: ideò Eccleſiæ relictam



Digitized by Google

eſſe poteſtatem ad condendas leges Eccleſiaſticas. A

Ad octauum poſteà diſputando de iis, qui legibus ſubiiciuntur, exponemus, quomodò Paulus, dixerit, *iuſto non eſt lex poſita*.

Vide alia ſi placet in Cardinale Bellarmino 4. de Põti. locis citatis, præſertim ca. 17. 18. & tribus ſequentibus, & in Vazquez diſp. 152. ca. 5. qui latè reſpondet ad quatuor teſtimonia Sanctorum, quę hæretici pro ſe adducunt, c. autem 1. n. 3. & latiùs diſp. 154. c. 2. docet, Gerſonẽ, & Almainum qui pro hæreticorum ſententia à nonnullis citantur, lõgè aliter ſentire, eorum ſententiam explicabo diſp. de obligatione legis humanæ, ſect. 1. nunc ſolùm pro teſtimonio Origenis nota, ſolùm velle quòd prælati ſubditos magis amore, quã timore ducere debent, *in funiculis Adã*, &c. Oſeæ 11. non negat autẽ poſſe ſubditos legibus obligare, & pœnis, vbi opus fuerit, cohibere à peccatis: ſic enim Christus Matt. 21. & Ioan. 2. cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculo, omnes eiecit de templo, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit, & Petr. Act. 5. Ananiam & Sapphiram morte mulctauit, & Paul. 1. Cor. 5. nouercæ violatorem tradidit Sathanæ, & 1. Tim. 1. Alexandrum & Hymeneum, & 2. Theſſ. 3. inobedientem notare iuſſit, & cum illo non commiſceri, vt confunderetur.

*Explicatur ſententia Patrum ab Hæreticis allata.*

## SECTIO II.

*An in ſtatu innocentiæ, lege veteri, & ſcripta fuerit poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas, ſeu in ordine ad ſpiritualem finem.*

13 DIco primò, poteſtas ferendi leges ſpirituales, ſeu in ordine ad bonum animæ, & beatitudinẽ fuiſſet in ſtatu puræ naturæ. Hæc concluſio planè eſt de mente Victoriæ, relect. 1. de poteſt. Eccleſiaſt. qu. 3. nu. & propoſitione 5. vbi docet, poteſtatem ſpiritualem quantum ad aliquos effectus habuiſſe ortum à iure naturali, & humano: ſed in ſtatu puræ naturæ eſſet ius naturale, & humanum: ergo ex his iuribus poſſet oriri in aliquo poteſtas legiſlatiua ſpiritualis, ſeu ferendi leges ſpirituales. Probatur autem ratione ſumpta ex eodẽ Victoria, quia etiã poteſtas hæc neceſſaria eſſet in ſtatu puræ naturæ: in eo enim intelligeretur, Deum eſſe, ac remuneratorem, ac finem naturalem eſſe; ſi quidem id cognoſci poteſt ſola ratione naturali, vt cõſtat Rom. 1. tunc etiam intelligeretur Deum eſſe colendum: poſſet ergo Reſp. per ſe, vel per alios ab ea deſignatos, magiſtratus, Sacerdoteſq; deſignare pro rebus ſacris, & magiſtros, atque doctores rerum ad Dei cultum, ad animam, & ad futuram vitam pertinẽtium, & leges ad eoſdem fines neceſſarias, vel vtiles ferre: ſine quibus Reſp. non eſſet rectè inſtituta in ordine ad commune bonum animæ naturale, nec in ordine ad diuinum cultum, & poſſent homines reprehendi, ſicut reprehenduntur à Paulo Rom. 1. *quia cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deũ glorificauerũt, & quia ſeruierũt creaturæ potius quàm creatori*, &c. Et alioqui in ſtatu puræ naturæ non eſſet virtus moralis, religionis ad Dei cultũ ordinata: quare ſicut humana inſtitutione legimus fuiſſe Sacerdotes, Pontifices, & ſacrificia falſorum Deorum, & leges ad id ſpectantes apud Paganos; de quo multa Alexander ab Alexandro 2. dierum Genial. cap. 8. & Tiraquellus ibi, & D. Thomas qu. 92. art. 3. ita potuerunt eſſe in ſtatu puræ naturæ

*1. Conclu. Poteſtas ferẽdi leges ſpirituales fuiſſet in ordine puræ naturæ.*

*Virtus moralis religionis fuiſſet in ſtatu puræ naturæ.*

apud cognoſcentes, & colentes verum Deum, vt etiam fuerint humana inſtitutione apud aliquos eiuſmodi in natura lapſa: imò Victoria ibidẽ propoſitione, & n. 6. ait, totam poteſtatẽ ad prędictos effectus potuiſſe inſtitui à populo Iſraël, per auctoritatem cõpetentem ipſi ex iure diuino, etiamſi à Deo inſtituta non fuiſſet; nam cognito Deo, & maieſtate diuina per lumen naturale, vel fidei, põtuit populus conſtituere Pontifices, Sacerdotes, ſacrificia, cæremonias, & leges ad cultum diuinũ, & animæ bonum ſpectantes.

Vnde à fortiori dicendum ſecũdò eſt, eandem poteſtatem, & vſum eius futuram in ſtatu innocẽtiæ, ſi duraſſet, vt docet Victoria ibi q. 4. n. & prop. 1. Non enim eſt dubitandum, quin in ſtatu innocentiæ fuiſſet cultus diuinus, etiam exterior, cùm enim homo cõponatur ex anima, & corpore, conſentaneum eſt, vt vtriuſq; actionibus Deum colat. Item tunc etiam poſſent, & tenerentur homines attendere bono animæ, & beatitudini naturali alterius vitæ: ad hæc autẽ omnia, vel neceſſariæ, vel vtiles eſſent leges, magiſtratus, Sacerdotes, Pontifices, & alij ſacrorum & rerum ſpiritualium miniſtri: ergo ad hæc omnia eſſet poteſtas in Rep. etiam ſecluſo omni iure diuino poſitiuo per ſolũ ius ſimpliciter naturale, vel connaturale gratiæ, aut per ius humanũ ab his profectũ: alioqui etiam Reſp. non eſſet decora, pulchra, & benè inſtituta. 14

*2. Conclu. In ſtatu innocentiæ fuiſſet eadẽ poteſtas, ſi duraſſet.*

C Tertiò dicendum eſt cum eodẽ Victoria q. illa 4. n. & propoſ. 2. ſtatim poſt peccatum in lege naturæ fuiſſe, vel permanſiſſe in Rep. poteſtatem hãc ſpiritualem: quia tunc ex lumine naturali, & fidei cognoſceretur Deum eſſe, & remuneratorem naturalem, & ſupernaturalem eſſe, item eſſe à nobis colendum, & res animæ, & alterius vitæ quærendas: ad idq; neceſſarios fore Põtifices, Sacerdotes, magiſtratus & alios miniſtros, & leges accommodatas: ergo poſſent inſtitui eiuſmodi miniſtri, legeſque condi. Vnde Abel videtur fuiſſe Sacerdos: legimus enim Geneſ. 4. & Heb. 11. ſacrificiũ acceptum obtuliſſe, & Auguſt. lib. 9. ad Oroſium dicit, *Abel fuiſſe virginem, Sacerdotem & martyrẽ*, & Melchiſedech *erat Dei Sacerdos*; Geneſ. 14. vnde Chriſtus dictus eſt *Sacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedech*, Pſal. 109. & Heb. 6. Sem etiã, & omnes primogenitos tunc fuiſſe Sacerdotes, plurimi affirmant, ſimiliter autem potuerunt eſſe magiſtratus, & leges ſpirituales ex dictis iuribus procedentes, ſecluſo omni iure diuino poſitiuo: quamuis, vt ibidem n. & prop. 3. ſubiũgit Victoria, veriſimile ſit, ſpeciali inſtinctu, & reuelatione Dei ſupernaturali hæc eſſe cõſtituta; & iure diuino poſitiuo traditã Reip. poteſtatẽ ſpiritualẽ ad omnia iſta per ſe, vel alios faciẽda. Addo, fortè in ſtatu innocentiæ traditã fuiſſe, & poſt peccatum perſeueraſſe: & quando pauci erant homines, vt in ſtatu innocẽtiæ; vel circa tempora Adæ, & Noe, fortè ex cõſtitutione humana, vel diuina fuiſſe vnũ, qui toti generi humano poſſet huiuſmodi leges ferre: ſed hoc incertũ eſt: certũ autẽ, fuiſſe hanc poteſtatẽ ſaltẽ in toto ipſo humano genere, & in particularibus Rebuſpubl. reſpectu ſuorũ ſubditorũ, & cõſtitutis principibus, & magiſtratibus in illis fuit hęc poteſtas. Et ꝙ aliquando regia, & imperialis poteſtas ſimul fuit in eadẽ perſona, in qua erat ſummũ Sacerdotiũ, ſeu põtificatus, aliquãdo in diuerſis: ita poteſtas cõdẽdi leges in ordine ad res tẽporales, & ad ſpirit. aliquãdo fuerũt in eadẽ perſona, aliquãdo in diuerſis. 15

*3. Conclu. In ſtatu naturæ lapſæ fuit ſtatim eadem poteſtas.*

*Abel fuit virgo, Sacerdos, & martyr.*

*Poteſtas ferẽdi leges ſpirituales fuit in omni ſtatu.*

*4. Concl. In lege ſcripta fuit poteſtas ſpiritualis cõdendi leges ſpirituales.*

16 Quartò, dico cum Victoria ibi num. & prop. 4. & 5. in lege ſcripta fuiſſe poteſtatem ſpiritualem, ſcilicet ad condendas leges ſpirituales, & alia huiuſmodi ſpiritualia præſtanda. Patet, quia tunc fuere Pontifices, & Sacerdotes ex inſtitutione diuina: qui etiam poſt regum creationem permanſerunt: & quamuis Victoria illa pro. 5. & nu. 6. dubitet, an Sacerdotes poſſent ferre leges, & præcepta obligantia in foro animæ, eò quòd cùm Deus tot præcepta cęremonialia, & iudicialia tradiderit, quibus omnia tam diſtinctè & ſpeciatim erant inſtituta, non videbātur aliis humanis præceptis grauandi Iudæi: ſecus in lege Euangelica, in qua pauca Dei præcepta continentur: tamen ego nõ dubito, quin tunc Pontifices, & Sacerdotes potuerint pręcepta imponere circa res ſacras, & ſpirituales, ſaltem in iudicio: nam Deut. 17. dicitur, *qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, moriatur*, & Matth. 23. *Super Cathedram Moyſi*, &c. *Omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite.* Sed non ita certò cõſtat, nan potuerit tunc aliquid extra iudicium præcipere, & multò minus, an potuerint imponere pręcepta generalia perpetua, quæ vim & formam legis haberent: nam rectè intelligi poteſt poteſtas ſpiritualis iudicialis ſine extraiudiciali, & extraiudicialis ſine legiſlatiua: non quicumque poteſt imponere præcepta obligantia pro tempore, poteſt obligãtia in perpetuum, etiam ipſo defuncto, vel amoto ab officio, imò fortaſſe fuit hoc prohibitum Deut. 4. & 10. vbi prohibitum fuit aliquid addere diuinis præceptis: vnde Matth. 15. *Videntur reprehẽdi traditiones ſeniorum*, quas ſcilicet, ipſi addiderant tamquam nouas leges: quod ita videtur exponere Chryſoſtomus ibi hom. 52. ſentiens, ipſos Pontifices non potuiſſe fieri legiſlatores, ait enim: *innouatio ipſa non paruum erat crimen*, & infrà, *non habet auctoritatem legis, quod ab hominibus inuentum eſt: quacirca non legem, ſed traditionem hominum iniquiſſimorum appellat:* Hęc Chryſoſtomus, ex quibus conſtat ſecundum illum non potuiſſe ſeniores licitè, aut validè leges facere, & Matth. 23. hom. 73. ait, Chriſtum ibi dixiſſe, *vt ferrent, quæ Scribæ, & Phariſei dicerent: quoniam nõ ſua, ſed quæ per Moyſem Deus imperauit, prædicarent.* Et quamuis legamus, eo tempore fuiſſe nouas aliquas feſtiuitates humano præcepto inſtitutas, Eſther. 9. Iudith vltim. 1. Machab. 4. non tamen conſtat, præcepta ſeruandi eiuſmodi feſta, ex ſola Pontificum auctoritate manaſſe, an verò ex conſenſu, & voto totius populi: vnde 1. Machab. 4. *Statuit vniuerſa Eccleſia*, &c.

*Non quicumque poteſt imponere præcepta obligãtia pro tempore, poteſt obligantia in perpetuum.*

*Ex voto & conſenſu non erat prohibitum aliquid diuinis præceptis addere.*

Ex voto autem, & conſenſu totius populi aliquid diuinis præceptis addere prohibitum non erat. Propter hæc dicunt aliqui viri docti huius tempeſtatis, hanc opinionem ſine vllo periculo defendi poſſe, maximè cùm id Matth. 23. *Omnia quæ dixerint vobis*, &c. *ad præcepta diuina referãt multi patres*, quos citat & ſequitur Doctiſſimus Maldonatus. Matth. 23. nu. 2.

*5. Concluſ. Pontifices in lege veteri potuerunt leges in ſpiritualibus condere.*

17 His non obſtantibus dico quintò, ſaltem probabilius eſſe Pontifices, ſeu Sacerdotes ſummos illius temporis potuiſſe veras leges in ſacris & ſpiritualibus cõdere. Hoc ſignificat Victoria illo nu. 6. dicens, *Videtur dicendum de Sacerdotibus veteris legis, quòd haberent auctoritatem faciendi præcepta, & leges, vel ſaltem vim coactiuam ad inſtituendos miniſtros, & Leuitas, & pro tempore cogendi ad ſacrificia, & oblationes, & reliqua, quæ erant legis & diuini cultus:* hoc enim eſt, *habere auctoritatem, & eſſe Pontifices: & præcepta eius obligarent, nõ minus quàm præcepta regis.* Et quòd tunc impoſuerint eiuſmodi præcepta, probat ex Matth. 15. *Propter traditiones veſtras*, & Deut. 17. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio*, &c. Et Matth. 23. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ*, &c. *Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: non enim videtur loqui de præceptis legis diuinæ, cùm eſſent præcepta ſapientiæ diuinæ, quæ diſponit omnia ſuauiter: ſed de præceptis Pontificum, & Sacerdotum, vt exponit gloſ. ibi.* Hæc Victoria, nec eſt cur poteſtatẽ iſtam præcipiendi reſtringamus ad præcepta temporalia non habentia rationem legis, cũ textus abſolutè, & generatim dicat, *non obedierit*, & traditiones non temporalia præcepta: ſed in perpetuum lata, ſignificent: vnde Cardinalis Bellarminus 4. de Ponti. c. 16. in princ. ex illo loco Deut. colligit, *euidenter*, inquit, *Pontifices illos, ac proinde noſtros poſſe condere nouas leges, obligantes in conſciẽtia:* quod latius docet cap. 17. & D. Thomas Galat. 1. lect. 3. in fine, vbi id abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum, explicat cum gloſſ. de legibus humanis validè, & iuſtè latis in eo populo. Confirmatur, quia etiam præcepta iudicialia erant plurima in lege veteri: nihilominus tamen dignitas regia habebat poteſtatem cõdendi leges iudiciales: vnde Dauid 1. Reg. 30. quandam legem tulit: ergo & dignitas pontificia non erat ſine tali poteſtate, cuius vſus poterat eſſe opportunus: imò interdum neceſſarius in illa Rep. Confirmatur etiam, quia in qualibet Rep. iure naturæ ineſt poteſtas condendi leges in ordine ad cultum Dei, & bonum animæ: ergo in illa: decentius autem eſt in Pontificibus, quàm in aliis perſonis; ergo erat in illis, ſiue ex ordinatione diuina, ſiue ex humana. Aduertendum eſt tamen, hanc poteſtatem legiſlatiuam in illa Rep. fuiſſe imperfectam; quia ſolùm ſe extendebat ad populum Iudaicum, & eius proſelytos, qui pauci erant; nõ ad omnes fideles in toto orbe exiſtentes: qui illa poterant etiam licitè legem Moyſi non profiteri, & conſequẽter legibus Sacerdotũ non obligari. Poteſtas autẽ legiſlatiua, quæ eſt in Eccleſia Chriſti, extẽdit ſe ad omnes baptizatos, qui ſunt innumeri, & quales omnes tam fideles, quàm infideles eſſe tenentur. Deinde illa poteſtas Sacerdotum ſynagogæ, non fuit data, vt perpetuò duraret, ſicut nec lex Moyſi, qua finita, ſicut legitimi Sacerdotes ceſſarent, ita poteſtas illa: licet enim modò Iudæi ſuos habeant Sacerdotes: non tamen ſunt legitimi, nec obligare ſuos poſſunt, niſi fortè ad ritus, qui non habeant ſuperſtitiones Iudaicas, vel alias ſimiles prohibitas: & hanc vim obligandi non habent à Deo; ſed ſi illam habent, habent à Rep. poteſtas verò legiſlatiua competens Pontificibus Eccleſiæ, eſt à Deo, & in totum vniuerſum; vt colligit Innocentius III. ex eo quòd dixit Chriſtus, *paſce oues meas*, omnes autẽ ſunt, vel debent eſſe oues Chriſti; vnde ad omnes pertinet hæc poteſtas; eſt etiam perpetua ſicut Eccleſia ipſa. Matth. 16. *Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi*, &c. & cap. 18. *Ecce ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Item hæc poteſtas legiſlatiua adiũcta eſt in Sacerdotibus noſtris alteri poteſtati iuriſdictionis, & ordinis, habenti effectus ſupernaturales abſoluendi, ordinandi, & alia ſacramenta conferendi, conſecrandi corpus Chriſti, & conferendi indulgentias, & excommunicandi,

*Sap. 8.*

*Rex in populo Hebræo habebat poteſtatem condendi leges iudiciales.*

*Poteſtas legiſlatiua in populo Iudaico fuit valde imperfecta.*

*Sacerdotes Iudæorum nunc non ſunt legitimi.*

*Poteſtas legiſlatiua eſt iuncta poteſtati iuriſdictionis.*

Digitized by Google

nicandi, ſeu priuandi ſuffragiis Eccleſiæ, diſpēſandi in votis, & matrimonio rato: quod tamen non habebat poteſtas illa.

## SECTIO III.

*Vtrum hæc poteſtas legiſlatiua ſit à Chriſto immediatè omnibus Apoſtolis, & ſummis Pontificibus conceſſa, & cœtui Eccleſiæ.*

18 *1. Concluſio. Petro data fuit à Chriſto poteſtas legiſlatiua.*

PRIMA concluſio, hæc poteſtas immediatè à Chriſto data fuit Petro, eſt de fide ex Matth. 16. *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorū, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c.* quem locum latè & mirificè ponderat Cardinalis Bellarminus 1. de Pontif. cap. 10. & ſequentibus; idem patet ex Ioann. 21. *Paſce oues meas*, de quo loco agit optimè idem Cardinalis Bellarminus ibidem cap. 14. & ſequentib. nos tamen aduertimus, paſcere ibi ſignificare regere, & gubernare per leges & alia præcepta: vnde Pſalm. 2. vbi legimus, *Reges eos in virga ferrea*, Hebraicè, *paſces eos* & Iſai. 44. *Qui dico Cyro, paſtor meus es tu*: & 2. Reg. 5. *Tu paſces populum meum Iſraël, & eris princeps ſuper eum*, & verbum Græcum, quo vtitur Ioannes, planè ſignificat paſcere regendo, & præſidendo, & Homer. lib. 2. Iliados vtens eodem, vocat ſæpe Agamemnonem ποιμένα λαῶν, id eſt, *Paſtorem populorū*, & idem verbum eſt Matth. 2. vbi legimus, *Ex te erit mihi Dux, qui regat populum meum Iſraël*: ſumptū ex Mich. 5. vbi tamen verbum Hebræum meſchel משל dominari ſignificat, & Apoca. 19. *& ipſe reget eos in virga ferrea*, Græcè habetur idem verbum, quod Ioan. 21. ergo etiam hoc loco paſcere eſt regere, vt Auguſtinus interpretatur & Gregorius in paſtorali paſſim paſtores vocat rectores: dum autem apud Ioannem dicitur indefinitè, *paſce oues meas*, indicatur etiam, alios Apoſtolos eſſe paſcendos & regendos à Petro, quia ſunt oues Chriſti, & maiori proprietate quàm cæteri, qui magis ſunt agni quàm oues: ideò in cap. in nouo Teſtamento, & cap. ita dominus, diſt. 19. dicitur, Petro eſſe datam poteſtatem, vt capiti, cæteris verò, vt membris: idem habetur cap. omnibus, cap. manet, cap. cùm beatiſſimus, cap. loquitur, 24. q. 1. eadémque veritas, & Eccleſiæ traditio colligitur ex diſt. 96. & multis aliis locis decretorum; vide Cardinalem Bellarminum 1. de Pontif. cap. 16.

*Paſcere idem eſt quod regere, & gubernare Græcum verbum eſt ποιμαίνειν.*

19 *2. Concluſio. Hæc poteſtas data eſt aliis Apoſtolis, ſed minus perfectè quam Petro.*

Secunda concluſio, hæc poteſtas aliis Apoſtolis data eſt immediatè à Chriſto: minus tamen perfectè quàm Petro, & nomine Apoſtolorum certum eſt in hac parte comprehendendum eſſe Paulum; & aliqui idem probabile putant de Barnaba, de quo vide gloſſ. cap. in nouo, diſt. 21. Prior pars concluſionis eſt contra Turrecrematam 2. ſummæ, cap. 54. & Iacobatiū 10. de conciliis art. 7. aſſerentes, Apoſtolos non à Chriſto immediatè, ſed à Petro iuriſdictionem accepiſſe. Sed noſtram ſententiam docent Victoria relect. 2. de poteſt. Eccleſ. qu. 2. num. 9. & 10. Caſtro. 2. de iuſta hæreti. pun. cap. 24. Caietanus tract. de auctoritate Papæ, & Concilij cap. 3. Sotus 4. d. 20. quæſt. 1. art. 2. Franciſcus Vargas libello de hac iuriſd. Herpæus lib. de poteſt. Papę, Gabriel lect. 3. in canon. Bonauentura, Albertus, Durandus, & alij 4. diſt. 18. 20. aut 24. Cardinalis Bellarminus 4. de Pontif. cap. 24.

A & lib. 1. cap. 9. Suarez 3. par. tomo 4. diſp. 16. ſect. 3. nu. 30. & alij communiter, eſtque certa. Probatur primò ex Matth. 18. vbi Chriſtus omnibus Apoſtolis dicit, *quæcumq; ligaueritis*, &c. nam vnus modus ligandi eſt per præcepta, iuxta id Matthæi, 23. *alligant onera grauia.* Secundò ex Ioanne 20. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*: quibus verbis patet, Apoſtolos factos fuiſſe Vicarios Chriſti, & generales legatos eius pro toto vniuerſo, & officium eiuſdem Chriſti accepiſſe, iuxta id 2. Cor. 5. *pro Chriſto legatione fungimur*, & ideo omnibus dixit Chriſtus Matth. vlt. *euntes in mundum vniuerſū*, & Paul. 2. Cor. 11. *inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarū*, ſcilicet, quia omnibus præerat auctoritate à Deo accepta: nam profitetur, ſe hanc poteſtatem habere, & à Domino accepiſſe, 1. Cor. 4. 2. Cor. 10. & 13. 1. Theſ. 4. *Scitis, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum*, & Gal. 1. *Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, nec quì per hominem: ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem*, & ibidem, *cum autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam ſuam, continuò non acquieui carni, & ſanguini, nec veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum: Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum*, ergo non à Petro accepit iuriſdictionem: vnde cap. 2. *mihi enim, qui videbantur eſſe aliquid, nil contulerunt.* Actorum etiam 1. patet, Matthiam non fuiſſe ab Apoſtolis electum, nec datam ei vllam auctoritatem: ſed imploratà diuinitus, & impetrata electione eius, mox inter Apoſtolos annumeratum. Certè ſi Apoſtoli omnes à Petro habuerunt iuriſdictionem, in Matthia maximè id oſtendi debuiſſet omnes: ergo immediatè à Chriſto poteſtatem iuriſdictionis acceperunt, vt etiam patet ex cap. loquitur Dominus 24. qu. 1. ſumpto ex Cypriano, lib. de vnitate Eccleſiæ ſeu de ſimplicitate prælatorum, dicente, *loquitur Dominus ad Petrum, tibi dabo claues regni cœlorū, & iterū poſt Reſurrectionē ſuam dixit, Paſce oues meas: & quamuis Apoſtolis omnibus poſt Reſurrectionē ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, vt vnitatē manifeſtaret, vnā cathedram inſtituit*, &c. Similia habētur in aliis canonibus eadē cauſa & qu. Anacletus ep. ad omnes Epiſcopos Italiæ relata cap. in nouo 21. d. ait, *ceteri Apoſtoli cū Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt.* Tertiò probatur, quoniā Apoſtoli à ſolo Chriſto facti ſunt, vt patet Luc. 6. *Vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit*, & Ioan. 6. *nonne ego vos duodecim elegi.* Vide etiā Marci 3. verſ. 13. & 14. quòd autem Apoſtoli habuerint iuriſdictionem, patet tum ex geſtis Pauli, qui 1. Cor. 5. excommunicat, & 1. Cor. 6. 7. 11. & 14. & alibi paſſim leges conſtituit, tum quia Apoſtolica dignitas eſt prima in Eccleſia, vt patet 1. Cor. 12. & Epheſ. 4. *Et quoſdam quidem poſuit in Eccleſia, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas*, &c. Vide D. Thomam 1. Cor. 12. Nec mirum, quòd antequàm eſſent Sacerdotes, vel Epiſcopi, ordinati enim ſunt in cœna, vt docet Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 1. habuerint iuriſdictionē: Dominus enim variis temporibus varias contulit Apoſtolis poteſtates, & præcipuè Ioan. 20. abſolutè, quod ante paſſionem inchoauit, & Epiſcopi, & Pontifex ſummus ante cōſecrationem, & poteſtatem ordinis poteſt habere iuriſdictionem. Confirmatur, nam auctore D. Tho. 1. Cor. 12. ad officium Apoſtolorum primò,

*Apoſtoli facti ſunt Vicarij Chriſti.*

*Chriſtus Paulo omnium Eccleſiarum curam commiſit.*

*Matthias non habuit iuriſdictionem ab Apoſtolis.*

*3. Prob. Apoſtoli omnes habuerūt iuriſdictionē.*

*Chriſtus Apoſtolis varias contulit diuerſis temporibus dignitates.*



Digitized by Google

& potiſſimè ſpectat gubernare Eccleſiá; quæ ſine poteſtate ferendi leges mancaeſſet: ſed Apoſtoli cum numeris immediatè acceperunt à Deo: ergo & poteſtatem legiſlatiuam in totam Eccleſiam.

*4. Prob.*

Quartò probatur, quia ad fundandam Eccleſiam neceſſaria erat hæc poteſtas: Chriſtus autem per ſeipſum immediatè contulit omnibus Apoſtolis omnia neceſſaria ad fundandam Eccleſiam non collectiuè, & per modum collegij, ſed diuiſiuè, ſiue diuiſim, ac perſonaliter: quia ex vi ſui muneris, & vocationis ſeparandi erant, & diſpergendi in vniuerſum: ergo neceſſe erat, vt ſinguli irent cum poteſtate plantandi Eccleſias, creandi Epiſcopos, & ordinandi, ac præcipiendi omnia neceſſaria: ergo cum poteſtate legiſlatiua in ſolidum, & hoc ſignificant verba Chriſti, *Euntes docete, &c.* & Matth. 28. *Ego mitto vos:* Ioan. 20. vnde, licet Act. 15. Apoſtoli congregati fuerint in vnum ad ſtatuendum de legalibus: non id fecerunt, quia id ad vſum iuriſdictionis ſuæ eſſet neceſſarium: ſed ad maiorem ſatisfactionem fidelium, præſertim Hebræorum: ſicut Paulus aſcendit Hieroſolymam ad conferendum ſuum Euangelium: non quia illi neceſſarium erat ad non errandum: habebat enim infallibilem aſſiſtentiam Spiritus ſancti: ſed propter exemplum, & maiorem vnionem, & pacem, & præcipuè propter ſubordinationem ad Petrum.

*Cur Apoſtoli Hieroſolymis pro legalibus conuenerunt.*

20 Secunda pars concluſionis ſumitur ex patribus citatis concluſione 1. aſſerentibus, hanc poteſtatem datam Petro, vt capiti; aliis vt membris: nam ſub his membris etiam alij Apoſtoli comprehenduntur, vt & ſub verbis illis *paſce oues meas*, Ioann. 21. & hoc fuit neceſſarium ad perfectá vnitatem Eccleſiæ: quia non eſſet perfectè vnum corpus ſine capite, nec cum multis capitibus: illud enim imperfectum; hoc monſtruoſum eſſet, vt notauit Cyprianus libr. de vnitate Eccleſiæ, & ſimplicitate prælatorum. Sumitur eadem pars etiam ex Auguſtino tract. 123. & vlt. in Ioan. & 1. de patientia Chriſtiana cap. 15. Hieronym. 1. contra Iouinian. Leone ſerm. 3. aſſumptionis ſuæ.

*Petro poteſtas data eſt vt capiti, aliis vt membris.*

Conſiſtit autem diuerſitas hæc primo & præcipuè in hoc, quòd Petro poteſtas data eſt pro ſe, & ſucceſſoribus in perpetuũ ſuper totum orbem; aliis verò per modum cuiuſdam legationis perſonalis, & muneris finiendi cum eorum vita: ita ſumitur ex patribus citatis, & ex nonnullis citandis concluſione ſequenti, & ipſo vſu: nam Apoſtoli non creabant Apoſtolos, ſed Epiſcopos; nec eis ſucceſſit aliquis cum iuriſdictione in vniuerſum orbé, vt Petro, cuius ſedes propterea dicitur Apoſtolica; quia, cùm Eccleſia futura eſſet perpetua, eius regimen perpetuò erat duraturum: quod quidem Petro, & eius ſucceſſoribus collatum eſt. Alij verò Apoſtoli cùm hac ampliſſima iuriſdictione ſolùm fuerant initio Eccleſiæ neceſſarij, donec in omnem terram exiret ſonus eorum: ideò Eccleſia ſufficienter fundata, ceſſauit illa dignitas, perſeuerauit autem Petri principatus, & primatus. Hoc ſignificauit Chriſtus in eo ſingulari modo, quo Petrum aliis præpoſuit. Secundò quia Petrus poterat alios Apoſtolos ſuis legibus obligare, illi autem non poterant obligare illum, immò nec Coapoſtolos: quia erant omninò pares, par autem in parem non habet imperium; vt dixit Innocentius ca. innotuit, de electione: vnde Clemens 1. epiſt. 1. ad Iacob. & refertur cap. in illis, 80. diſt. *Nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus*

*Apoſtolis & Petro in quo conſiſtat diuerſa iuriſdictio à Chriſto collata.*

*Sedes Romana cur dicitur Apoſtolica.*

A *præfuit*: hinc etiam, vt ait Victoria ſuprà, ad Petrum pertinebat Concilia œcumenica cogere, videlicet etiam obligando Coapoſtolos, vt venirent ad illa; & gloſſ. dict. cap. in illis verbo, par, ait, non fuiſſe parem Apoſtolorum inſtitutionem quoad adminiſtrationem: licet fuerit par quoad conſecrationem: & alij dicunt, ſi fortè contraria præciperent, (quod tamen numquam accidiſſe credo) præceptum Petri præualiturum. Tertiò quia Petrus ſecundùm aliquos, quibus tamen videtur aduerſari Cardinalis Bellarminus 4. de Pontif. cap. 24. ratione 5. aliorum poteſtatem ex cauſa poſſet reſtringere, & coarctare, & eorum leges reuocare: illi verò non poterant id facere erga Petrum; imò nec B erga alios Apoſtolos, quamuis quiſque poſſet ex cauſa in aliorum legibus diſpenſare. Hæ excellentiæ probantur ex munere ſummi Pontificis, & paſtoris, quod Petro collatum eſt, & ex ſubordinatione requiſita ad perfectam vnitatem Eccleſiæ; imò veriſimile nonnullis videtur, cæteros Apoſtolos raro, vel numquam tuliſſe leges, quæ totam Eccleſiam obligarent, niſi ex conſenſu, & acceptatione Petri: vel eas tuliſſe in prouincias eas, quibus prædicabant, & poſteà ſciente, & conſentiente Petro, ad alias Eccleſias deriuatas fuiſſe: cum ergo legeris apud Cyprianum ſuprà, vel alios Patres, omnes Apoſtolos fuiſſe pares, intellige quantùm ad dignitatem Apoſtolicam, & extenſionem C iuriſdictionis in reliquas partes Eccleſiæ: non tamen abſolutè; quia dignitas ſummi Pontificis fuit propria Petri. Errauit ergo gloſſ. cap. in nouo diſt. 21. dicẽs, Petrum ab aliis Apoſtolis fuiſſe electum in caput. Nec obſtat in eodem textu dici Apoſtolos alioqui pares in honore, & poteſtate, Petrum principem ſuum eſſe, voluiſſe: intelligitur enim de voluntate conſequente, ſeu approbationis: & ſatis conſtat de mente Pontificis.

*Apoſtolorum inſtitutio non fuit par per omnia.*

Tertia concluſio, ſummus Pontifex immediatè accepit à Chriſto poteſtatem legiſlatiuam. Concluſio eſt definita in Florentino ſeſſ. vltim. in litteris vnionis: Concilio Lugdunenſi ca. vbi periculum, de electione, § cæterum, Bonifacius cap. vnã ſan- 21
D ctam, de maioritate & obedientia; Tridentino ſeſſ. 14. cap. 7. Anacletus epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos, cap. 3. refertur cap. 2. ſacroſancta Romana 22. diſt. Leone I. ſer. de anniuerſario aſſumptionis ſuæ ad Pontificatũ, Athanaſio ep. ad Felicem Papã, Chryſoſtomo 2. de ſacerdo. non longè à principio. Probatur: nam quòd habeat hanc poteſtatem eſt de fide, ex communi conſenſu, & traditione Eccleſiæ, & ex dictis ſuprà, & ſtatim afferendis: quòd autem habeat immediatè à Chriſto, docent omnes Doctores locis citatis concluſ. 2. & paſſim alibi: & ſine errore negari non poteſt: nam Chriſtus dedit hanc poteſtatem Petro pro ſe, & ſucceſſoribus, in illis verbis, *ſuper hanc petram, &c.* & *paſce oues meas*: E vnde Anacletus ſuprà, *Romana*, inquit, *Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino primatum obtinuit*: & probat ex illis verbis, *ſuper hanc petram*, &c. idem Gelaſius cap. quamuis, diſt. 21. vide Innocentius 1. epiſt. 26. ad Concilium Mileuitanum, quę eſt 93. inter epiſt. Auguſtini, & refertur cap. quoties, 24. quæſt. 1. Petrum ſe appellat dicens, *Non niſi ad Petrum, id eſt, ad ſui nominis & honoris auctorem, &c.* & in cap. ſignificaſti, de electione dicitur leges Romani Pontificis nõ pendere à Conciliis: ſed Concilio rum ab ipſo, & inſinuatur ratio: quia poteſtas illius ſedis eadem eſt cum poteſtate Petri, & can-

*3. Concluſ. Pontifex ſummus accepit à Chriſto poteſtatem legiſlatiuam.*

*Romana Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino primatum obtinuit.*

nouit,

nouit, de iudiciis, de eodem dicitur: *cùm non humanæ conſtitutioni: ſed diuinæ innitatur: quia poteſtas neceſſaria non ex homine: ſed ex Deo eſt*, idem in cap. quanto, cap. licet & fere toto tit. de tranſlat. epiſc. & quid moror? videatur Cardinalis Bellarminus 2. de Pontif. cap. 12. & pluribus aliis, vbi copioſiſſimè probat, Romanum Pontificem Petro ſuccedere in Eccleſiaſtica Monarchia, non iure humano, ſed diuino. Hinc Pontifex dicitur Chriſti vicarius: non autem Petri, ſed ſucceſſor, dicitur etiam habere plenitudinem poteſtatis, cap. ad honorem, de vſu pallij cap. decreto, 2. quæſt. 6. & Nicolaus Papa cap. vlt. 9. quæſt. 3. ait, *per principalem Apoſtolorum Petri, & Pauli dexteram, & poteſtatem, & ius habuimus*, &c. & Agatho Papa cap. ſic omnes, 19. diſt. *ſanctiones Apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt tamquam ipſius diuina voce Petri firmatæ.*

*Pont. Max. nō dicitur Vicarius Petri, ſed ſucceſſor.*

22 Probatur etiam ratione: quia hæc ſucceſſio non eſt iure ſanguinis, aut hæreditario: ſed per electionem: electores autem non dant huiuſmodi poteſtatem: quia coniuncta eſt cum poteſtatibus & priuilegiis verè ſupernaturalibus definiendi infallibiliter in rebus fidei, & aliis huiuſmodi prærogatiuis, & priuilegiis, quæ ſolus Deus cōferre poteſt, aut potuit, non Petrus, nec alij particulares homines, nec tota ipſa Eccleſia: ille qui dat ea priuilegia capiti Eccleſiæ, dat omnem poteſtatem iuriſdictionis, requiſitam ad rectam Eccleſiæ gubernationem: quamuis poteſtatem legiſlatiuam potuiſſet Deus cōcedere mediatè Petro, vel Eccleſia ſi voluiſſet, tamquam mediante cauſa principali morali, dando facultatem Petro, vel Eccleſiæ, vt ſuam iuriſdictionem in alium transferre poſſent: imò Eccleſia ſecluſa omni inſtitutione Chriſti, poſſet creare ſibi legiſlatorem ſpiritualem, vel per ſeipſam condere ſibi leges ſpirituales, vt diximus, in lege naturæ & Moyſis: in ordine tamen ad totam poteſtatem ſpiritualem, quam habet Pōtifex, tantùm habet Eccleſia nudum electionis miniſterium, & ipſa proponente, & applicante, aut deſignante materiam, Deus inducit vniuerſæ auctoritatis formam: Petrus etiam conditionem poſuit, ſeu diſpoſitionem, qua poſita omnes Romani Pōtifices hanc poteſtatem haberent collocādo ſuam ſedem Romæ: nam Deus ſtatuerat, ſucceſſores in Epiſcopatu Petri fore ſummos Pontifices: & hoc intendit Adrianus Papa, epiſt. ad Imperatores, quæ refertur memb. 7. ſynodo dicens, *Petrus Apoſtolus ſecum principatum ſucceſſoribus ſuis perenniter reliquit: quemadmodum ipſi à Chriſto conceſſum eſt:* idem optimè explicatur in eadem ſynodo, in quadam epiſtola Ignatij Patriarchæ ad eumdem Adrianum.

*Papa non habet ſuam poteſtatem per electionem, ſed ſibi à Deo conceditur.*

*Petrus ſuum principatum ſucceſſoribus ſuis reliquit.*

23 Vnde falſa eſt quorundam canoniſtarum opinio, quam refert Turrecremata cap. 2. §. ideo, diſt. 4. art. 2. dicentiū, non poſſe Pontificem leges condere ſine conſilio & conſenſu Cardinalium, præſertim in rebus grauioribus, & fortaſſe ſumebant argumētum ex vſu: ſolent enim Pontifices in propriis motibus, & bullis, ſeu conſtitutionibus dicere, *de fratrum noſtrorum conſilio.* Sed hoc omninò falſum eſt: nam Chriſtus abſolutè dixit Petro, & in eo ipſius ſucceſſoribus, *paſce oues meas*, & non poſuit illam poteſtatem tantùm in collegio Pontificis, & Cardinalium: quod ſumitur ex iuribus citatis, & expreſſius ex cap. cuncta per mundum, 9. quæſt. 3. & cap. duo ſunt, 96. diſt. & cap. 2. de præbendis in 6. & eſt communis ſententia, vt refert Turrecremata ſuprà, & Decius rubr. de conſtitut. lectura 1. quæſt. 3. Accedit, quòd antiquior eſt & immutabilior poteſtas hæc, & vſus eius, quàm cōſilium Cardinalium, de quo alibi.

*Pontificem nō poſſe ſine aſſenſu Cardinalium leges condere falſū eſt.*

24 Reſtat, vt explicemus, an hæc poteſtas legiſlatiua ſit immediatè in cœtu Eccleſię. Petrus Martyr hæreticus in comment. ad cap. 5. fatetur, in Eccleſia eſſe virgam ad puniendum: non tamen eſſe in vno aliquo homine, vt Romano Pontifice, vel in alio Epiſcopo. Sed in cœtu Eccleſię: ex quo ſequitur, poteſtatem legiſlatiuam non eſſe in Romano Pontifice, quia ſine poteſtate puniendi otioſa eſſet, & vana. Illyricus centuria 1. lib. 2. cap. 7. & lib. de Epiſcoporum electione, & ex Catholicis, Cardinalis Cameracenſis, Gerſon, Almaynus tractatibus de poteſtate Eccleſiæ, Nicolaus Cuſſanus tractatu de concordia canonica lib. 2. cap. vltim. Abulenſis Matth. 18. quæſt. 108. & in defenſione trium concluſionum, Cardinalis Florentinus, & Panormitanus cap. ſignificaſti, de electione, omnē poteſtatē ſoluendi, & ligandi tribuiſſe Chriſtū immediatè Eccleſiæ docent. Suadetur primò ex Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus*, &c. Ergo Eccleſia eſt, quæ facultatem habet excommunicandi, &c. Vnde 1. Cor. 5. *Ego quidem abſens corpore: præſens autem ſpiritu, iam iudicaui, vt præſens, eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu.* Tertiò ex Act. 15. *Placuit nobis collectis in vnum mittere ad vos, &c. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis:* Ergo Concilium generale repreſentans vniuerſalem Eccleſiam, habebat immediatè illam poteſtatem. Vnde Concilium Conſtantienſe ſeſſio. 4. ſtatuit. *Quòd ipſa ſynodus in ſpiritu Sancto legitimè congregata, vniuerſale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcumque ſtatus & dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in iis, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ in capite, & in membris:* & ſeſſione 6. in citatione contra Hieronymum de Praga, & ferè in omnibus aliis ſeſſionibus Concilium illud aſſeruerat, repræſentare vniuerſalem, & Catholicā Eccleſiam: quod etiam ait Concilium Baſilienſe ſeſſ. 1. 2. & 3. immò & definit, quod ex Conſtant. ſeſſ. 4. adduximus.

*Quæſtio difficilis an Concilium ſit ſupra Papam, & primò qui teneant partē aientem.*

*1. Argum.* *2. Argum.* *3. Argum.*

Quartò, Concilium generale poteſt leges ferre: & non auctoritate alicuius creaturæ: ergo Dei ſibi immediatè conceſſa. Quintò Reſpublica temporalis habet immediatè poteſtatem legiſlatiuam: ergo credibile eſt eandem datam eſſe Eccleſiæ dilectæ à Deo, à quo eſt etiam data Reip. temporali: *Non enim eſt poteſtas niſi à Deo*, Rom. 13. ſic enim Eccleſia melius ſibi proſpicere poterat. Sextò alioqui defuncto Pontifice non poſſet Eccleſia leges condere: quia ab illo ſecundùm aduerſarios pendet omnis poteſtas Eccleſiaſtica.

*4. Argum.* *5. Argum.* *6. Argum.*

25 Dicendum tamen, nullam poteſtatem eſſe immediatè in cœtu Eccleſiæ. Sic omnes Theologi huius temporis, quos diligenter recenſet Bellarm. 2. de conſiliis cap. 14. & ſequentib. id probans. Adde Victoriam relect. 2. de poteſtate Eccleſiæ qu. 1. num. 4. & quæſt. 2. num. 7. Molinam tomo 1. iuſtit. tract. 2. diſp. 21. Suadent aliqui ex 1. Corin. 12. *Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus, vbi odoratus? nunc autem poſuit Deus membra, vnumquodq; eorum in corpore, ſicut voluit. Sic,* inquit Paulus, *poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecūdò* Prophe

*Nulla poteſtas eſt immediatè in cœtu Eccleſiæ, & proinde Papa eſt ſupra Concilium.*

Digitized by Google

*Prophetas*, *tertiò Doctores*, *deinde virtutes*, &c. qua latè explicat Salmeron ad illum locum diſput. 20. Addit Paulus, *nunquid omnes Apoſtoli*, &c. & Epheſ. 4. *ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos*, *alios verò Euangeliſtas*, &c. & Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. *ſiquis omnes Chriſtianos promiſcuè noui Teſtamenti Sacerdotes eſſe*, *aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmat: nil aliud facere quàm Eccleſiaſticam Hierarchiam*, *quæ eſt*, *ſicut caſtrorum acies ordinata*, *confundere*. Confirmatur, quia poteſtas hęc, cùm ſit ſpiritualis, & ſupernaturalis, ſolùm conuenit iis, quibus data eſt à Chriſto, vt patet ex teſtimonio Pauli citato, & Epheſ. 4. *Vnicuique noſtrũ data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti*: ideo appellatur caput Eccleſiæ, Epheſ. 1. & Coloſ. 2. *qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis*: Sed hæc poteſtas nõn eſt data à Deo cæteri Eccleſiæ: nullum enim eſt teſtimonium Scripturæ, nulla traditio, ex qua poſſit hoc demonſtrari: ergo. Et alioqui Pontifex nõ eſſet Chriſti Vicarius, cùm non habeat poteſtatem, quam Chriſtus in Eccleſiam; ſed potius Eccleſiæ cœtus; conſequens eſt abſurdum: nam inter errores Vvicleph damnatos in Conſtantienſi, ſeſ. 8. & à Martino 5. in bulla, quæ habetur ſeſſ. vlt. 37. eſt, *Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſathanæ*, *nec Papa eſt proximus*, *& immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorum*. Item inde ſequeretur, fœminas habere poteſtatem, & iuriſdictionem in Eccleſia, ſicut viri: quia ſunt de cœtu Eccleſiæ, cõtra Paulum dicentẽ, 1. Cor. 14. *Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui: ſed ſubditas eſſe, ſicut lex dicit*. *Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent: turpe eſt enim mulieres loqui in Eccleſia*, & 1. Tim. 2. *mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione*, *docere autem mulierem non permitto; nec dominari in virum: ſed eſſe in ſilentio*.

*Non omnes in Eccleſia pari ſunt poteſtate præditi.*

*Pontifex cur ſit Chriſti Vicarius.*

*Fœminæ non habent poteſtatem in Eccleſia.*

26 Ad 1. argumentum reſpondeo, nomine Eccleſiæ Apoſtolos, & eorum ſucceſſores intelligi: quibus ſtatim dixit Chriſtus, *quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata*, &c. Et Eccleſiæ vſus docet, peccatores inobedientes, non ad totam multitudinem: ſed ad eos, qui poteſtatem habent ligandi & ſoluendi, eſſe deferendos; & alioqui doctrina illa Chriſti oneroſa, & nullius momenti eſſet, & numquam poſſet obſeruari: cùm fieri non poſſit, vt ſingulis Chriſtianis, qui numero ſunt penè infiniti, & locorum interuallis longè latèque diſtantes, dici poſſit: nec, ſi poſſet, iuuaret: quid enim imperiti artifices, fœminæ, & reliqua vulgi multitudo peccatorum faceret?

*Ad 1. argum. Reſponſio ad argumẽta cõtraria Apoſtoli & eorũ ſucceſſores Eccleſiæ nomine intelliguntur.*

Ad ſecundum reſpondeo, ex verbis Pauli cõſtare, ipſum, non totam Corinthiorum Eccleſiam ſceleſtum illum excommunicaſſe: quod verò ſubiungit, *congregatis vobis, & meo ſpiritu*, ſolùm inſinuat, totam multitudinem, vt moris erat, iudiciũ exercuiſſe 1. Tim. 5. *peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant*.

Ad tertium reſpondet Victoria relect. 2. de poteſtate Eccleſ. ex Caietano 1. parte apolog. de comparat. Papæ & Concilij cap. 6. in Concilio eſſe poteſtatem ad ferendas leges pro tota Eccleſia, intellige ferè, quia ibi cõcurrunt prælati ferè omnes Eccleſiæ, & quolibet obligante ſuam diœceſim, manet ferè tota Eccleſia obligata, donec in qualibet diœceſi Epiſcopus proprius, vel eius ſucceſſor legem reuocauerit. Quæ poteſtas non conuenit Concilio, eò quòd repreſentet vniuerſalem Eccleſiam: ſed quia ſingulis ſtatuẽtibus quod ſin-

*Prælati in Concilio quomodo obligent totam Eccleſiam.*

A gulariter poſſunt, fit obligatio illa ferè vniuerſalis: quæ aliàs diœceſes non attingit, & hoc non poſſunt ex immediata commiſſione Chriſti conceſſa concilio vel Eccleſiæ vniuerſali in omnes fideles: nec ex ſpeciali, & noua commiſſione Pontificis: ſed ex officio ſuo. Hæc doctrina vera eſt, & ſine fundamento à nonnullis iunioribus, qui eam non intellexere, repræhenditur: tamen non eſt ad rem: quia hoc non eſt Concilij legitimi, vt ſic: nam quicumque prælati quomodocumque congregarentur, idem efficere poſſent: & quia hoc non eſt poſſe leges ferre, quæ totam Eccleſiam adſtringãt. Vnde ad argumentum aliter reſpondeo, conciliũ generale nullas leges ferre poſſe, quibus tota Re-B ſpub. Chriſtiana obligetur, niſi Concilio præſit Papa, & conſentiat: aut niſi ab ipſo Pontifice ea poteſtas fuerit Concilio delegata: tunc enim quod maior pars Concilij decreuerit; ratum erit, & pro lege habebitur ſi Concilium poteſtatem ſibi à Põtifice delegatam non exceſſerit, quare Suarez 3. p. tom. 5. diſput. 2. ſect. 2. nu. 2. ait, vt Concilij leges Eccleſiam vniuerſalem obligent, auctoritatẽ Pontificis illud congregantis & confirmantis expoſcere. Exiſtimo tamen cum aliis confirmationem ſufficere, & à Pontifice decerneri, vt eius ſtatuta ſeruentur.

*Concilium generale nõ poteſt leges ferre quæ totã Chriſtianã Remp. obligent.*

Et in Concilio illo Hieroſolymitano Apoſtolorum princeps Petrus interfuit ſimul cum aliis C Apoſtolis, qui à Chriſto auctoritatem habebant ferendi leges in vniuerſam Eccleſiam: quod verò dicant, *Placuit nobis collectis in vnum*, nullum eſt argumentum ad aſſerendum, poteſtatem ferendi leges immediatè collatam eſſe à Concilio: ſed ſolum ex vnanimi Apoſtolorum conſenſu, qui ibi erant congregati, geſtum illud fuiſſe. Cõſtantienſe & Baſilienſe non obſtant: quia non ſunt quoad illud decretum approbata, & quia poſſunt in bonam partem interpretari, vt vniuerſalem Eccleſiã concilium repreſentet, non quia ab Eccleſia poteſtatem vllam habeat: ſed quia, vt patres, & paſtores, ouium ſuarum curam habent, & cùm non cõſtat de vero Pontifice, nec facilè conſtare poſſit, D poteſtatem habent ad impediendum, ne fortè falſus Pontifex pro vero habeatur.

Ad quartum negatur maior.

Ad quintum Reſpondeo, non eſſe ſimile: quia cùm nemo natura ſit Rex, poteſtas naturalis, & primæua ferendi leges non in Rege, ſed in Rep. & communitate eſſe debuit: ſed poteſtas communiter ad Reges tranſlata eſt: quia regimen Monarchicum populari præſtat: ob id Chriſtus nõ communitati Eccleſiæ: ſed principi poteſtatem hanc immediatè contulit: vt oſtẽdit doctè Bellarminus 1. de Rom. Pontif. cap. 9. & breuiter Molina 2. iuſt. tract. 2. diſp. citat.

*Poteſtas ferendi leges à Monarchico ſtatu in Regem trãſlata eſt.*

E Ad ſextum reſpondeo, id non eſſe incõueniens: quia facilè eligi poteſt quoties electus antea moriatur, vel Pontificatum renuntiet.

## SECTIO IIII.

*An Chriſtus poteſtatem legiſlatiuam immediatè contulerit 72. diſcipulis, & modo conferat omnibus Epiſcopis.*

27 QVOD attinet ad ſeptuaginta diſcipulos quidam cum Cardinale Bellarmino 1. de clericis c. 14. meritò dicunt, Chriſtũ non contuliſſe illis hanc poteſtatem: non enim eſt vnde

*Septuaginta duobus Diſcipulis nullam Chriſtus dedit poteſtatem legiſlatiuam.*

Digitized by Google

vnde id colligi poſſit, ſi quidem ſolis Apoſtolis dixit Chriſtus, Ioã. 20. *Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.* Et quando Chriſtus dedit illam poteſtatem Apoſtolis, ſemper aberant alij diſcipuli, & doctiſſimus Maldonatus, Lucæ 10. verſ. 1. explicans id, *Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos; manifeſtum,* inquit, *ex hoc loco eſt: idq́; veteres non fugit auctores, voluiſſe Chriſtum in Eccleſia ſua aliquod perſonarum eſſe diſcrimen: & inter Eccleſiaſticos miniſtros, alios aliis eſſe ſuperiores: nec enim eodem tempore, nec numero, nec gradu Apoſtolos, & Diſcipulos elegit.* Ex ſeptuaginta duobus diſcipulis vnus erat Ioſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, alter verò Matthias, vt conſtat Act. 1. verſ. 21. & 23. Hos autem Apoſtoli ſtatuerunt, vt ex illis vnus in Apoſtolum eligeretur; ergo Diſcipuli minores erãt Apoſtolis ordine, gradu, & dignitate, & ſic non habuerunt iuriſdictionem in totã Eccleſiam: quod etiam probat Victoria, relect. 2. de poteſt. Eccleſ. qu. 2. nu. 12. quia Philippus, qui Acto. 8. baptizauit Eunuchum, fuit ex ſeptuaginta duobus Diſcipulis; & ſimiliter ſeptem Diaconi electi ab Apoſtolis: tamen non fuere Sacerdotes: ergo non habuerunt à Chriſto iuriſdictionem ſpiritualem ad ferendas leges, &c. Idem probat, nam Ioſeph qui cognominatus eſt Iuſtus, erat vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis Act. 1. tamen Act. 4. poſt Aſcenſionem Domini Leuita appellatur: non eſt autem credendum, hanc poteſtatẽ Leuitæ traditam eſſe, ſed Sacerdoti: ergo Chriſtus non contulit immediatè ſeptuaginta duobus diſcipulis iuriſdictionem ad condẽdas leges, & ad ſimilia. Errat hic Victoria: nam duplex fuit Ioſeph, alter dictus Barſabas, id eſt, filius cõuerſionis, de quo Act. 1. alter verò dictus Barnabas, id eſt, filius conſolationis, de quo Act. 4. verùm in hoc etiam procedere poteſt argumẽtum, ſi fuit vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis: ſi enim poſt Aſcenſionem Chriſti non erat Sacerdos, ſed tantùm Leuita, non videtur accepiſſe immediatè iuriſdictionẽ à Chriſto, quòd pariter de aliis diſcipulis dicendum eſt: ſimul enim omnes electi ſunt in diſcipulos. Fuiſſe autem vnum ex ſeptuaginta diſcipulis, affirmant Epiphanius hæreſ. 1. Euſeb. 3. hiſtor. cap. 33. Dorotheus in ſynopſi, Lorinus Act. 4. verſ. 37. ſed quod dicitur in Actis, fuiſſe Leuitam. Lorinus ſuprà ver. 36. contra Victoria ait, non ſignificare fuiſſe diaconum, cum diaconos primi ordinaſſe videantur Apoſtoli; ſed fuiſſe Leuitam genere, vnde recurrendum eſt ad priores probationes.

*Diſcipuli minores erant Apoſtolis ordine & gradu.*

*Duo Barnabæ Chriſti diſcipuli.*

*Septuaginta duo nullam acceperũt à Chriſto iuriſdictionem.*

28 Quòd verò attinet ad Epiſcopos multi neoterici dicunt, non habere immediatè iuriſdictionem à Chriſto, ſed à Romano Põtifice: quod etiam tenuere Vargas, Heruæus, Bonauentura, Albertus, locis citatis ſectio. præced. concl. 1. quos ſequitur Bellarminus 4. de Ponti. cap. 24. Suarez 3. par. to. 4. de pœnit. diſp. 25. ſect. 1. à nu. 3. & to. 5. de cenſuris, diſp. 1. ſectio. 2. nu. 7. & diſp. 7. ſect. 4. n. 4. Durandus 4. d. 25. qu. 1. nu. 7. Turrecremata 2. ſummæ cap. 54. Caietanus tomo 3. opuſc. 1. cap. 3. §. ſi autẽ & ca. 4. §. authoritates. Iacobatius 10. de conciliis ar. 7. Ioan. Medina C. de confeſſione qu. 39. Cordubenſis lib. 4. qu. 14. Couarruuias plures alios referens, reg. peccatum p. 2. §. 9. à nu. 6. Gabriel lect. 43. in cano. Valentia 2. diſp. 1. qu. 1. de obiecto fidei, puncto 7. loco 1. ad finem. In eandem ſententiam propendet Henricus quodlib. 9. q. 22. videtur D. Thomæ 2. 2. qu. 39. ar. 3. & 4. d. 49. qu. 1. & 3. & d. 20. qu. 1. art. 4. quæſtiunc. 3. docens, omnem iuriſdictionem, quam habent Epiſcopi ex hominis conceſſione prouenire, & ex eius arbitrio tolli, ex quo deducit, in ſchiſmaticis, & hæreticis huiuſmodi poteſtatem non manere.

*Epiſcopi non habent iuriſdictionem à Chriſto, ſed à Romano Pontifice.*

Hæc opinio ſuadetur primò à Cardinale Bellarmino & aliis: quia nu. 11. ſpiritus Moſis communicatus eſt aliis ſeptuaginta ſenioribus, vt cum illo populum gubernarent, vt explicat Auguſtinus qu. 18. in num. quòd ſignificabat, à ſummo Pontifice deriuari omnem poteſtatem, ſeu iuriſdictionẽ Epiſcoporum: nã Moyſes erat ſummus Sacerdos, & Pontifex, vt docet Leo epiſt. 88. & Pſa. 98. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius.* Secundò quia re- 2.
gimen Eccleſiaſticum eſt Monarchicum: ergo tota auctoritas reſidet in vno, & ab illo ad alios deriuatur: & alioqui alij eſſent abſoluti principes: quod pertinet ad Ariſtocratiã. Tertiò ex Cypria- 3.
no lib. de vnitate Eccleſ. vbi ſedem Petri comparat capiti, radici, fonti, ſoli, ſed in omni corpore virtus membrorum deriuatur à capite: & in omni arbore virtus ramorum oritur ex radice, in omni riuo aqua fluit ex fonte, in omni radio ſolari lux eſt à ſole, ergo. Quartò, quia ſi iuriſdictio Epiſco- 4.
porum eſſet immediatè à Chriſto, & non à Papa, nulla eſſet ratio cur vnus Epiſcopus haberet vnũ oppidũ, alius 100. alius aliquas prouincias: Chriſtus enim nulli præfixit terminum: conſequens eſt falſum, & contra Leonem 1. ep. 84. ad Anaſt. Theſſalonic. & Gregorium lib. 4. ep. 52. ergo. Quintò, 5.
ſi Epiſcopi haberent à Deo ſuam iuriſdictionem, non poſſet Pontifex illam auferre, aut mutare: nõ enim poteſt agere contra Dei ordinationem: conſequens eſt apertè falſum: ergo, &c.

29 *1. Arg. 1. Sect. Rationes quæ probant à Romano Pontifice habere poteſtatem.*

Si dicatur, Epiſcopos habere iuriſdictionẽ à Deo, ſub Pontifice tamen: cõtrà, quia ex eo Petrus non potuit aliorum Apoſtolorũ poteſtatẽ tollere, minuere, reſtringere, aut coarctare: quoniã ipſam habuere immediatè à Deo, & eodem modo ſi quis in clero, vel populo habet aliquam iuriſdictionẽ immediatè à Papa, non poteſt Epiſcopus illam tollere, vel minuere: ergo ſi auctoritas Epiſcoporũ eſt immediatè à Deo, non poteſt Pontifex illam tollere, vel reſtringere; & cur Deus, qui ſuauiter omnia diſpoſuit, noluiſſet iuriſdictionem dari per eum, cui dedit poſſe illam tollere, & minuere? qui eſt Papa, vt docet Bernard. ep. 131. ad Mediolanenſes, dicens: *Poteſt Romana Eccleſia nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt: poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopis Archiepiſcopos creare liceat, & è conuerſò ſi neceſſe viſum fuerit.*

*Epiſcoporum auctoritas nõ poteſt eſſe immediatè à Deo.*

Sextò, quia nullus eſt locus, ex quo poſſit colli- 6
gi, Epiſcopos habere iuriſdictionem à Chriſto, niſi ille, in quo dictum eſt Apoſtolis, *quæcumque ligaueritis,* &c. Matth. 18. vel ille, *ego mitto vos,* Ioan. 20. qui tamen ſi ad ſucceſſores Apoſtolorum extendendi eſſent, probarẽt, Epiſcopos habere iuriſdictionem in totum orbem Chriſtianũ, ſicut habuere Apoſtoli: conſequens eſt falſum: ergo. Se- 7.
ptimò, quia Innocentius I. ep. ad Concil. Carthaginenſe quæ eſt 91. inter epiſtolas Auguſtini, ait, *à Petro ipſe Epiſcopatus, & tota authoritas nominis huius emerſit,* & ep. ad Concilium Mileuitanum, quæ eſt 93. inter Epiſtolas Auguſtini ait, *arbitror, omnes patres & coepiſcopos noſtros non niſi ad Petrum,* id eſt, *ſui nominis, & honoris auctorem deferri debere.* & Leo ſer. 3. de Aſſumptione ſua ad Pontificatum ait, *Si*

*quid*

*quid commune cum eo, & aliis voluit eſſe principibus, numquam niſi per ipſum dedit, quiquid alius non negauit*: Et ep. 89. alias 87. ad Epiſcopos Viennenſes relata cap. ita Dominus 19. d. ait, *Huius muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium voluit pertinere, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodā capite, dona ſua, velut in corpus omne diffunderet.* Nec obſtat, quòd Apoſtoli non acceperunt à Petro iuriſdictionem; ſed à Chriſto immediatè: nam Leo loquitur de modo ordinario: Apoſtoli autem modo extraordinario iuriſdictionē habuerunt; ideò non à Petro. Adde hîc Gregoriū c. decretū 2. q. 6. vbi ait, *Romana Eccleſia vices ſuas ita aliis impartitur Eccleſiis, vt in partem ſollicitudinis vocatis, non in plenitudinem poteſtatis.*

*Apoſtoli modo extraordinario iuriſdictionē habuerint.*

8\. Octauò, quia Pontifex in creandis Epiſcopis vtitur his verbis, *Prouidemus Eccleſiæ tali de tali perſona, & præficimus eum in patrem, Paſtorem & Epiſcopum eiuſdem Eccleſiæ, committentes ei adminiſtrationem in temporalibus, & ſpiritualibus, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti, Amen.*

9\. Nonò, alij probant, quia Epiſcopi non ſuccedunt Apoſtolis in dignitate Apoſtolica: ſed in Epiſcopali: alioqui ſuccederent in iuriſdictione vniuerſali: ergo habent illam mediatè vniuerſali paſtore, cui Chriſtus commiſit regimen Eccleſiæ, ad quod ſpectat alios paſtores creare, & illis ſufficientem poteſtatem dare. Hac ratione factum eſt, quod hiſtoriæ referunt, vt Iacobus per ſpecialem Petri ordinationem fuerit Epiſcopus Hieroſolymitanus, vt non ſolùm titulo Apoſtolicæ dignitatis: ſed ex peculiari officio Epiſcopali, illius Eccleſiæ curam haberet; & qui illi ſucceſſit, non in iuriſdictione Apoſtolica, ſed in Epiſcopali illi ſucceſſit.

*Iacobus à Petro Ieroſolymitanus Epiſcopus factus eſt.*

10\. Decimò, quia ſi Epiſcopi à Deo poteſtatem haberent, quæ ſine cauſa à Pontifice tolli aut reſtringi non poſſit, ita vt factum teneret, ſequerentur magnæ cōtrouerſiæ in Eccleſia, Pontifice aſſerente, ſe habuiſſe ſufficientem cauſam id faciendi: Epiſcopis verò negantibus, & inualidam eſſe ablationem, vel reſtrictionem ſuæ poteſtatis contendentibus, non ſine magno populorū damno, & ſcandalo: ergo non eſt credendum, ita Epiſcopos ſuam poteſtatem habere.

29 Alij verò, quantùm attinet ad Epiſcopos, arbitrantur habere immediatè iuriſdictionem à Chriſto ad leges ferendas, & ad ſimilia. Maior. 4. d. 17. qu. 2. Victoria relect. 11. de poteſt. Eccleſ. qu. 2. principali à nu. 27. Petrus de Soto qu. 5. de confeſſ. Dominicus de Soto 4. d. 18. qu. 4. art. 2. §. at licet: & d. 21. qu. 2. art. 4. §. ad maiorem & d. 22. qu. 2. art. 1. conc. 2. Caſtro. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 24. affirmās, eſſe omnium ſacrorum doctorum ſententiam. Eandem tenet Vazquez tit. 2. to. 2. diſp. 152. cap. 3. nu. 28. & ſequentibus. Pro hac ſententia aliquos citat Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 5. §. 2. B.

*Qui dicunt Epiſcopos à Chriſto immediatè habere poteſtatem.*

Quæ ſententia ſuaderi poteſt. Primò quia Epiſcopi Apoſtolis ſuccedūt, vt Papa Petro, ſed Apoſtoli habuerūt iuriſdictionem immediatè à Chriſto: ergo & Epiſcopi. Nam ſucceſſor ab eo habet ſuam iuriſdictionem, à quo eius prædeceſſor: alioqui non verè ſuccedit: ſed inſtituitur alio ordine, & quando diximus, Chriſtum contuliſſe poteſtatem Petro, diximus, in eo conceſſiſſe illam ſucceſſoribus: ergo ſimiliter dicendū eſt in cæteris Apoſtolis, collatam eſſe poteſtatem eorum ſucceſſoribus, quos eſſe ipſos Epiſcopos docet Auguſtinus in id, Pſalm. 44. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij*, & Concilium Florentinum in inſtruct. Armen. & Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 4. Anacletus cap. in nouo, diſt. 93. Vrbanus I. cap. videntes, 12. quæſt. 1. Vrbanus II. cap. quorum vices, 28. diſt. de quo vide Caſtrum contra hæreſes verbo, Epiſcopus.

Confirmatur ex Tridentino ſeſſ. 23. can. 6. vbi dicit, *in Eccleſia eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam: quæ conſtat ex Epiſcopis, presbyteris, & miniſtris*: ergo Epiſcopi à Deo immediatè iuriſdictionem habent.

*Confirmat.*

Secundò ſuadetur ex Actorum 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Confirmatur ex Epheſ. 4. *Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos; alios Prophetas: alios Paſtores, & Doctores*; vbi nomine paſtorū, & doctorum Hieron. exponit Epiſcopos intelligi.

Tertiò ex Dionyſio de eccleſ. hierar. ca. 6. vbi dicit, Epiſcoporum hierarchiam immediatè terminari in Ieſum, ſicut inferiores ordines presbyterorum, diaconorum, & aliorum, terminantur in Epiſcopum.

Quartò ex Cypriano lib. 3. epiſt. 9. ad Rogatianum dicente, *Epiſcopos à Chriſto fieri, à quo Apoſtoli creati ſunt: diaconos autem ab Apoſtolis, non à Chriſto inſtitutos.*

Quintò ex Bernardo 3. de conſid. vbi Eugenio Papa ait, *Erras, ſi vt ſummam, ita & ſolam à Deo aſtimas veſtram Apoſtolicam dignitatem.*

Sextò, ſi Epiſcopi à Pontifice iuriſdictionem haberent: ergo mortuo Pontifice ceſſaret Epiſcoporum auctoritas, ſicut præciſſo capite, moriuntur omnia membra: conſequens eſt falſum: ergo.

Septimò ad ordinem exercendum neceſſaria eſt iuriſdictio; ergo Deus, qui confert ordinem, confert etiam iuriſdictionem.

Octauò ſummus Pontifex, Epiſcopos vocat fratres, & collegas: ergo ab vno communi patre, ſcilicet Deo, præficiuntur Eccleſiæ, & habent iuriſdictionem in illam.

Nonò, ſi omnes Epiſcopi debent à Pontifice accipere iuriſdictionem: ergo multi Epiſcopi, præſertim Aſiæ, & Aphricæ, quos Papa non creauit, non habuerunt iuriſdictionem.

Decimò, ſi Epiſcopi à Papa iuriſdictionem haberent, etiamſi abſque cauſa eam auferre illis vellet, vel nimis reſtringere, factū teneret: quod eſſet in magnam Eccleſiæ perniciem: ergo expedit, vt eam immediatè à Chriſto habeant, ne ſine cauſa ſpoliari ea poſſint, aut aliquacius parte: maximè cùm ad rectam gubernationem Eccleſiæ ſatis fuerit, in Pontifice eſſe poteſtatem ad reſtringendam, vel auferendam ex cauſa talem iuriſdictionem.

Vndecimò ſacerdos cùm abſoluit, non abſoluit auctoritate Papæ; ſed Chriſti, & omnium perſonarum diuinarum: ideo dicit, *in nomine Patris*, &c. & non dicit, in nomine Pontificis, nec poteſtate accepta à Pontifice: ergo habet iuriſdictionem immediatè à Deo, non à Pontifice: ergo idem eſt de poteſtate excommunicandi, præcipiendi, & ferendi leges: quam habent Epiſcopi: & quidem de poteſtate excommunicandi videtur colligi ex Matthæi 18. *Quæcumque ligaueritis*, & ex illis verbis, *dic Eccleſiæ*, nomine enim Eccleſiæ Epiſcopos eſſe intelligendos, vidimus ſectione 3. quare Ioannes Papa cap. viſis, 16 quæſt. 2. excommunicationem appellat *Felicem Epiſcopi mucronem*, & Aug. lib. de correp. & gra. cap. 15. relatus cap. corripiantur, 24. qu. 3. *paſtoralis*, inquit, *neceſſitas habet, ne per plures*

ſerpant

*ſerpant humana contagia, ſeparare à ſanis morbida, ab illo cui nil eſt impoſſibile, ipſa fortè ſeparatione ſananda.*

30 Tenendo priorē ſententiam ad primum argumentum primæ reſpondere poſſumus cum Cardinale Bellarmino ſuprà, cap. 25. Romanum Pontificem ſuccedere Petro, non vt Apoſtolo: ſed vt paſtori ordinario totius Eccleſiæ, & ideo ab illo habere iuriſdictionē, à quo habuit Petrus: at Epiſcopos non ſuccedere propriè Apoſtolis, eo ſcilicet modo, quo vnus Epiſcopus ſuccedit alteri, & vnus Rex alteri: quoniam Apoſtoli non fuerunt ordinarij, ſed extraordinarij, & quaſi delegati paſtores, qualibus non ſucceditur propriè: ſed ſuccedere impropriè. Primò ratione ordinis ſacri Epiſcopalis. Secundò per quamdam ſimilitudinem, & proportionem: quia nimirū, ſicut primi ſub Chriſto fuerūt Apoſtoli duodecim, deinde ſeptuaginta diſcipuli: ita nunc primi ſub Pontifice Romano ſunt Epiſcopi, poſt eos presbyteri, inde diaconi, &c. ita verò, & nō aliter Epiſcopos Apoſtolis ſuccedere, probatur: quia nullam habent partem verę Apoſtolicæ dignitatis: Apoſtoli enim poterant in toto terrarum orbe prædicare, & fundare Eccleſias ex Matth. vlt. & Marc. vlt. poterant ſcribere libros canonicos, vt omnes fatentur: habebant donum linguarū, & miraculorum, & iuriſdictionem in totam Eccleſiam: nil autem horum habēt Epiſcopi. Præterea non ſucceditur propriè, niſi præcedenti: at ſimul fuerunt in Eccleſia Apoſtoli & Epiſcopi, vt patet de Timotheo, Tito, Euodio, & aliis multis: ſi igitur Epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt, cui Apoſtolo ſuccedit Titus, cui Timotheus? &c. Denique eodem modo ſuccedunt Epiſcopi Apoſtolis, quo presbyteri diſcipulis ſeptuaginta, vt patet ex Anacleto epiſt. 2. relata cap. in nouo, diſt. 21. & ex Beda Lucæ 10. at conſtat, presbyteros non ſuccedere propriè ſeptuaginta duobus diſcipulis; ſed ſolùm per ſimilitudinē, nam ſeptuaginta duo diſcipuli non fuerunt presbyteri, nec vllum ordinem, aut iuriſdictionem à Chriſto ſuſceperūt: ſiquidem Philippus, Stephanus, & alij quinque diaconi ordinati ab Apoſtolis Act. 6. erant ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, vt docet Epiphanius hæreſ. 20. quæ eſt Herodianorum: certè autem nō fuiſſent diaconi ordinati, ſi iam anteà fuiſſent presbyteri. Secundò reſpōderi poteſt, Epiſcopos propriè Apoſtolis ſucceſſiſſe: quia partem iuriſdictionis eorum, & ab ipſis mediatè, vel immediatè receperunt, præcipuè à Petro, qui per ſe, vel per ſuos ſucceſſores in ſede Apoſtolica, confirmauit, & approbauit tacitè, vel expreſsè omnes Epiſcopos ab aliis Apoſtolis non creatos, aut etiam creatos. Tertiò reſponderi poſſet, Epiſcopos ſucceſſiſſe nonnullis Apoſtolis, qui fuerunt Epiſcopi particularium Eccleſiarum, & quidem ex Petri ordinatione, vt indicat Chryſoſtomus homil. 87. in Ioann. dicens, *Si quis à me percontaretur, quomodò Iacobus ſedem Hieroſolymitanam acceperit; reſponderem ego, hunc totius orbis magiſtrum præpoſuiſſe Petrum:* idem aſſerit Euſeb. 2. hiſt. cap. 1.

*Ad 1. argum. Opinionis 1. reſponſio.*

*Romanus Pontifex ſuccedit Petro, vt paſtori ordinario totius Eccleſiæ.*

*Epiſcopi nullam habēt partem veræ Apoſtolicæ dignitatis.*

*Presbyteri ſuccedunt diſcipulis per quādam ſimilitudinem.*

31 Ad ſecundum reſpondeo, Epiſcopos illos conſtitutos à Spiritu ſancto, mediis Apoſtolis, qui inſpirante Deo, & virtute accepta à Spiritu ſancto illos Epiſcopos conſtituerunt, vt Act. 15. dicunt, *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*, & tamen de lege humana loquitur, & Rom. 13. *Non eſt poteſtas, niſi à Deo*, nimirum mediatè, vel immediatè: certè illi

*Ad 2.*

A Epiſcopi non erant immediatè electi à Deo, nec in ſedibus, quas habuerunt, ſucceſſere immediatè electis à Deo: Chriſtus enim nullum Epiſcopum elegit, nec conſecrauit omnes Apoſtolos iuxta quoſdam aſſerentes, Iacobum, & Paulū non fuiſſe conſecratos immediatè à Chriſto, ſed ab aliis Apoſtolis: idem de Iacobo dixerant, vide Henriquez lib. de confirm. §. 2. lit. K, & lib. 3. de pœnit. c. 5. §. 5. de ordin. c. 3. §. 2. imò quidam dicunt, *quòd ſolus Petrus videtur à Chriſto immediatè conſecratus Epiſcopus*, & citati Cardinalis Bellarminus, & Henriquez de ordine cap. 3. §. 2. & cap. 1. §. 4. vnde ergo colligemus, Chriſtum dediſſe illis immediatè iuriſdictionem?

*Chriſtus nullum Epiſcopū elegit nec conſecrauit.*

B Ad confirmationem reſpondeo, ibi exprimi generalem Eccleſiæ ordinem, qui ſine dubio de iure diuino eſt: Deus enim eſt, qui inſtituit, vt in Eccleſia eſſent Apoſtoli, Prophetæ, Paſtores, & Doctores, etſi non omnibus immediatè auctoritatem ipſe dederit.

Ad tertium reſpondeo, Dionyſium loqui de ordine Epiſcoporum, non de iuriſdictione. *Ad 3.*

Ad quartum reſpondeo, Cyprianum velle, ordinem Epiſcoporum ab ipſo Chriſto inſtitutum eſſe: proinde iure diuino in Eccleſiā introductum: ordinem verò diaconorum ab Apoſtolis, primò, excogitatum fuiſſe, cuius ſententiæ partem poſteriorem ſchola Theologorum communiter reiicit, ſed ſiue vera ſit, ſiue falſa, nihil facit ad propoſitum. *Ad 4.*

C Ad quintum reſpondeo, Bernardum loqui eo modo, quo Paulus ad Rom. 13. *Non eſt poteſtas, niſi à Deo.* *Ad 5.*

Ad ſextum reſpondeo, magnum eſſe diſcrimen inter caput naturale, & myſticum: ſiquidem membra corporis naturalis conſeruari non poſſunt, niſi continuum influxum à capite recipiant; membra verò corporis myſtici pendent à capite, vt fiant; non tamen, vt conſeruentur: itaque Epiſcopalis iuriſdictio ſemel collata, non admittitur eo moriente, qui dedit, ſed qui accepit; aut auferente, qui poteſt auferre: nam ordinaria poteſtas, qualis eſt D hæc, durat quamdiu durat officium, cui annexa eſt, vel per quod conſtituitur.

*Ad 6. Diſcrimē inter caput naturale & myſticum.*

Ad ſeptimum reſpōdeo, vtramque poteſtatem à Deo concedi: ſed vnam immediatè, alteram mediatè: poteſtas enim ordinis datur cum charactere, & gratia, quam ſolus Deus, vt cauſa principalis, efficere poteſt: poteſtas verò iuriſdictionis ſolùm conſiſtit in morali facultate, quam ſua voluntate ſuperior conferre poteſt. *Ad 7.*

Ad octauum reſpondeo, Epiſcopos à Papa vocari fratres, ratione ordinis Epiſcopalis, in quo ſunt æquales: & ratione iuriſdictionis: quia aſſumuntur ad onus Pontificis ſuſtinendum non ad aliud inferius miniſterium.

*Ad 8. Epiſcopi cur fratres à Papa vocentur.*

E Ad nonum reſpondeo, non opus eſſe, vt Pontifex creet immediatè Epiſcopos: ſed ſatis eſſe, ſi mediatè, id eſt, per Patriarchas, & Archiepiſcopos: itaque ab initio Petrus conſtituit Patriarchas Alexandrin. & Antioche. qui ab ipſo, & aliis Pontificibus Romanis auctoritate accepta toti ferè Aſiæ præerant, & Archiepiſcopos creare poterant, qui poſtea crearent Epiſcopos: quoſdam verò creauerunt cæteri Apoſtoli per poteſtatem acceptam, tum à Chriſto, tum à Petro, & ideò eorum auctoritas à Petro etiam manauit, & licet poteſtas Petri nō fuerit neceſſaria quoad fieri: fuit tamen neceſ-

*Ad 9.*

*Petrus quomodo Epiſcopos per orbem ſparſos creauit.*



Digitized by Google

ſaria quoad conſeruari, quatenus eius confirmatione, vel permiſſione conſeruabatur, ita vt ſi vellet, etiam ſine cauſa eos amouere, factum teneret. Id tamen cum peccato mortali non potuit efficere Petrus: quia erat in gratia confirmatus.

*Ad 10.* Ad decimum reſpondeo concedendo ſequelã, & negando, conſequens fore in perniciem Eccleſiæ: quia etiam ſi aliquando non expediret, poteſtatem alicuius per Pontificem auferri, vel reſtringi: tamen expedit, vt etiam tunc factum teneat, ne cùm expedit, poteſtatem tolli, vel reſtringi, aliqui dicere poſſint, factum non tenere ob inſufficientiam cauſæ.

*Ad 11. Sacerdos non abſoluit in nomine Papæ, ſed Dei.* Ad vndecimũ quo Vazquez ſe conuictum affirmat, dici poteſt, omnes Sacerdotes abſoluere poteſtate mediatè vel immediatè accepta à Papa: nõ tamen abſoluere in nomine Papæ, quia ad abſoluendum requiritur etiam poteſtas ordinis, quam ſolus Deus confert, vt cauſa principalis. Ab excõmunicatione autem dici poteſt abſoluere nomine Papæ, quia hoc fit per ſolam poteſtatem iuriſdictionis, quam Pontifex ei conceſſit per modum cauſæ Principalis moralis: & eadem ratione dici poteſt, Epiſcopos præcipere, & leges ferre nomine Papæ. Et ſanè, quamuis daremus, iuriſdictionẽ immediatè communicatam fuiſſe Epiſcopis à Chriſto, non eſſet negandum communicari illis à Papa, ſi velit; tamen nec tunc dicentur abſoluere ſacramentaliter in nomine Papæ: ergo argumentum vndecimum nullius eſt roboris.

32 *Ad 1. argum. Reſpondetur ad argumenta primæ opinionis.* Qui voluerit defendere opinionem aſſerentiũ, Epiſcopos habere immediatè iuriſdictionẽ à Deo, ſic occurrat argumentis primæ, atque contrariæ opinionis.

Ad primum dicat, poſſe retorqueri in oppoſitũ: ſicut enim Moyſes non communicauit Spiritum ſanctum ſeptuaginta ſenioribus, ſed Deus: ita poteſtas iuriſdictionis Papæ non videtur Epiſcopis cõmunicata à Papa, ſed immediatè à Deo. *Ad 2.* Ad ſecundũ dicat, non eſſe de ratione regiminis Monarchici, vt tota auctoritas ſit ab vno: ſed quòd vnus gubernet reliquos omnes: vt cùm Reſp. eligit Regem, poteſt eligere illum hac conditione, vt ipſi eligant aliquos prætores, vel miniſtros, à quibus ille non poſſit poteſtatem auferre, nec illam limitare, niſi ex cauſa: quis neget, regimen eſſe Monarchicum? ſic ergo quãuis Deus dederit Epiſcopis immediatè iuriſdictionem, regimen eſt monarchicum: quia etiam ipſi Epiſcopi gubernantur à Papa, & Papa poteſt ex cauſa eorum poteſtatem tollere, vel coarctare. Certè tempore Apoſtolorũ Eccleſia Monarchicè gubernabatur, quãuis Apoſtoli alij non à Petro: ſed à Chriſto iuriſdictionẽ acceperint.

*Ad 3.* Ad tertium reſpondeo, ſimilitudines illas non debere in omnibus procedere: differũt enim multùm caput, radix, fons, vel ſol ſpiritualis, & myſticus à naturali: certũ eſt in corpore multa eſſe, quę non procedant à capite, quamuis pendeant à capite, quia ab ipſo pendet vita, & aliis rationibus, ſicut caput ab ipſis pendet eadem ratione, & aliis: & in riuo poteſt eſſe aqua, quæ non proceſſerit ab illo fonte: ſed ab alio, & in aëre poteſt eſſe lumẽ, quod non proceſſerit à ſole: & in arbore aliqua virtus, quæ non proceſſerit ab iſta, vel illa radice: ſed ab alia: & Epiſcopi pręter caput viſibile, quod habent in terris, nempe ſummum Pontificem, habent aliud caput in cœlo, & præcipuum, à quo ſicut immediatè recipiunt characterem, gratiam, & alia; ita dici poteſt, ab illo immediatè accipere iuriſdictionem, ſicut multi etiam dicunt, quemlibet Sacerdotem habere immediatè à Deo iuriſdictionem ad abſoluendum in articulo mortis, & à venialibus, & à mortalibus peccatis iam iterum ritè confeſſis.

Ad quartum, quod eſt difficilius, reſpõdet Vazquez loco cit. in 1. opinione num. 19. ſuppeditare, applicare, miniſtrare, imò & facere materiam, ſeu dare Epiſcopis ſubditos, pertinere quidem ad Papam, ſed à Deo dari illis iuriſdictionem in ſubditos, quos illis Papa deſignauerit, & idẽ ait de iuriſdictione Sacerdotum ad abſoluendum à peccatis, nempe omnibus Sacerdotibus dari hanc iuriſdictionem à Deo, ſed materiam dari, imò & fieri à Papa, dãte eis ſubditos mediatè, vel immediatè. *Ad 4.*

Sed hæc doctrina præter alias difficultates, hãc non modicam habet, quòd dare ſubditos, vt ſic, eſt illum facere ſuperiorem: facere autem ſuperiorẽ, & dare iuriſdictionem ad imperandum illis, vel ſunt idem formaliter, vel idem moraliter cenſentur: ergo qui dat vnum Epiſcopis, vel Sacerdotibus, dat illis aliud: & non eſt referendum vnum horum ad ſolum Deum; alterum verò ad Papam. Confirmatur, quorſum enim daret Deus iuriſdictionem, quæ non poſſet executioni mandari ſine Papa miniſtrante materiam, qui poſſet ſimul dare materiam, & conferre iuriſdictionem? *Dare ſubditos Epiſcopo, eſt facere illũ ſuperiorem.*

Dici poteſt, de iure diuino, aut ſaltem de conſuetudine inuiolabiliter obſeruata eſſe, vt quando Epiſcopus conſecratur, deſignatur alicui loco, cuius curam habeat: quod non eſt formaliter illum facere Superiorem, aut illius loci habitatores facere ſubditos: ſed virtualiter, & conſequenter, eò quòd hoc poſito, ſtatim confert Deus iuriſdictionem in foro interiori, & exteriori ad abſoluendũ à peccatis, excommunicatione, & aliis cenſuris, ad imponenda præcepta particularia, & leges generales. ita vt ſine cauſa nec licitè, nec validè poſſit Papa talem iuriſdictionem tollere, aut coarctare: ſecus ex cauſa. Idem poteſt dici de parocho in ordine ad ſacramentalem abſolutionem: nempe eò ipſo, quòd ei detur cura alicuius Eccleſiæ, dari ei iuriſdictionem ad abſoluendum in foro interno non amouibilem, nec reſtringibilem ſine cauſa. *Epiſcopus quando conſecratur quid accipiat.*

Ad quintum bene in argumento ipſo reſponſum eſt, & ad replicam ſeu inſtantiam reſpondeo, falſum eſſe, quòd Apoſtolis non potuerit Petrus ex cauſa auferre, vel reſtringere iuriſdictionẽ: nam poteſtas aliorum Apoſtolorum ſubordinata fuit poteſtati Petri, & ita poterat illam tollere, aut reſtringere, ſi ſubeſſet cauſa: tamen quia alij Apoſtoli etiam erant doctiſſimi, ſanctiſſimi, & prudentiſſimi, confirmati in fide, & gratia, &c. non poterat ſubeſſe cauſſa ad auferendam illis poteſtatem, & vix ad reſtringendum illam, præſertim reſtrictione annullante. Factum ſatis enim eſſet ipſis præcipere, vt in tali, vel tali caſu ſua poteſtate non vterentur. Quòd autẽ Petrus poſſet ex cauſa Apoſtolorum iuriſdictionem reſtringere, & ſuſpendere, apertè tenent aliqui ex noſtris doctiſſimi. *Ad 5.* *Poteſtas aliorum Apoſtolorum fuit ſubordinata poteſtati Petri.*

Et non rarò datur à maiori prælato, vel principe poteſtas aliquid faciendi, non repugnante minori prælato, vel Principe, vt concionandi nõ repugnante Parocho, &c. Sic ergo Deus dat Epiſcopis iuriſdictionem & facultatem aliqua faciendi, modò

Digitized by Google

A modò iuſta ex cauſa nō repugnet Papa, & pro hoc facit teſtimonium Bernardi, qui cum limitatione loquitur dicens, *Papam poſſe deprimere Epiſcopos, ſi neceſſe viſum illi fuerit.*

*Papa poteſt deprimere Epiſcopos, ſi neceſſe illi viſum fuerit.*

Ad ſextum reſpondeo, ex illis locis colligi poſſe probabiliter, ſicut colligit Vazquez ex priori Matth. 18. quia enim Epiſcopi aliqualiter ſucceſſere Apoſtolis, aliqualiter cōfert Deus illis immediatè iuriſdictionem; ſed minùs amplam, quàm Apoſtolis, & reſtrictam ad locum, cuius Epiſcopi fuerint deſignati, & leuioribus de cauſis auferibilem, & reſtringibilem.

Ad ſeptimū reſpondeo, non velle Innocentium, vel alios Patres omnium Epiſcoporum etiam antiquorum, iuriſdictionem à Petro emerſiſſe: conſtat enim aliquos Epiſcopos factos ab aliis Apoſtolis poteſtate tradita ſibi à Chriſto, & nō à Pontifice, vt Cardinalis Bellarminus, & Valentia ſuprà B concedunt: ſed ex eo tempore, quo omnes Catholici Epiſcopi à Papa mediatè, vel immediatè confirmari cœperūt, nomen & auctoritatem ipſorum omnium à Papa emerſiſſe: non quia ille ſolus det illis iuriſdictionem: ſed quia ipſe dat deſignationem, qua poſita Deus cōfert iuriſdictionem, ſicut poſita electione Cardinalium, Deus confert Papę iuriſdictionem in totam Eccleſiam. Item volunt ſancti in Petro principaliter (vt loquitur Leo) collocatam eſſe poteſtatem: quia ille habuit pro ſe, & pro ſuis ſucceſſoribus iuriſdictionē vniuerſalem C independētem: Apoſtoli verò vniuerſalem dependentem pro ſe ipſis tantùm in ea vniuerſalitate: reliqui verò particularem, & dependentem à Romano Pontifice, potente ex cauſa eam auferre, vel limitare.

*Epiſcopi omnes à quo tempore à Papa auctoritatem habere cœperunt.*

Ad octauum reſpondeo, cùm incertum ſit, an Epiſcopi habeant iuriſdictionem ſpiritualem iure diuino, & immediatè à Deo, meritò Pontificē vti verbis, quibus etiam ſi non haberent Iuriſdictionem à Deo, eam ipſe illis daret: ſufficeret tamē deſignari in Epiſcopos, ſeu paſtores alicuius loci, vt Deus conferat illis iuriſdictiones in eos, qui pertinent, vel poſteà pertinebunt ad talem locum.

*Quomodò Pōtifex iuriſdictionem Epiſcopis cōferat.*

D Ad nonum patet ex dictis in ſolutione ſexti argumenti.

Ad decimum reſpondeo, maius damnum ſequi poſſe, ſi pro libito poſſet Pōtifex poteſtatem omnium Epiſcoporum tollere, vel reſtringere, ita vt factum teneret, & ablatio, vel reſtrictio eſſet valida.

33 Ex dictis ſatis conſtat, vtramque opinionem eſſe ſatis probabilem: mihi incertum eſt, quæ ſit probabilior; eligat lector eam, quæ ſibi magis placuerit. Id verò certum eſt, Epiſcopum poſſe leges, aut conſtitutiones facere, quæ ipſo defuncto vel amoto vim ſuam retineant, vt tenet Suarez 3. part. tom. 5. diſput. 2. ſect. 2. & ipſe, ac Cardinalis Bellarminus, Vazquez, Valentia & cæteri, pro vtraque E ſententia citati, gloſſ. cap. nullus, verbo, non generaliter, de conſecrat. diſtin. 3. Hoſtienſis in ſumma titul. 1. Panormitanus cap. cùm omnes, num. 3. & cap. cum acceſſiſſent num. 4. de conſtit. Decius eiſdem cap. Bartolus, & Baldus vterque num. 5. ff. de iuſtitia & iure, Iaſon ibi num. 20. in 1. lectura. Sebaſtianus Medicis tractatu de legibus, & ſtatutis p. 1. quæſt. 13. vbi probat: quia Epiſcopus Græcè ſignificat, quod Latinè, *ſuperintendens*, quaſi ſpeculator in Eccleſia poſitus ad ſpeculādos mores ſubditorum cap. cleros, diſt. 21. & eſt caput diœceſis ſuæ, cuius membra dicuntur ſubditi, cap. cum non liceat, de præſcriptio. cui etiam à canonicis, & aliis in dignitate poſitis debetur reuerentia, & honor, Doctores cap. cum non liceat de præſcript. ipſe enim dicitur præſes ciuitatum. Doctores l. illicitas §. qui vniuerſas, ff. de officio præſidis, Baldus l. ſiue pars in fine, C. de dilat. ideo dici poteſt de maioribus magiſtratibus ciuitatum. Bald. d. l. ſiue pars: vnde ſecundum quoſdam appellatur perſona illuſtris, Bartolus l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure, Angelus conſil. 275. gloſſa & Cardinalis Clem. in pleriſque de electione: de cuius auctoritate latiſſimè Bertachin. tract. Epiſcopi. Sed melius hæc veritas.

*Epiſcopus quaſi ſpeculator in Eccleſia poſitus eſt.*

*Epiſcopus eſt perſona illuſtris.*

Probatur, quia in cap. nullus, 3. quæſt. 4. Stephanus Papa anathematizatos eſſe definit, quos Epiſcopi ſuis ſcriptis anathematizauerint, aut eorum ſtatuta anathematizant: ergo Epiſcopi poſſunt ſtatuta facere: vnde Concilium Lugdunenſe cap. 1. de conſecr. diſt. 3. & Gregorius IX. cap. fi. de feriis declarant, eas feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus cum clero, & populo duxerint ſolemniter celebrandas, quæ vicinis tantùm circummorantibus (inquit Concilium) inducendæ ſunt, non generaliter omnibus, & Gregorius ca. 2. vel ſiquis, de maioritate & obedientia, violantem decretum ſeu conſtitutionem Epiſcopi ab Eccleſia eiiciendum eſſe decernit, & Bonifacius VIII. in cap. vt animarum, de conſtit. lib. 6. declarat, ſtatuta Epiſcoporum ſubditos eorum obligare, modò nō ignorentur, & intra propriam diœceſim Epiſcopi, violatio fiat: colligitur etiam ex Hebr. 13. *Obedite præpoſitis veſtris*, &c. & Act. 20. *in quo vos Spiritus ſanctus cōſtituit regere Eccleſiā Dei:* & Epheſ. 4. *alios autem paſtores* cap. 2. de conſtit. in 6. cap. 2. de locato. Patet etiam ratione: quia Epiſcopi veri ſunt paſtores, & rectores ſuarum Eccleſiarum: vt autem bene eas regant, indigent poteſtate præcipiendi, & leges ferendi, quæ ipſis mortuis, vel amotis maneant; ergo hęc poteſtas illis tradita eſt à Chriſto, vel Pontifice: vnde rectè Cardinalis Bellarminus ſuprà, cap. 15. ait, *Certum eſſe, de iure diuino & inſtitutionem Chriſti eſſe, quòd ſint Epiſcopi in Eccleſia, ex eoque iure teneri Pontificem ad communicandum illis iuriſdictionem neceſſariam,* (ſi eam non habent immediatè à Deo, vt ipſe tenet) *ad ſuum munus conuenienter exercendum: & quia hac poteſtas communiter eſt neceſſaria, teneo peccaturum Pontificem, ſi poteſtatem hanc illis omninò auferat:* quidquid aliqui dicant, quia illis non videtur adeò neceſſaria, niſi in aliquo peculiari euentu: quamuis poſſet ſtatuere, vt nulla ſtatuta obligent in conſcientia ſine eius confirmatione, & vt nullæ leges etiam pro ſingulis diœceſibus fiant, niſi in Concilio nationali, vel prouinciali, aut ſaltem ſynodali. 34

*Violans decretum Epiſcopi ab Eccleſia eſt eiiciendus.*

*Epiſcopi poſſunt in ſuis Epiſcopatibus leges condere.*

Dices, Comites, Duces, & Marchiones, licèt ſint præfecti aliquorum populorum, non poſſunt leges condere; ſed ſecundùm leges regni gubernare, & iudicare debēt: ergo idem poſſet dici de Epiſcopis. Reſpondet Vazquez illa diſput. 152. art. 3. non eſſe ſimile, quia illam Chriſtus conceſſit Epiſcopis, vnde non poſſet Pontifex pro ſola ſua voluntate ſine cauſa eam impedire: at verò Dynaſtis non conceſſit Rex eam facultatem, & eſto conceſſerit alicui, poſſet eam reuocare ad libitum, niſi forſan iam contractu aliquo perpetuo talis facultas ſit conceſſa, vt amplius reuocari nequeat, ſicut conceſſa eſt facultas ius dicendi iuxta leges

*Cur comites, duces & cæteri leges non poſſint condere, Epiſcopi poſſint.*



Digitized by Google

totius Regni: ſed tenendo, facultatem Epiſcoporum manare à Papa, reſpondeo meritò conceſſam Epiſcopis: quia longiùs diſtant à Papa, quàm Dynaſtæ à Rege, & eligi ſolent apti ad rectè leges ferendas.

*Tertia quædã ſententia, de poteſtate Epiſcoporũ à Papa dependente, vel non.*

35 Aduerte hîc, præter duas opiniones in hac ſectione adductas, aliam eſſe opinionem mediam, vt ſcilicet Epiſcopi mediatè aut immediatè conſtituti à Petro, ab illo habeãt iuriſdictionem, conſtituti verò mediatè, vel immediatè ab aliis Apoſtolis, ab illis habeant iuriſdictionem: pro qua opinione faciunt aliqua, quæ dicit Victoria releċt. 2. de poteſt. eccleſ. p. ſeu quæſt. 2. princip. num. 27. & ſequentib. vbi licet teneat, Epiſcopos omnes habere iuriſdictionem, & poteſtatem iure diuino: tamen docet, quemlibet Apoſtolum ſine auctoritate Petri, potuiſſe facere aliqnem Epiſcopum, in quauis prouincia, vt Paulus conſtituit Epiſcopos Titum, & Timotheum, item relinquere illum ſucceſſorem in prouincia, in qua Apoſtolus erat Epiſcopus, ſiue condita ab Apoſtolis prius lege, qua licitum fuiſſet cuilibet Apoſtolo ſucceſſorem deſignare, ſiue non lata, idemque potuiſſe cæteros Epiſcopos ab Apoſtolis deſignatos, nempe relinquere ſibi ſucceſſores ſine vllo Petri prærequiſito conſenſu: vel modum præſcribere, quo eligendus eſſet eius ſucceſſor. Quod ſi ita eſt, videtur conſequenter dici poſſe, iuriſdictionem illorum, qui mediatè, vel immediatè electi ſunt auctoritate Petri, habere iuriſdictionem ab illo: qui verò mediatè, vel immediatè electi ſunt auctoritate aliorum Apoſtolorum, habere iuriſdictionem ab illis, licet dependentem à Petro, & eius ſucceſſoribus in Pontificatu Romano, qui ex cauſa poſſet illam moderari, vel tollere, imò etiam ſine cauſa, ita vt factum teneret, ſicut alij Apoſtoli, ſi contulêre iuriſdictionem iis, quos mediatè, vel immediatè elegerunt, poterant eorum iuriſdictionem pro libito auferre, vel reſtringere. Quæ ſententia magnam apparentiã habet: nec video quid ei opponi poſſit, quod non facillimè diſſoluatur: & hæc ſententia eſt media inter duas illas ſuperiùs poſitas: cum vna enim cõuenit, quatenus ait, non omnium Epiſcoporum iuriſdictionem ortam eſſe à Petro: cum alia verò quatenus ait, nullam eſſe in Epiſcopis ſucceſſoribus Apoſtolorum de iure diuino: ſed de humano: ideo pro libito, & ſine culpa poſſe tolli, vel reſtringi valide, ſiue id fiat licitè, ſiue non.

---

## SECTIO V.

*An Epiſcopus etiam in rebus grauibus poſſit leges condere ſine facultate Papæ.*

*Qualibet ciuitas poteſt ſibi ſtatuta præſcribere.*

36 SVadetur pars affirmans, quęlibet ciuitas poteſt ſibi ſtatuta præſcribere ſine voluntate Principis, cui ſubiecta eſt, modò ſtatuta nõ ſint cõtra Principẽ, vel bonos mores, nec diſponãt, quæ ſunt reſeruata principi, in ſignũ ſupremæ poteſtatis ipſius, vt docet communiter Canoniſtæ c. quod clericis, de foro cõpet. vbi Aretinus & Antoninus de Butrio. Item Antoninus Paulus, & alij cap. fin. de conſtit. Ioannes Andreas addit. ad ſpeculat. tit. de conſti. & latè oſtendit Baldus l. omnes populi n. 7. & Iaſon ibidem nu. 7. & 35. in 2. lectura. Ducuntur autem in hanc ſententiam: quia vniuersè in d. l. omnes populi & in §. ius autẽ ciuile, inſtit. de iure naA tur. & in cap. ius ciuile 1. d. dicitur, *quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocaturq; ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis:* tum quia quilibet populus poteſt inducere cõſuetudinem etiam ſine voluntate principis, ex ca. veniens, de iure iur. clariùs cap. 1 de conſtit. in 6. & l. de quibus ff. de legib. ergo & quilibet populus potuit ſine voluntate principis ſtatuta condere: nã vt dicit Iulianus d. l. de quibus, *ipſæ leges nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt:* Ergo ſimiliter Eccleſiæ, & ipſarũ capita Epiſcopi poterunt leges ſibi condere etiam in grauibus cauſis, modò non ſint reſeruatæ Pontifici, nec ſint contra principem vel bonos mores. Facit illud B commune proloquium, *quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi à Papa impediatur.*

*Concluſio. In grauioribus cauſis Epiſcopus nõ poteſt leges condere.*

Dico tamen, in grauioribus cauſis non poſſe 37 leges, aut ſtatuta facere: quia per regulam generalem ſunt reſeruatæ Papæ cap. 1. de tranſlat. Epiſc. & cap. maiores de Baptiſ. vbi Innocentius III. dicit, *maiores Eccleſiæ cauſas præſertim articulos fidei cõtingentes, ad Petri ſedem referendas intellige:* quod etiam quantùm ad fidei cauſas docuerat Innocentius primus cap. quoties 24. qu. 1. Ad cõcluſionem etiam facit generale illud principium, *in generali conceſſione non veniunt intelligenda, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus,* cap. vltim. de officio vica. C in 6. cap. quod tranſlationem, de officio deleg. vbi gloſ. Hanc concluſionẽ in particulari docet gloſ. cap. 1. de conſec. d. 3. Innocentius cap. veſtra de locato, Felinus cap. quòd ſuper his, de maior. & obedien. nu. 4. Bartolus l. omnes populi nu. 26. ff. de iuſti & iure. Cauſæ autẽ grauiores ſunt in primis, quæ ad fidem ſpectant, tranſlationes Epiſcoporũ, & ſedium mutationes, vt conſtat ex d. cap. 1. & ex d. cap. quòd tranſlationem, & Sanctorum canonizatio, quæ ab Epiſcopo fieri non poteſt cap. 1. & 2. de reliquiis & vener. Sanct. & religionis approbatio cap. vlt. de religioſ. domib. & cap. vnic. eodem tit. in 6. conſtitutio impedimenti etiam non dirimentis in matrimonio; quare nec matrimonia D clandeſtina potuit Epiſcopus irritare, vt rectè Nauar. lib. 3. conſ. 26. de regul. nu. 8. Suarez 3. p. to. 4. diſp. 7. ſect. 4. n. 5. nec poteſt clericis tributum imponere cap. prohibemus, de cenſib. nec ſynodum particularem congregare ad reuocandum, quod in generali decretum eſt, aut examinãdum, an rectè & legitimè ſancitum ſit, cap. nec licuit 11. d. c. de liguribus, 23. qu. 5. nec poteſt ſubditis laicis vſũ calicis concedere, aut ſacerdotibus, vt vxores ducant, aut alia efficere repugnantia vniuerſali conſuetudini Eccleſiæ; quamuis nulla ſit eorum prohibitio; huiuſmodi enim cauſæ, cùm adeò graues ſint & concernant ſtatum vniuerſæ Eccleſiæ, non E ſpectant ordinariè ad Epiſcopum. Poteſt tamen leges ferre in iis, quæ ad ordinariam, & cõmunem animarum gubernationẽ ſpectant, vt optimè Suarez ſuprà.

*Cauſſæ grauiores quæ ſint.*

*Cur grauiores cauſſæ ſint Papæ reſeruatæ.*

Ad argumenta in contrarium reſpondeo, cau- 38 ſas grauiores eſſe reſeruatas Papæ in ſignum ſupremæ poteſtatis, & aliis iuſtis de cauſis, vt conſtat ex Innocentio III. in d. c. maiores, imò exiſtimo, id eſſe verum etiam ante Innocentiũ III. nam hîc hac in parte nil noui decernit: ſed ex primatu Petri id colligit. Nec poteſt populus principi ſubiectus, & qui condendi leges poteſtatem non habet, ſtatuta facere, quæ ad cauſarum deciſionem ſpectent,

ſpectet, vt docet Bartolus d.l. omnes populi nu. 3. Angelus & Corraſius in §.ius autem ciuile, inſtit. de iure natur. Ancharanus cap. canonum ſtatuta, de conſtit. quia populus ille iuriſdictionem non habet, quæ tamen ad condendas leges neceſſaria eſt: qua ratione Baldus l.decernimus C. de ſacroſan. Eccleſ. aſſeuerat. Tyrannum non poſſe leges ferre, nimirum quia iuriſdictione caret: ergo populus iuriſdictione carens, non poteſt leges ferre: quod manifeſtius fit ex eo, quod ait Angelus l.imperium ff.de iuriſd.omni.iud. leges ferre eſſe actũ ſummi, & meri imperij: quod competit ſoli principi: quæ ſententia non eſt cõtraria Bartolo in argumento relato, vt notauit Iaſon. d. l. omnes populi n.34. & Baldus in argum.citatus affirmat, populi ſtatuta vim nullam habere, niſi à principe confirmentur.

*Tyrannus non poteſt leges ferre.*

Ad id verò, quod in argumento dicebatur de conſuetudine reſpondeo, nullam conſuetudinem vim habere ſine voluntate principis ſaltem generali, qua velit, vt conſuetudo pro lege habeatur: ſed ſemper eſt præſumenda, vt conſtat ex cap. fin. de conſuet.

*Nulla conſuetudo vim habet ſine voluntate principis.*

Illud dictum, *quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi*: non eſt omnium, ſed quorumdam tantùm, quos refert Suarez 3.par. tom.4.d.55.ſect.2.nu.2.exiſtimantium, omnẽ iuriſdictionem, quam Epiſcopi habent, competere illis iure diuino: quod incertum eſt, vt ſuprà vidimus, & licet illud pronunciatum eſſet verum, interpretandum eſſet iuxta ſuperiora, cum Suarez illo tom.4.diſp.7.ſectione 4.num.5.

## SECTIO VI.

*An poſſit Epiſcopus leges ferre, vel aliquid ſtatuere contra ius commune.*

39 PRo parte affirmatiua eſt, quod ait Albericus tract. de ſtatutis par.1. quæ. 8.quemcumque populum poſſe condere ſtatuta iuri communi contraria, niſi ius cõmune expreſsè illa deroget, & affirmat, eſſe communem ſententiam, quod ſi ita eſt, cur nõ poterit etiam Epiſcopus ſtatuere contra ius commune?

Dico primò, Reſp. exempta, vt Genuenſis, Veneta, & olim, Athenienſis, poteſt ſtatuere contra ius commune: quia ipſa fecit ius cõmune, & ideò illud poteſt abrogare cõtraria lege, & eodem modo Epiſcopus poteſt ſtatuere contra id, quod ipſe vel eius anteceſſor ſtatuit, niſi illud à Papa confirmatum ſit: quia tunc iam cenſeretur ſtatutum à Pontifice, vt notat Baldus l.ex placito, col. 2. circa fin.C.de rerum permutatione.

*1. Concluſio. Reſpub. libera poteſt ſtatuta edere iuri cõmuni contraria.*

40 Dico ſecundò, quæ iure communi ſtatuta ſunt, non poſſunt ab Epiſcopo abrogari. Baldus l. omnes populi nu.8. Iaſon. nu.30.1 lectur. ff. de iuſtit. & iur. gloſ.cap.cùm dilectus, verbo, ætate, de electione, & cap.dilectus, de conſuetudine, vbi fauet textus Ioannes Andreas cap.fin.de offic. ordin. & cap.fin.de offic.Archidiac. Panormitanus ca. cùm dilectus nu.10.& cap.cùm conſuetudinis nu. 5.de conſuetud.& cap.fin.nu.5.de offic. legati, gloſſ. ex textu ipſo cap.ſuper his, de maiorit. & obedient. tex.cap.inſtitutionis 25.qu.2.colligitur ex l.formã C.de offic.præfecti prætor.orientis Illyrici. Accedit, inferiorem non poſſe ſoluere, vel ligare ſuperiorem cap. inferiori.21. d. cap. cùm inferior, de maiorit.& obedien.l.nam & magiſtratus.ff. de arbitris l.fin.C.de legib.& ſpeciatim legem ſuperioris per inferiorem tolli non poſſe, definit Clemẽs V.in Concil. Viennen.relatus Clemẽt. ne Romani, de electione. Ad idem eſt Sebaſtianus Medicis tract.de legibus p.1.qu.14.dicens in ca.1.& ca. fin. 98.d. probatur, quòd Epiſcopus Synodale Concilium ad libitũ diſponere poteſt, modò nil ſtatuat in præiudicium Eccleſiæ inferioris, niſi aliqua vrgenti cauſa, Panormitanus ca.veſtram nu.2. de locato: vel niſi interueniente conſenſu eorum, quorum iura ipſe tangere voluit. Panormitanus ſuprà nu.6. Nec poteſt diſponere derogando iuri cõmuni cap.cùm inferior, de maior.& obedien.nec poteſt diſponere ſuper iis, in quibus Pontifex appoſuiſſet manus, Decius c.2.de cõfirm. vtili, vel inutili. Ratio eſt, quia inferior nullam habet iuriſdictionem contra ſuperiorem: & quia præceptũ ſuperioris iuſtum præualet præcepto inferioris. Hãc concluſionem limitat Baldus ſuprà, vt non procedat cum Epiſcopus legem ſtatuit contrariam iuri communi, ex euidenti, & neceſſaria cauſa, & quæ etiam moueret ſuperiorem ad ita ſtatuendũ. Idem Iaſon ſuprà nu.11. Alexander l. nemo poteſt ff. de leg.1. & Concil. 106. in 2. volum. Panormitanus ca.dilecti de appellat. & ca.at ſi clerici §. de adulteriis, de iudiciis, & ca.fin.de conſuet. Ducuntur potiſſimè ex l.ſi hominum ff.mandati, vbi decernitur, actionem mãdati competere aduerſus eum, qui ex mandato Domini ſeruum manumiſit, cùm procurator eiuſdem Domini iuſtam cauſam habuit interpellandi manumiſſionem ſerui; eam verò actionem non competere, ſi nulla iuſta cauſa fuit procuratori denuncianti, ne ſeruus manumitteretur. Ecce, quo pacto liceat ex iuſta cauſa contra expreſſum Domini mandatum venire ob eius præſumptam voluntatem: ergo etiam Epiſcopus iuſta de cauſa, & ex præſumpta voluntate Papæ poterit contra eius legem diſponere: quod etiam probatur, quia communiter Canoniſtæ docent, maximè Antonius & Immola.cap.fin. per illũ tex. de traſact. Alexander & Iaſon.ſuprà num.12. poſſe Legatum à latere, ex euidenti, & neceſſaria cauſa cauſam cognoſcendam ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij: cum tamen abſolutè cõtra ius commune ſit huiuſmodi commiſſio, & delegatio, vt docet gloſ. verbo, figura.c. fin.de hæreticis in 6.& Clemen.ſæpe, verbo, mandamus, de verborum ſignificatione. Speculator ti. de legatis §.Superſt. verbo, ſed numquid legatus. Baldus l.ne quidquam §.fin. ff. de officio proconſ. & leg. Antoninus cap.dilecti, de iudiciis: ergo ſimiliter Epiſcopus, &c. Itẽ Epiſcopus ex iuſta cauſa poteſt minuere pœnitentiam à ſummo Pontifice impoſitam, gloſſ.cap.tempora plenitudinis, verbo à quo iudicio 26.qu. 7. & Romanus conſil. 428. quod incipit, in terminis propoſitæ conſultationis: ergo ſimiliter poterit ſtatuere contra ſtatutum Pontificis. Item Ariſtote. 5.ethic.cap.10.& 2.mag. moral.cap.1.& 1.Rhetori.ad Theodectem cap.13. D.Thom.2.2.qu.102.ar.1.ad.2 & alij Philoſophi, & Theologi virtutẽ æquitatis, ſeu epiikeiæ conſtituunt, ad quam ſpectat prætermiſſis verbis legis, illud ſequi, quod iuſtitiæ ratio, & communis vtilitas poſtulat: quam ob cauſam æquitatem appellat Ariſtoteles emendationem legis: ergo iuſta de cauſa Epiſcopus poterit contra ius commune

*2. Concluſio. Quæ iure cõmuni ſtatuta ſunt non poſſunt ab Epiſcopo abrogari.*

*Inferior nullam habet iuriſdictionem contra ſuperiorem.*

*Licet venire ex iuſta cauſa contra expreſſum domini mandatũ, ob eius præſũptam voluntatem.*

*Epiſcopus poteſt minuere pœnitẽtiam, à ſummo Pontifice impoſitã.*

*Æquitas iuris moderatio quædam eſt.*

decernere. Quod aliqui iuniores dicunt verum eſſe quoad ſpecialia decreta, & præcepta, quibus in aliquo caſu determinato Epiſcopus iuſta de cauſa contra ius commune aliquid decernit, quando ſuperior abſque incommodo conſuli nō poteſt. Hoc modo limitationem ſuperiorē interpretatur Decius cap. at ſi clerici §. de adulteriis num. 81. de iudic. Romanus l. ſi vero §. de viro ff. ſoluto matrim. & alij, quos refert Decius ſuprà, numquam tamen Epiſcopo licere putant iuniores illi, contra ius cōmune legem ferre, abſque ſpeciali mādato ſummi Pontificis: quia neceſſe non eſt legem vniuerſalem ferre contra ius commune ob ſpeciales euentus. Si verò lex communis iuſta non eſſet, iam lex Epiſcopi non eſſet contra ius commune. Fauet Alexander III. cap. ſi quando, de reſcriptis dicens, *qualitatem negotij, pro quo tibi ſcribitur, diligenter conſiderans, aut mandatum noſtrum reuerenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendes, qua patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis fuerat inſinuatione ſuggeſtum.*

## SECTIO VII.

*An Epiſcopus ad ferendas leges conſenſu capituli, vel ſynodi indigeat.*

41 IOannes Andreas cap. 2. de conſtitut. lib. 6. Panormitanus cap. cum conſuetudinis, num. 5. de conſuetu. & cap. 2. num. 3. de conſtit. & cap. fin. in 6. de offic. leg. cap. nouit, num. 7. de his quę fiunt à prælato, cap. ad audientiam, num. 4. de clerico non reſidente. Decius cap. cùm omnes, nu. 30. de conſtit. in 2. lectu. certum putant, ſine conſilio capituli non poſſe Epiſcopum leges ferre.

*Epiſcopus ſine conſilio capituli legem non poſſe ferre quæ rationes probent.*

Suadetur primò ex Concilio Carthaginenſi 4. cap. 22. & refertur ca. Epiſcopus, 24. diſt. *Epiſcopus,* inquit, *ſine concilio* (vel, vt alia exemplaria habent, ſine conſilio) *clericorum ſuorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam, & teſtimonium quærat:* & Vrbanus Papa cap. alienationes, 12. quæſt. 2. irritas iudicat alienationes bonorum Eccleſiaſticorum, & ordinationes perſonarum ſine conſenſu capituli factas. Secundò, quia in eodem Concilio Carthaginenſi cap. 23. & refertur cap. Epiſcopus, 15. quæſt. 7. decernitur, *vt Epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia ſuorum clericorum, alioqui irrita erit ſententia Epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur:* hos verò clericos iudices etiam eſſe ſimul cum Epiſcopo, docet gloſſ. ibi. Tertiò, quia Alexander III. in cap. nouit, de his, quæ fiunt à prælatis, affirmat, *non decere Epiſcopum omiſſis membris,* hoc eſt clericis ſeu canonicis Eccleſiæ ſuæ, *aliorum conſilio in negotiis eiuſdem Eccleſiæ vti: cùm id non ſit dubium, & honeſtati ſuæ, & ſanctorum Patrum conſtitutionibus contraire:* & infrà, Inſtitutiones & deſtitutiones Abbatum, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum ſine conſilio fratrum ſuorum ab Epiſcopo factas robore firmitatis carere, decernit. Quartò, quia in cap. quāto eodem titulo idem Alexander ait, *fraternitati tuæ mandamus, quatenus in conceſſionibus, & confirmationibus, & aliis Eccleſiæ tuæ negotiis fratres tuos requiras, & cum eorum conſilio vel ſanioris partis eadem peragas, & pertractes, & quæ cauenda ſunt ſtatuas, & errata corrigas, & euellenda diſſipes, & euellas:* ergo videtur, Epiſcopum ſine cōſenſu, vel conſilio capituli leges ferre non poſſe.

A Dicendum tamen exiſtimo cum multis Theologis hîc, Epiſcopum communiter in ferendis legibus, ſeu faciendis ſtatutis, vel cōſtitutionibus non pendere à capitulo. Hanc eſſe communem reſolutionem, vt latè refert Felinus cap. cùm omnes, de conſtitut. num. 15. tradit Archidiaconus, & textus ibi, cap. 1. de conſecr. diſt. 3. & probatur: quia non habet poteſtatem à capitulo, ſed à Chriſto, vel à Papa, qui nunquam reſtrinxit generaliter hanc poteſtatem ad conſenſum, vel conſilium capituli, vt videbimus: colligitur ex cap. ſi quis venerit, de maior. & obedient. vbi dicitur, *ſi quis venerit contra decretum,* id eſt, conſtitutionem Epiſcopi, *ab Eccleſia abiiciatur,* id eſt, excommunicetur, vbi gloſſa, *ſic habet, quòd Epiſcopus poteſt facere decretum ſeu conſtitutionem in ſua diœceſi, cap. 1. de conſecr. diſt. 3. Epiſcopi enim poſſunt condere canones Epiſcopales, &c. Sed de maioribus negotiis non poſſunt aliquid ſtatuere,* vbi gloſſ. nihil dicit de conſenſu capituli, alios iuriſperitos referemus in ſolutione 3. argum. Roſella verbo excommunicator, §. 1. ait, Epiſcopum, ſi ſtatuat ſine conſilio capituli, nil valere ſtatutum per notata cap. quanto, de his quæ fiunt à prælato, ſed §. 2. quærit, quid ſi capitulum non vult præſtare conſenſum? ſed diſſentit Archidiaconus, Ioannes Andreas cap. 1. de conſtit. lib. 6. concludunt ſtatutum valere, ſi per capitulum nil rationabile opponitur, & hoc eſt Panormitani indubitabile, d. cap. quanto, quia cùm requiratur conſilium, & non conſenſus, ſatisfactum eſt iuri ex ſola petitione conſilij, & expectatione reſponſi; cùm non teneatur ſequi conſilium, vt in cap. cùm olim de arbitris. Vide de hoc ſupra, conſilium in principio, & §. 4. hæc Roſella, vnde reuerà noſtra opinio nō eſt contraria canoniſtis, initio citatis.

*Epiſcopus ſine ſui capituli conſenſu leges ferre poteſt.*

B C

Ad primum reſpondeo, pręceptum eſſe Concilij Prouincialis, quod Epiſcopos noſtros non ligat: deinde, ibi præcipi, vt non aliter ordinentur: ſi tamen ordinentur, factum tenet: ſic etiam licet non poſſint Epiſcopi ſine peccato leges facere abſque conſilio capituli, factum tenet: nec Concilium obligat, vt conſilium ſequantur capituli, ſed vt illud requirant, & audiant, vt ſciant, quinam ſint idonei, aut non: ſimilia præcipit Tridentinum ſeſſ. 23. in decreto de reformatione cap. 7. & 8. & Clemens VIII. in Pontificali Romano Rubr. de ordinibus conferendis. Quòd verò Epiſcopus leges facere debeat cum conſenſu, vel conſilio capituli, nullo iure cautum eſt. Ad Vrbanum ſimiliter reſpondeo, non agere de legibus: ſed de alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum, & de ordinationibus clericorum, & quantùm ad has videtur conſuetudine, aut alio iure decretum illud abrogatum. 43

*Poteſt facere Epiſcopus capituli conſenſu quod factū tenet.*

D E

Ad ſecundum reſpondeo, etiam illud decretum abrogatum eſſe contraria conſuetudine, quæ, vt ait Bonifacius VIII. cap. non eſt, de conſuetudine in 6. *eſt optima legum interpres:* nunc autem quando contra aliquem ex canonicis procedit Epiſcopus in cauſis criminalibus, duos ex capitulo adhibere tenetur, de quorum conſilio & conſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius in cauſa procedant Trident. ſeſſ. 25. decreto de reformat. cap. 6. ſed ad ferendas leges nullo iure requiritur conſenſus capituli.

*Conſuetudo eſt optima legum interpres*

Ad tertium reſpondeo, in rebus, quæ ad capitulum ſpectant, & vel lege, vel conſuetudine legitimè præſcripta in vtilitatem capituli inductæ ſunt, non

Digitized by Google

non poſſe Epiſcopum ſine conſilio, & conſenſu capituli aliquid noui ſtatuere, vel definire: in aliis verò, quæ ad capitulum non ſpectant, poteſt Epiſcopus ſine conſilio, & cõſenſu capituli leges ferre, vt docet Panormitanus cap. cùm conſuetudinis, num. 5. de conſuetud. & ferè in omnibus aliis locis ſuperiùs allegatis, Decius cap. cùm acceſſiſſent, num. 22. de conſtit. & Archidiaconus cap. 1. de conſecr. diſt 3. per textum ibi. Felinus cap. cùm omnes, de conſtit. num. 15. & 27. & iuxta hæc interpretare primam partem textus in argumento citati: in ſecunda autem aut Pontifex ius nouum decernit, aut, quod erat optima conſuetudine præſcriptum, obſeruari iubet: argumento textus in c. veſtra de locato, vbi Pontifex decernit, canonicos non obſtante Epiſcopi decreto, poſſe Eccleſiæ ſuæ in decimarum conductione conſulere.

Ad quartum reſpondeo, conſtitutionem illam ſatis probare, conſilio canonicorum Epiſcopum indigere in rebus, quæ ad communem eorum Eccleſiam pertinent, non verò in aliis rebus quæ ad capitulum non ſpectant.

*1. Concluſio. Epiſcopus non indiget ſynodo Parochorum ad ferẽdas leges.*

44 Ex quibus etiam colliges primò, Epiſcopum nõ indigere ſynodo parochorum ad ferendas leges, ſeu conſtitutiones: vt rectè docet Vazquez diſput. 153. cap. 1. num. 4. ſed falsò oppoſitum tribuitur gloſſæ cap. ſiquis, de maiorit. & obedient. ibi enim nil prorſus de hoc puncto dicit. Secundò colliges, vt Epiſcopus ſine conſenſu capituli leges ferat, nullam cauſam requiri: cuius oppoſitum cum aliis docet Menchaca lib. 1. controuer. cap. 31. num. 14. vbi ſic ſcribit, *licet prælatus olim nil ferè ſine capitulo ſuo facere poſſet, vt per Archidiaconum in ſumma 18. d. collectar. in cap. nouit, de his, quæ fiunt à prælato, Ægid. cap. irrefragabile, colum. penult. de officio ordin. tamen ex iuſta cauſa capituli conſilium requirere non tenebatur, vt per Hoſtienſem & Panormitanum in d. cap. nouit.* Hæc Menchaca: ſed facilè reiiciuntur; quia in iure communiter non requiritur conſenſus capituli, vt oſtendimus: ergo etiam ſi nulla ſubſit cauſa, poteſt Epiſcopus leges ferre, & alia facere ſine conſenſu capituli, vt de principe in præfatione lib. 1. c. 2. num. 20. his verbis dixerat, *ſed in quibus caſibus leges nouas facere, & veteres mutare ei liberum eſt, in illis non eget alicuius conſenſu, aut conſilio, aut interuentu: nec in aliis vtcumq; arduis, ita tenent Albertus Cynus, & Petrus de Bellamera per textum in l. humanum C. de legibus, eſtq; communis opinio, vt planè reſoluit Loazes vbi ſuprà, in reſp. ad 7. argument. n. 7. pag. 393. gloſſa in ca. Anaſtaſius verbo conc. 19. d. & in cap. fundamenta §. decet, verbo, contingeret, de electiõ. lib. 6. tenet gloſſ. communiter approbata, in cap. ad apoſtolica, in princ. de re iudicata lib. 6. & extrauag. execrabilis Ioan. XXII. titu. de præben. in verbo, de ipſorũ conſilio, & volunt cõmuniter doctores in Rub. vbi Andreas Siculus, Felinus, Philippus Decius, Ioãnes Frãcus, de Ripa, Andreas ab Exea hanc inquiunt eſſe communem opinionẽ, de conſt. Hoſtienſis, Antonius Debutrio, Panormitanus, & communiter alij in cap. ex geſtis, de cleric. non reſident. Idem Albertus de Roſat. in l. quidam decedens §. Papinianus col. 3. verſ. ſed an Papa ff. de adminiſtrat. tut. Petrus in concluſionib. ſuis, in 7. colum. Martinus Laudenſis tract. de Cardinal. qu. 45. Paulus Caſtrenſis, l. fin. poſt Bartholum, Baldum, & doctores ibi C. de legibus, & in l. fin. ff. eodem tit. & conſ. 414. incipiente, in facto præſenti, col. penult. vol. 1. Andre. Siculus ſibi contrarius in conſ. 1. incipiente, ex ſacris col. 9. verſ. vlt. vbi hanc dixit eſſe communem opinionem vol. 1. Lucas de Penna l. omnes iudices col. 13. C. de decurion. lib. 10. Antonius de Roſella, tract. de conſiliis q. incipiente, ſententia, quæ potiùs, col. 8. verſ. nota quod dicit, in 1. lectura, colum. 3. & in princ. C. de ſacroſan. Eccleſ. & ibi Petrus de Bergnia additio. ad Iacobum Butrigarium, vbi hanc dixit eſſe communem opinionem, Auguſtinus de Ancona tract. de poteſt. Eccleſiæ, quem refert, & ſequitur Antoninus 3. par. tit. 22. cap. 5. §. 5. prædictam opinionem tamquam communem, tenet Rochus de Curte. cap. fin. col. 9. de conſuet. & gloſſ. pragmaticæ ſanctionis hanc inquiens eſſe communem opinionem tit. de authorit. generalium concil. conſ. 23. in verbo, concilio, & tit. de numero & qualit. Cardinal. fol. 186. in gloſſ. in verbo, collaterales. Thomas Parpalia, in d. l. placet, colum. 38. Claud. de Scyſſello, alias de Aquis, in ſuo feudorum ſpeculo, titu. qui feudum dare poſſ. col. 6. de reſcriptis, Ioannes Crotus de Monteferrato, qui hanc dixit eſſe communem opinionem, & ab ea in iudicando, atque conſulendo nõ eſſe recedendum; Rub. de conſt. lib. 6. alios allgeans.* Hæc Menchaca.

*Epiſcopus ſine conſenſu cleri, & populi non poteſt feſta inſtituere.*

Sed aduerte, Epiſcopum ſine conſenſu cleri, & populi non poſſe feſta inſtituere, vt colligitur ex cap. conqueſtus de feriis, vbi Pontifex ait, *ſeruanda eſſe feſta, quæ Epiſcopus cum clero, & populo duxerit veneranda:* poſſe tamen Epiſcopum facere alias cõſtitutiones ſine conſenſu clerici, aut populi, & ſine conſenſu ſynodi, imò conſtitutiones, quas in Synodo facit, non habere vim ex ſuffragio Synodi: ſed ex ſola eius voluntate: & cõgregatos in Synodo non habere ſuffragium deciſiuum, ſed conſultiuum, vt dicemus diſp. 20. ſectio. 4. qu. 4.

---

## SECTIO VIII.

*An Cardinales poſsint leges condere.*

45 LOQVOR de Cardinalibus non legatis: nam de legatis poſteà dicam. Diſtinguendum hîc eſt: nam aut loquimur de illis, vt ſinguli, & diuiſiuè, aut vt omnes ſimul, ſeu collectiuè, item aut de lege vniuerſali obligante vniuerſalem Eccleſiam, aut de lege particulari obligante aliquam aliam minorem communitatem.

*1. Concluſio. Singuli Cardinales non poſſunt leges condere, quæ obligent vniuerſam Eccleſiã.*

Dico ergo primò, ſinguli Cardinales non poſsũt condere legem, quæ obliget Eccleſiam vniuerſalẽ, ita docent omnes Theologi, & Canoniſtæ, & eſſe indubitatũ meritò ait Sebaſtianus Medicis tract. de legib. part. 1. quæſt. 10. quoniam non habent iuriſdictionem in vniuerſalem Eccleſiam: ſed hoc eſt proprium Papæ, vt & Principis in Remp. ſæcularem, propter quod ipſe ſolus & nõ alij ei ſubiecti, poſſunt leges vniuerſales condere, l. ſi. ff. de legib.

*2. Concluſio. In Eccleſia ſui tituli poſſunt leges cõdere.*

Secundò dico, in loco, ſeu Eccleſia ſui tituli poſſe leges condere: hoc etiam indubitatum eſſe ait Medicis ſuprà, & cõmuniter docetur à Theologis, & Canoniſtis. Quoniam ibi habent iura Epiſcopalia, ſeu iuriſdictionem Epiſcopalem, cap. his quæ, de maiorit. & obed. vbi id notat Panormitanus num. 1. & cap. querelam de elect. vbi Panormitanus num. 1. Ioannes Andreas & alij. Idem Panormitanus cap. dilectus, num. 12. & 13. de cap. mon. & cap. cum te, num. 12. de re iudic. Cardinal. Clemen. ne Romani, de electione.

Si verò velit legem condere extra Eccleſiam, vel locum ſui tituli, vel, vt lex eius extra ſuum territorium extendatur, nil efficit, vt ait Medicis ſuprà cum Doctor. Rubr. de conſtit. quia hoc eſſet in

præiudicium alterius iuriſdictionis, & eſſet mittere falcem in meſſem alienam.

*3. Concluſio. Cœtus ſeu collegium Cardinalium viuente Pontifice nō poteſt legē condere.*

Dico tertiò, cœtus, ſeu collegium Cardinalium, viuente Pontifice, non poteſt legem condere vniuerſalem, nec particularem per modum collegij: quia vt ſic, nullam habent iuriſdictionem: ſed tota eſt in Pontifice, & eſt ſimile aliquomodo, l. 1. de conſtit. prin. cap. tranſlato de conſtit. ita etiam ait Medicis quæſt. citata.

*4. Concluſio. Nec ſede vacante.*

46 Dico quartò, nec ſede vacante poteſt collegium Cardinalium legem condere, Panormitanus cap. cum te, num. 12. de ſent. & re iudic. vbi ait, *in iure non legi, quòd collegium Cardinalium, vel ſingulares Cardinales habeant alicuius iuriſdictionis exercitium ſine Papa, præterquàm in titulis eorum, in quibus ſecundum communem opinionem habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem,* & num. 13. ait, *poſt mortem Papæ vacante Eccleſia, iuriſdictionem exercere non poſſunt in his, quæ ad iuriſdictionem Papæ ſpectant.* Idem dicit Iacobatius 7. de conſiliis art. 3. num. 19. & nonnulli Theologi Neoterici in præſenti, & apertè conſtat ex clement. ne Romani de electione, qua conſtitutum eſt à Clemente V. in Concilio Viennenſi aduerſus opinionem Hoſtienſis & aliorum, quos refert gloſſ. verbo, ne Romani, vt irritū ſit, & inane, quidquid poteſtatis aut iuriſdictionis ad Romanum, cum viuit, Pontificem, pertinentis, cœtus Cardinalium ſede Apoſto. vacante duxerit exercendum, niſi quatenus in conſtitutione Gregorij X. relata. cap. vbi periculum, de electione lib. 6. eiſdem Cardinalibus permittitur. Confirmatur, quia collegium Cardinalium nullam habet iuriſdictionem, quæ à ſede Apoſt. non manauerit: at verò ad ferendas leges nec in illa Clement. nec in illo c. vbi periculum, nec alibi conceditur iuriſdictio: ergo non poſſunt leges condere: vnde Medicis qu. citata ait, *poſſe quidem ad euitandum periculū imponere legem impropriè dictā, ſeu præceptum ad breue tempus duraturum: multa enim conceduntur, quæ, niſi immineret periculum, aut ſcandalum, minimè concederentur Felin. cap. nil cum ſcādalo, de præſcript. gloſſ. fin. cap. 2. d. 52. cap. 2. d. 95. gloſſ. verbo, venia cap. fin. d. 4. gloſſ. verbo, ſcandalum cap. licet d. 45. Si verò neceſſitas hoc non ſuadet, cœtus Cardinalium non poteſt condere legem* (ſcilicet, etiam impropriè dictam) *cum & Pontificalia exercere non poſsit, gloſſ. clementi. ne Romani, de elect. & cap. vbi periculum, verbo, intromittant, de electione in 6. cap. 1. verbo, ſede vacāte, de ſchiſmat. in 6.* Hæc Medicis, & multò minùs poterit legem propriè dictam, ſeu duraturam condere, vt ait idem auctor: quia huius nulla poteſt ſede vacante eſſe neceſſitas *Non obſtat* (addit) *quod ipſi eligant ſummum Pontificem, & habeant iuriſdictionem, quam habet Senatus: & quòd ſede vacante ſint loco Pontificis, & ſuperilluſtres d. c. vbi periculum: nam reſpondetur, quòd in materia iuriſdictionis non procedit argumentum de maiori ad minus: multi enim habent gladij poteſtatem: nec poſſunt concedere veniam ætatis: multi etiam celebrant diuina officia, & adminiſtrant ſacramenta, nec tamen poſſunt benedicere, & conſecrare inſtrumenta, quibus Eccleſia vtitur: cùm tamen omnia hæc multò minora ſint, quàm ſuperiora: cuius rei alia non redditur ratio, niſi quòd huiuſmodi reſeruentur in ſignum ſupremæ poteſtatis: ſic in propoſito Cardinales eligunt Pontificem, in quem transferunt, quod non habent, quod eſt contra l. nemo ff. de regulis iuris: quia eſt maior auctoritas ſummi Pontificis quàm omnium Cardinalium,* Panormitanus cap. cura nu. 7. de iure patro. Iaſ. l. qui aliena §. interdum nu. 34. ff. de acquir. hæred.

*Irritum eſt, & inane quicquid cœtus Cardinalium duxerit exercendum ſede vacante.*

*In materia iuriſdictionis nō procedit argumentū de maiori ad minus.*

*Electores Imperatoris leges condere non poſſunt.*

*Idem accidit in Electoribus Imperatoris, qui tamen legem non condunt, cùm hoc ad ſolum Principem ſpectet l. 1. ff. de conſtit. princip.* Hæc Medicis, qui eadem quæſt. quærit, quid ſi omnes Cardinales decedant, ad quos ſpectabit electio Pontificis? Reſpondet, ad Concilium generale: poteſt enim congregari ſede vacante, à Principibus Chriſtianis imminēte periculo, aut ſcandalo. Decius ca. licet de electione in fine, idem dicit Victoria, relectione 2. de poteſt. Eccleſ. p. 2. num. 16. *Si verò duo tantùm remanſerunt, poterunt* (inquit Medicis) *eligere ſummū Pontificem,* cap. vbi periculum, de electio. in 6. *vbi loquitur in numero plurali, quæ pluralitas duorum numero contenta eſt,* cap. pluralitas, de regulis iuris in 6. Decius d. c. licet nu. 21. *Si verò vnus tantùm, tunc,* inquit Medicis, *aut reliqui deceſſerunt, aut verò receſſerunt de conclaui: in primo caſu, quando reliqui mortui ſunt, poterit ſuperſtes ille nomine collegij Cardinalium alteri dare poteſtatem eligendi, & compromiſſarius poterit eligere, dummodò nomine collegij eligat,* & ſic datur limitatio *ad dictum illud, Cardinales non poſſunt creare Cardinalem: nam tunc ille electus, eſt loco Cardinalis, Panormitanus & Decius d. cap. licet, in fine, de electione. Si verò omnes recedant de conclaui, vno excepto; tunc ipſe ſolus Pōtificem eligere poteſt, Iaſ. l. ſi grege nu. 14. ff. de leg. 1. gloſ. Clement. ne Romani §. porrò de electio. Ioan And. cap. 1. ne ſede vacante, in 6. idem d. c. licet. Et nota quòd Cardinales à Pontifice Syluestro inſtituti ſunt cap. præſul. 2. qu. 5.* Hæc Medicis ſuprà.

*Duo Cardinales poſſunt eligere Pontificē.*

*Cardinales nō poſſunt creare Cardinalem.*

Sed faciliùs ad obiectiones illas reſpondetur, collegium Cardinalium poſſe eligere Papam: quia neceſſarium fuit dari electores Papæ inferiores illo, & ad hoc fuere illi deſignati, non ad ferendas leges: quia Pontifex illas faciet, cùm expediat, & in rebus diuerſæ rationis, non qui poteſt maius, poteſt minus: poteſt homo intelligere, non volare: & illi non dant Pontifici iuriſdictionem, niſi impropriè, diſpoſitiuè, & miniſterialiter, Deus ſolus auctoritatiuè, & per modum cauſæ principalis: ideò non oportet, illos habere iuriſdictionem, quam conferunt Papæ.

## SECTIO IX.

*An Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi poſſint leges condere.*

*Quatuor Patriarchæ præcipui.*

47 SVPPONO, quatuor eſſe principales Patriarchas, videlicet Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Ieroſolymitanū, & Antiochenum cap. renouantes, & ſeq. 22. d. qui dicuntur Patriarchæ, quaſi ſummi patres cap. cleros 21. d. quorum quilibet maior eſt quolibet Cardinali, excepto Hoſtienſi, qui conſecrat Papam, & vngit Imperatorem, ſecundum Sebaſtianum Medicis tract. de legibus p. 1. qu. 12. cum ſuo præceptore Calcafato l. 1. nu. 2. ff. de officio eius. Sunt verò quatuor Patriarchæ, ſeu Primates inferiores, Biturigenſis, qui eſt in Aquitania; Aquilegienſis, qui eſt in Dalmatia, ſupra mare, qui hodie Venetiis commoratur; Grandenſis, qui eſt in Syria, Piſanus in Tuſcia. Ita Medicis ſupra cum Boerio tract. de auctorit. magni concil. nu. 51. qui etiam omnes de iure præferuntur Cardinalibus, vt ſuprà, licet de conſuetudine contrarium ſeruari videatur, cap. conſtitutis, de appellat. vbi in ſubſcriptione, Patriarcha Grādēſis præfertur presbytero Cardinali, & licet

*Quatuor Patriarchæ minus præcipui.*

Digitized by Google

& licet Primates differant à Patriarchis in nomine: tamen re ipſa nil differre videntur. Medicis ſuprà, ex cap. prouinciæ 19. diſtinctione.

*Quilibet Patriarcha in ſuo Patriarchatu legẽ poteſt condere.*

His præmiſſis ait Medicis ſuprà, quemlibet Patriarcham in ſuo Patriarchatu poſſe condere legem. Primò, quia Archiepiſcopi ſubſunt illis, & ab illis ad ipſos deuoluitur cauſa per appellationem cap. conqueſtus 9, qu. 2. Secundò quia aſſimilantur regibus, cum præſint pluribus prouinciis, Calefatus loco citato num. 43. Tertiò, quia in ſuo Patriarchatu Patriarcha dicitur iudex ordinarius, ſicut Epiſcopus in ſua diœceſi, Beroius cap. ſignificaſti nu. 1. de officio deleg. Et an habeat iuriſdictionem in ſubditos Archiepiſcopi, vide Panormitanum ca. duo. nu. 1. de offic. ordinarij cap. expoſuit. nu. 14. de dilation. cap. fin. nu. 3. de confirm. vtil. vel inutil. cap antiqua nu. 3. de priuileg. Dicitur etiam Patriarcha illuſtris, Decius, & alij d. l. 1. ff. de officio eius Hęc Medicis, qui etiam ſequẽti qu. 13. de Archiepiſcopo, ait, poſſe etiam conſtitutionem facere, & textum eſſe in terminis: quia poteſt celebrare concilium prouinciale cap. quod dicitis 16. d. Eſt enim in ſua prouincia immediatè Superior Eccleſiæ maioris, Bernardus Rubeus de appellat. nu. 28. & cùm ſit caput Concilij prouincialis, ab eo puniri non poteſt, ſicut nec Pontifex, Panormitanus cap. graue nu. 28. de præben. cuius tanta eſt auctoritas, vt poſſit ſuffraganeum ſuum excommunicare. Bernardus cap. 1. nu. 68. de iudic. poteſtque totam prouinciam viſitare, etiamſi non appareat de negligentia ſuffraganeorum, Panormitanus cap. cùm dilecti nu. 30. de electio. ca. ſicut num. 4. de accuſ. Ratio eſt, quia eſt ordinarius totius Prouinciæ, cap. 3. 9. qu. 2. licèt in diœceſi ſit tantùm Epiſcopus, Cardinalis Clem. 1. §. 1. in 1. q. de ſupplen. neglig prælat. Eſt tamen maior omnibus Epiſcopis, cap. multis d. 17. & licèt non ſit maior in ordine, eſt tamẽ maior in exercitio. Cardinalis Clem. 1. de priuilegiis: appellatur princeps, quando habet temporalem iuriſdictionem, Clem. 1. §. 2. de iureiurando, vbi Doctores. Hæc Medicis, quæ ad ſolutionem quæſtionis parùm referunt.

*Archiepiſcopus eſt ordinarius totius prouinciæ.*

*Archiepiſcopi poſſunt in ſuis diœceſibus id præſtare, quod Epiſcopi in ſuis.*

48 Vnde dico, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Primates, iure communi idem poſſe in ſuis particularibus diœceſibus, quarum ſunt immediati, quod Epiſcopi; cùm illarum Epiſcopi ſint: Nil autẽ ampliùs intra, vel extra illas poſsũt, niſi ſpeciali iure, aut præſcripta cõſuetudine, aut priuilegio eis conceſſum ſit Ita expreſsè declaratum eſt in cap. conqueſtus cum aliis 9. q. 3. & ca. duo ſimul, de officio ordinarij. Ratio eſt, quia hæ dignitates, quatenus ſuperiores Epiſcopis ſunt, omninò sũt de iure Eccleſiaſtico: ideò nil ratione illarum fieri poteſt, niſi quod ſpecialiter eſt conceſſum: quale non eſt cõmuniter leges ferre extra ſuas Diœceſes, niſi cum concilio, aut forte viſitando, vnde ſolùm Archiepiſcopum non poſſe ſtatuta condere totam prouinciam obligantia, docet Sanchez 8. de matrim. diſp. 17. nu. 36. ex cap. nullus primas 9. qu. 3. quod eſt Callixti Papæ, & ex cap. ſicut olim, de accuſationibus.

## SECTIO X.

*Vtrùm Abbates poſſint leges condere.*

*Generales alicuius regulæ congregant Conciliũ in quo ſtatuũt ea quæ opus ſunt ad ſui cõſeruationem.*

49 Sebaſtianus Medicis tract. de legib. par. 1. q. 15. ait, Abbates ſeu Generales alicuius regulæ congregant concilium conuentuale, in quo ſtatuunt, quod opus eſt ad conſeruationem, & augmentum regulæ: in terminis tradit de hoc Beroius cap. 1. in princ. de iudiciis, & nota quòd Abbas ſtare debet immediatè poſt Epiſcopũ, cùm ipſe præſit omnibus aliis prælatis, Panormitanus cap. ex ore nu. 3. de priuilegiis: & præfertur Epiſcopo in rebus ſpectantibus ad regulam, Panormitanus cap. cum contingat num. 21. de foro compet. Præſertim Abbas monaſterij exempti, qui pro Epiſcopo habetur ca. dudum, de rebus Eccleſ. non alien. in 6. Baldus authent. cauſamque in vlt. col. in gloſ. quod ſi eſt, C. de Epiſcop. & Clericis. Innocentius cap. 1. de Clerico peregri. Franciſcus de Aretio conſil. 63. patet, quia minores ordines conferre poteſt, Panormitanus cap. cùm ſis, de conſecrat. Eccleſ. vel altar. & vtitur baculo paſtorali, annulo, & mitra. Panormitanus ca. inter col. fin. de re iud. Doctores clem. attendentes, §. ſtatuimus, de ſtatu Monacho. & cap. 1. de ætate & qualitate, cap. meminimus de accuſ. Ideò dicitur habere iuriſdictionem ordinariam, Innocentius cap. dilecta de maiorit. & obed. & quod dictum eſt de his, vendicat ſibi locum in aliis, eandem, vel ſimilem iuriſdictionem habentibus. Hæc Sebaſt. Medicis.

Sed de Abbatibus, & aliis prælatis regularibus modò non inquiremus. De ſecularibus autem dico, ſi habent iuriſdictionem Epiſcopalem, vt olim Valliſoletanus & Methimnenſis, poſſe condere leges: & idem eſt de aliis prælatis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalẽ: quam habent omnes, qui poſſunt ordinario iure excommunicare, ſuſpendere, interdicere, & ſimilia: vt fusè oſtendit Suarez 3. par. tom. 5. diſpu. 2. ſect. 2. & diſp. 28. ſect. 1. 50

*Abbates qui poſſunt leges condere.*

Probatur concluſio: quia Epiſcopus poteſt leges ferre in ſua Diœceſi: ergo & omnes Prælati, ſiue ſuperiores, ſiue inferiores Epiſcopis, ſi habent iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem: quia hæc poteſtas annexa eſt Epiſcopali, vel quaſi Epiſcopali dignitati. Hoc ipſum ex ſuperiùs dictis, & inferiùs dicendis, magis conſtabit.

## SECTIO XI.

*An Legatus Papæ leges condere poſſit.*

Triplex eſt Legatus, videlicet à latere 51
cõſtitutus, & natus, Legatus à latere eſt ille, qui à latere Pontificis emanauit, & poteſt non eſſe Cardinalis, cap. per tuas, de maior. & obed. c. fin. 93. diſt. cap. ſi ergo, 8. quæſt. 1. Vſus tamen hodie Romanæ Eccleſiæ vocat Legatum de latere Cardinalem, ca. ad eminentiam, de ſentent. excomm. Cardinales etiam in cõſiliis de rebus arduis ſummo Pontifici aſſiſtunt cap. venerabilis, de officio delegati, cap. expoſuit de dilat. cap. Piſanis, de reſti. ſpoliat. cap. cum Ioan. de fide inſtrum. conſtitutus verò Legatus eſt ille, qui nõ emanat de latere, ſed ei committitur officium legationis in certam prouinciam ad tempus. Vnde & à quibuſdam dicitur temporarius cap. placuit, 7. quæſt. 1. & iſte eſt minoris auctoritatis, quàm primus cap. volentes de officio legati. Natus, ſeu natiuus eſt, qui habet officium hoc ſuæ dignitati annexum cap. 1. de officio legati, cap. 1. de appellat. de quibus omnibus agit Hoſtien. in ſumma de officio legati, & Speculator eodem tit. verbo, ſequitur videre.

*Triplex eſt legatus Papæ.*

Communis ergo, & vera ſententia eſt, omnes 52
hos

*Omnes hi legati in ſua prouincia leges condere poſſunt.*

hos Legatos poſſe in ſua prouincia leges condere, quæ durent etiam finito tempore legationis, donec reuocentur à Pontifice, vel habente æqualem poteſtatem, & hoc non ſolùm in Conciliis prouincialibus, ſed etiam extra concilia. Hoſtienſis loco citato, Albertus tract.ſtatu circa prin.Beroius Rubr.de conſtit.col.6. Iaſon l.omnes populi, in 1. lectura nu.29.& in 2.lectura ff. de iuſtitia & iure, Bartolus ibidem num.8. Sebaſtianus Medicis tractatu de legib.& ſtatu.p.1. quæſt. 11. Panormitanus & alij Doctores cap.fin.de officio legati,Iaſon Gloſſa & Angelus l.apertiſſimè,C.de iudic.Cardinalis cap. regula, §.porrò, diſt.3. Sylueſter verbo, lex,§.4.ſtatuitur ab Innocentio III. c. fin. de officio legati,& conſtat ex cap.ex reſcripto, de locato,cap.1.& ſequentib.9.quæſt.3.

*Modò nihil ſtatuant contra ius commune.*

Quod procedit modò nil ſtatuat contra ius commune,niſi hoc ageret vrgente neceſſitate, Iaſon d.l.omnes populi,in fin. Medicis num.6. Hæc poteſtas ſolùm cõpetit Legatis ex voluntate Pontificis:quia dignitas Legati tota eſt à Põtifice: vnde etiam ſine cauſa poſſit validè hanc poteſtatem Legati reſtringere,aut penitus auferre. Eam autẽ illis ineſſe,etiam patet:quia habent omnem iuriſdictionem ordinariam Epiſcoporum, vt conſtat toto titulo de officio legati,& cap.2.de officio legati in 6.vnde ea omnia poteſt efficere, quæ Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in ſua diœceſi.Panormitanus & Decius cap.ſua nobis de confirm.vtili, vel inutili,& latè Speculator titulo de leg. §. nunc oſtendendum,verſ.præmiſſa omnia, poſt verſ.89. imò plura poterit efficere, quàm Epiſcopus vel Archiepiſcopus,vt conſtat ex cap.1.& ca.dilectus, de officio legati.

*Nuncius Apoſtolicus leges poteſt condere.*

Hinc Nuncius Apoſtolicus leges condere poſſet:quia Legatus eſt, & omnem ordinariam iuriſdictionem Epiſcoporum habet:imò,vt inquit Antonius cap.ex parte 3.de verborum ſignificatione, & cap.1.de locato,Innocentius cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. & Bartolus l. omnes populi, ff.de iuſtitia & iure,qui habent iuriſdictionem ordinariam, poſſunt ſtatuta condere in perpetuum, & perpetua cenſentur,niſi ad tempus ponantur.

*Not. A Mandatario Pontificis fiet lex.*

53 Item à Mandatario Pontificis ad hoc ſpecialiter conſtituto fiet lex,vt perſpicuum eſt, & notat Medicis num.7. ex quodam textu,& ex Hoſtienſi in ſumma,de conſtit.quæſt.5. & ibidem notat Medicis,quòd vbi adeſt Legatus, ceſſat in multis iuriſdictio ordinarij,etiam ſi eſſet Patriarcha, vt ait Speculator titulo de officio leg.

*Legatus natus quis ſit.*

Nota etiam id,quod diximus, ſolum Cardinalem eſſe Legatum de latere,doceri à Medicis quæſtione citata à Ioãne Andrea & Panormitano cap. excommunicatis de officio legati, Baldo & Decio cap.dilecti de appellat.Item Legatum natum eſſe, qui Legati dignitatem Archiepiſcopatui ex ſedis Apoſtolicæ voluntate habet annexam, & ſimul cum Archiepiſcopatu acquirit:vt docet Panormitanus cap.1.de officio leg. Decius ſuprà, num. 10. Item, Legatum natum aut temporarium,ſeu conſtitutum, non poſſe poteſtate legati vti, cùm ad eius prouinciã Legatus de latere deſtinatur, & in ea exiſtit: vt expreſſè ſtatutum eſt à Gregorio IX. in ca.volentes,de officio legati. Item vt cœpimus dicere,non poſſe Legatum,quicumque ille ſit,aliquid contrarium iuri canonico ſtatuere,licet in eo poſſit diſpenſare; vt notat gloſſ. fin. Antonius de Butrio,& Immola Clem.2. de reſcriptis, Andreas Siculus cap.cum omnes,colum.penult.de conſtit. Decius Rubr.de conſtit.num 22.& 23.in 2. lectura,& in cap.at ſi clerici, §.de adulteriis, num.102. de iud.Hoſtienſis cap.fin.de officio Archid. Ioan. Andreas ibi, & Additiones ad Speculat.Rubr.de elect.Innocentius, & Panormitanus ca. nemini de officio legati, Iaſon l. omnes populi, in 1. lectura num.30.ff.de iuſtitia & iure,& Doctores communiter,præſertim Immola in l.ex duobus,§.fin.ff.de vulgari.Gregorius Lopez l.12.verbo,*otro ninguno*, tit.1.par.1.& hac de cauſa non poteſt Legatus etiã de latere transferre Epiſcopos ex vno Epiſcopatu ad alium,vel vnam Eccleſiam Cathedralem alteri ſubiicere,& alteri cõcedere ius Primatis,vel duos Epiſcopatus vnire,aut vnum diuidere: vt conſtat in cap.niſi ſpecialis, & c. quòd tranſlationem, de officio legati, & alia plura congerit Decius ca.paſtoralis,in princ.num.20.de appell.quę ex ſententia plurium,quos ibi refert, nõ poteſt efficere Legatus:quia iuri communi, aut generali conſuetudini contraria ſunt. Tamen ex euidenti & neceſſaria cauſa poteſt Legatus contra ius commune aliquid ſtatuere.

*Poteſtas legati eſt ordinaria.*

Nota etiam, poteſtatem Legati ordinariam eſſe: quod patet ex cap. legatus de officio legati, in 6. vbi ſic habetur, *legatos, quibus in certis prouinciis committitur legationis officium, vt ibidem euellant, & diſſipent, & ædificent, & plantent: prouinciarum ſibi commiſſarum ad inſtar proconſulum, cæterorumq́ præſidum, quibus certa decreta ſunt prouinciæ moderandæ ordinarios reputantes*,&c.

Sed an hæc poteſtas Legati quoad legumlatio- 54
nem delegabilis ſit,attigit Panormitanus cap.graue,de ſentent.excomm.& pro parte affirmante refertur Bartolus d. l. omnes populi, vbi non ſatis clarè loquitur. Probat autem ex illo textu,confirmarique poteſt ex l.vnic.ff.quibus,tit.1.C.de nouo Codice edendo.Alij dicunt, in lege condenda duo poſſe conſiderari, vnum eſt componere legem;aliud eſt dare illi vim:primum cõmitti poſſe, vt regulariter committitur aliis; & de hoc maximè videri loqui dicta iura: ſecundum etiam committi,& delegari poſſe: quia eſt poteſtas ordinaria iuriſdictionis, & nihil habet ſpeciale, quod repugnet. Vnde, ſicut Papa ſuo Legato contulit hanc poteſtatem ordinariam; ita Legatus poteſt eam aliis delegare. Abſolutè tamen dicendum eſt, eſſe delegabilem ex cap.fin.de officio leg.vbi ſic habetur, *Nemini dubiũ eſſe volumus, quin Legatorum ſedis Apoſtolicæ ſtatuta edita in prouincia ſibi commiſſa, durent tamquam perpetua, licet eamdem poſtmodum ſint egreſſi: ſecus autem ſi cauſas duxerint delegandas aliquibus: cùm iuriſdictio iſtorum expiret, ſi ante illorum diſceſſum horum citatio nõ præceſſit*. Vbi Põtifex ſupponit, delegari poſſe cauſas, ac proinde poteſtatẽ condendi ſtatuta.

*An delegatus à legato poſſit ſubdelegare.*

An verò delegatus à Legato, poſſit ſubdelegare? 55
quidam dicunt, non poſſe:quia id eſt priuilegium delegati à Principe, ita Archidiaconus cap.41. de officio iud.deleg.in 6.Ioannes Andreas, Dominicus,& Francus ibi, Innocentius cap. cùm Bartoldus,de ſent.& re iud.gloſ.cap.cùm cauſſam,de appell.Alij ſentiunt,poſſe,vt Baldus l.à iudice. C. de judic.Alexãder l.more & l.ſeq.ff. de iuriſd. omniũ iud.Angelus l.cum prætor.ff. de iudiciis, Panormitanus dicto cap.cùm Bartoldus: quos ſequitur Gaubertus,de officio leg.in 6.nu.143.Id probant: quia Legatus inſtar principis habet regiam facultatem,

tatem,& dignitatem,authores vtriuſque opinionis loquuntur de delegatione cauſarum iudicialium:ſed eadem ratio videtur de delegatione poteſtatis legiſlatiuæ,& ſecunda opinio videtur probabilior.

*Poteſtas condendi leges pro vna vel altera prouincia facilè cōceditur, non pro tota Eccleſia.*

Nota etiam, poteſtatem condendi leges reſpectu vnius, vel alterius prouinciæ, facilè concedi poſſe,& ſolere: reſpectu tamen totius Eccleſiæ, nec ſolere,nec debere fieri: quia expedit leges in totam Eccleſiam manare ab eo, qui in moribus inſtituendis errare non poſſit: nulli autem præter ſummum Pontificem hæc infallibilitas competere poteſt.

*Circa quæ Legati poſſint leges condere.*

Quæres rurſus,circa quæ poſſint Legati ſtatuta facere.Reſpondeo circa ea omnia, quæ ad iuriſdictionem eorum ſpectant,vt ad mores componendos,vitia corrigēda,c.quoniam quidem 18.d. hoc enim etiam poſſunt Epiſcopi.At verò nec Epiſcopi, nec Legati poſſunt quicquam ſtatuere contra ius commune ex toto,vel ex parte,gloſ.cap.vlt.de his,quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.Felinus,& alij,cap.quod ſuper his, de maior.& obedien.gloſ.clem.nec Domini, de electio. Poſſunt tamen præter ius commune ſtatuere: item contra non parentes iuri communi, pœnam addere; vt ſinguli faciliùs ius commune obſeruent. doct. c.2. de conſtit. Innocentius & Hoſtienſis c.cùm inhibitio, de clandeſt.deſponſat.

*An ſtatutis Legatorum teneantur ſubditi extra prouinciam.*

An verò ſtatutis Legatorum ligentur ſubditi,cū extra prouinciam delinquunt,diſputatum fuit Paduæ,vt teſtatur Albericus l.ex cauſa ff.de poſtulādo,& tandem concluſum eſt,nō incurrere in pœnam ſtatuti à Legato conditi. Et quamuis Epiſcopus punire poſſit ſubditum, qui delinquit extra territorium, quando in ipſo Epiſcopi territorio reperitur, vt annotant doctores authent. qua in prouincia cap.vbi de criminibus agi oportet: tamen quod ad delictum ſpectat, contra ſtatutum non cenſetur delictum,niſi in prouincia commiſſum: Doctores cap.2.de conſtitutionibus in 6.

An verò poſſit Legatus condere ſtatutum cōtra ſtatuta aliorum Legatorum,reſpondeo poſſe:quia nec inferior,nec par potuit ei legem imponere, c. cùm inferior,de maiori.& obe.& c.inferior,d. 21.

*Eius eſt legem interpretari, cuius eſt condere.*

Quis verò poſſit ſtatuta Legatorum interpretari?Reſpondet, durante legatione ipſius eſſe ſua ſtatuta interpretari, ſi quid incertum, obſcurum, ambiguumque contineant:quia eius eſt interpretari legem,cuius eſt condere cap.inter alia,de ſenten.excom. legatione verò finita, interpretatio ad Papam deuoluitur:gloſ.cap. ex parte 3. de verbor. ſignific.

## SECTIO XII.

*An Prælati religionum poſſint leges condere.*

56 *Generales ordinum poſſe leges condere.*

DIco primò, Generales religionū,quæ à ſummo Pontifice approbatæ ſunt, poteſtatem habent ordinariam conſtitutiones, ſeu leges cōdendi in congregatione generali, maiore ſuffragiorum parte conueniente. Idem communiter poſſunt Prouinciales in capitulis prouincialibus. Conſtat ex vſu, & conſuetudine religionum,& ex priuilegiis,quæ Pontifices illis conceſſerunt. Intelligitur hæc facultas de legibus & conſtitutionibus iuri cōmuni conſentaneis,aut non aduerſis: non enim poſſunt

A conſtitutiones facere contrarias iuri communi ſine expreſſa facultate Papæ, vt optimè docet Nauarrus 1.conſiliorum,tit.de electione,& lib.3. tit. de regularib.conſilio 26.nu.8.

*An poſſint leges cōdere extra capitula.*

An verò id poſſint extra capitula, dicunt aliqui ex conſtitutionibus,cōſuetudinibus,& priuilegiis cuiuſque Religionis iudicandum eſſe: ex quibus intelligetur voluntas Pontificis,qui hanc poteſtatem confert:ſicut & religiones confirmat, & approbat: cùm tamen anteà ex Epiſcopi auctoritate intrà propriam diœceſim confirmarentur. An verò ex conſenſu ipſorum religioſorum eandem poteſtatem legiſlatiuam prælati habere potuiſſent, etiamſi ſummus Pontifex illam non conceſſiſſet? B Aliqui negant:neſcio tamen,qua ratione: nā quælibet communitas hominum non impedita poteſt ſuperiorem eligere,& poteſtatem præcipiendi, & leges ferendi ei dare in rebus,quæ non ſint contra maiorum iuſſa,& leges.

Sed dubium eſt, an Prælati religionis poſſint leges ferre, aut aliquid præcipere præter regulam, ſeu inſtitutum, primámve conſtitutionem.

*Abbas nō poteſt præcipere Monacho præter id,quod in regula continetur.*

Gerſon lect.4.de vita ſpirituali, quæ eſt in alphabeto 62.littera R.circa finem corol.13.inquit, 57 non poſſe Abbatem præcipere Monacho, præter id,quod in regula continetur: quia votū obedientiæ eſt ad obediendum ſecundum regulam;ſiue id expreſſerit in profeſsione, ſiue non: ſemper enim C ita intelligitur,vt docet S.Thomas 2.2.q. 104. art. 5.ad.3.& q.186.ar.9.imò hanc ſententiam Gerſonis tradidit expreſsè D. Thomas locis citatis, & quodlib. 10.ar.10.& 2.d.4.q.vlt.ar. fin. vbi Bonauentura ar.3.q.2.Durandus q.4. Carthuſianus q.5. Antoninus 3.par.tit.16.cap.1.§.9.& 13. Turrecremata in expoſit.regulæ ſancti Benedicti titulo 45. Cordubenſis in cap.6 regul.S.Franciſci q.10. pun. 6.Rodriguez tom.2. regularium q.22. art.6.& qu. 45.art.4.& tom.3.qu.19.art.3.Toletus tract. de 7. peccat.mort.cap.16.Valentia 2.2.diſp.7.qu.3.pun. 2.§.addit, & diſp.10.q.4.pun.3.§.nunc verò,Ototadus conſ. 16. incipiente numquid Monachum, Nauarrus cap.nullam 18.qu.2.ad 6.arg.& cap.ſtatuimus 19.qu.3.nu.23.§. ad hoc reſpondeo, Silueſter verbo Religio 6.q.6.Angelus religioſus n.30. D Panormitanus cap.literas de reſtitut.ſpolia.& c.ex literis de ſponſalibus,Innocentius cap.veniens de iure iur. quam ſententiam ita intelligunt,vt ſuperior præcipere non poſsit,niſi quę in regula habētur,aut aliquo modo ad obſeruantiam eius pertinent,ſeu quæ ad talem obſeruantiam accommodata ſunt.Quare niſi videat ſuperior expedire inferiori aliquam nouam pœnitētiam, vel ad exemplum aliorum propter defectus, vel ad cautelam recidiui in obſeruatione regulæ, non poterit eam iniungere,nec ad arctiorem regulam ipſum obligare.Quod verum eſt,& indubitanter dicunt Silueſter,& Angelus, eò quòd iuriſdictio ſuperioris E in religione non eſt ei abſolutè conceſſa, ſed tantùm iuxta vota inferiorum,qui vltrò ſe ſubiecerūt ſub tali regula: quod eleganter tradit Bernardus lib.de præcept.& diſpenſ.cap.8.vbi *inter paria,* inquit,*non oportet eum qui præeſt, non fræna ſuæ laxare voluntati ſuper ſubditos, ſed præfixam ex regula ſibi ſcire menſuram: & ſic demum ſua imperia moderari circa id ſolum,quod rectum eſſe conſtiterit,nec quodlibet rectum,ſed hoc tantùm quod prædictus pater* (S. Benedictus) *inſtituit; aut certè quod ſit ſecundum quod inſtituit.* Vide alia in S. Bernardo; aliqui adducunt

*Quæ præcipi poſſunt à Superioribus ſuis ſubditis.*

Clem.

Digitized by Google

Clem.V.clem.exiuit de Paradiſo,dicentem:*Voues regulam, non poteſt dici, teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea conſilia Euangelica,quæ in regula non ponuntur,* & infrà.*Declaramus autem,& dicimus,quod dicti fratres non ſolùm ad illa tria vota nudè & abſolutè accepta,ex profeſsione ſua regulæ obligantur:ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ ſunt pertinentia ad ea quæ regula ipſa ponit.*Præcipuum tamen fundamẽtum eſt, quo vtitur Bernardus, quia religioſus ſolùm promittit obedire ſecundum regulam : vnde in aliis eſt non ſubditus:cui conſtat nil poſſe præcipi cap. præſens 20.q. 3. Quare ſi regula alicuius religionis nõ obligat ad culpam,ex prima ſua inſtitutione,ſed tantùm ad pœnam,non poteſt ſuperior in aliqua domo obligare omnes ad obſeruantiam illius ſub aliqua culpa : hoc enim eſſet ſtatuere nouam regulam, poteſt tamen ad correctionem alicuius,& exemplum aliorum, alicui præcipere aliquid de regula ſub peccato,etiam mortali,ſi viderit expedire:eodem modo philoſophatur Gerſon de ſuperioribus non religioſis,vt ferre nõ poſſint leges,niſi ſub diuina contineantur. Intelligit autẽ contineri ſub lege diuina , non ſolùm ea,quæ re-uera à Deo præcepta ſunt,vel ſpeciatim, vel vniuerſè:ſed etiam ea,quæ ad illam pertinent,vt ſect. præced.explicatum eſt.An verò generalis cum capitulo generali,cui commiſſa eſt facultas condendi canones , & leges,ferre poſſint leges , quæ ſub aliqua regula non contineantur? Quidam dicunt, non poſſe leges ferre obligãtes ad arctiorem modum viuendi,niſi conſenſu ſingulorum.Ita Angelus ſuprà,pro quo etiam Syluester refert gloſſ. ca. geſta.d.74. fundamentum eſt: quia nemo virtute ſuæ profeſſionis compelli poteſt tranſire ad arctiorem religionem: ergo nullus in ſua religione compelli poteſt ad arctiorem regulam.

*Quando regula non obligat ad culpã, Superior non poteſt obligare ad eam.*

*An generalis cum capitulo, leges ferre poſſit, quæ ſub aliqua regula non continẽtur.*

58 Oppoſitum tamen tenet Innocentius, quem refert,& ſequitur Panormitanus cap.ſuper eo.de regularibus,Vincentius & Hoſtieſis, eodem c. Præpoſitus cap.ante triennium verſ.tamen ſi per ſtatutum d.31.gloſ.quòd omnes , de regu. iuris in 6. Ioann. Andreas c.Ioannes eodem titulo:fundamẽtum eſt id,quod decernitur cap.vni.de ſtatu regu. lib.6.vbi monialibus , quæ ex profeſſione ſua non ſeruabant clauſuram, imponitur præceptum perpetuæ clauſuræ : quod regulam efficit arctiorem. Idem præcepit Tridentinum ſeſſ.25.cap.5.de regularibus, & Pius V. in Bulla edita anno 1562. & in alia anno 1569.& Gregorius XIII.anno 1572. Mihi placet quod ait Syluester,ſententiam poſteriorem eſſe veriorem adhibito temperamento : vt, ſcilicet,intelligatur de ſtatutis,& legibus, quæ ad reformationem antiquæ regulæ neceſſaria videntur iuxta varias circumſtantias temporum , & locorũ. Quare meritò ſtatutũ eſt à Bonifacio VIII. illo ca.vnico de regularibus in 6.vt moniales,quę anteà clauſuram non ſeruabant, deinde ſeruarent, eò quòd eo tempore non cum leui iactura caſtitatis,& pudicitiæ , quam profeſſæ erant,domo exibant.Malè ergo Oldradus & alij , quos ſuppreſſis nominibus,citat Bannes 2.2.qu.1.ar.10.dub.6. ad 3.arbitrati ſunt,non poſſe Romanum Pontificem Sanctimonialibus præcipere clauſurã : quam profeſſæ nõn ſunt.Quam ſententiam iure Bannes temerariã affirmat:cùm & à Bonifacio VIII. Pio V. Gregorio XIII.& Concilio Tridentino illis præcepta ſit.Nomine prioris regulæ intellige,nõ tantùm ea,quę cõmunia ſunt omni religioni,& perti- A nent ad tria vota in vniuerſum : ſed etiam ea,quæ ex peculiari inſtituto vnaquæque religio ſibi aſſumpſit:in quo à reliquis diſtingueretur:ratio huius ſententiæ eſt:quia qui ſponte ſua vouit aliquã religionem,& regulam,paratus eſſe debet ex parte ſua,ad conſeruandam regulam , & modum viuendi:quare , ſi culpa multorum modus viuẽdi in religione ſua in peius abiiſſet, commodius quoq; iudicaretur, aut diſſoluere, aut reformare religionem:pati debet nouas conſtitutiones , etiamſi videantur arctiores,vt reformetur religio. Prudenter tamen conſiderãdum, an talis lex ad reformationem conducat: nec enim expedit aſſumere in- B ſtitutum alterius religionis : credendum enim eſt inſtitutum proprium cum approbatũ fuit à ſummo Põtifice , iudicatum fuiſſe ſufficiẽs ad religioſè viuendum;quare non opus eſt mutare inſtitutũ, & de Monachis facere mendicantes,aut è contrà. Debent autem fieri conſtitutiones accommodatæ ad ſeruandum antiquum inſtitutum.

*Quæ regulæ antiquæ addi poſſint.*

*Cur clauſura monialibus ſit præſcripta.*

His ſuppoſitis ad argumentum,quo aliqui probant Pontificẽ nil poſſe præcipere Eccleſiæ,quod non contineatur in diuinis præceptis:quia prælatus religionis nil poteſt præcipere,quod non contineatur in regula. Reſpondeo primò,parem eſſe rationem ferẽdi nouas leges in Eccleſia, vel Rep. & in religione, quoad hoc, vt nil noui ſtatuatur, C quod nõ pertineat ad priſtinum ſtatum reformandum, aut conſeruandum : quod nulla ratione negaret Gerſon. Non eſt autem noſtrum , in dubio iudicare de iniuſtitia, inconuenientia, vel inutilitate legis:ſed quoties oppoſitum non conſtat,pro legiſlatore præſumendum eſt , & ei obediendum. Reſpondeo ſecundò , maiorem eſſe rationem, vt dicamus , ſuperiores religionis non poſſe edere nouas leges , quæ ad primam regulam non pertineant , quàm vt dicamus , Prælatos Eccleſiæ, aut principes ſæculares non poſſe condere nouas leges:nam ſuperiores religionis videntur habere limitatam iuriſdictionem in ſubditos : qui ſe vltrò ſubiecerunt per votum obedientiæ iuxta inſtitu- D tum,& regulam:quare non mirum eſt illud.At verò Pontifex poteſtatem habet immediatè à Chriſto,vt Eccleſiam guberner, prout ei cõueniens videbitur.Eodémque modo Princeps ſæcularis,ſiue per electionem,ſiue iure belli regnum obtinuerit, poteſtatem habet leges ferendi,vt promoueat,vel tueatur iuſtitiam, pacem,& tranquillitatem Reip. eámque ab hoſtibus defendat. 59

*Reſpondetur ad argumenta contraria.*

*Prælati religionum limitatam habent poteſtatem in ſubditos.*

Ex dictis intelliges,quomodò intelligendi ſint, qui dicunt Pontificem,aut alios Prælatos religionum poſſe aliquid religioſis præcipere, quod non ſit contentum in regula gloſſ.cap.vnic.in prin. v. præſentes,de ſtatu regulariũ lib.6.& regula quòd E omnes,de regul.iuris in 6. Innocentius cap. ſuper eo nu. 3. Panormitanus nu. 6. Cardinalis nu. 2. §. quartò quæro,de regularibus, Felinus cap.ad noſtram nu.4.ad 6.§.Secundò conſidera,de appellat. quam ſententiam communem teſtatur Felinus ſuprà nu.4.& Ioannes Andreas cap.Ioann.§.ſed nũquid Papa,de regularib. debent enim intelligi de his,quæ licet non contineantur formaliter in regula,continentur tamen virtute : quia ſunt ſecundùm regulam, & neceſſaria quodammodò ad eius obſeruationem , vt de clauſura monialium diximus,& ſimiliter intelligẽdus eſt Bonifacius VIII. cap.ſi religioſus,de elect. in 6.dicens , *ſi religioſus, cuius arbitrium non ex ſua, cùm velle , vel nolle, non habeat:* 60

*Prælati Religionum quomodo poſſint aliquid præcipere quod nõ ſit contentum in regula.*

Digitized by Google

*Religioſus nõ habet velle, & nolle.*

*habeat: ſed ex illius, quem vice Dei ſuper caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubiecit, voluntate dependet,* &c. & Benedictus cap. 5. ſuæ regulæ dicens, *mox vt aliquid fuerit imperatum à maiore, ac ſi diuinitus imperaretur, moram pati neſciant*; & Bernardus libro de præcepto, & diſpenſ. §. nam perfecta, vbi inquit,

*Perfecta obedientia legem neſcit.*

*perfecta obedientia legem neſcit, terminis non coarctatur, neque contenta anguſtiis profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur, ſpontanea vigore liberalis, alacriſq; animi modum non conſiderans, in infinitum libertatem extendit,* & §. nunquid, *ſiue enim Deus, ſiue homo Vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obſequendum eſt cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo*: hoc idem docet Cæſarius Arelatenſis hom. 8. D. Thomas 1. 2. quæſt. 13. art. 5. ad tertium, Bonauentura in ſpeculo diſcip. cap. 4. & tract. de interio. domo c. 2. Baſilius in inſtitutione monaſt. cap. 23. Antiochus homil. 38. de obedient. Dorotheus tractat. de vita recte, & pie inſtituenda, doctrina 2. ad fin. Climacus gradu 3. de diſcretione part. 4. Caſſianus lib. 4. de inſtitut. renunt. c. 10.

*An Pontifex poſſit religioſis viris clauſurã indicere.*

61 Sed rogabis, an Pontifex poſſit religioſis viris clauſuram iniungere, ſicut de fœminis diximus. Ioannes Andreas cap. Ioannes, §. ſed numquid Papa de regularibus, affirmat, quod etiam inſinuat Bannes ſuprà. Sed Nauarrus cap. ſtatuimus 19. qu. 3. num. 40. negat minores conuentuales ad eam clauſuram poſſe obligari: & eam inter ipſos, & moniales differẽtiæ rationem aſſignat, quod clauſura monialium regulam, quam profitentur, non mutat, ſed perficit, & adiuuat, vt obſeruetur, cæterum clauſura minorum conuentualium regulam mutat, & inſtitutam viuendi rationem ab Apoſtolica ſede probatam, quam profeſſi ſunt: & idcircò perpetua clauſura illis non eſt præſcribenda, & eadem de cauſa nec aliis religioſis, qui eam profeſſi non ſunt, cui ſententiæ Nauarri meritò iuniores aliqui Theologi ſubſcribunt; ſi tamẽ Pontifex præciperet, vt religioſi omnes eam quam profeſſi non ſunt, clauſuram obſeruarent, credendum eſſet iure optimo pro ſua, quam in Eccleſiam habet, ſuprema poteſtate, eam clauſuram religioſis indicere poſſe.

*Clauſura monialium regulam non mutat, ſicut Minorum cõuentualium.*

62 Ex dictis facilè definitur quæſtio altera, quam ſubtilem appellat Panormitanus ſuprà eod. nu. 4. de regularibus. An ſcilicet teneatur religioſus ad obſeruantiam regulæ, quæ cùm ipſe profeſſus eſt, collapſa erat, poſteà verò reformatur, & omnibus obſeruanda proponitur: dicendũ enim eſt, non teneri, ſi abrogata ſit prima regula auctoritate Põtificis: quia nõ primæuam inſtitutionem religionis profeſſus eſt: ſed eam, quæ auctoritate Pontificis facta eſt: quare nulla de cauſa poteſt ad regulam primam obſeruandã adſtringi. Idem ſi conſuetudo aliquã contra regulam legitimè iam eſt introducta & præſcripta. Cæterùm ſi prima regula profeſſorum vitio collapſa eſt, & ante profeſſionem religioſus eam perſpectam habuit, eaque teneri omnes illius profeſſores, atque eo animo ſe religionis voto deuinxit: ad regulæ obſeruationem tenetur. Vide Panormitanum & Syluestrum ſuprà, qui alios plures referunt hac de re diſputãtes, & variis diſtinctionibus vtentes.

*Religioſus religionis deformata quando teneatur ad eam reformatam ſeruandam.*

## SECTIO XIII.

*An dicta Sanctorum, ſaltem quæ in decreto Gratiani continentur, vim habeant legum.*

63 GLoſſa cap. noli meis, verbo, in iſtis, diſt. 9. ait ſententias Patrum, qui probantur à Gelaſio, cap. ſancta Romana, diſt. 15. eſſe canonicas vſque ad minimũ apicem, ſeu iota vltimum: cuius ſententiam, cùm nulla diuerſitas inter ſanctos reperitur, amplectitur Innocentius cap. ne innitaris, ad finem commentarij, de conſtit. Decius ibi, in 2. lectura num. 8. addens, dicta Sanctorum in cauſis definiendis poſt ſummos Pontifices primum obtinere locum, & Panormitanus cap. cum Apoſtolica, num. 4. de his, quæ fiunt à prælat. ait, *vbi deficit auctoritas canonum, licitè recurrimus ad auctoritatem Sanctorum.*

*1. Opin. Sententia Patrũ quæ ſunt in Decreto, quando vt leges tenendæ ſint.*

Hæc ſententia ſuadetur primò, ex Gelaſio cap. ſancta Romana, d. 15. vbi B. Cypriani, & aliorum Patrum opuſcula recenſet, *quæ in Eccleſia*, inquit, *Catholica recipiuntur, & ſpeciatim epiſtolam B. Leonis Papæ ad Flauianum Conſtantinopolitanũ Epiſcopum deſtinatam; in omnibus venerabiliter recipi, ſub anathemate decernit.*

*Argum. 1.*

Secundò, quia Innocentius III. d. cap. cùm Apoſtolica ex ſententia Hieronymi decernit, ſatis eſſe conſenſum Epiſcopi, licet capitulum non conſentiat, vt decimarum donatio monaſterio à laico eas poſſidente facta, vires habeat: ergo ſententia Hieronymi pro lege habita eſt ab Innocentio III. ergo idem eſt de aliis.

Tertiò, quia Bonifacius Papa, in cap. ſunt nonnulli, 16. quæſt. 1. inquit, *Nos verò tantorum Patrum inſtituti exemplis, quibus periculoſum eſt refragari*, &c. ergo vult Bonifacius ſanctorum doctrinam pro lege habendam eſſe.

Quartò, Gratianus in ſumma diſt. 20. §. ſed aliud eſt, ait *in cauſis definiendis* Hieronymum, Auguſtinum, & alios Patres ſecundum poſt Pontifices locum habere: ergò eorum dicta pro legibus habenda ſunt.

Quintò, ſaltem id verum videtur de dictis Patrum, Decreto Gratiani inſertis, nam omnia, quæ in hoc decreto continentur, ſolent vt canones, tum in publicis ſcholarum diſputationibus, tum in publicis tribunalibus ad deciſionem cauſarum allegari, & ad ius ipſum Canonicum Decretum Gratiani pertinere, nemo ignorat: ergò omnia, quę in eo continentur, vim legum, ſeu canonum habent ex conſuetudine Eccleſiæ ſic acceptantis, & publicè legi volumen Decreti permittentis, vt docent Archidiaconus cap. de his el ſegundo diſt. 50. in principio: Dominicus nu. 2. Præpoſitus poſt 5. quæſt. verſ. redeundo ad textum, Turrecremata num. 5. verſ. de his, referens Huguonem. Idem Archidiaconus cap. quis neſciat, diſt. 9. ad finem: & ibi Dominicus, Panormitanus cap. 2. de reſcriptis, num. 9. Felinus num 43. Ripa num. 8. Azor repet. in procem. Decreti num. 25. Thomas Canoniſta repetit. in idem procem. num. 343. & ſequentibus, Turrecremata art. 8. num. 25. Maranta in pract. p. 3. quæſt. vnic. num. 36. Cucus 1. inſtit. maiorum tit. 1. num. 15. Cenedo collectaneo 16. ad Decretum num. 2.

*Decretum ad ius Eccleſiaſticum pertinet.*

Sextò quia, vt refert Medicis tract. de legibus part. 1. quæſt. 3. num. 9. hoc decretum nonnulli dicunt approbatum fuiſſe ab Eugenio III. & habetur in vita eius ſcripta ante volumen ipſius, & quamuis multi, quos poſteà referam, dicant, nul-



Digitized by Google

libi fuiſſe approbatũ: tamen ipſe Sebaſtianus Medicis loco citato num. 14. ſubiungit: *Licèt non conſtet de approbatione Pontificis, tamen approbatum eſſe diuturno vſu: quia communiter adducitur, vt authenticum, in ſcholis legitur, & adducitur, & facit plenam fidem,* vt ait Panormitanus c. 2. de reſcriptis: ergo dicta Patrum, & alia in eo contenta vim habent legis, vt ſecundùm Sanchez tomo 3. lib. 9. de matrimon. diſp. 12. num. 3. præter citatos argum. 5. tenet Emanuel tomo 1. regul. quæſt. 6. art. 1. Medina de continentia lib. 2. quæſt. 33. in fine, & Decius 2. cap. de reſcriptis in fine, vbi ait, *volumen decreti eſſe approbatum tamquam iuris librum.*

*2. & vera opinio. Dicta S. Patrum in decreto inſerta vim legis non habent.*

64 Secunda & vera opinio eſt, dicta ſanctorum Patrum, etiã decreto Gratiani inſerta, vim legis non habere, niſi in caſibus poſteà deſignandis: ita Caſtro 1. contra hæreſ. cap. 7. & alij Theologi in hac materia de legibus, & Emanuel Rodriguez tomo 1. quæſtionum regular. quæſt. 6. art. 2. Felinus, Decius, & alij canoniſtæ cap. ne innitaris, de conſtit. Panormitanus ibi, & in proœmio Decretal. capit. Rex pacificus colum. 5. cap. 1. de præſumptionib. cap. qualiter, & quando 2. de accuſat. gloſſ. in ſumma diſt. 20. Couarruuias 4. variar. cap. 16. num. 6. Ioannes Andreas, & Antonius de Butrio ca. 2. ſeu, ex parte, de reſcriptis: idem Ioannes Andreas cap. debitum de bigamis, Hugo, & Archidiaconus cap. quis neſciat, diſt. 11. & cap. de his, diſt. 50. Branta in expoſit. titulorum in fine, Maranta de ordine iudiciorum part. 3. principali, num. 34. Decius cap. 2. de reſcriptis num. 15. Felinus num. 49.

*Iuriſdictionis eſt non ſanctitatis leges ferre.*

Ratio ſumitur ex dictis in ſuperioribus, & ex Gratiano ipſo in ſumma diſtinctionis 20. quia ius dicere, aut facere, ſeu cauſas, ac lites decidere, & leges ferre, non eſt actus ſanctitatis, nec doctrinæ: ſed iuriſdictionis, quam multi ſanctorum non habuerunt, & qui habuerunt, non ſemper ea vti voluerunt: ergo tunc eorum dicta vim legis non habent, quantumcumque ſancti fuerint, & docti: imò etiam ſi ſummi Pontifices extiterint. Confirmatur, quia ſæpe non eo animo doctrinam tradiſſe, vt vellent pro lege ſeruari, conſtat cap. negare, & cap. ego ſolis, 9. diſt. & de Innocentio IIII. Pontifice, qui eximia vtriuſque iuris ſcientia fuit, & doctiſſima in decretales edidit commentaria, teſtatur Hoſtienſis cap. ſolet, de ſentent. excomm. in 6. ſe multoties ab eodem Innocentio audiuiſſe, nolle, vt ſua commentaria ius facerent: & ita etiam docet Emanuel Rodriguez ſuprà cum Felino cap. 2. de reſcriptis, colum. 23. verſ. liber iſte. Nec valet dicere, Sanctorum dicta licet per ſe ius non faciant, tamen ius facere, quatenus decretum Gratiani, in quo continentur, approbatum eſt à ſede Apoſtolica, nullibi etiam reperitur talis approbatio, vt notant ferè omnes Theologi, & Iuriſperiti pro 2. opinione citati, vt Ioannes Andreas, quem refert, & probat Panormitanus cap. 2. nu. 9. de reſcriptis, Decius ibi, num. 74. & alij, quos recenſet Felinus eodem cap. num. 43. & Emanuel, ac Medicis ſuprà. Nec vmquam Panormitanus cõtrarium aſſeruit, vt perperã illi imponit Felinus ſuprà: ſolùm enim ait, Panormitano ſuprà præſuppoſito, quòd fuerit liber iſte approbatus, debet intelligi, quòd fuerit approbatus quoad dicta Sanctorum, & Romani Pontificis, nõ autem quoad dicta Gratiani: Cui Panormitani dicto addo, etiamſi decretum Gratiani fuiſſet approbatum, non deberet intelligi, omnia ibi contenta approbari, vt leges: ſed

*Decretũ Gratiani à ſede Apoſtolica approbatum fuiſſe nullibi cõſtat.*

A quædam, vt leges, alia vt piam, vel probabilem doctrinam, nihilque contra fidem, aut bonos mores habentem. Ad maiorem autem claritatem aduerte cum Sebaſtiano Medicis ſuprà, Felino cap. 2. de reſcriptis colum. 23. verſ. liber decreti, Panormitano ibi colum. fin. Emanuele Rodriguez loco citato, Archidiacono ca. quis neſciat, diſt. 9. in decreto eſſe, Primò, teſtimonia Scripturæ. Secundò, Conciliorum. Tertiò, Romanorum Pontificum. Quartò, Sanctorum, vel antiquorũ Patrum. Quintò, cuiuſdam Paleæ, quæ attribuitur cuidam Cardinali diſcipulo Gratiani, qui laborem Gratiani ſibi aſcribere voluit, vt in cap. ſi quis homicidium B 50. diſt. Sextò, Imperatorum, & Iuriſconſultorum. Septimò, ipſius Gratiani. De teſtimoniis Scripturæ approbatæ pro Scriptura in Tridentino ſeſſ. 4. & de teſtimoniis Conciliorum, & Pontificum, quę modum præcepti continent, vim habere legis, nulli dubium eſt. Certum quoque eſt, de Palea non eſſe curandum, vt ait Medicis, & Emanuel ſuprà, ex Ioanne Andrea, Additione ad Speculator. tit. de diſp. & alleg. §. fin. & Immola, Rubrica de verborum obligationibus, Saliceto, Antonio Cardinali, & aliis. Ideo à gloſſatoribus omiſſa eſt Palea. Ita etiam tenet Pauinus in Præludiis extrauag. Ioan. XXII. De legibus autem inſertis decreto, vel iuri Pôtificio, bene ait Medicis, nullius eſſe aucto- C ritatis quoad ius Pontificium: ſed manere in ſua primæua diſpoſitione: nec per illam inſertionem canonizari; quod etiam docent Panormitanus cap. 2. de reſcriptis, & ibi Felinus num. 49. Andreas de Iſernia cap. 1. colum. 5. qui ſucceſſores teneantur in vſibus feudis, gloſſ. cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienand. in 6. Ioannes Andreas cap. ex parte, de feudis: Nauarrus de reditib. quæſt. 1. numero 5. Emanuel ſuprà, cum Panormitano, Maranta, & aliis.

*Quæ continentur decreto Gratiani.*

*Quæ vim leges habeant.*

*Leges decreto inſerta nullius ſunt auctoritatis.*

De dictis Gratiani meritò ait Medicis, nullam habere vim legis, vt docet gloſſ. in proœmio ſexti, verbo, titulis, Iaſon, Rubrica de actionibus, Ripa cap. 2. de reſcriptis. Creditur tamen ei tamquam D perito in arte iuxta l. 1. ff. de ventre inſpi. & l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin.

*Dicta Gratiani nullam vim legis habent.*

De teſtimoniis Sanctorum, ait Medicis, pro lege haberi debere, quæ Sancti pro lege haberi voluerunt, niſi ipſorum teſtimonia repugnent maiorum auctoritatibus.

*Dicta Sanctorum qualem vim habeant.*

Sed dico, interdum ipſi Sancti teſtificantur de præcepto Chriſti, Apoſtolorum, vel Eccleſiæ, & tunc ſunt teſtes præcepti, non auctores, & illis tamquam teſtibus credendum eſt: eorum etiam exempla in agendis de præcepto, & de conſilio optimè nos dirigunt. Vide Canum 7. de locis ca. 3. & ca. vlt. 20. diſt. Turrecrematam ibi, & alios. Non- E nulla verò referuntur à Gratiano, quæ in Conciliis, vel Patribus, quibus ipſe ea tribuit, non inueniuntur: de quibus Decius, & Felinus cum Panormitano d. cap. 2. de reſcriptis ſentiunt, vim legis habere: quia illi credendum videtur. Sed hæc non eſt ſufficiens coniectura: quia Gratianus non omnia ſumpſit ex ſuis originalibus: ſed multa ex antiquioribus decretorum collectoribus, de quibus latè Turrecremata in proœmio decreti ad 8. & ita facilè potuit deceptio aliqua vel mutatio contingere, præſertim in nominibus auctorum, vnde in Decreto Gratiani ab Antonio, Auguſtino, & aliis multa emendata ſunt: conſulenda ergo originalia, quòd ſi non inueniantur, inſpiciendum eſt, vtrum

talia

Digitized by Google

talia decreta vſu ſaltem, & conſuetudine recepta ſint, vel aliis certioribus decretis confirmata: alioqui ad ius conſtituendum non ſufficient.

*Dictum Decreti non valet, ſi contradicat aliis poſterioribus.*

Ipſe Medicis, qui multùm tribuit contentis in Decreto, tádem aduertit, dictum Decreti non valere, ſi contradicat aliis poſterioribus: nam poſteriora præualêt l. pacta nouiſſima. C. de pactis, item confirmationem generalem Decreti non trahi ad ſpecialiter reprobata, quia confirmatio ad ſolum actum validum referri debet, ex Felino c. cum inter, de exceptionibus, Ioanne Andrea c. dudum de decimis, & quia confirmatio generalis non trahitur ad ſpecialiter reprobata gloſ. l. 1. §. fi. ff. de his, qui ſunt ſui, &c. Felinus c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & cap. ad noſtram de probat. Iaſon l. more, ff. de iuriſd. omnium iud. Alexander conſ. 59. lib. 1. & conſ. 125. lib. 2.

66

*Ad 1. argum. 1. opin. Epiſtola Leonis cur ab omnibus recipienda.*

Ad primum autem argumentum primæ opinionis reſpondeo, epiſtolam illam Leonis ad Flauianum venerabiliter in omnibus debere recipi, meritò decerni, quia eſt definitio Papæ. *Verùm hoc Gelaſij teſtimonium* (inquit Couarruuias) *quod præſtat illi Leonis epiſtolæ, cæteris ſanctorum virorum ſcriptis, quorum meminit Gelaſius, tribuere mera eſt allucinatio, ac temeritas viri parum intelligentis, quæ Gelaſius de ſanctorum Patrum ſcriptis docuerit. Approbat enim Gelaſius ſanctorum virorum ſcripta, vt intelligamus, ea ratione probari, quod Catholicæ fidei minimè repugnent, vt tandem nil in eorum ſcriptis reperiatur, quod manifeſtè ſit religioni Chriſtianæ contrarium, non tamen ſic, vt omnia illorum dicta pro lege ſuſcipienda ſint, ac neceſſariò admittenda.* Hæc Couarruuias, quæ doctè proſequitur, & cum Caſtro ſuprà gloſſam illam c. noli, diſt. 9. irridet. Adde, licet illi ſancti, quos Gelaſius recenſet, numquam cum pertinacia aliquid contra fidem tradiderint, negari tamen nô poteſt, aliquando contra fidem materialiter errasse.

*Cyprianus errauit, docens rebaptizãdos, quos hæretici baptizauerũt.*

Cyprianus enim, vt alios omittamus, ſemel ab hæreticis baptizatos, iterum baptizandos exiſtimauit, vt cõſtat ex epiſtolis eius ad Quintum Pompeium, & Iubaianum, & ex Auguſtino 1. contra Creſconium c. 32. & lib. 2. c. 31. & 32. & 2. de baptiſmo contra Donatiſ. c. vltimo, & lib. 3. c. 1. & 2. & rectè Auguſtinus 1. contra Creſcon. c. 32. de Cyprian. diſſerens ait, *Ego huius epiſtolæ auctoritate non teneor, quia litteras Cypriani non canonicas habeo, ſed ex canonicis conſidero, & quod in eis diuinarum ſcripturarum auctoritati congruit, cum laude eius accipio, quod autem non congruit, cum pace eius reſpuo.* Agnoſcit ergo Gelaſius illa opera eſſe illorum Patrum, & ea veneratur, tamquam piam communiter doctrinam continentia, non tamen omnia in illis contenta approbat. Vnde Henriquez noſter aliquando ſic ſcripſit, Gelaſius approbat quorumdam libros Patrum, non quòd omnia, quæ in illis continentur, ſint de fide aut ſemper certa (interdum enim Patres contrariis opinionibus aut retractationibus ſibi eduerſantur) ſed quia auctores digni ſunt, vt cum præfatione honoris citêtur in diſputationibus, aut conſiliis, & eorum auctoritas digna ſit, vt eos ſequamur, aut piè ſenſum interpretemur, niſi aliunde conſtet, eos in aliquo errasse: ob eam approbationem proponit homilias horum Patrum, vt in officiis diuinis in Eccleſia legantur, quòd contineant vtilem, elaboratamque doctrinam. Adducit pro ſe Couarruuias 4. varia. cap. 16. & 17. Abulenſem 2. p. defenſorij. D. Thomam. 1. p. quæſt. 1. art. 8. ad. 2. Canum 7. de locis, cap. 3. & lib. 2. cap. 1. & 17. Auguſtinum, & Patres, quos affert Gratian. diſt. 9. (vbi tamen gloſ. nimium tribuit his libris, poſtquam à Gelaſio ſunt approbati.) Martinez 1. Hipotypoſi cap. 16. qui cum Auguſt. epiſt. 111. ait viros doctos aliquando deficere, idem Quintilianus, lib. 10. cap. 1.

Ad ſecundum reſpondeo, Innocentium III. non exiſtimaſſe ſententiam Hieronimi pro lege habendam, ſed eius auctoritate ductum ſimul cum aliis fundamentis diſinijſſe, donationes decimarũ, quas laici poſſident, monaſterio factas, conſenſu Epiſcopi accedente, ratas eſſe, vt ex ipſa Innocentij conſtitutione conſtat: ſic in cap. tria. 36. quæſt. 2. ex authoritate Hieroni. diſinitur contra Concil. Aquiſgran. relatum cap. placuit 36. quæſt. 2. vt notat Turrec. diſt. 20. in ſumma art. 1.

*S. Patrum ſententiis cũ vel omnes, vel maior pars idem cenſet refragari periculoſiſſimum.*

Ad tertium reſpondeo, in rebus ad fidem ſpectantibus, ſanctorum Patrum ſententiis, cùm vel omnes, vel maior eorum pars in eandem ſententiam conſpirant, periculoſiſſimum eſſe refragari: quia præſumendum eſt, eos Spiritu ſancto inſpirante eandem fidei doctrinam tradidiſſe: tum vel maximè, cum ipſi teſtantur, doctrinam illam ex traditione Eccleſiaſtica, Apoſtolica, vel diuina depromptam eſſe, vel illi eſſe conſentaneam: quare meritò Bonifacius in illo ca. ſunt nonnulli, ductus ſentẽtia Benedicti, & aliorum ſanctorum Patrum exiſtimat, à ſacerdotibus Monachis ſoluẽdi, ligandique officium Deo operâte dignè adminiſtrari, ſi eos dignè contigerit hoc miniſterio ſublimari.

*Gratianus noluit Patrum ſententiis vim legis tribuere.*

Ad quartum reſpondeo, Gratianum, vtpotè priuatum monachum, auctoritatem nullam habuiſſe, vt ſanctorum ſententiis legis vires tribueret; nec eo animo verba illa protuliſſe: ſed ſolùm vòluiſſe, vt in cauſis definiendis ſanctorum doctrinam amplectamur, videlicet delictum exiſtimantes, quod illi delictum iudicarint, & graue, ac tali pœna dignum, quod ipſi graue, & tali pœna dignum iudicarint, & ſic in aliis: & eodem modo interpretandus eſt Turrecremata diſt. 20. in ſumma art. 1. & c. vlt. n. 3. vbi in diſiniendis cauſis Eccleſiaſticis aliquid tribuit ſanctis.

*Cur Decretũ Gratiani, pars iuris Canonici cenſeatur.*

Ad quintum reſpondeo, quæ in Gratiani decreto cõtinentur, interdum canones appellari, ipſumque decretum partem iuris canonici exiſtimari: quia plurima continet Pontificũ, & Conciliorum decreta, quæ ſunt canones omninò admittendi in ſuis Eccleſiis, niſi conſuetudine, vel ſequenti legê derogata ſint, ſanctorum etiã dicta canones quodammodò ſunt: quia in agendis, imò in cauſis definiendis aliqualiter nos dirigunt, vt annotatum eſt: ex quo etiam patet reſpõſio ad ſextum, & iam 67

*Decretũ Gratiani à nullo fuit Pontifice approbatum.*

diximus, decretum Graciani à nullo Pôtifice fuiſſe approbatum, ſaltem ita vt omnia in eo contenta pro lege ſuſcipienda eſſent. Quod ſi voluiſſent Pontifices, vtique id expreſſiſſent, ſicut Imperator Iuſtinianus. l. 2. in fine ff. de veteri iure enucleãdo, vim legis dedit dictis Iureconſultorum, quæ in ff. continentur. Et ſic contentis in Decreto Gratiani non ampliùs, quàm eorum auctoribus tribuẽdum eſſe, docet Sanchez tomo. 3. de matrim. lib. 9. diſp. 12. n. 5. cum Ripa l. 1. num. 69. ff. ſi certum petatur, Maiore 4. diſt. 27. quæſt. vlt. §. dubitatur, an is Caietano 2. 2. quæſt. 88. art. 8. dub. vlt. ad 1. Aragonio dub. 1. ad. 2. Soto 7. iuſt. quæſt. 3. art. 1. Valentia 2. 2. qu. 6. diſp. 6. de voto pun. 6. idque probat Sanchez ex. c. de libellis, diſt. 20. vbi Leo. IIII. ſcribens Epiſcopis Britanniæ, explicatiſque, quam



Digitized by Google

vim canones habeant ad cauſarum deciſionem, retulit canones Pontificios & Cōciliorum generalium; iiſque nihil ſtatuentibus, dixit, ſanctorū dicta eſſe magnanimiter retinenda, vbi non numerauit inter canones, quibus cauſa decidenda eſt, ſed inter ea, quæ dirigunt, & magnificienda ſunt. Addit, ab aduerſariis non probari, volumen Decreti, quoad omnia in eo inſerta, ius continere, nec obſtare putat, quòd Pontifex in cauſis decidendis aliquando illud alleget: quia non ſemper tamquam ius allegatur: ſed interdum ad ſolam directionem: ſicut ſolet Pontifex & Concilium generale alia ſanctorum teſtimonia, quæ decreto inſerta non ſunt, inferre: ſic etiam leges ciuiles decreto inſertas vim iuris canonici non habere, niſi à Pōtifice approbatæ ſint, docent Cenendo in collectaneo ſuo. 16. in Decretum. num. 8. Magdalenus tractatu de numero teſtium in teſtam. p. 2. cap. 6. num. 22. & alij apud Sanchez, illa diſp. 12. num. 13. ſic etiam particularium Epiſcoporum, vel Conciliorum decreta à ſummo Pontifice non approbata vim legis vniuerſalis non habent, licet Decreto inſerta ſint, & à Pontifice ſummo citentur: ſicut Alexander 3. cap. continebatur, de deſponſ. impuberum, probat viri teſtimonio credēdum eſſe, quia ita in decretis habetur, nempe ca. ſiquis acceperit, 33. qu. 1. quod eſt Concilij apud Compendium.

*Pontifex in cauſis decidēdis decretum allegans ad directionem ſolam id facit.*

## SECTIO XIIII.

*An Concilium generale ſine Papa poſſit leges condere, totam Eccleſiam obligantes.*

68 DE Cōcilio generali cum ſummo Pontifice generaliter aſſiſtente perſpicuum eſt, poſſe leges cōdere, ſi Pont. aſſenſum præbeat: quia ſi ſolus Pontifex poteſt ferre leges, à fortiori cum generali Concilio, ita docent Canoniſtæ ca. oſius, de electione. Exemplum eſt act. 15. vbi Petrus cum aliis Apoſtolis legem tulit de abſtinentia à ſuffocato, ſanguine, &c. quæ lex renouata eſt in Concilio Arelatenſi 2. cap. 19. & 20. de quo dicam diſp 23. de Concilio etiam generali, in quo ſolùm per ſuos legatos aſſiſtit Pontifex, ſi poſteà ab illo confirmatum eſt, res etiam eſt certa. Extant huius rei exempla ferè in omnibus Conciliis generalibus, etiam quæ extra vrbem, aut Italiam congregata ſunt: vt in Niceno 1. & omnibus Græcis, & nouiſſimè in Tridentino: idem eſt de Concilio nondum confirmato, ſi poteſtatem ferendi leges ſtatim obligantes contulit illi Pontifex: quia non ſolùm illi, ſed etiam Concilio Prouinciali, aut generali illegitimè congregato, & priuatæ perſonæ hanc facultatem delegare poſſet. Tota difficultas eſt de Concilio generali legitimè congregato, ſecluſo tamen aſſenſu Papæ, & ſecluſa illa delegatione, & confirmatione.

*Conciliū generale cum ſummo Pontifice poteſt leges cōdere.*

Quidam dicunt, tale Concilium poſſe leges ferre totam Eccleſiam obligantes à tempore per Concilium deſignato: intelligendo nomine totius Eccleſiæ etiam ipſum Papam: quia tenent, Concilium eſſe ſupra Papam, quod quidam intelligunt ſimpliciter & abſolutè: vt omnes hæretici huius temporis, præſertim Hamelmangnus lib. 3. cap. 3. prologomenorum: ex catholicis Cardinalis Cameracenſis. Ioannes Gerſon tract. de poteſt. Eccleſ. & tract. de auferibilit. ſuperioris, ſeu Papæ, & alij

*Cōcilium eſſe ſupra Papam qui teneant.*

A nonnulli in ſuis tractatibus de poteſt. Eccleſiæ: item Nicolaus Cuſſanus tract. de concordantia canonica lib. 2. cap. vlt. Panormitanus cap. ſignificaſti, de electione, & ibidem magiſter eius Cardinalis Florentinus, Abulenſis Matth. 18. quæſt. 108. & in defenſorio trium concluſionum, Ocham in dialogis, Almainus de poteſtate Eccleſiæ. cap. 10. & 3. diſt. 24. quæſt. vlt. du. 6. Cardinalis Petrus de Aliaco. Sotus. 4. diſt. 20. q. 1. art. 1. ad 2. dicens, licet Concilium non ſit ſupra Papam, quaſi ei poteſtateſtatem dederit: eſſe tamen ſuperiorem, quatenus poteſtate accepta à Chriſto, poteſt Pontificem ipſum ſuis decretis & ſententiis obligare.

Alij verò ſentiunt, eſſe ſupra Papam ex ſuppo-
B ſitione, quòd ſe illi ſubiiciat: tunc enim tenetur acquieſcere ſententiæ Concilij, etiam ſi de eius depoſitione ageretur, ita docet gloſſa cap. non ſi incompetenter 2. quæſt. 7. & c. in ſynodo. diſt. 63. Sebaſtianus Medicis. tract. de legib. p. 1. qu. 9. nu. 7.

Alij verò tenent, Concilium generale non habere poteſtatem ferendi leges, quæ obligēt ipſum Pontificem, bene tamen quæ obligent reliquos omnes Chriſtianos. Inter auctores huius opinionis eſt diuerſitas: nam quidam explicant de poteſtate quadam ſpirituali, ſeu Eccleſiaſtica propriè dicta collata illi à Chriſto. Alij de poteſtate quadam Eccleſiaſtica, & ſpirituali latè dicta, non collata illi à Chriſto, qua poſſint ferre leges, quæ to-
C tam Eccleſiam obligent: Poſteriori modo hanc ſententiam tenere videntur Caietanus & Victoria relect. 2. de poteſtat. Eccleſ. quæſt. 1. principali. n. 1. in fine ait, duplicem eſſe poteſtatem Eccleſiaſticam, vt ipſemet dixerat relectione. 1. de poteſt. Eccleſ. Alteram largè ſumptam pro quacumque auctoritate, aut poteſtate ordinata per ſe ad finem ſpiritualem, & ad cultum diuinum, ſiue habeat aliquem effectū ſupernaturalem, ſiue nō habeat: qualis fuit omnis poteſtas Eccleſiaſtica ante datas claues Eccleſiæ à Domino: cuiuſmodi fuit ſacerdotiū totum in lege naturę, & ſcripta. Alteram verò propriè dictam, ſumptam pro Eccleſiaſtica, & ſpirituali poteſtate, aperiendi ſcilicet, & claudendi re-
D gnum cœlorum: quæ ſola poteſtas vocatur claues à Domino, Matthæi decimoſexto & decimooctauo, quæ ſolæ, inquit, habent effectum ſpiritualem, vt in priori relectione declaratum eſt. Hoc ſuppoſito, Victoria in illa quæſtione ſecunda, numero ſecundo, ſtatuit primam concluſionem, poteſtas Eccleſiaſtica, ſiue ſpiritualis primo modo poteſt eſſe in tota Eccleſia, ſiue Rep. Chriſtiana, quia quælibet Reſp. iuſta conſtituta eſt à Deo Rom. 13. *Non eſt poteſtas niſi à Deo*: & ibidem probat latè Victoria, hāc poteſtatem fuiſſe in Eccleſia in lege naturæ, & potuiſſe illam communicari ſummo ſacerdoti, à ſe electo, eámve in ipſum transferre: Num. autem 3. totam poteſtatem ſpiritualem, quæ
E fuit in lege veteri, ait fuiſſe primò & ſolùm in tribu Leuitica. Num. autem 4. docet, poteſtatem Eccleſiaſticam, ſiue ſpiritualem ſecundo modo acceptam, ſeu propriè dictam, non eſſe in tota Eccleſia, ſeu cœtu fidelium, & num. 6. poteſtatem Eccleſiaſticam, & ſpiritualem eſſe in toto Concilio; vt totum quoddā eſt: quam ait non eſſe ſibi datam à Chriſto, nec à iure diuino, nec à Pontifice, nec ab ipſa Eccleſia: ſed ex voluntate ipſorū Prælatorum: qui volunt ex ſeipſis vnā auctoritatem velut vnū corpus cōſtituere. Imò nō ſolū in ſynodo vniuerſali: ſed etiam in prouinciali, vel nationali, verbi g.

69

*Poteſtatē habet Cōcilium ſecundū quoſdam ferendi leges quæ obligent alios, ſed non Pontificē.*

*Duplex eſt poteſtas Eccleſiaſtica.*

*Poteſtas ſpiritualis in lege veteri qualis fuerit.*

Orien

Digitized by Google

Orientis, eſſet vna auctoritas in tota illa congregatione ratione ſuæ totalitatis: & ideo totum Cōcilium obligat ſingulos Prælatos, quod fuſiùs ibi declarat Victoria, & fatetur ſumpſiſſe ex Caietano tomo primo, opuſcul. 2. quod eſt apologia de auctoritate Papæ, parte prima, capitulo ſexto, vbi tamen Caietanus ait, illos tunc non poſſe ea, quæ ſummi Pontificis ſunt propria, vt abſoluere ab aliquo caſu reſeruato Papæ, & fortaſſe ſolùm vult Caietanus omnes illos Patres poſſe conuenire in hoc, quòd quilibet præcipiat ſuæ Eccleſiæ aliquid quod aliàs poſſet præcipere: quod clarum eſt.

70 *1. Concil. Concilium tale nullam legem ferre poteſt, quæ Papam obliget.*

Dico tamen primò, tale Concilium nullam legem facere poteſt, quæ ipſum Papam obliget: nec quicquam ipſi præcipere, quando eſt certus, & indubitatus Pontifex, etiam ſi ipſe vellet Concilio ſe ſubiicere. Hanc ſententiam tenet Bellarminus 2. de concil. capit. 14. cum Antonio, tertia parte hiſtoriæ, titulo vigeſimoſecundo, capitulo decimo, §. quarto, & in ſumma Theolog. parte ſecunda, titulo tertio, §. vndecimo. Turrecremata ſecundo ſummæ, capitulo ſeptuageſimoprimo, nonageſimotertio, & centeſimoquarto. Pelagius de planctu eccleſ. libro primo, articulo ſexto. Iacobatius 10. de conciliis articulo ſeptimo, in quo fuſiſſimè quæſtionem diſputat, & ſoluit ſexaginta tres argumenta aduerſariorum. Caietanus tomo primo, opuſculo primo de comparatione Papæ, & Concilio, præſertim capitulo duodecimo, & apologia pro iſto tractatu (quæ eſt opuſcul. 2.) parte prima, & ſecunda ſecundæ quæſtione vndecima, articulo primo, Ferrarienſis 4. contra gentes, capitulo 76. Auguſtinus de Ancona libro de poteſtate Eccleſiæ. Petrus de Monte libro de poteſtate Papæ, & Concilij, Turrianus tribus libris de poteſtate Papæ ſuprà Concilium.

*Qui Canoniſtæ & Theologi aſſerāt Papam eſſe ſupra Concilium.*

Canoniſtæ communiter, capit. ſignificaſti, de electión. & capitulo ſi Papa, diſtinctione 40. Ioannes Antonius Delphinus libro ſecundo de eccleſ. capitulo vltimo, Thomas Campegius tractatu de poteſtate Romani Pontificis, capitulo vigeſimoſecundo, & ſequentib. Sander. 7. monarchiæ, vbi agit de Concilio Conſtantienſi pag. 540. Nauarrus libro primo conſilior. titulo de conſtitutionib. conſil. 1. numero 4. ſeu quæſtione 1. in fine, Azor tomo 2. ſummæ libro 5. capitulo 12. quæſtione 1. ad ſecundum. Emanuel Rodriguez 1. parte ſummæ, capitulo 154. verbo lex, numero 8. Bannes 2. 2. quæſtione 1. articulo 10. dubio 2. notabil. 3. Valentia ibidem diſputatione 1. quæſtione 1. puncto 7. ad 5. argumentum principale, Aragon, & alij 2. 2. quæſt. 1. art. 10.

A quibus Doctoribus peti poteſt latior, & fuſior huius rei probatio, à qua nunc ſuperſedeo: quia quæſtio hæc an Concilium ſit ſupra Papam, ſuam propriam ſedem habet tract. de clauibus, & de fide, vbi Deo dante copioſè de hac re diſſeram. Nunc ergo breuiter concluſionem probo: quia Pontifex habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia: ergo Concilium non eſt ipſo ſuperius: ſed è contra: & ſanè vel eſſet ſuperuacaneum, quòd Concilium ei legem aliquam imponeret: quia Concilio diſſoluto poteſt Pontifex illam abrogare: vel ſi non poteſt eam abrogare, erit ligatus illa lege, donec aliud Concilium generale cogeretur, quod illam abrogaret, vel in illa diſpenſaret. Hoc autem valde derogat authoritati Pontificis, & bonæ gu-

A bernationi Eccleſiæ; cùm in illa ſint leges, quæ non poſſunt, cùm expedit, reuocari, niſi poſt multum tempus, & infinitas expenſas, & labores: Confirmatur, quia ſi in legibus Cōcilij obligantibus totam Eccleſiam poteſt Papa finito Concilio diſpenſare, & illas abrogare, non fuerunt latæ à ſuperiori: inferior enim non poteſt ſine facultate ſuperioris in eius legibus diſpenſare, nec ipſas abrogare: ſi verò non poteſt, valdè limitata eſt poteſtas Apoſtolica, maximè ſi leges Concilij vſum poteſtatis eius impedirent, & hæc limitatio poteſtatis Pontificiæ eſſe poſſet valdè noxia Reipubl. Chriſtianæ.

*Papa poteſt in legibus Concilij generalis diſpenſare, vel eas abrogare.*

B Confirmatur etiam: nam ſi Concilium eſt ſupra Papam, non poterit Papa, etiam cùm iudicauerit expediens, auferre à Concilio poteſtatem condendi leges, nec illas moderari, nec diſſoluere Concilium, cùm placuerit: nam ſi illi ſtatuant, vt ampliùs duret, eius definitioni ſtare tenebitur Papa: hoc autem eſt inconueniens: ergo non eſt credibile Chriſtum inſtituiſſe, aut permiſiſſe, vt Concilium eſſet ſupra Papam.

*Papa eſt ſupra Concilium.*

Confirmatur etiam: quia inutile eſſet talem poteſtatem dare Concilio; cùm poſſit Papa illud non congregare, & ſine eius auctoritate congregatum nequeat eſſe legitimum, & ſic in manu Pontificis ſitum erit, vt nulla ei lex à Concilio imponatur.

C Dico ſecundò, licèt non ſit omninò improbabile, quòd Concilium ſine conſenſu Papæ habet auctoritatem ferendi leges aliquas, quæ obligent totam Eccleſiam, excepto Pontifice, qui ab illis iure diuino exemptus ſeu liber eſt: quæque ſint ſubordinatæ ipſi Pontifici, ita vt illas poſſit moderari, vel abrogare: tamen longè probabiliùs eſt, nullam talem poteſtatem in Concilio eſſe. Prior pars concluſionis probatur, quia talem poteſtatem, & auctoritatem Concilio tribuere ſubordinatam Pontifici, nihil derogat dignitati & auctoritati Pontificis, & cedit in honorem Conciliorum generalium, & eſt ſequi viam mediam inter eos, qui dicunt Concilium eſſe ſupra Papam, D & eos qui dicunt, nil poſſe toti Eccleſiæ præcipere ſine confirmatione Papæ, vel ſine aſſenſu eius: quem tamen per ſolam confirmationem præbere ſolet: & ſic ſequitur (quòd aliqui non verentur concedere) ſuffragia Patrum in Conciliis eſſe merè conſultiua, & non deciſiua, ac proinde non eſſe verè iudices, ſed conſiliarios: quod videtur abſurdum. 71

*2. Concil. Concilium leges ferre poſſe, quibus adſtringantur alij præter Papam probabile eſt, ſed probabilius contrarium.*

Poſterior autem pars probatur ex perpetua traditione & obſeruatione omnium Conciliorum generalium: ſemper enim confirmationem à Pontifice poſtularunt, & antea non cenſebantur ſuis legibus obligare, neque illæ vniuerſè in Eccleſia recipiebantur: quòd ſi aliquando prouincia aliE qua, vel Eccleſia particularis ante confirmationem admiſit tales leges, id fecit vel ſpontaneè, vel ex particulari præcepto ſui prælati, vt notant Nauarrus & Emanuel ſuprà, qui hanc partem docent: quos alij recentiores hîc ſequuntur: quorum ſententia confirmatur ex Tridentino ſeſſione vigeſimaquinta, capitulo vltimo, de fine Concilij, & confirmatione petenda: vbi Patres decernunt, confirmationem peti à Pontifice, & ex bulla Pij IIII. quæ in fine eiuſdem Concilij habetur, vbi decreta Concilij, auctoritate Apoſtolica confirmantur, & ex diuo Thoma opuſcul. 9. contra 72

*Cōcilium Tridentinum Cōfirmationem à Pio 4. petiit, & obtinuit.*

impug.religio.cap.4.vbi ait, *Sancti Patres in Conciliis congregati nil poſſunt ſtatuere, niſi interueniente auctoritate ſummi Pontificis*: idem tenet Turrecremata 2.ſumm.cap.71. Azor, & Valentia, ſuprà. Deinde ſuadetur ratione: quia Concilium illud non habet auctoritatem ab Eccleſia vniuerſali: nec à Chriſto, vt fatentur Caietanus & Victoria, qui addit, etiam ſi Eccleſia repugnaret, Concilium poſſe facere leges: à quo ergo habet auctoritatem? Reſpondet Victoria, à propria voluntate: certè propria voluntas, vt plurimùm poteſt facere, vt tota collectio Epiſcoporum præcepta ferat, quæ ſingulos prælatos obligent: ea tamen præcepta non poterunt aſtringere totam Eccleſiam (etiam excepto Papa) quoniam nullus Epiſcopus facultatem habet ſubiiciendi ſuam Eccleſiam illi congregationi: & ſi demus, præceptum eſſe, vt ſinguli aliquid ſtatuant pro ſua Eccleſia, qui id fecerint, obligabunt ſuam Eccleſiam, & illa manebit obligata: ita tamen, vt Epiſcopus idem, vel ſucceſſor, ſi voluerit reuocare talem conſtitutionem, poſſit validè, imò & licitè, ſaltem diſſoluto Concilio; quia tunc non manet communitas illa Epiſcoporum, nec ipſi Epiſcopi efficiunt vnam communitatem: ergo eorum mandatum, etiam vt refertur ad ſingulos Epiſcopos, vim non habet. Imò nec cùm ſunt in Cócilio, efficiunt vnam communitatem perpetuam: ergo eorum præcepta non poſſunt eſſe perpetua, & habere rationem legis, magis quàm ſi caſu conueniſſent alibi. Et ſanè Eccleſia peculiaris Romana, & aliæ Eccleſiæ, quarum Epiſcopi non fuerunt in Concilio per ſe, nec per legatos, aut vicarios, qui ex illorum auctoritate, aut voluntate conſenſiſſent in lege Concilij, illa non aſtringerentur: quia à proprio paſtore non ſunt obligatæ immediatè, nec mediatè.

Adde, vel prælati illi crederent legem ſuam acceptam fore Pontifici, vel non: ſi primum ſtultè facerent, & irreuerenter, non petendo eius conſenſum antequàm illam promulgarẽt: ſi verò crederent ingratam Pótifici eſſe futuram, imprudentiſſimum eſſet illam condere, quam ſcirent vel ſtatim, vel ſaltem diſſoluto Concilio eſſe à Pontifice abrogandam: ergo exiſtimandum eſt, Chriſtũ non ſolùm non dediſſe illis poteſtatem leges condendi abſque Pontificis aſſenſu: ſed etiam ſi aliunde illam poteſtatem habere poſſent, illam ipſis abſtuliſſe, & in Pontificem tranſtuliſſe, cùm illum fecit ſupremum caput totius Eccleſiæ: ſicut etiam tunc tranſtulit in illum poteſtatem, quam ex natura rei haberet tota Eccleſia ad condendum leges, quæ ſingulos obligarent. Confirmatur, quia vel leges Concilij deberent eſſe ſubordinatæ Pontifici; vel non, ſi non: ergo non eſſet ſuprema poteſtas in Pontifice: quod eſt abſurdum, & contra Eccleſiæ vſum, & traditionem: nam videmus, Pontificem diſſoluto Concilio diſpenſare in eius legibus; & interdum eas penitus abrogare: ſi verò leges illæ eſſent ſubordinatæ Pontifici, melius eſſet, vt ſine eius aſſenſu non fierent, nec obligarent: ergo credibile eſt, ita Chriſtum inſtituiſſe. Neque verum eſt, quod aliqui Theologi hîc dicunt, leges talis Concilij, ſi acceptentur ab Eccleſia, validas eſſe: nam acceptatio non dat valorem legi latæ ab eo, qui poteſtatem non habet ferendi leges.

73 *3. Concl. Concilium acephalũ qua-le ſit, & quam vim habeat.*

Dico tertiò, Concilium æcumenicum acephalum ritè congregatum, ad declarandum verum Pontificem tempore Schiſmatis, vt tempore Si-
A giſmundi Imperatoris, & Concilij Conſtan. quando erant tres, qui ſe Pontifices appellabant Benedictus XIII. Ioan. XXIII. & Gregorius XII. vel ad deponendum Pótificem ob hæreſim, vel ob aliam iuſtam cauſam, ſi quæ eſt, non poteſt condere leges propriè dictas, ſeu mandata perpetua imponere, quæ totam Eccleſiam obligent, licet poſſit imponere præcepta temporalia neceſſaria ad habendum certum, legitimumq; Pontificem Eccleſiæ vtilem, & ad tollendũ ſchiſma, & conſtituendam in Eccleſia vnionem, tranquillitatem, & pacem. Ita illuſtres Theologi hîc, & Caietanus to. 1. op. 1. de authoritate Papæ, & Concil. c. 16. §. concilium perfectum, & cap. 18. §. in 3. euentu. Bellar-
B minus 2. de conciliorum auctoritate cap. vlt. Victoria relect. vlt. de poteſtate Eccleſiæ, p. 1. qu. 2. num. 18. Valentia 2. 2. diſp. 2. quæſt. 1. punct. 7. §. 45. ad 6. arg. principale.

*Quo iure Cõcilium ea mãdata poſſit imponere.*

Sed quo iure Concilium tunc poſſit ea præcepta imponere, non omnes explicant. Iuniores aliqui putant, id poſſe ſolo iure naturæ: nó enim habet immediatè à Deo talem poteſtatem, cùm nec in Scriptura, nec in traditione contineatur: nec verò eam habet à ſummo Pontifice, quia ſupponimus, nullum eſſe tunc indubitatum Pontificem, aut etiam contra eius voluntatẽ congregari Concilium, vel præcepta imponi, & aliqua ipſum quoque ligare, vt cùm ei præcipitur vt vel per ſe vel
C per procuratorem cópareat in iudicio, vel vt pro bono pacis renunciet Pontificatui: ergo ex iure naturali conuenit Concilio illa poteſtas: nam iure naturæ ad gubernatores prouinciarum pertinet prouidere communi bono, quando non eſt Princeps certus: ſed varij ſe Principes appellant, & vt tales ſe gerunt. Hanc opinionem inſinuat Victoria ſuprà, affirmans, in eo caſu Eccleſiam non eſſe deterioris conditionis, quàm in ſimili caſu eſſet temporalis Reſp. quæ tunc poſſet per gubernatores ſuos præcepta imponere neceſſaria ad pacificandum regnum, & obuiandum ſeditionibus, & diuiſionibus ipſius, & conſtituendum ſibi certum, & indubitatum Principem. Vnde Concilium Con-
D ſtantienſe Cardinalibus, ad quos aliàs iure canonico electio Romani Pontificis ſpectat cap. licet, de elect. cap. vbi periculum, eodem titulo, libro 6. clem. ne Romani, de electione, plures alios adiunxit, vt verum Pontificem, quem tota Eccleſia veneretur, eligerent: vt conſtat ex eodem Concilio ſeſſ. 41. in decreto de electoribus Romani Pontificis pro hac vice, qui quidem vt Concilium ſuprà teſtatur, Cardinalem de Columna concorditer in Romanum Pontificem elegerunt, & Martinus V. nominari voluit. Quæ electio legitima in Eccleſia eſt ſemper habita: & quamuis additio illa electorum ex conſenſu Cardinalium facta fuerit: tamen, ſi expediret, ipſis repugnantibus fieri etiam
E potuiſſet.

*Conciliũ Cõſtantienſe cur alios electores præter Cardinales ad Pontificem creandum adiunxerit.*

*Iure diuino ad quos extinctis Cardinalibus Pontificis electio pertineret.*

Alij verò recentiores meliùs dicunt, etiam ex iure diuino poſitiuo illam poteſtatem Concilio competere: tribuunt Victoriæ, quia relectione citata p. 2. num. 21. docet, ſi extincti eſſent omnes Cardinales, ad quos electio Pontificis iure canonico ſpectat, electionem iure diuino pertinere ad omnes Epiſcopos Reipub. Chriſtianæ: quem loqui de iure diuino poſitiuo colligunt: quia alludit ad id Pauli Actorum 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Dum ſuam ſententiam probat

Victoria

Victoria, quia ipſi ſunt paſtores gregis, & curatores, & tota adminiſtratio citra ſummum Pontificem ſpectat ad eos, & omnia poſſunt per ſe, quæ inferiores omnes poſſunt, & addit. *Dico ergo quòd quomodocumque ſiue inſtituto, ſiue caſu omnes Epiſcopi Chriſtiani conuenirent, poſſent eligere unum ſummum Pontificem tantæ auctoritatis, ſicut fuit beatus Petrus, etiam reclamantibus omnibus, vel maiori parte laicorum, aut etiam clericorum.* Sed hoc teſtimonium Victoriæ non eſt ad rem, niſi per argumentum à ſimili. Quidquid autem ſit de eius mente, dico, talem poteſtatem partim conuenire iure poſitiuo diuino, partim naturali: nam ex natura rei quælibet Reſp. poteſt in ſimili euentu ſibi prouidere per ſe, vel per gubernatores ſuos, qui iam eo ipſo, quòd ſunt gubernatores, commiſſionem à Repub. habent ad ferenda communiter præcepta, quibus ſimili damno occurratur: & hoc ius naturale, quod alioqui habent omnes Reſp. non abſtulit Chriſtus Eccleſiæ: ſed auxit poteſtatem dando eius gubernatoribus, vel ipſimet, ſi gubernatores in hoc eſſent negligentes, vt pœnis ſpiritualibus, ſeu cenſuris ad hunc finem vterentur: quæ in ſola natura locum non haberent: pro quo facit Concilium Conſtantienſe in 4. arg. citandum.

*Reprobatur Victoriæ ſententia.*

Ad ferendas autem leges, nec Reip. Chriſtianę, nec Epiſcopis facultatem dedit: quia ad prædictũ finem non ſunt neceſſariæ: cùm poſſit Eccleſia, dum ſchiſma durat, & non eligitur, aut fit indubitatus Pontifex, antiquis legibus gubernari, & ſolùm indigeat nouis præceptis ad tempus breue duraturis.

Ex his reiicitur Sebaſt. Medicis tract. de legib. p. 1. quæſt. 9. n. 7. dicens, ideo Ioannem XXIII. potuiſſe deponi à Concilio Cõſtantienſi: quia Concilio ſe ſubiecit: nam licèt non ſe ſubieciſſet, potuiſſet ab eo deponi: & ſi eſſet verus, & indubitatus Pontifex, quantumcumque vellet ſe ſubiicere Concilio, nõ ligaretur eius præceptis. Renunciare quidem Papatui quiſque Pontifex poteſt, vt definitur cap. 1. de renunciat. in 6. dum tamen certus manet Pontifex, nõ poteſt Concilio, aut alteri cõmunitati, aut perſonæ ſe ſubiicere, vt iis præceptis ligetur, maximè cum pœnis. Prima ſedes à nemine iudicatur cap. mandaſtis, 2. quæſt. 4. cap. nunc autem, 21. diſt. cap. ſi Papa 40. diſt.

*Renunciare Papatui quiſque Pontifex poteſt.*

74 Sed contra ſuperiores concluſiones, præſertim cõtra primum argumentum primæ, arguitur, quia Concilium generale ante confirmationem ſolet ſimpliciter, & abſolutè præcipere. Reſpõdeo, facit legem, quam vult, & ſperat confirmandam eſſe à Pontifice, vt cùm definit de fide, & dicit, *viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis,* facit definitionem, quã refert & dirigit ad Pontificem, vt eam confirmet, nec anteà cenſet, aut vult validam eſſe.

*1. Argum.*

Secundò arguitur: nam ſecundùm aliquos Epiſcopi accipiunt immediatè à deo iuriſdictionem in ſuas Diœceſes: ergo ſimiliter poſſet dici, Concilium habere iuriſdictionem à Deo in totam Eccleſiam, ſaltem excepto Pontifice, ſicut Apoſtoli habuerunt eam in totam Eccleſiã excepto Petro, & aliis Apoſtolis. Reſpõdeo illam opinionem eſſe minus probabilem, aut ſaltem incertam, & quidquid ſit de illa, non eſſe ſimile: quia in Epiſcopis illud videtur conueniens Reip. Chriſtianæ: non autem illud aliud in Conciliis, propter rationes ſuperiùs poſitas: illud verò Matth. 18. *vbi fuerint duo vel tres,* &c. intelligitur, ſi præcipiant cum ſuo capite, vel eius auctoritate antecedente, aut conſequente: aut intelligitur ſpecialiter eſſe illuminandos à Deo, vt adiuuent Pontificem ad decernendum in fide, & moribus. Quòd verò dicitur, *ſi Eccleſiam non audierit,* iam ſuperiùs vidimus, non eſſe intelligendum de cœtu Eccleſię per ſe, ſed per ſuos prælatos præcipiente, & excommunicante, aut per Concilia, aut aliis communitates, aut perſonas priuatas, quibus ipſi commiſerint, vnde nec generale Concilium, non includendo Papam, nec eius commiſſionem, & auctoritatem, id poteſt facere.

Tertium argumẽtum, quia in 8. Synodo patres cõgregati in dãnatione Photij ita dixiſſe leguntur, *hoc autem nolentem intelligere Photium, vt bene ageret: ſed inobedientem, & reſiſtentem huic vniuerſali Synodo, repulimus, & anathematizauimus, atq; à tota Catholica, & Apoſtolica Eccleſia fecimus alienum per datam nobis poteſtatem in ſpiritu ſancto, primo & magno Pontifice noſtro Deo, liberatore & ſaluatore cunctorum.* Reſpondet Turrecr. 3. ſum. cap. 31. ad 5. Patres non dixiſſe, ſe proximè à Chriſto poteſtatem habere; habebant quidem; ſed medio Romano Pontifice, vt dicitur Rom. 13. *non eſt poteſtas, niſi à Deo.* Sed ſaltem videtur ex hoc loco colligi, leges Concilij ante confirmationem eius obligare: vnde addendum eſt, ad negotium Photij habuiſſe ſpecialem commiſſionem à ſummo Pontifice, vt ex hiſtoriis conſtat: quod non cernitur in aliis Conciliis, imò nec illud Concilium facultatem habuit condendi leges ſtatim obligantes: ſed damnandi Photium damnatione ſtatim habitura effectum.

*Photij damnatio quomodò facta.*

Quartò arguitur, quia in Concilio Conſtantienſi ſic habetur ſeſ. 5. *Synodus vniuerſalis repræſentans vniuerſalem Eccleſiam, habet immediatè poteſtatem à Chriſto, cui quilibet fidelis, cuiuſcumq; ſtatus, & dignitatis ſit, etiam Papalis, obedire tenetur,* quæ diſinitio in Cõcilio Baſilienſi repetita eſt, & Martinus V. decreta Concilij Conſtantienſis ad fidem pertinentia confirmauit. Reſpondet Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 45. decretum illius ſeſſionis non habere auctoritatem, quia Martinus V. ſolùm probauit, quæ eſſent circa fidem determinata vt (inquit) *conciliariter,* hoc eſt, *præmiſſa diſputatione, & collatione, vt fieri in Cõciliis ſolet:* ſeſſio autem illa tumultuarie facta eſt, vt ex actis Concilij Conſtat, & notat Caietanus tract. de auctor. Pontif. ca. 9. Concilium autem Baſilieñſe numquam fuit confirmatum, & fuit ſchiſmaticum aliquando, vt notat Caietanus cap. 8. Aliter reſpondet Turrecremata lib. 2. cap. 99. nuſquam Concilium Conſtantienſe dixiſſe, Synodum immediatè habere poteſtatem à Chriſto: ſed hæc eſſe verba Concilij. *Hæc ſancta Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens, pro extirpatione præſentis ſchiſmatis, & vnione ac reformatione Eccleſiæ in capite, & in membris facienda, declarat, vt ipſa in ſpiritu ſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, & Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem habet à Chriſto immediatè:* ergo in eo decreto non loquitur Concilium de omni Synodo generali, & in ordine ad quaſcumque leges, & præcepta: ſed ſpecialiter de illa (vel ſimilibus) quæ erat congregata tempore, quo tres incerti, & dubij Pontifices pro veris, & certis ſe gerebant, & ita conuocata erat ad tale ſchiſma de medio tollendum: ad quod habebat immediatè poteſtatem à Chriſto, vt & ſuperiùs contra quoſdam recentiores diximus: qua poteſtate non poterat condere leges ſtatim in perpe-

*Concilij Conſtantienſis decretum nõ eſt probatum.*

tuum obligantes: ſed præcipere neceſſaria ad auferendum ſchiſma, etiam dubiis Pontificibus, ſed indubitato. Pontifici nil poteſt Concilium generale præcipere: imò nec reliquis Chriſtianis: niſi ad hoc ſpecialem à Pontifice facultatem habeat. Deficiente autem collegio Cardinalium, poſſet Concilium generale Papam eligere loco eius, qui eſſet hæreticus, vel defunctus, vel Pontificatum depoſuiſſet.

*Indubitato Pontifici nihil poteſt Concilium præcipere.*

Pontifex tamen certus, & indubitatus, Cōcilij legibus vel præceptis non ſubeſt, quidquid aliqui dixerint, vt refert Turrecr. lib. 3. c. 29. *Surrexerunt quidam nouelli magiſtri hoc noſtro tempore, qui dogmatizare auſi ſunt; quòd vniuerſale Concilium poteſtatem haberet immediatè à Chriſto, & tantam, & tam plenam, vt eius omnis fidelis, cuiuſcumque ſtatus ſit, aut præeminentiæ, etiam ſi Papalis, obedire teneretur.* Quod dixit, quia tempore Concilij Conſtantienſis, & Baſilienſis, quibus ipſe interfuit, aliqui Theologi, & Iuriſperiti id affirmarunt; quorum ſententia hac tempeſtate eſt periculoſa, & grauiſſima cenſura notatur à Bannes ſuprà, & aliis: nam in Concil. Floren. ſub Eugenio IIII. & Lateranen. ſub Leone X. ſic decretum eſt. *Definimus, ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe B. Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totius Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur,* & in Concilio Lateranenſi 5. ſub Leone X. expreſsè definitum eſt, Papam eſſe ſupra Concilium, vt refert Caietanus 2. 2. quæſt. 1. art. 10. qui ipſi Concilio interfuit: eodem tamen art. 10. ait Bannes, rem non eſſe de fide, quia Pariſienſes, qui oppoſitum tenent, tolerantur, & hoc Concilium non fuit receptum in tota Gallia: ſed ad futurum Cōcilium appellauerunt: quia Galliæ Epiſcopi non interfuerunt propter bellum, quod inter Iulium II. & Regem Frāciæ tunc erat: quamuis appellatio illa fuerit ſcandaloſa, & temeraria, & Leo cap. dominus diſt. 19. ait, *huius nominis ſacramentum ita dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo, principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in omne corpus diffunderet, vt exortem ſe intelligeret myſterij eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere,* ergo Pontifex Concilio vniuerſali Eccleſiam repræſentanti præcipere poteſt: non è contra.

*Concilij Lateranenſis de Primatu Romani Pontificis decretum.*

*Concilio vniuerſali poteſt Pontifex præcipere.*

Hinc rectè Turrecremata lib. 3. cap. 51. oſtendit Romanum Pontificem Concilij generalis decretis, & legibus minimè teneri: quia omnis iuriſdictio Concilij à Papa eſt, & inferior non poteſt ſuperiorem ligare: ideo etiam leges Pōtificis abrogare, aut reſtringere non poteſt, vnde in Concilio Calcedon. Act. 10. cùm patres Concilij Conſtantinopolitanum Patriarcham Alexādrino, & Antiocheno præferrent, Vicarij Apoſtolicæ ſedis dixerunt, *Sedes Apoſtolica nobis præſentibus humiliari non debet; & ideo quæcumq; in præiudicium canonum heſterna die geſta ſunt, nobis abſentibus, ad ſublimitatem veſtram pertinet, vt circumduci iubeatis, ſin alias contradictio noſtra his geſtis inhæreat, vt nouerimus, quid huic Apoſtolico viro vniuerſalis Eccleſiæ Papa referre*

A *debeamus; vt ipſe aut de ſua ſedis iniuria, aut de canonum euerſione poſſit ferre ſententiam,* & Leo ipſe nunquam ratum habuit tale decretum, vt conſtat ex ep. eius 61. quamuis à Calcedonēſi Concilio conſtitutum; quod Cōcilium ſe auctoritate Synodi 2. Conſtantinopolitanæ tueri conabatur: ergo Romanæ ſedis authoritas præualet contra Synodum generalem, non è contra.

Quintò arguitur, quia orbis eſt maior vrbe cap. Anaſtaſius, & ibi gloſſ. 19. diſt. gloſſ. cap. ſicut, 15. diſt. cap. ſunt quidam, 25. quæſt. 1. ergo plus poteſt tota Eccleſia, & Concilium, quod illam repræſentat cap. à recta, cap. prudenda, 24. quæſt. 1. cap. maiores, de baptiſmo, Albertus 1. tract. ſtatutorum 2.
B p. quæſt. 9. quos citat, & ſequitur Medicis, tract. de legibus p. 1. quæſt. 9. nu. 6. quàm Pontifex, qui eſt pars Concilij, & Eccleſiæ. Reſpondeo, totum eſt maius ſua parte, quando quoad omnes partes eſt quantum, ſecus ſi vna ſola pars eius ſit quanta per ſe: vnde corpus, & albedo non ſunt quid maius mole, quàm corpus ſolum, nec ignis, & calor habent maiorem vim calefaciendi, quàm ſolus calor, nec tota Reſpubl. maiorem vim legiſlatiuam, quàm ſolus Rex, in quem tranſtulit totam ſuam poteſtatem: ſic ergo quia Eccleſia & Concilium per ſolum Pontificem habent poteſtatem legiſlatiuam, non plus poſſunt, quàm ſolus Pontifex: imò nil ſine Pontifice: & parum refert, quòd Eccleſia
C ſit ſponſa Chriſti, Epheſ. 4. cant. 1. 4. & 6. Matth. 20. & 22. Act. 15. quia princeps non ſolet committere ſponſæ legiſlationem.

*Quando totū non eſt maius ſua parte.*

Nec verò fruſtra congregantur Concilia generalia, licèt per ſe ſine Papa, nec definitiones, nec leges validas efficere poſſint: quia mediis eorum diſputationibus & collationibus Pontifex intelligit, quid definiendum, vel ſtatuendum ſit, vnde Epiſcoporum, & aliorum ſuffragia in ordine ad Pontificem, & leges, ac definitiones verè ſunt conſultiua, ad effectum autem proponendi res, vt à Concilio decretas, ſunt deciſiua, decidentia nimirum quid nomine Concilij proponendum ſit Pontifici, vt ab eo confirmandum: quæ ſuffragia
D deciſiua non habet, qui partes Concilij non ſunt.

*Fruſtra generalia Concilia non congregātur, etiamſi leges per ſe ferre nō poſſint.*

Ex dictis patet à Concilio, in quo aſſiſtit per ſe Papa, & aſſenſum præbet, non eſſe appellationem: quia de aliquo ad eundem non poteſt appellari, cap. nemo. cap. cuncta 9. quæſt. 3. quando verò per legatos tantùm aſſiſtit, appellari ad Papam poteſt, vt docet Sebaſtianus Medicis tract. de legib. p. 1. quæſt. 9. ex l. 1. ff. quis & à quo, & cap. ſuper quæſtionum §. porro de officio delegati.

*A Concilio in quo Papa aſſiſtit appellari non poteſt.*

## SECTIO XV.

*Vtrum concilia non generalia poſſint leges condere.*

E SVppono, præter Concilium generale vniuerſale, ſeu œcumenicum, quod auctoritate ſummi Pontificis congregatur, & fit eo præſente, vel eius Legatis, ad hoc ſpecialiter deputatis c. ſignificaſti de elect. cap. regula diſt. 27. (nam ſi abſque Pontificis auctoritate fiat, non Concilium, ſed conciliabulum erit cap. 1. & aliis. 15. diſt.) eſſe aliud Concilium, quod dicitur prouinciale, & fit auctoritate Archiepiſcopi præſentibus omnibus Epiſcopis prouinciæ: Aliud nationale: quod fit auctoritate Patriarchæ, ſeu Primatis, interuenientibus omnibus Epiſcopis

*Concilium prouinciale, vel nationale quæ ſint.*

Digitized by Google

Epiſcopis nationis cap. de Conciliis, 18. diſt. cap. penult. 92. diſt. aliud Synodale, quod fit auctoritate Diœceſani cũ clericis, & prælatis ſuæ Diœceſis cap. placuit, 12. quæſt. 2. cap. fin. 17. quæſt. 1. quod ordinariè non vocatur Concilium: ſed Synodus Epiſcopalis. De generali dictum eſt ſect. præced. nunc de reliquis.

*Concilium Prouinciale poteſt leges condere.*

76 Dico, habere poteſtatem ordinariam ferendi leges accommodatas, & proportionatas eorum iuriſdictioni quoad territorium, & materiam, vt docent communiter Canoniſtæ cap. regula, diſt. 3. Hoſtienſis titu. de conſtit. & alij in Rubrica eodem tit. Sebaſtianus Medicis tract. de legib. p. 1. quæſt. 9. & ſumitur ex cap. Catholica, diſt. 11. vbi dicitur, *Catholicam Eccleſiam generalibus, & particularibus inſtitutionibus regi, priuatis verò*, inquit, *conſtitutionibus, & propriis informationibus vnaquæq; pro locorum varietate, prout cuiq; viſum eſt, & ſubſiſtit, & regitur.* Aliqui dicunt, rationem ſumi ex natura rei, ſuppoſita ordinaria iuriſdictione Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, qui in ordine hierarchiæ Eccleſię aliquomodò illis ſuperiores ſunt: nam inde ſtatim fit, vt quatenus plures Epiſcopi ſub vno Archiepiſcopo, vel plures Epiſcopi, & Archiepiſcopi ſub vno Primate, vel plures curati ſub vno Epiſcopo conſtituuntur, poſſint etiam in vnum congregari, & vnum corpus myſticum efficere, in quo ex natura rei poteſtas legiſlatiua erit, eò ipſo quòd à Superiore non prohibeatur. Sed hæc ratio non placet: quia licet omnes non prohibiti poſſint vnam communitatem efficere, & conuenire inter ſe, vt à maiori parte ſuffragiorum leges ſtatuãtur, quæ obligent perpetuò ſingulas partes illius communitatis: tamen in his Conciliis non fit hoc pactum inter ipſos Epiſcopos, nec leges ex vi talis pacti vim habent: imò, etiam ſi multi nollent leges fieri, ſi maior pars vellet fieri, præualeret, deinde illi conciliares non faciunt vnam communitatem permanentem: quæ ſit capax legum: nam diſſoluto Concilio diſſoluitur illa communitas, & ſi ex eorum ſolo conſenſu vim leges haberent, ex eorum conſenſu, etiamſi non eſſent congregati in Concilio, abrogari poſſent; quod falſum eſt: deinde leges non feruntur, ſaltem ſolùm, aut principaliter, pro ipſis: ſed pro ſubditis ipſorum, qui numquam præſtiterint conſenſum, & licet repugnauerint, ligantur illis legibus: ergo illæ vim non habent ex pacto eorum, qui legibus obligantur. Et quamuis ex pacto Epiſcoporum, verbi gratia de ſancienda in propria Diœceſi lege, in qua maior pars Concilij conueniret, poſſent ſinguli obligari: tamen, ſi poſt ſuffragia nollet aliquis pacto ſtare, & obligationi ſuæ ſatisfacere, Eccleſia eius non maneret obligata ex vi talis pacti: at re vera tunc maneret obligata: ergo aliũde naſceretur illa obligatio ſubditorũ: & alioqui, ſi pauci quidam Epiſcopi diuerſarum nationum, vel prouinciarum ſic conuenirent inter ſe ſine aliis, & ſine Primate aut Metropolitauo, eodem modo obligarent ſuas Eccleſias, ac ſi conuenirent in integro, & legitimo Concilio metropolitano, vel nationali: quod eſt ſanè ridiculum, deinde in concilio Synodali hoc non habet locum; cum curati nullam habeant iuriſdictionem ad obligandum ſe vel ſuas Eccleſias: ergo illa obligatio non prouenit ex pacto, quod inter ſe vel cum Epiſcopo inierint obligandi proprias Eccleſias, ſed aliunde.

77 Vnde dico, in Concilio Synodali eam poteſtatem eſſe ab eo, à quo eſt poteſtas Epiſcopalis, nempe ſecundum vnam opinionẽ immediatè à Chriſto; ſecundum aliam verò immediatè à Papa, à quo habet poteſtatem ferendi leges, ſiue in Synodo, ſiue extra Synodum pro ſuis ouibus, quales ſunt etiam illi omnes, qui in Synodo conueniunt. In Concilio autem prouinciali, vel Metropolitano, poteſtas eſt à ſummo Pontifice, qui inſtituit dignitatẽ Metropolitanam, ſeu Archiepiſcopalem, & dedit Archiepiſcopis, & Primatibus poteſtatem congregandi Concilia, & à maiori parte ſuffragiorum deciſiuorum ſtatuendi leges pro tota prouincia, vel natione, quas nullus illorum prælatorum etiam pro ſua Diœceſi abrogare poſſit, & in hoc præcipuè conſiſtit officium Archiepiſcopi, & Primatis.

*Poteſtas ferendi leges in Concilio Synodali à quo ſit.*

Hæc humana inſtitutio conſtat ex antiquiſſima traditione, & ex illo cap. Catholica, & ex aliis nonnullis decretis ſtatim referendis, & nouiſsimè ex Tridentino, à quo ſeſſ. 24. in decreto de reformat. cap. 2. ſtatutum eſt, vt Concilia prouincialia quolibet triennio fiant, & quæ ibi fuerint ordinata, obſeruentur, atque obſeruari faciant Epiſcopi: ergo Concilium prouinciale poteſtatem habet ferendi leges ſtatim obligantes, antequam à Pontifice confirmentur: & alioqui eorum leges communiter non valerent: quia communiter non ſunt confirmatæ, ſed nulla expectata confirmatione publicantur, & promulgantur; & violatores talium legum puniuntur, vide Concil. Carthag. 4. cap. 21. vbi præcipit. *Epiſcopo ad Synodum prouincialem ire, niſi graui neceſſitate inhibeatur: in quo euentu legatus eſt ſuſcepturus (ſalua fidei veritate) quidquid Synodus ſtatuerit*, & Concilium Toletanum 3. cap. 18. relatum, diſt. 18. cap. decernimus, præcipit Epiſcopis, *vt intra ſex mẽſes referint ſuis Eccleſiis, quæ eodem anno in Conciliò acta ſunt, vel definita eſſe noſcuntur.*

*Concilia prouincialia quolibet triennio fieri debent.*

Sed obiicies Symachum Papam cap. Concilia, diſt. 17. *Concilia ſacerdotum Eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papæ non habent, valetudinem perdiderunt*: hoc eſt, nullius ſunt momenti. Reſpondeo, intelligi in ordine ad obligandam totam Eccleſiam, vel definiendum infallibiliter de fide, vel de maioribus cauſis ſtatuendum: vnde ibidem ſubditur, *legiſtis inſaniſsimi aliquandò in illis prouinciis de maioribus præter apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum, & non de maioribus negotiis ad conſultationem, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe reſeruatum?* hic cap. multis proximè præcedente in ead. diſt. dicitur, *maiores verò, & difficiliores quæſtiones, vt ſancta Synodus ſtatuit, ſcilicet.* 5. Synodus ſub Symacho, vt notatur in margine, *ad ſedem ſemper referantur Apoſtolicam*, idem colliges ex cap. nec licuit, diſt. 17. vnde male Gratianus, diſt. 18. in princ. ex relatis, diſt. 17. colligit, *Epiſcoporum igitur Concilia (vt ex præmiſsis apparet) ſunt inualida ad definiendum, & ad conſtituendum, non autem ad corrigendum: ſunt enim neceſſaria Epiſcoporum Concilia ad correctionem, & exhortationem: quæ & ſi non habent vim conſtituendi, habent tamen auctoritatem imponendi, & dicendi, quod aliis ſtatutum eſt, & quod generaliter, ſeu ſpecialiter præceptum eſt* Hæc Gratianus. 78

Falsò etiam aliqui iuniores hîc dicunt, Concilij prouincialis, vel nationalis decreta ea tantùm ratione ſingulas Diœceſes obligare, quatenus leges ſunt à propriis Epiſcopis ſtatutæ; quod tamen ſi verum

A ſi verum eſſet, nec ipſos Epiſcopos ligarent, nec eorum ſubditos, qui decretis illis non conſenſiſſent, vel ea poſteà reuocaſſent: quod falſum, & cōtra vſum, & conſuetudinem eſt. Nec eſt ſimile de legibus Cōciliorum generalium: nam tales pertinēt ad totam Eccleſiam, in quam ſine ſpeciali conceſſione Papæ, nulla eſt iuriſdictio: in Eccleſias autem particulares Epiſcopi extra, vel intra Concilium: Archiepiſcopi, & Primates in Concilio, & cum maiore ſuffragiorum parte iuriſdictionem habent modo ſuperiùs dicto.

*Concilia hæc in ſuis legibus non habent infallibilem auctoritatem.*

79 Aduerte tamen, Concilia hæc in legibus ſuis non habere infallibilem auctoritatem: ſed errare poſſe: quia non dant leges vniuerſæ Eccleſiæ, nec B de rebus grauioribus, quæ vniuerſam Eccleſiam attingunt. Hæ enim ſummo Pontifici reſeruatæ ſunt, qui ſiue adſit his Cōciliis, ſiue non adſit, poteſt eorum leges approbare, & ad vniuerſam Eccleſiam extendere, & tunc leges erunt infallibiliter bonæ, & vniuerſam Eccleſiam aſtringent: ſic multa decreta Conciliorū Prouincialium, vel nationalium, vim eandem habent, quàm decreta Conciliorum generalium, ad quod non ſatis eſt inueniri in decreto Gratiani, vt patet ex dictis, qu. 13. Quæ autem Concilia non generalia à ſummo Pontifice confirmata, & approbata expreſsè ſint, tradit Bannes, 2.2. quæſt. 1. art. 10. dub. 3. ad finem, Valentia ibi diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. Canus 5. de locis cap. 4. C

*Quædam fuerunt implicitè, & interpretatiuè approbata.*

Addit verò Bannes, alia fuiſſe implicitè, & interpretatiuè approbata, & confirmata: *ea nimirum, quæ cū peruenerint ad cōmunem Eccleſiæ notitiam, non reprobantur ab Eccleſia, aut ſummo Pontifice, in qua re ſilentiū approbatio eſſe videtur, præſertim cùm viri docti in Eccleſia, & vniuerſitatibus huiuſmodi decreta approbent, & tamquam dogma Catholicum admittant, & doceant: hoc enim ſignum eſt approbationis implicitæ, & virtualis totius Eccleſiæ.* Hæc Bannes, ſimiliaque dicunt Canus, & Valentia ſuprà, qui tamen loquuntur de decretis ad fidem pertinentibus, de quibus fortaſſe vera eſt illa regula: ſed de legibus non credo, vt cenſeantur approbari, vel ad totam Eccleſiam extendi, ſufficere ſilentium Eccleſiæ vniuerſalis, vel ſummi Pontificis: ſilere enim poſſunt: D quia nihil mali in illis legibus euidēter conſpiciunt, & hoc non eſt dare illis auctoritatem infallibilem, nec ad totam Eccleſiam illas extēdere.

*Prouincialia, & nationalia Concilia ad quid ſint vtilia.*

80 Ex dictis patet, rectè Turrecrematam, diſt. 18. in princ. dicere, *notandum eſt, quòd Epiſcoporum Concilia*, quo nomine Nationalia, & Prouincialia etiam comprehendit, *ſunt vtilia ad tria: primò ad directionem per modum regulæ conſtituendo canones; licet enim Epiſcoporum Concilia non poſſint conſtituere generales canones, quibus ligetur tota fidelium vniuerſitas, poſſunt tamen conſtituere ſpeciales canones, vt Prouincialia in prouinciis, & Epiſcopalia Concilia in Diœceſibus ſuis, imò quælibet Eccleſia, & quilibet populus poteſt ſibi ſtatuere ius, vt diſt. 1. ius ciuile, & diſt. 8. quæ contra, & 10. q. 1. Catholica, & 12. d. illa, & d. 3. c. 1.* Quod verò ſubiungit Gratianus, *ad definiendum*, &c. verum eſt in magnis, in quibus ſpecialis auctoritas Papæ requiritur, vt d. 17. c. multis, & de his, quæ ſpectāt ad honorem, & ad aliquid generaliter obligant: malè tamen ſtatim ſubiungit Turrecremata, *Verùm ſi talia, quæ in Conciliis prouincialibus ſtatuta ſunt, Papa approbet, tunc aſtringent omnes, non quia ibi ſtatuta ſunt: ſed quia à Papa approbantur: ſicut ſcripta Auguſtini, & Hieronimi, & multorum aliorum generaliter omnes aſtringunt, non quia ſunt dicta ab eis: ſed quia ſunt à Papa approbata, & generaliter ab Eccleſia recepta: ſic & leges Vlpiani habentur in auctoritate, non ratione perſonæ promulgantis: ſed quia à Principe ſunt confirmatæ, & receptæ generaliter.* Non omninò placet hoc dictum Turrecrematæ, quia non eo ipſo, quòd Papa approbet legem aliquam ſpecialem Concilij non generalis, extendit illam ad totam Eccleſiam: & multominus ex eo, quòd contineatur in decreto Gratiani, vt vidimus ſect. 13. vbi idem latiùs diximus de decretis ſanctorum, & oſtendimus, diuerſam eſſe rationem de dictis Vlpiani, & aliorum Iureconſultorum.

Nec etiam probo, quod ait Sebaſtianus Medicis, tract. de legib. p. 1. quæſt. 9. num. 3. *Concilium prouinciale facit ius commune, quando à Papa vel Concilio generali approbatum fuit*, ſi per ius commune intelligat, quod totam Eccleſiam obliget: nec ex cap. 1. de locato, nec ex l. 2. §. omnia C. de veteri iure enucleand. id poteſt colligi, vt ipſe putauit.

## SECTIO XVI.

*Vtrum capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ poſſit, ſaltem ſede vacante, condere leges.*

Non eſt quæſtio de capitulo vnà cum Epiſcopo, quia ſic certum eſt, poſſe leges condere, ſeu ſtatuta facere, Canoniſtæ cap. cum omnes, de conſtit. Medicis tract. de legibus p. 1. qu. 16. ſed ſolùm eſt quæſtio de capitulo per ſe ſine Epiſcopo, etiam ſi Epiſcopus viuat. 81

*1. Concluſ. Capitulum ſine Epiſcopo eo viuente non poteſt leges condere.*

Dico primò, Capitulum viuente Epiſcopo non poteſt condere leges; ſeu ſtatuta, quæ externos obligent, ſeu non Capitulares: quia in illos nullam habet iuriſdictionem, & hoc vult Medicis ſuprà diens, *regulariter nil poſſe ſtatuere.*

*2. Concluſ.*

Dico ſecundò, aliqui ſentiunt, quòd nec circa ſeipſum, ſeu capitulares ſuos poteſt aliqua ſtatuta facere, quæ propriè ſint ſtatuta, vel leges: fortaſſe hoc voluit Medicis in verbis citatis, clarius idem docent hic aliqui Theologi dicentes, capitulum Eccleſiæ Cathedralis, viuente Epiſcopo, nulla poteſt ſtatuta condere, ſine conſenſu Epiſcopi, ſiue ad cauſarum deciſionem ſpectent, ſiue ad eas res, quę ad canonicos, & Eccleſiam pertinent. Adducunt Archidiaconum, & alios Iuriſperitos c. catholica, diſt. 11. Innocentium ca. cùm omnes nu. 2. Panormitanum num. 4. Decium in 2. lectura nu. 20. de conſti. Oldradum cōſilio 181. circa finem, & alios, quos refert Decius ſupra, & videtur apertè definitum ab Honorio III. c. cùm conſuetudinis, de conſuetudine: ſic enim ſcribit Pariſienſi capitulo. *Auctoritate vobis præſentium inhibemus, ne abſq; Epiſcopi veſtri conſenſu immutetis Eccleſiæ veſtræ conſtitutiones, & conſuetudines approbatas, vel nouas etiam inducatis, ſi quas fortè feciſtis irritas decernentes.* Ratio eſt: quia E capitulum nec in ſuos capitulares, ſeu canonicos videtur habere iuriſdictionem. Confirmatur, quia Epiſcopus eſt caput Capituli cap. nouæ, de his, quæ fiunt à Prælato: ergo ſine Epiſcopo nil poteſt Capitulum ſtatuere.

*Capitulū circa ſuos capitulares aliqua poteſt ſtatuta condere.*

Aliqui tamen illuſtres Theologi docent, circa ipſos canonicos, ſeu capitulares poſſe aliqua ſtatuta facere, quę veræ ſint conſtitutiones, ſeu leges; ita docent gloſſę poſteà citandæ, Syluest. verbo lex qu. 4. ex cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. ibi tamen ſolùm 82

Digitized by Google

ſolùm dicitur, validum ſtatutum factum à capitulo, ſi à ſummo Pontifice ſit poſteà approbatum, ſeu confirmatum: quamuis fauet textus: quia ſupponere videtur, Capitulum poſſe ſtatuta facere, & ſolùm dubitatur de hoc, quia erat in materia requirente auctoritatem Papæ, vel Epiſcopi. Magis vrget cap. cùm omnes, de conſtit. vbi Innocentius III. ſtatuit, vt nullius ſit momẽti conſtitutio à Capitulo Trecenſi facta contra priorem conſuetudinem, quia iniuſtitiam continebat inæqualitatis: ergo ſi iniuſtitia non intercederet, valeret conſtitutio illa à Capitulo facta ſine conſenſu Epiſcopi: ſed reſpondent Theologi aduerſatij, non conſtare factam fuiſſe ſine conſenſu Epiſcopi, quin potius præſumendum eſſe, factam fuiſſe cum eius aſſenſu, vt notauit Decius ſupra, num. 19. eò quòd in ſpecie illius conſtitutionis, cùm tantùm de eius valore dubitetur ratione inæqualitatis, & ea ratione irritetur à Pontifice; præſumendum, quod ex omni alio capite valebat, quia *quando de vno defectu quæritur, in aliis habilitas præſupponitur*: l. qui in teſtamento in princ. ff. de teſtamentis, & cap. 1. de ætate, & qualit. lib. 6. quo etiam pacto reſpondent ad cap. cum acceſſiſſent, de conſtit. tum vel maximè, quid in eo cap. ob confirmationem ſedis Apoſtolicæ, quam Capitulum obtinuiſſe dicebat, ſi reipſa cõſtaret ſtatutum ipſum in ſuo robore permanere, Innocentius III. decernit, dicunt etiã alia, quæ adducit gloſſa verbo ſtatutum, in cap. 2. §. cæterùm, de verbor. ſignif. lib. 6. & dicto cap. cùm omnes, de conſtit. nullius eſſe momenti: quia vel ad rem non pertinent, vel explicari poſſunt eo modo, quo explicatum eſt cap. omnes.

*Quando de vno defectu quæritur, in aliis habilitas præſupponitur.*

83 Cæterùm explicatio illa cap. cùm omnes, diuinat ſine fundamento ibi interueniſſe conſenſum Epiſcopi, cùm de hac re nulla ſit ibi mentio, & ſolùm dubitatum fuit de valore illius ſtatuti propter iniuſtitiam, & de alio in cap. cum acceſſiſſent propter materiam, quæ ad Pontificem, vel Epiſcopum pertinebat, & non ad Capitulum; ergo in aliqua materia Capitulum poteſt ſtatuta facere ſine conſenſu Epiſcopi, & ita Sebaſti. Medicis ſuprà, poſtquam dixit, regulariter non poſſe ſine conſenſu Epiſcopi facere ſtatuta, addit, *Fallit tamen primò, vt quando præcipitur, vt petitio vnius Eccleſiæ exuberantis ſoluatur alicui Canonico indigenti, tunc Epiſcopus tenetur, & debet ad hoc conſentire, Panormitanus cap. expoſuiſti, num. 8. de præb. & nota, quòd in Capitulo Eccleſiæ Cathedralis ſolent reperiri huiuſmodi prælati, videlicet Primicerius, Archidiaconus, Archipresbiter, Decanus, Præpoſitus, & Subdecanus: ſunt præterea canonici, & capellani, quibus omnibus, & ſingulis aſſignatum eſt officium ſuum: vt ſinguli tamen, nil habent proprij toto tit. de his, quæ fiunt à maiore parte cap. & de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli, Secũdò Capitulum poteſt* [illegible]*uere abſq; conſenſu Epiſcopi in his, quæ concernunt factum ipſius capituli: Panormitanus cap. 1. n. 14. de his, quæ fiunt à maiore parte cap. Tertiò poteſt ſtatuere abſq; Epiſcopo aliquid tendens in fauorem iuris communis, Bero. cap. cùm omnes, num. 39. de conſtit. Quartò hoc idem mandante, vel approbante ſummo Pontifice cap. cùm acceſſiſſent, de conſtit. Quintò quando ex aliquo priuilegio Capitulum exemptum eſſet à iuriſdictione ordinarij cap. cum omnes, de conſtitutionibus.* Hæc Medicis ſatis ſine arte dicta: quia in primo caſu, qui hoc tempore non procedit, quando canonici proprium habent, non ſtatuebat Capitulum, ſed proponebat Epiſcopo; in tertio caſu dici etiam poteſt, nil ſtatuere, ſed exhortari ad obſeruantiam iuris communis: de quarto & quinto caſu non eſt controuerſia, ſolus ergo ſecundus caſus videtur ad rem, in quo tamen obſcurum eſt, quid illud ſit, quod dicitur concernere factũ ipſius Capituli.

Dico ergo tertiò, Capitulum poſſe ſine conſenſu Epiſcopi ſtatuta facere, ſpectantia ad ordinem, & regimen ipſius Capituli, & adminiſtrationem facultatum, quæ pertinent ad menſam capitularem, in maioribus autem non poſſunt diſponere, & ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi; & multò minus abrogare conſtitutiones Epiſcopi, aut Synodi, aut conſuetudines illis æquiualentes: & ita tenet gloſſa cap. 1. verbo ſtatutum, de ſentent. excommun. in 6. & dicto cap. cùm omnes, de conſtit. vbi Felinus num. 8. Siluester verbo lex quæſt. 4. & hoc ſolùm voluit Pontifex cap. cum conſuetudinis, de conſtit. & malè pro ſententia aſſerente, nullum ſtatutum Capituli ſine conſenſu Epiſcopi valere, citãtur Panormitanus, Innocẽtius, Decius, & Oldradus: nam potius docent oppoſitum, Decius cap. cùm omnes de conſtit. in 2. col. Oldradus conſ. 181. circa finem, Ionnes Crotus repet. l. omnes populi, colu. 7. in fine verſ. quinta concluſio, & verſ. ſeq, & gloſ. in illo cap. omnes docent, illud ſtatutum, de quo in illo cap. omnes, validum fore, ſi intercederet conſenſus Epiſcopi: & inde infert Decius, Epiſcopi conſenſum interceſſiſſe; quod rectè impugnat Andreas ab Exea eodem cap. omnes num. 143. quia textus dirigitur Epiſcopo Tecenſi, & tendit ad impugnandum ſtatutum, & ex quo non fundat ſe ſuper defectum conſenſus Epiſcopi, præſupponit, quòd omni alio reſpectu valeret ſtatutum, etiam ſine conſenſu Epiſcopi: & ſubiungit ſtatim ex Exea, *de quo tamen an & quando valeat ſtatutum capituli ſine conſenſu Epiſcopi, vide plene Felinum hîc, & Decium in 2. lectura col. 2. & 3. Dec. cap. cum conſuetudinis, de conſuetud. & cap. 2. de verbor. ſigni. in 6. Albertum Brunum 3. tomo volum. ſtatutorum, in verbo, capitulum.* Hæc Exea. 84

*3. Concl. De quibus capitulum ſtatuere poſſit ſine conſenſu Epiſcopi.*

Hinc intelligitur, quomodò & Epiſcopus eſt caput Capituli cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælato: & quomodò etiam Decanus eſt caput Capituli: hic enim eſt caput ad congregandum Capitulum, & proponendum, quæ conſtituenda ab illo ſunt, & ad ſimilia: Epiſcopus verò ad maiora. Vnde Roſella verbo excommunicator §. 3. ait, *Canonici Eccleſiæ Cathedralis non poſſunt ſtatuere ſuper his, quæ tangunt Epiſcopum, vel eius iura, aut communem ſtatũ Eccleſiæ, vel ſuper magnis rebus, & negotiis Eccleſiæ: ſecus ſuper ſua ſingularia negotia, puta quòd ſuas diatas certis modis diſtribuant, vel quòd certo modo ad Capitulum vocẽtur, &c. ſecundum gl. c. 2. de verb. ſigni. in 6.* 85

*Epiſcopus & Decanus ſunt capita capituli, ſed diuerſa ratione.*

*De Capitulo autem Eccleſiæ collegiatæ ait Sebaſtianus Medicis illa quæſt. 16. nil ſtatuere poſſe etiam cum ſuo prælato, abſq; licentia, & auctoritate Epiſcopi, ſi verò eius Prior, ſeu Prælatus deceſſiſſet, tunc dicendum eſt, quòd interueniente licentia Epiſcopi, poſſet ſtatuere, & hoc niſi à iuriſdictione ordinarij eſſet exẽptum, vel priuilegio, ſeu præſcriptione, aut aliquo alio caſu habente vim priuilegij, vt quidam Præpoſiti ſunt habentes ordinariam iuriſdictionem, & iura Epiſcopalia, Bero. c. cum omnes num. 49. de conſtit.* Hæc Medicis, quæ diſplicent, nam ſectione ſequẽti dicemus, alias communitates minores Capitulo Eccleſiæ, poſſe ſtatuere de quibuſdam minoribus ad ſe pertinentibus: ergo idem eſt de capitulo Eccleſiæ collegiatæ,

*Capitulum Eccleſiæ collegiatæ nihil poteſt ſtatuere ſine licentia Epiſcopi.*

Dico

Digitized by Google

86 Dico Quartò Capitulum Canonicum Eccleſiæ Cathedralis, ſede Epiſcopi vacante, non poteſt leges, ſeu ſtatuta facere propriè dicta, ſeu perpetua, ſed duratura tantùm, donec eligatur Epiſcopus, eóque electo ſpiratura; nec poteſt reuocare leges propriè dictas latas ab Epiſcopis, licet ad tempus poſſit, vrgente neceſſitate obligationem earum ſuſpendere, & contrarium præcipere.

*4. Concl. Capitulum cathedralis Eccleſiæ ſede vacante quid poſſit.*

Hæc concluſio eſt contra Payuam lib. de poteſt. Capituli ſede vacante quæſt. 6. & nonnullos alios ab eo relatos, aſſerentes, Capitulum tunc poſſe leges facere pro tota Diœceſi, duraturas etiam poſt electionem Epiſcopi, donec reuocetur; quia mortuo Epiſcopo poteſtas, & iuriſdictio ipſius deuoluitur ad Capitulum, vt eſt certum in iure, & docet Nauarrus lib. 1. conſ. 7. de officio iudic. ordi. ex cap. his, quæ, & cap. cum olim, de maiori, & obedien. idem docet conſilio 28. num. 1. & conſ. 30. num. 2. de tempor. ordin. vbi cum Ioanne Franco Pauino tract. de officio Capituli ſede vacante p. 1. cap. 1. nu. 3. ſtatuit hanc regulam generalem, capitulum ſede vacante ſuccedit regulariter Epiſcopo in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus expreſſis in iure, idem Gutierez 1. lib. quæſtionum canon. cap. 11. num. 10. citat eundem Pauinum tract. citato 1. p. quæſt. 1. & 2. volum. 15. tractatuum. Quod ſumitur etiam ex Tridentino ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat: ergo habet æqualem poteſtatem in legibus ferendis, & reuocandis, cùm hic caſus non videatur exceptus in iure, & ita tenet verbo, lex in fine, dicens, *ſtatutum Epiſcopi ſede vacante durat, donec ab Epiſcopo reuocetur*, & in hoc videtur eſſe magna differentia inter hoc Capitulum, & totam Eccleſiam, & Concilium generale ſede Apoſtolica vacante; quia Pontificia iuriſdictio non deuoluitur ad Eccleſiam vel Concilium: eò quòd dari deberet à Deo; & Deus illam non dedit, niſi Papæ iuriſdictio autem Epiſcopi poteſt dari, & data videtur Capitulo à ſummo Pontifice.

*Capitulum ſede vacante ſuccedit in his, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ.*

Noſtram tamen concluſionem tenent hîc graues Theologi, & colligunt ex Felino ca. cùm omnes, de conſtit. vbi apertè ait, capitulum ſede vacante ſtatuere non poſſe de his, quæ ſpeciali iure diſtincto ab Epiſcopali iuriſdictione, Epiſcopo conueniunt; imò nec poſſe leges ferre in materia; in qua aliàs non poſſet viuente Epiſcopo, niſi ſtatuendi neceſſitas immineat, vt patet num. 10. vbi tamẽ Felinus aliquos Canoniſtas refert, inter quos eſt etiam Decius cap. cùm omnes, de conſtit. in 2. lectura, num. 20. ſed noſtra ſententia colligitur ex ipſo titulo, ne ſede vacante aliquid innouetur; & ex cap. 1. vbi Innocentius III. ait, *Epiſcopali ſede vacante non debet aliquid innouari: cùm non ſit qui Epiſcopale ius tueatur*: nec in Tridentino ſuprà, aut alio iure reperitur conceſſa poteſtas leges ferendi Capitulo, licet illi concedantur, & præcipiantur alia: ergo non habet talem iuriſdictionem; ſed ad iudicandum in litibus, & ad danda præcepta aliqua temporalia, quæ tum temporis fuerint neceſſaria. Et hoc vult Sebaſtianus Medicis tract. de legibus, p. 1. quæſt. 16. dicens. *Si vult ſtatuere ſede vacante, tunc aut imminet periculum, aut non: imminente periculo, ſeu ſcandalo, credo, quòd Epiſcopus poſſit legem condere, donec tollatur ſcandalum, ſi verò neceſſitas huiuſmodi non vrgeret, eo in caſu puto capitulum ſede vacante non poſſe ſtatuere, ſicut nec cœtus Cardinalium, nec electores Imperij, & conſiliarij Regis in ſede vacante, & interregno exiſtente, vt dixi ſupra in quæſt. 9. Et ratio eſt: quia in Capitulum non tranſeunt reſeruata Epiſcopo Bero. ca. quæ in Eccleſiarum de conſtit. & cap. ex litteris, de in integrum reſtit.* Hæc Medicis; conſonat Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 10. de reformat. *prohibens Capitulo, dare reuerendas ad ordines ei, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, vel recipiendi occaſione*, arctatus non fuerit: quia, videlicet, dare aliis perniciosum eſſet; ergo ſimiliter Capitulo non datur poteſtas leges tunc ferendi; quia magis eſſet communiter in deſtructionem, quàm in ædificationẽ Eccleſiæ.

An verò Capitulum ſede vacante, poſſit diſpenſare cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium ſimplex, ſicut poteſt Epiſcopus, iuxta cap. 1. de filiis presbit. lib. 6. Reſpondit Nauarrus conſil. 28. de temp. ordinat. *licet Ioannes And. cap. 1. de filiis presbit. in 6. & Dominicus, & Francus ibi dicant, cauſam Papali deciſione indigere propter varias opiniones, quæ verſantur ſuper auctoritate Capituli ſede vacante ad diſpenſandũ, gl. clem. 1. §. 11. verbo capituli de hæreticis videtur reſoluere, quòd Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in iis, quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ, qualis eſt diſpenſatio: Contrarium tamen videtur verius, quòd tenet Panormitanus cap. cùm olim, de maior. & obedien. cui ſatis accedit Francus Pauinus tract. de officio capit. ſede vacante cap. 7. p. 1. & melius ca. 1. nu. 3. ſed longè altiùs; & reſolutiùs Federicus Senenſis conſ. 40. & melius conſ. 30. cuius multis rationibus addo illam firmam, quòd circa poteſtatem Capituli ſede vacante debet fieri regula affirmatiua, videlicet quòd ſuccedit Epiſcopo regulariter in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus expreſſis; vt rectè reſoluit prædictus Francus Pauinus tract. citato p. 1. ca. 1. num. 3. & conſtat, diſpenſationem illegitimorum pertinere ad iuriſdictionem ordinariam Epiſcopi, & quòd in nulla parte iuris ille caſus excipitur ab illa regula: ergo ſtandum eſt ei argum. l. omnis definitio ff. de regulis iuris, & Rub. eodem, in 6.* Hactenus Nauarrus. 87

*An Capitulũ poſſit diſpenſare cum illegitimo ſede vacãte ad Minores, & ſimplex beneficiũ.*

## SECTIO XVII.

*De aliis nonnullis congregationibus, ſeu communitatibus, an poſſint leges Eccleſiaſticas condere.*

Sebaſtianus Medicis tract. de legib. p. 1. quæſt. 16. num. 3. in genere ſic ait, *Videndum hîc eſſet de nonnullis aliis; videlicet de miniſtris, ſeu Prouincialibus, de Prioribus, ſeu Guardianis, de Parochianis, Præpoſitis, Plebanis, & aliis Rectoribus; necnon de conuenticulis, congregationibus, fraternitatibus, collegiis, ſocietatibus & hoſpitalibus, & de aliis tam ſæcularibus, quàm regularibus clericis: ſed, quia materia hæc ſatis poteſt comprehendi ex his, quæ dicta ſunt, nunc omnia omittenda putaui: nam facultas ſtatuendi pendet ex vi iuriſdictionis alicui conceſſæ à ſuperiore: ergo firma, & certa regula tradi non poteſt, niſi quatenus inſpicienda ſit facultas conceſſa de eo, quod agendum ſit, de quo latiùs 2. p. dicemus*, Vide Cagnol. Rub. C. qui admitti. num 43. 88

Quidam verò Theologi hîc, poſtquam de Conciliis, & Capitulo Canonicorum dixere, adiungũt, nulla alia congregatio, vel clericorum, vel magiſtrorum (quam vulgò abſolutè vniuerſitatem dicimus) poteſtatem habet iure communi ad ferendas leges Eccleſiaſticas; quare niſi ſpeciatim à ſede Apoſtolica eis fuerit collata, aut legitima conſuetudine inducta, non poteſt leges ferre: quia omnis poteſtas iuriſdictionis dimanat à Romano Pontifice: ergo cũ de eiuſmodi emanatione non conſtet

compara

Digitized by Google

comparatione vniuerſitatis, nullas poterit leges ferre, niſi ſpeciatim alicui vniuerſitati à Pontifice maximo ea poteſtas conferatur, vel legitima conſuetudine inducta ſit.

*Communitas quæ leges ferre poſſit vel non.*

89 Reſpondeo tamen, prædictas, & ſimiles communitates poteſtatem habere ad ſtatuendum de minoribus ad ſe pertinentibus; de maioribus autem nil per ſe efficere poſſe. Patet à ſimili ex his, quæ dicta ſunt de Capitulo viuente Prælato: & ita tenent communiter Iuriſperiti, de quo multa dicit Albertus tractatu de communitatibus, quæſtione 3. Syluester verbo lex, quæſt. 4. vbi ait, vniuerſitatem clericorum, vel doctorum poſſe ſtatuta facere, quæ vim legum habeant. Probatque per cap. ex literis, de conſtit. Quidam tamen recentiores Theologi dicunt, ſe non videre, quomodo inde deducatur; ibi enim ſolùm fit mentio ſtatuti vniuerſitatis doctorum, & quamuis ibi dicatur, ab iis ſtatutum fuiſſe, vt ſi quis magiſtrorum nõ obediat mãdatis vniuerſitatis, communione ſeu conſortio in magiſtratibus priuetur: tamen ex hoc nõ colligitur, tale ſtatutum ab illis ſolis doctoribus conditum fuiſſe: ſed ipſis conſentientibus, & petentibus approbatum ab eo, qui ſupremam curam haberet vniuerſitatis. Vnde aiunt iſti Theologi, vniuerſitatem doctorum ſine conſenſu eius, qui vniuerſitatem fundauit, aut eius, qui ſupremam habet poteſtatem in vniuerſitatem, non poſſe leges ferre, nec ſtatuta perpetua facere, niſi ſpeciali conceſſione hoc priuilegium habeat. Sed certè textus ille vrget, quia Pontifex planè ſupponit, ſtatutum illud validum fuiſſe: ſed pœnam impoſitam interpretatur, & moderatur, præcipiens, vt ſi magiſter ille, qui vniuerſitati magiſtrorum non paruit, iam correctus eſt, ad cõmunionem magiſtralem admittatur: & diuinare eſt dicere, illud ſtatutum factum fuiſſe auctoritate Rectoris, vel alterius, qui à Pontifice haberet iuriſdictionem ſuper vniuerſitatem. Fauet l. per iniquum. C. de iuriſdict. omnium iudicum, vbi text. ſupponit, Collegium habere ſua ſtatuta, quæ ſeruanda ſunt ab illis, qui ratione negotiationis, vel profeſſionis militaris, vel alterius ſimilis, in tali Collegio, ſeu congregatione ſunt: ſimiliter ergo in collegiis, & congregationibus ordinatis ad finem ſpiritualem ſunt propria ſtatuta facta ab illis, qui in illis Collegiis ſunt. Vnde Roſella, verbo, excommunicator, poſtquam §. 3. docuit, Capitulum Canonicorum poſſe aliqua ſtatuta facere §. 4. cum Panormitano capit. cùm omnes, de cõſtit. ait, *Capellanos aliarum Eccleſiarum poſſe ſine conſenſu Prælati, vel Epiſcopi ſtatuere, non in rebus magnis, ſed in aliis.* Idem de his communitatibus ait Felinus cap. cùm omnes, citato.

*Communitates quomodo ſe poſſint gerere ad ſeruãdas ſuas leges.*

90 Pro maiori autem declaratione aduerte, duobus modis intelligi poſſe legẽ fieri ab aliqua communitate. Primò, ratione iuriſdictionis. Secundò, ratione conuentionis & pacti inter membra talis communitatis, vel inter fundatorem & illa. Qua conuentione vel pacto obligant ſe ſingulæ partes ad faciendum, quod tota communitas iniunxerit.

Hoc modo iſtas communitates facere leges ſeu ſtatuta poſſe illi Theologi fatentur, nulliq; dubium eſſe poteſt. Sed tales ferunt propriè leges, vel ſtatuta, vt cùm ego promiſi Deo, vel homini, vel communitati facturum me quidquid iniunxerit, & mihi aliquid iniungitur, non imponitur mihi lex propriè: ſed latiſſimè. Plùs ergo dicimus, nempe eiuſmodi communitates veram iuriſdictionem habere ad præcipiendum, & ad leges, ſeu ſtatuta ferenda nõ ex vi promiſſionis, ſed traditionis poteſtatis cuiuſdam: quilibet enim poteſt tradere ius in ſe alteri perſonæ, vel communitati, & facere ſe ſubditum illius, vt in bonum ſuum proprium gubernetur: ſicut ex natura rei poſſet ſe alterius ſeruum facere, vt gubernetur in bonum domini. Cùm ergo ſinguli hanc poteſtatem tradunt, ſicut tradere poſſunt alicui communitati ex ipſiſmet nimirum conſtitutæ; illa communitas veram habet iuriſdictionem in illos, ampliorem vel reſtrictiorem iuxta primam eorum voluntatem, verbi gratia, ad præcipiendum in ordine ad hunc, vel illum finem, ad quem communitas ipſa eſt inſtituta: & iſte modus iuriſdictionis non pendet à ſummo Pontifice, niſi quatenus ipſe poteſt illum impedire, aut moderari iuſta de cauſa, & eſt ſubordinatus Pontifici, imò & Epiſcopis, & ideo non derogat ipſorum auctoritati: ſed aliquæ communitates forte ſic conſtituuntur, vt non poſſint obligare ad culpam: ſed ad pœnam: quod ex vſu, conſuetudine, & communi intelligentia conſtituentium illam communitatem, intelligẽdum eſt: poſſunt enim tradere, vt dixi, maiorem, aut minorem iuriſdictionem in ſe, vt voluerint, & conſtitutiones, ſeu ſtatuta harum minorum communitatum poteſt examinare, & re vera examinat Pontifex, vel Epiſcopus, ne quid contineant Apoſtolicis, vel Epiſcopalibus præceptis, aut iuri communi contrarium: & cùm inuenerit, nil contrarium continere, eas approbat: & tunc etiam videtur vim conferre earum ſtatutis, quam tamen re vera poſſent habere ſola auctoritate ipſius communitatis, vt Victoria relect. 1. de poteſt. eccleſ. propoſ. 3. num. 3. & propoſ. 3. relect. 2. p. 1. ſeu quæſt. 1. princip. nu. 1. & 2. docet totam ſpiritualem poteſtatem, quæ fuit in lege naturæ, potuiſſe dari auctoritate humana fidelium tradentium poteſtatem toti communitati, vel vni ab ipſis electo, vt leges ferret in rebus ſpiritualibus, & in ordine ad finem ſpiritualem, & ſalutem animarum.

*Quilibet poteſt tradere alteri ius in ſe, & cõmunitati, & facere ſe ſubditum illius.*

## SECTIO XVIII.

*Vtrum communitates religioſæ, vel earum capitula prouincialia, & generalia poſſint leges condere.*

Reſpondeo poſſe, vt videri poteſt per Innocentium cap. in ſingulis de ſtatu monachor. Sebaſtianus Medicis tractatu de legibus, & ſtatutis part. 1. quæſt. 9. & 15. 91

*Communitates religioſæ & Capitula Prouincialia, & generalia poſſunt ſibi leges condere.*

Quæ poteſtas ſecundùm aliquos ex duplici capite prouenire poteſt, ſcilicet, ex vi obedientiæ, & ex iuriſdictione Eccleſiaſtica à ſummis Pontificibus manante, iuxta priuilegia vnicuique harum communitatum conceſſa: ſed exiſtimo, ex vi voti obedientiæ nullas leges, nullaque ſtatuta, propriè dicta fieri poſſe: quia votum obedientiæ per ſe loquendo nullam dat ei, in quem dirigitur iuriſdictionem: ſed tantùm inducit obligationem religionis ad faciendum, quod ille iniunxerit. Poteſt tamen cum illo voto coniungi traditio poteſtatis in ſeipſum, qua iure poſſit alius ei præcipere, & ad implenda præcepta compellere, & hæc poteſtas ſine vllo voto, vel promiſſione tradi poſſet, vt ſuperiore ſectione diximus de aliis communitatibus

*Voti obedientiæ obligatio quam vim habeat.*



Digitized by Google

piis. Et traditur nõ ſolùm in aliis religionibus per profeſſionem, & in Societate noſtra per vota poſt biennium emiſſa: ſed in omnibus per ingreſſum religionis, ſeu ſuſceptionem habitus. Simul autem Pontifex, qui religiones approbat, confert iuriſdictionem, qua eiuſmodi religioſi, etiam ſi poteſtatem ſuper ſe tradere religioni, & eius capitulis aut prælatis noluiſſent, poſſunt præceptis, & legibus obligari, & tranſgreſſores puniri: cõmutatq; Pontifex iuriſdictionem, quam habebant externi prælati, & ſuperiores, in iuriſdictionẽ internorũ Prælatorum, & Capitulorum ipſius religionis, & ita, ſi nouitio imponatur præceptum à Prælato cum intentione obligandi ipſum, tenebitur in cõſcientia parere, non ex vi voti; quia nullum fecit: ſed ex vi poteſtatis, quam ipſe, & Pontifex tradidere Prælato religionis: & pro tranſgreſſione talis præcepti, & quorumcumque aliorũ humanorum, aut diuinorum, poterit à Prælato puniri: qua de re aliquid cum Vazquez dixi tract. de peccatis.

In quo autem ſit hæc poteſtas legiſlatiua, vel in Prælatis religionis, vel in capitulo conuentuali, prouinciali, aut generali, vel ſimul in his omnibus collectiuè, aut diuiſiuè, & quouſque ſe extendat, non poſſumus nunc exactè definire: ſed conſulendæ ſunt cuiuſque religionis regulæ. Sed quia iuxta regulas fit non ſolùm obedientiæ votum; ſed etiam traditio poteſtatis à Pontifice, & à religioſis ipſis (datur enim poteſtas Prelato ad regendum iuxta regulam, & non aliter) cõſulenda etiam ſunt cuiuſcumque religionis diplomata, ſtatuta, & conſtitutiones: quia iuxta illas, his, vel illis Prælatis, itemque capitulis Prouincialibus, vel Conuentualibus maior, vel minor, vel nulla poteſtas legiſlatiua ineſt.

## SECTIO XIX.

*An poteſtas legiſlatiua Eccleſiaſtica poſſit omnibus etiam fœminis delegari.*

*Hæc poteſtas eſt delegabilis.*

DIco primò, hanc poteſtatem eſſe delegabilem, Panormitanus ca. grauem, num. 1. de ſentent. excommu. Andreas Barbatia in additionibus ad Panormitanum ibidem.

92 Probatur primò ex diſt. cap. grauem, vbi quidam ciues Piſani deputati à poteſtate, & populo fuere ad ſtatuta ciuitatis edenda: ſi poteſtas condendi leges politicas delegatur, cur non poterit poteſtas condendi leges Eccleſiaſticas delegari? & quòd illi deputati, eſſent verè legiſlatores, colligitur ex illis verbis *ſtatuerunt*, & ex illis aliis, *cæterùm cum illi ſtatutarij*: quod etiam obſeruauit Felinus ad illum textum notab. 1. quamuis male aſſeruerit, cõſuetudinem illam delegandi poteſtatem legiſlatiuam, à Pontifice improbari: non enim ſtatutum illud reprobatur: quia ſtatuentes iuriſdictionem non habuerint: ſed quia contrarium erat libertati Eccleſiæ: quòd ſi illa prima ratione infirmum eſſet, Põtifex id aſſeueraret, vt de iuſtitia ſuę conſtitutionis magis conſtaret. Secundò probo: quia iuriſdictio Eccleſiaſtica ad cauſarum cognitionem delegari poteſt, vt conſtat ex toto tit. de offic. delegati: ergo etiam iuriſdictio legiſlatiua Eccleſiaſtica delegari poterit. Par enim eſt ratio.

Tertiò quia Pontifex propria auctoritate, & arbitrio ſpeciale officium legati conſtituit, cum ordinaria poteſtate condendi leges, vt ſuperiùs vidi- A mus: ergo pro eadem voluntate poterit delegato conferre poteſtatem non ordinariam condendi leges Eccleſiaſticas, id quod ex vſu abundè cõſtat. Omitto aliud argumentum depromptum ex l. vn. §. quibus C. de nouo Codice faciendo: quo in hanc ſententiam dicitur Barbatius ſuprà, quia ex illo §. ſolùm colligitur, legum compoſitionem, & ordinationẽ à Iuſtiniano Imperatore quibuſdam fuiſſe delegatam; non verò poteſtatem ipſam ad ferẽdas leges: quod ſatis conſtat ex eodem, §. & ex l. 1. & 2. C. de vet. iur. enucl.

Dico ſecundò, non expedit poteſtatem abſolutam ferendi leges in totam Eccleſiam delegari à 93
Pontifice alteri perſonæ; nam quælibet alia perſo- B na errare poſſet in ſcandalum, & perniciem Eccleſiæ, & Pontificis irriſionem: nullum tamen abſurdum eſſet delegari Concilio generali.

*2. Concl. Poteſtatem ferendi leges in totam Eccleſiam non expedit delegari à Pontifice.*

An verò poteſtas ferendi leges ſpirituales, ſeu Eccleſiaſticas mulieri delegari poſſit; Victoria relect. 2. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 2. principali num. 3. 4. & 5. vniuersè aſſerit, mulieres poteſtatem Eccleſiaſticam habere non poſſe, cui ſententiæ ſubſcribit Sotus 4. diſt. 20. quęſt. 1. ar. 4. §. ſed de fœminis, alios plures auctores referens, & diſt. 25. qu. 1. art. 2. cuius opinionem ſequitur, & dicit eſſe communem Theologorum Emanuel to. 1. quæſtionum regularium, quæſt. 12. art. 2. eandem ſequitur, qu. 15. art. 1. Suarez in hac materia de legibus diſp. 9. C ſect. 1. ducitur Victoria, quia poteſtas illa à iure diuino orta ordinatur ad gubernationem populi, & directionem in finem ſpiritualem, ſed gubernatio populi, & directio in finem ſpiritualem iureipſo diuino mulieri eſt interdicta 1. Cor. 14. *mulieres in Eccleſiis taceant; non enim permittitur eis loqui; ſed ſubditas eſſe, ſicut lex dicit: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent: turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia*, & hoc eſſe mandatum Dei ſatis indicat dicens, *ſiquis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat, quæ ſcribo, quoniam domini ſunt mãdata*, & 1. Timo. 2. *mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione: docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: ſed eſſe in ſilentio, &* Pæpuzitæ ab Epiphanio D hæreſ. 49. Auguſt. hæreſ. 27. inter hæreticos numerantur, quòd fœminis ſacerdotium attribuerint.

Secundò quia in Concilio Carthaginenſi 4. cui Auguſtinus interfuit ca. 49. & refertur in cap. mulier, 23. diſt. & de conſec. diſt. 4. ſancitum fuit, *ne mulier, quamuis docta, & ſancta, viros in conuentu docere præſumat, &* Auguſtinus lib. quæſtionum vet. teſta. quæſt. 45. & refertur cap. mulierem, & cap. eſt ordo. 33. quæſt. 5. *mulierem*, inquit, *conſtat, ſubiectam dominio viri eſſe, & nullam auctoritatem habere: nec docere enim poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, nec iudicare*, &c. vide etiam Auguſti. here. 27. & Epiphan. hæreſ. 49. & Coraſius, l. in multis, ff. de ſtatu homi. ait. *Mulier nec magiſtratum gerere*, l. cum prætor, §. non autem, ff. de iudic. *nec poſtulare*, l. 1. §. ſexum, ff. de poſtul. *nec tutor dari poteſt*, l. fin. ff. de tutel. *nec* E *aliis muneribus, præſertim publicis*, fungi poteſt l. 2. ff. de reg. iuris, quæ hîc copioſè Accurſius commemorat. Hæc Coraſius ſupra num. 1.

*Mulier nulli auctoritatem habere, nec docere poteſt.*

Dico tamen tertiò, mulieri poteſt ab Apoſtoli- 94
ca ſede delegari poteſtas ad ferendas leges, etiam aliquas, quæ à iure diuino emanauerint. Ita aliqui Theologi hîc: & probatur primò ex ca. dilecta de maior. & obedientia ibi, *clericos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos propter inobedientiam, & culpas eorum.* Quare licet ibi Honorius III. conſtituere videatur, vt Abba

*3. Concl.*

Digitized by Google

Abbatiſſa non poſſit excommunicare ſaltem ex officio,& iure ordinario:definit tamen habere iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam, iuriſdictio enim in clericos ad eos puniēdum propter inobedientiam,& culpas eorum,ſpiritualis eſt,& Eccleſiaſtica,vt optimè obſeruauit Panormitanus ibi,& Decius reg.2.de reg.iuris in 6.num.41.ergo etiam

*Mulier poteſt ex Pontificis delegatione leges condere.*

poteſt ex ſpeciali Pontificis delegatione leges Eccleſiaſticas ferre, vt ieiunij, vel feſti alicuius ſeruandi: idem colligitur ex cap.dilectæ de exceſſib. prælat.cap.cum dilecta.de confirmat. vtili,vel inutili: tertiò quia meliori poſſe delegari poteſtatem ferendi cenſuras affirmat Paludanus 4. diſt. 19.qu. 2.art.3.in ſolutione 5.Nauarrus lib.5.conſiliorum tit.de ſent.excom.conſ.73.Hugolinus,quem refert & probat Suarez 3.p.tomo 5.diſp.4.ſectio.3.num. 7.& Salmerō 1.Corin.14.diſp.32.§.ſubdit,aſſeuerat,non adeo turpe eſſe,mulierem publicè docere, vt iure diuino ſimpliciter ei ſit interdictum: quin potiùs exiſtimat, poſſe Pontificē maximum in eo diſpenſare, vt mulier publicè doceat,ſi ſanctitate, & ſapientia polleat, & dono reuelationum inſignita ſit, vt fuit beata Catherina Senenſis,quæ in conſiſtorio apud Papam,& Cardinales non ſemel ſermonem habuit: ergo eadē ratione poterit mulieri à Pontifice poteſtas ferendarum legum delegari.

Quartò probatur,quia nullo iure diuino prohibitum videtur,ne Papa pro ſua ſuprema poteſtate, poſſit mulieri delegare poteſtatem ferendi leges, quę à ſolo diuino iure manare poterat:poteſt ergo etiam hanc delegare: qualis eſt lex præcipiens ſub excommunicatione,ne certum quid fiat:quia ſolo diuino iure,& poteſtate poteſt ferri excommunicatio, cùm contineat priuationem fructus ſuffragiorum, quæ priuatio ſola auctoritate diuina, ſeu à Deo vt auctore ſupernaturali manante, induci poteſt. Quintò ſi aliqua ratione poteſtas excommunicandi non poſſet dari fæminæ, maximè quia talis poteſtas pertinet ad claues, quæ per presbyterium cōferuntur: hęc autem ratio eſt nulla;quia ſecundum D. Thomam 4. diſt. 18. quæſt. 2. art.2. quæſtiunc. 2. habens iuriſdictionem Eccleſiaſticam, licèt non habeat claues,poteſt excommunicare,& gloſ. cap. prætor. diſt. 32. verbo, Duci,ex Gregorio lib. 2 ep.45. probat,laico delegari poſſe facultatem ſuſpendēdi,excommunicādi, &c.ergo.

*Mulier ex officio publicè docere, & actus iuriſdictionis exercere nō poteſt.*

95 Ad argumenta,in contrarium reſpondeò,ſolùm probare, non poſſe mulierem ex officio publicè docere, & actus iuriſdictionis ſpiritualis publicè exercere,qui ad cenſuras pertinent:hoc enim ſuadēt illa ſcripturæ teſtimonia,& Innocentij III. ca. noua, de pœnit. & remiſſ. vbi deteſtatur quarumdam Abbatiſſarum audaciam,& temeritatem,quę in criminibus monialium confeſſiones audiebant, & legētes Euāgelium,publicè prædicabant:quod ne deinceps fiat, decernit: *quia*, inquit, *licet beatiſſima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis: non tamen illi, ſed iſtis dominus claues regni cœlorum commiſit*. Vnde bene Nauarrus ſuprà ait, *fæminam, licet ex officio, & iure communi non poſſit excommunicare, aut prædicare; ſecus tamen ex priuilegio*. Et ſic debet intelligi aut limitari Decius ſupra dicens,fæminam poſſe habere iuriſdictionem Eccleſiaſticā iuxta illud c.dilecta:nō tamen poſſe excommunicare, iuxta illud cap.noua,& idem dicit Couarruuias cap.alma.p.1.§.11.num.2.Durandus 4. diſt. 19. qu. 1.num.9.Silueſter verbo,Abbatiſſa §. 3. Angelus, Armilla, Roſella,Tabienna,& alij ſummiſtæ eodem verbo,Panormitanus cap. dilecta,de maior.& obedient.& ipſe textus,& eodem modo ſunt intelligendi Victoria, Sotus, & Emanuel citati pro prima opinione: nā Sotus illo loco citatus ex diſt. 20.quem citat,& ſequitur Emanuel to.1 quæſtionum regularium,quæſt.15.art.1. ait, *non video, cur Prouincialis, vbi ei viſum fuerit ad honorē domus, & monialium expedire, non poſſit Prioriſſis,& Abbatiſſis cōmittere, vt poſſint huiuſmodi præcepta ſpiritualia in graui neceſſitate ponere: citra tamen excommunicationis ſententiam: nam hæc facultas numquam mulieribus commiſſa eſt, neq; eis committere decet*. Non dicit Sotus,nullo modo poſſe,ſed nō decere; Paludanus autem abſolutè ait, excommunicationem committi ei poſſe, cùm committatur merè laico: ſed intelligitur, quòd poſſit e[illegible]itti à Papa, nō ab aliis, & ſimiliter Abbatiſſ[illegible]t interdū ſuſpēdere poſſit ab officio,& benefi[illegible]btrahere præbendas,& lato modo interdicere,[illegible]uſpēdere ab ordine, vt puta præcipiendo ſubiectis,ne celebrent,donec ſatisfecerint: tamen propriè,ſtrictéque interdicere, vel ſuſpendere non poteſt ab ordine,ea ſcilicet ſuſpenſione, & interdictione,quæ earum tranſgreſſores pœna irregularitatis feriat, probat Emanuel to. cit. quæſt. 17.art. 12.cum Panormitano ca.dilectas de maior.& obedient.quia cùm excommunicatio, ſuſpenſiò, & interdictum veniant apppellatione cenſuræ, vt patet cap. quærenti de verb. ſignifi.& Abbatiſſis interdictum ſit excommunicare; etiam ſuſpendere,& interdicere accepta pro cenſuris,videntur illis interdicta:cum omnia pendeant ab ordine:ſed fundamentum eſt infirmum, cùm excommunicationem videamus eis interdictam, ſuſpenſio autem etiam ab ordine videtur illi conceſſa, dict. cap. dilecta, & laicis à Gregorio II. regiſtri epiſt. 44. relato capit.præter. diſt.32.

*Excommunicatio fœminis committi poteſt, ſed à ſolo Papa.*

*An Abbatiſſa & Prioriſſa iuriſdictionem habeant ſpiritualem in moniales.*

Multò autem incertius mihi eſt; quod dicunt Sotus, Emanuel, & Victoria, ſuprà, Abbatiſſas, & Prioriſſas nullam habere iuriſdictionem, aut poteſtatem Eccleſiaſticam in moniales: quod Victoria,& alij tribuunt D. Thomæ 4. diſt. 19. quæſt.1. art. 1. quæſtiunc. 3.ad 4.& diſt.25.qu.2.art.1.quæſtiunc.1.ad 2.Paludano diſt.19.qu.2. art.3.Durando, qu. 1.num. 9. Silueſtro,verbo Abbatiſſa,§. 3. Armillæ,num.2.& 3.Probant primò,nam qui ſunt incapaces clauium, non poſſunt habere iuriſdictionem ſpiritualem: ſed mulier eſt incapax clauium:quia fundantur in ſacerdotio: ergo & iuriſdictionis ſpiritualis:ſecundò quia non ſunt deterioris conditionis religioſi profeſſi laici,quàm religioſæ fœminæ: ſed illi nequeunt habere iuriſdictionem ſpiritualem:ergo nec hæ:tertiò qui habet iuriſdictionem extra forum pœnitentiæ, poteſt excommunicare, & abſoluere ab excommunicatione:ſed hoc nō poſſunt Abbatiſſę:ergo nec illud: Quartò quia hæ non habent,nec communiter habere poſſunt ſcientiam ſpiritualem; ergo periculoſiſſimum eſſet dari illis poteſtatem ordinariam præcipiendi aliquid in virtute ſanctæ obedientię, & ſub peccato mortali; ergo credendum eſt,non habere talem poteſtatem, & ita ſi aliquid iniungunt ſub præcepto,vel in virtute ſanctæ obedientiæ, factum non tenere.Sed obiicit ſibi Victoria, ergo moniales non tenentur obedire Abbatiſſæ. Reſpōdet primò, teneri,quia tenentur ſeruare regulam, in qua continetur obedientia Abbatiſſæ.

ſecundò, quia tenentur obedire, vt filiæ parentibus: tertiò, quia tenentur obedire illi, ſicut ſeruare alia ſtatuta regulæ, in quibus non eſt ſpecialis præceptio, *vel dico*, inquit, *quòd nolle obedire Abbatiſſa eſt mortale: ſed Abatiſſa non poteſt facere noua præcepta.* Sotus etiam, & Emanuel videntur dicere, non poſſe præcipere, niſi ſicut mater filiæ: quod ſi ita eſt, rarò poterit obligare ſub mortali: Demum Victoria concedit mulieri, niſi iura id prohiberent, poſſe habere aliquam iuriſdictionem ſpiritualem, ſicut poſſunt laici: vnde, & Durandus ſuprà non dicit eſſe omninò impoſſibile: ſed non decere, ſed certè Durandus, Paludanus, Armilla, Silueſter, & D. Thomas non negant, Abbatiſſam poſſe præcipere ſub peccato mortali, & in virtute ſanctę obedientię, qua[illegible]is negent, poſſe excommunicare: & à quo hab[illegible]oſſe corrigere moniales tamquam filias, & eis [illegible]ipere, vt mater, videtur habere poteſtatem pr[illegible]iendi, ſicut Prælata: vera enim eſt Prælata, & [illegible]otum obediédi Pręlatis ad illam quoque videtur ſe extendere: ſed quia non ſubiiciuntur illi moniales, niſi in ſupplementum virorum, cum quibus nó poſſent abſque periculo habitare, ideò dixit D. Thomas, quem cęteri ſequuntur, non habere iuriſdictionem ſpiritualem ordinariá: ſed quaſi ex commiſſione: tamen iuriſdictionem ſpiritualem, imò, & quemdam vſum clauium habere dicit: poſſunt ergo Abbatiſſæ verè obligare ſub peccato mortali, & in virtute ſanctæ obedientiæ precipere, nec hoc eſt incōueniens: quamuis enim facilè errare poſſint, tamen facilè ab Epiſcopo, vel ab alio Prælato, cui monaſterium ſubiectum ſit, corrigi poterút, & earum poteſtas, vbi viſum fuerit, limitari. Vnde valde diminutè Angelus, verbo, Abbatiſſa, num. 6. ait, *poſſe moniales, ſeu ſubditas monere, & exhortari*, quo innuit, nil poſſe eis præcipere: quod eſt magna ex parte ſubuertere monialium obedientiam, imò aliquando Abbatiſſam habere iuriſdictionem ſpirituale in clericos, probant ex textibus, & doctoribus omnes ſummiſtæ verbo, Abbatiſſa, & Emanuel ſuprà, item fœminam poſſe eſſe arbitricem, quando eſt in dignitate habente iuriſdictionem, docet Roſella verbo, fæmina, §. 2. & verbo arbitrix, §. 1.

*Abbatiſſa in ſuas moniales iuriſdictio.*

## SECTIO XX.

*Vtrum hæc poteſtas legiſlatiua Eccleſiaſtica ex moribus vel fide legiſlatoris pendeat.*

97 HÆretici, qui dicunt poteſtatem ciuilem non eſſe in peccatoribus, à fortiori id dicút de Eccleſiaſtica: de qua idem ſentit Armacanus lib. 10. de qu. Armen. cap. 4.

*1. Argum.* Suadetur primò, quia poteſtas hæc, eſt donum Dei ſupernaturale: ergo non manet in peccatore: ſecundò eſt ad regendum Eccleſiá Dei ſponſam: ergo non eſt in inimico Dei: tertiò datur in ædificationem, non in deſtructionem, at in peccatore eſſet ad deſtructionem: ergo.

98 Quæ rationes maiorem vim habent in hæretico: vnde multi ex Catholicis dixerunt, ſi Prælatus Eccleſiæ, etiam ſummus Pontifex, incidat in hæreſim, eo ipſo poteſtatem, & dignitaté amittere, quod latè defendit Caſtro 2. de iuſta hære. puniti. ca. 23. & 24. Matthæus Illyricus ſerm. de clauibus, & Pontificia poteſtate, §. prima autem iuriſdictio, vbi ait, *ſi Papa eſſet hæreticus, iam non eſſet caput Eccleſiæ, nec iuriſdictionem haberet*: probatque primò, quia eſſet omninò ab Eccleſia ſeparatus, vnde Cypri. cap. Nouatianus 7. quæſt. 1. *qui nec vnitatem ſpiritus, nec communicationem pacis obſeruat, & ſe ab Eccleſiæ vinculo, & ſacerdotum collegio ſeparat, nec Epiſcopi dignitatem habere poteſt, nec honorem.* Secundò, quia Pontificatus eſt fundatus ſupra petram fidei Chriſti Matth. 16. *ſuper hanc petram* &c. deficiente autem fundaméto corruit ædificium. Tertiò, quia colligitur ex cap. ſicut cap. quod autem, cap. Achatius, ca. audiuimus, cap. omnis, &c. didicimus 24. quæſt. 1. hanc ſententiam tenent alij referendi in ſolutionibus argumentorum.

*Alia ſentent. Si prælatus fiat Hæreticus, an à ſua dignitate excidat.*

A

Confirmatur primò, quia iure Diuino tenemur vitare hæreticos, & illis non cómunicare; ergo, & illis non obedire; ergo & illi priuantur poteſtate præcipiendi; & alioqui erit perplexitas in ſubditis, & bellum iuſtum ex vtraque parte. Secundò, quia fides eſt fundamentum totius ſpiritualis ædificij, atque adeò etiam huius poteſtatis: nam qui caret fide, nec Chriſti nec Eccleſiæ membrum eſt. Tertiò, aliàs Eccleſia nullum remedium haberet cótra ſummum Pontificem hæreticú: quia non obſtante hæreſi ſupremam iuriſdictionem obtineret: ergo nullus illum cohibere poſſet, cogereturque Eccleſia ſemper habere tale caput: quod eſſet incommodiſſimum.

B

C Dico 1. poteſtas hæc manere poteſt in homine fideli baptizato, etiam iniquiſſimo. Eſt certum de fide, & oppoſitum eſt damnatum in Cócilio Conſtantienſi. 99

*1. Concl. Poteſtas iuriſdictionis eſſe poteſt in homine baptizato iniquiſſimo.*

Probatur ex Matt. 23. *ſuper cathedram Moyſi* &c. *omnia quæ dixerint*, &c. & licet loquatur de Iudæis: tamen propter nos hoc dicit, vt Sancti omnes intelligunt, & ratio de vtriſque eſt eadem, vnde Cyprianus ſerm. de baptiſmo ex hoc loco colligit, in homine iniquo manere plenam poteſtatem, & in eo honorari officium: non vitam. Secundò vel hæc poteſtas amittitur quolibet peccato mortali, vel aliquo ſpeciali, vel multitudine peccatorum, conſuetudine, aut circumſtantiis eorum: Primum eſt, quod intendunt hæretici: eſt autem prorſus abſurdum, & incredibile: quia omnia eſſent incerta, & confuſa, & quia hæc poteſtas non habet connexionem cum ſanctitate: non enim datur in vtilitatem habentis, ſed aliorum, & ideò potiùs imitatur gratias gratis datas, quæ non pendent ex propria ſanctitate: ſecundum etiam abſurdum eſt, & improbabile, quæ enim ſunt illa peccata, quæ multitudo, aut circumſtantiæ, quæ ex ſe vim habeant ad expellédam hanc poteſtatem? nihil enim cum fundamento reſponderi poteſt. Et ſubditi poterunt iudicare prælatos, & eis obedientiam negare, eos de praua vita arguendo, iuxta ſui arbitrij menſuram. Tertiò nec talis pœna iure humano poſita eſt, & licet interdum ponatur pro aliquo delicto, præcedere debet ſententia iudicis, ſaltem declaratoria, nec iure diuino eſt impoſita: nullibi enim eſt tale ius; nec peccator priuatur ſtatim omnibus donis Dei, etiam ſupernaturalibus: retinet enim fidem, & ſpem, & gratias gratis datas, quę ad aliorum commodum ordinātur, neque eſt difficile Deo, vti homine ſibi inimico tamquam inſtrumento ad benefaciendum amicis ſuis: & ita hæc poteſtas nó erit in deſtructionem: quia poteſt iniuſtus iuſta præcipere, & maior deſtructio, & confuſio ſequeretur, ſi liceret ſtatim non obedire legibus aliàs iuſtis, & neceſſe eſſet quotidiè propter ipſorum

D

E

*Talis pœna iure humano non eſt impoſita nec diuino.*

Digitized by Google

ipſorum peccata mutare ſuperiores: ergo in peccatoribus fidelibus hæc poteſtas manet.

100 Secundò dico, poteſtatem hanc manere in infideli, donec per Eccleſiam priuetur.

*Poteſtas hæc manet in infideli, donec ab Eccleſia priuetur.*

Hæc cóclusio vt probabilior ponitur, quam tenet Caietanus to. 1. op. 1. de poteſt. Papæ c. 18. 19. 20. 21. 22. Canus 4. de locis cap. 2. & cap. vlt. ad 12. arg. ſaltem quando hæreſis non eſt manifeſta, Victoria relect. 1. de poteſt. Eccleſ. in principio num. 6. Sotus 4. diſt. 22. qu. 2. art. 2. & alij, quos ſuppreſſis nominibus, citat Turrecremata 4. ſummæ p. 2. cap. 19. qui latè refert huius opinionis fundamenta, ſumitur ex Richardo 4. diſt. 18. art. 3. quęſt. 1. Innocentio, & Panormitanó ca. veritatis de dolo, & contum. Silueſt. confeſſor. 1. quæſt. 19. & 20.

*Hæreſis interna non priuat poteſtate Eccleſiaſtica.*

Probatur, quia ſi loquamur de hæreſi interna, manifeſtum videtur per eam non amitti hanc poteſtatem: eſſet enim gubernatio valde incerta: nam culpæ internæ aliorum nobis nó innoteſcunt, imò interdum nec noſtræ: item, cum Eccleſia ſit viſibilis, oportet vt poteſtas eius gubernatiua ſit aliquo modo viſibilis: ideo non pendens à peccatis internis: item in eo caſu Eccleſia nó auferret talem poteſtatem: quia non iudicat de internis, nec ius diuinum naturale, aut connaturale donis ſupernaturalibus: quia ex natura rei non eſt neceſſaria cónexio inter fidem, & hanc poteſtatem: & quia poteſtas ordinis magis ſupernaturalis eſt: tamen certum de fide eſt, non amitti ob hæreſim, vt docui tract. de ſacram. in genere, & D. Thomas 2. 2. qu. 39. art. 3. Vnde licet fides ſit fundamentum ſanctificationis, & donorum, quę ad illam pertinẽt: non tamen eſt fundamentum aliarum poteſtatum, & gratiarum, quę propter alios dantur. Nec ius poſitiuum aufert talẽ poteſtatem: quia tale ius nec ex Scriptura, nec ex traditione oſtendi poteſt, ergo.

101 De hæretico etiam externo occulto, ſecluſis cenſuris Eccleſiaſticis, certum eſt, ex vi talis delicti non amittere hanc poteſtatem:

*Hæreticus occultus non amittit hãc poteſtatem.*

quia nec eſt ius diuinum imponens talem pœnam, nec etiam Eccleſiaſticum, ita vt pœna incurratur ipſo facto, & ante ſententiam, vnde ſunt multa decreta, quæ præcipiunt, vt hæretici deponantur, & priuentur poteſtate, quod, etiam quando delictum eſt publicum, obſeruatur in antiquis Conciliis Conſtantinopolitano 1. Epheſino 1. Calcedonenſi, & aliis: & ſumitur ex ca. ad abolendam, de hæreticis, & ca. conuenientibus 1. quæſt. 7. & ex multis aliis 24. qu. 2. & de hæretico publico nullum extat diuinum ius: nam quod Paulus dixit, ad Tit. 3. *hæreticum hominem deuita*; ſi vim habet cenſuræ, ad ſummum fuit ius poſitiuum Pauli, non Dei:

*Nulla cenſura eſt de iure diuino, quamuis poteſtas ferendi ſit de iure diuino.*

nam probabilius eſt nullam cenſuram eſſe de iure diuino, etiam ſi poteſtas ferendi illam de iure diuino ſit: verior tamen expoſitio eſt, Paulum ibi non loqui de cenſura, nec de prohibitione humana; ſed de naturali, & diuina obligatione vitandi hæreticum; quatenus hæreticus eſt, ſcilicet cooperando, aliquo modo fauorem præſtando, aut conſentiendo erroribus eius, vel (quod moraliter neceſſarium eſt) vitandi periculum ſubuerſionis, & ſeductionis: de hoc etiam loquitur Cyp. lib. 1. ep. 4. non fertur ergo ibi aliqua pœna, vel priuatio poteſtatis; ſed hãc curam Deus reliquit Eccleſiæ, quia ita expediebat ad bonum eius ordinem; hoc etiam confirmant Concilia citata: olim enim Epiſcopus incidens in hæreſim, & eam publicè docens, non ſtatim habebatur non Epiſcopus, ſed iterum, ac ſæpius mone-

A batur, & ob nimiam pertinaciam deponebatur: ergo ſignum clarum eſt, non priuari poteſtate iure ipſo diuino, nec ſemper ſtatim iure Eccleſiaſtico.

Poſtea verò omnis hæreticus externus, ſiue publicus, ſiue occultus per accidens, manebat ipſo facto excommunicatus, & cóſequenter quantùm ad ipſum ab omni Eccleſiæ iuriſdictione ſuſpenſus, & priuatus vſu huius poteſtatis, ſeu poteſtate ipſa proxima abſoluendi, & faciendi alia huiuſmodi, quæ excommunicatis prohibentur: tamen poſt extrauagantem, *ad euitanda*, nulla cenſura priuat alios communicatione cum huiuſmodi excommunicato, donec ſit nominatim declaratus, ac publicè denunciatus. 102

*Hæreticus publicus manet excommunicatus ipſo facto.*

Tamen quia hæc conſtitutio B non eſt in fauorem excommunicati, ſed fidelium: ideo quamuis alij non teneãtur vitare communicationem cum illo, ſi conſtet eſſe hęreticum externum, licitè poſſunt eius legibus, & præceptis non obedire ſecundum aliquos, qui exiſtimant, illum non habere vſum poteſtatis ad ferendum leges nouas, nec obligandum, & coërcendum antiquis: licet poſſint obedire in iis, quæ commoda ſibi fuerint.

Ad rationes aduerſariorum reſponſum iam eſt, præterquàm ad vltimam pro Caſtro factam: ad quam quidam reſpondent, Papam, etiam vt priuatam perſonam, hæreticum eſſe non poſſe: quod probabiliter defendunt Bellarm. & alij: vindicãdo C ab hac nota omnes Pontifices, qui hactenus præceſſerunt: nam videtur conſentaneum prouidentię Dei, vt non permittat, cótra fidem, ſaltem pertinaciter ſentire eum, quem permiſſurus non eſt falſum definire: & ita vtrumque complectuntur verba illa, *ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*, Luc. 22. 103

Quia verò hæc ſententia non eſt admodum recepta, & Concilia generalia aliquando admiſerunt caſum illum, & conſequenter ſuppoſuerunt, eſſe probabilem:

*Si Papa fiat hæreticus non excidit à dignitate ipſo facto.*

Ideo cum aliis doctoribus reſpondeo, ſi Papa fiat hęreticus, non ipſo facto cadere à dignitate, vt generaliter probatum de hæreticis eſt: quia nulD lum eſt ſpeciale ius diuinum de Papa, nec eſſet Eccleſiæ conueniens propter pericula ſchiſmatum, nec ex vi cenſurarum manet depoſitus ipſo facto: quia Pontifex non eſt capax cenſurę, dum Pontifex eſt, eò quòd nulli in terris ſubiicitur.

Vnum ſupereſt Eccleſiæ remedium, vt in Concilio generali declaretur hæreticus, nam eo ipſo cadit à dignitate voluntate diuina: ſicut quando eligitur, eo ipſo accipit à Deo poteſtatem, & non ab electoribus, & quamuis de hoc non habeamus expreſſum ius ſcriptum, tamen traditio Eccleſiæ ſufficienter oſtendit, eſſe in Eccleſia hanc poteſtatem: quæ ferè iure defenſionis illi debebatur, & ad prouidentiam Chriſti maximè pertinebat, E qua de re Valentia 2. 2. diſp. 1. qu. 1. pun. 7. §. 45. ad 6. argum. principale ad probationem antecedentis ait, *ſi Papa eſſet hæreticus, Eccleſiam per Conciliũ generale poſſe illum deponere, vel potius declarare, quod à Chriſto deponitur, vel ſit iam ante depoſitus à Chriſto propter hæreſim, ſicut plerique Theologi volunt*, & diſp. 3. qu. 15. de ſchiſmate tractat latè illam controuerſiam an iuriſdictio Papalis per ſchiſma, vel hæręſim ipſo facto amittatur. 104

In qua quæſtione ait tres eſſe ſententias, Prima eſt negatiua, etiam ſi hæreſis ſit occulta, ac proinde, ſi Papa eſſet hæreticus, deponendus eſſet ab 105



Digitized by Google

Eccleſia;non tamquam à ſuperiori ſimpliciter,ſed ſecundùm quid,ſeu in eo euentu,& ad ſolum effectum deponendi illum, & hæc poteſtas eſſet miniſterialis, & non principalis:ſicut enim quando eligitur,accipit poteſtatem à Chriſto per miniſterium Eccleſiæ: ita quando deponitur,aufertur illi poteſtas à Chriſto per miniſterium Eccleſiæ, ita Caietanus,& alij citati à nobis cõcluſione 2. Aduertit autem Valentia, quòd licet Caietanus, ſolùm ob crimen hæreſis dicat, poſſe prædicto modo deponi Papam ab Eccleſia: tamen cum in illo op.ca.25.& 26.dicat,poſſe etiam ſic deponi,quãdo ipſe renunciat,& non vult eſſe Papa,ſatis oſtendit poſſe deponi propter ſchiſma, ſi quidem Papa in ſchiſma lapſus,non vult eſſe caput,nec pars Eccleſiæ,vt idem Caietanus declarat. 2. 2. qu. 39.art.1. ac proinde non vult eſſe Papa:quare cùm illo cap. 26.dicit Caietanus non poſſe Papam deponi propter alia crimina, niſi propter hæreſim; loquitur ſolùm de aliis criminibus,per quæ Papa non deſinat vel eſſe membrum Eccleſiæ; non autem de ſchiſmate, per quod deſinit quis eſſe membrum Eccleſiæ vnione interna, & quod proinde quoad hoc hæquiualet hæreſi. Pro qua opinione potiſſima argumenta ſunt:primum, quia ſiquis ob ſchiſma,vel hæreſim amitteret ſuam dignitatem,& iuriſdictionem,non poſſet eam abſque noua electione recuperare, at de aliquibus contrarium cõſtat, vt patet cap.maximum 1.qu.7.& cap.cauſas cuius libet 2.qu.1.ergo ſecundum,quia ad eumdem ſpectat deſtructio, & inſtitutio cap. cum ex iniuncto de hæreti.ſed iuriſdictio etiam Papalis non acquiritur,niſi voluntate Eccleſiæ eligentis, vel confirmantis,&c.ergo nec amittitur,niſi eadem concurrente: tertium aliàs ſolo iure diuino poteſtas huiuſmodi ſic amittetreur, at non apparet,vnde tale ius diuinum colligi poſſit:ergo.

*Papa in ſchiſma lapſus non vult eſſe caput Eccleſiæ.*

Secunda ſententia eſt, per hæreſim,vel apoſtaſiam etiam occultam amitti ipſo facto iuriſdictionem,etiam Papalem,ac proinde poſteà per Eccleſiæ ſententiam hæreticum,vel ſchiſmaticum propriè non deponi; Sed declarari eſſe iam à Deo depoſitum. Iſta omnia ſentire videtur D.Thomas 2. 2. quæſt. 39. art. 3. vbi ita ait, *poteſtas iuriſdictionis non immobiliter adhæret, vnde in ſchiſmaticis, & hæreticis nõ manet:vnde non poſſunt abſoluere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliquid huiuſmodi.* Vbi ſatis apparet (inquit Valentia) D.Thomã non ſolùm velle, quod in ſchiſmaticis,& hæreticis non manet hæc poteſtas, quantùm eſt ex merito ipſorum, & diſpoſitione iuris,vt interpretatur Caiet.opuſc.citat.cap.22.vult enim D.Thomas planè de facto non manere in eis hanc poteſtatem, quoad eſſentiam,quoniam ait non manere poteſtatem ordinis quoad vſum legitimum, id quod ſine dubio intelligi vult ipſo facto, vnde eamdem ſentẽtiam tenet hoc teſtimonio D. Thomæ Turrecremata 4. ſum. p. 2.cap.20.& Silueſter verſ. ſchiſmatici num.3.vbi dicit eſſe aliorum doctorum concordem, & verbo Papa,num. 4. idem ait Paludanus lib. de Eccleſiaſt. poteſt. citatus à Turrecremata ſuprà, quod attinet ad Papam hæreticum: quia nimirum ſit præciſus ab Eccleſiæ corpore, quæ ratio ſimiliter habet locum in ſchiſmatico: idem tenet Auguſtinus de Ancona lib.de poteſt.Eccleſiaſti.quæſt.5.art.5.& Vlricus in ſum. Theologi. lib. 6. tract. 4. cap.22.quos etiam citat Turrecentius, idem tenent Caſtro, & Matthæus

*Per hæreſim iuriſdictionem amitti ipſo facto qui ſentiant.*

A Illyricus,quos initio ſectionis retulimus:& quoad hæreſim fatetur Caietanus, opuſc. citato cap. 18. eſſe illuſtrium virorum, & videri communem,& pro hac parte ſunt fundamenta initio adducta.De ſchiſmatico autem, quòd ipſo facto amittat poteſtatem iuriſdictionis; ſuadetur primò, quia ſchiſmate ſeparat ſe quis à communione, & vnitate corporis Eccleſię:ergo non manet caput eius,nec iuriſdictionem retinet: ſecundò ex Cypriano lib. 2. ep. 6. ad Magnum *dicimus*, inquit,*omnes omnino hæreticos, & ſchiſmaticos nil habere poteſtatis ac iuris*, Ambr. 1. de pœnit. cap.2.vbi de hæreticis Nouatianis loquens ait, *Eccleſiæ vtrumq; licet*, (Scilicet B ligare & ſoluere) *hæreſi vtrumq; non licet*, Aug. in enchir.ca.65.loquens de criminib.ob quæ quis ab Eccleſiæ corpore ſeparatur,*rectè*,inquit,*conſtituuntur ab iis, qui Eccleſiæ præſunt,tempora pœnitentiæ,vt fiat etiam ſatis Eccleſiæ, in qua remittantur ipſa peccata, extra Eccleſiam quippe non remittuntur*.per poteſtatẽ ſcilicet iuriſdictionis,*ipſa namq; propriè ſpiritus Sãcti pignus accepit,ſine quo non remittuntur vlla peccata*,& Optatus 1.contra Parmenianũ ait,*hæreticos & ſchiſmaticos non poſſe habere claues regni cœlorum, nec ligare aut ſoluere*,idem dicit Beda Matth.18.Celeſtinus 1. ep. ad clerum Conſtantinopolitanum ait, Neſtorium,& aſſeclas,poſtquam ſuas hæreſes prædicare cęperunt,non potuerunt vllum excom- C municare, aut ſuo loco mouere: quia poteſtatem ad id non amplius habuerint, idem dicit ep. ad Ioannem Antiochenum.

*Schiſmaticus ipſo facto amittit iuriſdictionem.*

*Extra Eccleſiam peccata non remittuntur.*

Tertia ſententia eſt, ſchiſmaticum, & hæreticum manifeſtũ, eo ipſo amittere iuriſdictionem, occultum non, donec manifeſtus fiat;vt ſi apertè oppugnet Eccleſiã,&c. vel per Eccleſiæ ſentẽtiam declaretur. Ita ſentire videntur, quicumque arbitrantur, non omninò deſinere eſſe membra Eccleſiæ, qui externa ſaltem profeſſione fidei, & ſacramentorum communicant cum aliis fidelibus, vt Valdenſis to. 1. lib. 2. cap. 9.& 11.Driedo 4.de Eccleſ. dogm. cap. 2. p. 2. ſent.2.& 7.Canus.4.de locis cap. 6. ad 12. Bellarminus 3. de Eccleſ.à cap. D 12.& 2.de Ponti.ca.30.& hanc ſentẽtiam probabiliorem iudicat Valentia illo punct. 3. primò,quia faciliùs vitat confuſionem, & pericula, quæ alioqui poſſent ſequi in Eccleſia, ſi actiones ſchiſmaticorum, & hæreticorum occultorum eſſent ipſo facto inualidæ,*Dico* (inquit Valentia)*facilius,nam etiam per ſecundam ſententiam poſſent ea incommoda vitari, ſi dicatur, in occultis hæreticis,& ſchiſmaticis, quamdiu titulum officij retinent, & communi fidelium opinione legitimi miniſtri exiſtimantur, Deum*,per ſe ſuppleturum defectum eorum poteſtatis miniſterialis in iis actionibus, quæ pertinent ad ſalutem ſubditorum: vt reſpondet Turrecr.ſuprà ca.20. ad E 4. rationem, & quidem ex ſent.D.Thomæ 4. diſt. 24.idem reſpondentis de eo,qui non ritè ordinatus, poſteà Epiſcopus crearetur: ſed tertia opinio declinat hæc incommoda facilius:Secundò etiam hanc tertiam opinionem magis probat Valentia: quia, etſi vnione interna hæreticus occultus non ſit pars, aut membrũ Eccleſiæ;nec etiam abſolutè & ſimpliciter occultus ſchiſmaticus (ſed fortè ſolùm ſecundum quid, ſi retineat fidem) tamen eſt adhuc membrum Eccleſiæ externa quadam vnione, ſcilicet profeſſione fidei,& cultu ſacramentorum; & ſic poteſt retinere poteſtatem iuriſdictionis:nec enim ad hanc poteſtatem,& eius vſum videtur neceſſaria vnio interna vera, aut perfecta: quando

107. *3. Sent. Schiſmaticus & hæreticus manifeſtus amittit iuriſdictionem,non occultus.*

Digitized by Google

quandoquidem ſecundum mentes quoque videntur ſaltem mediatè vniti ij, qui ſecundum operationes humanas propriè pertinentes ad eandem religionem Chriſtianam (tametſi externas) vniuntur. Tertiò ducitur, quia patres citati pro ſecunda opinione loqui videtur de hæretico, & ſchiſmatico, qui palàm repugnãt Eccleſiæ, quales erant nimirum Nouatiani, cõtra quos diſputabat Cyprianus, & Ambroſius, itẽque Neſtoriani, contra quos Celeſtinus: vnde Celeſtinus ait, caruiſſe poteſtate excommunicandi alios, poſtquam talia, id eſt, ſuas hęreſes prędicare cœperunt. Quod idem dicitur de quocumque Epiſcopo cap. audiuimus 24. quæſt. 1. ſcilicet, neminem poſſe damnare, ex quo hęreſim à ſe confictam prædicare cœperit: & fortè poteſt D. Tho. ſimiliter intelligi, vt ſcilicet loquatur de hæreticis, & ſchiſmaticis manifeſtis: ſicut loquebatur Cyprianus, quem ibi ſequitur.

*Qui ſchiſmatici, & hæretici iuriſdictionem amittunt.*

Itaque ij tantùm ſchiſmatici, & hæretici ipſo facto iuriſdictionem amittunt, qui manifeſti ſunt, vel euidentia facti, vel per ſententiam, & declarationem Eccleſiæ, in qua re tamen Eccleſia, quod ad Papam quidem attinet, ſi in hæreſim vel ſchiſma laberetur, potiùs ſe haberet, vt adhibens conditionem quamdam requiſitam, ſine qua Papa hęreticus, alioqui non notorius, non deponeretur à Deo, & qua adhibita à Deo ſolo deponeretur; quàm vt exercens in hoc aliquam auctoritatem ſuam deponendi Papam etiam miniſterialiter, vt volebat Caietanus.

108. Ad primum argumentum primæ ſententiæ reſpondet Valentia hoc ipſo, quòd reſtituuntur ſuis dignitatibus, eligi rurſus eos, qui reſipiſcunt: ſicut bene reſpondet Turrecremata ad ſecundum: reſpondet Valentia minus ſufficere ad deſtructionem, quàm ad conſtructionem, quia bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu.

Ad tertium reſpondet, ſatis manifeſtè id colligi ex Scriptura hoc ipſo, quòd ex ea patet, tales manifeſtos hæreticos, & ſchiſmaticos non eſſe membra Eccleſiæ, nec obſtat, quòd habeant characterem baptiſmalem, vt dicit Caietanus; Character enim non vnit, ſed diſcernit, tamquam ſignũ eos, qui ad Eccleſiæ ſocietatem pertinent, aut pertinuerunt, etiam ſi procul ab ea aberrent: alioqui damnati quoque eſſent membra Eccleſiæ, cùm retineant characterem baptiſmi indelebilem: hactenus Valentia valde probabiliter.

*4. ſent. Hæreticus ſchiſmaticus partim amittit aliquid iuriſdictionis partim retinet.*

Quarta ſententia eſſe poteſt, quæ adhuc magis eſſet media inter primam, & ſecundam ſentẽtiam, quàm hæc tertia, nimirum, hæreticum vel ſchiſmaticum ſiue occultus ſit, ſiue manifeſtus ipſo facto amittere aliquid iuriſdictionis; aliquid verò retinere, videlicet id, quod requiritur ad vitanda incommoda, quæ ex totali amiſſione iuriſdictionis in Eccleſia ſequerentur: vt ſanè ſequerentur multa, licet eſſet hæreticus manifeſtus, finge Papam manifeſtè hæreticum, quem Eccleſia citò, aut commodè deponere non poteſt: interim ſi acta omnia ipſius nulla ſunt, ex eo quòd nullam prorſus iuriſdictionem habet, multa ſequentur incommoda: quia eius legibus, quantumcumque neceſſariis, nemo tenebitur: nec erit aliqua poteſtas, quæ valeat eas ferre: item diſpenſationes, & abſolutiones ab eo datæ erunt nullæ, & definitiones in fide, ſi quas fortè fecerit, & collationes beneficiorum, confirmationes Epiſcoporum, ſententiæ, &c. ergo dicendum eſt, interim retinere iuriſ-

A dictionem: quia Deus propter Eccleſiæ bonum, eam in illo conſeruat, licet ſimpliciter, & abſolutè non ſit Eccleſiæ membrum. Amittit tamen aliquid iuriſdictionis, etiam ſi occultus ſit: quia eum, qui nouit ipſum eſſe hæreticum, non poteſt licitè nec validè abſoluere à peccatis, cenſuris, &c. in caſibus non neceſſariis, vt verbi gratia, ſi ille commodè habere poteſt alium, à quo abſoluatur, & ſic in rebus ſimilibus.

Sed melius eſt abſolutè tenere, hæreticum non amittere iuriſdictionem Eccleſiaſticam, donec ab Eccleſia deponatur auctoritate, vt cùm Papa deponit Epiſcopum, vel miniſterialiter, & per modum conditionis, ſine qua non: quę duo in re non differunt, vt cum Concilium generale deponit Pontificem; quod non permittet Deus cum grauibus incõmodis totius Eccleſiæ, vnde retinemus 2. conc. ſuperius poſitam, cui conſonat hæc verbo, Papa, dicens. *Papa ob ſolam hæreſim poteſt accuſari, excommunicari, & deponi.* De hoc tamen plura tract. de fide, vel de ſchiſmate. 109. *Reſolutio Authoris.*

---

## SECTIO XXI.

*Vtrum poteſtas ciuilis ſit ſubordinata Eccleſiaſticæ.*

SVbordinatio nomen æquiuocum, vel analogum eſt, varias habens ſignificationes: prima eſt, vt ſubordinatum vnum alteri dicatur, quia eſt inferior illo ſecundum ordinem perfectionis: ſecunda, quia eſt illi ſubiectum aliquomodo, vt voluntas inferioris eſt ſubiecta voluntati ſuperioris in eo in quo fuerit ſuperior. Relinquo alios ſubordinationis modos: quia non ſunt ad rem. Loquendo ergo de primo ſubordinationis modo, dico primo, poteſtatem ciuilem eſſe ſubordinatã Eccleſiaſticæ ſecundum ordinem perfectionis, id eſt, eſſe inferiorem ſeu poſteriorem ordine dignitatis, & perfectionis: ita docet D. Thomas opuſc. 20. de regim. princip. c. 4. & alij citandi pro 2. concl. Bern. 4. de conſid. Nazi. orat. 17. ad populum timore perculſum. Ambroſ. lib. de dignit. ſacerd. ca. 2. Chryſoſtom. 3. de ſacerdotio hom. 83. in Matth. & ho. 4. & 5. in illa verba Iſayæ, *vidi dominum*, & ho. 3. ad pop. vbi Flauianum Archiepiſc. præfert Imperatori in poteſtate. Eandem cõparationem facit Leo epiſ. 23. Probant aliqui, quia poteſtas Eccleſiaſtica eſt ſupernaturalis in ſubſtantia, & modo, eò quòd data eſt à Deo, vt auctore ſupernaturali, & ex natura ſua petit ſic dari, nec poteſt aliter: at verò poteſtas ciuilis eſt naturalis in ſubſtantia, & communiter etiam in modo, quia communiter non petit dari à Deo, vt auctore ſupernaturali, nec communiter, ſed rarò confertur ſupernaturaliter. Vnde poteſtatem Eccleſiaſticam ſupernaturalem eſſe docent Bellarminus to. 1. lib. 5. de Ponti. cap. 6. & 1. de tranſlatio. imperij cap. 12. §. primum igitur, Victoria relect. 1. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 1. num. 3. & 4. & qu. 2. nu. 3. Molina to. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 21. 110. *Sub ordinatio eſt nomẽ æquiuocum.* *1. Concl.*

Sed certè quamuis poteſtas aliqua Eccleſiaſtica ſit ſupernaturalis in ſubſtantia, vt poteſtas abſoluendi à peccatis, concedendi indulgentias, excommunicandi ſeu priuandi ſuffragiis fidelium, ita vt etiam ſi offerantur pro aliquo, illi non proſint, poteſtas omnis efficiendi ſacramẽta, & dandi characterem, & gratiam per illa, quia talis poteſtas eſt ad actus ſupernaturales in ſubſtãtia, qui excedunt

omnem virtutem, & facultatem ordinis, & ideo poteſtas, & facultas ad illos eſt ſupernaturalis in ſubſtantia, nõ ſolùm in perſonis Eccleſiaſticis, ſed etiam in ſæcularibus, ſi contingat eſſe miniſtros, vt in matrimonio, imo, & in infidelibus non baptizatis, qui poſſunt eſſe miniſtri in ſacramento baptiſmi: tamen poteſtas legiſlatiua non eſt propriè ſupernaturalis in ſubſtantia. Nam ſi Deus inſtituiſſet ſacramenta, vel alia ſupernaturalia, & nulli dediſſet poteſtatẽ condendi leges circa illorum adminiſtrationem, vel receptionem, poſſet cõmunitas ipſa cõſtituere ſibi ſacerdotẽ aut principem, qui poſſet in ea materia leges ferre, & multò melius circa cultum religioſum, quo homines Deum colere & poſſent, & deberent, licet nihil ſupernaturale aut ſupernaturali modo feciſſet, ergo poteſtas legiſlatiua circa res ſacras, ſpirituales, aut ſupernaturales non eſt verè, & propriè ſupernaturalis in ſubſtantia, ſed in materia, & modo: quia aliqua pars materiæ illius eſt ſupernaturalis, in ſubſtantia, & modo ſupernaturali traditur, nam Chriſtus per poteſtatẽ ſupernaturaliter acceptam à Deo *quoſdam dedit Apoſtolos, alios prophetas, alios paſtores*, &c. vt cõnſtat ad Epheſ. 4. & in prælatis electis, & poſtea iuxta eius inſtitutionem legitimã electis in Eccleſia, totam hanc poteſtatem conſtituit, auferendo ab aliis omnem poteſtatem ferendi leges, & præcepta ſaltem directè in rebus ſacris, & ſpiritualibus, in ordine. Quidquid ſit de poteſtate indirectè ferendi in illis præcepta, & leges in ordine ad finem temporalem, & non derogando legibus, aut mandatis Eccleſiaſticis: proptereà poteſtas legiſlatiua, quæ eſt in Chriſtianis principibus ſecularibus, penitus eſt ſęcularis, & profana: poteſtas verò legiſlatiua principum Eccleſiaſticorum eſt ſacra; ſic appellatur à Gelaſio Papa ep. ad Anaſtaſiũ Imperatorem, relata cap. duo ſunt 96. diſt. vnde colligitur eius excellentia, ſupra poteſtatem legiſlatiuam ſæcularem: quia nobiliorem materiam per ſe, & directè reſpicit, nempe res ſacras, ſpirituales, & ſupernaturales, & in ordine ad nobiliorem, & excellentiorem finem, de quo Paulus Epheſ. 4. *in opus miniſterij in ædificationem corporis*, &c. & Coloſ. 1. *vt exhibeamus hominem perfectum in Chriſto Ieſu*, vnde in illo cap. duo ſunt, inducitur

*Poteſtas Eccleſiaſtica præſtat regia dignitate.*

Gregorius initio paſtoralis, dicens *quòd aurum non tam pretioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior ordo ſacerdotalis*: & Innocentius III. cap. ſolitæ de maiorit. & obed. poteſtatem Eccleſiaſticam appellat luminare maius ſeu Solem: ſæcularem verò minus ſeu Lunam: & Bonifacius VIII. in extrauag. vnam ſanctam de maiori. & obed. ait, *poteſtatem Eccleſiaſticam datam Petro, & eius ſucceſſoribus à Chriſto*, eſſe gladium ſpiritualem, conſentit Bernard. 4. de conſider. Nazianz. oratio. 17. ad Pop. timore perculſum, vbi ſuum tribunal Imperatorio præfert, & hanc poteſtatem comparat animæ, regalem carni, ergo ſicut ſpiritus præſtat carni, ita poteſtas Eccleſiaſtica politicæ. Videlicet

*In quo præſtat Eccleſiaſtica poteſtas ciuili.*

ratione materiæ, & ratione finis: nam finis præcipuus propriè poteſtatis ciuilis eſt fœlicitas huius vitæ, finis verò præcipuus & proprius Eccleſiaſticæ eſt fœlicitas alterius vitæ, quamuis etiam intendat ſupernaturalem ſanctificationem animæ in hac vita, cultum Dei, & alios fines, qui tamen etiam ſunt præſtantiſſimi. Deinde Eccleſiaſtica orta eſt à Deo, vt auctore ſupernaturali concedente hanc poteſtatem per humanitatem Chriſti: ci-

A uilis autem eſt à Deo auctore naturæ per lumen rationis, & per Rempub. conceſſa Regibus: item ex parte ſubiecti, Eccleſiaſtica eſt nobilior: quia ciuilis poteſt eſſe in non baptiſato, Eccleſiaſtica non: quia ſicut ſine charactere baptiſmi nullus ſubiicitur Eccleſiæ, ita neque illi imperare poteſt. Dices, ergo incertum erit, an aliquis habeat hanc poteſtatẽ. Reſpõdeo, negatur cõſequentia, quia de baptiſmo ritè dato, & ſuſcepto facilè poteſt haberi certitudo moralis. Deinde ciuilis poteſt, & ſolet eſſe in fœminis: Eccleſiaſtica autẽ vel non poteſt, vel non debet, nec ſolet eſſe in fœminis iuxta dicta ſect. 18. & quidquid ſit de aliqua iuriſdictione ſpirituali: tamẽ de legiſlatiua generali in ordi-
B ne ad totam hactenus eſt inauditum, quòd fœminæ committatur, neque vnquam habuit hanc poteſtatem ordinariam, quod enim dicitur de Ioanne VIII. fabuloſum eſt, nullumque habet in hiſtoriis fundamentum, imò veriſimilius eſt eſſe omninò incapacem iuriſdictionis ordinariæ Pontificiæ, quæ immediatè eſt à ſolo Deo. An verò Pontifex poſſit ei ordinariam aliquam iuriſdictionem concedere vel non, minus conſtat. De laico probabilius eſt, non ſolùm poſſe habere poteſtatem Eccleſiaſticam delegatam, ſed etiam ordinariam, ſi Pontifex vellet: an verò poſſit habere pontificiam: ita vt factum teneret, ſi laicus in Pontificem eligeretur, ait Suarez hîc diſp. 9. ſect. 1. rem eſſe in-
C certam: ſed certum eſſe, id nunquam factum in Eccleſia eſſe, nec debere fieri propter nouitatem, & periculum, vnde ſi contingeret merè laicum eligi in Pontificem, ſaltem deberet non vti tali poteſtate, antequam ordinaretur, quàuis electus, cùm iam eſſet ordinatus, poſſet ante conſecrationem vti Pontificia iuriſdictione ſtatim atque electus, ſeu in ſede collocatus eſſet. De inferiori autem poteſtate ordinaria in Eccleſia eſt, vt laicis non committatur, ideo infra ſummum Pontificem nullus poteſt eam committere laico, licitè, nec validè. Et licet aliquando viſum ſit laicum eligi, ſeu poſtulari ad Epiſcopatum, vt Ambroſium: non tamen viſum eſt illi dari nullo ordine prius
D recepto. Vnde nec ſummus Pontifex iure ordinario præbet iuriſdictionem Eccleſiaſticam niſi ordinato, ſaltem prima tonſura: quamuis de abſoluta potentia poſſet aliud facere.

*Ioãnem VIII. Fœminam Põtificem fuiſſe eſt fabuloſum. Mulier eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.*

*Laicus non poteſt fieri Epiſcopus.*

Eſt etiam poteſtas Eccleſiaſtica excellentior in ſummo Pontifice, ratione ſuæ amplitudinis, latitudinis, ſeu extenſionis: nam ſe extendit ad totum orbem Chriſtianum: ciuilis autem in nullo homine ſolet ad totum orbem ſe extendere: ita D. Tho. 2. ſent. in vltimis verbis. III.

*2. Concluſio. Poteſtas Eccleſiaſtica nobilior ciuili ordine morali.*

Dico ſecundò, Poteſtas Eccleſiaſtica, non ſolùm in ſe eſt nobilior ciuili, & ſuperior ordine dignitatis, ſed etiam ordine moralis ſuperioris, nimi-
E rum quia ij, quibus ineſt poteſtas ciuilis, ſi Chriſtiani ſint, verè ſunt ei ſubiecti, & ſubordinati: quę duo ſunt valde diſtincta, vt paulò anteà diximus, & D. Thomas in fine 2. ſententiarum declarauit.

Concluſio eſt certa, & communis apud Catholicos D. Thomæ loco nunc citato, Herici quodlib. 6. quæſt. 3. Victoriæ relect. 2. de poteſt. Eccleſ. & relect. de Indiſ. p. 1, num. 29. vbi docet, hoc non ſolùm eſſe verum de poteſtate hac, vt eſt in Papa, ſed etiam in quolibet Epiſcopo, nam principes temporales etiam ſupremi, ſi in eius diœceſi ſint, ſunt ipſi ſubiecti iure ordinario, & ſecluſis priuilegiis, & exemptionibus à ſede Apoſtolica cõceſſis.

Eandem

Digitized by Google

Eandem concluſionem tenet Driedo 2. de libert. Chriſti. cap. 2. Turrecremata 2. ſummæ cap. 93. & ſequentibus, & cap. 113. & ſequentibus, Valdēſis 2. doctrinalis cap. 76. Pyghius 5. Eccleſ. hierar. cap. 14. & 15. Sanderus 2. Monarch. ca. 40. Caietanus apolog. pro Pontifice ca. 13. ad 8. Sotus 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. Bellarminus lib. 5. de Rom. Pon. cap. 6. & ſequentibus, & lib. 2. c. 26. & ſequentibus.

112 Probatur primò; quia ſummus Pontifex eſt paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, & ouium Chriſti Ioan. vlt. *paſce oues meas*, ſed omnes Chriſtiani principes ſunt oues Chriſti, & partes Eccleſiæ: ergo ſunt ei ſubiecti: & ſimiliter Epiſcopo, in cuius diœceſi ſūt; quia Petrus, & alij Apoſtoli auctoritate diuina diœceſes diuiſerunt, & Epiſcopos conſtituerunt, quibus ſubiecti eſſent, quicunque ad tales diœceſes pertinerent: confirmatur, quia tota Eccleſia eſt *vnum corpus* 1. Cor. 12. & Rom 12. vna Reſp. vnum regnum, & vna ciuitas ſubiecta vni Principi, & capiti: nempe Romano Pontifici: nam vnum corpus, vnum caput habere debet, ſed Principes ſunt membra huius corporis myſtici, ſeu politici. Ergo ſunt ſubiecti Pontifici, tanquam capiti. Vnde Bonifacius extrauag. vnam ſanctam de maior. & obe. dixit, *oportet gladium eſſe ſub gladio, & temporalem authoritatem ſpirituali ſubiici poteſtati*, quod ante eū docuit Bernardus 4. de conſid. & Gelaſius Papa epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem, relata cap. duo ſunt d. 96. ait, *Imperatorem ex Pontificum pendere iudicio, non illos ad Imperatoris poſſe redigi voluntatem*, & addit: *Talibus igitur inſtitutis, talibuſq́; fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij reges, alij Imperatores excommunicauerunt*: & adducit exemplum Innocētij, qui Arcadium Imperatorē propter Chryſoſtomum excommunicauit, & Ambroſij, qui Theodoſium excommunicauit, & legem quādam ciuilem facere coegit. Ioan. XXII. extrauag. licet iuxta doctrinam Apoſtoli, quæ refertur c. ſi Imperator ead. d. 96. docet Imperatores debere Pōtificibus ſubeſſe, non præeſſe: & in Concilio Sinueſſano dicunt Patres, *prima ſedes à nemine iudicabitur*, vt refert Nicolaus Papa epiſt. ad Michaelem, & in Concilio Roman. ſub Syluestro can. vltimo dicitur, *Neque ab Auguſto, neque à Regibus, neque ab omni clero, neque à populo iudicabitur prima ſedes.* Huius decreti meminit Nicolaus ſupra, & in Synodo Romana ſub Sixto III. cap. 5. dicitur. *Non licet in Pontificem ſententiam dicere.* Et Sixtus, qui accuſabatur, reſpondit: *& ſi in meo arbitrio ſit, iudicer, aut nō iudicer, tamen non abſcōdatur veritas.* Et in 5. Syno. Gen. ſub Symacho recipitur liber Ennodij diaconi, in quo inter alia ſcriptum erat, *aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari, ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.* Et Cōcilium Romanū ſub Adriano Papa II. cuius verba referuntur in 8. Syno. Gen. actione 7. ait: *Romanum Pontificem de omnium Eccleſiarum præſulibus iudicaſſe legimus: de eo verò quemquam iudicaſſe* (ſcilicet legitimè) *non legimus.* Et ipſa Synod. 8. actio. 10. can. 21. ait, *non licere vlli Chriſtiano principi iudicare Patriarchas*, & in primis Romanum. Nicol. I. illa ep. ad Michaelē. *Satis* (inquit) *euidenter oſtenditur à ſæculari poteſtate, nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificem*, id eſt, *nec damnari, nec abſolui.* Et multis allatis teſtimoniis probat pios Imperatores numquam Pontificibus imperaſſe, ſed obſecraſſe ſolùm, vt patres, ſi quid ab eis fieri voluiſſent. Idē ex profeſſo docet Innocentius III. cap. ſolitæ de maiorit. & obed. & de Conſtantino Imperatore refert Ruffin. 10. hiſto. cap. 2. eum noluiſſe Epiſcopos iudicare, ſed dixiſſe, ſe potiùs ab Epiſcopis iudicari debere. Similis eſt confeſſio Baſilij Imperatoris oratione, quam habuit in fine 8. Synodi, & inter cætera monet omnes laicos, in quorum ordine ſe antepoſuerat, ne velint iudicare iudices, aut paſcere ſuos paſtores. Et Ambroſius oratione de tradendis Baſilicis, *Bonus Imperator intra Eccleſiam eſt, non ſupra Eccleſiam*: Ergo multò minùs eſt ſupra paſtorem vniuerſalis Eccleſiæ. Nazianzenus oratione, qua ſe excuſat, quòd tamdiu ab Eccleſiaſtica functione ſe abſtinuerit, ait. *Vos oues, nolite paſcere paſtores, neque ſuper terminos eorum eleuemini: ſatis enim eſt vobis, ſi rectè paſcimini; nolite iudicare iudices, nec leges feratis legiſlatoribus:* Sed Principes ſæculares ſunt oues Pontificis, & Epiſcopi: ergo. Vnde idem Naziāzenus oratione ad popul. timore perculſum ſic alloquitur Imperatorem. *Num vocem ſuſcipitis liberam, & quod lex Chriſti vos meæ poteſtati, meoq́; ſubiecit tribunali? Imperamus enim & ipſi. Addo & Imperio maiori, & perfectiori. Suſcipe igitur vocem liberiorē, ſcito te eſſe ouem gregis mei, &c.* Bernardus ep. ad Conradum Imperatorem ait: *Legi omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Quam ſententiam cupio vos cuſtodire in exhibenda reuerentia Petri Vicario, ſicut ipſam vos vultis ab vniuerſo ſeruari Imperio.* Et Bonifacius Martyr apud Gratianum cap. ſi Papa d. 40. de Romano Pontifice ait, *cunctos iudicaturus, à nemine eſt iudicādus.* Hugo de ſacram. part. 2. ait, *ſpiritualis poteſtas iudicat terrenam: ipſa verò à Deo primū inſtituta eſt, & cum deuiat, à ſolo Deo iudicari poteſt.*

*Romanus Pōtifex de omnibus præſulibus iudicat, de eo nullus.*

*Bonus Imperator eſt intra Eccleſiam non ſupra.*

113 Ex quibus & nonnullis aliis Bellarminus 2. de Romano Pontifice ca. 26. reiicit duos errores, vnū Marſilij de Padua, apud Turrecrematam 4. ſummę part. 2. cap. 37. qui docuit Pontificem ab Imperatore iudicari, puniri, & deponi poſſe, ſi nō fungatur rectè ſuo munere: quem errorem prolixè refellit idem Turrecremata lib. 2. cap. 93. & ſequētibus. Alterum Nili lib. de primatu, dicentis, non ab Imperatore aut Principe ſęculari, ſed tamē à Cōcilio Epiſcoporum iudicari, & puniri poſſe, quos errores coniungunt Caluinus 4. inſtitut. cap. 7. §. 19. & cæteri huius temporis hæretici, dicētes, tam principum ſæcularium, quam Concilij iudicio Romanum Pontificem ſubiectum eſſe. Et capitibus ſequētibus ſoluit Bellarminus horum hæreticorum argumenta.

*Duo errores contra Pontificem redarguuntur.*

Adducta autem non ſolùm probant poteſtatem Eccleſiaſticam non eſſe ſubiectam, aut ſubordinatam ſæculari, ſed etiam ſæcularem eſſe ſubordinatam, & ſubiectam Eccleſiaſticæ. Quod confirmo, nam ad Eccleſiaſticam poteſtatem pertinet procurare etiam iuſtis legibus, & præceptis, vt Chriſtiani ſuis obligationibus ſatisfaciant: vna autem ex obligationibus Chriſtiani Principis eſt Eccleſiam, & religionem defendere, tueri, propagare, & protegere, puniendo hæreticos, ſchiſmaticos, &c. vt docet Auguſtinus ep. 50. ad Bonifacium, & 5. ciuit. cap. 24. Leo epiſt. 75. ad Leonem Auguſtum, Gregorius lib. 2. epiſt. 61. ad Mauritium, ergo poteſt, & debet Pōtifex regibus iubere, vt hoc faciāt, & niſi hoc fecerint, etiam cogere per excommunicationem, aliaſque commodas rationes, vt docet Bellarminus 5. de Pontif. cap. 7. in fine, cum Sādero 2. Monarchiæ cap. 4.

*Poteſtas ſæcularis eſt ſubiecta, & ſubordinata Eccleſiaſtica.*

Idémq; Bellarminus eod. lib. ca. 6. ait, *Pontificem poſſe*

Digitized by Google

*Pōtifex poteſt legem ciuilem ad ſalutē animarum neceſſariam condere, & contrariam abrogare.*

poſſe, *ſi aliqua lex ciuilis ſit neceſſaria ad ſalutem animarum, & tamen reges nolint eam facere, ipſe eam condere: & ſi alia lex ſit noxia animarum ſaluti, & reges nolint eam abrogare, ipſe eam abrogare poterit*: & optimam eſſe regulam gloſſ. c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. quando de eadem re contrariæ inueniuntur leges Imperatoriæ, & Pōtificiæ, ſi materia legis concernit animarū periculū, abrogatur lex Imperatoria per Pontificiā: vt lex Pōtificia c. fin. de præſcriptione abrogat l. codicis de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum. Sed quādo materia eſt merè tēporalis, non cōcernens periculum animarum, ſeruanda eſt lex ſæcularis principis. Similiter quædam cauſæ pertinent ad tribunalia ſæcularia, aliæ ad Eccleſiaſtica, vnde Bernardus 1. de conſid. *Habent hæc infima, & terrena iudices ſuos, reges & principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? Quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? in criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra*, ſcilicet directè; & per ſe; per accidēs tamen ob commune bonum ſpirituale poteſt Pontifex in temporalibus diſponere. Ideo Innocentius III. cap. per venerabilē: qui filij ſint legitimi dicit, *iuriſdictionem temporalem ſolū caſualiter à Pontifice exerceri*. Sed ex dictis cōſtat, ſpiritualem iuriſdictionē directè habere in principes ſæculares, non verò illos in ipſum.

*Non eſſet ſufficienter prouiſum Eccleſiæ, ſi in ea non eſſet poteſtas ad continendos in officio principes ſæculares.*

114 Secundò probatur, quia non eſſet ſufficienter prouiſum Eccleſiæ, ſi in ea non eſſet poteſtas ad continendos in officio principes ſæculares Chriſtianos, vtendo gladio ſpirituali. Dices; eodem argumento probaretur, neceſſariam eſſe aliam ſpiritualem poteſtatem, quæ ſpirituales paſtores in officio contineat. Reſpondeo, cæteros ſpirituales paſtores ſubiectos eſſe ſummo Pontifici, & ab illo poſſe emendari, atque puniri, ſummū autem Pontificem nulli alteri ſubeſſe: (niſi fortè Concilio generali, in caſu hæreſis vel ſchiſmatis, aut alio ſimili) quia procederetur in infinitum, ideo Deus alio altiori modo prouidit Eccleſiæ ſuę quoad hanc partem. Nam Papæ aſſiſtit, vt errare non poſſit contra fidem, ſaltem definiendo, nec contra bonos mores, & ſpecialem habet prouidētiam, ne ſua gubernatione, aut exemplo notabile damnum inferat Eccleſiæ, & in ordine ad damna ſpiritualia minor eſt poteſtas in Pontificibus, quā in principibus ſæcularibus in ordine ad dāna temporalia: priuari ſiquidē poſſumus vita, honore, fama, & facultatibus inuiti, & iniuſtè à Regibus, ſed Pontifices non poſſunt nos inuitos priuare bonis internis ſpiritualibus, imò nec iniuſtè fructu ſuffragiorum per excommunicationem. Quod ſi Papa abutatur poteſtate indirecta, quam habet in tēporalibus, & iniuſtè velit aliquos priuare bonis tēporalibus, licitum, & ſemper facile eſt ſe per ſe, vel per amicos defendere: quia Pontifex non habet magnas vires ad exequendum voluntatem ſuā iniuſtam extra terras Eccleſiæ: vnde non oportuit etiam in temporalibus eſſe ſubiectū principibus ſæcularibus: imò nec in propria perſona: quia cum ſit vicarius Chriſti, hoc eſſet valde indecens, & anſam præberet principibus ſęcularibus moliendi multa iniuſtè contra Pontifices; ſed de hoc plura, cum diſputabimus, an Eccleſiaſticæ perſonæ ſint ſubiectæ legibus, & præceptis principum ſæcularium. Accedit, quod poteſtas ſpiritualis nō defertur iure hæreditario, ſed electione prudentiſſimi Collegij Cardinalium: vnde ad eum eliguntur viri pij, & docti, vitæ diu probatiſſimæ, qui filios nō

*Prouidentia Dei erga ſummum Pontificem.*

*Pontifex non debuit eſſe ſubiectus principibus in propria perſona.*

A habent, ratione quorum indigna faciant. Vnde nō opus fuit, vt Pontifices poſſent à Principibus ſæcularibus cogi, aut corrigi, ſufficit poſſe charitatiuè admoneri, cum expediat, qui facilè audiet, cùm ad multa indigeant principibus ſæcularibus: ideóque cōmuniter velint eorum gratiam, & beneuolentiam acquirere, & conſeruare.

Item concluſio probatur ex omnibus adductis diſpu. præcedenti ſectio. 4. ad oſtendendum Pontificem poſſe in temporalibus indirectè leges ferre, nimirum in ordine ad ſpiritualia, & ad bonum animarum.

Sed contra prædicta argumentor primò, in lege veteri poteſtas regia non ſubordinabatur Ponti- 115.
B ficiæ, ſed è contrà: vt patet 3. Reg. 2. vbi Salomon depoſuit Abiathar, & loco illius creauit Sadoch. & ex hiſtoriis habemus etiam in lege noua Pontifices eſſe depoſitos ab Imperatoribus etiam Chriſtianis. Deinde ſicut temporalia poſſunt conducere ad ſpiritualia, ita ſpiritualia ad temporalia: ergo ſicut Princeps ſpiritualis poteſt condere legem in temporalibus, in ordine ad ſpiritualia, & directam habet iuriſdictionem in perſonas laicas in ordine ad ſpiritualia, ita etiam princeps ſæcularis indirectam iuriſdictionem habebit in ſpiritualibus, & directam in perſonas eccleſiaſticas, etiam in ſummum Pontificem in ordine ad temporalia.

*Argumenta quæ probant regiā poteſtatē ſubiectam eſſe Pōtificiā.*

C Ad primum, aliqui volunt etiam in lege veteri poteſtatem regiam fuiſſe ſubordinatam Pōtificiæ, vt Bellarminus 2. de Ponti. cap. 29. ad 4. quod colligit ex Leuit. 4. vbi nobilior victima pro Pontifice quàm pro rege offerri pręcipitur, in quo Pontificiæ dignitatis excellentiam commendari, notarunt Procopius in Leuit. & Theodoretus quæſt. 1. in Leuit. & Philo lib. de victimis. Affert etiam illud Num. 27. vbi ad verbum Pontificis, tam populus, quàm princeps egredi præcipiebantur.

*Reſpondetur ad argumēta.*

Contrarium tenet expreſsè D. Thomas op. 20. de regim. princ. lib. 1. ca. 14. Abulenſis 3. reg. 1. qu. 28. & 31. Bonauentura 4. d. 24. in littera. Cordubēſis lib. 4. quæſt. 1. arg. 2. §. ad vltimum. Victoria relect. 1. de poteſt. Eccleſ. Turrecremata 2. ſummæ c.
D 96. ad 4. obiectionem, & cap. obedientiam d. 93. a. 2. ad 2. vbi citat Bonauenturā, & D. Thomā colligitur ex 2. Paral. 19. vbi Ioſaphat rex optimus ait, *Amarias Sacerdos, & Pontifex, in omnibus, quæ ad Deum pertinent præſidebit: porrò Zabarias ſuper ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent*. Idem colligitur ſecundò ex illo facto Salomonis, in quo, quod non vſus fuerit tyrannide, nec peccauerit, omnes fatentur, & ex ipſa Scriptura cōſtare videtur. Quod verò dicunt aliqui, id feciſſe ſpeciali auctoritate, & reuelatione diuina, nō vt Regem, ſed vt Prophetā, & executorem diuinæ iuſtitiæ: nam 3. Reg. 2. dicitur, Dauidem amouiſſe Abiathar, vt
E impleretur ſermo Domini, non habet fundamentum in Scriptura, quod verba illa ſolùm ſignificāt, id anteà prædictum à Domino, non præceptum.

Id etiam colligunt Bonauentura & alij, ex imperfectione illius legis in qua promiſſiones erant temporales & carnales. Hieronymus 1. contra Pelagian. & ep. ad Dardanum de terra promiſſionis, Aug. qu. 35. in Num. & lib. 19. contra Fauſtum cap. 31. Ideò temporalis princeps præferebatur, & ſpiritualis illi erat ſubiectus, & ſubordinatus: Ideò, inquit Bonauentura illud regnum dicebatur Sacerdotale: Sacerdotium autem nouæ legis regale; 1. Pet. 2. *Vos autem genus electum regale Sacerdotium,* vt

*Regnum ... tus populi ... cebatur S... dotale, & ... uum ſacer... tium dic... regale.*

vt non ad ſingulos fideles referatur, ſed ad ſtatutũ legis nouæ, cui proprium eſt habere Sacerdotium regale, id eſt, cum poteſtate etiam in reges, & non è contrà. Qua fortè ratione Epiphanius hæreſi 29. & Hiero. 3. in Ierem. cap. 13. omnes Epiſcopos reges vocat. Et hanc ſententiam probabilem quoque cenſit Bellarminus ſuprà. Nec ex locis in contrarium citatis aliud colligitur, quàm dignitatem Põtificiam tunc fuiſſe in aliquibus excellentiorem, ſcilicet in iis, quæ ad Deum pertinebant, offerendo ſacrificium, conſulẽdo ipſum, eiuſque reſponſa accipiendo, quæ ſequi cæteri tenebantur, quia tenebantur Deo obedire: nec poterat Princeps per ſe exercere munera Sacerdotalia, vt docet Bellarminus 1. de Pontifi. cap. 7. ex 2. Paralip. 26. vbi cum Ozias Rex vellet thus adolere, prohibuit eum Põtifex dicens, non eſt tui officij Ozia adolere incẽſum Domino, ſed Sacerdotum, & cum ille perſeueraret, continuò grauiſſima lepra diuinitus percuſſus eſt, & in dubiis de religione homines, non ad regem, ſed ad Sacerdotem Leuitici generis remittebantur, Deut. 17. non tamen habebat Sacerdos iuriſdictionem in Principem tẽporalem. Idem dicendum in ſtatu legis naturæ; ſi Sacerdos, & princeps temporalis erant diuerſæ perſonæ, tamẽ iidem tunc erant Reges & Sacerdotes, vt in diſp. præced. dictum eſt, & colligitur ex Geneſ. 14. & Heb. 7. & eſt commune Sanctorum.

Eſt ergo hæc excellentia, & peculiaris inſtitutio legis nouæ, vt in ea Sacerdos, ſaltem ſummus non ſubiiciatur Principi ſeculari, ſed è contrà. Quod verò afferebatur de factis aliquorum Imperatorum. Reſpondeo ea per iniuriam facta eſſe ab hæreticis vel ſchiſmaticis, vt ait Bellarm. illo cap. 29. ad 5.

*Peculiare eſt legi nouæ, vt Sacerdos ſummus non ſubiiciatur Principi.*

Ad ſecundum reſpondeo, licet ſpiritualia poſſint ad temporalia conducere, & ideò ex natura rei poſſent Principes temporales cõdere leges in ſpiritualibus in ordine ad temporalia, tamen ex inſtitutione Chriſti hæc cura commiſſa eſt Pontificibus, & prælatis Eccleſiaſticis, vt magis patebit ſectio. ſeq. ideò in his non debent Principes diſponere, niſi de eorum conſenſu ſaltem tacito, implicito, ſeu virtuali, ſiue in ordine ad finem temporalem, ſiue in ordine ad finẽ ſpiritualem, niſi fortè admoniti prælati Eccleſiaſtici fuerint negligẽtes, tunc enim ſi non repugnẽt, fortaſſis poterũt Principes ſæculares diſponere in caſibus, qui ſtando in ſolo iure naturæ, ad ipſos pertinere potuiſſent.

## SECTIO XXII.

*An ſuprema poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas ſit in omnibus, & ſolis Principibus ſæcularibus pro ſua ditione.*

116 BRentivs, & Rex Angliç Henricus VIII. quem Regina Eliſabetha, & præſens Rex Angliæ ſecuti ſunt, cenſuere ſupremam poteſtatem ferendi leges in aliqua ditione eſſe penes ſolum ſupremum Principem ſæcularem illius: ita vt Rex, vel Regina Angliæ ſit caput ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ, & ſic de reliquis, ac proinde Pontificem Romanum non poſſe legem Eccleſiaſticam ferre, niſi pro terris temporaliter ipſi ſubiectis. Hi hæretici præter appetitum libertatis à Romano Pontifice nullum aliud habent fundamentum, quàm quòd in lege naturæ Reges, & ſupremi Principes temporales habebant ſupremam poteſtatem ferendi leges ad religionem ſpectantes, quiſque pro ſua ditione, & nullus pro alia, & nihil altius ſentiunt de poteſtate ſpirituali in lege Chriſti, ſed in ea putant ſeruandi eſſe, quod in lege naturæ: hunc errorem refert refellit Bellarminus 1. de Pontif. cap. 7.

*Rex Angliæ ſibi vſurpat nomen capitis Anglicanæ Eccleſiæ.*

Reiicitur ergo hic error primò, nam mi tempore fuit Eccleſia ſine vlla poteſtate tempo li, priùs videlicet quàm Reges cœpiſſent ad fidem conuerti, tunc autem non erat in Principibus ſæcularibus facultas ferendi leges Eccleſiaſticas, ſed in Petro & eius ſucceſſoribus, quibus in Petro dixit Chriſtus Ioann. vlt. *Paſce oues meas*: & in cæteris Apoſtolis, ergo & modò ſuprema hæc poteſtas eſt in Petro, & eius ſucceſſoribus, à quibus vel à Chriſto quamdam participationem habent Epiſcopi, & nõ à ſæcularibus Principibus, neque ipſi ſunt Principes ſæculares, vt ea ratione in ſua diœceſi leges ſpirituales ferre valeant.

Secundò omnia, quæ probant Petrum, & alios Apoſtolos habuiſſe iuriſdictionẽ in totum Chriſtianum orbem, deſtruunt hunc errorem: & ſpeciatim id Pſalm. 44. *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*, vbi Chryſoſtomus, Theodoretus, & alij Græci, per Patres Patriarchas, per Principes Apoſtolos intelligunt. Nec eſt extra rem expoſitio Hieronymi dicentis, *fuerunt ô Eccleſia, Apoſtoli Patres tui, quia ipſi te genuerunt, nũc autem quia ipſi receſſerunt à mundo, habes pro his Epiſcopos filios*, & infrà: *Principes Eccleſiæ, id eſt, Epiſcopi conſtituti ſunt.* Videlicet per legitimam electionem Apoſtolorum, vel rationem eligendi, à Chriſto, vel Apoſtolis traditam. In his ergo non in ſæcularibus Principibus eſt poteſtas gubernatiua Eccleſiæ: vnde 1. Cor. 12. & Epheſ. 4. *Deus poſuit in Eccleſia primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tum Paſtores & Doctores.* De Regibus hic nulla mentio, vt notauit Damaſcenus, oratione de imaginibus. De Epiſcopis verò habes Actor. 20. *Quos poſuit Deus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.*

Tertiò, confutatur ex Patribus. Ignatius epiſt. 7. ad Smyrnenſes, ait, *in Eccleſia nihil eſſe honorabilius Epiſcopo, & primum honorem deberi Deo, ſecundum Epiſcopo, tertium Regi*: ergo non à Rege vt ſupremo capite Eccleſiaſtico, ſed aliunde ſuam poteſtatem habet Epiſcopus. Vnde Patres citati ſectione præcedenti concluſione 1. Epiſcopum ſeu Sacerdotem Regi anteponunt: imo Chryſoſtomus homil. 83. in Matth. Reges nõ ſolùm Epiſcopis, ſed etiam Diaconis ſubiicit. *Si Dux*, inquit, *quiſpiam, ſi conſul, ſi is qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coerce, maiorem tu illo habes poteſtatem*: & Auguſtinus Pſalm. 98. probat Moſem fuiſſe ſacerdotem, quia maximus fuit, & nihil maius ſacerdote, & Gelaſius epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem. *Noſti quòd licet præſideas humano generi dignitate rerum terrenarum: tamen præſulibus diuinarum deuotus colla ſubmittis*, & infrà: *Subdi te debere cognoſces religionis ordine, potiùs quàm præeſſe: noſti itaque ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem.* Grego. 14. moral. cap. 19. aſſerit prima membra in corpore Domini eſſe ſacerdotes, & libro 4. epiſt. 31. ad Mauritium eſſe Deos quoſdam inter homines, & propterea ab hominibus etiam Regibus honorandos, & Nicolaus 1. epiſt. ad Michaelem Imperatorem docet, in lege naturæ eoſdem fuiſſe Reges, & ſacerdotes: ſed Chriſtum illas poteſta

*Patres anteponunt Sacerdotẽ ſeu Epiſcopum regi.*

teſtates ſeparaſſe, ita videlicet, vt in Pontificibus & Epiſcopis poſuerit Eccleſiaſticam poteſtatem, & abſtulerit eam a Regibus, & Principibus ſæcularibus, niſi ſimul contingat eſſe Pontifices, vel Epiſcopos.

*Ex hiſtoriis antiquis aſſeritur.*

Quartò probatur ex geſtis, & dictis Epiſcoporum, & Regum, atque Imperatorum. Fabianus Papa primum Imperatorem Chriſtianũ, Philippum excluſit à communione Euchariſtiæ in die Paſchæ propter quædam eius peccata publica, vt refert Euſeb. 6. hiſtor. ca. 25. & alij Pontifices, & Epiſcopi ſæpe excommunicarunt Principes ſæculares, ergo tales Principes in ſuis ditionibus non habebát ſupremam poteſtatem ſpiritualem. Conſtantinus Imperator in Concilio Nicæno faſſus fuit ſe non habere poteſtatem ad iudicandum inter ſacerdotes, vt qui dij quidam eſſent, ſed ſe debere ab illis iudicari, vt ſcribit Ruffin. 1. hiſtor. cap. 2. idem de Valentiniano, refert Ambroſius lib. 2. epiſt. 12. & 13. cuius fuit illa ſententia. *Purpura Imperatorem facit, non ſacerdotem:* de qua Nicephorus lib. 5. c. 17. Theodoſium ſeniorem idem Ambroſius ab Eccleſiæ liminibus expulit, & pœnitentiam publicam ſubire coegit, & niſi ſacerdotes ſedere prohibuit auctore Theodoreto 5. hiſtor. cap. 17. & epiſt. 33. ait Ambroſius ſe Valentiniano dixiſſe, *Noli te grauare, Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, aliquod imperiale ius habere: publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum.* Item Nicephorus lib. 11. cap. 23. refert ſententiam Eulogij, qui cum à præfecto induceretur ad communicandum cum Imperatore, per ironiam interrogauit, numquid cum imperio eſt ſacerdotis dignitatem conſecutus? quod etiam refert Theodoretus 4. hiſtor. c. 16. Maximus Imperator cùm in conuiuio ſederet, & pincerna primum calicem Imperatori vellet offerre, ille ad Martinum Epiſcopum miſit, qui non recuſauit, qui primus bibit, & poſteà non Imperatori: ſed presbytero ſuo calicem tradidit, vt refert Sulpitius in vita Martini: ergo non erat in Imperatore ſuprema dignitas, & authoritas Eccleſiaſtica. Vide Athanaſium epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, Aug. epiſt. 48. & 50. & 163. Gregor. lib. 5. epiſt. 25. & alios, quorum ſententias adducit Bellarminus illo ca. 7. poſt medium. Denique ab omnibus Catholicis regibus ita vſque ad noſtra tempora ſeruatum eſt. Aliæ rationes ab aliis fiunt, quæ apud me vim non habent: ideò illas omitto. Aliqua argumẽta friuola Brentij facilè à Bellarmino ſuprà confutantur, & de fœminis incapaces eſſe Eccleſiaſticæ poteſtatis ſaltem ordinariæ, diximus, ſectione 19.

DISPV

Digitized by Google

# DISPVTATIO NONA DE MATERIA LEGIS HVMANÆ.

## SECTIO PRIMA.

*An lex humana actus merè internos præcipere, prohibere, aut punire valeat.*

*Lex humana indirectè actũ internum prohibere poteſt.*

NON loquimur de prohibitione indirecta, & per accidens; ſic enim conſtat ſub lege humana cadere: nam præcipiendo actum externum, ſecundariò, conſequenter, indirectè, & per accidens præcipitur internus, qui eſt neceſſarius ad illum, & prohibendo actum externum, cōſequenter prohibetur actus internus voluntatis: quia velle prohibita, malum eſt, eò quòd actus ex obiecto malitiam contrahit, ſolùm ergo quærimus de primaria, per ſe, & directa iuſſione actus interni.

*1. Opinio. Qui dicunt actus internos prohiberi ac puniri poſſe lege humana.*

Prima opinio affirmat, actus merè internos lege humana directè præcipi, ac prohiberi, & puniri poſſe; Adria. quodlib. 8. art. 1. lit. H. & ſequentib. Alb. Pighius lib. 6. Hierarch. Eccleſ. c. 16. circa medium. Roſella verbo hæreticus ſeu hæreſis, & abſolutio. 1 nu. 28. Baldus l. ſi quis non dicam rapere nu. 1. & 9. C. de Epiſco. & Cleri. Repertorium inquiſitorū v. hæreticus ad finē, Cornelius tract. de hæret. n. 134. Roxas de hæret. 1. part. n. 246. & 2. par. aſſer. 37. n. 319. Tiraquel. l. ſi vmquā verb. reuertatur. n. 240. C. de reuoc. dona. Cāteranus q. 16. crimin. ca. 1. de hæret. nu. 8. Azeuedo l. 1. tit. 31. lib. 8. nou. compil. à n. 151. Ioannes Medina de orat. q. 15. quæ incipit, inde tamen (quamuis oppoſitam probabilem etiam eſſe dicat, & argumenta Adriani diſſoluat) idem tenuit Adrianus in 4. ſent. tit. de confeſſione. qu. 2. §. alij probant, Albertinus de agnoſce. aſſert. Cath. & hæret. qu. ſeu, c. 33. n. 11. citans gloſſ. Cardinalis Ancharani, & Imolam. Idem ſenſit Roſella v. abſolutio 1. nu. 28. & 29. & v. hæreſis, & citat Gotfredum, Rainer. & Ioannem Andream: ſic etiam videntur docere Panormitanus cap. 2. de offic. ordinarij nu. 3. & 12. & c. extirpandæ §. quive in eius repet. nu. 21. & cap. porrò nu. 2. cap. non ab homine n. 5. de ſent. excom. & Felinus cap. porrò de ſent. excōmunic. gloſſ. cap. cum quis. v. tuo nomine de ſent. excom. gloſſ. Clemen. 1. de hæretic. §. verum, verbo, eò ipſo incurrit, quę plura congerit, & in ſumma 24. qu. 1. v. qui verò & c. cogitationis, de pœnit. d. 1. & Suarez 3. par. tom. 5. diſp. 4. ſect. 2. pro eadem ſent. citat Antoninum 3. part. tit. 24. cap. 7. Maiorem 4. d. 12. qu. 7. §. contra primam. Sed addit Suarez, hos & multos alios ex citatis non loqui expreſsè de actu interno, ſed generatim de actu occultiſſimo. Vnde poſſet exponi de occulto per accidens. Quamuis Adrianus de actu interno eos exponat, & ſequatur. Idē tribuit A non ſolùm Pighio, & Ioanni Medinæ: ſed etiam Cordubæ lib. 4. qu. 13. Alij verò Cordubam, Maiorem, & Antoninum pro contraria ſententia referunt. Cùm enim dicunt crimen omninò occultum ab Eccleſia puniri poſſe, ſolùm videntur loqui de externo, quod eſt occultum per accidens, vt & Sotus 4. d. 18. q. 1. art. 1. §. dubium autem. Eandem ſimpliciter tribuit iuriſperitis Simancas in Cathol. inſtit. tit. 42. de occultis nu. 2.

2.

*1. Argum. Rationes quibus hi auctores ſuā ſentētiam tuentur.*

Ducuntur primò, quia Pontifex in Clemen. 1. ſeu multorum cap. 1. §. Verum de hæreticis, præcipit ſub pœna excommunicationis & ſuſpenſionis, vt Epiſcopi, & alij inquiſitores fidei officium in- B quiſitionis exequantur abſque vllo odio, ira, timore, vel quocumque alio humano affectu, & in cap. vlt. §. cæterum in his omnibus præcipimus, tā Epiſcopos, quàm inquiſitores puram & prouidam intentionem habere, &c.

Secundò ex cap. commiſſa, de electio. in 6. vbi cōſtitutum eſt, vt ſi quis parochialem Eccleſiam obtinuerit ſine voluntate aſcendendi ad Sacerdotium, beneficium ipſo iure amittat, & fructus non faciat ſuos.

Tertiò ex cap. dolentes de celebra. Miſſa. vbi ſtatutum eſt, vt qui lege, vel canone compellūtur ad preces horarias recitandas, officium diuinum ſtudioſè, id eſt, attentè, & deuotè dicant; ſed ſtudiū C attentio, & deuotio ſunt actus interni: de ſtudio patet ex Cicerone 1. de inuention. dicente, *ſtudium eſt animi aſſidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio:* de cæteris autē per ſe conſtat: ergo.

Quartò, quia in multis Conciliis decretum eſt, vt qui hoc vel illud dixerit, docuerit, aut crediderit, anathema ſit, cap. ſi quis per ſuperbiam d. 30. ex Concilio Gangrenſi cap. ſi quis nuptias, cap. ſi quis virorum, cap. ſi quis carnem ead. d. ex eod. Concilio ſimilia habentur in cap. excommunicamus 1. §. credentes, & cap. excommunicamus 2. §. ſi qui autem, de hereti. & cap. ad abolendam eod. tit. & cap. vnico §. omnem perſonam, de ſchiſmaticis D excommunicatur, qui Iacobum & Petrum à Columna pro Cardinalibus habuerit, aut tenuerit ſcienter & deliberatè, & in cap. cùm quis abſque tuo de ſent. excommunicat. in 6. Bonifacius VIII. declarat excommunicatum eum, qui violentam manuum iniectionem in clericum abſque mādato, eius tamen nomine ab alio factam ratam habuerit. Quod etiam definitur cap. Fœlicis de pœnis in 6. contra ratam habētes percuſſionem Cardinalium ab aliis factam, & in Clement. 1. de pœnis, aduerſus eos qui ratā habuerint percuſſionem Epiſcoporum ab aliis patratam: & in Concilio Conſtantiēſi ſeſſ. 45. Martinus V. in Bulla condēnationis errorum Ioannis Vuicleph, & Ioannis Hus iubet, vt interrogētur hæretici, an hoc credāt



Digitized by Google

vel illud,& ſi non crediderint, puniuntur, &c. Et Concilio Toletano 1. in confeſſ. fidei, *ſi quis aut dixerit, aut crediderit Chriſtum innaſcibilem eſſe, anathema ſit*,& in Bracharenſi 1.c.5. *Si quis animas humanas vel Angelos ex Dei credit ſubſtantia extitiſſe, anathema ſit*,& l. quiſquis.C.ad l. Iuliam majeſtatis dicitur, *eadem ſeueritate voluntatem ſceleris, qua affectum puniri voluerunt iura.*

Quintò, nam poteſtate humana, vota interna diſpenſantur,commutantur,irritantur:peccata interna reſeruantur Sotus 4.d.18.q. 2.art.75. & alij, quos refert & ſequitur Henriquez lib. 3.cap.14. §. 6.& lib.13.cap.17.§.1.abſoluuntur,& cōfiteri præcipiuntur cap. omnis vtriuſque de pœnit.& remiſſ.ergo etiam ipſi actus interni præcipi,aut prohiberi poterunt.

Sextò, quia Monachus Benedictinus, qui ſine licentia præpoſiti,animo accuſandi illum, ad curiam regiam ſe confert,excommunicatur,Clem.1. de ſtatu Monach.§.quia verò:ergo Eccleſia punit, ac proinde prohibere poteſt actus internos.

Septimò, ſi quis exteriùs diceret ſe in corde habuiſſe hæreſim, vel voluntatem occidēdi Regem, puniretur:ergo iuriſdictio humana in actus internos locum habet.

Octauò,quia nihil impedit,quominùs Eccleſia actus internos imperare, vetareve poſſit,quamuis eos eſſe factos, in foro iudiciali probare nequeat. Nam peccata externa ſæpenumerò adeò ſunt occulta,vt probari nequeant, ea eſſe commiſſa,& tamen ex illis incurri poſſunt excommunicatio,& aliæ pœnæ:quacunque enim ratione poſteà in iudicio conſtiterint, ſiue ex confeſſione rei, ſiue ex teſtimonio aliorū,qui ab eo audierūt, puniri poterunt: ergo idem eſt de actibus internis: nā actus externi omninò occulti quoad cognitionem, ac proinde punitionem humanā æquiparari videntur merè internis,& moraliter interni cenſentur.

Nonò,quia confeſſarius poteſt iniungere pœnitenti orationem mentalem,vel alium actum internum in ſatisfactionem. Cur ergo Eccleſia non poterit eundem præcipere?

Confirmatur primò, quia ſæpe in religione præcipitur mentalis oratio,& qui fateretur, ſe illam omiſiſſe per meram voluntariam diſtractionem,& reſiſteret Prælato iniungenti pœnitentiam pro ea omiſſione,peccaret:ergo in hominibus eſt poteſtas præcipiendi actus internos.

Confirmatur ſecundò:nam Chriſtus vt homo, eſt caput Angelorum, & animarum ſeparatarum, & poteſt eis præcipere, aut prohibere internos actus,& punire tranſgreſſores talium præceptorū. Eademque poteſtas puro homini communicari poteſt.Cur ergo non credemus eſſe communicatam poteſtati humanæ,ſaltem Eccleſiaſticæ in ordine ad ſuos ſubditos? cùm poteſtas legiſlatiua Pontifici, & Eccleſiæ ſit collata à Deo ſupernaturaliter ad finem ſpiritualem, & ſalutem animarū, quæ magis pendet ex actibus internis, quàm ex externis.

*Chriſtus habuit iuriſdictionē in actus internos.*

Confirmatur tertiò, quia Chriſtus iuriſdictionem habuit in actus internos: ideò potuit præcipere,vt præcipit eorum confeſſionem,& præcipit actus fidei:ergo potuit communicare eandem facultatem ſuo Vicario, & reipſa communicaſſe videtur,cùm dixit Matt.16.*tibi dabo claues regni cœlorū, quodcūque ligaueris, &c.* Cur enim hæc conceſſio generalis à nobis limitabitur ad actus externos,*cùm conceſſio principis latè,ſeu amplè interpretanda ſit:& vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debeamus?* l.3.ff.de offic.præſidis, l.non diſtinguendum,de arbitr.cap.quod ſi dormierit 31.qu.1.cap. ſolitæ §. nobis autem,de maior.& obed.

Confirmatur quartò,ex cap.nulli d.19. ibi, *qui Apoſtolicis voluerit contraire decretis.* Vbi ſolùm propoſitum punitur,& diuinum non eſt, quin volens non audire Miſſam in feſto,peccet contra præceptum Eccleſiaſticum, licet poſteà illam audiat, quid ergo mirum,quod poſſit Eccleſia illam culpam punire?

Confirmatur quintò,quia aliquando punit occultiſſimam culpam, quæ in iudicio probari non poteſt,vt in hæretico externo occulto certiſſimū eſt,& ad rem moralem parum refert,quod peccatum ſit occultum per ſe,aut per accidens: quia tūc Eccleſia punit ſine cognitione,aut probatione delicti: ergo quod ſit probabile necne, parū ad propoſitum refert.

Decimò, homo poteſt voluntariè ſubiicere ſe homini, etiam quoad internos actus, per votum obediētiæ factum Deo,vel promiſſionem factam ipſi homini: ergo & Reſpubl. poteſt ſubiicere ſe Principi,quoad internos actus; nec mirum quòd ſic Deus ſubiecerit homines Vicario ſuo.

*Actus merè interni nō poſſunt humana lege imperari aut vetari.*

Secunda opinio docet, actus merè internos nō 3
poſſe humana lege imperari, aut vetari primariò, & per ſe proximè,aut directè.Durandus 4.d.17.q. 8.nu.7.& d.1.5 quæſt.12.nu.6.Almainus 4.d.17.ar. 4.& tract.de poteſt.Eccleſ.cap.3.& 10.& 11.Corduba lib.4.q.13.de poteſt.Papæ. Paludanus 4.15. quæſt.5.art.2.con.4.nu.24.& d.17. quæſt. 2. art.2. & quæſt.7.art.5.n.20.Silueſter verbo hora. qu.11. & excommunicatio.7.excōmun.2.par. 1. D.Thomas 1.2.qu.91.art.4.qu.100.art.9.& 4.d. 18. qu.2. art.2.qu.1.& 22.quæſt.104.art.5.Caſtro 2. de iuſta hæret.pun.cap.18.& 2.de lege pœnali cap.vltimo Sotus 4.d.22.q.2.art.3.poſt 5.concluſionem. Nauarrus de pœnit.d.5.in prin.num.19.& in ſumma cap.11.num.17.& cap. inter verba num. 491. Gabriel 4.d.17.quæſt.2.dub.5.& lect.62.in can.lit. K. & lect.64.lit.N. Tabienna verbo excommunicatio 5.caſu 4.nu.4.Nauarrus iterum in ſum.cap. 23. num.38.& cap.27.num.56.& cap.cogitationis nu. 7.de pœnit.d.1.& ca.fin.de Simon.nu.20.Hoſtienſis c.mulieris,de ſent.excommun. Alenſis 2. p. q. 182.in 2.Caietanus tract.de poteſt.Pap. & Conci. cap.19.& 22.q.11.art. 3. & in ſum. verbo hæreſis in fine,& verbo horæ §.quoad 3.Aragon.22.q.11. art.3.Bannes art.4.dub.2.Con.1.Bellarminus d.de Eccleſ.milit.cap.10.& 4.de Pont. cap. 20. & 3. de laicis cap.11.Toletus in ſumm.lib.1.cap.19.nū.4. Henriquez 3.ſum.cap.14.§ 6.& c.26.§.2 & lib. 13. cap.17.Nauarra 2.de iuſt. cap.3.n.223.& lib.3.c.2. nu.191.Ludouicus Lopez 1.part.inſtruct.cap.4.1. Rodriguez tom. 1.ſum.cap.180.Gregorius Lopes l.2.tit.31.ver.non merore pœna partita 7.Didacus Perez.lib.3.§.quæri inſuper ſolet,tit.4.lib.8. ordinamenti dicens eſſe communem opinionem Canoniſtarū,& Gutierrez in quæſt. Canonicis c. 13. nu.28.Turrecremata in ſum.Eccleſ.lib.ca.96. con. 1. & alij,quos refert Henriquez lib.13.de excommu.c.1.lit.L.& Couarruuias c.alma.par.1.§.11. in prin.Maior.3 d.15.q.3.§.dubitatur.Antoninus 3.p. tit.24.cap.4.&tit.13.cap.4.§.7.Angelus verbo hæreticus nu.2.& verb. hora.nu.27. Couarruuias regu. peccatum de regu.iuris in 6.parte 2.n.7. Azor tom.1.

Digitized by Google

tom.1.lib.5.cap.10.Vazquez hîc diſp.160.per totam,Valentia diſp.7.qu.5.pun.7.§.1. & 22. diſp. 7. quæſt.3.punct.2.Saytus in theſauro tom.2. lib. 3. cap.6.nu.vltim.Driedo de libert.Chriſtiana lib.3. cap.5.circa finem, Gerſon 3. part. tractatu de vita ſpirit.lect.4.corol.1.& 2.in Alphab.62.lit.G.& H. Simancas de Catholicis inſtit.tit.42.nu.3.& ſequ. Suarez 3.part.tom.5.diſput.4.ſect.2.num.1. Idem tenent omnes recentiores, quod aliqui eorum dicunt proculdubio eſſe verum de lege ciuili, & ſolùm eſſe difficultatem, & controuerſiam de Eccleſiaſtica: quia poteſtas ciuilis ſolùm poteſt præcipere,vel prohibere actus,qui cõſeruare, vel perturbare Remp. poſſunt, quales ſunt ſoli externi: ſed certè de lege humana indiſtinctè, & vt comprehendit ciuilem,eſt inter doctores cõtrouerſia, & ratio adducta non cogit ad aſſerendum legem ciuilem ad actus internos obligare non poſſe,nam prohibere odium, & inuidiam ad pacem & tranquillitatẽ,Reip.expedire poteſt,eò quòd iſti actus interni ſunt radices perturbationis Reip.cur ergo eos nõ poterit prohibere Reſp. aut princeps temporalis ab ea cõſtitutus? Vazquez in omni humana lege putat rationes, quibus D. Thomas vtitur locis citatis, quem cæteri ſequuntur, manifeſtè ſecundam ſententiam confirmare.

*Indubium eſt legem ciuilem actus internos non poſſe præcipere,aut vetare.*

*1. Ratio.* Prima eſt,quia legiſlator non poteſt præcipere, aut prohibere actus,de quibus non poteſt ſententiam ferre: nam ſententia, & lex hoc ſolo differre videntur,quod lex vniuerſale quoddam præceptũ eſt, ſententia verò eſt præceptum particulare faciendi,quod lex præcipit,aut inferens pœnam pro legis traſgreſſione: ſed legiſlator humanus nõ poteſt de internis actibus ſententiam ferre:ergo nec poteſt eos præcipere,aut prohibere.

*Sententia & lex in quo differant.*

*2.Ratio.* Secunda, quia illud tantùm poteſt cadere ſub præcepto humano, ad quod homo poteſt pœnis cogere: ſed ad actus internos non poteſt pœnis cogere,ergo tales non poſſunt cadere ſub præcepto humano.

4 Sed quia ad has rationes facilè reſpondent aduerſarij,magiſtratus humanos per ſe loquẽdo punire non poſſe pro actibus merè internis, ſed per accidẽs: nõ poſſe cõmuniter,quia nõ poſſunt probari in iudicio,cùm nõ poſſint conſtare alicui,niſi per reuelationem priuatam,quæ quamuis daretur aliquando, in iudicio non admitteretur, vel per confeſſionem partis in eodem iudicio, vel coram idoneis teſtibus factam, quæ confeſſio rariſſimè datur, & quamuis daretur, non noceret reis, quia iudices communiter ſequuntur opinionem aſſerentem actus internos puniri non poſſe. Ideò vt vim habeant rationes illæ, aliquid addendum eſt, quod & D.Thomas, & Durãdus, aliique auctores ſecundæ ſententiæ apertè inſinuant:nempe homines habere facultatem valdè limitatam ferendi leges,& obligandi per illas, vnde communiter non poſſunt præcipere ea,quæ ſunt valde difficilia,nec obligare cum periculo vitæ, nec leges imponere, niſi neceſſarias, vel ſatis vtiles Reip. leges autem de actibus internis per ſe ſumptis nõ ſunt neceſſariæ,nec eſſent ſimpliciter vtiles Reip.ſed noxiæ. Ergo non poſſunt tales leges imponere. Minor probatur,quia omnes actus, quos expediret bono communi eſſe præceptos, vel prohibitos, ſunt præcepti,vel prohibiti iure naturæ,vel ſimpliciter procedente, vel ex ſuppoſitione alicuius inſtitutionis diuinæ,& ſupernaturalis: vt patet de amore,contritiǫne,odio, inuidia, ira, &c. Aut certè ſi aliqui tales non ſunt præcepti, nec prohibiti iure naturali,ſatis erit præcipi,vel prohiberi indirectè: vt præcipiendo adeſſe Sacro, prohibetur nolitio audiendi Sacrum: & ſatisfaciendi tali præcepto, per auditionem alicuius Sacri, & præcipiendo ieiunium,prohibetur nolitio ſatisfaciendi pręcepto per ieiunium, & multò magis nolitio ieiunandi: ergo leges humanę directæ de actibus internis nõ ſunt neceſſariæ,nec ſi ferrentur, eſſent vtiles;imò eſſent noxiæ,quia cùm homines propter peccata interna,ex defectu probationis puniri nõ poſſint, facilè leges violarent,& contemnerent.

*Reſponſio ad rationes ſupradictas.*

Nam communiter homines ad cuſtodiam legum humanarum magis timore pœnarum temporalium,quam amore,aut æternarum pœnarum timore ducuntur iuxta id:

*Homines ad cuſtodiam legum humanarum magis mouentur pœna, quam amore.*

> *Oderunt peccare boni virtutis amore,*
> *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Vnde Iſidorus 1.etymolog.cap. 19. vim puniendi tribuens legi rationem reddit: quia præmio, & pœna vita moderatur humana: & refertur cap. omnis autem d. 4.

Adiungit Vazquez rationem, *lex eſt Imperium ſuperioris, cui conformari ſubditi tenentur iuxta modũ ſuum:* cùm ergo proprium ſit hominum inter creaturas rationales eſſe corporeos,in corporeis,&externis debent conformari cum ſuis ſuperioribus, per ſe loquendo, non in internis, in quibus communicant cum Angelis: ergo in internis non tenentur homines hominibus obedire, quando directè & per ſe præcipiuntur,vel prohibentur. 5

*3.Ratio. Quid ſit lex.*

Confirmatur, nam menſura debet eſſe homogenea menſurato 10.Met.cap.3. lex autẽ eſt menſura & regula humanarum actionum, vt teſtatur Baſilius,in id Iſa.1. *Audite ſermonem Domini Principes Sodomorum,*& D.Tho.qu.90.art.1. ergo, cùm lex humana ſit viſibilis,& externa,ſolùm metitur actiones externas. Confirmatur etiam ex Ariſt.10. eth. cap.9.dicente,pars ciuilis eſt ipſa ferendarum legum facultas. Sed ciuilis poteſtas eſt externa, & ad communitatem externam regẽdam ordinatur: ergo non debet ad internas actiones directè ſe extendere:ſicut nec poteſtas Domini in ſeruum ad eius actiones internas producitur, teſte Seneca 3. de benefic.cap.10.apud D.Tho.2.2.qu.104.art. 5. errat,ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem deſcẽdere:Pars enim melior excepta eſt,corpora obnoxia ſunt,& aſcripta dominis,mens quidem eſt ſui iuris. Vide Caietanum & Valẽtiam in hunc locum D.Thomæ: vbi Valẽtia addit potuiſſe Deum conferre directam poteſtatem in actus internos conferre: ſed non contuliſſe, niſi aliam alterius rationis, quæ directè ſolùm reſpicit actus externos:ſi in internos poteſtatem contuliſſet, illam agnoſcerent, & extollerent Sancti:quod falſum eſt.

*Menſura debet eſſe homogenea menſurato.*

*Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem cadere.*

Quartò probatur, quia Reſp.ciuilis, & Eccleſiaſtica eſt viſibilis,ſeu ſenſibilis,neque habet poteſtatem in noſtras animas,niſi vt coniunctas corporibus:ergo nec habet per ſe poteſtatem in actus purè internos,& ſpirituales, ſed indirectè, quatenus coniunguntur actibus externis, quibus redduntur ſenſibiles.

Quintò, quia tam liberum fecit Deus cor humanum, vt per ſe eius cogitationes, & affectus nulla creatura cognoſcere valeat, ſed ſolus Deus 1.Cor. 4.& alibi ſæpe.Itẽ, vt nulla creatura poſſit



Digitized by Google

ipſi aliquid directè imprimere, vt tract.4.vidimus: nil ergo mirum, ſi etiam dicamus per ſe eſſe liberum ab omni hamana lege, ita vt nulli legi humanæ diſponenti directè de actibus internis ſubiiciatur.

*Actibus mere internis obligationes fieri non poſſunt.*

6 Sextò, homo homini non poteſt obligari ex promiſſione, vel voluntate purè interna, nec actibus merè internis poſſunt fieri inter homines donationes, tranſactiones, contractus, electiones, & ſimilia, nec legiſlator actu purè interno poteſt ſubditum obligare: ergo ſimiliter non poteſt directè illum obligare ad actum purè internum, neq; ad eius omiſſionem, neque pro internis punire.

*Cogitationis pœnam nemo meretur.*

Septimò, patet ex ipſo iure humano. Nam in l. cogitationis 18.ff.de pœnis dicitur *cogitationis pœnam nemo meretur*: vbi gloſſa rectè addit, ſi intra terminos cogitationis ſiſtatur. Nam ſi aliquo modo prodeat in exteriorem actum, conando illum efficere, licet illum non efficiat, ſed tantùm tentet, puniri poterit. Quomodo in iure aliquando dicitur aliquis puniri, quia cogitauit ſcilicet exterius inchoando, vel per cõſilium, vel per aliquam actionem, quæ caſu non habuit effectum, vt in l. quiſquis C.ad legem Iuliam maieſtatis, & l. is qui cum telo ff. ad l. Corneliam de ſicariis: quibus locis alia iura notantur. Vide etiam l.ſi quis 5.C. de Epiſcop.& cleri. quam cum aliis refert Gratianus cap.ſi quis de pœnit.d.1.Ratio eſt, quia tunc actus eſt exterior, licet non conſummatus: ergo prohiberi, & puniri poterit lege humana, vel leuiori pœna, vel aliquando etiam ordinaria, iuxta materiæ grauitatem. Secus actus interni, qui ſunt per ſe occulti. Vide cap.tua nos, & cap. ſicut tuis de ſimonia dicitur, *Eccleſia non iudicat de occultis*: & ca. erubeſcant d.32. *Deus ſecretorum cognitor, & iudex eſt*. Idem cap.ſi quando 15.qu.6. cap. conſuluiſti 2. qu.5.cap.ſi omnia 6.qu.1.cap.Chriſtiana 32.qu. 5. & c.cogitationis de pœnit. d.1. dicitur *cogitationis pœnam nemo patiatur*. Idem habetur l.2.tit.31. partita 7. vnde eſt axioma iuris *non habent latentia peccata vindictam*, cap.Chriſtiana, 32.q.5.l.confratrẽ. C.de iis, qui vt indigni. Fauet Paulus 1.Cor.4. *Nolite ante tempus iudicare quouſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo*, vbi ſignificatur iudicium omne de internis actibus eſſe proprium Dei, quia *homines vident ea quæ parent: Deus autem intuetur*, Cor. 1. Reg. 16. verſ.7. Confirmatur ex Auguſtino l. de lib. arbitr. c.5.approbante, quod Euodius dixit, *legem humanam ſolùm vindicare quæ ſatis ſint ad cõciliandam pacem hominibus*. Ad hoc autem ſatis eſt punire peccata externa. Et Azor ſupra ait, *Nec eſt quod Albertinus dicat, canonici iuris interpretes in hac quæſtione cum Theologis pugnare*: nã reuerà ſolùm docere videtur. Gloſſ. Clem.1.de hæret.verbo, eo ipſo, & ibi Cardinalis, Imola, & cæteri, hæreticum exteriorem etiam omninò occultum excommunicationem incurrere, quod idem Theologi tradiderunt, non autem hæreticum interiorem. Nam Cardinalis Clem.de vſur.qu.3.poſt Matth. apertè docet, voluntatem, ſi ad opus non peruenit, ab Eccleſia non puniri. Idem ait in clem.1. de pœnis qu.3.& Hoſtien.cap.mulieres de ſent. excom. Alberic.par.2. ſtatutorum qu.168. Salicetus l. is qui cum telo. C. de ſicariis ex Baldo l. ſi quis non dicam rapere C.de Epiſc.& cler.

*Eccleſia non iudicat de occultis.*

*Exterior hæreticus pœnã incurrit non interior.*

7 *Not.* Pro declaratione autem huius rei, & ſolutionibus argumentorum quidam notant, legem humanã, poſſe prohibere actus interiores, qui coniuncti ſunt cum exterioribus, & eos moraliter afficiunt, modificant, ſeu informant, corrumpunt, & deprauant, vt ita oſtendant, qua ratione excommunicatio ferri potuit in inquiſitores, qui odio, vel amore, vel ſpe aliqua lucri contra hæreticos non proceſſerunt: & vt defendant præceptum attentionis in horis canonicis, ita docent Caiet. in ſumma, verbo excommu.cap.3.& verb.hora §. 3. Sotus 10.iuſt.qu.5.art.5. Azor ſupra inter certa & comperta hoc numerans, Sayrus, & Valentia, & Silueſter ſuprà.

*Actus exterior cum interiori dupliciter comparari poteſt.*

Vazquez autem hîc diſput.160.cap.3. vt horum doctrinam falſam oſtendat, notat, actum interiorem dupliciter poſſe comparari cum exteriori, primum vt eſt ſolùm voluntas quædã efficax faciendi aliquid exteriùs, quod lege humana præceptum eſt: & hoc modo nullus dubitat, actus interiores lege humana prohiberi, ita vt ſolùm propoſitum faciendi quod lege humana interdictum eſt, peccatum ſit contra illam, non quia lex per ſe & directè prohibeat talem volũtatem: illam enim per ſe nec prohibere poteſt, nec punire. Sed quia ex opere externo prohibito deriuatur malitia in illum, ideò enim voluntas hęc mala eſt, quia opus cuius eſt cauſa efficax, malum eſt, & prohibitio, quæ per ſe fertur in opus externum, ſecundariò fertur in eius voluntatem efficacem. Verùm quia affectus ſimplicis delectationis non eſt cauſa operis externi, ac proinde ab externo deriuatur in illam malitia, ſed ipſa delectatio ſecundum ſe conſiderari debet, an ſit contra rationem: ideo talis affectus hac lege, nec ſecundariò prohiberi poteſt. Deinde comparantur affectus quidam interiores, qui coniunguntur externis operibus, non vt per ſe cauſæ illorum, ſed ſicut circumſtantiæ, & cauſæ accidentariæ. Talis eſt voluntas finis, vt in exemplo illo Monachi, qui intentione accuſandi ſuperiorem, ſine licentia ſe contulit in curiam regiam. Eodem modo ſe habet affectus odij, aut amoris in inquiſitore cum voluntate non inquirendi contra hæreticos: & attentio in recitandis horis Canonicis cum ipſa recitatione: nam omnes hæ operationes, vel omiſſiones exteriores ex ſe ſolùm poſtulant ſimplicem voluntatem, vt cauſam per ſe: accidit autem, vt voluntas omittendi vel faciendi, ſit cum odio, vel amore, cum tali intentione voluntatis, vel attentione intellectus. De his igitur actibus internis ait Vazquez nec ſecundum ſe, nec vt afficiunt, vel informant accidentariè externos actus, non poſſe ab Eccleſia prohiberi, nec puniri, niſi aliquo externo ſigno manifeſtati fuerint, quia nec vt informant actus externos, cadũt ſub iudicio, ſeu cognitione Eccleſię, nec per ſolos ipſos actus externos, quos afficiunt, ſufficienter manifeſtantur. Nam ire monachum ad curiam regiam ſine licentia ſuperioris, commune eſt intentione accuſandi ſuperiorem, & aliis intẽtionibus. Recitatio ſimiliter fieri poteſt cum attentione, & ſine illa. Vt ergo hi affectus ſubdantur legi humanæ, debẽt aliquo alio ſigno manifeſtari, & vt ſic, poſſunt prohiberi, & puniri, quod eſt prohibere & punire ipſum opus, non tamen ſine manifeſtatione vera talium affectuum: vt in ſolutionibus argumentorum explicabitur.

*Voluntas quãdo punitur.*

Ita tenent Caſtro 2.de iuſta hæret. pun.c.18. & Simancas de inſtit.Catho.tit.42.nu.13.imò Azor, 8

Sayrus

Digitized by Google

Sayrus & Valentia ſupra videntur dicere non poſſe illos affectus prohiberi, nec puniri etiam excõmunicatione, niſi peculiari aliquo ſigno externo ſint manifeſti. Tota hæc doctrina Vazquez probabilis eſt, & quòd attinet ad delectationes, non contrahere malitiam ex obiectis prohibitis iure poſitiuo, latè docuimus tract. de peccatis, & de hoc caſu non differunt Caietanus, Sotus, & alij paulò ante hanc Vazquez doctrinam relati, quorum ſententia, quomodo defendi poſſit dicam in ſolutionibus argumentorum.

*Affectus qui adiungitur actui externo poteſt prohiberi.*

Addit Vazquez duo alia; primum eſt affectum illum, qui per accidens adiungitur actui externo, prohiberi ſecundariò poſſe per legem humanam, quatenus eſt cauſa efficax alterius actus mali, vt B prohibendo accuſationem ſuperioris in curia regia, prohibetur intentio accuſandi ipſum in tali curia; non tamen poſſe prohiberi, aut puniri, vt afficit actum externum, cuius eſt cauſa per accidens, nec ipſe actus externus, verbi gratia, profectio in curiam, vt informatur tali affectu, ſed tantùm, vt indicatur aliquo ſufficienti indicio, ſed oppoſitum huius vltimæ partis in ſolutione 1. argumenti conſtabit eſſe probabilius.

*Affectus efficax prohiberi poteſt, ſed pœna non poteſt infligi propter illum.*

Secundum eſt, affectum efficacem, qui eſt per ſe cauſa operis externi, prohiberi quidem per accidens, & ſecundariè, vt ſuprà explicatum eſt: tamen non poſſe infligi pœnam propter illum, niſi prodeat in opus; quia ſicut nulla humana poteſtas C poteſt ſentẽtiam ferre de tali propoſito, nec propter illud pœnam infligere, ſic etiam nec lex poteſt imponere pœnam ipſo facto; eiuſdem enim poteſtatis eſt per ſententiam infligere pœnam, & per legem, nulla autem ſententia ferri poteſt contra peccata cordis, etiam ſi ſint propoſita efficacia circa opus. Hoc dictum verum eſt.

*Ad 1. Argu. 1. Solutio.*

9 His ſuppoſitis ad primum & ſextũ, quod eamdẽ continet difficultatem, poſſumus reſpondere cum Vazquez illa d. 160. c. 5. ad 6. Monachum Benedictinum, qui ſine licentia ſui Superioris ſe confert ad curiam regiam, animo illum accuſandi, nõ eſſe excommunicatũ, niſi aliquo exteriori opere talem animum indicet ob rationes dictas. Fortè

*Cur Benedictini euntes in curiam excõmunicabãtur.*

etiam tempore illius clemẽtinæ propter nimiam, D & frequentem fratrum conſuetudinem eundi in curiam regis hoc animo, illud opus per ſe ſolùm erat ſufficiens indicium talis animi, & ita poſſet abſque alio ſigno ſententia excommunicationis ab eis incurri; quo forſan pacto intelligitur Nauarrus cap. cogitationis nu. 8. de pœnit. d. 1. vbi ait talem Monachum excommunicari propter malam profectionem in curiam, qui eſt effectus externus, comitans, & prodens vitioſam intentionem accuſandi Prælatum. Nunc tamen, ceſſante tali præſumptione opus eſt, vt alio ſigno indicetur: alioqui pœna illa locum non habebit. Eodem modo philoſophatur Vazquez, de excommunicatione lata contra inquiſitores: nec enim talis excommunicatio ipſos comprehendit, ſi odium, E vel amor, vel ſpes lucri ſit omninò occulta, & nullo ſigno, aut opere externo manifeſtata, vel indicata. Quocircà in illa clem. non excommunicatur, qui odio, vel amore, vel gratitudine ſimpliciter omiſerit inquirere: ſed is, *qui obtentu amoris, odij*, &c. Hoc eſt, prætextu aliquo non inquirit: prætextus autem eſt, quando aliquo ſigno talis animus indicatur, quare ſi talis affectus omninò maneret ſecretus, nullam excommunicationem incurrerent inquiſitores, in opinione Vazquez, & noſtra, ſecus ſecundum Caietanum, Sotum, & Silueſtrum locis citatis ante ſolutionem huius argumenti.

Sed obſerua, in his euentibus non puniri propriè malum animum affectum, & intentionem: cùm ſint merè interna, nec eius manifeſtationem in opinione Vazquez: quia manifeſtare malã intentionem, ſeu voluntatem accuſandi ſuperiorem, vel quid aliud malum faciendi, non eſt mala, ſed indifferens de ſe. Sed opus ipſum malum, nempe ire ad curiam, ſine licentia, vel omittere ſine cauſa ſufficienti debitam inquiſitionem: punitur tamen tale opus cum hac conditione, quod habeat malum animum adiunctum, & exterius ſignificatum, ſicut quãdo homicidium factum à proiiciẽte ſagittam, qui iam animum reuocauit, quãdo alter moritur, non punitur ſecundum ſe; cùm non ſit peccatum, ſed punitur proiectio illa ſagittæ, cum hac tamen conditione, quod effectum intulerit.

*2. Solutio. Non punitur malus animus: ſed actio & omiſſio per ſe mala.*

Poſſet dici ſecundò, & meliùs, etiam ſi malus 10 ille animus omninò ſit ſecretus, prædictos delinquentes pœnam incurrere, quia non eſt impoſita pro malo animo, vel eius manifeſtatione: ſed pro actione, vel omiſſione externa in ſe prohibita, & mala, cùm hac tamen conditione, quòd habeat illum prauum animum adiunctum: & hic modus dicendi eſt ſecurior, tum quia videtur communis opinio, quod in eo euentu incurratur pœna: quãuis falsò dicatur tunc puniri; vel prohiberi actum internum: tum quia certum eſt, Eccleſiam poſſe excommunicare pro praua omiſſione, vel actione digna tali pœna, ponendo pro conditione quod habeat adiunctum illum prauum affectum, ſiue explicetur exteriùs ſiue non: ergo cum nullã ponat limitationem de expreſſione affectus, non eſt cenſenda neceſſaria: ſed nota, Suarez 3. par. tom. 5. diſp. 4. ſect. 2. nu. 18. & ſequentibus, docere; primò, quando actus exterior non eſt malus, nec abſolutè prohibitus, non poſſe Eccleſiam prohibere, ne ex praua intentione fiat, & conſequenter, nec poſſe cenſuram ferre in eum, qui praua intentione talem actũ effecerit: in quo ſenſu, ſine dubio putat, locutum fuiſſe Nauarrum cap. mandato, de ſimonia nu. 20. dum dixit, Eccleſiam non poſſe excommunicationem, vel aliam cenſuram imponere pro aliquo actu, qui ſolum ſit malus ex praua intentione, & affectu accidentario, & extrinſeco. Quo fit, quòd male Nauarrus tribuit Almaino tract. de poteſt. Eccleſ. cap. 3. cùm ſolùm dicat, hæreticũ non eſſe excommunicatum, donec ſuam hæreſim manifeſtet. Idem probat Nauarrus ex d. cap. mandato, in quo Pontifex declarat, Simoniacos mentales, ſeu ex ſolo affectu, ſine facto externo recipientes, vel dantes ſpirituale pro temporali, non eſſe excommunicatos, nec incurrere aliàs pœna iuris. Et ſignificare videtur Pontifex, non poſſe ab Eccleſia tale peccatum puniri, cum ait, *In quo caſu delinquẽtibus ſufficit, per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori.* Quod expreſſiùs ſignificatur cap. tua nos eod. tit. vbi dantes, & accipientes tali intentione, dicuntur culpabiles apud ſtrictum Iudicem, qui ſcrutator eſt cordium, nõ verò apud Eccleſiam, vt clarè ibidem ſupponitur, dum dicitur, *Nobis datum eſſe de manifeſtis tantummodò iudicare.* Idem probat Suarez, quia tam occultum eſt per ſe, hunc actum externum manare ab illa intentione, quàm ipſa intentio; ſed ipſa intentio, quia

*1. Dictum Suarez.*

*Simoniacos occultos Eccleſia nõ excommunicat.*



Digitized by Google

eſt per ſe occulta,non ſubiicitur legibus,cenſuris, A aut pœnis Eccleſiæ:ergo neque actus externus, vt ſubeſt tali intenſioni. Confirmatur, nam hîc actus externus in foro Eccleſiæ eſt bonus, vel præſumitur bonus,etiamſi ab operante ex praua intentione fiat : ergo non poteſt Eccleſia illum punire,nec prohibere,præciſè,vt ſubeſt illi intentioni; ſed ad ſummũ poterit declarare,& proponere, eſſe malum,vt ea intentione fit.

*Qui malus non probatur, bonus præſumitur.*

Antecedens probatur,quia hic actus vel eſt bonus ex obiecto,vel indifferens, & in eo nullæ cernuntur malæ circumſtantiæ : ergo debet preſumi bonus: *qui enim malus non probatur,bonus præſumitur*,iuxta regulas iuris.Eadẽ ratione putat Suarez, ſi iudex reuerà ſeruet iuſtitiam cum reo, licet ex B odio illi imponat pœnam iuris etiam rigoroſam, nòn incurrere cenſuras latas in eos, qui ex odio, vel alio prauo affectu procedunt. Quod probat ex illa Clem.1.§.verum,de hæret.ibi *Graue eſt quoque & damnatione digniſſimum, malitioſè in fontibus eandem imponere prauitatem*,& infrà. *Quod malitioſè aut fraudulenter tantam labem, aut quod ipſos in executione officij inquiſitionis impediat, falsò alicui non imponat*.Item, *Quod ſi odij,gratiæ,vel amoris,lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam & conſcientiam ſuam omiſerint*.Et ſimiliter cap.fin.de hæret.in 6.poſtquam præcipitur pura,& prouida intentio,ſubditur,Nec accuſatorum,vel teſtium nomina ſuppriméda,vbi eſt ſecuritas,periculum eſſe C dicant.

11 *2. dictũ Suarez. Eccleſia poteſt prohibere actionẽ externam malam procedẽtem ex tali affectu.*

Secundò docet Suarez, nihilominus Eccleſia poteſt prohibere,& per cenſuram ipſo iure punire actionem externam,alioqui malam, vt procedentem ex tali affectu,vel diſpoſitione interna,vt docet Ioannes Medina, & alij auctores primæ opinionis: Item Sotus,Caietanus, Syluester, Valentia, Sayrus, Azor. Quod verùm eſt, ſi talis affectus non ſit ratio inferendi pœnam,ſed conditio, ſine qua Eccleſia non vult ſic punire externum actum alioqui malum. Hoc probant iura adducta in argumentis : & regula communis doctorum, vt ſi in cenſuris latis habeantur aliqua verba in- D dicantia peculiarem modum operandi, tenentem ſe ex parte intellectus vel voluntatis,non incurratur cenſura, ſi modus ille deſit,vt ſi lex dicat, qui præſumpſerit hoc facere,qui ſcienter,qui ex contemptu,vel dolo hoc fecerit, ſit excõmunicatus: tunc enim qui id fecerit ex negligentia, vel ignorantia, aut inaduertentia culpabili non incurrit cenſuram. Sic Sa, verbo,hæreſis,nu.7.ait,*ſepeliens cum præſumptione,id eſt, dolo & malitia, in loco ſacro eum quem ſcit eſſe hæreticum, eſt excommunicatus*; ſic etiam Suarez ſuprà ait, *qui ex timore humano hæreſim exteriùs profitetur,interiùs non deſerens fidem, non incurrit pœnas contra hæreticos latas*: quia Eccleſia ex ſua benignitate reſtringit, & limitat, & coar- E ctat pœnas illas ad caſum, in quo actus externus cum illa interna diſpoſitione fit, quamuis potuiſſet ſine tali reſtrictione ipſum eiſdem pœnis punire,& idem eſt in ſimilibus.

*Qui ex timore humano hæreſim profitetur,non eſt excõmunicatus.*

12 *3. dictũ Suarez.*

Tertium dicit Suarez, quando actus internus eſt voluntas efficax comparatione externi,eodem præcepto, quo prohibetur externus, prohibetur internus:in hoc conueniunt Suarez,Vazquez,Caietanus, & omnes,ſed nõ in ratione:Suarez enim, Caietanus & alij probant, quia tunc actus internus eſt de ſubſtantia exterioris, vt moralis eſt; & ideò ſunt vnus actus in eſſe moris,quaſi cõpoſitus ex interno,& externo actu, vt ex forma ſpirituali, & materia ſenſibili. Hoc primũ Suarez aſſertum, licet probabile valdè ſit, tamen mihi probabilius videtur, actionem alioqui bonam aut indifferentem,& abſolutè non prohibitam, prohiberi poſſe ab Eccleſia cum reſtrictione, modo, & limitatione,nimirum prohibendo ne fiat hac,vel illa intentione : & ita fuiſſe prohibitum Benedictinis ire ad curiã animo accuſandi prælatum,& inquiſitoribus procedere ex odio &c. Probatur, quia poteſtas humana poſſet abſolutè prohibere profectionem Monachi in curiam; ergo à fortiori cum reſtrictione ad eum euentum, in quo iret praua intentione : nam qui poteſt maius, poteſt minus in maiore contentum : & confirmatur, quia textus citati in arg. 1. & 6. non requirunt expreſſionem praui animi, vt incurratur cenſura, ſed ſolùm actum externum prauo animo factum : nec enim verùm eſt, quod hîc dicunt aliqui alioqui doctiſſimi,monachum illum non incurrere cenſuram,ſi cum licentia ſuperioris, eo tamen malo animo curiam adeat : oppoſitum enim namque docet gloſſa dictæ clementinæ 2. §. quia verò,verſiculo ipſo facto de ſtatu monacho. quam communiter receptam eſſe teſtatur Nauarrus ca.27.nu. 139.& eam probat Suarez,& alij auctores, quos ipſe recenſet 3.par. to.5.diſp.23. ſect.5.nu. 6. ergo cenſura in illis euentibus non incurritur propter actum externum,alioqui prohibitum,vel factum malo animo exteriùs manifeſtato : ſed præciſè propter opus externum prohibitum fieri malo animo: vt autem incurrerentur pœnæ aliæ, quæ iudicis executionem poſcunt,deberet exteriùs exprimi mala intentio, vt in l. fulcinius. §.cum edictum, ff. quibus in cauſis in poſſeſ. eatur, Vlpianus ait, *animus enim latitantis quæritur, quo animo latitet,vt fraudet,an alia ex cauſa*, &c.Argumẽtum autem de ſimonia mentali inualidum eſt : nam affectus ſimoniacus quantumcumque exteriùs manifeſtetur aliis ſignis,& affectibus, ſi non manifeſtatur pacto inito cum dante,vel recipiente temporale pro ſpirituali, non inducit pœnas iuris, quia hæ ſunt impoſitæ pro emptione, vel venditione rerum ſpiritualium, non pro affectu emendi,vel vendendi illas, nec pro manifeſtatione affectus non includente emptionem aut venditionem : poſſet tamen Eccleſia, ſi vellet prohibere, ſub excommunicatione prohibere actum quemlibet factum intentione ſimoniaca,vt cenſeo prohibitum quemcumque actum, vel omiſſionem prauam in officio inquiſitorum, procedentem ex odio, vel aliis affectibus poſitis, clem.1.de hæret. §.verum,vbi Clemens V. in Concilio Vienneſi, ſic loquitur,*quod ſi odij, gratiæ,vel amoris aut commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam, & conſcientiam omiſerint contra quemcumque procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, &c.* De quo caſu agunt Caſtro 2. de l. pœn.c.vltim. Suar. 3. par.to.5.diſp.4.ſect. 2. nu.21.& diſp. 31. ſect. 5. nu.6. Nauarra 2.de reſt.cap.3. nu. 223. Nauarrus, ca.cogitationis,num.7.§.quibus, de pœnit. d.1.In hoc verò caſu modica eſt difficultas, quia pœnæ ponuntur pro actu aliunde malo, & non ex ſola praua intentione, licèt non imponantur pro illo vniuerſè,ſed tantùm quando adiunctam habet illam prauam intentionem : cuius tamen manifeſtationem nequaquam petit textus,vt cenſuræ incurrantur,vel aliæ pœnæ,quę non indigent cauſæ cogni

*Affectus ſimoniacus ſi non manifeſtetur externus pacto pro emptione facto non excõmunicatur.*

Digitized by Google

cognitione: & ſic actus internus poteſt cadere ſub præcepto negatiuo Eccleſiæ. Sed Vazquez aliam rationem adducit, quam iam retulimus, & approbauimus. Hæc enim difficultatẽ habet, nam etiam quando actus externus non eſt alioqui prohibitus, ſed bonus, vel indifferens, & ſit mala intentione, conſtituit in eſſe moris vnum actum cum interno, & inde accipit totam ſuam moralitatem, tamen ſi Eccleſia prohibeat abſolutè actum externum, non prohibet internum, neque poteſt Eccleſia prohibere præciſè externum, vt ſubeſt interno, præcipiendo, verbi gratia, vt nemo tali, vel tali affectu, aut intentione audiat Sacrũ, &c. Sicut nec poteſt præcipere, vt tali, vel tali intentione illi adſit.

*Præcepto ieiunij non præcipitur voluntas ieiunandi.*

Vbi etiam aduerte malè aliquos dicere, præcepto ieiunio præcipi voluntatẽ ieiunandi, eò quòd voluntas ieiunãdi, & ieiunium ſunt idem actus in eſſe moris, nec poteſt aliquis ieiunare ſine voluntate ieiunandi, & quia Eccleſia pręcipit ieiunium, vt eſt actus moralis, & non eſt actus moralis ſine libera voluntate ieiunandi. Non aduertunt iſti præceptum ieiunandi, quamuis ſonet affirmationem, eſſe merè negatiuum, ac proinde pura omiſſione impleri, impletio autem ſicut & ipſa omiſſio, vt ſit aliquo modo moralis, debet eſſe voluntaria, & libera: tamen licèt eſſet merè naturalis, ſatis eſſet, vt homo diceretur non violaſſe præceptum, ſecus ſi eſſet contra voluntatem: nam tunc homo peccaret volens violare præceptum illud negatiuum, tamen ſi reuerà poſteà ieiunaret, non poſſet puniri ab Eccleſia, vt nec qui voluit non audire Miſſam in feſto, & poſteà eam audit ante lapſum feſti. Similiter decipiuntur, qui dicũt pręcepta cõfeſſione externa fidei, præcipi internam, quia ſine hac illa verè non fieret. Falluntur iſti; quia confeſſio externa ſine interna fieri poſſet, quamuis malè contra legem naturæ fieret: mentiretur enim homo non ſentiens, quod dicit, aut etiam ſentiens contrarium. At verò præceptum Eccleſię non violaret, quia directè ſolùm refertur ad actum externum, indirectè verò ad internum, ſine quo bene nec male poſſet fieri.

*Præceptum ieiunandi eſt merè negatiuum.*

*In præcepto ſeruandi feſtũ duo includuntur.*

In præcepto autem ſeruandi feſtum, includuntur duo, & abſtinere ab operibus ſeruilibus, & hoc poteſt fieri ſine actu: & ideò quantùm ad hanc partem non præcipitur indirectè actus externus: & adeſſe Sacro, & hoc communiter non poteſt contingere ſine actu quærẽdi Sacrum, & volendi illud quærere: ideò quoad hanc partem indirectè quodam modo præcipitur actus internus, non tamen omninò: nam qui aliàs eſt in Eccleſia cùm fit Sacrum, ſine voluntate poſitiua, poteſt adeſſe Sacro, & implere præceptum.

13 *1. Solutio.*

Ad ſecundum argumentũ reſpondeo ex Azor to.1.lib.5.ca.10.dicente, certum eſſe quotieſcumque lex, vel conſtitutio humana eſt cõuentio quędam, & pactio, vim habere in actus internos, ponendo ipſorum præſentiam, vel abſentiam, vt conditionem, ſine qua homo non vult bona aut beneficia conferre: quæ ex eius voluntate pendet. Sic Eccleſia decreuit, vt is, cui parochialis Eccleſia confertur, ad ſacerdotium intra annum promoueatur, ſi voluntatem ſuſcipiendi ordinem illum non habuerit, impetratio, & adeptio ſit nulla, & ſimiliter, ſi poſteà voluntatem mutauerit, fructus non faciat ſuos. Pari modo cùm aliqui cooptãtur in certum Collegium, iure exigitur ab eis, vt hũc,

A vel illum animum, vel voluntatem habeant, alioqui omnia Collegij iura amittant.

Alij ad hoc argumentum reſpondent ex doctrina communi Caietani relati num.7. Eccleſiam punire poſſe lege ſua illam prauam intentionem non recipiendi ordinem intra annum adepti beneficij parochialis, quia coniuncta eſt cum opere, aut omiſſione externa: ſed hos meritò impugnat Vazquez diſt.160.num.34. & ſequentibus, quia cum oſtenſum eſt, intentionem coniunctam per accidens operi, aut omiſſione externa, quæ exteriùs non manifeſtatur, non poſſe humana poteſtate puniri: imò ego adieci etiam, ſi manifeſtetur: & modò adiicio, poſſe fieri, vt illa intentio bene-
B ficiarij praua non ſit: poteſt enim animo relinquendi beneficium velle non ordinari, aut ex ignorantia inuincibili velle differre ſuſceptionem ordinis vltra annum, & nihilominus non faciet fructus ſuos: ergo non punitur praua intentio, imò nec prauum opus, ſed Pontifex ſtatuit, quod expedit in hac re, vel cum hac conditione dat beneficium parochiale, vt ſi non ordinetur intra annum, amittat beneficium, fructus quoque à tempore, quo voluit ordinem non recipere. Putat autem Sotus 10. iuſt. quæſt.5.art.3.con.1. Beneficiarium, qui aliquo tempore non habuit intẽtionem ſuſcipiendi ordinem annexum beneficio parochiali, ſi poſteà ſuſcipiat, ab eo ſolùm tempo-
C re, quo mutauit voluntatem facere fructus ſuos; quod tamen Vazquez meritò ait eſſe contra textum manifeſtè indicantem, quòd ſiquis mutata voluntate, intra annum ordinetur, totius anni fructus recipit: & licet verum eſſet, maneret eadem difficultas. Etenim ſi alicuius temporis fructibus priuatur propter voluntatem non recipiendi ordinem, iam videtur punire intentionem, ſicut & quando toto ferè anno habuit intẽtionem ſuſcipiendi ordinem intra annum, & ad finem mutat intẽtionem, licet non priuet illum fructibus illius temporis, quo habuit intentionem ordinis, tamen poſteà priuatur beneficio.

14 *2. Solutio. Cur Eccleſia puniat voluntatem non recipiendi ordinem poſt adeptionem beneficij curati.*

15 *3. Solutio. Ordo presbyterij iure diuino annexus eſt beneficio parochiali.*

Tertiò ergo reſpondet Vazquez, illam fru-
D ctuum priuationem non poſſe fieri iure humano, ſed fieri naturali iure, declarato, & determinato per Eccleſiam: nam ordo presbyterij iure diuino naturali, annexus eſt beneficio parochiali, *quia beneficium datur propter officium*: vt colligitur ex ca. cũ ſecundum Apoſtolum, de præbendis, officium autem parochi, qui eſt paſtor ſpiritualis, eſt adminiſtrare ſacramenta populo, & ſacrum celebrare: Tridentinum ſeſ. 22. de reform. cap. 1. quod munus proprium eſt presbyteri, quare hoc eodem iure is, qui ſacerdos non eſt, non videtur capax fructuũ. Cæterùm Eccleſia rectè arbitratur, poſſe eligi non ſacerdotem, idoneum tamen, in miniſtrum Eccleſiæ parochialis, ita vt expediat indu-
E cias per annum ei concedi, vt in fine ſaltem illius presbyterium recipiat: tũc autem cùm faciat fructus ſuos, non propter officium, quod actu exerceat, quia non poteſt illud exercere, ſed propter ſpem futuri miniſterij, ratione cuius iuſtè alitur ab Eccleſia; ſit vt iure naturali non mereatur tale ſtipendium, ſi neque tempore electionis habuit ordinem, nec in fine anni illum ſuſcepit, nec intentionem habuit recipiendi, & in futurum miniſtrandi: ſic enim nullus omninò titulus ſupereſt, ratione cuius poſſit fructus facere ſuos: contra verò, qui non habuit intentionem per bonam



Digitized by Google

partem anni recipiendi ordinem, poſteà tamen recipit, habet pro legitimo titulo, vt eos faciat ſuos, non quidem intentionem recipiendi ordinem, ſed ordinationem ipſam, & miniſterium, quod reuerà futurum fuit: iuſtè enim alitur miniſter, qui futurus eſt idoneus, vt miniſtret. Eodem modo, qui habuit intentionem toto anno, in fine tamen noluit ordinem ſuſcipere, priuatur beneficio, quia ita ſtatuit Eccleſia; nihilominus facit fructus illius anni ſuos propter intentionem, & ſpem veram & non fictam. Hæc omnia hac ratione naturali, & non ſola Eccleſiaſtica poteſtate ſtatuta ſunt in illo ca. commiſſa. §. cæterum de elect. in 6. Hactenus Vazquez, cuius doctrinam aliqui confirmant ex illis verbis Pontificis in d. c. commiſſa; *cæterum teneberis ad reſtitutionem fructuum eorundem, cùm eos receperis fraudulenter, nullo ſcilicet vero titulo*; & ex §. illum autem, vbi Pontifex ait, *ad ſeruandam indemnem Eccleſiam teneri qui eam illi contulit, quem nõ credebat ad ſacerdotium eſſe promouendum*. Sed hæc nihil iuuant: quia ad obligationem reſtituere ſufficit, dari beneficium ab Eccleſia ſub ea conditione, quæ non fuit impleta. Item illa doctrina difficilis eſt. Primò, quia ſi ſtatuta in illo c. ſunt de iure naturæ, etiam ante illud c. habebant locum; ſecundò nunc etiam habent locum in Epiſcopis, qui intra annum non conſecrarentur, & in omnibus beneficiariis, imò & in omnibus miniſtris Eccleſiæ, & Principum, qui intra annum non ſe redderent idoneos ad officium ad quod eliguntur, per ſe ipſos exercendum. Tertiò quia Eccleſia ſine vllo pacto intentionis ordinem recipiendi ob ſolam ſpem mutationis voluntatis, & futuri miniſterij iuſtè poteſt alere miniſtrum: ergo non eſt de iure naturæ, vt ſi intentionem habeat non recipiendi ordinem, & numquam ſe reddat idoneum miniſterio, amittat fructus à tempore, quo illam intentionem habuit; maximè ſi voluit officium exercere, & re ipſa exercuit per æquè, aut magis idoneũ, aut poſtquam factus eſt idoneus, ſi per alium miniſtrat, nõ priuatur fructibus, modò reſideat in loco beneficij. Retinenda eſt ergo illa ſolutio 1. quæ non ſolùm eſt Azoris, ſed communis, cuius etiam meminit Vazquez, ad rationes autem quibus ipſam reiicit, facilè reſponderi poteſt. Non placet, inquit, ſententia eorum, qui dicunt hac conditione dari parochiale beneficium, qua deficiente beneficiarius non poteſt beneficium, aut fructus retinere. Tum quia ius illud locum habuit etiam in eos qui iam antea receperãt beneficia: tum quia opus omninò interius non poteſt eſſe conditio, vt Eccleſia quæ tantùm iudicat de exteriotibus, fungatur officio ſuo, & gubernatione, conferendo beneficia ſub ea conditione. Reſpondeo illum textum habuiſſe locum in eos, qui iam receperant beneficia, & non habebant ordinem presbyterij, quibus Eccleſia poſuit illam conditionem, vt neceſſariam ad retinendum beneficium, & percipiendos ſequentes fructus: non tamen in viuẽtibus, & multò minùs in defunctis, qui habuerunt beneficia, & non receperunt ordinem intra annum. Nec eſt vlla ratio cur Eccleſia, imò & quiuis alius non poſſit dare bona, vel officia, aut beneficia cum aliqua conditione interiori.

*Iuſtè alitur miniſter qui futurus eſt idoneus, vt miniſtret.*

16 Ad tertium argumentum ſunt varij modi dicendi: nam Caietanus, Sotus, Valentia, Azor, & Sayrus, nu. 7. citati, & alij, vt videre licet in Corduba lib. 4. q. 13. Couarruuia reg. peccatum. p. 2. nu. 7. dicunt attentionem in recitandis horis eſſe in præcepto; quia coniungitur operi exteriori, quamuis ſecundum ſe non poſſit legi humanæ etiam canonicæ eſſe ſubiecta. Ex qua doctrina ſequitur eodem modo debere reſtituere fructus eũ, qui recitat ſine attentione, & eum, qui omninò omittit horas, ac proinde eodem modo debere reſtituere fructus pro rata, ſeu ſeruata proportione iuxta decretum Concilij Lateranenſis & Bullæ Pij V.

*1. Sol.*

Hunc modum dicendi reiiciunt Ioannes Medina c. de oratione qu. 15. quia ſi Eccleſia, vt tenet Caietanus & alij, non poteſt præcipere actum internum ſecundum ſe, nec poterit illum præcipere, vt coniunctum operi externo, nimirum, præcipiendo, vt oratio cum attentione fiat; vel ergo dicendum eſt Eccleſiam poſſe præcipere actus internos per ſe ſolos, quod probabilius putat Medina, vel non poſſe illos præcipere, vt coniunctos actibus externis: quod tenet, & probat Vazquez diſp. 160. cap. 5. ad 7. quia attentio non eſt per ſe coniuncta recitationi exteriori, & ita occulta manet, quando coniungitur recitationi, ſicut maneret, quando non coniungeretur: ergo non poteſt ſubdi iudicio, & præcepto Eccleſiæ, vt etiam tenent auctores pro ſequentibus ſolutionibus referendis. Nihilominus Suarez to. 5. diſp. 4. ſect. 2. n. 24. & ſequentibus illam Caietani doctrinam latè tenet, defendit, & probat: quia Eccleſia poteſt præcipere, & præcipit veram orationem; de ratione autem, & ſubſtantia veræ orationis, etiam vocalis eſt, vt cum aliqua attẽtione interiori fiat, vt colligitur ex D. Thoma 2. 2. qu. 83. art. 13. ergo illa attentio, vt eſt pars orationis vocalis ſeu externæ cadere poteſt, & cadit ſub præcepto Eccleſiæ. Quocirca, inquit, cùm in illo præcepto ſpecialiter petitur deuotio, ſi per eam vocem, attentionem tantùm intelligamus, præceptum quidem continet, non tamen diſtinctum ab ipſomet præcepto recitandi officium, ſed eſt ipſummet magis declaratum, ſi verò intelligatur perfectior attentio, & deuotio cordis, ſic non eſt abſolutè præceptum, ſed concilium. Similiter ait Suarez non ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, qui in Miſſa nullam habet attentionem interiorem, ſed mente omninò voluntariè diuagatur: quia ſic orare, vel adeſſe Miſſæ, non eſt orare, aut ſacrificio adeſſe, ſed hoc non caret difficultate: tum quia attentio non videtur de ſubſtantia orationis vocalis, ac proinde etiam ſi Eccleſia poſſit præcipere orationem vocalem, non ſequitur, quòd poſſit præcipere attentionem interiorem quaſi incluſam in illa. Antecedens probatur, quia ſi attentio eſſet de ſubſtantia, etiamſi diſtractio eſſet inuoluntaria, tolleretur ratio orationis, & ideò non ſatisfeciſſet homo præcepto Eccleſiaſtico orationis, vel Miſſæ, quod eſt contra omnes: ergo oratio vocalis non includit eſſentialiter attentionem, ſed per accidens ſe habet attentio ad illam, & ſic non poteſt Eccleſia illam præcipere, & alioqui etiam poteſtas regia, quæ nunc inter nõ baptizatos viget, & olim apud fideles populi Iudaici, & Gentiles reperiebatur, poterat præcipere orationem vocalẽ: poſſet etiam præcipere, vt attentè fiat. Item non magis eſt de ſubſtantia ſacrificij, vel orationis fieri attentè, quàm fieri intentione religionis, nempe propter cultum Dei, ſine qua intentione fit quidem opus religio

*Non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, qui in Miſſa nullam habet intentionem interiorem.*

religio

Digitized by Google

religioſum,ſed non religioſè, vt dicit Ariſtoteles, eum, qui dat cuique quod ſuum eſt, ſed non propter æqualitatem iuſtitiæ, operari quidem iuſta, ſed non iuſtè. At quòd opus ex ſe religioſum fiat intentione religioſa, ſeu religioſè,non præcipit, nec poteſt Eccleſia præcipere: ergo nec quòd fiat cum attentione interiori. Minor probatur:nam finis,vt omnes dicunt,nõ cadit ſub præcepto,quod etiam de fine proprio illius operis omnes intelligunt, non poteſt princeps ſiue ſecularis, ſiue Eccleſiaſticus præcipere,vt dem eleemoſynam affectu miſericordiæ,vt reſtituam affectu iuſtitiæ, vt pugnem in bello affectu fortitudinis, vt ſacrum dicam, vel audiam affectu religionis propter propriam veritatem diuini cultus,quamquam Suarez ſupra nu.28.dicat intẽtionem honeſtam primam, & ſubſtantialem, à qua pendet actus exterior, vt eſt materia talis præcepti, poſſe præcipi eodem præcepto,& de extrinſeca, ait,non eſſe improbabile; quod loquendo de vera intentione, neſcio quo pacto defendi poſſit, niſi tenendo poſſe præcipi actus internos: nam moraliter idem eſt præcipere,vt dem eleemoſynam affectu miſericordię, & præcipere ipſum affectum, & qui poteſt vnum præcipere,poteſt aliud.Sed non ſic videtur ſumere intentionem:nam addit,voluntatem orandi eſſe intentionem: quæ tamen non dicit intentionem: ſed quod commune ad intentionem,& electionem,quocumque fine fiat: neque ergo verum eſt,nec de mente Suarez, veram intentionem religionis, vel alicuius alterius virtutis cadere, aut poſſe cadere ſub humano præcepto orandi, vel aliud opus honeſtum faciendi.Sed ſi ita eſt,ſequitur, quòd ſi quis attentè legeret vocaliter Breuiarium nõ ſola intentione ſciendi, reuerà oraret vocaliter, & ſatisfaceret præcepto: quia ille attentè recitaret, licet non intentione diuini cultus, ſeu religioſa: de ratione autem recitationis ſeu orationis vocalis non eſt intentio religioſa, ſed ad ſummum attentio: ergo ille reuerà ſatisfaceret præcepto Eccleſiæ, imò & diuino. Confirmatur; nam Suarez fatetur, quando intentio eſt extrinſeca operi externo, ita vt ſine illa poſſet eſſe humanus, & ſtudioſus,& virtutis actus, non cadere ſub præcepto, nec propter omiſſionem illius intentionis eſſet omiſſio illicita, incurri poſſe cenſuram Eccleſiæ. Sed omnis intentio eſt extrinſeca operi externo,&circumſtantia accidentaria reſpectu illius, vt nos docuimus, & omnes docent agentes de bonitate,&malitia humanorũ actuum: ergo nulla intentio propriè ſumpta cadit ſub præcepto,nec ab Eccleſia præcipi, prohiberi, aut puniri poteſt. Declaratur magis, nã totum quod eſt externum in illo opere,poſſet fieri etiam voluntariè,liberè,laudabiliter & meritoriè ob alios fines, qui non eſſent cultus Dei: ergo talis intentio: & idem eſt de quacunque alia in particulari,quæ eſt extrinſeca,& accidentaria actui.De attentione autem poſſet dici includi intrinſecè in oratione vocali,aut ſaltem carentia diſtractionis voluntariæ: & quamuis id diceretur (quod tamen non credo, quia Doctores diſtinguunt orationem vocalem à mentali, & mixta) ſic autem omnis orationis attentionem cadere poſſe ſub præcepto Eccleſiæ, ſed id quod eſt externum in oratione vocali, & ideò per ſolam poſitionem illius ſatisfacere hominem præcepto merè Eccleſiaſtico orationis. Prætereà quidquid ſit de attentione, tamen con-

*Finis præcepti non cadit ſub præcepto.*

A ſtat, deuotionem internam diſtinctam ab attentione,& propriè dictam, non eſſe de eſſentia, vel ſubſtantia orationis,nam propriè deuotio, vt patet ex D.Thoma.2.2. qu. 82. eſt promptitudo animi ſeu, paratum te offerre ad diuinũ obſequium: quæ non eſt de ratione orationis, & ideò fatetur Suarez ſic ſumptam non poſſe cadere ſub præcepto Eccleſiæ, ſed ſub conſilio; & his modis poſſe exponi illud c.dolentes: cur ergo non poterimus illud interpretari de attentione propriè dicta, ſeu interiori cadente tantùm ſub conſilio, vel de attentione impropriè dicta, ſeu exteriori cadente ſub pręcepto;maximè cum ipſe dicat admitti poſ-
B ſe, quòd attentio exterior ibi præcipiatur, modò non excludatur interior. Hæ ſunt difficultates huius primæ ſolutionis.

*Deuotio quid ſit.*

Secundò reſpondere poteſt ad tertium argumentum, Eccleſiam eo.c.dolentes non præcipere directè,vt cum attentione, & deuotione interiori recitetur officium,ſed directè pręcipere externam attentionem & deuotionem,quæ conſiſtit in hoc, quòd interim non faciat homo aliqua externa,ex quibus diſtractio interna oriatur, & fit cum quadam decenti corporis compoſitione, & cum ea modeſtia,habitu,& modo, quem verè attenti, & deuoti habere ſolent, & deuotionem internam non impediat, ſed iuuet: vnde præceptum Eccleſiæ violaret, qui inter recitandum horas, legeret,aut alia ſcriberet, aut miſceret colloquia, &
C confabulationes cum aliis,&c. 17

*2. Solutio.*

Indirectè autem præcipere attentionem interiorem, quia qui orat ex præcepto diuino, tenetur ſaltem ſub veniali attentè orare; & ideò qui pręcipit orationem,virtute pręcipit attentionem, ſine qua licèt orare poſſet:non tamen licitè.

Hanc ſententiam tenet Vazquez diſp.160.cap. 5.nu.15.& ſequentibus, citans pro eâ Paludanum 4.diſt.15.q.5.art.2.conſ.4.Durandum quæſ.12.nu. 6.Gabrielem lect.62.in can.lit.K. Syluestrũ verb. hora,qu.11.Angelum num. 27. idem tenet Ioannes Medina c. de oratione quæſt. 15. ex ſuppoſitione, quòd Eccleſia non poſſit præcipere, nec
D prohibere, nec punire internos actus in ſe ipſis: idem abſolutè tenent Antoninus 3. parte, titulo 13.capitulo 4.§.3.& 8. Gerſon 3.parte, lect.4. de vita ſpirituali, coroll. 2. Ioannes Andreas, capitulo dolentes, de celebrat. Miſſar. ſi obiicias, ergo qui oraret ſine attentione interna cum ſola externa, non peccaret mortaliter,ſed venialiter tantùm:Reſpondent auctores huius ſententiæ,vt refert Vazquez,peccare mortaliter;quia,licèt cõcedatur orare ſine attentione, quando non eſt orandi præceptum, dumtaxat eſſe peccatum veniale,tamen quando eſt præceptum orandi ab Eccleſia impoſitum, Deus ſub mortali præcipit attentionem. In qua opinione ſiquis oraret ſine attentione, non faceret propriè contra præceptum
E humanum,ſed cõtra diuinum annexum humano: vt ſi Eccleſia præcipiat alicui, vt profiteatur in religione, ſicut promiſit, & ille poſteà violet paupertatem, non dicitur propriè peccare cõtra præceptum Eccleſiæ: ſed contra diuinum,quod fuit conſequens ad præceptum Eccleſiæ, ſeu eius impletionem.Ex quo inſurgit difficultas contra hãc ſecundam ſolutionem,quia ad præcipiendam hoc modo indirectò attentionem, non oportebat Eccleſiam iniungere,vt orarent attẽtè: ſed ſatis eſſet præcipere vt orarent: ergo alio modo & directè voluit

18 *Difficultates 2. ſolutionis.*

Digitized by Google

A voluit præcipere attentionem. Maximè cùm iſte modus præcipiendi indirectè attentionem ſit impropriiſſimus: propriè enim loquendo cum indirectè aliquid ab aliquo præcipitur, ſi id non fiat, violat eius præceptum: ſiquis autem oret ſine attentione, non violat præceptum Eccleſiæ: ergo propriè, nec indirectè ei attentio ab Eccleſia præcipitur. Item eodem modo præcipitur deuotio, & attentio: ſed deuotio non præcipitur indirectè, cùm non teneamur ex diuino iure, quando oramus, habere deuotionem: ergo intentio Eccleſiæ non fuit attentionem internam præcipere indirectè modo dicto, ſed alio modo, nempe directè: Nam explicare de ſola attentione, & deuotione exteriori, eſt improprium modum loquendi Eccleſiæ ſimpliciter loquenti adſcribere, quoniam id non eſſet præcipere attentionem, & deuotionem: ſed ſigna externa ipſius: & quando illa non haberet clericus, peccaret mortaliter, etiam ſi haberet internam attentionem; quod eſt abſurdum. Vnde Suarez ſuprà ait iuxta veram, & ſanam doctrinam, qui voluntariè diſtrahitur, etiam ſi haberet ſigna attentionis, & deuotionis, non implere præceptum Miſſæ vel horarum.

Deinde difficile creditu eſt, quòd ſit præceptum naturale, diuinum ad attentionem obligans ſub veniali, quando non eſt præceptum humanum: & ſub mortali, quando eſt præceptum humanum recitandi: quia præceptum diuinum non obligat magis, vel minus ratione humani, ſed ratione irreuerentiæ, quæ eſt alloqui Deum ſine attentione: ad eum autem irreuerentia eſt ſic loqui, quando teneor loqui, & quando non teneor loqui: ergo ſi in vno caſu eſt veniale vel mortale, erit etiam in alio.

Deinde quod addit Paludanus, quem ſequitur Adrianus citatus, nu. 1. & Vazquez illo cap. 5. Eccleſiam non præcipere ſimpliciter recitationem: ſed modificare, & determinare præceptum diuinum de orando, & attentè orando: quod habent clerici, ad tale genus, taléque tempus orationis attentæ, difficultatem etiam habet: nam præcepta diuina de actibus internis non poſſunt modificari ab Eccleſia, deſignando, verbi gratia, tempora in quibus homo teneatur credere, ſperare, amare, conteri, &c. quomodò ergo poterit modificare, & determinare præceptum diuinum de attentione habenda in recitatione? cùm, qua parte iniungit attentionem, ſit de opere interno. Confirmatur, quia præceptum diuinum de confeſſione non poteſt ita modificare Eccleſia: vt peccata, quæ ſemel iure diuino tenemur confiteri, ipſa præcipiat, eadem pluries confiteri, & repetere. Ergo ſimiliter cùm clerici, & alij Chriſtiani ex iure diuino non pluries teneantur orare cum attentione, non poterit Eccleſia ſola poteſtate præceptum diuinum modificandi, & determinandi, præcipere, vt toties ſic orent: ſed ex poteſtate directa, quam habet in tali materia, ad ſuperaddendam longè diuerſam, aut longè maiorem obligationem ad ius diuinum. Confirmatur etiam, quia ſi Eccleſia poteſt modificare, & determinare præceptum diuinum de habenda attentione in oratione: ergo ſi eſſet præceptum diuinum de confeſſione fidei cũ actu interno ſeu de actu interno, cùm confitemur fidem, etiã poſſet illud determinare ad certa tempora, & punire cenſuris, & aliis pœnis nõ habentes tũc actum internum, quod videtur falſum.

*Præcepta diuina de actibus internis modificari nõ poſſunt ab Eccleſia.*

Præterea ex doctrina adducta de modificatione præcepti diuini duo colligit Vazquez, quæ difficultatem habent. Primum eſt, ſi attentio horarum requiritur ſolùm ex præcepto diuino prohibente diſtractionem animi, Sacerdotem qui recitat ſine attentione, peccare ſolùm peccato commiſſionis, non omiſſionis, quia præceptum affirmatiuum ſolùm eſt recitandi exteriùs: attentio autem non eſt præcepta per ſe, niſi quatenus præcepto negatiuo prohibetur diſtractio: ſi verò præceptum orandi eſt diuinũ affirmatiuum, quia Sacerdos, aut beneficiarius ratione ordinis, vel beneficij debet pro populo orare, & Eccleſia ſolùm determinauit hoc genus orationis: dicendum eſt, B ſacerdotem peccare peccato omiſſionis non recitando cum attentione, & ſi Sacerdos ſolùm peccaret peccato cõmiſſionis, quia irreuerenter oraret, non deberet repetere horas: ſed accuſare ſe diſtractionis: nec deberet reſtituere quicquam ex fructibus, quia hæc pœna punitur ab Eccleſia pro omiſſione officij, ad quod præcepto tenebatur: ſi autem obligatio attentionis eſt præcepti affirmatiui determinati ab Eccleſia: beneficiarius, qui recitauit horas ſine attentione, tenetur eas repetere, & niſi repetat, tenetur fructus reſtituere: quia non implet officium, propter quod datur beneficium. Et hoc mihi probabilius fit, quia nullus damnatur peccati mortalis, qui recitauit ſine attentione, C modò repetat horas cum attentione: quod verum non eſſet, ſi defectus attentionis ſolùm eſſet peccatum commiſſionis: hoc enim tunc committeretur, cùm recitaretur ſine attentione, & deinceps nihil eſſet repetendum. Quocirca exiſtimo in hac re duo eſſe præcepta diuina: alterum negatiuum non recitandi ſine attentione propter irreuerentiam, & contra hoc ſolùm peccari peccato commiſſionis: quod numquam eſt niſi veniale, etiam ſi oratio ſit ex præcepto: alterum affirmatiuum nempè recitandi cum attentione, & hoc poſſe eſſe mortale, quando omittitur notabilis aliqua materia orationis præceptæ. Et de præcepto negatiuo D conſtat, quia aliqua irreuerentia eſt alloqui Deum ſine attentione. De affirmatiuo verò, quia alioqui non deberet officium repetere, quod ſemel diſtractus recitauit. Peccatum autem commiſſionis cõtra præceptum affirmatiuum, ſolùm eſſe veniale, etiam ſi oratio ſit in præcepto, conſtat; quia is qui recitaret vt impleret præceptum, diſtractus voluntariè, ſi poſteà repeteret officium, nullius motralis reus eſſet: niſi eo animo ſic recitaret, vt decerneret nihil repetere: tunc autem peccatum mortale non eſſet commiſſionis, ſed omiſſionis. Et in Miſſa idem in omnibus dicendum eſt.

19 *1. Corol. Vãz.*

*Beneficiarius qui recitauit horas ſine attentione, tenetur eas repetere.*

*Irreuerentia eſt alloqui Deum ſine attentione.*

Secundum, quod ex dictis colligitur, eſt, beneficiarium, qui non recitat cum attentione, nõ facere E fructus ſuos nouo iure Eccleſiaſtico Concilij Lateranẽſis, & Bullæ Pij V. quatenus merè Eccleſiaſticum eſt: ſed iure diuino, ac proinde pœnam hanc non eſſe purè Eccleſiaſticam: quia hoc ipſo, quòd alicui datur beneficium, iure naturali incumbit ei onus orandi populo: qui enim de altari viuit, & metit temporalia, tribuere debet ſpiritualia, & altari ſeruire. Quocirca niſi hoc expleat officium, carebit fructibus. Cúmque Eccleſia hãc obligationẽ determinauerit ad horas canonicas, efficitur, vt qui eas non recitat cum attentione, non expleat officium debitum, ac proinde nec fructibus frui debeat.

20 *2. Corol.* *Beneficiarius qui non recitat cum attẽtione non facit fructus ſuos.*

Et hanc

Digitized by Google

*Hæc pœna nõ eſt purè Eccleſiaſtica.*

Et hanc pœnam non eſſe purè Eccleſiaſticam A probatur, quia iure Eccleſiaſtico ea non poteſt imponi propter defectum interioris attentionis: attentio enim non ſubditur præcepto Eccleſiæ, vt probatum eſt, ac proinde nec defectus attentionis prohibitioni, & pœnæ illius. Eſt igitur pœna, quæ ex natura rei ſequitur obligationem iuris naturalis. Nam cùm redditus dentur propter officium iure naturali, debebat beneficiarius orare attentè pro populo, quod niſi faceret, non faceret fructus ſuos: id quod eodem modo ſeruandum eſt nunc, poſtquam Eccleſia determinauit genus officij: vnde beneficiarius, qui recitauit ſine attentione, ſi non habeat aliud officium annexũ beneficio, præter horarum recitationem, debet omnes fructus B reſtituere, quia non eſt officium, propter quod partem illorum iure naturali retinere poſſit: ſi verò habeat aliud officium, aut inſtitutum, vt adminiſtrationem ſacramentorum, &c. non omnes fructus reſtituere debet, ſed partem aliquam congruæ reſpondentem recitationi retenta alia parte, quæ reſpondet aliis miniſteriis. Neque refert, quòd Eccleſia decreuerit reſtitui omnes fructus, etiamſi debeantur ob alia miniſteria, quãdo prætermiſſa fuit horarum recitatio: hæc enim pœna, cùm ſit humana, ſolùm poteſt habere locũ in recitatione, & omiſſione exteriori, quæ ſubditur Eccleſiæ iudicio & legi: non autẽ in attentione, quæ ſolo diuino iure naturali præcipitur, aut in diſtra- C ctione, quæ ſolo naturali iure prohibetur, de quo latius ſuo loco. Hæc totidẽ ferè verbis Vazquez, quæ licet ſubtiliter dicta ſint, difficultatẽ habent.

21 *1. diffi. huius doctrinæ.*

Primam, quia diſtractio non videtur prohibita per ſe, ſeu præcepto directè negatiuo, cùm ſolùm prohibeatur propter attentionem, quam in oratione exigit Deus, vt circumſtantiam ſine qua ei non placet. Vnde quotieſcunque quis orat, videtur violare pręceptum affirmatiuum habẽdi attentionem, ſuppoſito quòd oret, licet vltra hoc ſit aliud præceptum orandi aliquando, ac proinde cum attentione, ſeu orandi cum attentione, quod tamen ſic debet intelligi, vt non procedat, quando orauit ſine attentione, inculpabiliter tamen, eò D quòd fuerit inuoluntaria: tunc enim non tenetur iure diuino, vel humano repetere orationem cum attentione: imò ſiquis cum diſtractione veniali officium dixit, non tenetur poſteà repetere illud, nec amittit fructus, ſi non repetat. Vnde Sa verbo horæ in fine, Vagari mente ex negligentia in officio, veniale ſolùm peccatum eſt, niſi ex propoſito id fiat, nam tunc etiam officium repetendum: etſi quidam negẽt: ſed quæſtio eſt de nomine, & parui momenti, an hîc ſit admittendum aliquod præceptum merè negatiuum: an verò loco illius negatiui, quod ponit Vazquez de non habenda diſtractione, ſit ponendum cum aliis præceptum affirmatiuum habendi attentionem, ſuppoſito E quòd quis oret.

*Qui orauit ſine attentione inuoluntaria non tenetur repetere officium.*

Secunda tamen eſt difficultas, cur cùm eiuſmodi præceptum ſolùm obliget ſub veniali, præceptum tamen orandi aliquando attentè in quolibet Chriſtiano, & orãdi attentè pro populo in beneficiario, aut habente ſacrum ordinem, obliget ſub mortali? Ad quam difficultatem reſpondere poſſumus, id eſſe, quia non eſt notabilis indecentia alloqui Deum diſtractè, numquam verò illum orare, vt decet, pro ſe, aut pro aliis, à quibus, vel pro quibus recipit fructus, aut eſt miniſter, magna indecentia videtur, ac proinde mortalis.

*Cur præceptũ orandi cũ attentione obliget ſub mortali aliquãdo.*

Tertia autem, & maior difficultas eſt, Quomodo Eccleſia, ſi non habet directam poteſtatem in actus interiores præceptũ de attentione aliquando habenda in oratione potuerit determinare ad habẽdam eam toties: nam eſt imponere magnum onus vltra impoſitum iure naturæ, & in actibus internis, qui non ſubduntur eius poteſtati, etiam cum coniunguntur externis ſecundum Vazquez, & ideò affirmat defectum attentionis in horis, non poſſe puniri ab Eccleſia in priuatione omniũ fructuum, ſed ſolùm puniri à Deo iure naturæ in priuatione fructuũ reſpondentium defectui attẽtionis, cõceſſis aliis fructibus propter alia officia, & miniſteria. Sanè ſi Eccleſia poteſt præceptum diuinum attentionis habendæ determinare, etiam poterit condignè punire eius violationem, ac proinde priuatione omnium fructuum. Maximè quòd priuatio reſpondens ſoli attentioni, non poteſt dici propriè pœna, quia Deus non punit ſemper peccata in hac vita pœnis temporalibus: hæc autem priuatio fructuum iuxta hanc opinionem ſemper iure naturali eſt annexa omiſſioni debitæ attentionis, & à ſimili res eſt nota conuenire cum aliquo de faciẽda re aliqua pro certo pretio, quam ſi non facio, priuor pretio: hoc non eſt pœna, ſed effectus, vel natura contractus, vt qui non facit obſequium, non poſſit retinere pretium.

*Deus non punit ſemper peccata in hac vita pœna temporali.*

Quarta difficultas eſt, quia licèt fideles teneantur iure naturæ ſub graui culpa orare aliquando attentè pro ſe ipſis, & clerici in Sacris, ac beneficiarij pro aliis: tamen huic præcepto ſatisfacerent per puram orationem mentalem; ac proinde iure diuino nõ tenentur ad vocalem: ergo præceptum abſolutum de oratione vocali cum attentione habenda nõ tam eſt determinatio iuris diuini, quàm additio noui præcepti.

Quinta, quia ſi ſtando in iure diuino fructus dantur pro recitatione horarum externa cum attentione interna, ergo pars fructuum debet reſpondere recitationi externæ, & pars attentioni internæ. Vnde etiam ſi beneficiarius nullum haberet aliud miniſterium, deberetur ei pars fructuum, recitando merè externè, aut merè internè. Imò videtur quòd ſtando in iure naturæ poſſet omnes fructus percipere pro ſola recitatione, aut alia oratione omninò mentali, & interna: hac enim ſatisfit diuino iuri, ac proinde ante Concilium Lateranẽſe, & Pium V. quando Eccleſia nullam impoſuerat pœnam omittentibus officium, poterant beneficiarij omnes fructus, vel partem eorum retinere orando merè internè, aut merè externè, quantùm ſatis eſſet ad merendum omnes fructus, vel partem aliquam ipſorum. Nec valet dicere orationem merè externam nullius eſſe valoris, ideò ex illa nihil recipere poſſe: tum quia ſaltem merè interna eſt alicuius valoris, tum quia externa, vt ſit nomine Eccleſiæ, etiam ſi miniſter ſit diſtractus, eſt alicuius valoris apud Deum, & ſimpliciter eſt alicuius momẽti apud homines: & licèt nullius dicatur eſſe valoris, illa tamen ſola eſt nullius valoris, quæ fit praua intentione, vel à miniſtro exiſtente in mortali, quatenus nomine proprio orat, tamen nec iure diuino nec humano eſt priuatus fructibus: ergo idem eſſet de oratione facta ſine attentione, ſi Eccleſia pœnam priuationes fructuum non appoſuiſſet.

*Oratio externa ſine attentione eſt alicuius valoris.*

Sexta, ſi omiſſio debiti cuiuſcunque officij iure diuino

Digitized by Google

diuino annexam habet priuationem fructuum illi A proportionatorum: ergo quamuis clerici in ſacris conſtituti, & beneficiarij, & Epiſcopi recitẽt, quia debent, & clerici: qui non ſunt in ſacris non recitent, quia non debent recitare, ſi in aliis ſunt negligentes, tenentur pro rata reſtituere: quod nemo dixerit, & nemo quantumcumque timoratus facit, aut ex neceſſitate ſibi faciendum iudicat. Confirmatur, nam parochus, qui dicit Miſſam, vel officium defunctorum ſine attentione pro populo, quando tenetur iure diuino vel humano, nihil debet reſtituere pro omiſſa attentione: ergo idem eſſet in recitatione officij, ſi Eccleſia pœnam nullam adieciſſet. Tota igitur hæc pœna reſtituendi fructus eſt Eccleſiaſtica, & ideò, ſi incurritur ab B iis, qui recitant ſine attentione, eò quòd ſic recitare eſt quaſi non recitare: & qui non recitant, debent reſtituere omnes fructus, etiam recitantes ſine attentione debẽt omnes reſtituere, neque quoad hoc vllum erit inter eos diſcrimen.

Septima, ſi fructus dantur quaſi pretium recitationis attentæ, qui inculpabiliter omiſit attentionem, quia merè naturaliter diſtractus fuit in officio, teneretur repetere; quia quamuis ſine culpa, tamen non dedit, quod debebat dare, & ideò tenetur illud dare, cum poſſit: imò ſi nullo modo potuit recitare, non poterit fructus percipere, quia non fecit illud, pro quo conferuntur.

Octaua, videtur ſimonia, quòd fructus dentur C pro recitatione cum interna attentione, quia daretur temporale pro ſpirituali. Non ergo ſic dantur, ſed in ſuſtentatione miniſtri, & ante Concilium Lateranẽſe, & Pium V. cum onere recitandi, ſed non cum conditione propriè ſumpta, ita vt aliter eſſet irrita donatio fructuum; poſt Lateranenſe verò Concilium, & Pium V. cum tali conditione adiecta, vt qui nõ recitauerit, fructus non faciat ſuos, ſed teneatur reſtituere illos pro rata.

Nona, iuxta hæc omittere attentionem in officio Canonico non erit peccatum mortale contra religionem: ſed contra iuſtitiam.

22 *3. Sol.* *Opinio. Ioannis Medinæ.* Tertia ſoutio eſt Ioannis Medinæ ſuprà, Eccleſiam non obligare ad attentam recitationem D horarum, non eſt per modum præcepti, ſed cuiuſdam pacti impliciti, quo Eccleſia confert beneficia clericis cum hac conditione, vt ipſi ſe obligent ad attentè, & deuotè recitandum. Quod diſplicet Suarez ſupra. *Reiicitur à Suarez.*

Primò, quia illo modo etiam poteſt homo ſe obligare ad puram orationem mentalem, tunc enim non obligaretur ab alio, ſed ipſe ſe obligaret ſua voluntate, & pacto: at verò Eccleſia ita obligat ad attentè, & deuotè recitandum, vt non poſſet obligare ad orationem mentalem: ergo alio modo obligat.

Secundò, quia illud pactum ſine vllo fundamento eſt excogitatum, præſertim cùm talis obli- E gatio non ſolùm ſit annexà beneficiariis; ſedenim habentibus ſacrum ordinem, & profeſſis ferè omnium religionum. Quod ſi in omnibus dicatur interuenire hoc pactum, oportebit aliquod eius ſignum oſtendere, nullum autem eſſe videtur: quia quantumuis is, qui ſacrum ordinem ſuſcipit, nolit conſentire tali pacto, nec ſe obligare ad recitandum attentè & deuotè, obligatus manet: ergo ſignum eſt hanc obligationem non oriri ex propria voluntate, ſed ſuperioris, qui poteſt illam imponere.

A Tertiò, inde etiam poſſet Eccleſia aliquid ſimile abſolutè præcipere, aut iniungere, vbi nullum poſſet fingi pactum, vt præcipit audire Miſſam attentè; & eodem modo poſſet fidelibus præcipere aliquo die recitare attẽtè roſarium, vel litanias.

Confirmati hæ rationes poſſunt.

23 *Cõfirmat author.* Primò, quia ſi tali pacto datur beneficium, & non impleatur conditio, quia homo nec attentè recitat, nec vult ſe obligare ad attentam recitationem, non acquiret, vel poſteà amittet beneficiũ: hoc autem eſt falſum: ergo non datur cum tali pacto & conditione.

Secundò, quia ſic non recitare attentè, erit contra iuſtitiam, non contra religionem.

B Tertiò, priuatio fructuum, ſi dantur cum illo pacto, non erit pœna, & iuſtitia vindicatiua aut punitiua, ſed commutatiua.

### *§. Reſolutio authoris.*

24 Propter has igitur difficultates ſecundæ, & tertiæ ſolutionis, priorem retinendam puto cum aliqua explicatione, iuxta mentem auctorum ipſius, quam multi eorum non ſatis expreſſere, confundentes intentionem cum attentione, & attentionem cum deuotione: addendo etiam ſufficientem probationem doctrinæ.

*1. Concl.* *Intentio non poteſt cadere ſub præcepto Eccleſiæ.* Dico ergo primò, loquendo de intentione propriè dicta hęc nõ cadit, nec cadere poteſt ſub præ- C cepto Eccleſiaſtico, etiam vt eſt coniuncta operi externo, quia intentio propriè dicta fertur in finem, & ſic, & propter ſe, aut propriam bonitatem: finis autem operis non cadit ſub præcepto operis. Ad hoc ſunt multa dicta §. præcedenti circa primam ſolutionem.

*2. Concl.* *Quando intentio cadit ſub præcepto.* Dico ſecundò, loquẽdo latè de intentione, prout dicit volitionem alicuius obiecti, ſiue propter ſe amati, ſiue propter aliud, quamuis non ſit neceſſaria ad actum externum ſecundùm ſe, poteſt cadere ſub præcepto, ſi intentio eſt neceſſaria ad valorem humanorum actuum in ratione cõtractuum, vel Sacramẽtorum, vel cæremoniarum, aut huiuſmodi rerum, in quibus conſiſtit exterior commu- D nicatio hominum inter ſe, & cum Deo: in quibus euentibus intentio latè dicta, eſt de ſubſtantia horum actuum externorum, non ſecundum ſe, ſed vt ſunt contractus, Sacramenta, cæremoniæ, vel cultus Dei.

Patet, nam Eccleſia, etiam vbi nullum eſt præceptum diuinum dandi, vel recipiendi Sacramentum, poteſt pręcipere alicui, vt recipiat, vel conferat Sacramentum, ac proinde vt materiam & formam applicet cum animo, & intentione latè dicta efficiendi Sacramentum, quoniam hæc eſt neceſſaria, vel vt cauſa, vel vt pars, ad rationem Sacramenti: ſed Sacramentum vt ſic, eſt materia poteſtatis Eccleſiaſticæ: ergo ſub ea cadit intentio ef- E ficiendi, vel recipiendi Sacramẽtum, quam intentionem voco latè dictam, quia per eam non oportet amari, vt finem ipſam bonitatem Sacramenti, ſed ſatis eſt amari Sacramentum, vel conſtitutionem Sacramenti, vt medium ad ſanctificandum, vel ad aliquid aliud ſiue bonum, ſiue malum, & eadem ratione poteſt Eccleſia prohibere, & punire fictionem, & defectum prædictæ intentionis in Sacramentis. E contrario cùm prohibet rebaptizationem ſub irregularitate, adhibens omnia exteriora ſine intentione baptizandi, non incurreret irregularitatem, quia non confert quantum in ſe

eſt ſecun

Digitized by Google

eſt ſecundum baptiſmum. Similiter poteſtas politica poteſt præcipere, vt quis promittat, donet, emat, vendat, mutuò det, vel vt alium contractum faciat, cum animo & intentione neceſſaria ad ſe obligandum, ad transferendum dominium, & poteſt prohibere, & punire fictos contractus matrimonij, emptionis, &c. in quibus deſit animus ſeu intentio ſe obligandi, & hoc eſt neceſſariũ ad rectam gubernationem reip. & occurrendum fraudibus, & ita à iure & ab homine contra eos, qui fictè, & fraudulenter agunt, & homines decipiunt, pœnæ quotidie feruntur: ergo actus externi, vt ſubſunt alicui diſpoſitioni internæ, qua redduntur validi, vel inualidi apud homines, ſubduntur legibus humanis: idem patet in electionibus, nominationibus: & præſentationibus, poteſt enim princeps Eccleſiaſticus, & ſæcularis præcipere, vt seriò & ex animo fiant, & nõ fictè, &c. ſic quia proferre verba, quæ ſunt in breuiario, verbi gratia, non habẽt rationem orationis & cultus diuini, niſi certo animo proferantur, nimirum exhibendi cultum Deo, vel petendi aliquid ab illo, ſiue hic cultus, & petitio propter propriam bonitatem expetatur, ſiue non: ideo humana poteſtas, quæ verum cultum Dei, & veram orationem, & actum externum religionis cũ neceſſariis ad rationẽ act⁹ imperati religionis præcipere poteſt, poterit præcipere, vt verbis apponatur prædicta intentio, & hęc latè eſt deuotio, quoniam eſt voluntas obiectiua religionis ſufficiens, vt religioſè amari poſſit, & iſte modus deuotionis implicitè pręcipitur, eo ipſo quòd præcipiatur oratio, Miſſa, ſuſceptio, vel adminiſtratio Sacramenti, vel ſacrificij, &c. quia eſt de eius ratione: expreſsè autem, & ſub proprio nomine præcepta eſt clericis in recitatione officij in illo c. dolentes. Attentio autem aliqua, vel actualis, vel quãtùm eſt ex parte ſubiecti, eſt de ratione diuini cultus, quia de eius ratione eſt aſſiſtere Miſſæ, vel proferre verba orationis, non tanquam pſittacus, vel dormiens, ſed modo humano, nimirùm attendendo ad ſenſum verborum, vel ad id quod petitur, aut tractatur, vel ad Deum aliqua ratione. Alij verò actus interni, ſine quibus cultus Dei, & communicatio externa cum Deo, & hominibus ſeria, vtilis, & valida, eſſe poteſt, nec per ſe vt coniuncti actibus externis, ſubduntur humanæ iuriſdictioni, neque id expediret, quia ex natura ſua ſunt longè occultiores, quàm hi, de quibus proximè loquebamur, qui multis modis ſe produnt, vt notat Suarez ſuprà num. 27. & ideo ſæpè puniri poſſunt, quare leges de illis, tum ex timore, tum quia faciles ſæpè ſeruabuntur: & ideò non ſunt inutiles, aut noxiæ, ſicut quæ eſſent de aliis actibus internis: & alioqui ſunt valdè neceſſariæ, vnde credendum in humana Rep. vel Eccleſia eſſe poteſtatem ferendi illas.

*Poteſt punire falſos contractus.*

*Quam deuotionem præcipere poſſit Eccleſia.*

Dico tertiò, priuatio fructuum non eſt ex natura rei annexa omiſſioni diuini officij, nec omiſſioni attentionis in eius recitatione, ex iure diuino, naturali, aut poſitiuo, ſed ex mero iure Eccleſiaſtico nouo, à tempore Concilij Lateranenſis & Pij V. Patet, quia ius naturale de hac re nullum eſt, vt §. præcedẽti circa ſecundam ſolutionem diximus: poſitiuum autem diuinum nullum extat, nec humanum ante Concilium Lateranenſe, & Pium V. quorum diſpoſitio licet expreſsè ſolùm ſit contra omittentes officium, tamen, quia carentes attentione, & deuotione ſuperiùs explicatis cenſentur

*Priuatio fructuum non eſt annexa omiſſioni fructuũ iure diuino ſed Eccleſiaſtico.*

A non orare, nec recitare officium diuinum, eadem pœna comprehenduntur. Quomodo autem intelligenda ſit tract. de horis canonicis explicabitur: ſunt enim variæ opiniones, quas hîc non poſſumus examinare.

Dico quartò, qui dicit officium ſine dicta attentione, & deuotione, tenetur illud repetere: quia verè non fecit orationem præceptam ab Eccleſia: ſimiliter qui ſine eadem attentione, & deuotione, Miſſæ aſtitit, tenetur aliam audire, quia non aſtitit Miſſæ more humano: & vt ſacrificans, ſed vt adeſſe poſſet vel brutum, vel paganus aliquis.

*4. Concl. Qui dicit officium ſine attentione debita, tenetur iterum recitare.*

25 Ad quartum reſpondeo, in illis locis vbi agitur de fide, ſermonẽ eſſe de credentibus in foro Eccle-
B ſiæ, ſeu per errorem aliquo externo ſigno manifeſtatum, & aſſertum: diſtingui autem ſolent in iura duplices credentes contra fidem Catholicam; quidam docentes, & dogmatizantes: alij aſſentientes, qui etiam ſunt hæretici, cap. vlt. §. vlt. de hæreti. & de eiſdem loquitur c. excommunicamus, 2. de hæreti. Alij ſunt qui non credunt doctrinam hæreticam, ſed credunt ſe hæreticis, conſeruantes quandam confidentiam, & familiaritatem cum illis, communicando cum illis, vel eis ſubueniendo, vel eorum ſermones audiendo, hi non ſunt hæretici. De hac diſtinctione Suarez 3. p. to. 5. diſp. 4. ſect. 2. nu. 10. ait, legi poſſe, quæ traduntur in Directorio Inquiſitorum, 2. p. in gloſſ. Ioan. And. ad titulum
C de hæreti. circa dictum. c. excommunicamus 2. & in quæſt. 50. Eymerici, & in annotationibus Pennæ, vide etiam Turre. 4. ſum. Eccl. part. 2. cap. 21.

*Credentes hæreticis duplicis ſunt generis, & qui nõ illi.*

26 Sed ſpecialem difficultatem habẽt verba Concilij Gangrenſis, quæ ſic refert Io. Medina ex Gratiano, cap. ſi quis eorum diſt. 30. *ſi quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, propter neceſſitatẽ corporalem ſuperbiat, & ieiunia communia* (*ſeu Eccleſiæ*) *putauerit eſſe contemnenda, toties Eccleſiæ perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit*, ſed in canone 19. illius Concilij per Dionyſium Exiguum è Græco in Latinũ tranſlati, ſic legitur; *Si quis eorum, qui cõtinentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in cõmune ieiunia, & ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiẽ-*
D *do diſſoluat ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit.* Sed eundẽ ſenſum habẽt verba relata à Gratiano ſi, *propter*, mutetur in, *præter*, & quod in Gratiano legitur, *putauerit contemnenda*, non accipiatur pro ſola exiſtimatione interiori; ſed cum exteriori expreſſione. Quod & phraſis latina cum elegantia ſignificat, & ad litteram habent verba Græca, vt notatur ad illud, ca. in decreto Gregoriano: & illa vltima verba relata à Gratiano ſic intelliguntur, *perfectam Eccleſiæ rationem in ſua conſcientia iudicans*, id eſt damnans, vel in illis, vt ait Suarez, notantur hæretici Euſtachiani, qui dicebant contemni poſſe ieiunia Eccleſiæ poſtquam quis peruenit ad quendam gradum perfectionis, & illis præferri quædam ieiunia, quæ ipſi inſtituebant, vt etiã ad-
E uertitur in codice Gregoriano. Vnde in illo c. non fertur directè anathema in habentes talem errorem; ſed in contemnentes ieiunia ex tali errore, & qui ex illo errore, & contemptu ac ſuperbia ieiunia Eccleſiaſtica diſſoluebant, & non ex neceſſitate corporis, & per eadem exponitur, cap. 20. eiuſdem Concilij, relatum cap. ſi quis per ſuperbiam, 30. diſt.

*Euſtachiani hæretici qui eſſent.*

Ad id verò quod habetur in Concilio Toletano 1. in confeſſione fidei. *Si quis dixerit, vel crediderit Chriſtum innaſcibilem eſſe, anathema ſit*, & ad alia



Digitized by Google

A multa ſimilia, quæ habentur in eodem Concilio, vbi videtur diſtingui actus interior ab exteriori, & ſub diſiunctione proponitur: & ſic quilibet eorum per ſe ſufficere videtur ad incurrendam excommunicationem. Reſpondeo, intelligenda eſſe de actu credendi expreſſè ſi non verbis, aliis ſignis, & aliquando ipſum Concilium loquitur copulatiuè, *ſiquis dixerit, atque crediderit*, quia non ſufficit dicere ex timore: ſed oportet dicere ex errore, vt excommunicatio incurratur. Sic etiam expone quod ibidem dicitur, *ſi quis Aſtrologiæ, vel Matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit.* Quod etiam dicitur in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 45. *examinandos eſſe aliquos, an credant hoc vel illud, vt ſi fateantur, puniantur:* B non eſt intelligendum, vt puniantur pro errore præterito, quem referant, & dicant ſe habuiſſe; ſed quem referant vt præſentem: ſic enim profitentur errorem, illúmque affirmant, & ideo puniri poſſunt.

Neque obſtat, quod obiicit Medina, quia ille tunc obedit iuſto præcepto, manifeſtando, quod habet in mente, & verum dicit: nempè ſe habere in mente illam exiſtimationem: ergo non pro actu externo punitur, ſed præcisè pro actu interno. Nam licèt non mentiatur, & verum dicat quantum ad expreſſionem actus, quem habet: tamen dicit falſam propoſitionem, quam mente tenet, & hoc eſt illam affirmare, & in hoc peccat, & Eccleſia non ei præcipit, vt dicat errorem, quem habet: C ſed potiùs, vt bene ſentiat, & id exprimat, & errorem præteritum, errorem eſſe fateatur, & de illo ſe accuſet, ipſúmque retractet, vnde per cõfeſſionem erroris, vt præteriti, non contrahere excommunicationẽ, ſicut nec quando illum exprimeret relatiuè in confeſſione Sacramentali: ſic Suarez ſuprà, & alij quos ad ſeptimum referam.

Ad Concilium Baſileenſe, ſeſſ. 38. vbi ſub pœna excommunicationis prohibetur, nequis quendam libellum legat, aut aſſentire, credereve audeat. Reſpõdeo, Concilium illud in eo articulo ſchiſmaticum fuiſſe, ſed verum eſſe quod ſupponebat, Eccleſiam pro errore (ſcilicet exteriùs expreſſo) poſſe D excommunicare. Per hæc explicabis alios canones Concilij Bracharenſis, & Concilij Romani, & aliorum Conciliorum, & hæ explicationes ſunt Suarez ſuprà Azor libro 5. capit. 10. & Vazquez infrà.

Quod verò ex Concilio Gangrenſi refertur diſt. 30. cap. *ſi quis eorum*, c. *ſi quis per ſuperbiam*, c. *ſi quis extra Eccleſiam, ſi quis per ſuperbiam vel contemptum, hoc vel illud egerit, anathema ſit*, ſignificat nõ incurri pœnam, ſi ex ignorantia, vel timore, aut alia ratione id fecerint, benéque notat Vazquez, diſp. 160. cap. 5. num. 20. vt incurratur excommunicatio lata contra hæreticos, & reſeruata Papæ in Bulla E Cœnæ, non ſatis eſſe dare aliquod ſignum indifferens ad aſſenſum hæreticũ & Catholicum, quamuis animo hæretico datum vel factum ſit: ſed opus eſſe, vt determinatè hæreſim ſignificet, quapropter ſi quis credens in Deo, verbi gratia, non eſſe tres perſonas, poſt aliquam cogitationem de hac re, quaſi concludens exteriùs diceret, profectò ita eſt, non incurreret hanc pœnam: quia hæc verba ſola non indicant animum hæreticũ potiùs quàm Catholicum. Sumitur ex Caſtro 2. de iuſta hæreticorum punitione, capit. 18. non longè ab initio, & Simanc. in inſtitur. titulo 42. numero 11. & ſic intelligendi ſunt Syluester excommunic. 7.

*Quid opus ſit vt incurratur excõmunicatio contra hæreticos in Bulla cœna.*

caſu 2. parte prima, Nauarrus capitulo 11. numero 17. & alij aſſerentes, hæreticum illum eſſe excommunicatum, qui aliquo verbo, opere, vel ſigno externo, ſuam hæreſim ſibi expreſſit: debet enim eſſe tale ſignum, quo viſo, vel audito, alij poſſint animum eius hæreticũ intelligere. Ad locũ autem Martini V. in 4. arg. citatum, Reſpondeo, tantùm conuincere ius eſſe prælatis, exigere ab hominibus, vt ſuã fidem manifeſtent: quod etiam patet ex Leone Epiſt. 3. ad Ianuar. alias Iulian. & refertur, cap. ſaluberrimum. 1. quæſt. 7. & epi. 85. alias 87. ad Epiſcopos Africanos, c. 3. refertur, cap. donatum, 1. quæſt. 7. Aug. epiſt. 95. ad Innoc. & ex praxi inquiſitorum, de qua Simancas tit. 1. num. 4. & 7. Ad ca. vnicum de ſchiſmaticis in 6. Reſpondeo excommunicari eos, qui cum vero honore, reuerentia, & obſeruãtia eos pro Cardinalibus haberẽt. Ad cap. cum quis abſque tuo, & ſimilia: Reſpõdeo intelligi de ratihabitione externa. Ad l. quiſquis intelligi de voluntate per externum conatum manifeſtata, quam iura punire ſolent, cap. 1. de homic. in 6. l. ſi quis non dicam, C. de epiſc. & cler. l. 2. titul. 31. partita 4. Cicero orat. pro Milone dicens, *mala conſilia etiam ſi exitum non habuerint, legibus vindicari.*

Ad quintum quantùm attinet ad vota interna, 27 reſpondent aliqui, diſpenſationem, commutationem, & irritationem in votis internis fieri non poſſe niſi exteriùs explicentur. Probabilius tamen eſt oppoſitum, vt ait Vazquez diſp. 160. c. 4. nu. 17. Poteſt enim ſuperior ſub conditione dicere, *ſi tale votum emiſiſti, ego tecum diſpenſo, vel illud irrito, vel commuto*, licèt præcipere non poſſit actus internos. Quia diſpenſatio fit ab eo, qui nomine Dei habet poteſtatem remittendi promiſsionem, ad quod non eſt neceſſe votum innoteſcere, vt quiſque poſſet promiſſionem ſibi factam, vel Deo etiam iuratam, ſiue internam ſiue externam remittere, ſi facta eſt in eius vtilitatem, non acceptando eleemoſynam, quam alius promiſit, vouit, vel iurauit ſe illi daturum: quiſque enim poteſt cedere iuri ſuo, vel non acceptare, quod illi offertur. In commutatione, & irritatione aliam rationem adducit Vazquez: quia hæc facultas conceditur ſuperiori ratione materiæ voti, quæ ſi ſubditur voluntati illius, poteſt proutlibet vnam ſubſtituere loco alterius, vel omninò impedire: nec enim votum ſeruandum eſt contra voluntatem ſuperioris; vt autem ſuperior impediat materiam, non opus eſt, vt priùs ſciat votũ. At verò vt iubeat actum, vel prohibeat, neceſſe eſt vt de illo poſſit iudicare propter rationes ſuperiùs adductas: & ideo quamuis in votis internis poſsit homo diſpenſatione, irritatione, aut commutatione vti, non tamen poteſt actus internos præcipere, prohibere, aut punire. Breuiùs dico, poteſtatem leges ferendi in actibus internis non eſſe neceſſariam, nec expedientem in legiſlatore humano: ideò non fuiſſe illi conceſsã à natura, nec à Deo, ſecus eſt de poteſtate diſpẽſandi, commutandi, irritandique interna vota: nec enim eſt maximè neceſſaria, vt vidimus in materia de voto: vbi etiam tractauimus, an vota poſſint irritari directè, an vero ſola impeditione materiæ, & an quiſque poſsit commutare propria vota in maius vel æquale.

*Vota interna quomodo irritentur.*

*Votum ſeruãdum non eſt contra voluntatem Superioris.*

Solùm hic nota primò, ſolutionem huius argumenti aſsignari ab Azor, illo cap. 10. qui fortè 28 videns inſufficientem meritò ſecundam adiecit. Suarez etiam tertia parte, tomo 5. diſputatione 4. ſect.

Digitized by Google

ſect.2.nu.7.& ſeq.impugnat primam ſolutionem: quia illa manifeſtatio ſolùm eſt conditio neceſſaria ad vſum iuriſdictionis immediatè cadit in actũ internum: ergo videtur etiam poſſe præcipi, prohiberi, & puniri ab Eccleſia: vnde aliter reſpondet Suarez argum. habere manifeſtam inſtantiam: nam pater poteſt irritare votum filij, & Prælatus vota religioſi: tamen non poteſt eorum actus internos præcipere, aut punire. Quod ergo attinet ad irritationem, eſt diſcrimẽ apertum; quia ad hãc non requiritur iuriſdictio in actus internos, ſed dominium in materiam, & perſonam, cuius obligatio pendet à voluntate patris, & Prælati, vnde irritatio etiam ſine cauſa erit valida. Papa etiam poteſt antecedenter irritare vota, vt & cõtractum matrimonij clandeſtini, ob iuriſdictionem, quam habet in perſonas, qua poteſt reddere eas inhabiles ad obligandum ſe ex voluntate ſua: & ſimiliter diſpenſatio voti interni nõ cadit directè in ipſum, ſed in effectũ, ſcilicet obligationem, quæ manſit, quæ non eſt actus internus, ſed morale quoddam vinculum ex cauſa à ſuperiori relaxabile, eiuſdem rationis cum eo quod manat ex voto externo: & deinde ſuperiori diſpenſans in voto in nulla lege diſpenſat, ſed poteſtate, & vice Dei cedit iuri, quod Deus ex tali voto acquiſierat: & impertinens eſt, quod ex actu interno manauerit, quia hęc poteſtas non reſpicit per ſe cauſam, ſed effectum ipſum. Aliam differentiam non contemnendam ponit Ioan. Med. quam Suarez approbat, quia minùs requiritur ad deobligandum quàm ad obligandum: & ad ſuauitatem Dei pertinet dare poteſtatem ad tollendam, non verò ad ponendam obligationem actus interni, quia odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.

Reſpondet, quantùm verò attinet ad confeſſionem peccatorum cordis, Vazquez, circa cõfeſſionem duo eſſe præcepta diuina, alterum eſt negatiuum non confitendi vnum peccatum mortale ſine alio: nec veniale ſine mortali. Alterum eſt recipiendi Sacramentum pœnitentiæ, quod quantùm ad determinationem temporis eſt etiam Eccleſiaſticum: & quia de ratione huius Sacramenti eſt integritas confeſſionis, ſi quis taceret aliquod peccatum mortale aliis confeſſis, violaret vtrumque præceptum diuinum & teneretur iterum eadem peccata confiteri: tamen ſi ſolùm taceret peccata cordis, nõ violaret præceptum Eccleſiæ, quod ad peccata cordis non ſe extendit: & ideo non incurreret cenſuras, aut pœnas Eccleſiaſticas.

*Circa confeſſionẽ duo ſunt præcepta diuina.*

Hæc ſolutio valdè difficilis mihi eſt; nam Eccleſia non ſolùm determinat tempus confitendi peccata mortalia externa, ſed etiam interna, ſiue ſint ſola in homine, ſiue cum externis: ergo qui ea non confitetur ſiue alia habeat, & illa confiteatur, ſiue nulla alia habeat, violat præceptum Eccleſiæ, & ſic poteſt eius cenſuras & pœnas incurrere: neque hoc eſt habere iuriſdictionem in actus exteriores, ſed in eorum manifeſtationem. Sic Eccleſia poteſt obligare teſtem, doctores, vel alios, vt dicant, quid ſentiant, & iudicent de hac vel illa re, & vt ſuas ſententias, vel artes alios doceant; & ſi non eſſet tam difficilis confeſſio, poſſet Eccleſia illam præcipere non minùs de internis quàm de externis, præſertim occultiſſimis: ſed ob eam difficultatem non potuit præcipi niſi à Deo, ſiue de peccatis internis ſiue de aliis: quamuis Suarez 3. part. tom. 4. diſpu. 35. ſect. 1. num. 18. dicat ſuppoſita inſtitutione Sacramenti pœnitentiæ Eccleſiam præcipere potuiſſe omnium peccatorum confeſſionem: licèt modo præcepta de confeſſione, & eius integritate, diuina ſint, vt probat diſp. 22. ſect. 1. & diſp. 35. ſect. 1. nu. 4. determinatio verò temporis ſit ab Eccleſia diſp. 36. ſect. 1. nu. 4.

*Impugnatur Solutio Vazquez.*

Vndè rectè Azor ſuprà ait, quod cõfeſſio, quam Eccleſia præcipit, determinãdo ius diuinum, comprehendit etiam peccata interna, & ſimpliciter omnes docent, eum qui habet peccatum mortale, & illud non confitetur, violare Eccleſiæ præceptum, & incurrere excõmunicationem, ſi feratur contra eos, qui eo anno confeſſi non fuerint.

*Confeſſio quã Eccleſia præcipit comprehendit peccata interna.*

Et certè licèt hic defectus confeſſionis eſſet ſolùm contra legem diuinam, ſi ſciretur ab Eccleſia ex confeſſione rei in iudicio, vel ex teſtibus, qui ab eo audierũt, poſſit Eccleſia illum punire, ſi non cenſuris, quia hæ ſolùm feruntur in contumaces Eccleſię, aliis pœnis; ſicut alia peccata quę præcisè ſunt contra leges diuinas, vel ciuiles, quorum punitio ad ſalutem animarum eſſet neceſſaria, & non pertineret ad alios ſuperiores (vt hæc non pertineret) vel ab illis negligeretur, ſic etiam poteſt Pontifex reſeruare ſibi abſolutionem aliquorum peccatorum etiam internorum, quia habet iuriſdictionem à Deo ad abſoluendum ab illis, & hanc poteſt dare aliis cum limitatione, vel ſi aliis eſt conceſſa ſine interuentu illius, poteſt eam reſtringere: quia expedit in Summo Pontifice eſſe hanc poteſtatem, non tamen præcipiendi, prohibendi, aut puniendi actus internos. Eandem ſolutionem quantum ad reſeruationem verbis æquiualentibus habet Azor ſupra.

*Pontifex poteſt peccatorũ internorũ abſolutionẽ ſibi reſeruare.*

Ad 6. iam dictum eſt in ſolutione. 1. arg. 29

Ad 7. Rectè reſpondet Vazquez diſp. 160. c. 5. n. 22. cũ Simanca tit. 42. ſæpè citato, eũ qui cõfitetur ſe in hæreſim interiùs conſenſiſſe, non incurrere excommunicationem, & pœnas Eccleſiæ: quia hoc non eſt hæreſim affirmare, aut profiteri, ſed referre quid olim ſenſerit, quod poteſt eſſe actus meritorius, aut etiã obligatorius, vt in cõfeſſione Sacramentali, & in foro externo, quando propter indicia, aut ſemiplenam probationem iuridicè interrogatur ad inueſtigandum, an incurrerit cenſuram, nec ne; nam ob hæreſim merè externã, ſi intelligatur non habuiſſe aſſenſum internũ, ſed metu protuliſſe ſententiam hæreticam, non cenſebitur excommunicatus, ſed ſi verè fuit hæreticus interior, & exterior, Eccleſia non punit hæreſim internam ſed externã ſolam cum hac benigna cõditione, & reſtrictione, ſi ei fuit coniuncta hæreſis interna, ſicut in ſimili diximus in ſolutione primi argumenti: ſi verò ille manifeſtet hæreſim, quam tunc habet, dicendo ſe credere Deũ non eſſe trinũ, Ioan. Medina putat nõ incurrere excõmunicationem quia coactus à Superiore verè ait ſe ita credere. Hoc tamen meritò refellit Suarez 3. par. to. 5. diſp. 4. ſect. 2. num. 14. quia licèt illa propoſitio ſit vera relata ad conceptum dicentis, quia explicat conceptum quem habet: tamen eſt falſa, & hæretica relata ad obiectum: & quamuis ille pareat ſuperiori præcipienti, vt fidem ſuam aperiat: peccat tamen quatenus violat præceptum non aſſerendi aliquid contra fidem: deberet igitur, vt vtrique præcepto ſatisfaceret, & fidem veram habere, & illam manifeſtare: itaque non peccat manifeſtando fidem, quod ei præcipitur, ſed affirmando falſum; quod ei eſt prohibitum.



Digitized by Google

30\. Ad octauum, reſpondeo non eſſe eandem rationem de peccatis cordis, & de peccatis externis occultiſſimis: nam peccata cordis ſunt per ſe occulta, non verò alia: ſæpe putat aliquis ea peccata non poſſe humana ratione cognoſci, & fallitur; quia videtur ab aliis, vel auditur, vel manent aliqua ſigna, & indicia peccati commiſſi, ideo poteſtate humana puniri poſſunt per ſe loquendo, & ſolùm per accidens defectu probationis non poterunt puniri pœnis requirentibus cauſæ cognitionem, ſed aliis, & ita expedit: non verò poſſunt humana poteſtate puniri peccata cordis, etiamſi in iudicio aliqua ratione probentur, quia hoc eſt per accidens & rarum, & talia peccata faciliùs committi ſolent & ſine pœnis emendari, quando in corde manent.

*Difficillimum eſt cognoſcere proprios actus internos.*

Adde, quòd difficillimum eſt cognoſcere proprios actus internos, nempe an iudicium, quod homo habet, ſit temerarium, & liberum: an in hac re intendat inanẽ gloriam, vel diuinam, vel alium ex finibus, qui ei obiiciuntur: ideo non expedit, vt poteſtas humana prohibeat, vel præcipiat aliquas intentiones, vel iudicia: eſſet enim mũdum replere ſcrupulis, & ſatis multi ſunt, qui ex legibus naturalibus naſcuntur: ergo non oportet, vt leges humanæ occaſionem aliorum præbeant præcipiendo, vel prohibendo actus internos, in quibus parum vtilis eſſet prohibitio, vel iuſſio.

Ad nonum aliqui dicunt, confeſſarium non poſſe in ſatisfactionem iniungere pœnitenti orationem mentalem, aut alium actum internum: ſed cum forum ſit internum, in quo peccata interna panduntur, & reus accuſator eſt ſui, & ſolùm agitur de ſalute animæ, puto imponi poſſe in pœnitentiam actus internos, nec omnes partes Sacramenti pœnitentiæ debẽt eſſe ſenſibiles: nam contritio, & intentio conferentis, & ſuſcipientis ſunt eſſentialiter requiſitæ in hoc Sacramento, tamen ſpirituales ſunt. Sic ergo ſatisfactio, quæ eſt pars integralis, aliquando poterit eſſe ſpiritualis.

Ad primam confirmationem reſpondeo, Prælatũ religionis non poſſe obligare ad orationẽ mentalem, nec ad pœnitẽtiam pro eius omiſſione confeſſa à ſubdito, niſi fortè ex pacto, vt dicitur latiùs ad decimum argumentum.

*Chriſto vt homini cõmunicata eſt poteſtas alligandi ad actus internos.*

Ad ſecundam confirmationẽ reſpondeo, Chriſto vt homini communicatam eſſe poteſtatẽ obligandi ad actus internos, quia eius præcepta etiam lata per voluntatẽ humanam erant præcepta Dei: ideo decuit, vt perſonas & actus ſpirituales comprehenderent, ſecus mandata puri hominis, quæ licet ſint ordinata ad ſalutem ſpiritualem, expedit directè non attingant internos actus, niſi quando illi ſunt neceſſarij ad valorem, vel obiectiuam honeſtatem externorum, vt dictum eſt ad 3. vnde in illo verbo, *quæcumque ligaueris*, non eſt dicendum conceſſam fuiſſe Petro facultatem ad præcipienda interna, niſi in foro interno; ſed externa conducentia ad cultus, gloriam, & honorem Dei, & ſalutem animarum, ſicut principes ſæculares poſſunt præcipere externa in ordine ad bonũ temporale Reip. parum autem refert, quòd verbum illud *ſuper terram*, referatur ad gubernatores cum Maldonato ibi, & Chryſoſt. 3. de Sacerd. vel ad gubernatos cum Suar. 3. par. tom. 4. diſp. 53. ſect. 1. nu. 1. & eodem modo Ioan. 21. Petro dicitur *paſce oues meas*, ſcilicet in foro externo, & interno iuxta naturam & conditionem cuiuſque: ex quo patet ad tertiam confirmationem reſponſio.

Ad quartam confirmationem reſpondeo, textum illum debere intelligi de voluntate efficaci, quę indirectè eſt prohibita ab Eccleſia: & ideo qui vellet non audire Miſſam in feſto, peccaret contra præceptũ Eccleſiæ, ſed illa voluntas, niſi in omiſſionem Miſſæ prorumperet, puniri non poſſet. Similiter licèt peccata etiam cordis tanquam opera ſeruilia eſſent ab Eccleſia in die feſto prohibita in opinione Scoti, & aliorum: ea tamen opinio falſa eſt, & iam antiquata, vt ait Vazquez diſp. 160. ca. 4. nu. 19. & Suarez 3. par. tom. 5. diſp. 4. ſect. 2. num. 6. & licèt peccata omnia ex circumſtantia aliquomodo aggrauarentur, & contraherent aliquam malitiam contra religionem, vt indicat D. Thomas 2. quæſt. 122. art 4. tamen ea malitia ſolùm eſſet cõtra ius diuinum præcipiens, vt diebus ſacris honor, & reuerentia deferatur, vt & vaſis & veſtibus ſacris. Sic etiam hoc arg. de die feſto factũ ab Adriano ſoluit Ioannes Medina Cod. de orat. inceſt. tamen ea malitia ſolum eſſet contra ius diuinum, & quia eſſet merè interna, nõ poſſet puniri ab Eccleſia.

Ad quintam confirmationem reſpondeo, etiam ad rem moralem multùm pertinere, quòd peccatum ſit per ſe aut per accidens occultum: nã quod eſt per ſe occultum, licèt per accidens probetur, vel pœna non requirat cauſæ cognitionem, non poteſt puniri, quia non fuit expediens, vt Deus vel natura concederet facultatẽ puniendi, prohibendi vel præcipiendi internos actus.

Ad decimum argumentum reſpondeo, votum obedientiæ ſolum ſe extendere ad actus externos, quia hos ſolùm poteſt præcipere ſuperior, ſi quis verò vouiſſet, ſe facturum quidquid ſuperior, non vt ſuperior, ſed vt perſona priuata vellet, hoc totum ſub hac ratione non diceretur propriè votum obedientiæ: tamen implendum eſſet, non ex iure humano præcipiẽte actus internos, ſed ex iure diuino, & naturali præcipiente, vt vota impleantur. Simile eſt, ſiquis promiſiſſet alicui homini, etiamſi ſuperior non eſſet facturum ſe quidquid ille vellet, etiam internum: ad id enim ſi eſſet alteri vtile, & cõmodum, poſſet obligari de iuſtitia. Tamẽ poteſtas humana gubernatiua Reip. non poteſt obligare ad internos actus, quia hæc ſe extẽdit etiã ad partes Reip. quę ex pacto nõ ſe obligarunt, ſed vel merè negatiuè ſe habuerũt, vel diſſenſerũt, vel tũc non erant in rerum natura, aut ſaltem in Repub. hi ergo nec ex pacto nec ex poteſtate gubernatiua poterunt ad actus internos obligari: eſtò alij ex pacto obligari de iuſtitia commutatiua poſſent. 31

*Votum … ſub … in … [illegible]*

*Poteſtas gubernatiua Reip. nũ poteſt obligare ad internos actus.*

Alij ad argumentum reſpondent etiam ratione voti obedientiæ non poſſe ſuperiorem præcipere actum merè internum, quamuis poſſet prohibere externos actus interni impeditiuos. Fauet D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 5. generatim dicens, *hominem quoad internos actus ſoli Deo ſubdi*. Sed cõtra eſt, quia homo poteſt abſolutè vouere Deo actum merè internum: ergo poteſt illum vouere ſub conditione, ſi prælatus iniunxerit, quia hoc non eſt difficilius, nec minus honeſtatum, quàm primum. Hoc autem virtualiter eſt vouere obedientiam in internis: ergo ſuppoſito tali voto poteſt ſuperior præcipere ei actũ internum: nec eſt ſimile de iuriſdictione, quæ ſolum data eſt quantum expedit ad bonum commune: hoc autem præceptum fundatur in promiſsione facta. An verò de facto hæc ſit intentio

*Homo quoad actus internos ſoli Deo ſubditur.*

Digitized by Google

intétio vouentium obedientiam pendet ex regula cuiuſcumque religionis: quia iuxta doctrinam D. Thomæ, & communem, non omnes religioſi vóuent eandem obedientiam, ſed ſinguli ſecundùm ſuam regulam: ideo ſi regula præcipit vel cōſulit actus mentales, vel ſignificat prælatos poſſe illos iniungere: tunc eodem modo interpretandū eſt obedientiæ votum, vt ſcilicet poſſint prælati ad tales actus obligare: rectè autem faciunt nunquam obligando, propter periculum, ſatis erit vocalem orationem præcipere. Nego tamen in nullo voto obedientiæ comprehendi actus merè internos: rationem iam aſſignaui.

## SECTIO II.

*An modus implendi legem, ſeu præceptum cadat ſub lege, aut præcepto.*

32 DIvvs Thomas quæſt. 100. art. 9. ait primò, aliquis modus virtutis, id eſt, vt actus ſcienter fiat, cadit ſub præcepto diuino & humano. Secundò, modus virtutis, qui eſt fieri ex electione, id eſt, propter honeſtum finem, non cadit ſub præcepto humano, quia lex humana non poteſt præcipere actus internos, bene tamen ſub diuino. Tertiò, fieri firmiter, & immobiliter non cadit ſub præcepto humano nec diuino, quia prouenit ex habitu; ex quo operari nō tenemur. Circa primum dictum Nota, ſub præcepto etiam humano cadere modum, pręcipit enim lex diuina & humana, ne homo ſciēter occidat, ne ſcienter Miſsā omittat, &c. itē vt ſcienter & humano modo aſſiſtat Miſſæ: non enim ſatisfaceret, qui ebrius, amens, vel dormiens Miſſæ adeſſet, ſed teneretur audire aliam Miſſam, vt docent Medina, & omnes recentiores, illo artic. 9. & Sotus 3. iuſt. quæſt. 3. art. 9. Sed dubium eſt, an qui ſcienter facit opus legis, neſciens tamen ſe ad id lege teneri, aut non intendens legi, ſeu præcepto ſatisfacere, illi ſatisfaciat, vt ſi quis adſit ſacro in die feſto, ignorans an ſit feſtum, aut cum intentione audiendi aliam Miſſam, qua præcepto ſatisfaciat. Med. cap. de oratio. tract. 6. quæſt. 16. de horis canonicis recitandis cenſet, illum non ſatisfacere præcepto, ſed debere aliam Miſſam audire: ſicut ſi debens centum, dat creditori centū ſine animo ſoluendi, debet ſoluere centum: idem tenet Nauarrus cap. quando, notab. ſeu cap. 13. num. 26. & 27. & notab. 16. num. 73. & 74. imo addit, ſi incepit recipere animo ſatisfaciendi præcepto, & interrupit cum intentione reincipiendi, debere reincipere: quod etiam tenet notab. 20. num. 37. ſed falſum & durum putāt alij: quia prior pars ducta eſt cum animo ſatisfaciēdi præcepto, ſicut & ſecūda ergo non eſt repetenda. Suarez autē 3. part. to. 3. diſp. 88. ſect. 3. ait, primò neceſſariam eſſe voluntatem audiendi Miſſam: ſi enim quis coactus adeſſet, non impleret præceptum: quia non obediret: & ſic ait, verum eſſe quod docet Antoninus 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 1. ſeruos, diſcipulos, vel ſimiles Miſſę præſentes quaſi coactos à dominis, vel pædagogis, aliàs non abſfuturos, nō implere præceptum. Quod verum cenſet Suar. ſi illi adſint cum voluntate actuali; aliàs non audiendi Miſſam, maximè ſi ob illam ſint diſtracti: ſecus ſi non illam habeant: eſto vera eſſet illa conditionalis, ſi non cogerentur, non adeſſent. Imò etiamſi antea voluntatem illam præcepto repugnantem habuiſſent: ſi tamen poſtea

A voluntariè, & attentè audiunt, præcepto ſatisfaciunt. Secundò, docet Suares neceſſe eſſe, vt cum voluntate audiendi Miſſam non coniungatur voluntas formalis contraria præcepto, quod per eam non obediretur: vt ſi quis dum ex deuotione Miſſam audit in die feſto, hunc actum haberet, nolo hac Miſſa implere præceptum, & in illa actuali voluntate perſiſtat, non implet præceptum. Obiicies: ergo teneretur aliam Miſſam audire. Reſpondet Suares, aliquos concedere: ſed probabilius eſſe non manere hanc obligationem ſecluſo voto, ſed ſufficere mutari voluntatem intra tempus præcepti, & velle auditione præcedentis Miſſæ ſatisfacere: quia illa auditio fuit voluntaria, humana, & B moralis, & habuit totum id quod ad ſubſtantiam præcepti neceſſarium fuit, neque id potuit excludi per intentionem audiendi ex deuotione & nō ex præcepto, & ſolum illi defuit obedientia voluntatis: quare ſi hæc poſtea adueniat, ſatis erit: & hanc ait Suares eſſe communem opinionem in materia de legibus. Tertiò docet, ſi non adſit voluntas cōtraria præcepto, ſufficit autē ad ſatisfaciendū præcepto voluntas audiendi Miſſam, etiamſi formaliter nō intendat ſatisfacere præcepto. Omnis enim qui non excludit, cenſetur virtualiter habere voluntatem ſatisfaciendi præcepto, per actū cadentem ſub præcepto. Vnde infert, eum qui mane audiuit Miſſam ex deuotione, & putauit non eſſe diē C feſti, licet poſtea id ſciat, non teneri ad aliam Miſſam audiendam, ſed ad ſummum ad volendum ſatisfacere ex præcepto per priorem actū, quamuis nec in rigore hoc ſit neceſſarium, ſed ſolùm, vt iudicet ſe ſatisfeciſſe præcepto. Hæc Suares.

Vazquez autem quæſt. 100. art. 9. dub. 1. ait, non eſſe neceſſariam ſcientiam præcepti, nec intentionem illud implendi: ſed ſatis eſſe, ſi opus fiat ſcienter, & ex libera electione: lex enim Miſſam audiēdi ſufficienter videtur ſeruari, ſi audiatur Miſſa, vt debet audiri, ſcilicet tempore, & attentione requiſita: ſcientia autem præcepti nihil refert, quia nō cadit ſub præcepto, ſimiliter nec intentio expreſſa ſatisfaciendi illi: nec officit habere expreſſam in- D tentionem non ſatisfaciendi præcepto per tale opus: ſicut enim nemo imponit ſibi præceptum, ita nemo poteſt prorogare eius obligationē, poſtquam adhibitum eſt opus præcepti: non ergo tenetur iterum Miſſam audire, vel alium habere actum, niſi fortè id vouerit. Hoc idem meritò tenet Valentia 2. 2. diſp. quæſt. 2. agens de recitatione horarum; nonnulli recentiores, quibus placet quidem primum, & ferè totum tertium dictum Suarez. Sed diſplicet, quod in ſecundo dicitur, neceſſariam eſſe illam voluntatem poſteriorem ſatisfaciendi præcepto per priorem Miſſam; quia cùm iam homo fecerit totum, quod ei fuit præ- E ceptū, illa voluntas ſequens, quæ in pręcepto non eſt, nec eſt neceſſaria ad faciendum, quod ei præceptum eſt: nihil referre videtur, neque communis opinio hunc actum requirit, ſed tantùm ait, illum non teneri ad audiendam aliam Miſſam, quia priore ſatisfecit præcepto, quia ſatisfecit intentio virtualis, interpretatiua, vel habitualis ſatisfaciendi illi: aliàs teneretur quis habere actualem intentionem ſatisfaciendi, & alioqui peccaret niſi ignorantia, vel inaduertentia naturalis illum excuſaret: imo aliqui apertè dicūt, non eſſe neceſſariam poſteriorem illam voluntatem ſatisfaciēdi per priorem Miſſam. Si tamen aduertens eſſe feſtum, non 33

iudicet ſe ſatisfeciſſe præcepto: tenebitur audire aliam Miſſam. Sed non inde ſequitur, teneri ſe ad iudicandum, ſe præcepto ſatisfeciſſe ſeu Miſſam audiſſe: ad tale enim iudicium non obligatur: licet eo ſecluſo teneretur aliam Miſſam audire. Hæc ſententia ſumi poteſt ex D.Thoma 2.2.qu.104.ar.3.ad ſecundum, dicente licet actus virtutis ſit in præcepto, poteſt quis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti, & ex Soto 3.iuſt. quæſt.3.art.9.& lib.10.quæſt.5. art. 5. circa finem corp. vbi ait præceptum audiendi Miſſam ſolùm obligare ad audiendum taliter, vt ſit actus humanus: & Paludano 4.diſt.15. quæſt.5. nu.24. vbi dicit requiri, quòd talis actus ſit moralis, & non ſufficere, quòd proficiſcatur ex imaginatione: & ſic poteſt intelligi Syluester verb.hora, quæſt.11.diſt.1.citans Paludanum, quãuis videatur fauere Ioan. Medinæ dicens, debere recitationẽ horæ inchoari intentione formali virtuali, vel habituali ſatisfaciendi. Durand.4. diſt.15.quæſt.12. loquitur, vt Paludanus expreſſius noſtram opin.tenent.

Ad exemplum Ioannis Medinæ reſpondeo, non eſſe ſimile; quia is, qui dat aliquid animo explicito vel implicito tunc nõ ſoluendi, verè donat, donatione autem præſenti non extinguit antiquum debitum: at qui facit quod ei eſt iniuſtum, velit, nolit, extinguit obligationem pręcepti. Sicut etiam præcepto eleemoſynæ ſatisfit dando illã ex inani gloria reliquacumque alia intentione, & præcepto reſtituendi, reſtituendo quacumque intentione, imo reſtituendo ſine libertate extinguit obligationem præcepti: quia iam dominus rem ſuam habet: vt rectè Sotus 2.iuſt.quæſt.3. art.9. & Medina quæſt.100. art.9.aliique recentiores. Sed hi omnes docent, ſi cui in pœnitentiam iniungeretur ieiunium, aut flagella, & inuitus priuaretur cibo vel vapularet, non ſatisfacturum, quia præcepta ſunt de actibus, non de mera paſſione: aduerte quòd ſicut poteſt ſatisfacere quis præcepto ignorans actum eſſe in præcepto, vel de præcepto non cogitans, ita poteſt ſatisfacere voto ignorans votum, vel de illo nõ cogitans, imo eodem actu poteſt quis ſic ſatisfacere voto & pręcepto, nimirum ſi non vouit multiplicare actus.

34 Sed dubitabis, an ſi quis inuitus, & reluctans, ac vi præciſa audiret Miſſam, incurreret pœnas iuris impoſitas contra non audientes Miſſam in illo euentu. Sotus illo art. 9. Medina etiam quæſt.100. art.9.& omnes recentiores, & Suarez ſupra putãt, illum non ſatisfacere præcepto, ſed teneri ad audiendum aliam Miſſam: quod ſi non faciat, putant communiter recentiores, incurrere pœnas iuris, verbi gratia, excommunicationem, ſi ſub excommunicatione eſſet tunc præceptum audiendi Miſſam: & Bartholomæus Medina, proculdubio manere excommunicatum: quia non magis implet præceptum quàm ebrius, imò minus cùm habeat actum contrarium: ſed ebrius maneret excommunicatus, niſi aliã Miſſam audiret: ergo & ille: item, quia præceptũ eſt de auditione libera, ille autem audit omninò inuitò: ergo nõ ſatisfacit præcepto: ergo incurrit pœnas non ſatisfacientium. Sotus tamen ait, quod non incurreret pœnas iuris: non loquitur conſequenter. Victoria vt referunt quidam recentiores, cenſuit probabile illum ſatisfacere præcepto, quia modo humano aſſiſtit Miſſæ, nempe vtendo ratione, licet omnino inuitus.

De eo verò, qui non vi præciſa, ſed metu aſſiſtit, Sotus & omnes dicunt ſatisfacere præcepto: quia liberè & voluntariè aſſiſtit: nam quæ metu fiunt, ſunt verè, & ſimpliciter voluntaria.

Sed rogas, an qui dedit eleemoſynas, ignorans ſe habere debita incerta, quæ poſſet eleemoſynis extinguere, illa extinguat, nec teneatur reſtituere: quidam affirmant, quia cuiuſque intentio virtualis vel habitualis eſt, extinguere debita, & non donare, ſi debet, ſed reſtituere, ſicut quando egenti, vel petenti tribuit centum, ignorans vel non aduertens, quod illa illi debebat, non cenſetur donare velle, ſed reſtituere: ſed mihi res eſt ſatis dubia in vtroque exemplo: quia ille abſolutè vult donare, licet non eſſet donaturus, ſi ſciret debita: ergo verè donat: donatione autem non extinguitur debitum. Secus ſi formali, vel virtuali intentione generali, vel ſpeciali vellet ſoluere, ſiquid fortè deberet. Sic ſi quis daret aliquid ei quem putauit gratum fore, licet poſtea ſciat eſſe ingratum, non poteſt vi, aut clam illud recuperare: quia abſolutè ſine vlla conditione donauit, vt communiter dicitur tract.de furto. 35

Rogas prætereà, an modus charitatis cadat ſub præcepto. Reſpondeo cadere ſub præcepto charitatis, non ſub aliis. D.Thomas, Medina, Vazquez & alij, quæſt.100.art.10.Sotus 3.iuſt. quæſt.3. art. 10. imò per actum, qui aliàs ſit peccatum, poteſt ſatisfieri præcepto iuſtitiæ, miſericordiæ, & ſimilibus, vt ait Soto eadem quæſt. art. 9. & ſimiliter Medina quæſt.100.art.9.& Valentia diſput.7. qu.8. puncto 2.vbi tractat, an modus virtutis, aut charitatis cadat ſub præcepto.

## SECTIO III.

*Vtrum lex humana etiam ciuilis, poſſit omnes virtutis actus præcipere, & vitij prohibere.*

Dico primò, cuiuſlibet virtutis aliquis actus poteſt lege humana præcipi, & cuiuſlibet vitij aliquis actus poteſt lege humana prohiberi: D.Thomas quæſt.96.art.2.& 3.Caietanus, Conradus, Medina, & omnes recentiores ibi. Sotus 1. iuſt.quæſt.6.art.2.& 3.Valentia hic diſp.7. quæſt.5.punct.7.Antoninus 1. part. tit.17. cap. vnic.§.4. Sayrus tomo 1.Theſauri.lib.3.cap.3.nu.5.Nauarr. de redditibus quæſt.2. monito vlt. nu.2. Sebaſtianus Medicis in repet.capit.erit autem lex, diſt.4. à num.57.vſque ad 63.Azor lib.5.cap.5. quæſt.2. & 3.in 1.tomo.Molina tract.1.de iuſt.diſp.1. Nauarra 2.de reſt.cap.3.à num. 113. 36

*1.Concl. Cuiuſlibet virtutis aliquis actus præcipi, & vitij ſimiliter prohiberi poteſt lege humana.*

Et quidem, quòd ſingularum virtutum aliquem actum lex humana præcipiat, in Eccleſiaſtica, conſtat inductione: nam præcipit actum temperantię, ſcilicet ieiunium; religionis, ſcilicet confiteri ſemel in anno, communicare in Paſchate, vacare in feſtis ab operibus ſeruilibus, & Miſſam audire, fidem confiteri, iuramentum fidelitatis & obedientiæ præſtare, vota implere, &c. iuſtitiæ, ſoluere decimas; pœnitentiæ, confiteri, & ſatisfacere; & ſic de aliis. Ratio verò eſt, quia poteſtas Eccleſiaſtica intendit bonum ſpirituale totius Eccleſiæ, & illud iuuant, & interdum ſunt neceſſaria ſingula genera, ſeu ſpecies virtutum.

*1. Pars prob.*

De legibus autem ciuilibus quidam putant, ſolos iuſtitiæ actus præcipere poſſe: quod ſentit Sarmientus lib.de redditib. part.4.cap.5. vbi ait, iure humano poſſe determinari diuinum quoad iuſtitiam,

*Legibus humanis ſolius iuſtitiæ actus præcipi poſſunt.*

tiam, non verò quoad charitatem, num. autem 6. ait, præceptum diuinum de abſtinentia determinatum eſſe lege Eccleſiaſtica: ergo de ſola lege ciuili ſentire videtur, non poſſe determinare ius diuinum,niſi in materia iuſtitiæ.Sotus etiam 5. iuſt. quæſt.1. art.7. §. vnde ad ſecundum , & Corduba lib.2.quæſt.27.ad 4.2.opinionis dicunt,neminem poſſe cogi,ſcilicet à Iudice vel legiſlatore ad id,ad quod non tenetur ex iuſtitia, ſed ex charitate. Fauet D.Thomas q.99.art.5.ad primum dicens,moralia tantùm ſunt lege determinabilia, in quātùm pertinent ad iuſtitiam : & fundari poteſt in l. hac lege.C.de pactis conuentis,in illis verbis:Quamuis enim bonum erat,&c.attamen cōditores,quoniam legū æquitatis conuenit eſſe fautores:æquitas maximè propria eſt iuſtitiæ , vt ait Cicer.1. de offic.num.93.ergo.Fauet Auguſtinus ciuit.cap.21. quatenus cum Scipione Africano ſignificat , pacem,& conſeruationem ciuitatis ex ſolius iuſtitiæ obſeruatione pendere: nam ſola illa poteſt legiſlator præcipere , quæ ad finem ſuæ poteſtatis neceſſaria ſunt: ergo ſi ſolus iuſtitiæ vſus eſt neceſſarius ad finem poteſtatis ciuilis;ſolos actus iuſtitiæ præcipere poteſt.

Sed cenſeo cum D. Thoma & omnibus aliis pro concluſione citatis , etiam actus aliarum virtutum præcipere poſſe , & eſt ſententia Ariſtot. 5. ethic.cap.1.vbi iuſtum legitimum,id eſt, lege humana ſtatutum , generalius eſſe dicit , quàm proprium iuſtitiæ debitum. *Nam leges*, inquit, *de omnibus dictant, coniectantes communem vtilitatem* : & poſtea in particulari declarat , præcipere ea, quæ pertinent ad tēperantiam,māſuetudinem,fortitudinem & alias virtutes. Similia dicit cap. 2. & 1. mag.mor.cap.34.& D.Thomas quæſt.94. art.2.& & Plato 1.de legibus , ſumitur etiam ex l. iuſtitia, ff.de iuſtitia & iure,§.*iuris præcepta ſunt hæc,honeſtè viuere,alterum non lædere,ius ſuum vnicuique tribuere*:vbi gloſſa in verbo, honeſtè, explicat de honeſtate tum ſumpta pro caſtitate, tum de honeſtate latiùs ſumpta, ait enim;*Honeſtè,quantùm ad ſe, quæ honeſtas circa matrimonia eſt*:infr.de ritu nup.l.ſemper,*& circa mores ſeruatur*,vt infrà,de tut. & curat. l.ſcire oportet, §.penult. *Adde hic, quod ſi ſit meretrix,quæ velit venire ad habitandum in aliquo vico,vicini poſſunt eam repellere,ne alias inficiat: facit lex mime. C. de epiſcop. audient. ſecundùm Iaſonem hic:* hactenus gloſſa , ergo leges ciuiles non ſolùm in materia iuſtitiæ:ſed etiam caſtitatis, & aliarū virtutum diſponunt. Quòd etiam ſumitur ex §.iuris præcepta inſtit.de iuſtitia & iure : vbi textus habet eadem verba, quæ textus ſuperior,& gloſſa ſimiliter : ſed loco illius additionis ponitur alia in gloſſa huius 2.tex. Additio eſt huiuſmodi. *Ideo dicit Angelus mulierem honeſtè viuere , quæ viuit ſecundùm mores loci,ſed caſtè viuere non intelligi,quæ tranſit ad ſecunda vota,ſcilicet reſpectu mariti, vel filiorum eius,ſed reſpectu aliorum ſecus* : in quo exemplo aliquid eſt reprehenſione dignum. Ad rem tamen, ex his conſtat, leges ciuiles non ſolùm circa iuſtitiam , ſed etiam circa caſtitatem , & alias virtutes verſari poſſe : quod etiam ſumitur ex dicto §.iuris præcepta verſ.huius ſtudij inſtit.& l.1.ff.de iuſtitia & iure,vbi dicitur : *huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum & priuatum : publicum eſt, quod ad ſtatum Reip.Romanæ ſpectat*,de quo iure publico gloſſa ibi ait , *conſiſtere in ſacris, in ſacerdotibus,& magiſtratibus:ad quod multa congerit:*& Oroſcius in illo §.l.1.

*Lex humana cuiuſlibet virtutis actus præcipere poteſt.*

ff.de iuſtitia & iure , ſacrorum nomine cæremonias intelligit ad religionis cultum pertinentes:& iure Romanorum in eo dicta erant de rebus diuinis,l.1.ff.de interdictis,& l.1.C.de ſumm. Trin. orthodoxa de Trinitate fides à populis amplectēda decernitur.Caſtitatis intuitu, quàm clerici ſeruare tenentur , eiſdem habitare cum fœminis interdicitur,l.eum qui.C.de epiſcop.& cleric. ſimonia prohibetur eod.tit.l.ſi quemque , & legib. veterum Rom. de temperantia, liberalitate , & magnificentia plura conſtituta eſſe, cōſpicimus apud Aul.Gell.2. noctium Attic. cap. 24.ergo ad leges ciuiles pertinet præcipere aliqua ad religionem ſpectantia,vt ſunt ſacerdotes, & ſacra : & ita extra Eccleſiam Chriſti & nunc,& olim Reges,de pertinentibus ad religionem diſponebant : ſed in Eccleſia poſt Chriſti aduentum pertinet ad ſummum Pontificem,nō ad Reges,& Principes Chriſtianos,niſi de conſenſu Pontificum, conſentientium, vt Principes de religione aliquas leges ferāt in fauorem Eccleſiæ,& religionis Chriſtianæ.

*Poſt Chriſti aduentum ad ſummum Pōtificem pertinet de religione leges ferre.*

Probatur ratione: quia omnes virtutes morales ſunt neceſſariæ ad conſeruationem , augmentum, & bonum Reipub. & in primis de religione omnes Philoſophi dixerunt:eſſe Reip.fundamentum, & firmamentum: de iuſtitia commutatiua , diſtributiua,vindicatiua,& legali per ſe conſtat,in qua Principes temporales non ſolùm præcipiunt actus debitos de iuſtitia,vt reſtitutionem & ſimilia , ſed etiam indebitos, vt emptiones , venditiones, vindicationes,ſeu punitiones,& alios contractus, & actus,in quibus exercetur iuſtitia , ſed abſolutè non erant debiti de iuſtitia. Interdum etiam eſt neceſſaria miſericordia & eleemoſyna, præſertim erga infirmos vel detentos in carcere, & peregrinos, quā poſſet Rex præcipere. Fortitudinis actus maximè etiam ſunt neceſſarij in Repub.& Principes præcipiunt illos , vt expectare & aggredi hoſtem,fortiter dimicare,&c.De caſtitate præſertim mulierum,de temperantia in cibis, & potibus , de moderatione in ſumptibus funerum, veſtium, famulorum,&c.expedit leges ferre, & de hoſpitalitate,de pietate erga parentes & filios , de gratitudine erga benefactores , & ſic de aliis. Et ſic diſp. 3.ſect.1.diximus, legis humanæ effectum eſſe reddere hominem ſimpliciter bonum , ad quod requiruntur omnes virtutes : ergo lex humana poteſt diſponere in materia cuiuſcumque virtutis. Quod verò dixit D.Thomas quæſt.99.art.5. ad 1. moralia in tantum ſunt lege determinabilia , inquantum pertinent ad iuſtitiam, de legali intellige,quæ actus virtutum omnium ad bonum commune ordinat: quam mirificè extollit Ariſtotel. 5. ethic.cap.1.quæ interpretatio colligitur ex eodem D.Thoma ibi, & ex loco citato in noſtra concluſ. & ex 2.2.quæſt.118.art.4. ad ſecundum , vbi eleemoſynam lege præſcribi poſſe affirmat inſtante pauperum neceſſitate,& cum bonorum copia non neceſſaria diues abundat ad l. hac lege. C. de pactis conuentis.Reſpondeo licet Imperator debeat eſſe æquitatis fautor:tamen etiam debere eſſe fautorem aliarum virtutum , quantùm expedit bono publico.

*Legis humanæ ſimpliciter effectus eſt, reddere hominem ſimpliciter bonum.*

Dices,vſum liberalitatis & magnificentiæ , eutrapeliæ, amicitiæ, & ſimilium,non eſſe adeò neceſſarium Reip.nec priuatis:ergo non poteſt præcipi lege humana, præſertim quòd ex natura ſua poſtulare videntur carentiam neceſſitatis,& obli-

gationis. Propter hoc dicunt aliqui, concluſionem poſſe limitari ad virtutes cardinales, & alias ſimiles, quæ ad commune bonum neceſſariæ ſunt; vel poſſe dici, quòd quamuis leges humanæ non poſſint præcipere tales actus; poſſunt tamen eis ponere modum, & mẽſuram, eaque ratione eſſe materiam legis humanæ. Sed melius reſpondeo, in aliquo caſu tales actus eſſe neceſſarios, vel valdè vtiles communi bono, & hoc ſatis eſſe, vt aliquãdo, licet rarius præcipi poſſint, verbi gratia, quod ſint liberales, & magnifici cũ Principibus vel Rebuſpublicis, amicis, vel cum conſanguineis, vel cũ priuatis amicis, quòd inter illos fiat aliqua conuiuia, vel donationes, & munera in ſignum amicitię, quòd ſint ludi publici, & priuati ad recreationem populi, & hilaritatem ciuium, &c. Nulla eſt virtus etiam Theologica, cuius externos actus nõ poſſit lex humana aliquando iniungere.

*Quinã actus lege humana præcipi poſſint.*

37 Secunda pars concluſionis clara eſt: quia non minus, imò magis neceſſarium eſt Reipubl. vitare malum, quàm facere bonum. Vnde primo loco poni ſolet. Pſal. 36. *Declina à malo, & fac bonum*, & Pſal. 23. *quis aſcendet in montem Domini, &c. innocens manibus, &c.* & Ierem. 1. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas, deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.*

*2. Pars prob. Non minus neceſſariũ eſt Reip. vitare malum quàm bonum facere.*

Dices, actus vitiorum iam ſunt prohibiti iure naturę: ideo non oportet prohiberi lege humana. Reſpondeo; prohibitio naturalis ſępe non eſt omnibus nota, & à cognoſcentibus illam ſæpe exterius negaretur, aut diſſimularetur: ideo oportet eadem quæ ſunt prohibita lege naturali, prohiberi lege humana, ſicut Apoſtoli Act. 15. prohibuere fornicationem, quia naturalis malitia ipſius erat minus nota: ſicut D. Thomas & alij, 1. part. qu. 1. & alibi etiam pro notis lumine naturæ fuiſſe neceſſarium. Præterea etiam in illis, quorum malitia eſt notiſſima, neceſſarium fuit pœnas addere. Item expediens fuit, vt actus aliqui qui ex natura ſua non erant vitioſi, redderentur mali obiectiuè, ſeu vitioſi per ipſam prohibitionem.

38 Dico ſecundò, lege humana non poſſe præcipi omnes actus virtutum, nec prohiberi omnes actus vitiorum: ita D. Thomas, Caietanus, & alij relati in prima concluſione. Prima pars patet; non enim poteſt præcipi collectio omnium actuum ſtudioſorum, quia quidam inter ſe pugnant, vt virginitas, & continentia cum actu matrimonij: & Deinde duriſſimum eſſet, ad totam collectionem inter ſe non pugnantium, obligare, vt eſt virginitas, aut perpetua caſtitas, ſeu continentia, paupertas, & ſimilia, quæ ſunt valdè difficilia, & propriè dicuntur conſilia Euangelica: ſimiliter nec ieiunare frequenter in pane & aqua, matrimonium contrahere, religionem ingredi, de neceſſariis ad conſeruationem ſtatus, eleemoſynam facere: quia lex humana debet eſſe moderata, & ſuauis, & de re moraliter poſſibili; & non de rebus difficillimis, niſi in caſu raro, quo eſſent valdè neceſſariæ ad cõſeruationem Reipub. ob id poſſet Eccleſia præcipere confeſſionem, niſi à Deo fuiſſet præcepta, quia eſt difficillima: imò aliqua, licèt ſint bona, & facilia, nõ poſſunt lege humana præcipi, quia ſunt parum neceſſaria & vtilia, vel ſine præcepto communiter fiunt, & ea præcipere eſſet onerare homines, & illaqueare conſcientias abſque neceſſitate, vel ſufficienti cauſa: quamuis interdum ſi pręciperentur, factum teneret, & lex ſeruanda eſſet.

*2. Concluſio. Lege humana nõ poſſunt præcipi omnes actus virtutũ*

*1. Pars prob.*

*Lex humana debet eſſe moderata.*

Et quamuis lex humana ſæpe determinet diuinam, quoad tempus, modum, & alia: quæ non cadebant ſub lege diuina: vt lex diuina præcipit confeſſionem, & communionem, & dari alimẽta Miniſtris Eccleſiæ: & lex Eccleſiaſtica determinat, vt cõfeſſio fiat ſingulis annis, communio in Paſcha, & quòd in alimenta Miniſtrorum Eccleſiæ dentur decimæ: & ſimiliter ius diuinum eſt, vt cultus aliquis Deo tribuatur: Eccleſia determinauit, vt ea ratione quibuſdam diebus ceſſent opera ſeruilia & Miſſa audiatur. Ius diuinum pręcipit temperantiam: Eccleſia illud determinauit ad ieiunia, & abſtinentias certas in die veneris, ſabbatho, quadrageſima, &c. Tamen multa poteſt præcipere, quæ non ſint determinationes iuris diuini, vel licet nõ eſſent, quia menſura poteſtatis eius non pendet ex hoc, quod præcipiendæ ſint determinationes iuris diuini, vel non, ſed ex fine proprio, & ex qualitate ſubditorum, & ita poterit præcipere quidquid non ſit malum, ſi moraliter ſit neceſſarium, aut valdè vtile fini quem reſpicit, videlicet communi bono, vel temporali, vel ſpirituali, & accommodatum communitati ſuæ, & proportionatum cum eius viribus & facultate. Nec poterit quamcumque determinationem iuris diuini facere, vt quòd temperantia ſit frequenter in pane, & aqua, quòd oratio longa flexis genibus vel brachiis admodum crucis expanſis fiat, &c.

*Lex humana diuinam determinat quoad tempus.*

Secunda pars concluſionis, nempe quòd lex humana non poſſit omnia vitia prohibere, explicatur, & probatur: bene poſſet lex humana ſimpliciter prohibere in genere omnes actus, qui ſunt mali, & vitioſi iure naturali, ſed hoc parum vtilitatis afferret, quia ea prohibitio generalis nullã nouam obligationem, ſaltem notabilem adderet, & ſic parum conduceret ad impediendos tales actus, & idem eſſet de prohibitione particulari illorum actuum, quorum malitia iam eſſet omnibus nota. Tamen hæc omnia prohibere ſub pœnis præſertim grauibus, & ſollicitè illas exequi in delinquẽtes non poſſet; nam quædam peccata ſunt modica, & non perturbantia Remp. nec multùm noxia animabus, aut corporibus, vt mendacia iocoſa, & officioſa, verba ſcurrilia, & laſciua, aſpectus libidinoſi, geſtus immodeſti, &c. quæ velle punire eſſet inutile, imò impoſſibile: aliqua vitia, licèt maiora, non punire, ſed permittere expedit, vt maiora mala vitentur: Sic permittuntur meretrices, & deceptiones in emptionibus, & venditionibus citra medietatem iuſti pretij, quando non eſt taxatum pretium à Repub. & alia multa: vnde meritò Auguſtinus 1. de liber. arbitr. cap. 5. laudat Euodij ſententiam, dicentis, multa meritò nõ puniri, ſed permitti lege humana: quæ per diuinã prouidentiam puniuntur. Sanè lex accommodanda eſt Reipubl. 3. polit. cap. 7. & lib. 4. cap. 1. Cicer. 1. de offic. nu. 4. & ideò Ariſt. 7. polit. ait legiſlatorem debere ſubditorum ingenia inſpicere, vt leges ferat illis accommodatas, ciuium autem ingenium maximè eſt ad vitia propenſum. Geneſ. 8. *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt*, & ideò Pſal. 13. *abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: non eſt, qui faciat bonum, &c. omnes declinauerunt*, &c. ergo, nõ poſſunt omnia peccata hîc puniri, ſic enim Reſpubl. ipſa breui deleretur: imò nec omnia vetari expedit, quia iuxta Ouid. 3. amoris: *Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq; negata:* & iuxta Horacium lib. 3. carm. Ode 3. *Ardua omnia expetit gens humana; ruit per vetitum*

*39 2. Pars prob.*

Digitized by Google

*vetitum nefas*. Accedit, quòd ex ſimplici prohibitione humana, iuxta Vazquez diſp. 98. cap. 2. peccatum nouam haberet malitiam, licèt, vt credo, non ſpecie diſtinctam, nec notabilem: non expedit autem omnium peccatorum augere malitiam: maximè quòd onere preſſi, & iugo fatigati illud deponerent, & excuterent: vnde Principes vehemẽter emungentes, elicerent ſanguinem. Prouer. 30. Quo ſpectat id Matth. 9. *Nemo mittit commiſſuram in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinẽ eius à veſtimento & peior ſciſſura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres*, &c. vbi Chriſtus vult viuendi genus ad diſcipulorum captum & conditionem accommodandum, ne dum mala quædam impedire volumus, maiora ſequantur, vt ex Euthymio & Thophylacto tradit Maldonatus ibi, ſic etiam interpretatur D. Thomas quæſtion. 95. artic. 2. ad 2. Ambroſ. Geneſ. 8. vbi legimus *nequaquam vltra maledicam terræ*, lib. de Noe, cap. 22. legit. *Recogitans audaciam maledicere terram propter opera hominum, quia permanat cor hominis diligenter ſuper mala, ab adoleſcentia ſua*: & ſic ait, & ſi vindicauerat in hominum genus: tamen cognouit, quia vindicta legis ad timorem proficit & cognitionem doctrinæ magis, quàm ad naturæ commutationem, quæ corrigi in aliquibus poteſt, in omnibus mutari nõ poteſt. Vindicauit ergo Deus, quò timeremus; pepercit, vt reſeruaremur. Vindicauit ſemel ad exemplum timoris; pepercit in reliquum ne dominaretur ſemper amaritudo peccati ſimul: quia ſi quis peccata cupiat ſæpius vindicare, aſper magis, quàm cenſorius habetur.

## DVBIVM PRIMVM.

*An paupertas Euangelica poſſit humana lege præſcribi.*

40 SEd circa ea, quæ in priori parte ſecundæ concluſionis dicta ſunt, dubitatio oriri poterit de paupertate Euangelica, an humana lege præſcribi poſſit. Pro iſto dubio ſuppono 1. ex Epiphanio hæreſi 61. Auguſtino hæreſi 40. & epiſt. 89. qu. 4. & epiſt. 106. & Bellarmino 2. de Monach. cap. 8. Maldonato Matth. 19. verſ. 21. aliiſque omnibus Theologis, paupertatem Euangelicam, quę in omnium bonorum abdicatione ſita eſt, non ad præcepta, ſed ad conſilia Chriſtianæ perfectionis pertinere, Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo*: quo teſtimonio auctores memorati aduerſus Pelagianos pugnant, & alios hæreticos, qui ſe Apoſtolicos nominabant, & aduerſus Iulianum Apoſtatam, & Caluinum, alioſque noſtræ tempeſtatis ſectarios, qui paupertatem Euangelicam in præcepto eſſe, affirmarunt: ſuppono 2. paupertatem Euangelicam non eſſe prohibitam, vt putarunt Vviclef, & Lutherani apud Bellarminum ſuprà, contra locum illum Matthæi.

*Paupertas Euãgelica humana legi præcipi poteſt.*

Hoc ſuppoſito quidam dicunt, paupertatem Euangelicam, quoties ad bonum Reipubl. vtile fuerit, poſſe humana lege præcipi: probant 1. ex D. Thoma quæſt. 95. art. 3. dicente, *nulla eſt virtus, de cuius actibus lex præcipere non poſſit: non tamen de actibus omnium virtutum lex humana præcipit: ſed ſolum de illis, qui ordinabiles ſunt ad bonum commune*: ergo quãdo paupertas hæc ad commune bonum poſſit expedire, præcipi lege humana poterit. Cõfirmatur, quia ob propriam vel parentum culpam priuari poteſt quis lege humana omnibus bonis: vt docent Caſtro 2. de iuſta hæretic. pun. cap. 11.

A Couarr. 2. varia. cap. 8. num. 1. ex l. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſtatis: vbi ob crimen læſæ maieſtatis priuantur homines omnibus bonis, & de eorum filiis dicitur: *à materna, vel auita omnium etiam proximorum hæreditate, ac ſucceſſione habeantur alieni, ex teſtamentis extraneorum nihil capiant*: ſint perpetuò *egentes & pauperes*. Hoc idem decretum eſt, l. 2. tit. 2. part. 7. & de hæret. & eorum filiis, cap. vergentis de hæreticis.

Secundò, quia ſeruis omnibus interdicta ſunt rerum dominia. Quod enim ſeruus acquirit, non ſibi, ſed Domino acquirit, §. ex poteſtate, inſtit. qui ſunt ſui vel alien. §. item vobis, inſt. per quas perB ſonas nobis acquir. vbi dicitur. *Ipſe ſeruus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt*: idem habetur l. acquiritur, ff. de acquirend. rerum domin. & l. neque placet, ff. de acquir. hæred.

Tertiò, quia etiam ſine culpa per leges præſcriptionis transferuntur rerum dominia, in c. tit. 23. de præſcrip. longi temporis, & tit. 37. de quadrien. præſcript. & tit. 39. de præſcript. 30. vel 40. ann. & in Decretal. tit. 26. de præſcript. & eam poteſtatem in Principe vel Repub. eſſe, docet Molina tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 25. Suarez opuſ. 6. diſp. de iuſt. ſect. 1. num. 12. & ſect. 4. nu. 6. Nauarrus 2. de reſt. cap. 3. num. 116.

Quartò, quia bonum commune præferendum C priuato: ergo. Si expediat communi bono poterit paupertas Euangelica, quæ eſt in conſilio diuino, eſſe etiam in præcepto humano.

Sed communis Theologorum, & vera ſententia eſt, neminem humana poteſtate ad paupertatem Euangelicam obligari poſſe: nam hæc conſiſtit in abdicatione voluntaria ex voto, omnium rerum & facultatum, quas habet, vel habere quacumque ratione poſſit, ita vt ex voto vel ſit inhabilis ad habendum proprium, & vtendum re vlla vt propria, vel ſaltẽ omninò impeditus, quæ paupertas maior, & ſtrictior eſt, quàm ſeruorum (qui quidem ex voluntate dominorum, & aliis modis, aliquando poſſunt habere proprium) maior etiam D eſt omni paupertate, quæ ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, imponitur, & ad bonũ commune numquam poteſt eſſe neceſſaria, quin potius ad eam cogere aduerſaretur bono cõmuni: ergo non poteſt lege humana præſcribi, vt nec ſtatus religionis, vel matrimonij, & alia difficillima: quæ voluntaria eſſe debent: nec expediret bono communi ad ea obligare: vnde numquam legimus ad eiuſmodi obligatum eſſe quemquam: & Doctores agentes de iuſtitia, docent communiter extrahentem aliquem à religione etiam per vim, & fraudem, non teneri ſeipſum pro illo religioni tradere. 41

*Nemo poteſtate humana ad paupertatem Euangelicam obligari poteſt.*

## DVBIVM SECVNDVM.

E *An virginitas ſub præcepto humano cadere poſſit.*

VIrginitatem eſſe honeſtam, & virtutẽ præcellentem docent D. Thomas 2. 2. q. 152. art. 2. & 3. Ambroſ. de virginibus non longe a principio; & eſſe conſilium Euangelicum late oſtendit Bellarminus primo de monach. cap. 9. & 11. contra hæreticos Apoſtolicos, & Encratitas, aſſerentes præceptum Euãgelicum eſſe de virginitate & cœlibatu, vt teſtatur Auguſtinus, & Epiphanius citati dubio præced. & Ireneus lib. 1. cap. 30. & contra Iouinian. qui teſte Hieron. 1. aduerſus Iouin. & Aug. hæreſ. 82. aſſerebat nullum eſſe præceptum, nec 42

*Virginitas eſt virtus præcellens.*

Digitized by Google

nec conſilium virginitatis, aut continentiæ.

Has præcipi poſſe humana lege, probant aliqui: quia ob nonnulla crimina matrimonium interdicitur: ob inceſtum cap. 1. & 2. cap. tranſmiſſæ, & c. ex literis de eo qui cog. conſang. & c. qui dormierit 32. quæſt. 6. ob raptum ſponſæ alterius cap. ſtatutum 27. quæſt. 2. ob vxoricedium, cap. interfectores cap. admonere, 33. quæſt. 2. ob matrimonium ſcienter cum moniali contractum, cap. hi ergo, 27. quæſt. 1. ob ſacerdotis homicidium, cap. qui præsbyterum, de pœnit. & remiſſ. matrimonium etiam interdicitur ei, qui vt ab vxore ſeparetur, filium illius ex ſacro fonte ſuſcepit, cap. dico, 30. quæſt. 1. cum igitur hæc omnia nihil arduum contineant præter abſtinentiam ab honeſtis matrimonij delectationibus, nam à reliquis lege naturæ continere nos, debemus: continentia Euangelica præſcribi humana lege poterit; vnde gloſſ. cap. propoſuiſti, ver. de ex 82. diſt. affirmat poſſe Pontificem pro ſua abſoluta poteſtate nonnullos obſtringere ad ſeruandã continentiam, quamuis nullo continentiæ voto teneantur.

*Continentia & virginitas nulla humana lege præſcribi poteſt.*

Communis tamen opinio, & vera eſt, nulla lege humana virginitatem aut continentiam Euangelicam præſcribi poſſe: Probant aliqui ex Sap. 8. ver. 21. *ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det.* Quod de continentia à voluptatibus carnis intelligit Auguſtinus 10. confeſſ. cap. 29. & epiſt. 89. ad Hilarium quæſt. 2. Proſper, primo de voc. gen. cap. 24. & lib. contra collatorem, cap. 16. D. Thomas, 2. 2. quæſt. 156. art. 2. ad 1. Bellarminus ſup. cap. 31. §. ille igitur, ergo non poteſt lege humana præſcribi. Reſpondent aduerſarij, non de ſola continentia virginum, aut cælibum ibi eſſe ſermonem, ſed de continentia, vt coniugalem & vidualem complectitur: Salomon enim cuius ſunt illa verba teſte Nazianzeno oratione 49. & Cõcilium Toletanũ 17. cap. 5. & alij plures, quos refert Bellarminus ſupra, & primo de verb. Dei, cap. 13. non fuit virgo, aut cælebs; ſed coniugatus, vt ex 3. Reg. 11. verſ. 3. probat Bellarminus 2. de monach. ca. 31. ſed coniugalis poteſt ſeruari per gratiã Dei, & ideò præcipi poteſt lege humana: ergo & cæteræ. Reſpondent etiam ſapientem ibi non loqui de continentia à voluptatibus venereis, ſed de continentia ſeu poſſeſſione ſapientiæ: vt multi iuniores ibi exponunt, & colligitur ex eodem cap. verſ. 18. & 19. & ex cap. 9. vbi ſapientiam à Deo poſtulat &c. Sed iſte ſenſus priori nõ derogat, iuxta quem cum continentia à voluptatibus venereis etiam cõiugalis difficilis ſit, multò magis erunt reliquæ, præſertim voto confirmatæ, quia votum addit maximam religionis obligationem, quæ ſine cauſa nec à Pontifice validè auferri poteſt: ergo continentia Euangelica, quæ votum includit, non poteſt humana lege præſcribi, maximè cùm nũquam poſſit eſſe communi bono neceſſaria: ſecus impediri à matrimonio propter aliqua peccata, quod impedimẽtum facilè poteſt à Pontifice remoueri, & non facit peccata contra caſtitatem grauiora. Confirmatur ex Ambroſio de virginitate ſupra, dicente. *Quis humano eam poſſit ingenio comprehendere, quam nec natura ſuis incluſit legibus: aut quis naturali voce complecti, quod ſuper vſum naturæ ſit?* vbi velle videtur Ambroſius virginitatem nec lege naturæ, nec alia, quæ ex natura ortum ducat, abſolutè præcipi poſſe: vnde libro de exhort. ad virg. non longè à principio, & refertur, cap. virginitas,

A 32. quæſt. 2. ait, *ſola eſt virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt*: & auctor ſerm. de aſſump. qui Hieronymo tribuitur, *profectò*, inquit, *in carne præter carnem viuere non terrena vita eſt; ſed cæleſtis.* Poteſtas autem humana non ſe extendit ad vitam cæleſtem: ergo non poteſt virginitatem præcipere.

## DVBIVM TERTIVM.

*Vtrum ſtatus religionis humana lege præcipi poſſit.*

Hinc patet à fortiori ſtatum religionis huma- 43
na lege præſcribi non poſſe; cum vltra pau-
B pertatem, & virginitatem, ſeu continentiã omnimodam, includat obedientiam, quæ quid illis difficilius eſt; & ita docet communis opinio, quæ confirmatur ex Ambroſio lib. de beata vita aſſerente, *voluntariũ ſibi militem eligit Chriſtus*: vt ergo non cogitur quis à Chriſto ad ſtatũ iſtum, ita nec cogendus ab aliis eſt, quia communi bono id non expedit: vnde in Symbolo ab Eug. Papa coacto, & refertur cap. ſicut 20. quæſt. 1. *Sicut qui monaſteria elegerunt, ab eis egredi non permittuntur: ita hi, qui inuiti ſine iuſta offenſionis cauſa, ſunt intromiſſi, non niſi volentes teneantur; quia quod non petunt, non obſeruant: Ideòque tales conſiderandi ſunt magis peccata committere, quàm plangere, ſicut in decreto ſanctiſſimi*
C *Leonis Papæ continetur:* & Nicol. Papa, cap. præſens 20. quæſt. 3. interdicit, ne ad monaſticam diſciplinam inuitus aliquis aſſumatur. *Quod enim quis non eligit, neque optat*, inquit Pontifex, *profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit*, &c.

*Status religionis humana lege præſcribi non poteſt.*

Sed aliqui oppoſitum oſtendere conantur: quia olim ob nonnulla delicta delinquentes, ad pœnitentiam monaſterio tradebantur, cap. ſicut, cap. ſi ille 50. diſt. cap. dictum, cap. ſiquis clericus 81. diſt. cap. de lapſis, 16. quæſt. 6. & nonnunquam pro tota vita, vt in 6. Syn. Aurel. relata dicto, cap. ſiquis clericus: ergo etiam licebit ad profeſſionem religioſam obligare. Sed hoc argumentum inane
D eſt, quia profeſſio religioſa longè eſt difficilior, & magis voluntaria eſſe debet: & numquam ad bonum commune poteſt eſſe neceſſaria; ſecus punire delicta perpetuo carcere religioſo: vnde etiam non procedit aliud argumentum, ſcilicet non ſolum laici, ſed etiam clerici interdum pro bono communi tenentur pugnare, vt docent Caietanus 2. 2. qu. 40. art. 2. §. ad hoc dicitur, Molina tom. primo de iuſt. tract. 2. diſp. 108. Nauarra alios recenſ. 2. de reſt. cap. 3. à nu. 113. ergo & pro bono communi tenetur aliquis religionem ingredi. Nego conſequentiam, quia religionis profeſsio numquam poteſt eſſe neceſſaria ad bonum commune: & quando eſſet neceſſaria, verbi gratia, cùm non
E poſſit eſſe pax, & ſecuritas in regno, niſi Rex vel eius ſucceſſor religionem profiteatur, & alij regnum relinquat, ex lege naturali teneretur homo religionem profiteri, & ideo ex ſola lege humana numquam poteſt ad religionem obligari. Matrimonium autem etiamſi liberum eſſe debeat, cap. cum locum, cap. gemma de ſponſalib. Sicut tamen profeſſio cap. 1. & c. ſicut tenor de regular. quia eſt minus difficile, & poteſt eſſe magis neceſsarium, Princeps poſſet interdũ ad illud obligare, & compellere, vt cum aliis docet Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 2. diſp. 3. nu. 4. & lib. 4. diſp. 22.

*Nonnulli ob nonnulla peccata in monaſteria includebantur.*

*Princeps poteſt aliquem ob bonum commune ad matrimoniũ compellere.*



Digitized by Google

### DVBIVM QVARTVM.

*Poſſitne publica ſacramentalis confeſſio lege humana præſcribi.*

44 *Sacramentalis Confeſſio à Chriſto inſtituta eſt.*

DE lege politica clarum eſt non poſſe, quia ſacramentalis cõfeſſio ad ſalutem ſpiritualem inſtituta eſt à Chriſto, vt liquet ex Tridentino ſeſſ. 14. can. 6. poteſtas autem politica in ſpiritualibus & ſacris non diſponit. De Eccleſiaſtica verò nonnulla eſt difficultas: quia Tridentinum eadem ſeſſ. cap. 5. ſolùm dicit, *non ſatis conſultè* (id eſt prudenter) *humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione operienda*: poſſet igitur lege id præcipi, licet non ſatis prudenter, & Origenes hom. 2. in Pſal. 37. ſi intellexerit, & prouiderit ſacerdos, talem eſſe languorem tuum, qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facilè ſanari; multa hoc deliberatione, & ſatis perito medici illius conſilio procurandum, & Caſsiodor. 9. Tripar. cap. 35. *Quoniam omninò non peccare diuinum, & vltra humanam naturam eſſe cognoſcitur: peccantibus autem pœnitentiam agentibus veniam Deus dare præcipit: qui verò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus requirunt, propterea viſum eſt antiquis Pontificibus, vt velut in Theatro ſub teſtimonio Eccleſiaſtici populi peccata pandantur*: & Leo epiſt. 78. aliàs 80. ad Epiſcopos Campaniæ, nonnullos refert Epiſcopos, qui omnia peccata pœnitentium per libellum in Eccleſia recitare volebant.

*Nulla lege Eccleſiaſtica publica Confeſſio præſcribi poteſt.*

Dico tamen, nulla lege humana etiam Eccleſiaſtica poſſe publicam ſacramẽtalem confeſsionem preſcribi, Suarez 3. part. tom. 4. diſp. 21. ſect. 2. nu. 6. Valentia 3. part. diſp. 7. quæſt. 11. punct. 1. §. quomodo debeat cõfeſsio eſſe ſecreta. Nauarrus cap. 23 nu. 38. Soto 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 1. imò vniuerſè tradit confeſsionem ſacramentalem humano præcepto præcipi non poſſe: Probatur ex Leone ſup. cap. 20. aſſerente, *illam etiam contra Eccleſiaſticam regulam præſumptionem, quam nuper agnoui à quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoueri de pœnitentia ſcilicet, quæ ita à fidelibus poſtulatur, ne de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta profeſſio publicè recitetur, cùm reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicari confeſſione ſecreta*. Quod non ita intelligas, vt Apoſtolica regula publicam confeſsionem prohibeat, nam iuſtis de cauſis, quas recenſet Tridentinũ ſect. 14. c. 5. licitũ eſt, & à Chriſto non interdictum, vt idẽ Concilium dicit, & Suarez ſup. n. 9. alios referens: ſed vt Apoſtolica regula ſcripta, vel cõſuetudine tradita prohibuerit ad talẽ confeſſionẽ obligare: & ideo Leo præceptum confeſſionis publicæ, præſumptionem contra Apoſtolicam regulam eſſe dixit. Addit Leo ſup. & refertur: cap. quamuis plenitudo, de pœnit. diſt. 1. *Quamuis plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur: tamen quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata, vt ea, quæ pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare: remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur. Dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſſunt legum conſtitutione percelli.* Ecce illam conſuetudinem improbabilem appellat Leo, quia nimirum eſt etiam contra legem naturalem, cui præualere conſuetudo non poteſt, ſecus contra legem humanam, quia ipſa eſt velut lex cap. conſuetudo, diſt. 1. vnde nec Papa nec Conciliũ poſſunt ad publicam confeſſionem ſacramentalem obligare: cuius ratio, & ſumma rei difficultas, & modica vtilitas: imò nec ſecretam confeſsionem præcipere poſſunt, niſi eſſet iam à Deo præcepta: quare errarunt maximè Caluiniani, & Petrus Oxomen. apud Bellarminum 3. de pœnit. cap. 11. dicentes, ſacramentalem confeſsionem ex humana inſtitutione manaſſe. Confirmatur: quia non poteſt Eccleſia præcipere vt ſubditus ſeipſum infamet, maximè per confeſsionem ſacramentalem, cùm ad bonum commune ſatis eſſet alia confeſsione delictum manifeſtare. Nec obſtat Tridentinum in contrarium citatum, imò fauet, vt ait Suarez ſup. nu. 6. lex enim inconſulta & imprudens, non eſſet vera lex, neque obligaret. Origenes verò loquitur de confeſsione non ſacramentali, facta pro arbitrio pœnitentis, & conſilio confeſſoris, audita prius confeſsione ſacramentali ſecreta. Hiſtoria verò illa Caſsiodori aliter à Nicephoro, & Sozomeno narratur: lib. enim 12. cap. 28. ait, graue autem Epiſcopis, qui proximè poſt Chriſtum fuere, viſum eſt, in media plebe velut in Theatro noxam confiteri. Sed quia Bellarminus 3. de pœnit. cap. 14. non leuibus argumentis ductus Caſsiodori lectionem probat. Reſpondeo Caſsiodorum differere de publica peccatorũ confeſſione, quæ ſacramentalis non erat, & ad conſilium ſacerdotis pro voluntate pœnitentis de nonnullis peccatis interdum fieri ſolebat.

---

## SECTIO IIII.

*An lex humana poſſit aliquos actus indifferentes præcipere, aut prohibere, id eſt, nec bonos nec malos ex genere ſuo.*

PRo parte negante argumentor primò, quia ad indifferentia non poteſt quis obligari voto, aut promiſſione: ergo nec lege: quia eadem eſt ratio, maximè cum votum ſit lex priuata, quam homo ſibi imponit. Secundò, quia lex ſolùm poteſt præcipere honeſta, & conſentanea rationi, ſed indifferentia non ſunt huiuſmodi: ergo. Tertiò ſi indifferentia poſſent prohiberi, maximè quando bono communi nocent, vel nocere poſſunt, quia lex reſpicit bonum commune: ſed hoc non, quia interdum actus de ſe bonus & honeſtus, nocet bono communi, tamen nec tunc prohiberi poteſt: ergo neque indifferentes, quando nocet communi bono, prohiberi poteſt. 45

*1. argument. Indifferentia an lege humana prohiberi poſſint.*

*2. argument.*

Pars tamen affirmans eſt communis, certa, & perſpicua, de qua Valentia diſp. 7. qu. 5. punct. 7. in fine, quamuis D. Thomas quæſt. 92. art. 2. de indifferẽtibus ſolùm dixerit permitti, quod verum eſt, ſi ſecundum ſe præcisè conſiderentur, vt media tamen ad bonum commune præcipi poſſunt, & vt noxia prohiberi, quod enim ſecundum ſe eſt indifferens, poteſt eſſe vtile ad honeſtum finem, & ſic inducere honeſtatẽ, poteſt etiam obeſſe communi bono, & vt ſic poteſt prohiberi, & reddi malum: imò ſi infallibiliter inferat commune damnum, etiamſi non prohibeatur lege humana, erit malum ex circunſtantia euentus, & vitandum: vnde quando eſt periculum, licet non ſit infallibile euenturum malum, quod imminet, prohiberi ſolet: imò bonus actus propter aliud bonum maius, 46

*Indifferentia lege humana prohiberi poſſe demonſtratur.*

*Bonus actus propter aliud maius bonum prohiberi poteſt.*

cui eſt

cui eſt in compatibile, poteſt prohiberi, vt ſunt A prohibita ieiunia communia in die dominica propter meliorem repræſentationem lætitiæ reſurrectionis Chriſti. & peccarent Epiſcopi, ſi illa die ieiunium iniungerent fidelibus.

Similiter actus indifferens ex ſe, ſi eſt neceſſarius aut vtilis ad bonum finem, poteſt cadere ſub voto. Imò, & omiſsio actus indifferentis, aut etiam boni impedientis maius bonum, poteſt cadere ſub merito.

Et quamuis legiſlator non intendat actu illum finem bonum, ratione cuius indifferens obiectum præceptibile eſt, lex obligat, quia ex ſe eſt vtilis ad talem finem, licet legiſlator ipſum non intendat. B Subditi etiam præcepto ſatisfacient, faciendo quod præcipit, licet non eo fine, ſed alio, ſiue bono ſiue malo id faciant: vt docet D. Thomas quæſt. 100. art. 9. & omnes recentiores ibi, Sotus 2. iuſt. quæſt. 2. art. 9. & 10. & 4. diſt. 13. quæſt. 2. Nauarrus c. 21. n. 7. Sebaſtianus Medicis reper. c. erit autem lex diſt. 4. n. 63. & alij cõmuniter. Nec enim legiſlator humanus intendit obligare ad operandum hac vel illa intentione: imò nec poteſt, vt conſtat ex dictis ſectione prima; nec poteſt prohibere, vt actus fiat hac vel illa intentione, etiamſi alioqui ſit mala, nec punire pro illo actu, ex eo quòd fiat illa intentione, licet poſsit non punire actum alioqui malum, niſi quando fit illa intentione.

*Legiſlator humanus non intendit obligare ad operandũ hac vel illa intentione.*

C Vnde falſa eſt opinio aſſerentium non impleri legem humanam, niſi actus fiat recta intentione: pro qua opinione refertur Dionyſius Ciſtertien. 1. diſt. 17. art. 3. & Antoninus 2. part. tit. 3. cap. 10. §. 2. qui exemplum ponit in præcepto audiẽdi Miſſam, quod negat ab eo impleri, qui turpi intẽtione, vel ex odio, vt ibi de inimico vindictam ſumat, Eccleſiam adit, etiamſi integram Miſſam voluntariè, & attentè audiat. Ratio eius eſt, quia lex præcipit actum bonum, ille autẽ actus non eſt bonus, item lex præcipit cultum Dei: ille autem actus non eſt cultus, ſed offenſa Dei.

Sed his rationibus facilè occurritur, nam lex præcipit actum bonum ex ſe, vitiantur autem mala circunſtantia: ſed qui illam apponit, facit quod D ei præcipitur, ideo præceptum integrè implet, licet malè, & ille actus audiendi Miſſam cultus Dei eſt, ſi homo velit aſsiſtere, vt cęteri Chriſtiani formali vel virtuali voluntate offerendo ſacrificium Deo per ſacerdotem, ſiue hoc velit malo fine, ſiue bono. Contingere enim poteſt, vt malo fine ingreſſus ſit, & maneat in Eccleſia; bono autem fine exhibendi cultum Deo, audiat ſacrum: ſed demus malo fine velle talem cultum, adhuc ſatisfacit præcepto.

47 Sed rogas, quidnam ſibi velint Caietanus qu. 100. art. 9. Azor to. 1. lib. 5. cap. 5. quæſt. 2. Sotus, & alij ſuprà, & alibi dicentes legẽ conſtituere actum in ſpecie virtutis? Reſpondeo velle, quòd in actum E ponitur obligatio illius virtutis, in cuius materia verſatur: ita vt omittere illum actum pertineat ad vitium oppoſitum tali virtuti, qua ratione violare ieiuniũ eſt contra virtutem temperantiæ, pollutio vel effuſio humani ſanguinis in Eccleſia, contra religionem, &c. efficere autem actum præceptum pertinebit ad virtutem, cuius honeſtas in eo intendatur, & propter ſe ametur, vt latè tractatur de bonitate, & malitia humanorũ actuũ, & tract. de peccatis: vbi etiam alia maior difficultas eſt, quando actus qui præcipitur, vel prohibitur, non pertinet magis ad vnam materiã, quàm ad aliam, nec ad honeſtatem, vel turpitudinem vnius virtutis, vel vitij, quàm alterius, ad quod vitium pertinebit violatio illius pręcepti affirmatiui, vel negatiui: & quando lex vnum tantùm finem reſpiceret, non eſt tanta difficultas, quia dici poteſt pertinere ad vitium contrarium virtuti reſpicienti per ſe, & intendenti tale bonum: ſed ſumma difficultas eſt, quando præceptum reſpicit diuerſos fines ad varias virtutes ſpectantes, vt ſi religioſo prohibeatur exitus à monaſterio propter periculum fornicationis, homicidij, furti, ſimoniæ, &c. dicere enim, exitum habere tot malitias, ſpecie diſtinctas, quot ſunt fines legis, & eas omnes interrogandas à confeſſario, & explicandas à pœnitente, videtur durum, & inſuetum: non eſt autem maior ratio de vna, quàm de alia: ergo vel ab omnibus vel à nullo illorum finium ſpeciem capit. Ego credo, à nullo ſpecificari, ſed actum tunc ſolùm eſſe contrarium virtuti obedientiæ, non tamen ita directè & formaliter, ſicut quando violo præceptum ex ſola libidine libertatis à lege, & quia dedignor ſubeſſe, & ſubijci alteri.

Poſſet etiam hîc quęri, an lege humana poſsint præcipi actus indifferentes, id eſt, non præcepti nec prohibiti à Deo, in quo ſenſu hęc quæſtio tractatur diſp. 10. ſect. 1.

## SECTIO V.

*An legis canonicæ, & ciuilis, eadem ſit materia.*

48 Ratio dubitandi eſt, quia vtraque, vt vidimus ſect. 2. verſatur circa materias omnium virtutum: ergo ex parte materiæ non differunt. Nec verò id eſt neceſſarium ad earum diſtinctionem: nã diuerſæ facultates circa idem verſari ſolent ſub diuerſa ratione, vt intellectus verſatur circa omne ens ſub ratione veri, & voluntas ſub ratione boni: & Phyſicus probat rotũditatẽ terræ vno modo, Aſtrologus alio: & videmus aliquas cauſas eſſe mixti fori, & à præueniente iudicari, ſiue ille ſit Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis Iudex: & inter ſæculares iudices aliquando in populo ſunt duo æqualis poteſtatis, ad quorum quemlibet poteſt cauſa deferri, & ab illo iudicatur. Sic ergo poſſemus imaginari poteſtatem ciuilem, & Eccleſiaſticam habere eandem materiam, ſed in ea diſponere poteſtatem politicam, cùm expedit ad finem temporalem, & Eccleſiaſticam, cùm expedit ad finem ſpiritualem. Vnde videmus vtrámque verſari circa matrimonia, iuramenta, vſuras, & ſimilia, & quod difficilius videtur, in Codice Iuſtiniani habentur leges de Epiſcopis, clericis, Monachis, Eccleſiis: quæ materiæ videntur maximè propriæ legum Canonicarum: nulla igitur eſt materia propria legum canonicarum. Accedit, canones ipſos diſponere, aliquando leges ciuiles poſſe vim habere in foro Eccleſiæ, c. certum cum aliis, diſt. 10. & cap. 1. de noui oper. nunciat. & de legibus canonicis non eſt dubium, quinetiam circa perſonas ſæculares, & in temporalibus diſponere poſſunt in ordine ad ſpiritualem: ergo etiam ciuiles poſſunt diſponere de perſonis, & rebus ſpiritualibus in ordine ad finem temporalem.

*Cauſſæ aliquæ ſunt mixti fori quæ poſſunt à diuerſis iudicari.*

Reſpondeo tamen, materias proportionatas, quodammodò diuerſas habere; nam in artificialibus, moralibus, & naturalibus frequens eſt, facultates diuerſas ſimiliter verſari circa diuerſas materias,

*Facultates diuerſæ verſantur circa diuerſas materias.*

terias, maximè ſi ſunt diuerſi ordines, ſicut poteſtas ciuilis, & Eccleſiaſtica: quia vna eſt materialis,& naturalis:altera ciuilis,& ſpiritualis:item vbi ſunt opera valde diſtincta, & ad diſtinctos fines facta,materia ex qua,& circa quã ſolet eſſe diuerſa: quidam laborãt in ferro,alij in ligno,alij in auro,alij in argento; vnde quidam ſunt fabri ferrarij, alij lignarij,argentarij, aurarij, &c. ergo cùm finis harum facultatũ ferendi leges valde diuerſi ſint,& leges ipſæ ſint valde diuerſæ, materia circa quam verſantur,ſaltem communiter & per ſe loquendo, debet eſſe valdè diuerſa. Præterea intra latitudinẽ legum temporalium iuxta diuerſos fines ſolent materiæ eſſe diſtinctæ,& ita diſtinguitur ius militare à iure proprio ciuitatis, vt ſignificauit Iſidor. 5. Etymolog. cap. 7. & habetur. c. ius militare diſt. 1. ſumitur ex Ariſto. 7. polit. cap. 8. & 9. Platone 2. de Rep. & 8. de legibus: ergo à fortiori in præſenti: & ita doctores tanquam in re certa conueniunt,materias harum legum,& facultatum diuerſas eſſe, & ideò aliquando dicunt legem aliquam ciuilem,vel etiam Eccleſiaſticam,nullam eſſe,quia mittit falcem in meſſem alienam, in quam non habet iuriſdictionem, ſed in modo explicandi differunt.

*Politici quales ſint.*

49 Et in primis cauendus eſt vel error, vel modus procedendi quorũdam, qui modò politici dicuntur, & Atheiſtæ eſſe ſolent,aut Dei prouidentiam, aut animæ immortalitatem negare, qui de iuſtitia legum non curant,& modò Principes eis indigere videantur ad ſui ſtatus, vel Reip. in temporalibus conſeruationem,& augmentum. Quorum vel error, vel praxis ſuaderi poteſt, quia leges ciuiles interdum fouent,vel iuſtificant actus prauos,propter temporalem commoditatem: vt in l. dolo. C. de inutilib. Stipul. ſuſtinetur contractus dolo factus,& §. 1. inſti. de actionib. admittitur actio alias iniuſta, & ita loquuntur etiam nõnulli iuriſperiti, vt videre licet apud Couarruuiam Reg. peccatum parte 2. §. 6. nu. 3. & Reg. poſſeſſor parte 1. §. 1. nu. 1. 5. Item contractus factus contra legem approbari videtur l. paciſci. ff. de pactis.

*Politicorum ratio omninò explodẽda eſt.*

Hæc praxis, aut doctrina reijciẽda eſt omninò: nam de ratione legis eſt,eſſe honeſtam ſeu honeſta iubere, qualia ſunt omnia, quæ ex ſe ſunt indifferentia,quando conducunt ad conſeruationem,aut augmentum Reip. ſeu boni communis, vt patet ex prima diſp. vbi vidimus legem iniuſtam, legem non eſſe:quia nequit obligare:tradit Aug. 1. de lib. arb. cap 5. & iniuſta eſt, ac proinde nulla, quæ eſt lata ab inferiori contra legem ſuperioris. ca. ſuper his,de maior.& obed. Clem. ne Romani,de elect. c. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. l. 2. C. de officio Præfecti prætor. l. caſſa. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ergo ſi Princeps aliquid ſtatuat contra legem Dei,conſtitutio erit nulla, quia Deus ſuperior eſt. Hoc ipſum docent. l. 1. cum aliis. ff. de iuſt. & iure: & toto tit. de legib. vnde l. hac lege C. de ſacroſanctis Eccleſ. C. de pactis conuentis,dicitur, *conditores legis, æquitatis conuenit eſſe fautores.*

*Leges cùm aliquid minus iuſtum præcipiunt, ſed tantum permittunt.*

Nec leges ciuiles in contrarium adductæ quicquam probant;nam & ſi aliquando ſuſtinent aliquid minùs iuſtum, non eſt præcipiẽdo,ſed permittẽdo iuſta de cauſſa. Neque doloſè factum ſuſtinent, vt effectum ſuum conſequatur, nam potius eſt regula iuris, *dolus & fraus nemini debent patrocinari:* ſed volunt contractum dolo factum,non propria læſi, ſed iudicis auctoritate reſcindi: quod ad pacem Reip. & maiores

A fraudes vitandas cõuenit. Hac ratione concedunt actionem ciuilem ex vi talis contractus, quia generaliter oportet concedi in contractibus humanis:nec poterat ille excludi,ne iudicium eius committere contrahenti prætendenti ſe eſſe læſum,qui mentiri, aut falli poteſt. Conceſſio autem huius actionis, licèt obliget Iudicem ad admittendam actionem; tamen doloſum non excuſat, & malè agit litem mouendo aduerſus alium, cui ne damnetur iniuſtè, datur exceptio doli. Vnde nihil iniquitatis lex illa continet. Nec alia lex adducta approbat contractum factum contra legem:ſed contra formam legis, quando contrahentes volunt cedere iuri ſibi conceſſo per talem legem: quod B poſſunt facere, quãdo lex reſpicit primariò & immediatè commodum illorum, nec ex eo quòd alia forma ſeruetur conſenſu partium, derogatur bono communi.

*Lex Canonica, & Ciuilis in quo conueniunt, & differunt.*

Lex ergo canonica & ciuilis cõueniunt in hoc, 50 quòd eſt verſari circa materiam honeſtam vel de ſe, vel ratione finis,ad quem conducit. Diſcrimen autem ex parte materiæ inter eas meritò conſtituunt aliqui hoc modo, vt materia legis canonicæ ſit ſpiritualis, ciuilis verò temporalis:adducunt Canoniſtas,cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtit. Legiſtas,l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure,& ſumi putant ex cap. bene quidem, cap. ſi Imperator, cap. duo ſunt, 96. diſt. cap. quoniam, diſt. 10. cap. ſolitæ, C de maior. & obedien. & rationem aſſignant, quia omnis potentia debet habere materiam ſibi proportionatam, & nulla potentia excedit ſuos limites: potentiæ autem ſpirituali materia ſpiritualis proportionata, & accommodata eſt: & temporali temporalis,&c. vtraque autem poteſtas (inquiunt) verſatur circa aliquos actus omniũ virtutum, ſed non circa eoſdem: nam in materia virtutum duo ſunt,nempe actus virtutum, & res circa quas verſantur, vel ad quas pertinent, vt eſt perſona operans,vel materia,aut perſona, circa quam fit operatio: actus virtutis eſt proxima materia legis præceptiuæ: actus verò vitij eſt proxima materia legis prohibitiuæ, & ratio legis punitiuæ: remota D autem eſt res, vel perſona, circa quam exercetur actus virtutis,vel vitij aut punitio. Materia proxima legis canonicæ, primaria, ſeu præcipua, eſt actus ſupernaturalis,vt actus fidei:ideo omnes leges,quæ pertinent ad fidem ſeu cauſas,& negotia fidei, ſunt canonicæ, quia tota illa materia ſpiritualis eſt. Deinde in eodem ordine collocantur actus ſacramentorum, quia illa etiam ſupernaturalia ſunt. Vnde & contractus matrimonij qui ſecundùm ſe eſt contractus naturalis, & alioqui ad ciuilem poteſtatem ſpectans,propter eleuationem ad eſſe ſacramentale (nam inter Chriſtianos ſemper eſt ſacramentum) pertinet ad leges canonicas. E Idem eſt de ſacramentalibus omnibus, & de conſecrationibus, & benedictionibus Eccleſiarum, altarium ornamentorum, virginũ, Abbatum, Abbatiſſarum,de templis,& aliis locis ſacris, & piis, de Epiſcopis,clericis,religioſis,beneficiariis, officiis,& beneficiis Eccleſiaſticis, de bonis Eccleſiarum,& religionum, hoſpitalium, piarum congregationum,& confraternitatum, de officio diuino, de libris canonicis, de reliquiis & veneratione Sanctorum,de eorum canonizatione, de votis, & iuramentis,de cenſuris,& pœnis Eccleſiaſticis, de irregularitatibus, de impedimentis matrimonij, de iure patronatus,de foro Eccleſiaſtico,de crimi-

*Materia legis Canonicæ quæ ſit.*



Digitized by Google

nibus perſonarum Eccleſiaſticarum, de quibus quo iure ſint exemptæ à Principibus,& iudicibus ſæcularibus:& quomodo, exponetur inferius. Imò quia omne vitium, & peccatum, quatenus auertit à ſupernaturali fine, & eſt contrarium gloriæ, & honori Dei, & ſaluti ſpirituali animæ, pertinet aliquomodo ad legem canonicam, ſi externa ſint, & expediat de illis leges ferre, & pœnis Eccleſiaſticis punire: vt ſi Principes temporales in hoc eſſent remiſſi & negligentes.

51 Materia autem legis ciuilis ſunt omnes actus morales, qui ad humanam ſocietatem naturaliter neceſſarij ſunt, præter eos, qui ad cultum Dei ſpectant, qui olim etiam ad Principes tēporales pertinebant, ſed Chriſtus ſacerdotalem poteſtatem independentem à regali inſtituens, hanc poteſtatem ſacerdotalem à Principibus ſæcularibus abſtulit,& nec per ſe nec per alios auctoritatiuè poſſunt in rebus,& negotiis ſacris diſponere.

*Materia legis ciuilis quæ ſit.*

Et quod diximus, omne peccatū, quatenus concernit ſalutem animæ, eſſe materiam iuris canonici,& ſub ea ratione leges ciuiles canonicis ſubordinari, docent Iuriſperiti vt ex Bartolo, & aliis videri poteſt Fortunio tract. de vltimo fine vtriuſque iuris, num. 151. vnde ſicut in naturalibus potentia ſuperior interdum verſatur circa totam materiam inferioris ſub altiori ratione, & prætereà circa aliam excellentiorem, vt patet de intellectu reſpectu ſenſuum: ita lex canonica verſatur circa totam materiam iuris ciuilis, & circa aliam altiorem: & in primariis materiis differentia eſt, nam principalis materia legis ciuilis,& magis per ſe intenta eſt, quæ pertinet ad iuſtitiam humanam; legis autem canonicæ, ad fidem,& religionem: nam ferè reliqua ad hanc refert.

*Omne peccatum quatenus concernit ſalutem animæ eſt materia iuris Canonici.*

Et interdū duæ leges, vna canonica, & alia ciuilis concurrunt in eadē materia, idem diſponentes ob varios fines, vt etiam quædam delicta ſunt mixti fori, & in eis datur locus præuentioni: nec

*Leges ciuilis & Eccleſiaſtica in vna materia concurrunt.*

A mirū, quia idem delictū poteſt perturbare Remp. Eccleſiaſticam,& ſæcularem: & Pōtifex nō ſolùm poteſt declarare aliquā materiam eſſe canonicam, ſed etiam facere eam merè canonicam, vel mixti fori. Patet ex vſu: ſic enim perſonæ clericorum & religioſorum exemptæ ſunt, non iure diuino, ſed per poteſtatem canonicam, vt infra dicemus. Vide Couarruuiam in practicis cap. 31. Sotum 4. diſtin. 25. quæſt. 2. art. 2. Victoriam relect. 1. de Eccleſia.

Ratio eſt, quia poteſtas canonica eſt ſuperior, & in ordine ad ſuum finem poteſt diſponere de inferiorum materia, prout expediens fuerit: ergo multò magis poteſt ſibi appropriare materiā communem, ſi ad decentiam rerum ſacrarum iudica-
B uerit oportunum.

Leges verò, quas de Eccleſiis, Monachis, Epiſcopis, & clericis fecit Iuſtinianus, fortè latæ ſunt priùs, quam perſonę clericorum,& Monachorum: & earum bona & cauſæ eſſent exemptæ à poteſtate ciuili: quod ſi ita eſt, in principio validę fuerunt, & ita referuntur à Gregorio, & aliis Pontificibus cap. nulli 16. quæſt. 3. cum ſimilibus. Potuerunt etiam fieri, non tam ad obligandos, vel cogendos Eccleſiaſticos, quàm ad dirigendos, & cogendos iudices ſæculares, ne ſe intromitterent in cauſas Eccleſiaſticas,& vt opem ferant Eccleſię, ſi eorum ope & auxilio Eccleſia velit vti. Nunc verò leges
C illæ tantùm ſunt validæ, quatenus per Eccleſiam ſunt receptę, ſeu canonizatę: vide Rebuffum tract. de nominationibus quæſt. 5. num. 17. vel quia Eccleſia vult leges ciuiles obſeruari etiam in foro Eccleſiæ, vbi canones nihil diſponunt, & materia eſt accommodata. Quod ſumitur ex cap. è capitulis cum aliis diſt. 10. & c. 1. de noui oper. nunciatione, vbi Panormitanus num. 9. Innocentius cap. ſiquis presbyterorum de rebus Eccleſię non alien. num. 18. & alij communiter cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.

*Leges ciuiles de Eccleſiis & aliis quomodo vim habeant.*

DISPV

Digitized by Google

# DISPVTATIO DECIMA DE OBLIGATIONE LEGIS HVMANAE.

## Quæſtio nonageſimaſexta de poteſtate legis humanæ.

Articulus 1. *Vtrùm humana lex debeat poni in communi.*
Artic. 2. *Vtrùm debeat omnia vitia cohibere.*
Artic. 3. *Vtrùm omnium virtutum actus habeat ordinare.*
Artic. 4. *Vtrùm imponat homini neceſſitatem, quãtum ad forum conſcientiæ.*
Artic. 5. *Vtrùm omnes homines legi humanæ ſubdantur.*
Artic. 6. *Vtrùm ſubdito liceat præter verba legis agere.*

### SECTIO PRIMA.

*An lex humana obliget in foro conſcientiæ, & ſub culpa interdum mortali, etiam ad ea, quæ iure diuino non continentur.*

*Fori variæ ſignificationes.*

1 FORVM prima ſignificatione locus eſt, quò res venales afferuntur, & ſecundùm aliquos à ferendo dictum eſt: ſecundùm alios verò, quia in foribus ciuitatis, emporia, & nũdinæ à mercatoribus celebrabantur. Hinc locus, in quo publica iudicia exercentur, forum appellatum eſt, vt traditur à Cicerone variis in locis, quæ apud Nizoliũ, & Theſaurum Ciceronis videri poſſunt: & ab Iſidoro 5. ethymol. cap. 2. & lib. 18. cap. 15. & refertur in cap. forus de verb. ſignific. (quibus in locis forus maſculinè vſurpatur: quo etiam in genere accipitur à Lucillio, lib. 3. & à Victorino lib. de Orthographia, vt Iſidorum propugnans obſeruat Grial. in Schol. ad 1. citatũ Iſidori teſtimonium) olim enim iudicia ad fores ciuitatis exercebantur, vt neque agricola ad cauſam veniens frequentia ciuitatis, & nouo terreri aſpectu: neque habitator vrbis longè ab illa recedere cogeretur. Quod obſeruauit Hieronymus in id Amos 5. verſ. 10. *Odio habuerunt corripientem in porta:* & in id Zachar. 8. verſ. 16. *Veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis veſtris.* Gregorius 21. moral. cap. 14. Ribera, Amos 5. ver. 10. Pineda, Iob 5. verſ. 4. & cap. 19. verſ. 7. & apertè colligitur ex Geneſ. 4. verſ. 7. *Nonne, ſi bene egeris recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatũ tuum aderit,* id eſt, vt interpretatur Paraphraſis Chaldaica, *ad diem iudicij peccatum tuum ſeruatur?* aut vt Pineda ſupra explanat, *ipſum peccatum te apud Iudicem deferet, & reum aget?* Deut. 22. verſ. 15. *ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis, qui in portis ſunt.* Vide etiam Ruth 4. verſ. 1. & ſeq. & 2. Reg. 15. verſ. 2. Iob 5. verſ. 4. & cap. 29. verſ. 7. cap. 31. verſ. 21. Pſal. 126. verſ. 5. & Prouer. 22. verſ. 22.

*Forum pro territorio vſurpatur.*

Hinc etiam forum pro territorio vſurpatur, tit. de forò cõmpet. vt notat gloſſa in rubric. & Hoſt. A quem recenſet, probat Panormitanus ibi, num. 2. Eſt autem territorium, auctore Pomponio l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. ſignif. *Vniuerſitas agrorum, finibus cuiuſque ciuitatis circumſcripta, intra quos magiſtratus terrendi, & ius dicendi facultatem habent.* Hoc autem forum aliud Eccleſiaſticum, aliud ſæculare eſt: de Eccleſiaſtico meminit Bonifacius cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6. de ſæculari, Innocentius III. cap. licet, de foro competenti. Eccleſiaſticum vt conſtat Turrecremata 1. ſum. eccleſ. cap. 96. & Bellarminus 4. de Roman. Pontif. cap. 22. vnum interius ad iudicandum de omnibus peccatis poſt baptiſmum commiſſis in B ordine ad abſolutionem ſacramentalem: aliud exterius ad iudicandum cauſas externas & forenſes Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Forum ergo cõſcientiæ eſt territorium, & terminus iuriſdictionis, in quo, ſola cõſcientia teſte, & accuſatrice iudicatur, & legem obligare in foro conſcientiæ eſt obligare ſub peccato: quod quidem ad illud iudicium pertinet, ſeu ad illud quod inter Deum & animã agitur: quale non eſt extra Eccleſiam, ibi non eſt ſacramentũ pœnitentiæ. His de titulo ſuppoſitis, aduerte, quòd diſp. 7. ſect. 1. & diſp. 8. ſect. 1. egimus contra hæreticos, qui poteſtatem condendi leges ciuiles, & canonicas, verè, & in foro conſcientiæ C òbligantes ad ea, quę iure diuino non cõtinentur, pertinere affirmarunt, contra quos etiã vide Sayrum to. 1. lib. 3. Theſauri, c. 6. nu. 1. Azorem tom. 2. lib. 9. q. 5. 6. & 7. & ſanè ieiunia quadrageſimalia nõ ſunt inſtituta à Deo, ſed can. 68. Apoſtolorum: tamen ad illa eſt obligatio in conſcientia, vt latè Epiphanius hæreſi 75. Leo ſer. 2. de ieiunio. Concil. Gangrenſe cap. 29. relatum à Gratiano, cap. ſi quis eorum diſt. 30. Hieronymus epiſt. ad Marcellam de erroribus Montani. Auguſt. ſer. 62. de tempore Ambroſ. ſerm. 25. Chryſoſt. hom. 2. in Geneſ. Concil. Tolet. 8. cap. 9. Baſil. orat. 2. de ieiun. Ignat. epiſt. ad Smyrnenſes, & paſſim alia Concilia, & D Patres: & generatim Bernardus lib. de præcepto & diſpenſ. & alij docent prælatorum præceptis obligari conſcientias.

*Forum Eccleſiaſticum duplex, interius & exterius.*

*Leges humanæ obligant in conſcientia.*

Sed hæreticis fauere videtur Gerſon 3. part. tract. de vita ſpirituali, ſect. 4. Alphab. 62. lit. G, ibi enim eum multi dixiſſe putant legem humanam



Digitized by Google

quatenus humana eſt, & à ſola poteſtate humana profecta, non poſſe ad culpā mortalem obligare, ſed ea dumtexat ratione, quatenus à lege diuina idem præcipiente, vim habet, ſicut ægrotus ex vi tantum legis naturalis tenetur facere quod medicus iniungit: itaque ſecundum Gerſonem, ſi quid Princeps ſæcularis, vel Pontifex præciperet, quod lege diuina præceptum non eſſet, non poſſet ad culpam mortalem obligare. Ita Gerſonem intellexere Almainus tract. de poteſt. Eccleſiaſtica quæſt. 1. cap. 12. Ioan. Medina Cod. de ieiunio quæſt. 7. Driedo 2. de liber. Chriſtia. cap. 1. Adrian. quodlib. 6. art. 2. Caſtro primo de lege pœnali cap. 4. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. Sayrus ſupra num. 3. Valent. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6. idemque de lege naturali ſenſiſſe putant prædicti, ſcilicet ad nihil obligare, quod non ſit præceptum lege diuina. Hanc ſententiam ſic intellectam hæreticis auferentibus poteſtatem condendi leges, conſentire affirmat Vazquez diſp. 158. cap. 2. quia hæretici non negant, poſſe Principes ſtatuere ordinationes aliquas ad bonam Reip. politiam, & gubernationem, ſed negant ſubditorum conſcientias eis obligari poſſe.

*Hæreticorum de legibus Principũ opinio.*

3 Aliter tamen Gerſonem interpretatur ibi Vazquez, & diſp. 154. cap. 2. nam lect. 4. corol. 13. Alphab. 62. lit. R. in fine ſic habet. *Non enim plus habent in poteſtate prælati Eccleſiæ ligare ſubditos ad aliqua, quæ non ſunt tradita in regula Euangelica profecta ab omnibus Chriſtianis, quàm habent Abbates ſuper religioſis ſuis ad obligandum eos præter regularem profeſſionem.* Verba ſunt inordinatè prolata, ſed cùm in illo corol. concedat, leges humanas obligare ſubditos, & tamdiu valere, quamdiu non abrogantur: abrogationē verò eatenus fieri, quatenus alia lege vel conſuetudine tollitur; alio ſenſu ſunt interpretanda: in corol. autem 7. lit. M. ait, *nulla lex appellanda eſt, neque ferenda tanquam neceſſaria ad ſalutem æternam, quæ non eſt de iure diuino in aliquo quatuor graduum, quos lectio 2. præcedens expoſuit.* Quare monet prælatos ne putent, ſua præcepta ligare ad pœnam æternam, vbi ſola pœna ciuilis reperitur: & doctrinam hanc locum habere in materia excommunicationis latæ ſententiæ pro rebus ſolùm temporalibus, & ciuilibus, multa huiuſmodi repetit in ea lectione, quæ facilè poſſunt lectorem decipere, atque perſuadere, Gerſonem in ea ſententia fuiſſe, quam ei Almainus, & alij cum eo relati, tribuit. Cæterum non eſſe in ea ſententia patet, nam lect. 2. eodem Alphab. multa affert in deſcriptione legis diuinæ, & ait, *eſſe ſignum diuinæ rationis volentis obligare creaturam rationalem ad aliquid agendum, vel non agendum, vt digna reddatur vita æterna:* quod dicit, quia putat, multas fuiſſe leges etiam à Deo latas in veteri teſtamēto, quæ ſolùm obligarent ad pœnam temporalem in gubernatione exteriori Reip. quod falſum eſt. Deinde corol. 7. dicit: quædam eſſe de lege purè diuina, quædam autem pertinentia ad legem diuinam, quædam autem nihil omninò ad eam pertinentia: & in lege diuina aſſignat quatuor gradus: pertinentia autem ad legem diuinam dicit eſſe, quæ deducuntur ex illa, aſſumptis aliquibus veritatibus probabilibus, quæ piè negari non poſſunt: inter gradus autem legis purè diuinæ tertium ait eſſe, quando cùm principiis reuelatis (idem intellige de naturalibus, quæ dixit etiam eſſe de lege diuina) aſſumuntur aliquæ propoſitiones dubiæ, appellat dubias non apertè reuelatas, quæ ta-

*Gerſonis verba inordinatè prolata.*

*Gerſon in ea ſententia non fuit, quæ illi tribuitur.*

A men plus incitant ad deuotionem & religionem, quàm oppoſitæ, aut, quas tutiùs eſt concedere, quā negare, vt lex de ieiunio præcepto ab Eccleſia quod deducitur ex illo principio *obedite præpoſitis veſtris,* Hebr. 15. ver. 17. & ex illo, *qui vos audit, me audit.* Luc. 10. ver. 16. aſſumpta illa propoſitione, quæ non eſt de lege diuina: piè tamen creditur, ſcilicet ieiunium illud proficere obſeruantibus. Non igitur negat Gerſon, poſſe leges humanas ferri, de non præceptis in ſe à Deo, quæ obligant conſcientias cum diſpendio ſalutis æternę, ſed ait, non obligare, niſi ſaltem ſint hoc modo diuinæ: cęteras ſolùm obligare in exteriori gubernatione, tales exiſtimat eſſe, quando cùm principiis iuris B diuini, aut naturalis aſſumuntur propoſitiones, quæ non mouent ad deuotionem, & pietatem, ſed ita conſtant cum diuina lege ſicut oppoſitæ, & has appellat impertinentes: intellige, non omnes ciuiles eſſe huiuſmodi, ſed eas, in quibus nihil pium, vel honeſtum reperitur. Hęc Vazquez. Azor autem tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 2. Gerſonem interpretatur, vt dicat nullam legem humanam, quæ non deriuetur à diuina poſſe ſub mortali obligare, id eſt, lege humana non aſtringi conſcientiam, niſi in iis, quæ conſtituit declarando legem diuinam vel determinando tempus, locum, aliasve circunſtantias à lege diuina non determinatas, quo pacto obligat ad ieiunandum, audiendam Miſſam, C abſtinendum ab operibus ſeruilibus, cōfitendum, communicandumque certis diebus, & ad ſoluendum decimas miniſtris Eccleſiæ, & tributa regibus, quia hæ leges continent determinationem legis diuinæ, & ita illa ortum habent; ſecus alia, quæ pertinent ad commoda, & bona temporalia; & non habent ortum ex diuina lege. Item Gerſon illa lect. 2. corol. 5. inter exempla legis humanæ ponit, Princeps in hac terra conſtituendus eſt ſucceſſione hæreditaria. Principi dabuntur annuatim mille talenta pro tributo. Hæc autem conſtat non eſſe præcepta iure diuino.

*Explicatur ſententia Gerſonis.*

Et certum quidem eſt, Gerſonem multùm differre ab Hæreticis noſtri temporis, vel alterius, 4
D negantibus legem humanam, quando non concurrit omninò cum diuina, non obligare in conſcientia; nam hæretici dicunt, Deum nullam poteſtatem dediſſe hominibus ad obligandum in conſcientia ad aliquam rem, vel modum, vel determinationem, quæ non ſit etiam diuini iuris, Gerſon verò hanc poteſtatē fatetur collatam Eccleſiæ, vel etiā Principibus ſæcularibus. Vtcumque ſit Gerſon fusè, & confusè, periculosè & ſcandalosè loquitur, meritoque ab omnibus citatis reiicitur, & à Maiore 3. diſt. 37. quæſt. 10. Victoria relect. de poteſt. ciuili n. 15. & ſequētib. Gab. 4. diſt. 16. quæſt. 3. art. 1. notab. 6. vbi citat Bonauen. Ioan. And. Dominic. Panormi. & Bartolũ, & ait ſententiam Gerſonis eſſe irrationabilem & periculoſam: ſed Al- E mainus malè interpretatus eſt Gerſonem, tribuens ei, quòd putauerit poteſtatem obligandi ſub mortali, non eſſe collatam Eccleſiæ, quod eſt contra mentem Gerſonis, & peius errauit, quàm ipſe, vt ait Vazquez diſt. 158. cap. 15. quia putauit leges Principum ſęcularium non poſſe ſub mortali obligare, eo quòd ad hoc non habeant à Deo facultatem. Ioannes autem Medina ſuprà ait, Principes Eccleſiaſticos, & ſæculares, niſi habuiſſent à Deo auctoritatem, (quàm tamen habent) non potuiſſe ad culpam mortalem obligare: imò quidam Iuniores

*Gerſon multùm differt ab hæreticis noſtri temporis, & alius.*

*Gerſon confusè loquitur, & meritò reiicitur.*

Digitized by Google

*Recentiores quidam grauius errarunt quam Gerſon.*

niores idem, & amplius tenentur concedere, quia docent, nec dictamen rationis poſſe obligare ad culpam ſaltem mortalem, niſi quia Deus formali & explicita voluntate ſua ita ſtatuit, & quidam ipſorum, ne admittant dictamen rationis poſſe hanc vim amittere, & potuiſſe à principio illa carere, fingunt talem voluntatem formalem Dei eſſe omninò neceſſariò in Deo, ſuppoſito, quòd velit condere hominem cum vſu rationis: in quo differunt à Gerſone, qui concedere videtur, potuiſſe in Deo non eſſe talem voluntatem, & ſimiliter potuiſſe ſtatuere ab æterno, vt deinceps non obligaret dictamen rationis, quod hactenus voluit obligare. Cùm autem tota vis legis humanæ fundetur in diuina ſaltem naturali, qua præceptum eſt, vt ſuperioribus pareamus, neceſſariò prædicti recentiores cum Gerſone, & Ioanne Medina debent dicere, nulla exiſtente lege diuina nullam poſſe eſſe legem humanam, quæ obliget in foro animæ ſub mortali, imò nec ſub veniali.

Quod his argumentis ſuaderi poteſt, primò quia forum primæua ſignificatione ſignificat locum, vbi iudicium exercetur cap. forum, de verb. ſign. inde verò tranſlata eſt vox ad ſignificandum ipſum territorium, ſeu iudicium: & ſic diſtinguuntur forum internum, & externum cap. Epiſcopus de officio Ordinar. in 6. vbi etiam forum externum duplex eſſe dicitur, Eccleſiaſticum, & ciuile: internum autem eſt, quod intus in mente hominis, vbi cõſcientia reſidet, exercetur; & ideo forum conſcientiæ appellatur, vt diximus in explicatione tituli, & ab Auguſtino dicitur forum poli, ſeu Dei: cap. fin. 17. quæſt. 4. forum igitur conſcientiæ eſt, forum Dei, ſed homo abſque conceſſione, & auctoritate Dei, non poteſt obligare in foro Dei: ergo neque in foro conſcientiæ.

*Forum internum quid ſit.*

Secundò, nemo poteſt obligare, vbi non poteſt iudicare arg. l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. vbi dicitur *extra territorium ius dicenti impunè non paretur.* quod etiam habetur cap. 2. de conſt. in. 6. ſed homo non poteſt iudicare in conſcientia alterius, quia non poteſt illam, vel in illa cognoſcere: ergo.

Tertiò, nemo poteſt obligare ad pœnam, quam infligere non poteſt. argu. l. fin. ff. de offi. eius, cui mandata eſt iuriſdictio, ſicut Iudex ſæcularis non poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis, nec Eccleſiaſticus ſub pœna mortis: ergo homo non poteſt obligare ſub pœna priuationis gratiæ, vel ſub pœna inferni, vel purgatorij, quia non poteſt illam infligere: ſed obligare in conſcientia eſt obligare ſub tali pœna: ergo non poteſt in conſcientia obligare: confirmatur, *quia lex ſine modica, id eſt, immoderata coercitione nulla eſt,* l. fin. ff. de eo cui man. eſt iuriſdictio, ſed homo non poteſt cogere ad pœnam æternam: ergo nec ſub illa obligare.

Quartò, nemo poteſt ligare in eo foro, in quo non poteſt ſoluere, arg. c. quòd autem, de pœn. & remiſſ. quia illa duo ſunt connexa, & quaſi correlatiua. Sed homo non poteſt ſoluere in foro conſcientiæ, nec remittere culpam vllam niſi abſoluendo ſacramẽtaliter ſpeciali auctoritate Dei: ergo ad nullam culpam poteſt ſua lege obligare, niſi legem ferat ſpeciali auctoritate Dei. Quintò, quia Augu. 22. contra Fauſtũ cap. 27. definit peccatum, vt ſit contra legem Dei: ergo ſi factum contra legem hominis, niſi eſſet etiam contra legem Dei, non eſſet peccatum. Sextò ſeruare diuina mandata ſufficit ad vitam æternam: Mat. 19. ergo qui illa ſeruauerit, quamuis nõ ſeruet leges humanas, ſaluabitur: ergo leges humanæ non obligant in conſcientia ſaltem ſub mortali. Septimò de lege politica in particulari arguitur, quia obligatio in conſcientia eſt valde ſpiritualis: in legiſlatore autem ciuili non eſt poteſtas ſpiritualis, ſed tantùm in Eccleſiaſtico: ergo. Confirmatur, quia lex Eccleſiaſtica ordinatur ad ſalutem æternam, quæ maximè pendet ex conſcientia, ideo mirum non eſt, in foro conſcientiæ poſſe obligare: lex autem ciuilis ordinatur ad externã politiam; ergo ſatis eſt, quòd in externo foro obliget. Vnde Sotus, Caſtro, & alij, non cenſent ita certum leges ciuiles obligare in cõſcientia ſicut Eccleſiaſticas. Et Decius c. nam concupiſcentiã de cõſtit. n. 19. in 1. lectura, & Imo. c. 2. n. 3. de maio. & obed. & c. cũ contingat de iureiura. n. 36. verſus finẽ videntur tenere opinionẽ Almaini, quæſt. 1. de poteſt Eccl. cap. 11. in fine; quòd leges ciuiles non obligant in conſcientia. Dicunt enim, præceptum iudicis ſæcularis non obligare in conſcientia: quia ipſe non habet poteſtatem reſpectu peccati, quod reſpicit animam, quæ ſpiritualis eſt argu. cap. decernimus de iudic.

*Confirm.*

Dico tamen primò, leges humanæ etiã ciuiles, poſſunt obligare in conſcientia, & interdum obligant etiam ſub mortali: Hæc patet ex dictis diſp. 7. ſect. 1. & diſp. 8. ſect. 1. quibus locis oſtendimus in Rep. & Eccleſia eſſe poteſtatem ferendi leges, quæ obligent in conſcientia ad ea, quæ non ſint iuris diuini naturalis, nec poſitiui, alioqui leges non eſſent; quia de ratione legis eſt, verè & coram Deo obligare, vt dictum eſt diſp. 1. ſect. 4. & diſp. 3. ſect. 2. Sed expreſsè noſtram concluſionem docent, & probant D. Thomas quæſt. 95. art. 2. corp. & ad 1. & q. 96. art. 4. & 5. Medina, Caietanus, Conradus ibi. Valen. diſp. 7. quæſt. 5. pu. 6. & 7. Vazquez diſp. 158. cap. 2. Azor to. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 1. 2. & 3. Sayrus tom. 1. Theſaur. lib. 3. cap. 4. num. 1. & 2. Caſtro 1. de lege pœnali ca. 4. & 5. Couarruuias Reg. peccatum part. 2. §. 5. à num. 2. Driedo primo de libert. Chriſtia. c. 9. & lib. 2. cap. 1. Sot. 1. iuſt. qu. 5. art. 2. ad 1. & quæſt. 6. art. 4. Adria. quodlib. 6. con. 1. & 2. Bellar. 4. de Pon. cap. 16. & 3. de laicis c. 11. Medina C. de ieiun. qu. 7. Pererius Ro. 13. diſp. 2. gloſ. cap. quæ in Eccleſiarum, in Prin. de conſtit. & cap. 2. verbo ſententiis eodem tit. lib. 6. Innoc. rub. de conſuetud. idem Innoc. Butrius, & Panor. cap. quia plerique de immun. Eccleſiarum, Panor. etiam. ca. clerici nu. 1. de vita & honeſt. cler. Nauar. in ſum. cap. 23. num. 48. & ſeqq. & cap. fraternitas num. 17. 12. q. 2. Tiraquellus alios referens lib. de legib. connubi. gloſſ. 2. art. num. 15. & præfat. ad lib. de vtroque retract. nu. 74. Syl. ver. lex qu. 8. Tolet. lib. de 7. peccatis mortalib. in c. 9. Vict. relect. de poteſt. Eccleſ. & relect. de poteſt ciuili n. 15. & ſeqq. Bart. l. ſi quis pro eo, & l. cum lex ff. de fideiuſſ. & authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem, Panor. cap. 2. de maiorit. & obed. Gutierres 2. qq. canon. cap. 27. num. 11. communem ſententiam eſſe pronuntians, Antoninus 1. part. titu. 18. c. vnic. §. 2. & 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 2. Maior. 4. diſt. 15. quæſt. 4 & 3. diſt. 37. quæſt. 10. & omnes in hac ſect. citati, (etiam Gerſon) præter Almainũ, Decium, & Imolam ſuprà qui concedunt in legibus canonicis: negant tamen in ciuilibus. De quibus idem negauit Caluin. 4. inſtit. cap. 10. §. 5. ſed retractauit Decius cap. nam concupiſcentiam num. 21. de conſt. in 2. lectura: vide etiam Ariſt. 7. ethic. cap. 7. vbi planè

*6. Concl.*



Digitized by Google

docet iuſtum legitimũ eſſe, quod ante legem humanam nihil referebat,id eſt,non obligabat,ſecus ea poſita:ergo ſecundùm Ariſt. lex humana etiam ciuilis obligat ad ea, ad quæ antea lex diuina non obligabat.

De lege Eccleſiaſtica eſt de fide, & nunc prob. breuiter ex Lucæ 10. *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit*: quæ verba ad Apoſtolos, & eorũ ſucceſſores pertinere, docent Baſil. in conſtit. mon. cap. 23. Chryſoſt. homil. in id 1. Cor. 15. *Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia*, tom. 4. Cypr. epiſt. ad Florentin. Auguſt. ſerm. 24. de verb. Domini: item Matth. 118. *Si Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus*: de quo loco vide Suarez 3. part. tom. 5. diſp. 2. ſect. 1. num. 15. Paul. 1. Theſſal. 4. *Scitis quæ præcepta dederim vobis, per Dominum Ieſum*, & infrà: *itaque qui hanc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum*: vbi ſermo eſt de contemptu latè dicto incluſo in omni legis tranſgreſſione, vt colligitur ex l. ſi familia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & Clemente epiſt. 1. ad Iacobum: item 2. Theſſal. 3. *Si quis non obediet verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo*: id eſt, excommunicetur, vt exponunt D. Thom. ibi ſectio. 2. Salm. diſp. 4. Auguſt. lib. poſt collationem cum Donatiſtis cap. 4. tom. 7. & Actor. 15. Apoſtoli præcepere abſtinere *ab immolatis ſimulachrorum, ſanguine, & ſuffocato*: & poſteà ibi, & cap. 16. dicitur, Paulum perambulaſſe ciuitates *docẽdo ſeruare præcepta Apoſtolorum*, ſcilicet tanquam neceſſaria, vt dicitur in illo cap. 15. vtique ad ſalutem, vt ibi Chryſoſtom. homil. 33. & alij declarant: conſtat autem, illud præceptum poſitiuum, & humanum fuiſſe: iam enim ceſſauerat lex vetus, quoad præcepta poſitiua, vt docet D. Thomas quæſt. 183. art. 4. ex Aug. 32. contra Fauſtum, cap. 13. ergo obſeruatio legis Eccleſiaſticæ eſt neceſſaria ad vitam æternam, ſicut de obſeruatione decalogi dicitur Matth. 19. Prætereà leges Eccleſiæ ſępe feruntur ſub excommunicatione maiori ipſo facto incurrenda, non poteſt autem maior excommunicatio incurri, niſi propter peccatum mortale, de quo Suarez 3. part. tom. 5. diſt. 4. ſect. 1. num. 2. & ſect. 4. num. 2. idem colligitur ex cap. 2. de maior. & obedient. cap. 2. de conſt. in 6. cap. 1. de ſepul. lib. 6. & Clem. cupientes, §. ſanè, de pœnis, & ex fine ferè omnium bullarum: ad calcem enim earum poni ſolet: indignationem Dei, &c. ſe nouerit incurſurum. Trident. ſeſſ. 6. can. 20. cap. ſuper ſpecula, ne clerici vel monachi.

Tertiò, conſtat ex communi ſententia totius Eccleſiæ, & doctrina Patrum, leges Eccleſiaſticas de ieiuniis, feſtis, & aliis ſimilibus ita obligare, vt eorum tranſgreſſio ſit neceſſariò confitenda, ac proinde tranſgreſſionem eſſe mortalem. De præcepto ieiunij vide Hieronym. epiſt. ad Marcellam de erroribus Montani. Concil. Tolet. 8. canon. 9. Gratian. diſt. 4. & conſecr. diſt. 3. de confeſſionis præcepto cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſ. De feſtis, tit. de feriis, de matrimonio cap. non debet, de conſanguinit. & ſi Eccleſia poteſt ſub mortali obligare ad tempus, locum, & modum confitendi, communicandi, orandi, alendi Eccleſiæ miniſtros, nõ determinatum iure diuino, cur non ad alia ęquè bona ad ſalutem ſpiritualem animarum, & cultum, atque honorem Dei, & æquè honeſta & grata Deo? maximè cùm Pontifex abſolutam poteſtatem acceperit regendi, paſcendi, & gubernãdi Eccleſiam; ſeu in ædificationem Eccleſiæ, vt lo-

[A] quitur Paulus, nec rectè poſſet gubernari Eccleſia, ſi Pontifex, & alij Prælati non haberent facultatem obligandi ſub culpa etiam graui ad omnia, quæ ad ſpiritualem ſalutem viderentur neceſſaria, & valde vtilia, ſuauiterque, & commodè à fidelibus fieri poſſent; ſiue ſint determinationes iuris diuini, ſiue non.

Quartò, Scribis & Phariſæis obediendum erat. Matth. 23. ſuper *cathedram Moyſi, &c.* cap. 2. de maiorit. & obedient. ergo multò magis obediendum eſt Prælatis Eccleſiæ: in qua omnia ſunt excellentiora. Hebr. 7. *Melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus*. Quod verò attinet ad legem ciuilem, etiam exiſtimo de fide cum Valentia illo punct. 6. multis [B] ex iam citatis contra Sotum 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 4. & contra Aragon. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. con. 2. & nonnullos alios exiſtimantes, non eſſe de fide: ſed ita certum, vt oppoſitum ſit temerarium.

Patet ex Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*: 7 vbi Apoſtolus, vel ſolùm vel præcipuè loquitur de poteſtatibus ſæcularibus, vt patet ex illis verbis, *non enim ſine cauſa gladium portat*: & ex aliis multis, & ſubiungit Paulus. *Poteſtatibus ſæcularibus obediendum eſſe docet Apoſtolus.* *Non enim eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt*: vel vt alij legunt, ordinata, & infert: *itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ acquirunt*. Scilicet æternam, vt ex Theoph. & Amb. oſtendit Bellar. [C] ſuprà, & infrà: *ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*: vbi Auguſtinus legit *neceſſitati*: ſi autẽ ſic legatur, poteſtas publica appellatur neceſſitas, quia præcipiendo neceſſitat, ſeu obligat ad aliqua facienda interdũ ſub pœna ſalutis ſpiritualis, & corporalis: & legendo cum communi, & codicibus vulgatis correctioribus, *neceſſitate*, idem eſt ſenſus, qui magis explicatur in illis verbis, *non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*. Nam licet Ambroſ. Chryſoſt. Theophyl. & Oecum. exponunt propter conſcientiam beneficiorum, quæ ſubditi à Principibus quotidie recipiunt, & Eraſmus, *ne conſcientiæ aliorum ſitis ſcandalo*, tamen expoſitiones iſtæ *Etiam in conſciẽtia ſumus obligati parere Principibus.* [D] violentæ ſunt, quia Paulus nullam fecerat mẽtionem beneficiorum, aut ſcandali, & conſcientia propriè aliud indicat, ſcilicet obligationem in cõſcientia, & ita exponunt Ambroſ. Anſelm. Theodoretus, Beda, Salmer. Tolet. Pererius & alij communiter ibi, & Auguſt. epiſt. 154. & malè Caluinus & Petr. Martyr hæreticus explicant de honorandis ſuperioribus ob conſcientiam delictorum: nam Paulus nondum fuerat locutus de honore deferendo ſuperioribus, ſed de obediendo eorum mandatis, & contra ponit iram conſcientiæ, id eſt, obedientiæ ad vitandam pœnam, obedientiæ ad vitandam culpam, & ſic explicat Baſilius in conſt. [E] mon. cap. 23. Prætereà cùm ait Paul. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*: planè loquitur de reſiſtentia & contumacia, qua aliquis non vult parere mandatis Principis, vel magiſtratus: qui non tantùm puniunt contemptores, & ſuperbè denegantes debitum honorem maieſtati, ſed etiam inobedientes: & ideo inquit Paulus, *non ſolùm propter iram*, id eſt, timorem pœnæ infligendæ à Principibus, vel magiſtratibus ſæcularibus, ſed etiam propter vitandam animæ culpam, ac proinde alterius vitæ pœnam: idem patet ex illis verbis, reddite omnibus debitum, &c. cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: timoris nomine ſignificari

obedien

Digitized by Google

obedientiam, docet Salmer.ibi, diſp.5. & eandem ſignificat honor. Vnde Paul. Epheſ.6. filij obedite parentibus,&c.honora,&c.Vnde 1. Petr.2. *ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ,* (id eſt, omnibus hominibus ſuperioribus, quicumque illi ſint, ſeu omnibus magiſtratibus humanitus creatis,) *propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus*, &c. *quia ſic eſt voluntas Dei.* 1. Reg. 8. *non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Nam Samuel auctoritate diuina populum politicè gubernabat, vt patet cap. 7.& Prouerb. 8. *per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*, id eſt, quæ iuſtè præcipiuntur, & iuſtè poſſunt ac debent fieri: & iniuſtus ac malus erit, qui ipſa non faciat. Et 1. Reg.14. verſ. 24. ait Saul Rex, *maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam:* & Dauid ca.30. *æqua pars erit deſcendentis ad prælium & remanentis ad ſarcinas*, &c. & infra: *factum eſt hoc ex illa die, & deinceps conſtitutum & præfinitũ, & quaſi lex in Iſrael*, &c. & Eſther 9. *quartadecima die menſis Adar conſtituta fuit ſolemnis à iudæis.* Vide 1. Mach. 7. verſ. 49. Vnde Augu. epiſt.166. ante medium, *quando imperatores veritatem tenent, pro ipſa veritate contra errorem iubent, quod quiſquis contempſerit, ipſe ſibi iudicium acquirit: nam & inter homines pœnas luet, & apud Deum ſortem non habebit*, ſcilicet æternæ fœlicitatis.

*Rationes quibus probatur poteſtas politica.*

Ex quibus, & aliis teſtimoniis ſumuntur rationes: prima, quia etiam legiſlator ciuilis fert leges vt miniſter Dei, & per poteſtatem ab ipſo acceptam: ergo obligat, ſi vult, in conſcientia: nam qui reſiſtit miniſtro regis in eo, in quo miniſter eſt, & repreſentat perſonam regis, cenſetur reſiſtere regi ex communi conſenſu, & 1. Reg. 18. *non te abiecerunt, ſed me:* ergo in tranſgreſſione talis legis interuenit Dei offenſio & iniuria: ergo læditur cõſcientia: ergo lex ipſa in conſcientia obligabat. Si dicas, poteſtatem ciuilem eſſe à communitate datam Regi cum limitatione, vt non habeat facultatem obligandi ad culpam, ſed ius plectendi. Contra, quia hoc non eſſet facere Regem perfectum, ſed mutilum, & mancum, maximè ſi nec ſubditi tenerentur pœnam ſuſtinere: ſed poſſent reſiſtere; quod ſi poteſtatem fecit obligandi in conſcientia ad ſuſtinendam pœnam, & non reſiſtendum; cur non ad faciendum, quod præcipitur?

*Poteſtas politica non eſt data ſemper à communitate, ſed iure belli acquiſita.*

Et aliquando non à Rep: eſt poteſtas, ſed iure belli comparatur, tunc à nullo eſt limitata: ergo poteſt ad culpam obligare: & ſaltem ſi hanc poteſtatem Reſp. non à ſe abdicauit transferendo eam in Regem, ipſo poterit ſub culpa præcipere leges: ergo humanæ poſſunt ad culpam obligare: & cùm Reſp. potuerit hanc poteſtatem Regi dare, & intendat facere Regem perfectum cum pleno iure, & omnibus requiſitis ad rectã & perfectam Reip. gubernationem, non eſt dubitandum, quin hanc ipſi dederit facultatem.

Secunda ratio, quia Deus & ratio dictant, debere eſſe Principes, & magiſtratus in Rep. quorum præceptis cæteri parere teneantur, & qui non obtemperant, faciunt contra legem Dei directè, proximè, & immediatè, & per ſe: ſed contra legem humanam, & ſecundariò contra legem Dei naturalem, & poſitiuam, quæ iubent, vt Principibus obtemperemus.

*Filius in conſcientia Patri obedire tenetur.*

Tertia ratio, quia hæc poteſtas eſt valde neceſſaria ad conuenientem gubernationem Reip. humanæ; ergo ineſt Principibus. Antecedens patet: quia eſt neceſſaria in imperfectioribus, & inferioribus communitatibus: ideò illis eſt conceſſa. Nam Pater poteſt obligare filium in conſcientia, adeò vt Deut.21.à verſ.18. morte dignus iudicetur filius nõ obediens Patri, & Augu. concio.1. in Pſal. 70. ait *Vbi pater hoc iubet, quod contra Dominum non ſit, ſic audiendus eſt, quomodo Deus; quia obedire patri iuſſit Deus*: vnde Epheſ. 6. *filij obedite parentibus in Domino*, id eſt, vt ibi exponit Salmer.diſp.14. vt per legem diuinam licet, *hoc enim iuſtum eſt, &c. Honora patrem tuum, &c.* Coloſ. 3. *filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in Domino*: de quo agitur in 4. præcepto, & alibi: ſed maior eſt poteſtas Principis in Remp. quàm patris in filium, vt docet Nauar.cap.fraternitas 12. quæſt.2. num. 19. ergo. Vxor etiam tenetur obedire marito, ſicut domino, Coloſſ.3.& Epheſ.5. Et ſeruus tenetur obedire domino 1.Pet.2.& alibi, & cap.1. de coniugio ſeruorum. Et famulus hero cap.dominus 11.quæſt.3. ergo ſimiliter, & certè ſi Principes non poſſent vmquam in cõſcientia obligare, eſſet imperfectiſſima gubernatio: quod non eſt admittendum: ergo.

Quarta ratio, quia vis punitiua ſiue obligatiua in conſcientia, ſi propriè loquamur, eſt impoſſibilis, ſi punitio ſit pro violatione propriorum præceptorum: nam pœna propriè ſumpta ſupponit intrinſecè culpam; & ſic ſi non eſt culpa in violatione aliorum præceptorum, debet eſſe in violatione propriorum: ergo propria obligant ad culpam. Et licet vis vnitiua eſſet poſſibilis ſiue obligatiua, tamen eſſet valde inſufficiens, quia per eam non ſeruaretur lex, niſi quando pœna timeri poſſet.

Sexta ratio à poſteriori eſt ex vſu: nam Principes ſæculares paſſim præcipiunt, quæ iure diuino præcepta non ſunt, vt l.ſolet ff.de offic. proconſulis, & l.Caſſius.ff.de ſenator. & paſſim alibi.

Dico ſecũdo, etiamſi nulla eſſet lex diuina, poſſet lex humana obligare in cõſcientia, & ſub culpa etiam mortali, ita ſentit Vazquez diſp.158.cap. 2. & ferè omnes citati præter Gerſonem, nam Almainus, & Ioannes Medina, cùm docent, legem humanam obligare ex poteſtate à Deo data Principibus ſæcularibus, vel Eccleſiaſticis, fortè intelligunt, vel immediatè, vel media ratione naturali præcipiente; vt omnibus ſuperioribus pareamus, & hoc eſt quod ait Valentia ſuprà, leges humanas *non obligare independenter à lege naturali & diuina.* 8

*2. Con.*

Probat Vazquez: quia quamuis poteſtas ſæcularis, aut Pontificia infligere nõ poſſit inferni pœnam tranſgreſſoribus, & quamuis legiſlator ſæcularis non habeat peculiari electione hanc poteſtatem ab eo, qui hanc pœnam poteſt infligere, nempe à Deo: tamen natura ipſa docet parentibus, & ſuperioribus non obedire in rebus licitis, & honeſtis, ſi notabilis materia ſit, ſcelus eſſe. Eſt enim contra rectam rationem maioribus non obtemperare: conſentit Bellar.4.de Pon. cap.20.& 3. de laicis cap. 11. dicens, *ſi per impoſſibile eſſet lex humana & non à Deo, imò & ſi per impoſſibile non eſſet Deus, adhuc lex humana obligaret in conſcientia.* Sed in illo cap.20.§.Reſpondeo eſſe ait, *in eo euentu non obligaturam ſub mortali*: quod tamen aliis non placet: quia violare illam eſſet defectus grauis, & valde turpis contra rationem: ergo lethalis; de quo ſæpe dixi hoc tract. & tract.7. & 13. Porrò diſcrimen mortalis, & venialis non ſumitur ex voluntate Dei infligentis pœnam æternam, ſed ex natura ipſius peccati, vt diſp.142.cap.2. fusè probauimus: ex eo autem tranſgreſſio eſt mortalis, quòd eſt in

*Diſcrimẽ peccati mortalis, & venialis vnde ſumatur.*

A re graui, & ideò grauiter diſplicet Deo; venialis verò, quia in re leui. Id verò quod grauiter Deo diſplicet, diſſoluit eius amicitiam, & ex ſe pœnam meretur æternam, & alioqui iniuſtè Deus illam infligeret, ſicut quicumque alius Iudex, qui maiorem pœnam infligeret, quàm culpa meretur. Hac autem pœna punirentur illi, qui nullius alterius legis, quàm naturalis notitiam haberent. Ro. 2. *qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*. Neque neceſſarium eſt habere notitiam æternæ pœnæ, vt homo peccet mortaliter, & eam incurrat, idem eſt de lege humana.

Et quod ait Almainus Pontificē poſſe ad hanc culpam obligare: quia hanc à Chriſto accepit auctoritatem, & quod ait Medina, eandem accepiſſe B Principes ſæculares, friuolum eſt, & abſque fundamento. Nec enim conſtat Principes ſæculares, vel Eccleſiaſticos poteſtatem accepiſſe à Chriſto peculiarem, vt ad mortale poſſent obligare, præter communem, quam acceperunt, ſubditos gubernandi; Eccleſiaſtici quidem electione, qua à Deo eliguntur, ſæculares autem à Rep. Hanc autem naturaliter conſequitur poteſtas obligandi ſuis præceptis inferiores iuxta materiæ qualitatem. Hæc Vazquez ferè eiſdem verbis: & ſimilia dicit ad argumenta.

*Principes Eccleſiaſticos & ſæculares poteſtatem accepiſſe obligandi ad pœnam æternã incertum eſt.*

9 Ad primum argumentum primæ ſententiæ reſpondeo, licet forum externum quoad executionem & iudicium, diſtinctū ſit ab interno, & conſcientiæ, tamen ex lege humana reſultare poſſe diuerſum iudiciū in foro conſcientiæ: nam qui violat legem humanam, à Deo, & conſcientia iudicatur peccare: & ideo lex humana dicitur obligare in conſcientia.

C Ad ſecundum reſpondeo, licet legiſlator humanus non cognoſcat actus internos, neque poſſit directè, ad illos obligare, aut illos punire; tamen poteſt legem ponere, quæ obliget in conſcientia, ita vt Deus, & conſcientia iudicent, tranſgreſſorem peccare: quod etiam ipſe legiſlator iudicare poterit, ſi eo animo legem tulit, vt in conſcientia, ſeu eo modo, quo poſſet, obligaret.

D Ad tertium reſpondeo, legiſlatorem humanum non poſſe obligare directè, nec conſecutiuè ad pœnam in inferno, vel purgatorio ab ipſomet infligendam: poſſe tamen obligare conſecutiuè ſub pœna illa infligenda à Deo: vt ſi Rex impoſuiſſet pœnam, quæ ab eo ſolo infligi poſſet contra eos, qui legibus, & præceptis ſuorum miniſtrorum non obtemperant.

Ad quartum reſpondeo, non ſemper eum, qui poteſt ponere obligationem, poſſe illam auferre: nam homo ſe obligat voto, promiſſione, iuramento, vel contractu: nec tamen poteſt à ſe hanc obligationē excutere. Legiſlator autem legem, quam tulit, poteſt abrogare: ſed poſtquam violata eſt à E ſubdito, non poteſt remittere offenſam Dei, nec pœnam, quam ſubditus meruit in foro Dei, licet poſſit iniuriam propriam & pœnam in ſuo foro debitam remittere.

Ad quintum reſpondeo, eum, qui violat legem humanam, conſequenter violare diuinam poſitiuam, & naturalem, æternam & temporalem; quia his legibus præceptum nobis eſt, vt ſuperioribus pareamus: quamuis autem nulla eſſet lex diuina poſitiua, vt eſt poſſibile, & quamuis nulla eſſet lex Dei naturalis (quod tamen eſt impoſſibile, ſi Deus hominem condat cum vſu rationis, quia tunc vſus rationis obligabit, & erit lex Dei) peccatum erit aduerſari dictamini rationis, & pro qualitate aut quantitate materiæ, & deliberationis dignum pœna inferni, vel purgatorij, & tunc dictamen rationis dicetur lex, quia ligabit, & obligabit in conſcientia ſeu ad culpam, & per conſequens lex humana: quia ipſa ratio dictabit ſeruandas eſſe leges humanas.

Ad ſextum reſpondeo, cùm vnum de mandatis naturalibus, & poſitiuis Dei ſit obedire ſuis ſuperioribus, qui illis non paret, non ſeruat omnia Dei mandata: & verba illa, *ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, ad humana quoque extendi poſſunt.

Ad ſeptimum cum ſua confirmatione reſpondeo, legē ciuilem, licet temporalis ſit ex fine proprio, & ex propria materia: tamen poſſe obligare in conſcientia, in virtute legis diuinæ, & naturalis præcipientis, vt ſuperioris iuſſa faciamus: etiam ſi nec à Deo, nec à natura iidem actus iuſſi ſint: quoniam obedientia erga ſuperiores, etiam politicos, & poteſtas obligandi in conſcientia ſuis legibus, maximè neceſſaria eſt ad bonum temporale, & morale hominum, & ad cultum Dei, & fælicitatem huius, & futuræ vitæ, naturalem quidem ſimpliciter, ſupernaturalem verò, ſuppoſita electione humanæ naturæ ad finem ſupernaturalem. 10

Oportet autē aduertere, vt humani legiſlatores obligent in conſcientia, non eſſe neceſſarium vt expreſsè velint, & dicant, obligare in conſcientia, ſeu ad culpam coram Deo, ſed ſatis eſt velle obligare quantùm poſſunt, & ex tota ſua auctoritate: vt notat Valentia diſp. 7. quæſt. 5. pu. 6. quæſt. 2. & 3. Sayrus tom. 1. lib. 3. cap. 7. nu. 1. Neque hoc eſt cōtra præceptum Eugenij in Concilio Lateranenſi, vt laici Eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant: nec contra Auguſtinum ſer. 6. de verb. Domini dicentem, quòd Imperator minatur carcerem, Deus verò gehennam: nam Auguſtinus loquitur de Imperatore præcipiente contra Deum: in quo euentu non poteſt gehennam minari: ſecus cum iuſta præcipit: vide Bellar. 3. de laicis cap. 9. & ſeqq.

Aduerte quoque, aliquos dixiſſe ſuperiorem Eccleſiaſticum poſſe in ordine ad bonum, vel malum priuatum ponere obligationem ſub mortali: ſæcularem autem tãtùm id poſſe in ordine ad bonum, vel malum, graue commune: ſed non video quare ponendum ſit hoc diſcrimen: vterque enim reſpicit primariè bonum commune, & ſecundariè priuatum ſubditorum: verum eſt, in ordine ad bonum temporale priuatum, rarò oportere ſuperiorem præcipere, quia cōmuniter quilibet habet de eo curam ſufficientem: in ordine autem ad bonum ſpirituale priuatum ſunt communiter homines ignaui, & deſides: idcircò oportet præceptis impelli.

Aduerte præterea, quòd licet Pontifex poſſit ex ſuo capite aliquid præcipere: non tamen definire, ſed ea tãtùm quæ in ſcriptura, & tradita ſunt, quia ea tantum dicta ſunt à Deo: vide Canum 5. de locis cap. 5. ad vltim argument.

Hic diſputant nonnulli an Pontifex, & alij prælati religionum poſſint religioſis aliquid præſcribere: quod in regula non contineatur: ſed de hoc egi diſp. 8. ſect. 12.

SECT

Digitized by Google

## SECTIO II.

*An in dubio de iuſtitia, vel obligatione legis teneamur ei obedire.*

11 DE hac re Vazquez diſp.151. cap.4. in fine ait, *ſi conſtat, aliquem eſſe ſuperiorem, & non eſſe malum, quod præcipit, abſque dubio teneor ei obedire, quia tuta conſcientia poſſum me illi accommodare; ſi tamen de poteſtate legiſlatoris dubitatur, nimirum, quia dubito an ſit Rex, alia,* inquit, *eſt ratio,* vt tract. de conſcien. dictum eſt (ſcilicet diſp.65.) Vbi & nos multa diximus, & in hoc tract. de legib. diſp.1. ſect. 5. conditione 5. quibus conſonat Suarez 3. part. to. 5. diſp.4. nu.5. & ſequentibus, dicens, *quando ſuperior eſt certus, vt homo poſſit eius ſententiæ, vel legi non obedire, debere ſententiæ errorem, & iniquitatem eſſe moraliter certam, & indubitatam: alioqui enim tenetur obedire; quia in dubiis parendum eſt ſuperiori, qui ius præcipiendi habet, ac poſſidet: quia ad commune bonum hoc omninò expedit:* idem cenſet, ſi de iniuſtitia legis tantùm ſit probabilis opinio, aut veriſimile iudicium ſine temeritate formari poſſit. Quia dummodò iuſtitia legis probabilioribus rationibus, vel certè æquè probabilibus nitatur, ſatis eſſe videtur, vt valida ſit, & conſequenter vt obliget, & cenſuram inducat: alioqui cogendi eſſent ſuperiores ad numquam præcipiendum, niſi ex certa, & euidenti cognitione, quod eſt ſupra humanam facultatem. Si enim ſubditis licet ex probabilibus rationibus formare iudicium prudens & practicè certum ad operandum: cur non etiam hoc licebit ſuperiori ad ferendam legem, & præceptum? Sicut enim cæteri homines non poſſunt ſemper habere euidentiam ſpeculatiuam, & ideò, ne perplexi ſint, & humano modo operari valeant, licitè applicant ad opus iudicium probabile cum certitudine practica: ita idem modus operandi neceſſarius eſt ſuperiori, qui homo etiam eſt, alioqui ſæpe eſſet perplexus, & multa incommoda communi bono ex eius regimine ſequerentur. Quod ſi ipſe iuſtè, & rectè ita præcipit, alij certè obedire tenentur.

*Quando quis Superiori parere teneatur, vel non.*

12 Quod ſi quis obiiciat commune dogma Theologorum, vnumquemque operari poſſe iuxta ſuã opinionem probabilem: Dicendum eſt, illud eſſe intelligendum de opinione practicè probabili, id eſt, in ordine ad opus, & non in ſola ſpeculatione. In præſenti autem licèt poſſit eſſe vtrimque controuerſia probabilis, an hoc, quod præcipitur, iuſtum ſit, necne: tamen poſita lege iam nõ eſt probabile, quin oppoſitum malum ſit, quia non eſt probabile; quin hæc lex ſic lata valida ſit, & iuſta. Vel certè dici etiam poteſt, illud axioma intelligi in cauſa pari: hîc autem in hoc eſt imparitas quòd ius, & poteſtas Superioris præeminet, ſemperque præferri debet. Dixi autem, inquit Suarez, dummodo iuſtitia legis ſaltem æquè probabilibus rationibus nitatur. Nam ſi oppoſitum ſit manifeſtè probabilius, etiam eſt valde probabile, ſubditos poſſe ſe excuſare ab obſeruãtia talis legis. Hæc Suarez, qui etiam videndus eodem tomo, diſp.22. ſect.9. vbi docet in dubio, quando agitur de periculo peccandi, tutiorem partem eligendam eſſe, quod etiam docet Vazquez, illa diſp.65. ca.3. cum multis, quos citat cap.1. quibus adde Hipol. ſingulari 151. & ſpeciatim quando dubitatio eſt de obli-A gatione legis, ita docent Caſtro 1. de lege pœnali, cap.5. docum.4. & vniuersè Archidiac. quem refert, & probat Felin. cap. nam concupiſcentiam de conſt. num.5. conſtitutionem in dubio præceptum continere docet, niſi materia ſubiecta, aut conſtitutionis verba aliud perſuadeant. Medina etiam, C. de ieiunio. quæſt.7. de neceſſitate ieiunij Eccleſiaſtici, ait, *Si quis omnibus perſpectis & conſideratis, adhuc manet dubius, an præceptum humanum obliget ſub mortali aut veniali, tunc ipſa conſcientia dubia, quæ temerè deponi non debet, facit ipſi dubitanti legem: tunc enim id agat, & teneat, quod tutius eſſe cognouerit, ne cõſcientia propria cõtraueniendo ædificet ad gehennam,* & Ledeſ. 2. 4. quæſt.17. art. 2. dub.6. ait. *Tunc ipſa* B *conſcientia dubia, quæ temerè deponi non debet, faciet ipſi dubitanti legem, & quid ſit agendum oſtẽdet: nam tunc id agat ille dubitans, ſi nec per ſe, nec per Doctorem poteſt vincere illud dubium: quod tutius eſſe, bona fide iudicauerit, ne conſcientia propria contraueniendo ædificet ad gehennam:* & Aragon. 2.2. quæſt.62. ar.3. ait, ſubditi quamdiù apertè non conſtat de iniuſtitia, aut leuitate legis, tenentur ſtare iudicio ſuorum maiorum: & Henric. quodlib.8. quæſt.16. in dubio an ſit contra diuinum præceptum obediendum ait præcepto ſuperioris.

Nauarrus autem in ſumma cap.23. num.50. ait verba præcepto, & æquipollentia, cùm ex ſe indifferentia ſint, ad culpam mortalem, & venialem C intelligenda eſſe de veniali: leges enim, quæ rectè poſſunt intelligi de pœna maiori, & minori, in dubio de minori intelligẽdæ ſunt, l. interpretatione, l. ſi præſes, ff. de pœnis, cap. in pœnis, de regul. iur. in 6. idemque Nauarrus tractatu de voto paupert. cap. nullam, num.31. & cap. ſtatuimus, num.62. ait ignorantiam veræ intelligentiæ legis humanæ excuſare à peccato ſaltem mortali, & citat Innocent. cap. per tuas, 2. num.4. de ſimonia, & Baldum l. ab eo, C. quomodo & quand. iud. Felin. c. nam concupiſcentiã de conſtit. Palat. etiam 3. diſt.37. quæſt.7. colum.24. ait, ſi probabiliſſimum eſt, legem ſuperioris iniuſtam eſſe, non teneri ſubditum ei obedire. Iſti modi dicendi, qui contrarij videntur, vel D conciliandi, vel interpretandi, aut moderandi ſunt iuxta ea, quæ tract.8. diximus de conſcientia dubia & opinatiua, & in hoc tractat. diſput.1. ſect.3. concluſ.5.

Cùm autem verba legis clarè indicant aliquid, & non cõſtat aliunde de mẽte legiſlatoris, nõ eſſe à verbis legis recedendum docet Antoninus 2. p. tit.4. cap.2. §.3. ex gloſſa in illud Gregorij cap. humanæ, 22. quæſt. 3. *humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris ſonant:* & ex cap. ex literis, de ſponſalib. & l. non aliter, ff. de legatis 2. ſed & hoc ſuam habet moderationem, nam caſus eſſe poſſunt, in quibus liceat ſequi in praxi interpretationem, quę non ſit certa: ſed tantùm probabilis circa mentem E legiſlatoris.

Ex his interpretanda eſt regula iuris in 6. *In obſcuris quod minimum eſt, ſequendum eſſe:* gloſſ. ibi interpretatur de obligatione orta ex voto, promiſſione, vel contractu: ego tamen etiam de obligatione orta ex lege intelligendam illam cenſeo, ita vt homo poſſit de minori obligatione legem interpretari, ſi valdè incommoda illi fuerit interpretatio de maiori obligatione: ſed cum nihil vel parum intereſt, de maiori obligatione debet interpretari, & in dubio an ſit mortale vel veniale, cauere debebit ab opere, quaſi à mortali: ſicut in dubio

Digitized by Google

bio tutior pars eſt ſequenda, ſi commodè fieri poteſt iuxta cap. veniens de ſponſalib. cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti, 1. & 2. de homicid. & clem. exiui de paradiſo, §. nos itaque de verb. ſign.

## SECTIO III.

*An teneamur in conſcientia obedire legibus, & ſententiis latis à tyranno, qui non eſt verè Rex.*

*1. Opin. Soti.*

13 SOtus 3. iuſt. quæſt. 4. art. 6. inquit, legẽ aut ſententiam Tyranni nunquam eſſe validam, niſi iam ipſe tyrannus factus ſit Princeps legitimus ex cõſenſu totius Reipublic. Quales fuerunt in Hiſpania Gothi, & in Gallia Franci, qui à principio fuerunt tyranni poſteà verò Reſpub. conſenſit eorum gubernationi. Pro hac ſententia aliqui referunt Angelum: & Sylueſtrum verbo Iudex, vel iudicium, ſed malè: quia iſti, & alij ſummiſtæ ſolùm dicunt in genere, iudicium eſſe nullum, quando eſt à iudice poteſtatem non habente. Referuntur etiam Caietanus, & Armilla, verbo, tyrannus. Sed neque hi id dicunt, ſolùm affirmant, eos qui à tyranno ſententiam iuſtam petunt, non peccare, licèt ille peccet vſurpando iudicium, quia illi non petunt, vt iudicium vſurpet, ſed vt minus male vtatur iam vſurpato.

*Sententia iudicis non legitimi nulla eſt.*

Hęc ſententia ſuadetur, quia Iuriſperiti cap. at ſi clerici, de iudiciis: & l. Barbarius, ff. de offic. prætor. & multi Theologi 4. diſt. 17. & 18. & ſummiſtę verbo Iudex, iudicium, & ſentẽtia, docent, ſententiam iudicis non legitimi nullam eſſe: & colligitur ex d. cap. at ſi clerici, & ex cap. accuſatores, 3. quæſt. 8. ſed tyrannus non eſt legitimus iudex: ergo. Confirmatur ex Gregorio 11. quæſt. 3. c. ſententia: vbi non dixit abſolutè, ſententia, ſed *ſententia paſtoris timenda eſt*: ſed tyrannus non eſt verè paſtor: ergo eius leges, & iudicia ab eo vel eius miniſtris facta ſunt nulla, vt tenet Andreas ab Exea rubr. de conſtit. num. 105. & 106. tribuens Baldo & Paulo de Caſtro, auth. decernimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bartolus ibi, & tract. de tyrannis num. 16. Quibus accedere videtur Ioannes Nicolaus tract. de hæret. not. 40. fauet Nauarr. in ſum. cap. 23. num. 40. dicens, legem iniuſtam non obligare, qualis eſt facta à non habente poteſtatem: argu. cap. 2. de conſtit. lib. 6. & l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.

*2. Opinio. Leges & iudicia tyrãnorum, quæ ſint valida.*

14 Rectè tamen recentiores Theologi docent, leges, & iudicia tyrannorum pacificè regnum poſſidentium, quia Reſp. non poteſt eorum iugum excutere, valida eſſe: docent Victoria relect. de poteſtate ciuili num. 23. Medina 1. 2. quæſt. 96. art. 4. in fine. Bannes 2. 2. quæſt. 67. art. 1. Salon quæſtio. 60. art. 6. Aragon. eodem art. 1. vbi etiam Victoria in Scriptis, Leonardus Leſſius 2. de virtutib. Card. cap. 29. dub. 9. probatur, quia non eſſe validas illas leges & ſententias, cæteraque acta, eſſet in magnũ Reipubl. detrimentum: eſſet enim magna confuſio, & perturbatio in Repub. ſi nulli eſſent iudices, quorum ſententiæ valerent, ſi nullæ eſſent leges iuſtæ ex parte materiæ, quæ ſeruari poſſent, & deberent. Poteſt autem Reſp. huic incommodo occurrere tacitè conferendo poteſtatem gubernandi tyranno, interim dum non poteſt illum repellere, & ſimiliter eius miniſtris, & iudicibus ab eo conſtitutis: vel ratificando eorum leges, iudicia & acta: ergo hoc debet facere, & facit: & ita leges il-

*Reſpubl. quomodo leges & iudicia tyranni probabit.*

A læ, & cætera acta valida ſunt. Confirmatur ex D. Thoma quæſt. 96. art. 4. vbi ait, *lex quæ fertur à non habente auctoritatem, non obligat in foro animæ, niſi aliàs eſſet ſcandalum, vel perturbatio Reip.* At quãdo tyrannus iam pacificè gubernat, nec poteſt repelli, eſſet graue ſcandalum, & perturbatio in Rep. illi non obedire: ergo tunc licet à parte rei non ſit rex, tenemur ei obedire: & ita tenent Bartolus, Baldus, & Paulus de Caſtro. & Ioannes Nicolaus ſupra, ſi attentè legãtur: docent enim, quòd licet illæ leges, vt ſunt à tyranno, & iudicia in eis fundata, nullius ſint valoris vt ſic, tamen auctoritate iurium talis Reip. vel ex eius conſenſu valorẽ
B habent, alioqui ſequeretur magnum Reip. detrimentum, cum Reſp. opprimatur à tyranno, nec ſit ſui iuris, nec poſſit ipſa ferre leges, nec à legitimo rege antea datas exequi. Si non pareret tyranno, interiret, quia non eſſet qui cauſas ciuiles, vel criminales definiret, ſceleratos coerceret, & puniret, hoſtes profligaret, aliáque mala impediret. Vnde eò ipſò quòd Reſp. arma deponit non valens tyranno reſiſtere, implicitè, & interpretatiuè valorem confert mandatis eius Reip. conuenientibus. Secus quando arma ferunt, & ſpes eſt conſeruandi ſuam libertatem: & niſi validæ eſſent leges tyranni, non diceretur in authentica citata: *actus factos per tyrannum tempore tyrannidis debere reſcindi, ſuperueniente iuſto Dominio*, quod interpretatur
C Paulus de caſtro ibi de factis per viam legis.

*Actus tyranni, iuſto Dominio ſuperueniente reſcindendi.*

Confirmatur ex l. Barbarius ff. de offi. prætor. & cap. infamis 3. qu. 7. vbi decernitur acta à quodam iudice, cuius electio fuerat nulla, ex occulto ſeruitutis impedimento, valida fuiſſe; quia communis error populi cum titulo apparenti, à ſuperiori dato, contulit illi iuriſdictionem, ne ex nullitate geſtorum ipſius lites, & alia incommoda in Repub. ſequerẽtur. Qua etiam ratione omnes ferè Theologi, & Canoniſtæ docent, quòd ſi quis fiat parochus cum occulto impedimento excommunicationis, vel alio ſimili, abſolutiones ab ipſo datæ ſunt validæ: quia communis error populi cum apparente titulo dedit ei iuriſdictionem, ne pœni-
D tentes abſolutionis fructu careant, & poſteà confeſſiones repetere teneantur: de quo multa dixi in tractatibus de confeſſ. & excomm. ſic ergo in caſu præſenti Reſp. confert tyranno, & eius miniſtris iuriſdictionem, aut eorum acta ratificat, vt magna incommoda vitentur, ſic in cap. præſidentes de hęret. in 6. datur facultas Principibus etiam tyrannis hæreticos puniendi, ne impuniti maneant. Confirmãt Salon, Aragon, Medina, Bannes & alij, quia conſtat Romanos per tyrannidem occupaſſe Iudæam, tamen Chriſtus Matth. 22. dixit, *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, & ipſe reddidit tributum, nec aſſeruit ſe liberũ, quia non eſſet obediendum tyrannis, ſed quia erat filius Dei, vel etiam quia
E erat filius Dauid, & Ioannes Baptiſta Lucæ 3. miniſtris quærentibus ab ipſo (quos dubium non eſt, quin eſſent milites Romanorum) quid facerent, non præcepit, vt militiam deſererent, quaſi miniſtri Principis tyranni, ſed hoc tantùm, vt neminem concuterent, & contenti eſſent ſuis ſtipendiis. Pilato etiam, qui à nullo alio poteſtatem habebat, niſi à Cæſare, dixit Chriſtus, *Non haberes poteſtatem in me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper*. Ioan. 18. & 1. Pet. 2. *ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ, ſiue regi quaſi præcellenti, &c.* & Rom. 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*: nullus autem tunc

*Communis error populi dat iuriſdictionẽ.*

Digitized by Google

tunc erat Rex, niſi Cæſar, & nullus iudex niſi conſtitutus ab ipſo. A

Sed hæc probatio diſplicet Leonardo, quia credit neminem in conſcientia teneri tyranno tributum ſoluere, niſi fortè cauſa ſcandali, vel maioris mali vitandi: nec enim ratio naturalis id dictat, neque Reſp. cenſetur id velle, quia expedit, illum non abſcidare, vt faciliùs eius iugum poſſit excuti. Sententia Domini eſt generalis, ſolum ſignificans Principi reddendum, quod ei debetur: non enim conueniebat, vt alterutram partem diſtinctè definiret. Hæc Leonardus. Confirmat etiam Salon: alioqui cùm Indi inſulani per tyrannidem ſint redacti ad dominium Regis Hiſpaniæ, ſequeretur illos non teneri ad obediendum legibus, & ſtatutis noſtri Regis, & ſuorum miniſtrorum, quod eſſet omnia perturbare, nec eſt vllo modo aſſerendum. B Sed hæc ratio ſupponit falſum, nempe Regem Hiſpaniæ etiam nunc tyrãnicè regna illa obtinere: quod falſum eſt, vt docet Bannes 2.2. tom. 1. quæſt. 10. art. 10. in fine, oſtendens, quò præcipuè titulo legitimo Hiſpaniarum Rex gubernet Indos.

*Indi inſulani quo iure peruenerint ad Regem Hiſpaniæ.*

Idem confirmat Salon, alioqui Chriſtiani degentes in Aſia non tenerētur iuſtis Turcæ legibus: nec Catholici agentes in Anglia legibus iuſtis Reginæ Eliſabethæ (ea enim tunc regnabat) quod eſt falſum.

Ego aliter confirmo, quia ſi reuera illi nullam C haberent poteſtatem, iniquum eſſet ab illis petere ſententiam in rebus dubiis, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis, donec per legitimum iudicem condemnetur: & in criminalibus, quia eſſet quaſi vindictam ſumere auctoritate priuata: conſequens eſt falſum: ergo.

15 Sed obiicies, quia tyrannus peccat leges & ſententias ferendo: nam vſurpatum iudicium eſt peccatum, vt ait D. Thomas 2.2. qu. 60. art. 6. ergo petere ab eo, vt ſententiam, vel legem ferat, erit peccatum: quia peccatū eſt petere, quæ licitè fieri non poſſunt. Reſpondet primò Medina ſuprà, quòd ſicut licitum eſt, parato ad vitium luxuriæ conſulere, & perſuadere, vt ſi alterutrum facturus eſt, potius cõmittat ſimplicem fornicationem, quàm D adulterium, quia hoc tantùm eſt conſulere minus malum: ita licitum eſt, tyranno conſulere, vt exerceat iuſta iudicia, quia hoc minus malū, ſed oporteret explicare, reſpectu cuius eſt minus malum: item non videtur ſimile, quia in illo caſu fornicationis petitio eſt conditio naturalis, hic verò non eſt petitio conditionalis: ſi facturus es legem, fac iuſtam, ſi laturus es ſententiam, fer iuſtam, ſed abſolutè, iudica internos, fac talem legem, &c. Secundò reſpondet, quòd ciues quando concurrunt ad tyrannum, vt ex æquo & iuſto iudicet, conſtituunt illum iudicem arbitrum, vt ſuas controuerſias definiat, & ſic ipſe nō peccat peccato vſurpationis iudicij: Contrà, quia ſic ſententiæ non valerent, vt iudicis ordinarij, ſed vt arbitri: item E iudex arbiter ſolùm habet auctoritatem de conſenſu vtriuſque partis, hîc verò ſolùm conſentit actor ſæpenumerò. Tertiò reſpondet, quòd non petunt vſurpatū iudicium, ſed qualitatem iuſtam vſurpati iudicij, hoc eſt, vt ſuppoſito, quòd vſurpat iudicium, iuſtè, & ſanctè iudicet. Sed contrà, quia abſolutè petunt iudicium, & legem, &c. Reſpondet Caietanus, cuius eſt etiam hæc & prima ſolutio, petitiones piè eſſe interpretandas, ſcilicet, ſi vis, ſeu, ex quo vis detinere, & exercere hoc dominium, vtere illo iuſtè, vtere honeſtè, vtere piè, vtere ad vtilitatē publicam, & priuatorum, prout deceret Dominum: ſed ſi ita eſt, ergo ille piè, iuſtè, & honeſtè poteſt exercere illos actus. Quod placet. Vnde quartò reſpondet, Tyrannum tunc non peccare, quia ex conſenſu interpretatiuo Reip. & eius auctoritate leges & ſententias fert: ita tenet Salon, in fine illius controuerſiæ dicens. Ex quo etiam ſequitur, non modò ciues debere illi in conſcientia obedire, verum etiam tyrannum ferentem tales ſententias, non peccare, quinimo peccaret; niſi illas ferret, quamdiu munus Principis retinet, quamuis teneatur in conſcientia principatum relinquere, aut eniti mediis honeſtis, vt à Rep. in ſuum Principem eligatur: idem indicat Aragon, ait enim, iudicium tyranni eſſe vſurpatum in cauſa & radice, quatenus tyrannus iniuſtè occupauit, & retinet principatum, eſſe autem non vſurpatum quatenus fit auctoritate Reip. volentis ex ſuppoſitione tyrannidis, vt ille iudicet.

Obiicies, quia iudicando vſurpat ſibi poteſtatem Principis, & gerit ſe vt verus Princeps, cum tamen reuera non ſit: ergo peccat vſurpatione iudicij: qui enim vſurpat ſibi poteſtatem alienam, & intendit ea vti in iudicando, peccat vſurpatione iudicij. 16

Reſpondeo peccaſſe inuadendo principatum, & peccare retinendo illum, & vtendo illo, ſeu leges ferendo, & ſententias quaſi propria auctoritate, & ſic fortè poſſent intelligi Leonardus Leſſius ſuprà, & alij aſſerentes peccare, ſed poſſet nō peccare, nimirum ferendo leges, & ſententias auctoritate Reip. ſibi collata ex ſuppoſitione, quòd non dimittat Principatum. Vnde quod ab eo petitur, iuſtè poſſet præſtare, ſuppoſita tamen illa retentione iniuſta, & ideo non peccat qui illud petit. Et Leſſius quidem fatetur iudicando non committere nouum peccatum, ſed continuare antiquum: neque addere aliquam malitiam mortiferam ſupra vſurpationem tituli Principatus, quia per hoc non fit noua iniuria: ſed continuatur prior; imò magis peccaret, ſi quando res poſtulat, ius non diceret retento principatu, quia magis ciuibus noceret, & maiorem iniuriam irrogaret. Sicut qui rem alienam detinet, & ea vtitur, peccat vtendo: tamen ſi iſte vſus eſt rei vtilis, vel neceſſarius, non addit nouam malitiam ſupra rei detentionem, & non vtendo magis peccaret.

*Tyrannus inuadẽdo Principatum, & retinendo peccat.*

*Sed non peccat iudicando.*

Verùm hic diſtinguenda eſt duplex malitia: altera eſt in retentione principatus: hæc eſt eiuſdem ſpeciei cū inuaſione: ſed notabiliter maior ob magnam continuationem in re grauiſſima, imò eſſet peccatū numero diſtinctum, ſi poſt pœnitentiam facti iteraſſet voluntatem retinendi, & idem eſt in qualibet retentione rei alienæ. Alia eſt malitia in vſu neceſſario, vel vtili ſubditis, & hanc malitiam hic eſſe negamus, ſi re illa vtatur ex voluntate interpretatiua Reip. ſicut in vſu veſtium neceſſario vel vtili ex formali, vel interpretatiua voluntate Domini idem credimus. Vnde ille non eſt perplexus etiam ſuppoſita malitia retinendi principatum, ita vt & iudicando, & non iudicando peccet, ſed bene facit iudicando ex illa ſuppoſitione. Et confirmatur: nam inferiores iudices à Tyranno conſtituti, ſi eius tyrannidem non ſuſtentent, aut iuuent, non peccant ius dicendo, modo alioquin omnia iure agant, vt probat Leonardus: quia

*Duplex malitia tyranni Principatum retinentis.*

Digitized by Google

quia nullam Reip. faciunt iniuriã, & ipſa Reſp. poſito hoc rerum ſtatu tacitè in illos conſentit, cum illorum adminiſtratio in bonum commune cedat: ergo ſimiliter, quamuis Tyrannus retinendo regnum peccet: tamen ſuppoſita retentione non peccat ex tacita voluntate Reip. iuſtas leges, & ſententias ferendo. Confirmatur etiam: nam vt optimè docet idem auctor, tyrannus non peccat peccato homicidij, ſi ſontes ſecundum ordinem iuris interficiat, aut bonis ſpoliet, eò quòd Reſp. tacitè ad hoc tribuit illi auctoritatem, dum conſentit, & cupit, vt ita faciat: & ideò non tenetur ad reſtitutionem, & ſolùm peccat in eo actu, quatenus in ipſo ſe gerit, vt Princeps, operando quaſi auctoritate propria, qua vtitur non excludens tamen auctoritatem, quam Reſp. ad huiuſmodi actum illi concedit, ſed intendens vti omni ſua auctoritate: ergo, ſi tantùm vellet, in ferenda lege, vel ſententia vti auctoritate Reip. non peccaret: & ita quod ab eo petunt ciues, cum petunt legem fieri, vel ius dici, licitè præſtare poſſet, & per ſe eſt licitum: licet ipſe illud efficiat mala circunſtantia modi, gerens ſe interius, & exterius, quaſi verus Dominus, & Princeps, cũ animo illud idem faciendi, etiamſi Reſp. omninò nollet: ſimiliter peccare ſolent iudices conſtituti à Tyranno, vt ait Leonardus, quia tyrannidem iuuant, & fouent, & quaſi à ſolo Principe poteſtatem habentes iudicant, cùm tamen habeant illam à Rep. mediante Principe tyranno.

*In quo peccet Tyrannus iudicando.*

*In quo peccẽt Tyrannorum iudices.*

Ex his conciliantur opiniones dicentium peccare, & dicentium non peccare tyrannum, & eius miniſtros in ferendis ſententiis & legibus.

17 Ad argumentum pro Soto factum reſpondeo, ſententias illas non eſſe validas, vt ſunt à tyranno, ſed quatenus ſunt à voluntate Reip. ſaltem interpretatiua, ſeu implicita: ita Bannes, Leſſius, Victoria.

*Ad argum. pro Soto.*

Vbi non intelligas leges, & ſententias non valere à principio, ſed poſtea, cùm Reſp. nouerit eſſe latas, & eas ratificet: hoc enim etiam eſſet in magnum Reip. detrimentum: ſed à principio valent: quia feruntur auctoritate tacita, implicita, & interpretatiua Reip. vt expreſsè docent Salon, Leonardus, & alij.

Ex his infert Leonardus, quid dicendum ſit de legibus & ſententiis latis ab illis, qui in Hollandia tyrannicè gubernant.

Ex his etiam intelligitur, quantum veritatis habeant, quæ dicit Gabriel 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 2. con. 1. vbi ait, *tyrannum peccare mortaliter actus officij exercendo, & teneri cedere, ſi poteſt ſine notabili periculo animarum, corporum, rerum:* puta, quia populus per eius dimiſſionem poneretur in ſeditionem, aut ſequeretur deſtructio Reip. vel depopulatio patriæ, aut eiuſmodi: ſed ceſſante cauſa debet cedere cum effectu, & ca. 3. dub. ait, ſubditos non teneri ei obedire, niſi ex inobedientia immineret ſcandalum, vel periculum ſui, vel aliorum, quibus ceſſantibus non tenerentur obedire.

*Tyrãnus quomodo ſuo principatui cedere teneatur.*

## SECTIO IIII.

### *Vtrum lex humana, fundata in falſa præſumptione, obliget in conſcientia.*

18 AZor tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 4. inter ea, quę omnibus ſunt comperta, partem affirmãtem huius quæſt. numerat, dicens. Quartò ſimiliter in eo omnes conſentiunt, leges

A humanas, ſiue canonicas, ſiue ciuiles, ſi ob ſolam ſuſpitionem, vel præſumptionem delicti ſint latę, non habere vim obſtringendi conſcientiam, & quamuis ille auctores non referat, ita tenent cõmuniter Iuriſperiti, cap. 1. de conſtit. vbi Panorm. num. 10. Decius lectu. 1. num. 18. colum. 8. Felinus num. 4. & cap. ſicut dignum, de homicid. Dinus, reg. locupletari de reg. iur. in 6. Innocentius capit. quia plerique de immunit. Eccleſ. Panormitanus in proœm. decretal. & cap tua de vſuris. Sylueſter verbo lex, quæſt. 9. Soto 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. in fin. & 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. Caſtro 1. de lege pœnali, cap. 5. Nauarrus in ſumma, cap. 17. nu. 283. lit. A, ex commentar. cap. fin. de vſuris, num. 6. & nu. 106.

*Leges humanæ ob ſolam præſumptionẽ delicti latæ nõ habet vim.*

B & in ſumma cap. 23. nu. 62. Couarruuias 1. 4. ca. 4. §. 1. & cap. cum eſſes, de teſtam. num. 9. Vazquez diſp. 163. cap. 2. & 3. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 6. qu. 4. Sayrus tomo 1. lib. 3. cap. 7. num. 8. Tabienna verb. lex, num. 28. quæſt. 27. circa medium. Angelus eodem verbo, nu. 4. Andreas ab Exea, cap. 1. de conſti. con. 8. num. 332. Adrianus quodlib. 6. artic. 1. lit. B, verſ. ex quo infero, Driedo 1. de libert. Chriſtiana, cap. 16. Caſtro 1. de lege pœnali, cap. 5. docum. 1. in fine, Guillerm. de Monte Ferrato 2. part. ſuper pragmat. ſanctionem. Baldus auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & fuſiùs l. cum quis. C. de iuris & facti ignorantia, Iaſon l. certum eſt. C. vnde legitimi, & rubr. ff. de acquirend. hæred. colum. penult.

C Valentia diſp. 7. quæſt. 5 punct. 6. & 2. 2. diſp. 5. q. 6. punct. 5. & quæſt. 22. punct. 2. in fine, ſumitur ex cap. is qui fidem, & cap. tua nos de ſponſalib. & cap. humanæ aures, 22. quæſt. 5.

Sed aduerte, dupliciter legem fundari in præſumptione. Primò, præcipiendo aliquid, quod pręſumitur licitũ, tamen re vera eſt illicitum, & tunc clarum eſt, non poſſe obligare, quia ad malũ obligare non poteſt. Imò tunc tenetur homo talem legem tranſgredi, quia id iubet lex diuina. Sic maximè procedunt dicta iura, vt quando aliqui contraxerunt in facie Eccleſiæ, cum impedimento ſecreto, vel ſine conſenſu requiſito: in quo euentu coniuges non debent reddere, nec poſſunt petere,

*Dupliciter lex fundatur in præſumptione.*

D etſi Eccleſia id præcipiat ſub cenſura, quia malè facerent; patet cap. literas de reſtit. ſpoliat. & cap. inquiſitioni, de ſent. excomm. Alio modo lex fundatur in falſa præſumptione præcipiens aliquid, quod non eſt malum: & tunc non obligat, quia deeſt intentio legiſlatoris, & ſecundùm rectam rationem veritas præfertur præſumptioni: cap. veritatem, diſt. 8. ideo etiam in foro externo contra præſumptionem admittitur probatio.

Sed obiicies, nam lex irritans profeſſionem factam ante legitimã ætatem, fundatur in præſumptione, quòd in minori ætate non ſit cum perfecto iudicio, & deliberatione: tamen etiam ſi tunc 19

E homo habeat perfectiſſimum iudicium, & deliberationem, profeſsio erit nulla; ergo aſſertio eſt falſa. Idem argumentum fit in lege prohibente, & irritãte venditionem factam à minori. Reſpondeo, duplicẽ eſſe præſumptionem, vt notauit D. Thomas 2. 2. quæſt. 60. art. 4. ad 3. Caietanus ibi, Sotus 3. iuſt. quæſt. 3. art. vlt. in fin. vnam vocat D. Thom. præſuppoſitionis, aliam definitionis. Prima eſt, quando ſupponitur in tali caſu, vel cum talibus circumſtãtiis hoc, vel illud ſolere accidere; etiamſi non definiamus, hîc & nunc ita accidiſſe. Secunda eſt, quando in tali caſu definitur, hoc ita factũ eſſe, & ex hoc præiudicio lex, aut præceptum fertur.

*Duplex eſt præſumptio.*

Vnde

Digitized by Google

Vnde clariùs dici poſſet, priorem eſſe præſumptionem periculi, aut potentiæ, quæ vt in plurimũ reducitur in actum; poſteriorem autem eſſe præſumptionem facti: quando ergo lex fundatur tantùm in præſumptione præſuppoſitiua ſeu periculi, quamuis factum in particulari ceſſet, non ceſſat obligatio legis, & ita contingit in exemplis adductis: nam lex irritans votum non fundatur in hoc, quòd votum in particulari ſit factum ſine ſufficienti iudicio, ſed in periculo, & in eo, quòd regulariter euenire ſolet in tali ætate; & ideo quicquid accidat in particulari caſu, nõ ceſſat eius effectus, vt notat D.Thomas 2.2.quæſt.88. art.10. idem eſt in aliis exemplis, ſecus quando fundatur in præſumptione definitiua facti, quæ ſolùm eſt verè præſumptio; prior enim potiùs eſt iudicium prudens, verum, graue, & euidens de tali re periculoſa: vnde prior lex fundatur in veritate, & quia eſt regula moralis, attendit ea, quæ frequenter accidunt, & non ceſſat in particulari propter particularem mutationem; poſterior autem fundatur in præſumptione, cui aliquando non reſpõdet veritas: & ideò ceſſat obligatio eius, quia non eſt mens legiſlatoris obligare, niſi quãdo veritas præſumptioni reſpondet.

*Duplex genus præſumptionis.*

20 Pro huius maiori declaratione Vazquez in illo cap.3. notat duplex eſſe genus præſumptionis, alterum, quo legiſlator in quouis caſu ſingulari aliquid ſuſpicatur, & ratione illius legem conſtituit, quia in ſingulis caſibus ita præſumit, & huiuſmodi eſt, quam habuit Pontifex cap. veniens 2. & cap. is qui fidem, de ſponſalib. vbi ſtatuit, ſponſalia de futuro in matrimonium legitimum tranſire per copulam carnalem ſubſecutam: non quia illa ſine nouo cõſenſu ſufficiat; de ratione enim matrimonij eſt abſolutus conſenſus de præſenti: ſed quia, vt optimè obſeruauit Couarruuias l.4. cap.4.§.1. num.4. Eccleſia ne præſumat ſponſos in copulam conueniſſe cum peccato mortali, legitimum conſenſum coniugalem præſumit, non ſolùm vt plurimum, ſed in quouis caſu ſingulari: quia non eſt maior ratio, cur de vno, quàm de alio præſumat. Hanc verò præſumptionem appellat Couarruuias ibidem num.2. & plerique Iuriſperiti, iuris, & de iure. Quæ quidem hoc modo vocatur, quia ius ita præſumit, & ea præſumptione ſuppoſita, ita aliquid ſtatuit, vt probationẽ in contrarium non admittat. Vtrùm verò illius confeſſio, & probatio, quæ pro matrimonio contendit: an illius tantùm, qui contra matrimonium agit, admittenda nõ ſit, diſputat ibidem Couarruuias. Cùm igitur in tali præſumptione fundata lex aliquid ſtatuit, illa non obligat in cõſcientia, ſi præſumptio illa vera non eſt; neque mandatum iudicis, qui hac lege nixus procedit: & de hoc genere præſumptionis intelligitur axioma illud commune, *Lex fundata in præſumptione, non obligat, cùm conſtat de veritate.* Quare cùm quis acceſſit ad ſponſam de futuro, ſine animo coniugali, ſicuti ipſe optimè nouit, etiamſi iure ipſo cogatur cum illa habitare, ſi poſtea aliam duxit, in conſcientia non poteſt ad priorem redire: quia ſolùm ſecundum matrimonium validum fuit: imò poſtquam ad priorem animo fornicario acceſſit, poſſet liberè cum alia contrahere, non obſtante hac lege: niſi aliàs iure naturali ratione fidei præſtitæ, & damni illati deberet cum priori contrahere. Huiuſmodi autem leges pauciores ſunt.

*Præſumptio iuris & de iure quæ ſit.*

*Altera ſpecies præſumptionis quæ ſit.*

Alterum genus eſt, quo legiſlator non præſumit fraudẽ, vel quid ſimile in ſingulis caſibus: ſed quia prudenter iudicat in re aliqua non rarò fraudes contingere, aliáve incommoda, legem vniuerſalem conſtituit, qua fraudes, & incommoda, quò fieri poteſt, impediantur Et ſi hæc præſumptio ſit falſa, lex eius non obligat, quia deficit ratio eius. Cæterùm quia hæc præſumptio non eſt de ſingulis caſibus, ſed de maiori parte, etiamſi in hoc vel illo caſu deficiat, non ceſſat lex, ſiue ſit irritans ſiue non. Hæc ille, quæ latiùs proſequitur, ſed alij quos ſupra ſecuti ſumus, dixêre, quando Rex propter generalem apprehenſionem fraudium, & incommodorum, quæ communiter in aliqua re cõtingunt, legem generalem irritantem, vel non irritantem ſtatuit, qua incommodis occurratur, non dici propriè fundari in præſumptione: alioqui omnes leges, vt ipſe Vazquez fatetur, fundarẽtur in præſumptione, quod eſt falſum; & præterea iudicium euidens illius periculi vocaretur præſumptio, quod etiam eſt falſum: quia præſumptio in rigore ſonat iudicium ineuidens, & incertum. Dicitur ergo propriè lex fundata in falſa præſumptione, quando ſtatuit aliquid fieri, ſub conditione tamen tacita, ſi interuenit culpa, vel fraus, aut quid ſimile, quod interuenire ſolet: quodque cõmuniter à iudicibus debet præſumi: & hoc dupliciter poteſt ſtatuere, vel admittẽdo probationem in contrarium ex vna parte tantũ, vel ex vtraque.

*Quæ lex in falſa præſumptione fundata dicatur.*

Inter leges autem, quæ in falſa præſumptione fundantur, multi numerant l.fin.C.de fideicomm. 21
& alias, quæ irritant teſtamenta minùs ſolemnia, & propterea docent, hæredem ex teſtamento minùs ſolemni, ſi ei conſtat euidenter, vt facilè cõſtare poteſt, nullam vim, nullam fraudem, nullúmve alium defectum naturalem in eo contigiſſe, poſſe accipere ſibi ac retinere bona teſtatoris: tenerique in conſcientia ſoluere legata: ita Ioannes Medina C.de reſt.quæſt.23.in fine, Adrian. quodlib.6.art.1.concl.2.coroll.2.Sylueſt. verb. hæreditas,3. q.7. & alij multi, quos refert Couarr. c. cum eſſes, de teſtam. à num.4. quam opinionem ſequitur Sayrus ſuprà, num.9. citans Panormitanum, cap. quia plerique de immun. eccle. num.9. (qui citat Antonium) Iaſon l. nemo poteſt, in 1. lect. col. 9. & in 2. lectur. col.15. Ripam ibidem col.19. ff. de legat.1. Adrian. quodlib.6, art.1. concl.2. verſ.2. infero, in fine lit.k, Andreas ab Exea, cap.1. de conſt. num.337. con.8. qui argumentantur ex l. cum amplius, §. is natura. ff. de re iudic. ſimilia docent alij in fine huius ſectionis referendi.

*Teſtamenta minùs ſolemnia valent in conſcientia.*

Ipſe autem Couarruuias licèt concedat leges irritantes teſtamenta minùs ſolemnia fundari in falſa præſumptione, tamen putat ea eſſe nulla in foro interno; quod vt defendat, ait num.9. legem fundatam in falſa præſumptione, tunc non ligare in animæ iudicio, quando præſumit propter defectum probationis: tunc enim in foro interno haberi poteſt certitudo legitima ipſius actus, & ideo legi locus non eſt, lex autem infirmans contractus defectu ſolẽnitatis; nõ præſumit fraudem defectu probationis, ſed defectu ſolennitatis. Hũc modum dicendi reiicit Vazquez, quia in quo illa duo differant, nõ explicat Couarruuias: & ſi vtroque modo lex præſumeret fraudem, in quolibet caſu ſingulari, nulla profectò eſſet ratio differentiæ. Poteſt etiam impugnari Couarruuias: quia legiſlator nunquam præſumit defectu probationis, cùm eo tempore, quo lex cõditur, nihil ſit pro-

bandum: ergo impropriè loquitur. Meliùs diceret, quando lex teſtamenta, vel pacta minùs ſolemnia irritat, non fundari in præſumptione, ſed in iudicio euidenti, quòd communiter in iſtis fraudes euenire ſoleant: & ideo ita velle ipſa irritare, vt etiamſi probetur, nullam fraudem interueniſſe, adhuc irrita eſſe cenſeantur, & declarentur. Alia verò velit irrita cenſeri, modò non probetur, fraudem interceſſiſſe: & hoc innuit Couarruuias addens, quando præſumptio fraudis fuit cauſa impulſiua ad faciendam legem, licet fraus ceſſet, legem valere, & obligare in foro animæ, & contractus, ac teſtamenta minùs ſolennia per ipſam irritata eſſe nulla in conſcientia, vt conſtat ex l. 1. §. ſexum, ff. de poſtulando: ſecus quando fuit cauſa B finalis, explica, id eſt, quando fraus præſumpta ita eſt ratio diſpoſitionis, vt legiſlator nolit legẽ vim habere, niſi in caſu, in quo fuit fraus, & neceſſe ſit hoc remedium fraudi adhibere: qui eſt totus finis legis: Magis accedit ad proprietatem ſermonis Gomezius l. 3. Tauri, num. 123. quem ſequitur ibi Burgos de Paz par. 5. num. 1471. dicens, leges quæ irritant teſtamenta, & cõtractus minùs ſolemnes, non fundari vllo modo in præſumptione, & in caſu incerto: ſed potiùs in caſu certo, & minimè dubio: quod tamen malè probat, quia iſtæ leges exigunt certum numerum teſtium, vt de voluntate teſtatoris meliùs conſtet, in quo nulla eſt pręſumptio, ſed res certa ſtatuitur, & ex determinato C fine. Nam hoc probat quidem valorem teſtamenti ſolemnis non fundari in præſumptione: non verò quod irritatio, aut lex irritans non fundetur in falſa præſumptione: meliùs probaſſet, quia talis fundatur in hoc iudicio, in teſtamentis minùs ſolemnnibus ſolent contingere fraudes, quod iudicium eſt certum: ideo non poteſt dici pręſumptio, niſi latè; & exiſtimo id tantùm velle Vazquez illis cap. 2. & 3. dum ait fundari in præſumptione, ſed non in falſa præſumptione, eò quòd tale iudicium veriſsimum eſt.

*Teſtamenta minùs ſolemnia cur à lege irritentur.*

Cæterùm quia ex illo iudicio potuit legiſlator pro communi bono diuerſa ſtatuere. Primò, quòd teſtamenta minùs ſolemnia ſint irrita in foro tantùm externo, quando in eo non conſtaret, quòd D ſine vi, aut fraude, & cum omnibus naturaliter requiſitis facta ſint: vel etiam ſi conſtaret: vel quòd etiam in foro interno ſint nulla, etiãſi nulla fraus interuenerit, & ex verbis legis nõ colligitur apertè, in quo ſenſu irritentur iſta teſtamenta minùs ſolemnia: ideo ſunt variæ opiniones, quas nõ poſſumus modò examinare. Aliquid dicemus infrà diſputantes de lege irritante: modò ſatis fuerit intelligere, ſi leges eiuſmodi dicantur propriè fundari in falſa præſumptione, non obligare, ſeu irritare in foro animæ: Vnde Azor tom. 1. lib. 5. ca. 6. quæſt. 4. inter ea quæ omnibus comperta ſunt, ponit quarto loco leges humanas, ſiue canonicæ E ſint, ſiue ciuiles, ſi ob ſolam ſuſpicionem, vel, vt aiunt, præſumptionem delicti, ſint latæ, non habere vim obſtringendi conſcientiam: præſumptio enim, ſiue ſuſpicio ad forum iudiciale pertinet, nõ conſcientiæ.

*Præſumptio ad forum iudiciale pertinet, non conſcientiæ.*

Quapropter inter leges fundatas in falſa præſumptione, non numeramus legem Concilij Tridentini de matrimonio clandeſtino: quia conſtat eſſe irritum in foro animæ: nec leges de adhibenda certa ſolemnitate in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum.

An verò leges de cenſibus ſint fundatæ in falſa præſumptione, de quo tractat Valentia 2. 2. diſp. 5. quæſt. 22. punct. 2. in fine, cum Nauarro, quem citat, & alij in materia de cenſib. nos in eadem latè diſcuſſimus.

Præterea quod dictum eſt de lege fundata in falſa præſumptione, non obligare in conſcientia, dicendum eſt de ſententia, vt docent ferè omnes initio citati: vnde colligunt Adrianus, Caſtro, Driedo, & Sayrus, iniuſtè condemnatũ ſecundùm veritatem ad reſtituendum aliquid, quod non abſtulit, aut non debet, ſeu ad poſſeſſionem rei relinquendam: iuſtè tamen ſecundùm allegata, & probata, puta conuictum per falſos teſtes, aut falſa inſtrumenta, quæ ſeruato iuris ordine, repelli non potuerunt, non teneri in foro conſcientiæ ſoluere: quia ſententia ſuſtinetur ſola pręſumptione iuſtitiæ, vt notatur l. iulianus, ff. de cond. indebit. vnde cui talis iniuſtitia eſt manifeſta, non tenetur illi ſententiæ circa ſcandalum obedire. Imò Innocent. cap. quia plerique, num. 31. & ibi Hoſtienſis, & Panormitanus, num. 19. & 24. de immunit. eccleſ. Alexander l. nemo poteſt, & ibi Iaſon colum. 9. in 1. lectu. & in 2. lect. colum. 27. ff. de lega. 1. docent, non licere ſic condemnato ſponte ſoluere, quia induceret victorem ad peccandum. Victor enim peccat recipiendo, quod iniuſtè ei adiudicatũ eſt: nunquam autem debet quis facere, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati. Limitat Panormitanus dicto num. 24. niſi qui ſoluit donare velit: nam alter licitè poteſt accipere donatum, & ideò ille poteſt licitè donare. Cæterùm verius eſt, quod Sayrus & Adrianus docent, etiam ſine animo donandi licitè ſoluere poſſe: tum ad redimendam vexationem, quam veriſimiliter timet: tum ne videatur contumaciter nolle parere ſentẽtiæ, & ſubterfugia quærere: tum etiam quia alius eſt iam paratus ad recipiendum, & vrget vt detur, nec negata ſolutione corrigetur. Eſt ſimile in ſoluente vſuras. Vnde Panormitanus ait, non peccaturum, parendo iniuſtæ ſententiæ, & ſoluendo ad mandatum iudicis: quia iudicium redditur in inuitum, vt l. inter ſtipulantem, §. ſi ſtichum, ff. de verb. oblig. & cap. intelleximus, de iudic. Quamuis, vt notant Adrianus & Sayrus, ſicut non tenetur parere iniuſtæ ſententię, ita nec in conſcientia tenetur parere vocali mandato. Imò Caſtro addit, quòd qui iniuſtè per ſententiam priuatur re ſua, ſi aliter non poteſt damnum ſibi illatum reſarcire, poterit ab illo, qui per iniuſtam ſententiam rem ſuam abſtulit, tãtundem clanculo ſurripere. Idem Sayrus ſuprà, & Innocentius cap. olim cauſam, num. 8. de reſtit. ſpol. vbi ait, quòd vbicumque per alium rem ſuam, & ius ſuum proſequi non poteſt, licitum eſt etiam furtiuè rem ſuam recuperare, ſecluſo ſcandalo, & aliis incommodis: & Panormitanus cap. 1. nu. 7. de his quæ vi, vbi concludit, quòd in defectũ probationũ poteſt quis in occulto ſibi ſatisfacere, & Imola conſil. 135. incipiente circa primum, volumin. 1. Paulus de Caſtro, conſ. 339. incipiente priuſquam iura fierent, colum. 2. circa princip. in 2. part. conſiliorum antiquorum, ſecundùm nouiſſimas impreſſiones. Vnde infert Sayrus, obtinentem iniuſtam ſententiam teneri in conſcientia ad reſtitutionem, quia retinet alienum. Sic Panormitanus d. cap. quia plerique num. 21. Imola conſil. 147. incipiente in cauſa vertente. *Quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* Idem Sayrus cum Panor

*Victor peccat, quod iniuſtè ei adiudicatũ eſt capiens.*

*Reus non peccat parendo iniuſtæ ſententiæ.*

22

Digitized by Google

Panormitano d.cap.quia plerique,num.41. Guilliermus de Monte Ferrato,tract. ſuper pragm.ſanctionem,par.2.Angelus lex.num.4.verſ.ſecundus. Syluester eodem verſ.quæſt.9.dicto 2. Andreas ab Exea cap.1.de conſtit.num.332.Rodriguez tom.1. ſummæ,cap.194.conſ.3.tradit,quod licet.

*Hares qui nõ confecit inuẽtarium tenetur ſoluere creditoribus vltra vires hæreditatis, ſed non in conſcientia.*

Hæres, qui non confecit inuentarium teneatur creditoribus teſtatoris vltra vires hæreditatis in foro iudiciali iuxta l.fin.C.de iure delict. vt auth. de hæred. & falſ.notatur: non tamen in conſcientia:quia lex eſt fũdata in falſa prẹſumptione,quod plus fuerit in hæreditate, & quòd hæres fraudauit bona,cùm non confecerit inuentarium.

Sic etiam Iaſon l.1.col.5. verſ. aliam vtilitatem C. de teſtam. quem ſequitur Sayrus ſuprà num. 8. tenet hæredem inſtitutum in teſtamento, quod probare non poteſt propter detectam inhabilitatem teſtium, dato quòd in iudicio contentioſo obtinere non poſſit: in foro tamen conſcientiæ poſſe quocumque ingenio furari res hæreditarias: idem tenet Alexander conſ.13.incipiente viſo eleganti colu.3. & Andreas ab Exea cap. 1. de conſti. num.334.

Et Æneas Falco annotat. ad Panor.dicto cap. plerique verb. ſed totum: interrogatus de iſto caſu, Mulier peſte infecta, dixit Petro, qui ſolus ei aſſiſtebat, ſe velle, quòd dos ſua ad matrem ſuam reuerteretur, ſi filij ſine filiis deceſſiſſent, poſteà hæreditas peruenit ad dictum Petrum; reſpondit, Petrum in conſcientia teneri, & per denuntiationem Euangelicam poſſe compelli ad ſoluendam dictam dotem in tali diſpoſitione non ſolemni relictam.

Ex eodem fundamento Innocentius cap. quòd ſicut num. 7. & 8.de elect. Panor. cap. plerique de immu. Eccleſ.nu.43.& Adrianus,quodlib.6.art.1. con.2. verſ. infero 2.lit. K, inferunt, ſi aliàs legitima interuenerit eorum ad quos ſpectat electio, quæ ſcilicet ſufficeret ad metas iuris naturæ, nimirum quia interuenit conſenſus liber, & legitimus electi, & eligentium, etiam ſi ſolemnitates iure ſtatutæ deficiant, electum tuta conſcientia poſſe dignitatem retinere. Quæ omnia corollaria concedit Sayrus illo lib.3.cap.7.nu.8.& 9.

## SECTIO V.

*An quando legiſlator non intendit obligare in conſcientia, adhuc lex obliget in conſcientia; & an omnis lex humana obliget in conſcientia.*

23

*1. Con. Lex non obligat in cõſcientia,quando legiſlator id non intendit.*

DIco primò, quando legiſlator ſufficientibus verbis, vel ſignis declarat ſe nolle obligare in conſcientia, lex non obligat in cõſcientia. Hoc mihi certum eſt, quia lex non poteſt obligare contra intentionem: imò neque vltra intentionem legiſlatoris, à qua pẽdet tota vis,& efficacia legis,D.Thomas 2.2. quæſtio.186. art.9. ad 1. Palac.3.diſt.37.quæſt.7.con.7. Ioan. Medina C.de ieiunio quæſt.7. Ledeſ.2.4. quæſt.17.art. 2. dub.6. Azor lib 5. cap.6. quæſt.4. §. in hac controuerſia, Aragon. 2.2. quæſt.62.art.3. Sotus 1.iuſt.quæſt.6. art.4.& 5. Caſtro 1.de lege cap.5.8.& 9. Nauarrus cap.23. à nu.48. Couarruuias Reg. peccatum parte 2.§.5.Driedo 1.de libert.Chriſtian. cap.3.Henr. quodlib.3. quæſt. 22. Aragon. 2.2.quæſt.62. art.3. dubio poſito poſt 3.con. Syluester verb.lex,quæſt. A 8.& 9. verbo præceptum num.2.& 3.& verbo inobedientia,Victo. relect. de poteſt ciuili num. 20. Bartolomæus Medic.quæſt.96.art.4.

An verò non obligando ad culpam, poſſet eſſe vera lex: ſuadetur non poſſe primò, quia non eſt verum votum, quod non obligat in conſcientia: ergo nec vera lex,quæ non obligat in conſcientia. Eadem enim ratio eſt. Secundò, quia Deus & natura obligant nos, vt obediamus veris legibus,& præceptis ſuperiorum, vt ſuprà vidimus, & docet D. Thomas quæſt. 96. art. 4. ergo non poteſt eſſe vera lex,quin peccet,qui illam tranſgreditur. Tertiò, quia alioqui non differret à conſilio:vera autem lex,cum ſit præceptum,maximè differt à conſilio: ergo. 24

*Quæſtio. 1. opin. 1. argu. Probatur nullã eſſe legem, quæ non obliget in cõſcientia.*

B Dices,eſſe legem,quia obligat ad pœnam.Contra, quia pœna non poteſt eſſe iuſta, niſi ſupponatur culpa: ergo nec tenetur homo in conſcientia talem ſuſtinere pœnam. Antecedens patet, quia iuxta menſuram delicti, erit & plagarum modus. Leuit. 18. & ſumitur ex cap. 2. de conſtit. & cap. non auferamus 24.quæſt.1.

*Solu. Replica.*

Confirmatur, alioqui poſſet legiſlator obligare ad pœnam grauem,& non ad culpam, & obligare ad veniale tantùm in materia graui: hæc autem abſurda videntur: ergo. Propter hæc aliqui dixerunt,non poſſe dari veram legem humanam, quin inducat obligationem in conſcientia ad actum, C quem præcipit, tribuitur Ioanni Heſſelio in expoſitione decalogi, præcepto 4 cap. 36. qui conſequenter videtur aſſerere, regulas religionum non poſſe obligare ad pœnam,quin obligent etiam ad culpam: aliàs præberent occaſionem hypocritis, quia ſeruarent homines regulam, quando videri ab hominibus poſſent:occultè autem eam frangerent. Hanc opinionem videntur approbare Syluester verbo inobedientia in fine,& Sotus illa quẹſt. 6.art. 5. quatenus ait dari poſſe leges pœnales,quæ in conſcientia non obligent ad id, propter quod pœna imponitur. Sed poſtea hos in ſano ſenſu interpretabimur.

*Conf.*

*Leges religionum an obligent ad culpam.*

Dico tamen ſecundò: certum eſt fieri poſſe or- 25
D dinationes,ſtatuta,& leges veras,quẹ nõ obligent in conſcientia ad id,pro quo imponitur pœna eò, quòd legiſlator nõ vult in conſcientia, ſeu ad culpam obligare, vt in regulis, conſtitutionibus, & ſtatutis quarundam religionum, Valen. diſp.7.qu. 5.puncto 2.& puncto 6. quæſt. 2. D. Thomas 2.2. quæſt.186.art.9.ad 2. Antoninus 3.part.tit.16.cap. 1. §. vlt. in fine, Caſtro 1. de lege pœna cap. 5. in princ. Adrianus quolib. 6.art.2.lit.A.verſ.error ſecundus,Sayrus tom.1. Theſauri lib.3. cap.7.nu.1. Aragon 2. 2. quæſt. 62. art. 3. dubio poſito poſt.3. con. Probatur ex Clementina exiuit de paradiſo: verſ.non tamen de verb. ſignifi. & ex conſtitutionibus multarum religionum approbatis, vbi dicitur, non obligare in conſcientia, & ex communi E vſu,& praxi ipſorum religioſorum,& ex aperta ratione: quia contra mentem legiſlatoris obligari non poſſunt. Ergo cum legiſlator velit, & exprimat, ſe in conſcientia nolle obligare ad id, quod faciendum iniungitur,non obligãtur in conſcientia ad illud: cùm autem velit obligare ad ſubeundam, & ſuſtinendam aliquam veluti pœnam ſeu ad non reſiſtendum illi, meritoque id velit tanquam medium accommodatum ad hoc, vt ipſi & reliqui inſtitutum obſeruent,mandatum illud vera lex erit, etiam comparatione ſubditorum, cum

*2. Con.*



Digitized by Google

aliquo modo eos obliget: & inſuper lex eſſe poterit comparatione ſuperiorũ, ſi eos obliget in conſcientia ad inferendam talem pœnam; & quando pœnæ ſunt exequendæ per ipſos ſubditos, vt, verbi gratia, quòd ſe verberent, quòd recitent aliquid, &c. neque ad pœnam ſolet eſſe obligatio in conſcientia, & tunc non ſunt veræ leges, comparatione ſubditi: imò ſi non præcipiant in conſcientia ſuperioribus, vt pœnam inferant, vel exequantur, nec eorum comparatione leges erunt, & ſic intelligo D. Thomam ſuprà, inſinuãtem non eſſe veras leges, nec præcepta: & hoc ipſum intendunt Sylueſter & Sotus, imò & Heſſelius ſuprà, ſi autem plus vellet, nempe non poſſe obligare in cõſcientia ad illas pœnalitates ſubeundas, niſi propter veram culpam præcedentem, meritò reiiceretur: id enim falſum eſt, non ſolùm in conſtitutionibus religioſis, ſed etiam in multis legibus purè pœnalibus, Eccleſiaſticis, & ſæcularibus. Sicut enim per votum purè pœnale, & interdum per pactum, vel promiſſionem factam homini obligat ſe homo ad ſolam pœnam in conſcientia; ita poteſt obligari per legem purè pœnalem. Et quando pœna per alium exequẽda eſſet, verbi gratia, à quo eſſet verberandus ſi ille non teneretur in conſcientia eam ſuſtinere, poſſet reſiſtere, & daretur bellũ iuſtum ex vtraque parte, quod eſt abſurdum: non enim dubium eſt, quin ſuperior per ſe, & per alios quando ita ſtatuit regula, poſſit tranſgreſſorem verberare, & in carcerem includere, &c.

26 *Ad argumenta.* *Pœna aliquãdo infertur ſine culpa, non ſine cauſſa.*

Ad argumentum in cõtrarium factum reſponſio patet ex dictis. Ad replicam autem triplex ſolet aſſignari ſolutio; prima ex regula iuris 23. in 6. *pœnam aliquando inferri ſine culpa, ſed non ſine cauſa*; expedit enim defectus non culpabiles leuibus pœnis puniri, vt tales defectus diligentius ab eiſdem & ab aliis vitentur, ſic in tract. de peccatis diximus, pœnam impropriè, ſeu latè dictam inferri poſſe ſine culpa, & ibi expoſuimus aliqua mala, vt mortem, mutilationem, &c. non poſſe ſine vera culpa imponi. Secunda ſolutio, quæ ferè in eandem recidit, eſt, pœnam humanam merè externam, & leuem, aliquando inferri ſine culpa apud Deum, propter culpam politicam, & ciuilem, ſeu apud homines, qui offenduntur defectibus eiuſmodi, licet apud Deum ſint inculpabiles: ſic patres defectus filiorum etiam inculpabiles ex naturali ignorantia, vel inaduertentia, aut obliuione procedentes, corrigere ſolent leuibus quibuſdam pœnis, vt deinceps memores & cautiores ſint. Tertia eſt Antonini, & aliorũ in his legibus obligationem aliquid ſuſtinendi propter violationem ſtatuti, oriri ex voto obedientiæ, vel ex pacto inter ſubditum, & prælatum, ſeu religionem, vt regulam ſeruet, vel tale quid patiatur: ſed pactum, & votum huius rei fictum videtur: quia ſolùm vouent obedire præceptis, in quibus ſuperiores velint ipſos obligare in virtute ſanctæ obedientiæ: ergo cùm prælati iubent eos verberare, vel in carcerem includi, & retineri: ſi ipſi id non patiantur, ſed totis viribus reſiſtant, non peccabunt contra votum obedientiæ, ſed contra iuſtitiam, ſi id faciant cum aliorum detrimento: quia non habent ius ad ſic ſe defendendum, vel nullo modo, vt cum nullum detrimentum aliis inferunt, ſed tanquam potentiores ex eorum manibus elabuntur, ſine vllo ſcandalo, &c. Item nouitij eandem obligationem habent in conſcientia ad non reſiſtendum correctioni, cum damno aliorum; tamen non habent votum: ergo talis obligatio ex voto non conſurgit. Quod verò non oriatur ex pacto, probatur; quia nec in ſuſceptione habitus, nec in profeſſione, mens ſuperiorum, aut ſubditorum eſt, ad aliquid obligare, vel obligari de iuſtitia: & de aliis conſtat: eadem autem ratio eſt de hoc, cùm non magis exprimatur, quàm alia: ergo nec ad hoc obligatur ex pacto.

Confirmatur: nam etiamſi ſubditus expreſſè voluiſſet ſe non obligare de iuſtitia, adhuc maneret de iuſtitia obligatus: ergo hæc obligatio non prouenit ex pacto, aut promiſſione ipſius, maximè ſi promiſſio non eſſet acceptata à religione per ſuperiorem: quia promiſſio non acceptata, non obligat de iuſtitia: ſed hæc obligatio oritur ex ipſa natura rei ſuppoſito ingreſſu in religionem, ratione cuius etiam ſine profeſſione religioſus eſt ſubditus ſuperiori, tanquam patri, & tanquam vero prælato per diſpoſitiones Pontificum, per quas etiam eſt exemptus ab ordinario: & ideò prælati ius habent puniendi ipſos religioſos, vno quidem modo pro veris culpis, alio autem modo pro defectibus cõtra regulam, licet coram Deo inculpabilibus: & ideò qui reſiſtunt cum damno aliorum, peccant contra iuſtitiam commutatiuam: ſicut ſæculares, qui reſiſtũt miniſtris iuſtitiæ cum ipſorum damno: & idem eſt de reſiſtentibus cum ipſorum damno, iis, qui vineas, vel nemora cuſtodiunt: de quibus poſteà dicemus, quomodo ad pœnam in conſcientia teneantur, licet non peccent cædendo ligna in nemoribus alienis.

*Promiſſio non acceptatà non obligat.*

Ex quibus patet deceptum fuiſſe Angelum, verbo inobedientia in fine. Vbi ſcripſit, quoddam eſſe conſilium ſimplex, cuius omiſſio peccatum non ſit, aliud verò reuerentiæ, quale eſt regula, vel ordinatio ſuperioris, qui poſſet præcipere, ſed ex benignitate non vult, & huius violationem eſſe peccatum veniale: citat Archidiaconum cap. teſtamentum diſt. 6. & §. alias ea demum diſt. 25. Nam ſi ſuperior ſatis declarat ſe ea ordinatione nolle obligare ad mortale, nec ad veniale, nulla erit culpa eam tranſgredi, niſi per accidens ea occaſione debita reuerentia, & obſeruantia erga ſuperiorem omittatur, vel aliquid aliud adiungatur, quod culpabilem reddat ordinationis tranſgreſſionem.

*Conſiliũ aliud eſt ſimplex, & aliud reuerentiæ.*

Ad id quod inſinuatur in confirmatione, an ſuperior in materia graui poſſit obligare tantùm ad veniale, dicam ſect. 7. 27 *Ad conf.*

Ex dictis patet, quòd ſi conſtitutiones religioſorum non obligent ad culpam nec ad pœnam, non ſunt veræ leges cum ad nihil ſubditos obligent in conſcientia: & ita ait Aragon ſuprà, his verbis:

Ex dictis infero primò, quòd præcepta, quæ continentur in conſtitutionibus religioſorũ propriè loquendo, non ſunt lex, ſed potiùs decreta hominum prudentum, habentia magis vim conſilij quàm legis, cùm non contineant verũ imperium, neceſſariò requiſitum ad ſubſtantiam legis: hæc ille, & eodem modo loquitur Vazquez diſp. 158. cap. 3. nu. 14. cùm aliis doctoribus id probantibus, quia lex ſecundùm multos citatos à nobis diſp. 1. ſect. 1. dicitur à ligando; ergo ſi non ligat, non erit lex: item quia de ratione legis eſt eſſe præceptum: vbi autem præceptum, ibi obligatio: idem tenet Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 5. ad 3. Medina quæſt. 96.

art. 4.

Digitized by Google

art.4.& multi recentiores. Nec obſtat, quòd tunc etiam obligatio ſit ſuſtinẽdi pœnam aliquam pro tranſgreſſione, nam hæc obligatio non eſt à tali conſtitutione niſi occaſionaliter,& tanquã à conditione: ſed à lege naturali,qua ſuperior quicumque ſit,eo ipſo habet vim corrigendi aliquibus leuibus pœnis defectus etiam coram Deo inculpabiles. Rectè autem aduertit Vazquez loco citato num. 16. tranſgreſſionem regulæ ſolere eſſe culpabilem ex prauo fine mouente. Quare ſi aliunde moueretur à ſolo fine virtutis ex cauſa, ſicut fieri poteſt,eſſet quidem opus virtutis, licet materialiter contra talem conſtitutionẽ operaretur,tametſi minùs perfectum, quàm ſi aliquis conſtitutionem ex obedientia amplecteretur.

28 Hinc patet reſolutio huius dubij: An omnis lex humana obliget in conſcientia: Legem, quæ nihil abſolutè iniungit, ſed ſolùm ait, *Qui hoc fecerit, vel omiſerit, luat talem pœnam*, non obligare in conſcientia ad id faciendum, vel omittendum, ſed ad ſolam pœnam, Caſtro 1. de lege pœnali cap.8.&9. Nauarrus in ſum. cap. 23. num. 86.& cap.fraternitas,num.23.12. quæſt.2. & conſ. 4.de conſtit.Vazquez diſt.159.cap.2. Henr. quodlib.3.quæſt.22.Angelus inobedientia in fine,Ioan. Medin.C.de reſt.quæſt.13. §.neque tamen, & qu. 36.ad 6.Dried.3.de libertate Chriſtiana ca.3.ad 5. Couarru.reg.peccatum,part.2.§.5.nu.4.

Et quidem quando legiſlator explicat ſe non velle obligare in conſcientia,niſi ad pœnam, clarum eſt,quia obligatio pendet ex voluntate legiſlatoris: ita de conſtit. Dominicanorum tenet D. Thomas 2.2.quæſt.186.art.9.ad 1. & 2. ibi Caiet. §.ad 2. obiectionem ait, hoc ſtatutum fuiſſe in 2. capitulo generaliſſimo, anno 1237. & de conſtitutionibus minorum, idem ait Caſtro 1. de lege, cap.8.vbi alias religionum & collegiorum Hiſpaniæ conſtitutiones recenſet,quæ ſolũ obligant ad pœnam.Vide illum ibid. & §. ſecundò principaliter arguo,& cap.5.docum.4.Gerſon 3.part. lect.2. de vita ſpirituali ante corol.1.lit.L, Sotus 1.iuſtit. quæſt.6.art.4 §.ad ſoluenda,& art.5. Arag. 2.2.qu. 62.art.3.dub.4.con.2.Vazquez diſt.158.cap.3.Tolet.lib.de ſeptem peccatis,cap.19.affirmans in hoc omnes conſpirare,Ioan.Andr.cap.relatum,ne clerici vel monachi. Nauar.cap.23. num.49. & colligitur ex clemen.exiuit de paradiſo,§.nos circa, de verb.ſign.

Certum quoque eſt,legem poſſe eſſe pœnalem, &obligare ad aliquid faciẽdum,vel omittendum, pro quo imponatur pœna: quia obligatio ad culpam non eſt incompatibilis cum obligatione ad pœnam.

Deinde omnis lex obligat aliquo modo in conſcientia, etiamſi formam habeat purè pœnalis, Sylueſt. verſ. in obed. §. quæ autem, & ver. præceptum num.6. Soto 1.iuſt.quæſt.6.art.5. Tol. lib. de pecc.cap.20. Bellar.3. de laicis cap.11. Medina quæſt.96.art.4.§.3.argumen. Azor tom.1.lib.5.ca. 6. quæſt. 4. (vbi tamen affirmat eſſe aliquas leges politicas, quæ ad id quod iniungitur non obligant in conſcien.) Decius cap. nam concupiſcentiam in 2.lectura n.22. de conſt. Gutier.2. canonicarum qq.cap.27.nu.23.Henricus ſuprà,& Angel. ſup. ait ſtatutum pœnale, licet non obliget ex forma ſtatuti, obligare ex intentione ſtatuentis, ne paſſim, temerariè, vel ex leui cauſa violetur, quia hoc tantùm præcipitur:& Ioan.Medina illa quęſt. 13.§.verum,ait,legem, eo ipſo quòd iuſta ſit,obligare ad mortale vel veniale,niſi animus legiſlatoris eſſet ad ſolam pœnam obligare:quod non euenit ſecundùm Vazquez diſp.158.cap.3.nu.17.quia in poteſtate legiſlatoris ſit poſito præcepto non obligare:ſed quia in poteſtate eius eſt ponere, vel non ponere præceptum.

Deinde idem Medina illa quæſt. 36. & Driedo ſuprà fatetur legem omnem obligare in conſcientia, ſaltem ad ſuſtinendam pœnam. Couar. etiam fatetur legem pœnalem obligare ad culpam, licet non ex ipſa verborum forma, & D. Thomas 2. 2. quæſt.186.art.9. ad 1. & 2.ait ordinationes aliquas non eſſe præcepta, ſed tãtùm obligare ad pœnam: & hoc vult Bern.lib.de præc. & diſpen. §. partienda, dum ait, ſolùm itaque cenſuerim fugiſſe votum,violaſſe præceptum,pactum pręuaricaſſe,qui & pręceptum contemnit,& remedium,id eſt,pœnam, quam non vult ſuſtinere; & Antoninus 3. part. tit.16.cap.1.§.13. diſſerens de conſtitutionibus Prædicatorum, dum ait:ſiquis nõ fecerit pœnitentias traditas à conſtitutionibus, vel taxandas à prælatis, culpam incurrit:lex ergo pœnalis, vt & votum pœnale ſemper ad aliquid obligat in conſciẽtia: vnde cum in l.legis virtus ff.de legibus dicitur: *legis virtus eſt, imperare, vetare, permittere & punire*, non eſt intelligendum legem aliquam eſſe, quæ nihil omninò vetet, aut imperet:ſed aliquam eſſe,quæ non reſpectu omnium quæ continet,imperat: nam quæ permittit,non imperat permiſſo, ſed miniſtris iuſtitiæ, ne ipſum impediant, vel puniant:& quæ punit tantùm pro aliquo imperat,ne fiat:bene tamen,vt pœna ſuſtineatur.

*Lex pœnalis ſicut & votũ ſemper ad aliquid obligat in conſcientia.*

## SECTIO VI.

*Vtrum legiſlator in re, aut materia leui poſſit obligationem ponere ſub mortali, ſi velit.*

SVpponimus quandam eſſe materiam grauem,quandam leuem, vt conſtat, & docet Auguſt. 2. de Baptiſmo cap. 6. relatus cap. non afferamus 24. qu. 1. Grego. cap. alligant 26. quæſt. 7. Hoc ſuppoſito, pro parte affirmante eſt, quia interdum res leues,& minoris momenti præcipiuntur ſub pœna excommunicationis: quæ tamen non incurritur, niſi ob peccatum mortale:in religionibus etiam ſimilia præcipiuntur in virtute ſanctæ obedientiæ, quod iuxta communem vſum indicat obligationem ſub mortali: vnde Caietanus verbo præceptum,ſentit,ex materia legis non poſſe ſatis diſcerni modum obligationis eius:*quia interdum*, inquit, *de re minima datur præceptum obligans ad mortale.* 29

Reſpondeo tamen, formaliter, & propriè loquendò non poſſe Principem, vel prælatum, quamuis velit, obligare ad mortale in materia leui: ita tenent communiter Theologi, Azor tom.1. lib. 5. cap. 6.quæſt.5. Sayrus tom.2. lib.3. cap.7.num.14.& 17.Caſtro 1.de lege pœnali cap. 5.documen.2.Salon 2.2.quæſt.77.art.1.controuerſia 8. poſt regulam 1. Valentia 1.2. diſp.7.quæſt.5. puncto 6. quæſt. 3. Suarez 3. part. tom. 5. diſp. 4. ſect. num.9.& ſequentibus, Medina hic quæſt.96. art.4.regula 1. Ioannes Gutierrez in quæſtionibus canon.cap.7.num.18.Victo. relect.de poteſt ciuili nu.19.Soto 1.iuſt.quæſt.6.art.4.Aragon 2.2.quęſt. 30

*Princeps non poteſt præcipere ſub mortali in materia leui.*

62.art.3.not.3. pro dubio poſito poſt 3. con. Vazquez hic diſp.158. cap.4.num. 30. & ſequentibus. Caietanus 2.2. quæſt.104. art.2. & in ſumma verbo, præcepti tranſgreſſio, Couarruuias cap. quamuis pactum parte 2. §. 2. num. 7. Sa verbo præceptum num.1. Driedo. 2. de libert. Chriſtiana cap.1. prop.2. in fine, & lib.3. cap.3. ad 5. argu. Bellar. 3. de laicis cap.11. §. reſpondeo, loquitur: fauet Auguſt. 2. de Bapt. contra Donatiſt. cap. 6. & refertur cap. non afferamus 24. quæſt.1. non afferamus, inquit, ſtateras doloſas, vbi appendamus, quod volumus, & quomodò volumus, pro arbitrio noſtro dicentes hoc graue, hoc leue eſt: ſed afferamus diuinam ſtateram, & de ſcripturis ſanctis, tamquam de theſauris Dominicis, & in illa, quid ſit grauius appendamus: imò non appendamus: ſed à Domino appenſa recognoſcamus.

Probatur, quia poſſe prælatos pro ſuo arbitrio imponere obligationes graues in rebus minimis, eſſet contra bonum commune ſubditorum: ergo non eſt credendum habere talem poteſtatem, & ſic lex illa ex ea parte eſſet iniuſta, & ita non eſſet ſub mortali ſeruanda. Confirmatur, quia Prælati habent poteſtatem limitatam quoad intenſionem, nec poſſunt in qualibet materia ponere maiorem, & maiorem obligationem in infinitum, ſed iuxta materiæ grauitatem: ergo in materia leui non poſſunt grauem obligationem imponere. Item contra rectam rationem eſt, vt lex obliget ad culpam mortalem pro re leuiſſima: quia lex humana, vt iuſta, & rationabilis ſit, conformari debet diuinæ, à qua deriuatur, formamque legum diuinarum, quantùm poterit, debet imitari: at lex diuina in materia leui nunquam ponit obligationem grauem: patet in præcepto non mentiendi iocosè, aut officiosè, & in præcepto prohibente furtum leue, & ſimilibus: ergo lex humana in materia leui non poteſt imponere obligationem grauem: quia materia eſt incapax tantæ obligationis, ſaltem ab homine imponendæ: poteſtas enim humana requirit materiam proportionatam obligationi imponendæ: ergo in materia leui non poteſt ponere obligationem ſub peccato mortalis peccati, & pœna æterna: & alioqui tyrannis, & idiotis daretur anſa imponendi hominibus pro arbitrio ſuo grauiſſimas obligationes.

31 Aliqui limitant hanc ſententiam, vt vera ſit in lege ciuili, non verò in Eccleſiaſtica, quia poteſtas ciuilis non eſt immediatè à Deo, ſed mediante lege naturali, ſeu natura ipſa, quæ ſe accommodat neceſſariò qualitati ſeu quantitati materiæ, & ita non poteſt imponere obligationē grauem in materia leui: ſecus verò poteſtas Eccleſiaſtica, quæ ſpiritualis eſt, & ſaltem in Pontifice eſt immediatè à Deo, qui in materia leui videtur grauem obligationem poſuiſſe, quando Adæ ſub mortali præcepit ne fructum ab arbore ſcientiæ ederet.

*Poteſtas Eccleſiaſtica ſaltem in Pontifice eſt immediatè à Deo.*

Sed hęc limitatio ſingularis, & falſa eſt, & ſolido fundamēto caret: nam licet demus Deū habere poteſtatem propter infinitatem potentiæ ſuæ moralis (quæ ſicut phyſica, eſt infinita) imponere obligationē grauem in materia leui, & in qualibet materia maiorem, & maiorem obligationem in infinitum: tamen non protinus ſequitur poſſe illam communicare creaturæ, ſicut nec ei poteſt communicare potentiā infinitam phyſicam, & ſi concedamus poſſe communicari Principi, vel ſuperiori Eccleſiaſtico, ſimiliter concedendum erit, poſſe

A communicari Principi, & Superiori ſæculari: quia quantum ad hoc eadem ratio eſt de vtraque. Deinde eſto poſſet ea poteſtas communicari Principi Eccleſiaſtico de potentia abſoluta, non ſequitur re ipſa eſſe illi communicatam, quia id non expedit bono communi: paſſim enim Eccleſiaſtici abuterentur ea poteſtate. Deinde eſto hæc poteſtas eſſet ſummo Pontifici communicata, non ſequitur ab illo, vel à Chriſto eſſe communicatam aliis. Denique nec Deus habere eam videtur: quia Deus ſine cauſa graui nō poteſt in re leui obligationem grauem imponere: ſi autem cauſa eſt grauis res, alioqui leuis fieret grauis per accidens, & circun- B ſtantias, & tunc etiam Princeps ſæcularis propria, & ordinaria auctoritate poſſet in materia illa obligationem grauem imponere, vt ſtatim dicemus.

Vnde & Caſtro, Suarez, Medina, Valentia, Salon, & Sayrus, reprehendit eos, qui res leues præcipiunt ſub cenſura, aut in virtute ſanctæ obedientiæ, vel aliquo alio modo indicante obligationem ſub mortali, de quibus dici poteſt id Ezech. 34. *cum auctoritate imperabatis eis & cum potentia*, & Matth. 23. *imponunt onera grauia, & importabilia.* Exempla ponit Caſtro in prælatis, qui obligare volunt, ad mortale propter violationem ſilentij, vel tardum acceſſum ad chorum, aut vnius lactu- C cæ ſine licentia manducationem.

Addit Suarez, etiamſi excommunicationes in rebus leuibus non ponantur animo ligandi, ſed comminatoriè, & ad terrorem, non eſſe probandas: quia ſinceram non continent veritatem, & poſſunt occaſionem præbere indoctis ad peccandum grauiter ex conſcientia erronea. Item in eo euentu non ſolùm non incurrit excommunicationem maiorem, ſed neque minorem; prelatus enim vel nullam vel maiorem ſolam vult inducere: ergo ſi non incurritur maior, nulla incurritur. 32

*Excōmunicationes ad terrendum ferenda non ſunt.*

Obſeruant etiam Suarez, Medina, Valentia, Sayrus, & alij, aliquando materiam, quæ ex ſe eſt D indifferens, aut leuis, relatam ad aliquod commune bonum, eſſe graue: ideò ſi præcipiatur ſub cenſura validam eſſe cenſuram, vt quando Iudex præcipit ſub excommunicatione, aliquem comparere in iudicio, aut, cùm inquiſitores vocāt ad edictum audiendum, vel aliquid ſimile. Exempla hæc ponit Suarez. *Vnde non facilè*, inquit, *ſunt contemnenda huiuſmodi cenſura, vel putandum comminatorias eſſe, aut ſolùm ad terrorem. Quia ſæpe ignoratur grauis ratio vel neceſſitas talis præcepti, quod materialiter & ex parte materiæ in ſe ſpectata apparent leues: formaliter autem & in ordine ad talem finem ſatis graues:* & ideò oportet ſatis certò & indubitanter conſtare, leuem eſſe culpam & improportionatam eſſe cenſuram, vt quis excuſetur à mortali in talis præce- E pti tranſgreſſione: ſed Sayrus alia profert exempla eius, quod dicebamus, inquiens: *Præcipere poteſt prælatus ſub mortali, ne aliquis religioſus accedat ad hortum communem conuentus, aut ad talem ſæcularis domum; aut ne tranſeat per talem vicum: etiamſi cum licentia ſua exiret extra conuentum, aut ne cum tali, aut tali perſona loquatur. Hæc enim & ſimilia licet in ſe conſiderata videantur parui momenti: comparata tamen ad honeſtatem, & bonum nomen religioſorum, aut ratione ſcandali, periculi, vel alterius circunſtantiæ, efficiuntur res magni momenti, & ideò obligant ad mortale, vt etiam teſtatur Medina* quæſt. 96. art. 4. ad dubium 2. contra regulas ab eo allatas. Vnde Valentia ait aliquando prælatum poſſe ſub mortali obligare

*Excommunicationes de rebus minoribus non ſunt contemnenda.*

*Prælatus poteſt obligare, ſub mortali ad ſilentium.*

Digitized by Google

obligare ad ſilentium, & ſimilia, quæ ex ſe ſunt leuia: ſed ex circunſtantiis redduntur grauia: & ſic approbat dictum Caietani verbo præceptum, aſſerentis, *impoſſibile videri in iure humano ex ſola materia diſcernere præcepta* (obligantia ſub mortali) *cum inueniantur*, inquit, *minima præcepta ſub mortali peccato, vt de concedentibus cadauera, vt transferant ad alia loca, quod de ſe nullum eſt peccatum.*

*Deus obligauit Adamum ſub mortali, vt abſtineret à pomo.*

Accedit, inquit Valentia, quòd Deus obligauit Adamum ſub mortali, vt etiam à pomo abstineret; quod quidem per ſe non ita graue erat; ſed propter circunſtantiam, & finem legis, atque à Deo ſeueritatem præcepti ex parte voluntatis diuinæ, vt ſcilicet ſeruaretur iuſtitia originalis pro poſteris: ergo ſimiliter per poteſtatem ſibi diuinitus conceſſam poſſunt magiſtratus aliquid ſub mortali præcipere, quod non ſit graue, niſi ſecundum circunſtantiam: & quidquid ſit de aliis legiſlatoribus, certum eſt ſummum Pontificem quando aliqua lege ſub mortali vult obligare, non poſſe in hac parte errare, quin ſemper materia legis, vel per ſe, vel ſecundum circunſtantiam, ſit grauis: quoniam in iis, quæ pertinent ad totam Eccleſiam circa fidem, & mores errare nequit: Hæc Valentia, quæ refert, & approbare videtur Saytus: ſed in illo exemplo Adami intellige eſum illum fuiſſe mortalem ex circunſtantia damni amiſſionis iuſtitiæ originalis, pro ſe, & tota ſua poſteritate, quia Deus explicuerat ſe priuaturũ illa omnes, ſi Adam ligni fructum ederet. Quamuis illud peccatum potuit etiam eſſe mortale aliis rationibus; vt ſi factum eſt animo comedendi in magna quantitate, eo tempore, & ſequenti, vel malo fine habendi ſcientiam, aut dignitatem aliquam contra voluntatem Dei. De hac re diximus in alia tractatione de peccatis.

*Cur peccatum Adæ mortale fuerit.*

Quod igitur ait Syluester verb. præceptum, q. 3. cum Antonio, & multis iuriſperitis, ex intentione legiſlatoris iudicandum eſſe, an obligatio præcepti ſit mortalis, aut venialis, intellige dummodò materia ſit grauis: ſic enim erit capax grauis obligationis, ſed ſi legiſlator voluerit, poterit in ea ponere obligationem leuem, vt dicam ſtatim. In materia autem leui non poteſt ponere obligationem grauem.

*Homo non poteſt obligari ex voto rei leuiſſima ad culpam mortalem.*

Dices, ex voto poteſt quis obligari ſub mortali, ad rem leuem iuſſu ſuperioris faciendam: ergo, & per legem: Sa verbo præceptum num. 1. ait fortè ex voto poſſe hominem ad rem leuiſſimam obligari ſub mortali; licèt non ex lege, non aſſignat rationẽ diſcriminis, nec ego illam video: nego antecedens.

## SECTIO VII.

*Vtrùm in materia graui poſſit legiſlator ponere ſolam obligationem leuem.*

33 *In arbitrio ſuperioris non eſt obligare ſub mortali, vel veniali.*

PArtem negantem videtur tenere Medina, qu. 96. art. 4. reg. 1. ait enim falſam eſſe regulam, quam ex Canoniſtis ponit Syluester ad dignoſcendum, quando lex obliget ad mortale vel veniale, ſcilicet ex volontate legiſlatoris: itaque ſi vult obligare, ad mortale obligat, ſi non vult, non obligat. Hæc regula falſum dicit, nam ſi legiſlator ſeriò, & verè præcipit rem alioqui grauem, & maximè ad bonum commune conducentem; non eſt poſitum in eius poteſtate, vt non obliget ad peccatum mortale. Hæc Medina: cui planè conſentit Aragon. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. in dubio poſt. 3. con. notab. 3. vbi ſic loquitur. *Tertiò eſt aduertendum, quòd lex ab vno habet, quòd obliget; ab alio autem, quòd magis aut minùs obliget. Nam quòd obliget, habet, quia eſt imperium à legitima poteſtate poſitum: quòd autem magis aut minùs obliget, habet ex eó quòd res præcepta magis aut minùs conſentit cum bono communi.* Hoc ſuppoſito dico, in voluntate legiſlatoris eſſe poſitum, quòd lex à ſe lata obliget in foro conſcientię: quia in voluntate legiſlatoris eſt poſitum cohibere imperium, ſine quo propriè non eſt lex, nec obligat: cæterum poſtquam aliqua lex eſt ſtatuta, non eſt poſitum in manu legiſlatoris facere, quòd magis aut minùs obliget, id eſt, quòd obliget ad mortale, vel veniale. Quod enim aliqua lex magis, aut minùs obliget, id prouenit ex eo quòd res præcepta magis aut minùs conſentit cum bono communi. Non poteſt autem legiſlator facere, quòd res, quam præcipit, magis aut minùs conueniat cum bono communi: ſed id habet ex ſua natura: & paulò poſt ait, infero ſecundò; quòd quando legiſlator verè præcipit aliquam rem valde conducentem ad bonum commune, non eſt poſitum in eius voluntate, quòd talis lex obliget ad veniale. Hæc Aragon. idem indicat Driedo 3. de libert. Chriſtiana cap. 3. ad 5. quem citat, & ſequitur Vazquez diſp. 158. nu. 30. & ſequentibus, & alij recentiores, & eſt probabile. Contrarium tamen meritò tenent multi recentiores, indicat Syluester, verbo præceptum quæſt. 3. cum multis canoniſtis, & clariùs Antoninus 2. p. tit. 4. cap. 2. §. 3. Armilla verbo lex, nu. 4. Tabienna quæſt. 28. num. 29. Nauarrus cap. 23. num. 49. & ſequentibus. Henricus quòdlib. 3. quæſt. 21. & 22. Ledeſma 2. part. 4. quæſt 17. art. 2. dub. 6. Valentia hic diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6. quæſt. 2. & 3. Saytus to. 1. lib. 3. cap. 7. Caſtro 1. de lege pœnali, cap. 5. docum. 4. Ioan. Medina Codice de ieiun. cap. 7. §. ſupereſt, Couarruuias reg. peccatum, part. 2. §. 5. num. 3. Nec contrarium docet Driedo ſuprà: ſolum enim dicit, non pendere ex ſola voluntate legiſlatoris, quòd obligatio ſit maior vel minor: nam pendet etiam ex capacitate materiæ: & ideò non poteſt legiſlator in materia leui, ponere obligationem grauem; ſed in graui poteſt ponere leuem.

Probatur primò ex Bernar. lib. de præcepto, & diſpen. col. 5. §. porrò dicente, *Porrò maiora, minoraq́ mandata dixerim, ſecundum quòd maius, minuſve velle conſtiuerit ipſum, qui præcipit, ſiue hominem, ſiue Deum:* & infrà, *in mandatis hominum raro æqualitas inuenitur: cùm pro variis neceſſitatibus, vel vtilitatibus agendorum, iniungentium affectio varietur, quódque putauerint rectiùs vel commodiùs, hoc amplius cupiant, exigantq́ ſeruari.* 34

*Maiora minoráve præcepta ſunt, prout qui ea mandauit, voluerit.*

Probatur ſecundò, quia quando aliqua ſunt eiuſdem rationis, qui poteſt maius, poteſt minus: ſed obligatio grauis, & leuis in aliqua materia ſunt eiuſdem rationis: ergo qui poteſt ponere maiorem, poteſt minorem ponere. Tertiò, quia legiſlator in materia capaci obligationis ad culpam poteſt ſolùm ponere obligationem ad pœnam: ergo in capaci obligationis ad mortale, poteſt ſolùm ponere obligationẽ ad veniale. Quartò, quia obligatio pendet ex intentione legiſlatoris: ergo, & quantitas eius, vbi materia eſt capax: confirmatur; quia vehementior cauſa in materia capaci,



Digitized by Google

maiorem inducit effectum: ſed materia grauis eſt capax maioris, & minoris obligationis: ergo vehementior voluntas, ſeu magis obligandi maiorem inducet obligationem. Quintò, quia in moralibus actus nō excedunt intentionem agentium l. non omnis, l. ſi quis ne cauſam, ff. ſi cert. pet. l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. Vnde ſi quis nolit inducere maiorem excommunicationem, ſed minorem, quibuſcunque verbis eam imponeret, non induceret maiorem, etiamſi materia eſſet capax. Idem in aliis pœnis. Sextò, quia cùm voluntas eſt obligandi tantùm ſub veniali, non eſt, vnde oriatur obligatio ſub mortali, & eſt aliqua obligatio: ergo eſt tantùm ſub veniali: nec mirum, quia tale præceptum, eſt præceptum ſecundùm quid, ſicut multi relati in tract. de peccatis dicunt peccatum veniale tantùm eſſe contra legem, & præceptum ſecundùm quid. Septimò, quia Eccleſia, communicationem in humanis cùm excommunicato communiter ſolùm prohibet ſub veniali, & excommunicatione minori: poſſet tamen illam prohibere ſub mortali, & excommunicatione maiori, & reipſa prohibet; vnde qui communicat in humanis cum excommunicato, contra ſpeciale præceptum iudicis, vel quando excommunicatio fuit lata contra participantes, peccat mortaliter, vt docet Nauarrus cap. 27. num. 30. 31. 36. ergo. Octauò, quia tenendo mixtionem aquę cum vino in Miſſa eſſe de iure humano, ſicut Eccleſia impoſuit obligationem ſub mortali, potuiſſet imponere ſub veniali, & in aliis cæremoniis: ecōtra vſum vaſorum, & ornamentorum, quem præcipit ſub mortali, potuiſſet ſolùm præcipere ſub veniali, vt & Deus ſolùm præcipit ſub veniali ſacramentum confirmationis, vt in proprio tractatu dicitur: tamen potuiſſet illud præcipere ſub mortali. Poteſt enim in hoc humanus legiſlator diuinum imitari: & alioqui non deberent doctores fatigari in inquirendo ſigna obligationis ſub mortali, vel veniali, ſtante eadem materia, & forma præcepti, ſed ſi materia eſt grauis, putāda ſemper eſſet vel nulla, vel grauis obligatio. Ergo in eadem materia propter diuerſam intentionem legiſlatoris poteſt eſſe obligatio mortalis, & venialis: quod confirmatur, nam clericus, qui nutrit comā, & barbam, quamdiu non eſt monitus à prȩlato, ſolùm peccat venialiter, quandò verò eſt monitus, peccat mortaliter: vt poſteà videbimus, quia poteſt excommunicari per cap. ſi quis, de vita & honeſt. cleric. & cap. ſi quis 23. diſt. ergo materia ſufficiens ad mortale ſufficit ad veniale. Quod ergo dicunt D. Thomas 2. 2. quæſt. 186. art. 9. ad 2. Victo. releϲt. de poteſt. ciuili num. 19. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. Palac. 3. diſp. 37. quæſt. 7. imò & Pontifex Clemen. exiuit, de verb. ſigni. verum præceptum in materia graui obligare ſub mortali intelligendum eſt, quando legiſlator præcipit plena auctoritate cum intentione obligandi, quantum poteſt in tali materia, vt communiter contingit, aliquando tamen aliam intentionem habet, & exprimit ipſe legiſlator, & in materia graui ſolùm vult imponere, & imponit obligationem leuem.

*Explicatur Clement. exiuit.*

35 Sed obiicies, quia in materia graui non poteſt quis obligari ex voto, ſub peccato veniali, ſed tantùm ſub mortali: ergo nec ex lege.

*Ex voto in materia graui nō poteſt quis obligari ſub veniali.*

Reſpondent aliqui, fortè antecedens eſſe falſum: & quamuis admittatur, non eſſe eandem rationem de voto, & de lege humana: quia obligatio voti non ita eſt humana, ſicut obligatio legis humanæ: ſed eſt obligatio merè diuina, ac naturalis, quamuis pendens à voluntate, & promiſſione humana. Ego verò exiſtimo poſſe aliquem in materia graui obligare ſe voto tantum ſub veniali, ſi velit: ita enim diſertis verbis docet Antoninus 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 13. ad finem, quod probat Durandus 3. diſt. 39. quæſt. 4. num. 9. quia obligatio, quæ totaliter conſurgit ex mera voluntate promittentis, non excedit limites voluntatis: ſed voti & promiſſionis cuiuſque obligatio conſurgit ex mera voluntate promittentis: ergo non excedit limites ipſius. Confirmatur ex D. Thoma quæſt. 189. art. 4. vbi ait, in tantum fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas & intentio vouentis. Non autem quia ius naturæ ſicut non obligat ad implendum votum factum ab aliquo ſine animo ſe obligandi; ita neque obligat grauiter ſine animo ſe obligandi grauiter: quia ſuppoſita materiæ capacitate, ſicut obligatio, ita quantitas eius à voluntate pendet, ſicut in lege; eſt enim votum priuata lex. Non autem eſt idem in iuramento promiſſorio, quia obligatio eius non eſt ex voluntate ſe obligandi, quam homo habeat, ſi enim ſeriò, & non iocosè iurat, etiam ſi nolit ſe obligare ex iuramento, nihilominus manet obligatus obligatione religionis ex ipſo iuramēto, ſed non obligatione iuſtitiæ ex promiſſione. Quamuis probabiliter Vazquez ſuprà, num. 34. & alij dicant, non ſolùm ex iuramento: ſed etiam ex voto, in materia graui non poſſe eſſe obligationem leuem, ſeu tantùm ſub veniali.

*Suar. in ſcriptis.*

*Votum eſt priuata lex.*

Dices, ſtultum, & inane eſt rem parui momenti omnibus penſatis, præcipere ſub mortali: ergo & rē magni momenti ſub veniali. Nego conſequentiam: quia ſicut ne illaqueentur conſcientiæ res magni momenti poteſt iniungi ſine animo obligādi: ita vt minùs illaqueentur, minúſque habeant periculi, ſine animo grauiter obligandi. 36

*1. obiectio.*

*Solutio.*

Ius igitur naturæ ad implenda præcepta, & vota, ſuppoſita capacitate materiæ, obligat magis aut minùs iuxta volūtatem legiſlatoris, & vouentis: quia ſicut obligatio, ita & quantitas obligationis, quam materia patitur, ab ipſorum pendet voluntate.

Secundò obiicies Bernardum lib. de præcep. & diſpen. §. iam verò. Vbi ait, *Iam verò de illo, qui præcipit, & item de eo, quod præcipitur, aduertenda erit ſecundum rationem diſtinctio, vt cuius inter præceptores reuerentior verbis eminebit auctoritas, eius grauior formidatur offenſio.* At maioris cuiuſcúmque mandati tranſgreſſio dānabilior æſtimatur, & §. porrò, tam ergo qualitas præceptorum, quàm auctoritas præcipientium obedientiæ præfigit metam, & inobedientiæ terminat culpam: ergo ſecundùm Bernar. ex quantitate materiæ ſumitur quantitas culpæ. Reſpondeo, verum eſſe, niſi legiſlator temperet, & minuat obligationem, quæ ex eius præcepto in materia graui quaſi naturaliter reſultaret: voluntas enim præcipiendi, ſeu obligandi, quò maior fuerit, in materia capaci, maiorem obligationem inducet, & quò minor minorem. Vnde ſoluitur tertia obiectio, quia poſita cauſa non eſt in poteſtate noſtra impedire effectum, qui naturaliter, & neceſſariò oritur ex illa: ſed ex præcepto in materia graui naturaliter, & neceſſariò oritur grauis obligatio: ergo poſito præcepto in materia non graui eſt in poteſtate legiſlatoris impedire graue obliga

*2. obiectio.*

*B. Bernardi ſententia explicatur.*

*Solutio.*

Digitized by Google

obligationem, ſicut poſito ſacramento in homine capaci, & diſpoſito, non eſt in poteſtate miniſtri minuere eius effectum. Reſpondeo, præceptum in materia graui non eſſe cauſam, ex qua naturaliter, & neceſſariò reſultet grauis obligatio, niſi cùm legiſlator præcipit ſine intētione leuiter tantùm obligandi: ſecus eſt in effectu ſacramēti: nam taxatus eſt à Deo iuxta capacitatē & diſpoſitionē recipientis, non iuxta voluntatem miniſtri, quamuis in eius voluntate ſitum ſit, conferre, aut non conferre ſacramentum. Similiter lex naturalis non poteſt in materia graui leuem obligationem imponere: quia agens naturale operatur ſecundum vltimum potentiæ: ſecus verò voluntarium, quale eſt legiſlator reſpectu obligationis reſultantis per ſe ex eius lege, non tamē reſpectu eius, quæ reſultat per accidens, nimirum quæ violatur formali inobedientia: non enim poteſt efficere legiſlator, vt formalis inobedientia in materia alioqui leui, non ſit mortale peccatum, quia obligatio abſtinendi ab affectu formali inobedientiæ, proximè reſultat ex ipſa natura, poſita lege, ſicut obligatio iuramenti.

*Agens naturale operatur ſecundum vltimum potentiæ, non liberum.*

B

## SECTIO VIII.

*Vtrum lex humana interueniente contemptu, obliget ad culpam mortalem: numquam verò ſemoto contemptu, & ſcandalo.*

37 *1. opin. Qui docent legem humanam non obligare ſub mortali.*

QVidam dixere, nūquam obligare ſub mortali culpa, niſi interueniente contemptu: ita Angelus verbo inobedientia ex Collectario cap. 1. de conſt. & aliis, quos etiam refert & ſequi videtur Nauarrus cap. 23. num. 55. Vbi ait: multi Catholici, in quibus ſunt Imola repet. cap. cum contingat de iureiuran. col. 17. & Felin. cap. 1. num. 18. de ſponſalib. Caietanus verbo, clericus, §. verum, & verbo, ieiunium, §. quoad 4. tenuerunt, nullas leges, quamuis pœnas temporales non ſtatuant, quatenus ſunt humanæ, ad mortale tranſgreſſorem ſine contemptu & ſcandalo obligare, & Valentia diſp. 7. quæſt. 5. puncto 6. & quæſt. 3. ait, videri Caietano: ſed immeritò pro hac opinione citatur Caietanus: nam in illis locis non loquitur de omni lege humana, ſed de quadam particulari, & 2. 2. quæſt. 104. art. 2. verſus finem expreſsè docet contrarium: citari etiam ſolet Bernardus lib. de præcepto & diſp. qui cap. 11. in fine, ſeu cap. 12. non nihil fauere videtur: ſed ſi attentè legantur antecedentia, & conſequentia capita, ſolùm intendit, in materia leui peccatum non eſſe mortale ſecluſo contemptu, ſecus in graui. Quidam verò ex auctoribus huius ſententiæ addiderunt, tranſgreſſionem legis humanæ non eſſe peccatum mortale, niſi fiat ex contemptu expreſſo, vel ex conſuetudine, quæ eſt tacitus, & interpretatiuus contemptus: ita de præcepto audiendi Miſſam loquitur Richardus quodlib. 1. quæſt. 19. Angelus idem tenet, & ad alia præcepta humana extendit: conſuetudinem autem non eſſe verè contemptum, docet etiam verbo contemptus: Henr. etiam quodlib. 3. quæſt. 22. ait tranſgreſſionem legis humanæ non eſſe mortalem, niſi paſſim, aut ex leui cauſa fiat: idem docuit Decius cap. nam concupiſcentiam de conſt. num. 19. Dom. cap. generali de elect. in 6. Archidiaconus cap. vtinam 76. diſt. Ludouicus Gomez cap. 2. de conſt. in 6. num. 2.

A

Calderi. apud Panor. rubr. de conſt.

38 *Communis & vera opinio.*

Communis, & vera opinio eſt, legem humanā ſecluſo contemptu, ſcandalo, conſuetudine, & periculo, aliquando obligare ſub mortali: & ex contemptu illam tranſgredi eſſe peccatum mortale, etiam ſi materia ſit leuis. Priorem partem non ſolùm tenent Caietanus & Nauarrus, vt retulimus, ſed etiam Valentia ſuprà, oppoſitum dicit eſſe falſum, ſeu potiùs temerarium. Aut enim aduerſarij id dicunt, quoniam humanus magiſtratus numquam obligare poſſit per ſe ſub mortali ad ſimplicem rei præceptæ executionem. Aut quia numquam velit. Primum aſſerere eſt hæreticum, vt patet ex ſupradictis; ſecundum autem affirmare eſt temerarium. Vnde enim ſcire quis poteſt, numquam legiſlatoris intentionem eſſe obligare ſub mortali, & demum pugnat hoc cum exiſtimatione omnium fidelium, qui ſentiunt aliquas leges ſimpliciter obligare ſub mortali, & illas obſeruant tanquam obligantes ſub mortali: quare meritò iſtorum opinionem reijcit etiam Nauarrus, loco citato. Hactenus Valentia, & certè non ſatis eſſet prouiſſum Eccleſiæ, & Reip. ſi non poſſent obligare; & ſæpè obligarent ſub mortali ad ſimplicem legum obſeruationem: nam præcepta obligantia leuiter facilè violantur ex fragilitate, vel negligentia, ſecluſo contemptu propriè dicto. Vnde aliqui recentiores, & multi referendi dicunt eſſe grauem errorem putare trāſgreſſionem legis humanæ per ſe, & ſecluſo contemptu, non poſſe eſſe mortalem: & optimè D. Thomas, & Caietanus 2. 2. qu. 147. art. 3. nam tota Eccleſia voluntariam tranſgreſſionem ieiunij, & violationem feſti per omiſſionem Miſſę, ſimiliaque iudicat mortalia, etiamſi conceptus non intercedat.

*Non eſſet ſatis prouiſum Eccleſiæ, & reip. ſi non poſſent præcipere ſub mortali peccato.*

C

*Etiam ciuiles leges quandoque obligant ſub mortali.*

Et quamuis aliqui dicant, hoc non eſſe certum in legibus ciuilibus, ſed tantùm in Eccleſiaſticis, tamen etiam in ciuilibus certum iudico: eſto ſit minus certum. Probatur, quia conceptus formalis eſt quid extrinſecum, & accidentarium reſpectu tranſgreſſionis, cùm non ſolùm obligemur ad non contemnendum, ſed etiam ad non violandum legem, & hæc obligatio iuxta quantitatem materiæ ſit maior & minor, & ſimiliter malitia tranſgreſſionis ſecundùm ſe: nam ſecundùm exigentiam materiæ eſt quantitas obligationis in lege, & malitiæ in tranſgreſſione: ergo etiam ſecluſo contemptu tranſgreſſio poteſt eſſe grauis propter materiæ grauitatem, ſiue lex ſit canonica, ſiue ciuilis: vt bene docet Valentia ſuprà, dicens. Secundò ex dictis colligitur, etiam leges ciuiles obligare ſub mortali, quādo ille iuſta intentione id vult, quidquid contra inſinuet Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. probatur, quia legiſlator etiā ciuilis poteſt condere leges, quæ obligent in conſcientia ſub mortali: ergo ita prorſus obligant, quando iuſta intentione id vult: ſed clariùs Vazquez diſp. 158. cap. 4. num. 26. dicens, eſſe certum apud doctores, nec oppoſitum ſenſiſſe Bernardum: quod enim ait lib. de præcepto & diſpen. cap. 11. in fine pręcepta, quæ ipſe factitia vocat, id eſt, poſitiua, facere nos obnoxios peccato: non tamen magno peccato, ſi contemptus abſit, intelligit de præceptis mediis, & leuioribus, de quibus etiam antea dixerat, nec contemni ſine crimine, nec negligi ſine offenſa: vt pręceptum ſilentij, & ſimilia: item ait, contemptus in omni genere mandatorum pari pondere grauis, & communiter damnabilis eſt: conuertit in crimen

D

E

Digitized by Google

men grauis rebellionis, culpam leuis tranſgreſſionis.

39 Secunda pars concluſionis, nempe quòd tranſgredi legem ex contemptu ſit peccatum mortale, etiamſi materia ſit leuis: imò etiam quando lex ad nullam culpam obligat, eſt communis doctrina D. Thomæ 2. 2. quæſt. 186. art. 9. ad 3. Bonauenturæ tom. 1. op. in pharetra lib. 2. cap. 44. Caietani verbo contemptus, & verbo præceptum, & circa D. Thomã ſuprà, & quæſt. 104. art. 2. verſus finem, & quæſt. 105. art. 1. & 2. vbi etiam D. Thom. Gerſon. alphab. 34. lit. M. & tract. de vita ſpir. lect. 5. Vazquez hic diſp. 158. cap. 5. num. 37. & 38. Syluest. verbo contẽptus §. 2. & verbo lex: quæſt. 8. & verbo obedientia quæſt. 1. Angles in 4. quæſt. de voto à 1. diffic. 16. Palac. 3. diſt. 37. quæſt. 7. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. Aragon 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Altiſiod. 2. ſum. tract. 20. cap. 2. Anton. 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3. Medin. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. Adrian. quodlib. 6. art. 2. part. 1. & in 4. tract. de exco. agens de communic. in humanis. Driedo 2. de libert. Chriſtiana cap. 1. in fine, Caſtro 1. de lege pœnali cap. 5. documen. 2. & 6. Nauar. cap. 23. num. 41. & 42. Couarruuias cap. alma part. 2. §. 7. num. 6. & Reg. peccatum part. 2. §. 5. num. 2. & 3. Bernar. lib. de præcep. & diſpen. cap. 11. & ſequentibus, vt modo referebamus.

*2. pars con. prob.*

40 Difficilimum autem eſt explicare in quo contemptus conſiſtat, & quomodò tranſgredi legem alioqui ſolùm obligantem ſub veniali, vel non obligantem ſub culpa, ſit mortale peccatum. Quidam dixerunt, peccare ex contemptu, eſſe peccare ex certa ſcientia ſine paſſione, vel cauſa. Cui opinioni fauet Caietanus in ſumma verbo contemptus, condiſtinguens peccatum ex contemptu, peccato ex ignorantia, & ex paſſione. Vnde videtur ſentire eſſe peccatum, quod vocatur ex malitia; quod communiter peccato ex paſſione, & ex ignorantia condiſtinguitur. Fauet etiam gloſſa cap. Metropolitanus 2. quæſt. 7. quatenus ait, *non parere ex contemptu idem eſſe, quod non parere ſine cauſa:* & D. Thomas 2. diſt. 24. qu. 3. art. 5. argu. 2. cum ſolutione, vbi videtur ſupponere, peccare ex contemptu eſſe peccare ex perfecta deliberatione.

*Quid ſit peccare ex contẽptu & quomodo lethale. 1. opinio.*

Sed hæc opinio proculdubiò eſt falſa, & contra omnes relatos pro 2. part. con. & referendos. Quamuis enim peccare ex contemptu latiori quadam ſignificatione ſumatur pro eo, quod eſt peccare ex certa ſcientia, ſeu plena cognitione malitiæ, ſine impulſu, paſſione, & leui aliqua de cauſa (ex nulla enim cauſa peccare nemo poteſt, ſaltem peccato cõmiſſionis, quia nemo poteſt velle malum ſub ratione mali) tamen in præſenti non poteſt ita ſumi, quia etiam veniale poteſt fieri ex certa ſcientia, & perfecta deliberatione, & plena cognitione malitiæ, & ſine paſſione: tamẽ inde non fiet mortale: quia carentia paſſionis, nec dat nouam ſpeciem malitiæ, nec poſitiuè malitiam auget, ſed non minuit eam, quam actus ex proprio obiecto, & materia ſumere poteſt. Sed ex materia leui per ſe ſpectata non poteſt duci malitia grauis: ergo etiam in eo qui paſſione caret, non erit grauis: ſimiliter circumſtantia ſcientiæ perfectæ ſolùm excludit ignorantiam, ideò ex ſe non addit ſpeciem malitiæ; quantitatem verò peccati auget ſolùm, quatenus auget liberum, aut voluntarium. Hoc autem augmentum numquam excedit capacitatem obiecti, & materiæ per ſe loquen- A do: ergo numquam ex eo capite præciſè ſumpto, peccatũ ſit mortale: quod aliàs eſſet veniale. Quod etiam inductione patet in mendacio leui, vel paruo furto, & ſimilibus: quacumque enim ſcientia, & voluntate fiant, ſi in eorũ materia ſiſtatur, non addendo circunſtantiã, quæ mutet ſpeciem, numquam erunt mortalia: ergo hic modus peccandi non eſt peccare ex cõtemptu, & ita docuit D. Tho. loco proximè citato: & de verit. quæſt. 15. art. 5. ad 2. ob hanc cauſam dixit, *per veniale non contemni Deum, etiamſi ex perfecta ſcientia & voluntate fiat.*

*Quid ſit peccare ex contemptu iuxta quoſdam.*

*Per veniale peccatũ Deus contemnitur.*

41 Alij dixêre peccare ex contemptu, eſſe, peccare ex conſuetudine: tribuitur Angelo verbo inobe- B dientia, & Richardo quodlib. 1. quæſt. 9. ſed male: potius enim condiſtinguunt peccatũ ex contemptu à peccato ex conſuetudine: quamuis Rich. dicat, peccatum alioqui veniale ex conſuetudine fieri mortale; in quod etiã inclinat Angelus, quibus fauet Bernar. lib. de præcep. & diſpen. cap. 14. dicens, quædam eſſe venialia peccata excepto cum per contemptum vertuntur in vſum & conſuetudinem. Quæ doctrina etiam eſt falſa, & reprobatur à D. Thoma, & Caietano 2. 2. qu. 186. art. 9. ad 3. Nauar. cap. 23. nu. 42. & à nobis tract. de peccatis.

*2. opin. Alij dicunt peccare ex cõtemptu eſſe peccare ex cõſuetudine.*

Et ratio eſt, quia conſuetudo de ſe, & per ſe loquendo, non affert nouam ſpeciem malitiæ, vt pa- C tet: neque verò auget præcedentem, niſi interdum quatenus auget intenſionem propter habitũ prioribus actibus acquiſitum: quod augmentum numquam facit mortale, quod aliàs eſſet veniale. Numerus etiam peccatorum, licèt conſuetudine augeatur, non facit peccatum mortale: quia plura venialia non faciunt mortale; neque vltimum in aliqua multitudine redditur mortale ex eo, quòd alia præceſſerint, vel præceſſiſſe cognoſcantur, niſi quando obiecta faciunt vnum, & eodem actu interno attinguntur, vt in furtis minimis: cum enim peruentum fuerit ad magnam quantitatem, ſi eodem actu velit aliquis illam retinere, inuito Do- D mino, peccabit mortaliter; aliàs verò non, vt loco citato dictum eſt: & fortè ſic poteſt intelligi Bernard. alij verò notant nõ dixiſſe abſolutè, conſuetudinem ex veniali facere mortale, ſed quando ex contemptu procedit, vt ſolet, & ideò ſolet eſſe ſignum contemptus: vnde Nauarrus cap. 23. nu. 42. dixit conſuetudinem non eſſe contemptum, ſed ex ea præſumi contemptum in foro externo: in interno autem nihil facere: quia in hoc ſola veritas conſideratur cap. tua de ſponſalib. cap. humanæ 22. quæſt. 5. & ſic etiam intelligit gloſſam cap. metropolitanus 2. quæſt. 7. aſſerentem: eum qui ſine iuſta cauſa tranſgreditur, videri contemnere, ſcilicet in foro externo non in interno. Addit Nauarrus, E conſuetudinem multùm incitare, & inducere ad contemptum; quod etiam docet D. Thomas 2. 2. quæſt. 186. art. 9. ad 3. ex illo Prouer. 18. *impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit.* Ratio autem eſſe videtur, quia magna illa inclinatio ad malum ſub aliis motiuis conſuetudine acquiſita iuuat maximè, vt ex peſſimo contemptus motiuo delinquatur: qui enim aliquid vult vno motiuo, facilè adducitur ad idem amplectendum ex alio.

*Ex conſuetudine præſumitur cõtemptus in foro externo.*

42 Tertia, & vera opinio eſt, tranſgredi legem ex cõtemptu eſſe eam, tranſgredi ex imperio alicuius actus, qui dicitur contemptus: indicat Caietanus verbo, contemptus: ſumitur ex D. Thoma locis citatis, attigit Bernar. illo cap. 14. dicens: *Tunc non peccati ſpecies, ſed peccantis intentio penſatur.* Nec mirum

*3. opi. auctor. Quid ſit verè ex contemptu legem tranſgredi.*

Digitized by Google

rum, quia actus imperatus ab imperante malitiam capit, propria retenta: vt furari obolum intentione homicidij, licet veniale ſit in genere furti; tamen ex intentione homicidij capit eius malitiam: ſic ergo contemptus mortalis, ſi imperet actum alioqui venialem, imò etiam non malum, faciet illum mortalem.

*Notab. 1.*
*Contemptus partim in intellectu, partim in affectu eſſe poteſt.*

Sed quis actus ſit iſte cõtemptus varij ſunt modi dicendi, in quibus conſiſtit tota difficultas. Pro cuius reſolutione aduerte, contemptũ partim eſſe poſſe in intellectu, partim in affectu, partim in externo opere, vt notauit Altiſ. 2. ſum. tract. 20. c. 2. q. 1. Primus contemptus dici poteſt intellectualis, & conſiſtit in iudicio, quo res aliqua, vel perſona in parua æſtimatione habetur, ſeu parui penditur: ſi autem res, vel perſona maiorem æſtimationẽ non poſcat, nec mereatur: vt cũ quis intellectu cõtemnit diuitias, honores humanos, &c. iſte contemptus intellectualis vitioſus non eſt, imò eſt virtus ſeu perfectio intellectualis iudicare de rebus, vt in ſe ſunt: vnde ſiquis legem trãſgrediatur in ſe, quia non magni momenti videatur, ſi reuera leuis eſt, non eſt peccare ex contemptu vitioſo, aut faciente de veniali mortale: vt rectè Vazquez diſp. 158. cap. 4. ad finem. Quando verò quis intellectu rem minùs æſtimat, quàm illa mereatur, & ratio poſcat, & ipſi rei debeatur, contemptus intellectualis vitioſus eſt: eſt enim inæqualis, iniuſta, & iniqua æſtimatio, ſed vt talis contemptus ſit mortaliter vitioſus, debet eſſe voluntarius, & liber, & contra dictamen rationis iudicãtis debere rem illam pluris in intellectu æſtimari, & haberi. Secũdus contemptus eſt affectiuus, ſeu in affectu, nimirũ velle habere vilem æſtimationem intellectualem de re, aut etiam velle illam oſtendere, aut etiam in aliis generare. Tertius eſt in opere externo, faciendo aliquid ad oſtendendum, vel generandum in aliis illum vilem conceptum, quem de re habeo, vel habere ſimulo, aut fingo. Nota ſecundò, hæc tria contemptus genera, & circa perſonas, & circa res alias verſari poſſe. Quando verſatur circa res alias, & eſt illis improportionatus, quia videlicet minores æſtimantur, quàm par eſt, dicunt aliqui pertinere ad vitium contrarium illi virtuti, quæ inclinat ad ſeruandum medium, & moderandum affectum circa talem materiam: verbi gratia, nimius contemptus honoris, & famæ poteſt eſſe vitioſus, & contra illud Eccle. 41. *curam habe de bono nomine:* habebit ergo contemptus eius malitiam contrariam magnanimitati, vel humilitati, quæ moderantur affectus circa honores: & contemnere plùs iuſto diuitias neceſſarias vitæ humanæ eſſe poterit contra liberalitatem, & in prodigalitatem declinare, & ſic de aliis. Sed hoc falſum eſt, licet enim defectus in amandis, & comparandis honoribus, & diuitiis ſpectent ad vitia oppoſita virtutibus prædictis; tamen ponere modum actibus intellectus pertinet ad virtutem ſtudioſitatis, & ita ad illam pertinet, vt imperet intellectui debitam rerum æſtimationem: & auocare illum à contemptu, & vili æſtimatione rerum, quę maiorem æſtimationem merentur, & imperare cõtrariam æſtimationem, pertinet ad vitium oppoſitum ſtudioſitati: elicere autem veram æſtimationem rerum, pertinet ad bonos habitus intellectuales: & elicere æſtimationem falſam ad habitus malos intellectuales: vt ſi quis maioris momenti eſſe iudicaret bonum delectabile, quàm obſeruationem præcepti; hic contemptus legis ſeu virtutis eſſet hæreſis, vt ait Vazquez diſp. 158. cap. 4. in fine: ideò elicitiuè pertineret ad vitium infidelitatis ſeu fidei oppoſitum: imperare autem talem cõtemptum pertineret ad vitium oppoſitũ ſtudioſitati, ad quã pertinet imperare piam affectionem credẽdi reuelata à Deo: vltra hoc autem, contemptus intellectualis circa perſonam creatam, quæ merebatur maiorem ęſtimationem, eſt iudicium quoddam temerarium contra iuſtitiam: quia tenetur de iuſtitia non iudicare temerè proximum, nec ſine fundamento eum contemnere in corde ſuo: circa perſonam autem diuinam contemptus hic temerarius, vel etiam hæreticus, eſt contrarius pietati, religioni, reuerentię, & obſeruantię debitæ erga Deũ, vt patrem, dominum, & ſuperiorem, ſiue iſtæ virtutes ſint diſtinctę, ſiue non: & quidem prædictum contemptum proximi eſſe contra iuſtitiam, apertè docet Caietanus verbo contemptus, & Altiſiodorenſis ſuprà hunc contemptum definens, *vt ſit æſtimatio minùs iuſta*. Ex quo ſequitur contemptum Dei eſſe etiam contra iuſtitiam erga Deum, quę eſt religio, pietas, reuerentia, vel obſeruantia, & non eſt propriè iuſtitia, ſed latè. Ratio autem eſt, quia in hoc contemptu agitur contra ius alterius, & contemnens irrogat illi grauem iniuriam, nocendo ei in bona opinione, & æſtimatione ipſi debita de iuſtitia, & valde vtili, & honorifica. Vnde hoc peccatum eſt mortale ex ſuo genere.

*Contemptus vitioſus.*

*Contemptus rerum improportionatus vitioſus.*

*Contemptus nimius rerum neceſſariarũ, quibus virtutibus aduerſetur.*

*Iudiciũ temerariũ eſt contra iuſtitiam.*

*In contemptu agitur contra ius alterius.*

*In omni peccato mortali intẽditur Dei contemptus.*

Quia verò in omni peccato præſertim mortali ita ſe habet homo, ac parui penderet Deum intellectu ſuo; ideò in omni peccato pręſertim mortali includitur Dei contemptus virtute, & implicitè, imò in mortali virtualiter contemnitur Dei amicitia. Propterea D. Thom. 4. diſt. 9. art. 3. quæſtiun. 3. in omni peccato præſertim mortali ponit contemptum Dei, & ſic Auguſtinus 14. Ciuit. cap. vlt. dicit, *amorem ſui vſque ad contemptum Dei ædificare Babylonem*.

*Modus dicendi quorundam recentiorum. Velle & facere, quæ indicant ſpiritualem contemptum, peccatum eſt.*

Eſt etiam peccatum contemptus velle, & facere aliqua, quæ indicent contemptum intellectualem, & minuant in aliis bonam exiſtimationem alterius, ſiue intendendo talem diminutionem, ſiue non, ſicut in detractione, dehonoratione, & contumelia: interdum damnum alterius eſt per ſe, & directè volitũ, interdum verò indirectè tantùm. 43

Dicunt ergo aliqui, quando quis aliquid facit, vt alter deſpici credatur, aut oſtendatur, aut ab aliis deſpici credatur: volitio illius externi actus pertinet ad vitium ſpeciale contemptus: nam intentio eſt, quæ dat præcipuam formalitatem actibus humanis. Quapropter quando peccatum hoc tribuitur ſuperbiæ, intelligitur cauſaliter, quia regulariter loquendo contemptus præſertim formalis ex ſuperbia naſcitur, & ita numeratur ab Iſidoro inter filias ſuperbiæ, vt refert Altiſiod. ſuprà, & Bern. ſuprà, ca. 12. *contemptus*, inquit, *tumor ſuperbiæ eſt*, & Aug. de natu. & grat. cap. 29. *non omnia peccata ſunt ex contemptu ſuperbiæ*, contemptum ſuperbiæ vocauit, id eſt, ex ſuperbia ortum. At verò econtrario dicitur aliquando inobedientia, quia illam cauſat, & imperat: nam iniquus ſubditus ex affectu contemnendi violat legem, nimirum, vt ſic oſtendat ſe deſpicere prælatum, & ſic faciat ab aliis deſpici, & vili pendi, & ſic intelligendum eſt quod inquit Bernardus *velle non obedire eſſe intolerabilem, ſeu non ferendam blaſphemiam, & repugnantiam*.

Ex

Digitized by Google

Ex his, inquiunt, intelligitur grauitas huius peccati: nam Bernardus, D.Thomas,& alij ita diſtrictè damnantes modum peccandi ex contemptu,ſignificant ſemper in indiuiduo eſſe peccatum mortale: & poteſt ſumi ex cap. quod autem, diſt. 10. & Gloſſa ibi. Nihilominus Caietanus 2.2. qu. 186. art. 9. dicit hoc peccatum contemptus poſſe aliquando eſſe veniale, non ſolum ex indeliberatione & ſurreptione, quod indubitatum eſt: ſed etiam ex leuitate materiæ: quia poteſt eſſe contemptus non ſimpliciter, ſed ſecundum quid,vt ſi non abſolutè velim ſubijci, ſed tantùm in re parua:& ita explicat aliorum locutionem de contemptu ſimpliciter; quod eſt probabile: non tamen omninò ſatisfacit,quia ſic nulla erit differentia inter tranſgredi legem abſolutè, & ex contemptu: quia in materia parua vtrumque eſt mortale,& in magna veniale.

*Contemptus poteſt eſſe peccatũ veniale.*

Sed dicimus, inquiunt, contemptum poſſe eſſe vel operis vel legiſlatoris,nec oportet diſtinguere 3. membrum,ſcilicet, contemptum legis,vel præcepti.

Nam ſi præceptum cõtemnatur per reſpectum ad legiſlatorem,cuius poteſtas contemnitur,reducitur ad contemptum legiſlatoris;ſi verò per contemptum ad opus quod parui æſtimatur: ſic reducitur, ad contemptum operis. Tranſgredi ergo legem ex contemptu rei præceptæ, non eſt ſemper mortale,& in hoc vera eſt opinio Caietani, & ratio eſt,quia res contempta poteſt eſſe minima,vel pertinens ad aliquam infimam virtutem: & quia tunc nec fit nec intenditur per ſe iniuria legiſlatoris. Duplici tamen ex capite poteſt hoc eſſe mortale. Primò, ſi inuoluat, vel ſupponat errorem in doctrina. Sic peccant grauiſſimè,qui contemnunt Concilia,quia exiſtimant illa eſſe inutilia,aut infima bona: & qui exiſtimant tranſgreſſionem ex ſe leuem non eſſe dignam pœna apud Deum, vel quippiam ſimile. Secundò ex grauitate materiæ, vt in omnibus vitiis.

*Contemptus ad quæ vitia reducatur.*

*Contemptus duplici ex capite poteſt eſſe peccatũ mortale.*

At tranſgredi legem ex contemptu legiſlatoris ſemper videtur mortale, & de hoc videntur loqui initio citati, nam expreſsè Bernardus, quem alij ſequuntur, lib.de præcep. & diſpen.cap.12.diſtinguit mandatum à mandante, & grauitatem conſtituit in contemptu mandãtis.Et reſpectu Dei videtur res manifeſta: nam contemnere Deum formaliter, & directè,eſt magna irreuerentia,& ſimiliter quocumque ſigno oſtendere indignam de Deo exiſtimationem:vnde licèt talis tráſgreſſio in ſe quid minimum videatur, imò licet in ſe non ſit culpa, ſed omiſſio conſilij, tamen in ratione ſigni imperati ab interno contemptu,habet grauem deordinationem; ſicut omittere conſilium,quod ſcimus per ſe magis placere Deo, non eſt peccatum ex obiecto: tamen ſiquis illud omittat ex hac formali, & deliberata intentione, ne faciat id, quod eſt gratum Deo, peccaret mortaliter:quia indicat quoddam Dei odium, quod numquam ex leuitate materiæ poteſt eſſe veniale. De homine autem Superiore nõ videtur hoc adeo certum, quia non eſt perſona tam excellens, & quia aliquod eius odium poteſt eſſe veniale: tranſgredi tamẽ legem eius ex cõtemptu eius,quatenus prælatus eſt, ſemper eſt mortale:quia eſt cõetmnere poteſtatẽ eius, & ipſum vt repræſentat Deum,& vices eius gerit, ideóque redundat in cõtemptum Dei, & hoc ſenſu dixit Bernardus ſuprà,*ſiue Deus ſiue homo manda-*

*Tranſgredi legem ex contemptu legiſlatoris ſemper videtur eſſe mortale.*

*Contemnere prælatũ quando eſt peccatũ mortale.*

A *tum quodcumque tradiderit, pari profectò obſequendum eſt cura,pari reuerentia deferendum.*Si verò ſolùm ſit contemptus prælati, vt quidam homo eſt, & habet aliquem defectum, poteſt eſſe veniale ex leuitate materiæ; quamuis modus peccandi periculoſus ſit, & omninò vitandus. Et hoc etiam voluit Caietanus, probaturque ſufficiẽter exemplis eius. Et in idem redit alia diſtinctio, quam ibidem indicat dicens, *aliud eſſe velle formaliter non obedire, aliud velle non conſolari ſuperiorem:* & hoc poſterius docet eſſe poſſe veniale,etiamſi formaliter deſolatio ſuperioris intendatur: quia non contemnitur eius poteſtas, ſed circa eius perſonam quædam amaritudo animi oſtenditur. Hæc in ſumma illi B recentiores.

44 In quibus quædam falsò, aut inſufficienter dicta videntur: in primis confundunt ſuam opinionem cum aliorum opinionibus, quæ tamen valdè diuerſæ ſunt, vt videbimus. Secundò peccare ex contemptu, ſolùm conſtituunt in hoc, quod eſt peccare, vt ſic oſtendant contemptum internum intellectus, & eundem aliis ingenerent. Qui modus peccandi videtur numquam contingere, præſertim comparatione Dei: quis enim habet vilem æſtimationem de Deo, vel eius poteſtate legiſlatiua, aut lege? Quis peccat,vt oſtendat ſe habere vilem de Deo æſtimationem, & eandem aliis ingerat, ita vt ipſi quoque deſpiciant Deum? Quam C vtilitatem inde conſequi homo poteſt, vt hoc affectu peccet? ſic etiam nemo ex contemptu peccabit ſeorſum, ſed coram aliis: imò numquam, quia peccatum exterius niſi aliud ei addas, non eſt ſignum contemptus prædicti, cum communiter aut ferè ſemper ſine illo fieri ſoleat. At ſancti & doctores peccatum ex contemptu aliquando eſſe ſupponunt, & ſolitariè committi poſſe. Tertiò, peccare hoc modo ex contemptu, referunt ad ſpeciale vitium: cum tamen reuera eſſet reducendum ad vitium oppoſitum charitati, & iuſtitiæ, nam deſpicere aliquem exterius,& velle,ac curare ab aliis deſpici interius,vel etiam exterius, eſt vitij oppoſiti iuſtitiæ, & charitati: ſicut contumeliis D afficere aliquẽ,vel illi detrahere,eiuſque honorem tollere, famam denigrare, &c. & ita peccare illo affectu non tam eſt peccare ex contemptu, quàm ex ira,vel odio,aut alio affectu.Maximè quòd hic modus peccandi poteſt eſſe ſine contemptu interno: poſſum enim alium exteriùs deſpicere, quem interiùs non poſſum vili pendere: & poſſum deſiderare, & procurare, vt ab aliis deſpiciatur, quem ego interiùs non poſſum deſpicere,quia euidentiã habet excellentiæ ipſius. Item hic modus peccandi etiam erga æquales,vel inferiores habet locum, quos vili pendere poſſum interiùs, & exteriùs, vt ab aliis etiam vili pendantur.At peccatum ex con- E temptu, de quo loquuntur doctores, ſolùm erga ſuperiores,vel eorum præcepta locum habet:ergo alius eſt. Quartò iſti contemptum internum putant malitiam per ſe conferre externo actui, qui ex contemptu interno fit: nam etiamſi ego interiùs habeam indignã de aliquo æſtimationem, & ex illa æſtimatione, aut iudicio temerario mortali faciam aliquid contra illum, actus externus poteſt eſſe venialis, verbi gratia, negatio alicuius paruæ eleemoſinæ: ergo malitia illius intellectionis non communicatur operi externo:& ratio eſt, quia illud non imperat, ſed dirigit: malitia autem actus dirigentis non communicatur operi externo, ſed malitia

*Refutantur quædam Caietani dicta.*

Digitized by Google

malitia actus imperatis, alioqui omnia opera dire-
cta per hęreſim, vel aliud genus infidelitatis, eſſent
mala, & mortaliter mala, quod eſt falſum : ſi enim
hæreticè exiſtiment eſſe peccatum contrahere ſe-
cundas nuptias, vel gerere ciuilem magiſtratum,
ideoque ab his abſtineant, non idcircò peccabunt
mortaliter nec venialiter in tali abſtinentia : ſimi-
liter ergo ſi quis violet legem Dei, vel Papæ, pu-
tans hæreticè non habere poteſtatē legiſlatiuam,
illa malitia hæreſis ſeu contemptus interni, non
communicabitur externo operi : & ideò omittere
aliquid leue ex illo contemptu, non erit mortale
niſi in finem mortalem ordinetur, ſcilicet, inten-
dendo per illam tranſgreſſionem alioqui leuem
deſpicere Deum externè, & facere, vt ab aliis de-
ſpiciatur.

*Alia explicatio peccati ex contemptu.*

45 Alij aliter explicant peccatū ex contemptu : vt
ſit quando quis peccat ex directa intentione non
parendi Superiori, in qua eſt ſpeciale peccatum
inobedientiæ, cùm quis directo animo non obe-
diendi Superiori, vt ei directè opponatur ex dedi-
gnatione quadam, quam habet, quòd ei ſubditus
ſit, eius præceptum tranſgreditur : & hoc etiam in
materia legis non graui peccatum mortale eſt,
non propter obligationem legis, ſed ex prauo ani-
mo contradicendi ſuperiori. Ita docet Vazquez
1.2.tom.1. diſp.102.cap.5.& tom.2. diſp 158.cap.
4.num.37. & 38. & eſt expreſſa ſententia D. Tho.
2.2.quæſt.186 art 9.ad 3.dicentis, tunc committit
aliquis, vel tranſgreditur ex contemptu, quando
voluntas eius renuit ſubijci ordinationi legis, vel
regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra
legem, vel regulam. Quandò verò ex alia cauſa,
puta concupiſcentia, vel ira inducitur ad aliquid
faciendum contra ſtatuta legis, vel regulæ, non
peccat ex cōtemptu, ſed ex aliqua alia cauſa : etiāſi
frequenter ex eadem cauſa, vel alia ſimili pecca-
tum iteretur, ſicut Auguſtinus dicit lib. de nat. &
gra. *quòd non omnia peccata committuntur ex contem-
ptu ſuperbiæ.* Frequentia tamen peccati diſpoſiti-
uè inducit ad contemptum, iuxta id. Prou.18. *im-
pius cum in profundum malorum venerit, contemnit.*
Hæc D.Thom. ibi : & Caietanus eodem loco ait:
*ad peccare ex contemptu non ſufficit, etiamſi eſſet perpe-
tua, & millies reſoluta & deliberata conſuetudo peccan-
di in tali cōmiſſione : ſed exigitur, vt peccans peccet ex ta-
li cauſa, ſcilicet ex hoc quod non vult ſubijci legi ſeu re-
gulæ, vel prælato : nam prælatus lex eſt animata* : & in
ſumma verbo contemptus ait. contemptum ſumi
dupliciter; primò, vt eſt peccatū, quo aliquis ſper-
nit proximū : & hoc ait eſſe mortale, ſi proximum
ſpernat affectu ſpernendi ſeu formaliter : quia ma-
gnam iniuriam irrogat proximo : ſi verò materia-
liter, non peccat mortaliter, niſi notabiliter offen-
datur proximus : & hoc peccatum materialiter
ſumptum valde, inquit, commune eſt, vtpote à ſu-
perbia procedens, à qua niſi ſpeciali priuilegio
nullus expers videtur. Eſt quoque proximi con-
temptus peccatum veniale propter imperfectio-
nem actus, vt contingit in primis motibus : & ex
parte materiæ, quia minima eſt, & parum pro ni-
hilo reputatur. Secundò ſumitur contemptus, vt
eſt cauſa peccati condiſtincta infirmitati & igno-
rantiæ. Sic eſt nolle ſubijci cùm oportet; & hoc
quoque formaliter ſumptum peccatum mortale
eſt ex genere cōtra dilectionem Dei vel proximi:
vnde dicere verbum otioſum ex hoc formali con-
temptu, eſt mortale; imò & nolle ingredi religio-

*Prælatus lex eſt animata.*

A nem, vel ſequi alia conſilia Chriſti : hæc autem
maxima peccata ratò accidunt, niſi peſſimè diſpo-
ſitis, ſeu habituatis, adeò vt ex odio legū, & legiſ-
latorum operentur : contemptus enim formalis
cōtra ſuperioritatem legis, vel legiſlatoris directè
tendit. Aduerte hîc duas diſtinctiones; prima eſt
inter conſolationem, & ſubiectionem : omittere
aliquid leue, ne ex eo ſuperior vel pater capiat
conſolationem, non eſt peccare ex contemptu, ſed
ex indignatione : ſecus, ſi omitteret, vt non ſubij-
ciatur. Secunda eſt inter contemptum ſimpliciter,
& ſecundùm quid; qui ex contemptu minimi, quia
minimum eſt, omittit illud, paratus ſubijci in ma-
ioribus, non peccat mortaliter, quia non renuit
B ſubijci abſolutè, ſed in minimo, & quia minimū,
ſecus ſi ſimpliciter renuat ſubijci ex nullo alio
motiuo.

*Examinantur dicta Caietani.*

Hæc eſt ſententia Caietani in qua multæ ſunt
difficultates circa vtrúmque contemptū, & exiſti-
mo illam diſtinctionem de contemptu formali, &
materiali proximi eſſe impertinentem : quia nemo
poteſt contemnere, vt contemnet : ſemper enim
aliquod bonum proprium, vel alienum debet at-
tendi, ſi quidem nemo reſpiciens ad malum, pera-
tur; poteſt autem nullum aliud bonū attendi, niſi
quòd malum inimici eſt quaſi bonum meum, & ſi
ita intendatur, eſt odium formale : ſin minus au-
tem eſt defectus contra iuſtitiam, vel etiam cha-
C ritatem, non tamen formale odium : idemque eſt
in detractione, ſcandalo, & aliis multis : & fortè
hoc ſolùm voluit Caietanus, ſed ad rem præſen-
tem non ſpectant : quia ſolùm loquimur de con-
temptu qui eſſe poteſt cauſa cuiuſcumque peccati;
& exiſtimo contemptum hunc conſiſtere in affe-
ctu libertatis à lege, ſeu non ſubiectione ad illam,
quia libertas à lege, & non ſubijci illi bonū quod-
dam eſt, & perfectio ſimpliciter, quæ proptereà
neceſſariò debet eſſe in Deo : ſed in eo qui debet
ſubijci Deo, vel creaturæ alicui, valde turpe eſt ef-
ficaciter velle non ſubijci, hoc ſolo motiuo liber-
tatis à lege, & legiſlatore, vt ſic, in ſua operatione,
& quia hoc dedignari, & indignum ducere alij
D ſubeſſe & illum habere pro ſuperiore in exercitio,
eſt quaſi intellectualis ipſius cōtemptus (quamuis
reuera ſit affectiuus, & ſine intellectiuo eſſe poſ-
ſit, & communiter ſit) ideò appellatur peccatum
contemptus, & pertinet ad vitium inobedientiæ,
quia directè per ſe, & formaliter aduerſatur ſupe-
rioritati, & cum illa pugnat, & eſt velle rem non
facere ſolùm quia præcipitur, vt ait Nauar.cap.23.
num.35. nec poteſt eſſe veniale peccatum, niſi ma-
teria ſit leuiſſima, & contemnatur lex ex affectu
libertatis in materia leuiſſima, quia leuiſſima, vt
dicebat Caietanus, cui conſentit Armi. verbo con-
temptus & Medina quæſt. 96. art. 4. Syłueſt. con-
temptus §. 3. Angel. §. 1. ſed quæ in aliis peccatis
E eſt leuiſſima materia, & inſufficiens ad mortale, in
contemptu erit grauis, ſicut quod eſt materia le-
uis in furto facto cum intentione reſtituendi, erit
grauis in furto facto ſine intentione reſtituendi
& quòd non omnis contemptus ſit mortalis aper-
tè docet D. Thomas 2.diſt.24.quæſt.3.art.5. ad 2.
& de verit.quæſt.15.art.5.ad 2. ſed his locis planè
loquitur de contemptu incluſo in omni peccato:
& ideò docet non ſufficere ad mortale niſi quis eo
animo circa rem leuē delinqueret, vt etiam ſi eſſet
grauis, & grauiter prohibita ſub pœna amittendi
Deum, ſeu amicitiā Dei, & beatitudinē, adhuc de-

*Nemo reſpiciens ad malum operatur.*



Digitized by Google

linqueret. Strictè autem peccare ex contemptu eſt peccare ne ſe ſubijciat legi, vt retulimus ex D.Th. & Caiet. 2.2.quæſt.186. art.9. ad 3. quos in explicando peccato ex contemptu ſequitur Nauarrus, in ſum.cap.23.num. 42. citans etiam Archidiaconum cap. quicumque 81. diſt. Dominicum cap. nullus 55. diſt. & dicens rem inuolui à Felino cap. cum quidem de iureiur. col. 3. & 4. eodem modo contemptum explicant Syluest. & alij ſummiſtæ, verbo contemptus. Altiſiod. Adrian. Gerſon, Palac. Driedo, Angel. & alij quos partim citat, & ſequitur Couar.cap.alma part.1.§.7.nu.6.

*Contemptus cur ſemper ſit peccatũ mortale.*

Ratio verò cur contemptus ſimpliciter ſemper ſit peccatum mortale ſecundùm aliquos eſt, quia nolle ſubijci legi, quia lex eſt virtualiter, includit nulli legi velle ſubijci, ac proinde nec obliganti ad mortale; in religioſis autem nolle ſubijci regulæ putat Valentia 2.2.diſp.10.quæſt.4.punct.5.eſſe mortale, quia eſt contra votum religioſi, quo profitetur vitam regularem: ille autem vellet, ſi commodè poſſet, viuere extra regulam: ergo in re graui habet animum contrarium voto, & ſic peccat mortaliter.

## SECTIO IX.

*Quibus notis, ſeu regulis cognoſci poſſit, aliquam legem obligare ad mortale ſecluſo contemptu, ſcandalo, periculo, & aliis extrinſecis circumſtantiis.*

*1. Regula. Lex non obligat ad mortale in materia leui.*

46 PRima regula: Quando materia eſt leuis attentis omnibus circumſtantiis, non obligat lex ad mortale: traditur à Soto 1.iuſt.quæſt.6.art.4.Caſtro 1.de lege pœnali, ca.5. docum.2. Victoria relect.de poteſtate ciuili, nu.19. Aragon. 2.2.quæſt. 62. artic. 3. Valentia hic diſp.7.quæſt.5. punct.6.quæſt.3. Vazquez diſput.158. cap.4. & 5. Sayro tomo 1.lib.3.cap.7. num.14. Azor tomo 1. lib.5. cap.6.quæſt.5.

Ratio eſt, quia ſecundùm veriorem opinionem probatam ſectio.6. non poteſt legiſlator, etiamſi velit, in materia omninò leui imponere obligationem grauem. Saltem id rarò vel numquam intendit, vnde etiamſi daremus id poſſe, niſi conſtet de contraria intentione, præſumendum eſſet, non velle grauem obligationem inducere. Hanc regulam docent Medina, & omnes recentiores hic, qu. 96.art.4.Ledeſma 2.4.quæſt.17.art.2.dub.6.Antoninus 2.part.tit.4.cap.2.§.3.Palac.3.diſt.37. qu.7. colum.24.Couarr.reg.peccatum, part. 2.§.5.nu.2. Angel.verbo lex, quæſt.3.Armilla num.4.Tabien. quæſt.28 num.29.Sylueſter præceptum, quæſt. 2. & 3.Driedo 2.de libert.Chriſtiana cap.1. & lib.3. cap.3.ad 5.arg.denique omnes Theologi & Canoniſtæ, & Bernard. lib.de præcep.& diſp. dicens. *Si iubente ſeniore, verbum mihi forte per obliuionem elabitur, reum me confiteor obedientiæ, ſed venialiter:* & Richard. de S. Victo.lib. de differ. mortalis & venialis docet, peccatum in materia leui tantùm eſſe veniale.

*2. Regula.*

47 Secunda regula, quando materia eſt grauis, ſeu valde neceſſaria ad conſeruationem Reipu. pacis, iuſtitiæ, charitatis, religionis, fidei, &c. iudicãdum eſt legem obligare, modò alia via non intelligatur, legiſlatorem voluiſſe non obligare ſub mortali, Syluest. Anton. Victor. Sotus, Ledeſm. Palac. Medina, Armill. Tabien. Caſtro, Aragon. Vazquez, Driedo, Azor, Valentia & alij citati præcedenti regula, Anton.2.part.tit.4.cap.2.§.2.Sayrus ſuprà, num.15.Salon 2.2.quæſt.77.art.1.controu.8. Philiar.de offic.ſacerd par.2.lib.3.cap.2.con.4. Tolet. de ſept.peccatis cap.20.diffic.2.Panorm.cap.clerici officia de vita & honeſtate clericorum.Ioannes Andreas cap.relatum, ne clerici vel monachi, Geminian.cap.perpetuæ de elect.in 6.

Nec exiſtimo oppoſitum ſentire Caietanum 2.2.quæſt.186. art.9. ad 2.& in ſumma verbo præceptum, dum dicit *materia grauitatẽ, vel leuitatem, non ſufficere ad diſcernendam obligationem legis humanæ ſub mortali & veniali.* Solùm enim vult materiã grauem & leuem, præciſe conſideratam non ſufficere, quia materia, quæ ſecundùm ſe eſt leuis, poteſt eſſe grauis ex circũſtantiis, & ideò pręcipi ſub mortali: & materia, quæ ſecundùm ſe vel circumſtantias eſt grauis, poteſt præcipi tantùm ſub veniali: nos autem dicimus, quando aliunde nõ conſtat legiſlatorem voluiſſe obligare tantùm ſub veniali, iudicãdum eſſe, ſi materia ſit grauis, voluiſſe obligare ſub mortali: patet in exemplis, quę doctores ſubiiciunt: vt quòd ſacerdos celebret ieiunus, & ſacris veſtibus indutus, & in loco non profano, cùm ara conſecrata, &c. idem eſt de legibus diſponentibus circa ætatem, & qualitatem ordinandorũ, & circa tempora ordinationum, & quæ taxant pretia rerum venalium, & quæ tempore egeſtatis, & famis prohibent, ne frumenta & aliæ merces ad vitam neceſſariæ extrahantur à regno: Soto, Aragon & alij, ſic intelligitur, quod ait Medina, peccare mortaliter, qui contra legem extrahunt merces à regno: quando enim extractio nullum, vel modicum afferret Reipub. detrimentum, nõ eſſet mortale merces exportare, vt viri ſapientes docent, & indicat Sayrus ſuprà: vnde Nauarr. cap.23.nu.60.& 61. ait *extrahere merces à regno contra leges, non eſſe peccatum ſaltem mortale,* etiam vtendo fraude aliqua: ſine vi tamen & armis. Item tempore belli lex precipiens ne efferantur equi vel arma, obligat ad mortale, vt ait Sayrus, & ſimiliter lex, quæ tunc præciperet claudi portas, cuſtodiri muros, & ſimilia ad ſecuritatẽ neceſſaria: & tempore peſtis lex prohibens, ne medici ab oppidis abſint, aut clerici & rectores neceſſarij temporales, & ſpirituales. Similiter mortale eſſet ſericis indui contra leges, quando libertas in hac parte eſſet valde pernicioſa Reip. vt ait Medina: id autem cõtingeret, cùm ex hoc pauperes, vel familiæ multorum in extremam, vel grauem neceſſitatem incurrerent, ad quam tollendam, vel impediendam neceſſarium eſſet, nõ ſolùm pœnas, ſed etiam grauem obligationem in conſcientia imponere: ſed communiter ſufficeret pœnas pecuniarias cum rigore exigi. Vnde Medina, Aragon, & alij dicunt communiter, ſolùm eſſe veniale. Similiter tempore ſeditionis, vel alio ſimili, mortale eſſet arma noctu deferre, ſed nunc eſt materia leuis, & in ea delinquere, vt plurimum, eſt veniale. Ait etiam Victoria relect.de poteſtate ciuili, num.19. tributum eſſe neceſſarium ad defenſionem Reip. & ad alia publica munia & opera, ideò ſi quis non ſolueret tributum, peccaret mortaliter, ſed de tributis poſteà. Addit Victor. extrahere pecunias à regno contra leges eſſe mortale, intellige quando quãtitas eſſet notabilis, vt ſi quis extraheret mille aureos, in puram vtilitatem aliorum regnorum: id enim

*Extrahere merces à regno, nõ eſt peccatum mortale.*

Digitized by Google

enim eſſet cum detrimento notabili proprij regni.

*3. Regula. Lex humana quãdo ad mortale obligat.*

48 Tertia regula, lex humana obligat ad mortale, quando materia eſt capax tantæ obligationis, quia eſt materia grauis in ſe, vel ratione circumſtantiarum: & in eadem, vel alia lege explicatur, mentem legislatoris fuiſſe grauiter obligare. Hæc regula conſtat ex dictis: & ſumitur ex D. Thoma 2.2. qu. 186. art. 9. ad 1. Nauarr. cap. 23. num. 49. 51. 56. Soto 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. & 5. Sylueſt. verbo lex, q. 8. & 9. & verbo præceptum, quæſt. 2. & 3. & verbo inobedientia, Angel. verbo lex, §. 3. Armill. §. 4. Caſtr. 1. de lege, cap. 5. Driedo 2. de libert. Chriſtiana, c. 1. Aragon ſuprà, & aliis.

*4. Regula. Cõmunis vſus interpretatur legem obligare ad mortale.*

Quarta regula, communis vſus aliquando interpretatur legem obligare ad mortale, & ſequendus eſt, quia eſt optimus legũ interpres, vt in lege abſtinendi à carnibus feria ſexta, & ieiunandi in quadrageſima: pij enim & docti omnes, ita ſe obligari arbitrantur: ſi autem in lege diceretur mentem legislatoris non eſſe obligare ad mortale, & aliter pij, & docti arbitrarẽtur ſe obligari, credendum eſſet conſuetudine fuiſſe derogatum legi quoad modum obligandi. Hæc 4. regula colligitur ex ca. dilectus de conſuetudine. Clem. exiuit, §. itẽ quia de verb. ſign. l. minimè, & l. interpretatione, ff. de legib. & traditur ab Anton. 2. part. tit. 4. §. 3. Nauarro cap. 23. num. 56. Caietan. 2.2. quæſt. 186. art. 9. dub. penult. nec Caiet. 2.2. quæſt. 147. art. 3. & tom. 1. op. 25. quæſt. 1. ſenſit ieiunij obligationem non eſſe ſub mortali, vt ei imponunt Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. & Aragon 2.2. quæſt. 62. artic. 3. ſed ſolùm id haberi ex ſola cõſuetudine, & doctorum interpretatione, & ſic Caietanum exponunt Nauarr. cap. 21. num. 11. & Medin. 1.2. quæſt. 88. art. 1. in fine, vide quæ dicimus ad calcem regulæ 9.

*5. Regula. Verbum præcipio, & ſimilia in legibus Eccleſiaſticis obligant ad mortale, nõ in ſæcularibus.*

49 Quinta regula quorundam eſt, in iure canonico verba, præcipio, prohibeo, atque alia æquipollentia, ex vſu & conſuetudine Eccleſiæ denotant obligationem ſub mortali, licèt non in iure ciuili, imò nec in iure diuino, nec in aliis ſtatutis, & præceptis Eccleſiaſticis, quæ ſunt extra ius canonicũ, Nauarr. cap. 23. num. 50. & ſequentib. Caſtro 1. de lege pœnali, cap. 5. docum. 4. quod incipit, quidquid, Ioan. Med. C. de ieiun. quæſt. 7. quæ eſt de neceſſitate ſeruandi ieiunia Eccleſiaſtica.

Suadent ex Clem. exiuit de paradiſo, §. cùm igitur, de verb. ſign. vbi Pontifex ait, *de B. Franciſco in regula ſua apertè illum diſcreuiſſe, quòd quoad quædam ibi ſtatuta, ex vi verbi, tranſgreſſio eſt mortalis, & quoad quædam alia, non:* verba autem quibus hoc ſignificari exiſtimauit Pontifex, ſunt verba præcepti & prohibitionis: ergo in legibus Eccleſiaſticis verba hæc denotant obligationem ſub mortali ex vſu Eccleſiæ iam per ipſam declarato: non verò in ſæcularibus, in quibus id non eſt declaratum. Alij tamen putant eam declarationem ad omnes leges extendendam eſſe: quia pro omnibus deſeruit: nec enim ibi aliquid peculiariter declaratur circa ius canonicum, quod iuri ciuili accommodari non poſſit: pro qua ſententia citatur Sylueſter præceptum, quæſt. 2. & Armil. ibi, num. 7. ſed de his auctoribus ait Vazquez diſput. 158. cap. 4. num. 29. quamuis de obligatione ad peccatum mortale loquantur; ex profeſſo tamen ſolùm contendunt regulas aſſignare, vt cognoſcamus conſtitutionem, quæ vim habet præcepti. Ipſe verò Vazquez in ſequentibus docet in hoc nullum eſſe diſcrimen inter ius canonicum, & ciuile, & dicta verba in quouis iure, ſi cadant ſuper materiam grauem, indicare grauem obligationẽ, quia in materia graui non poteſt vllo modo eſſe leuis obligatio, ſed vel nulla, vel grauis: & in materia leui nõ poteſt eſſe grauis obligatio, ſed vel nulla vel leuis. Et ad Clem. exiuit. Reſpõdet, Pontificẽ ibi non definire, quando lex, quæ verè præcipit, obliget ad mortale: quãdo verò ad veniale, nec de hac re à Franciſcanis conſultum fuiſſe. Sed ab eo quæſitum fuit, vtrùm ad omnia tam præcepta, quàm conſilia Euangelica ex profeſſione ſuæ regulæ tenerentur: & reſpõdet, *Quod attinet ad ea conſilia, quæ in regula non explicantur, fratres non teneri: quod verò attinet ad ea quæ in regula exprimuntur, fratres non æquè teneri: ſed ad quædam teneri ſub mortali, ad quædam verò non item: cùm ad quædam ipſorum verbum apponatur præcepti, vel æquipollentis eidem; & quoad alia verbis aliis contentus ſit:* vbi non vult ad alia ſub veniali obligari, ſed tantùm non obligari ſub mortali: an verò ex alio capite obligentur ſub veniali non definit. Porrò illam obligationem ad mortale in illis, & non in aliis, colligit ex eo quòd in illis, & non in aliis vſus ſit verbo præcipiendi; quia nimirum illa, & non alia, exiſtimauit valde neceſſaria in ſua religione: ideò illa ſub præcepto, alia ſub conſilio tantùm poſuit. Vnde Nicolaus 3. c. exiit, de verbo. ſign. in 6. ait Franciſcanos ex vi profeſſionis obligari, nempe tamquam ad præcepta: ad ea quæ præceptoriè vel inhibitoriè traduntur: ad nonnulla verò alia cõſilia ea duntaxat ratione, quia ex ſtatu ſuo perfectionis pluſquã alij Chriſtiani tenentur. Quod ſanè cõmune eſt omnib. religioſis: quomodò autẽ ſtatus religionis ex ſe obliget ad cõſilia, 2.2. qu. 186. ar. 2. dicetur. Hæc in ſum. Vazq. Quæ non obſtãt, quominùs dicamus verba præcipiendi, prohibendi, & æquipollentia, ſi cadãt ſuper materiam grauem, denotare communiter obligationem ſub mortali, non quod legislator non potuerit in eadem materia ponere obligationẽ leuem, ſed quia communiter ſe accommodat materiæ, & ſi aliam intentionem haberet, illam exprimeret, & debuiſſet exprimere, ne falſa præſumptione ſubditorum animæ illaquearentur. Sic intellige Syluest. verbo præceptum, quæſt. 2. Angelum 3. & lex. quæſt. 3. cap. 3. Armill. nu. 4, & verbo præceptum, nu. 7. Panormitanum, & Felin. alios referentes, cap. nam concupiſcentiam, de conſtit. vbi communiter Canoniſtæ, Caiet. 2.2 quæſt. 186. art. 9. dub. penult. & verbo præceptum in ſumma, Tabien. verbo lex, quæſt. 28. nu. 29. Caſtr. 1. de lege pœnali, ca. 1. docum. 4. Antoninum 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 2. & 3. Valent. diſput. 7. quæſt. 5. punct. 6. in 6. ſigno, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 5. & alios dicẽtes, hæc verba, *præcipimus, præcipiendo mandamus, iubemus, obligamus, inhibemus, vetamus, prohibemus, interdicimus, obligentur, teneantur, debeant, neceſſe eſt, non liceat, non poteſt, & ſimilia*, indicare obligationẽ ſub mortali, niſi aliunde conſtet de contraria intentione legiſlatoris, quam regulam eſſe rationabilem, non tamen cõſtantem, & neceſſariam fatetur Caietanus ſuprà, & verbo præceptum, & in opuſcul. tomo 1. tract. 25. quæſt. 1. ait, *nec in iure canonico eſſe regulam certam, & vniuerſalem*. Idem Ledeſm. 2.4. q. 17. art. 2. dub. 61. & alij recentiores in ſcriptis, quod ſatis ſignificat Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. Victor. relect. de poteſt. ciuil. num. 19. Caſtro ſuprà, & Medin. 1.2. quæſt. 96. art. 4. non enim ponunt hanc regulam ad diſcernendum obligationem ſub mortali, vel

*Explicatio Clem. exiuit.*

*Quæ verba indicent legẽ ſub mortali obligare.*



Digitized by Google

veniali,ſed aliam de grauitate,& leuitate materiæ: & quidem hæc verba verificari poſſe, etiã ſi obligatio ſit tantùm ſub veniali, conſtat,quia veniale non ſolùm eſt contra conſilium, ſed etiam contra præceptum,vt docet Caietanus locis citatis,Med. 1.2.quæſt.88.art.1.in fine, & nos latè cum multis diſp.16.ſect.9.de peccatis,Nauarr.cap.23.num.49. 50.53. Vnde D.Thom.2.2.quæſt.44. de præceptis charitatis, & quæſt. 56. de præceptis prudentiæ, quæſt.122. de præceptis iuſtitiæ, qu. 146. de præceptis fortitudinis, quæſt. 170. de præceptis temperantiæ,multa ponit præcepta, quæ tantũ obligant ſub veniali:& Ariſtot.6.ethic. cap.8. prudentiæ tribuit imperare, videlicet circa materiã grauem,& leuem:& Aug.initio ſuæ regulæ,quam habes to.1. dicit,*hæc ſunt, quæ vt obſeruetis,præcipimus*: non tamen omnia contenta in ea regula ſunt ſeruanda ſub mortali, imò ſub veniali, & Marci 8. Chriſtus præcepit turbis diſcũbere, & diſcipulis, vt piſciculos apponerent:& Marci 7.ſurdo, vt nemini diceret,& Matth.12.verſ.16.curatis ne manifeſtum eum facerent:& Matth.9.verſ.30.cæcis dixit,*videte ne quis ſciat*:tamen illi non obligabantur ſub mortali,imò nullum fuit peccatum in ſurdo & aliis miracula publicaſſe:tantùm enim intendebat Chriſtus dare humilitatis exemplum, vt ait Gregorius 19.moral.cap.28.D.Thomas 2.2.quæſtione 104. art.4. Caietan. & Caſtro ſuprà, vnde male à Caluino acriter reprehenduntur cæci illi, quòd Chriſti præcepto non obtemperarint:ſed doctiſſimus Mald. Mat.9.ait à Chriſoſtomo hom.33.Hieron. Beda, Gregor. Theoph. & aliis excuſari,quia exiſtimare potuerunt Chriſtum non ſeriò,ſed modeſtiæ cauſa id illis dixiſſe:vel quia Chriſtum non putabant eſſe ſuperiorem, qui illos obligare potuerit: deinde verbum præcipio non ſemper indicare obligationem,vide Riber. Amos 6. num.33. 11. Æneidos ſignificat præuenire, *Exultant animis, ſpecie iam præcipit hoſtem* 2. Reg. 16.verſ.10. & 11. ſignificat permiſſionem 3. Reg.13. verſ. 4. decretum. Matth. 5. verſu 5. permiſſionem, vt patet ex Matth. 19. verſ. 8. vbi libellus repudij dicitur permiſſus, qui tamen priori loco dicitur præceptus: quare Veracruz in append. ſpeculi dub. 13. ait in lege diuina verbum *præcepti* non indicare obligationem ſub mortali,& legibus Eccleſiaſticis multa leuia, & ad quæ ſolum ſub veniali tenemur facere, ſeu omittere,præcipiuntur,vel prohibentur: vt nõ communicare cum excommunicato in humanis, dicere preces flexis genibus in quadrageſima, & alios ritus, & cæremonias ſeruare: vnde quãdo Pontifices ſatis indicare volunt obligationem grauem,non contenti verbo præcipiendi addunt, *ſtrictè*, vel *ſtrictiùs præcipiendo mandamus*: vt cap.2.de deſponſation.impub.Vnde etiam Nauarrus ſuprà probabile putat prædictam doctrinam ſolùm habere locum in Regula B. Franciſci propter ſpeciales rationes. Primò enim B. Franciſcus ibi alia multa iniunxit verbis, quæ ex ſe minorem haberent vim obligãdi: vnde quãdo vtitur verbis præcipiendi, obligationem grauem viſus eſt imponere. Secundò illa regula erat ſanctiſſima, ſtrictiſſima, à viro ſanctiſſimo ad viros commendatiſſimos, & aſperitatis, ac rigoris amantiſſimos, facta:vnde non mirum, quòd verbum præcipio & æquipollentia in ſummo rigore ſint ſumpta, ac proinde, vt denotant obligationem grauem,cùm cadunt ſuper materiam grauem, qualis illa erat,& ſic erant communiter intellecta ab ipſis fratribus, vt teſtatur Pont. Clem.cit.§.nos itaque. *Item* (inquit) *ordo communiter ſentit, tenet*,& tenuit ab antiquo, quòd vbicumque ponitur in regula hoc vocabulum, *teneantur*, obtinet vim præcepti, & obſeruari debet à fratribus ſicut tale: in aliis verò legibus non ſunt hæc fundamenta ad declarãdum generaliter,hæc verba inducere obligationem ſub mortali:ſed ſunt cõiecturæ adiuuantes,quæ quando materia eſt grauis, & aliæ coniecturæ non ſe offerunt in cõtrarium, ſuadent obligationem grauem,fauet Hieron.1.contra Iouin.relatus c. quod præcipitur 14. quæſt. 1. *quod præcipitur, imperatur: quod imperatur neceſſe eſt fieri*, ſcilicet neceſſitate grauis vel leuis obligationis iuxta materiæ qualitatem, & Auguſt. lib. de ſancta virginit. *præcepto quiſquis non obtemperat, reus eſt*:& in id Pſal.80.*quia præceptum in Iſraël eſt*,*ſic explicat*,*quia qui in legẽ peccauerunt, per legem iudicabuntur*: & ſer. 6. poſt Do. 1. quadrag. præceptum diſtinguit à conſilio. Sic regulam traditam intelligunt Medina 1. 2. quæſt. 88.art.1.in fine, Aragon 2.2.quæſt.62,art.3.

*Cur Verbum præcipio in regula B. Franciſci obliget ſub mortali.*

50 Porrò verbum, oportet,æquipollere præcepto, ait Fortunius Garſia l.1.ff.de iuſt.& iure,quem citat & ſequitur Nauarrus cap. 23. num. 53. explicans æquipollere ex vſu ſacrorum canonum, & Canoniſtarum: idem tenet Ioan. Med.quæſt.7.de ieiunio. Caſtro tamen dicto cap.5,docum.4.quem ſequitur Verac. in appendice ſpeculi dub. 13. & alij tenent non eſſe recenſendum inter æquipollentia, quia aliquando ſolùm dicit congruentiam, & honeſtatem,vt 25.quæſt.1.cap.1.licet ex adiunctis aliquando indicet præceptum, vt cap. 1. de præſcrip. in 6.

Hanc ſententiam colligo ex teſtimoniis Ciceronis,quæ in eius theſauro videri poſſunt,& docet gloſſa cap.1.25.quæſt.1. ver. oportet, & cap.1. de præſcrip.in 6.eodẽ verbo,& l.1.in princ.ver. prius ff.de iuſt.& iure, & alij quos citat & ſequitur Felinus cap. nam concupiſcentiam de conſt. num. 5. Vazquez diſp.158.cap.3. num.23. Nauar. cap. fraternitas 12.quæſt.2.num.1. & quidem quòd interdum ſignificet præceptum patet Sap. 12. verſ. 19. oportet iuſtum eſſe & humanum. Baruch 6.ver.5. *te oportet adorari Domine*. Ioan. 3. *oportet vos naſci denuò*: vbi ſermonem eſſe de Baptiſmo contra Caluinũ probat doctiſſimus Maldonatus ibi verſ. 5.& patet ex Ioan. 3. *niſi quis renatus fuerit*. Præterea verbum oportet præceptum ſignificat cap.non oportet 3.quæſt.9.cap. vnico 19. quæſt.1.cap.1. de præſcrip. lib. 6.

Interdum verò ſolùm ſignificare conſilium,aut congruentiam patet ex Sap.16. ver.28. *oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare*: & Dan. 3. ver. 16. *non oportet nos de hac re reſpondere tibi*: & ex cap.vnum orarium 25.diſt. & cap.1.25.quæſt.1.l.1.in princ.ff.de iuſt.& iure.l. cùm oportet,in princ.C.de bonis,quæ liberis l. 1. §. oportet C. de raptu virgin.

*Oportet aliquando ſolùm congruentiam ſignificat.*

51 De verbo iniungimus præceptum in conſtitutione ſignificare ait gloſ. Clem. quia contingit, ver. iniungimus, de religioſ. Domibus per tex. ibi: idem docet Felinus ſuprà; & colligitur ex Clem. 1. de Iudæis: & ex Clemen. cupientes, de pœnis.

De his verbis *debeant, teneantur, neceſſariò, neceſſe eſt, non licet, non poteſt*, præceptum ſignificare dicunt Ioan.Med. Caſtro,& Vazq.ſuprà,gloſ.Cle: attendens

Digitized by Google

attendentes ver. debet, de ſtatu Monach. Anani ca. 3. de adulter. Pan. cap. propoſuit de appel. & cap. 3. de adult. Felin. ſup. num. 6. Bart. repet. l. 3. num. 3. Cod. de pignor. limitat tamen Felinus ſuprà cum gloſ. in cap. teſtamentum ver. debet 6. diſt. vt locum non habeat, cùm verbũ, debet, aduerbio conſilium ſignificanti iungitur, vt *debet humiliter*, &c. ſed hoc facilè reijcitur ex cap. litteras de reſt. ſpol. & cap. inquiſitiones de ſen. exco. quamuis ex materia cõſtitutionis interdum colligatur ſignificare conſilium, vt Panor. annotauit cap. 1. per ipſum tex. de deſpon. impub. Verbo autem, *debeant*, vtitur Clem. attendentes de ſtatu Monach. Trid. Seſ. 14. de pœnit. cap. 8. & verbo, *teneantur*, Seſ. 23. de refor. cap. 2. & Clem. exiuit §. nos itaque de verb. B ſign. dicens, quoties ponitur in regula B. Franciſci verbum *teneantur* habere vim pręcepti. De verbis *rogo, hortor, moneo*, vim pręcepti habere teſtatur gl. cap. 1. ver. hortamur de teſtamentis, & in Clem. 1. ver. exhortamur, de teſtib. & cap. rogo eodem ver. 11. quæſt. 3. Archidiaconus ibi, & cap. reuertimini 16. quæſt. 1. Angel. Arm. & Nauar. per dicta iura, & cap. notum ſit 2. quæſt. 1. & cap. ad aures, de ætate & qualit. & per illud vulgare pronuntiatum *rogando imperat, cum rogat potentior*. Sed certè hæc verba obligationem numquam ſignificant: ſed in illis iuribus Pontifices ad ſatisfaciendum obligationi, quæ iam præceſſerat, homines exhortantur, & illud vulgare proloquium, non ſignificat illis C verbis imponi obligationem præcepti, ſed ex vrbanitate, & neceſſitate finis acquieſcendum eſſe potentiorum rogatui. Quare non probo Felini ſententiam cap. nam concupiſcentiam num. 3. aſſerẽtis, cùm materia conſtitutionis ad præceptum pertinet, quibuſcumque verbis vtatur, præceptum ſignificari, vtpotè quòd verba tunc improprientur: nam licet tunc verba conſilij præceptum ſupponant, non tamen illud continent.

De verbis autem imperatiui modi Caſtro refert Panormitanum cap. veſtra num. 1. de cohab. cler. & mul. continere pręceptum ex illo textu, vbi Luc. 3. declarat verba Nicolai c. nullus 22. diſt. aſſerentis, *nullus Miſſam audiat præsbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere*, vt pręceptum ſigni- D ficent: quod etiam erat in cap. præter. 32. diſt. non tamen cenſet Panor. ſententiam hanc eſſe vniuerſè veram: ait enim: *Sed numquid hoc verum generaliter? vide bonum textum in Clem. exiuit: de verb. ſigni. §. & quia*, ex qua liquet talia verba interdum ad culpam, obligare, interdum non: quod expreſsè tenet ipſe Panormitanus cap. nam cõcupiſcentiam, ſeu 4. de conſt. & cap. clerici, de vita & honeſt. cleri. & Clem. 2. eod. tit. Caſtro ſup. Henr. lib. de Synodis part. 3. §. 1. num. 270. Nauar. cap. 23. num. 4. dicens eſſe Panor. & communem, & patet per illam Clem. exiuit, & per cap. magnæ de voto: vbi Pontifex declarat verba illa Pſal. 75. *vouete & reddite*, &c. vt primùm ad conſilium: ſecundùm ad imperium referatur: & quidem vim præcepti in- E terdum habere patet, Geneſ. 2. *præcepitque ei dicens, ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*, &c. vbi omnes docent verba illa *ne comedas* præceptum continere: vnde Geneſ. 3. Eua ſerpenti interrogãti, *cur præcepit, &c.* reſpõdit, *præcepit nobis, vt non comederemus*, &c. & Mat. 5. *ego autem dico, non iurare omninò*, &c. *ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt*: quibus verbis præceptum contineri non

A iurandi abſque neceſſitate, & non tantùm conſilium aliquod oſtendit doctiſſimus Maldonatus ibidem: item Matth. 28. *docete omnes gentes, &c.* & cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. præcepta cõfeſſionis, & Euchariſtiæ, verbis imperatiui modi ponuntur: & cap. clerici, de vita & hon. cler. & in Trident. Seſſ. 13. cap. 5. & paſſim alibi præcepta ſolis verbis imperatiui modi promulgantur. Hæc tamen verba non ſemper continere præceptum, clarum putat Caietanus 2. 2. quæſt. 186. articu. 9. dub. penul. & Verac. ſup. quia conſilia Euangelica per verba imperatiui ponuntur. *Omni petenti te tribue: ſiquis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei, & alteram, ſiquis petat tunicam, da ei pallium.* Mat. 5. 6. B & 7. & certè illa verba Matth. 5. ver. 39. *ſiquis te percuſſerit*, ad conſilium pertinere author eſt Auguſtinus epiſt. 5. & lib. de mendacio ad Conſent. cap. 15. 1. de ſerm. do. in monte, & lib. 22. contra Fauſt. cap. 79. & exemplis illuſtrat, quæ habes Ioan. 18. ver. 23. Act. 23. ver. 3. & Marci 10. ver. 21. *vade & vende*, quo in loco, & ſimilib. verba imperatiui modi non continere præceptum ſcribit rectè doctiſſimus Maldonatus Matth. 19. ver. 20.

*Cõſilia Euangelica per verba imperatiui modi ponuntur.*

Et licet Vazquez ſupra num. 25. dicat, leges latas verbis imperatiui modi, quando in volumine iuris continentur, ad culpam obligare: hoc tamen eſt intelligendum, niſi aliæ coniecturæ ſint in contrarium: & Panormitanus in cap. clerici nu. C 1. de vita & ho. cler. ait, ex rei, quæ verbis imperatiui modi præſcribitur, magnitudine colligendam obligationem grauem, ex quo capite viſus eſt eam colligere, Clementina illa exiuit de verb. ſig.

Ex quibus aliqui reijciunt Nauarrum cap. 23. num. 54. & Valentiam, diſp. 7. quæſt. 1. punct. 6. §. circa hoc aſſerentes, ex verbis præceptum ſignificantibus, vel præcepto æquipollentibus in legiſlatore politico non deduci obligationem ad culpam mortalem, ſcilicet etiamſi materia ſit grauis.

*Verbum mandamus an æquipolleat præcepto.*

Sed ad verba præcepto æquipollentia redeamus. Verbum *mandamus*, videtur æquipollere præcepto, vt tenet Caſtro ſuprà. Et Antoninus ait mandatum, & præceptum eſſe idem, vt patet Ioan. 13. & 15. vbi mandatum & præceptum dilectionis D pro eodem ſumuntur. Nec obſtat cap. mandaſtis 2. quæſt. 4. vbi Papa dicit, Epiſcopos ſibi aliquid mãdaſſe, quia ex vrbanitate id dicit: ſed ſecundùm multos non æquipollet, ſaltem non ſemper ſignificat obligationem ad mortale, vt docent Verac. Sylueſt. Nauar. Ledeſ. & alij ſuprà ex Hierony. dicente, *mandatum à præcepto deficere*: idem tenet gloſ. cap. mandaſtis 2. quæſt. 4. & cap. rogo 11. quæſt. 3. & cap. dilectiſſimus 12. quæſt. 1. & cap. Guiliſarius 23. quæſt. 4. per textum ibi: & in illo cap. mandaſtis: quamuis aliis locis mandatum ſignificet præceptum, & mandare præcipere, vt Ioan. 15. *hæc mando vobis*, patet ex contextu, & ita interpretatur Maldonatus ibi ex Ruperto. Et Act. 11. *mandauit de oſſibus ſuis*: id eſt, præcepit, vt liquet ex Geneſ. E 50. ver. 24. & Exo. 14. ver. 19. Item Matth. 19. *ſerua mandata*, & cap. cauſam cap. exhibita §. quia verò, de iudic. ca. quòd clerici, & cap. licet de foro compet. Pontifices vtuntur verbo, *mandamus*, *pro iubemus*: & cap. ſi quando de reſcrip. & cap. mandatum eod. titu. mandatum ſumitur pro præcepto. Mandare interdum eſt cõmittere, vt patet ex Theſauro linguæ latinæ: & Valla 5. elegantiarum cap. 68. vbi etiam ex Terent. Cicer. & Virgil. oſtendit, iubere interdum idem eſſe quod hortari.

Item verba hæc, *ſtatuimus*, *ſtabilimus*, *decernimus*, *ordinamus*, *ſancimus*, *volumus*, ſecundùm Vazquez diſp. 158. cap. 3. num. 23. communia ſunt præceptis & conſiliis; & ſecundùm D.Tho. 2.2.quæſt.186.art.9.ad 2.Caiet. ibi, Caſtrum, Antonin. Angel. Syluest. Armil.Tabie. Nauar. ſuprà cum Panor.& communi in cap.nam concupiſcentiam de conſt. non ſignificant præceptum. Eo tamen ca. Felinus videtur dicere oppoſitum,& quidam relati à Syluest.verbo præceptum quæſt.2.dicunt,*volo*,& *intendo*,ſignificare pręceptum,& obligationem ſub mortali: alij verò id negant,imò de aliis verbis, quæ magis indicant præceptum, ſunt variæ opiniones, vt conſtat ex dictis, & quia anno 1569. in quodam Iubilæo inſeruit Pontifex quendam motum proprium, in quo præcipiebat clericis, & religioſis recitare ſingulis diebus litanias, & vtebatur illis verbis, *debeant*, *& teneantur*, & multi ſenſerunt obligare ad mortale: ſed Christophorus à Roſas, & Sandoual. cum multis doctiſſimis explicuit non ſic obligare: & gloſſa cap.dilectiſſimus 12.quæſt.1.ait,*præcipimus*, ibi accipi pro monemus: & ſimiliter in cap.ſic enim 28. quæſt.1.Item gloſſa ca.1.de deſponſat. impub.ait, ibi, *debet*, ſignificare debitum honeſtatis & congruitatis, ſaltem non indicare obligationem ſub mortali ſentit Nauar.cap.23.num.50.Armi.verbo præceptum num.4.quia ibi materia non eſt neceſſaria:addit tamen Armi.vbi materia eſt neceſſaria, indicare obligationem ſub mortali iuxta gloſſam Clem.attendentes de ſtatu regul.& cap.propoſuit de appell. quod etiam tenet Bart.l.3. C. de pigno. Caſtro illo cap.5.Ioan.Med.illa quęſt.7.Angel.lex. quæſt. 3. Syluest.verb.præceptum, q.2.Ledeſ.2.4. quæſt.17. art. 2. dub.6. & Nauar. cap.23.num.83. quantum ad ius canonicum, deinde de verbis ordinamus, volumus, &c. Caſtro & Ioan. Med. dicunt ex pœna colligendum eſſe an inducant grauem obligationem: ſed non explicant,an,ſi pœna leuis,vel nulla ſit, obligatio ſit cenſenda venialis: ſed de verbis iſtis, & aliis, quæ vi ſua præceptum continere videntur à conſilio diſtinctum, dicimus, ſi materia eſt grauis, maximè ſi non eſt admodum difficilis, indicare obligationem ſub mortali, niſi aliunde contrarium colligi valeat ſaltem probabiliter. Nam in obſcuris minimum eſt ſequendum cap.in obſcuris de Reg.iur.in 6.intellige ſi multum intereſt, vt vidimus tract. 8. de conſcientia: & in hac diſp.ſect.2.

52 Nec mihi diſplicet,quod de verbis ſimplicibus primariis ſubſtantiam legis continentibus, quidam dicunt, ea eſſe in triplici differentia ſeu ordine:in primo ſunt ea,quæ vi ſua non indicant præceptum, & de his conſtanter aſſerendum eſſe, per ſe non inducere obligationem ſub mortali aut veniali. Huiuſmodi ſunt, *rogo*, *moneo*, *hortor*, & ſimilia,quia ſolum præceptum inducit obligationem, & materia obligationis odioſa vel rigoroſa eſt ideò reſtringenda iuxta propriam verbi ſignificationem. Nonnulli limitant,niſi materia ſit grauis, & plus requirere videatur, ſignificat gloſſa ex textu ibi cap. rogo 11. quæſt. 3. & in Clem. 1. verbo hortamur, de teſtibus:ſed in his & ſimilib. ſermo eſt de materia,ad quam aliàs erat grauis obligatio, ad quam ſeruandam Pontifex hortatur: verba autem illa talem obligationem non inducunt, nec per ſe indicant,licet interdum poſſint eſſe alia verba, quæ illa extrahant à propria ſignificatione, A & indicent obligationem grauem, de quo Felinus cap. eam de reſcriptis num. 3.

In ſecundo ordine ſunt verba dubia, ſeu indifferentia, quæ & præceptum & ſimplicem voluntatem, ſeu ordinationem indicare poſſunt, iuxta D.Thom.2.2.quæſt.104.art.1. & 2.& 186.art.9.ad 2.*vt volo*, *decerno*, *ſtatuo*, *innouo*, *ſancio*, *intendo*, *& ſimilia verba imperatiui modi*, ſimpliciter prolata, *caueant*, *faciant*, *audiant*, &c. De his dicunt Angelus, Syluest.verbo præceptum quæſt. 2. Angel. lex.qu. 3. Armil.num. 4. verba imperatiui modi in materia graui,& ponderoſa æquipollere pręcepto,aliàs verò non: alij dicunt, in dubio interpretanda eſſe in mitiorem partem, quia odia reſtringenda: B tollitur dubium,ſi ex adiunctis in lege,vel ex aliis ſignis contrarium colligatur: idem dicunt aliqui de verbo, *debent hoc facere*, *neceſſarium eſt*, & ſimilibus: ſed hæc ad tertium ordinem pertinere videntur. De verbo, *oportet*, non ſemper ſignificare obligationem in cõſcientia præſertim grauem,iam cum Caſtro, Verac. & aliis contra Ioan. Medin.Nauar. & Fortunium diximus. In tertio ordine ſunt, quæ ſatis expreſsè ſignificant præceptum, *vt mandamus*, *iubemus*, *præcipimus*, *prohibemus*, *teneantur*, *obligati ſint*, *non liceat*: & ſimilia, de quibus omnes conueniunt in legibus canonicis ſignificare obligationem ſub mortali ſuppoſita materiæ grauitate. Azor tom.1.lib.5.cap.6.quæſt.5.ait,verba hæc, C *debeat*, *teneatur*, *obligetur*, ſecundùm Caietanum ſignificare obligationem ſub mortali, vel veniali: ſed ſecundùm Syluest. verbo præceptum §. 2. Armil.num. 7. gloſſa in Clem. attendentes, de ſtatu regul.& in c. propoſuit de appell. Bart.l.3.de pign. & l. ſæpe ff. de offi. præſid. ſignificare obligationem ſub mortali, quanquam aliquando non præceptum,ſed conſilium deſignet: idem ait Azor de his verbis, *mandamus*, *ſtatuimus*, *iniungimus*, *ordinamus*, *decernimus*: idem cenſeo in legibus ciuilib. cum Soto,Caſtro,& aliis, alioqui leges ciuiles ferè nunquã obligarent ſub mortali,quia nunquam dicunt ſub mortali, vel alia addunt vnde euidentiùs fiat obligare ſub mortali. Deinde verbũ D præcipio, & ſimilia ſignificant intentionem obligandi quantùm legiſlatores poſſunt: ergo ſi materia eſt capax, obligant ſub mortali. Vnde in cap. decernimus de iudic.cap.1.de feriis,cap.non magnoperè ne clerici vel Monachi,ca.non debet de conſang. & affin. cap. cum infirmitas de Pœnit. & remiſſ.cap.contingit 2.de ſent.exco.cap.exiit.§.quia verò,de verb. ſign. lib.6. & Clem. quia contingit de religioſis domibus, & aliis locis, vbi illa vel ſimilia verba habentur, omnes docent obligationem eſſe grauem:omnia tamen penſanda ſunt, & ſicut ait Iuriſconſultus l.in obſcuris ff.de Reg. iur. & Bonifacius VIII.dict.c.inſpicimus eod.tit.lib.6. *in obſcuris, quod veriſimilius eſt, aut plerumque fieri ſolet,* E *inſpicimus*:ita in obſcuris legis verbis inſpiciendum eſt, quomodò frequentius in legibus accipi ſoleant, & ex variis coniecturis colligendum eſt id quod eſt veriſimilibus.

Verbũ oportet non ſemper inducit obligationem in conſcientia.

Sexta regula,quãdo dicitur,*præcipimus in virtute S. obedientiæ, vel ſtrictè, vel arctè, vel ſub interminatione, vel obteſtatione mortis æternæ, vel diuini iudicij, ſub indignatione Dei, aut Petri & Pauli, ſub maledictione æterna, vel diuina, &c.* obligatio eſt ſub mortali, ſi materia ſit capax, Caſtro, Ledeſ. Palac. Anto. Verac. Ioan. Medi. Vazquez diſp. 158. cap. 5. nu. 46. conſtat ex vſu, & quia adiuncta illa denotant legiſlato 53

6. regula.



Digitized by Google

giſlatorem velle obligare quantùm poteſt. Nauar. cap.23.num.53.gloſſ.Clemen.ſi dominum,§.ideóque,de reliq.& vener.ſanct. Caiet. 2.2.quæſt.186. art.9.Syluest.verb.præceptum,§.2.& 3.Armil.§.6. & 7.& verbo lex, num.4. Angelus 3. Tabienna 4. Azor ſuprà, Caſtro, Ioannes Medina, Bartholomæus Medina ſuprà,Panormitanus cap.veſtras de cohab.cleric.& mulier:idem eſt,cùm Pontifex dicit *ſtrictè præcipimus, vel inhibemus, Apoſtolica auctoritate mandamus, &c.* vt cap.2. de deſponſ. impub. & Clem.dudum,de ſepult.in princ.Caiet.Nauarr. & alij citati, licet oppoſitum indicet Driedo 2. de libert.Chriſtiana cap.1.prop.2. Idem ait Azor ſuprà,cùm dicitur, *ex vi voti, vel iuramenti ſeu ſub pœna præſtiti iuramenti.* Sed in vniuerſitatibus mandata *ſub pœna præſtiti iuramenti* ſæpe non obligant ſub mortali, patet cùm materia eſt leuis: vt latè Driedo modò citans Medin. 1. 2. quæſt.96. art. 4. Couarr. cap. quamuis pactum, §.vltim. in fine, & communiter recẽtiores,imò ſæpe in Salmaticenſi Academia non obligant in conſcientia,quia multa ſunt valde oneroſa,& parum vtilia,& ſæpe ſine rectoris auctoritate proponuntur, vt voce tenus Bartholomæus Medina,Henriquez, aliique affirmarunt,& nos experti ſumus.Conſonat Vazquez diſp.158.cap.5. num. 51. dicens cum Driedo, non eſſe mortale violare mandata Rectorum, & vniuerſitatum lata ſub pœna præſtiti iuramenti, niſi aliàs ſit res magni momenti: quia non præcipitur tunc vt ſub culpa periurij contra præſtitum iuramentum id faciant ſcholaſtici,ſed ſub pœna temporali, qua puniretur periurus,& inobediens:quæ non cenſetur grauis: & ita in praxi receptum eſt. Nec enim fas eſſet Rectorem pro quauis re obligationem iuramenti præſtiti exigere. Sicut religioſi non debent ex voto obedientiæ,aut ſub culpa mortali in quauis re etiã regulæ obligari: quia illi vouerunt regulam ſicut in ea diſpoſitum eſt, in qua aliqua non obligant ad mortale.Hæc Vazquez,quæ intellige, vt religioſus, nec in rebus regulę poſſit ſub mortali obligari,niſi res ſit grauis, ſeu valde neceſſaria, aut vtilis iuxta ſuum inſtitutum.

54 *7. regula.* Septima regula, Quando Prælatus, vel iudex Eccleſiaſticus præcipit aliquid ſub excommunicatione, indicatur obligatio ſub mortali:nam intelligitur de maiori excom.vlt.de ſent. excom. At verò excommunicatio maior non poteſt incurri, niſi propter peccatum mortale ex cap.1.& c. Romana,de ſent.excomm.in 6.cap.nemo,cap.nullus, 11.quæſt.3.& capit. à nobis, el 1. & cap. ſacro. de ſent.excomm.Leon epiſt.67.ad Epiſcop.per Viennenſem prouinciam conſtitutos:& Auguſt.quæſt. 39.in Deut.dicente,hoc agit nunc excommunicatio, quod in veteri Teſtamento interfectio, idem 21.ciuit.cap.11.& refertur c.corripiantur 24. qu.3. conſonat Anterus Papa cap. abſit, 11. quæſt.3.& Concil.Meld.d.cap.nemo,& Inno.III.cap.per venerabilem,qui filij ſint legitimi,& Inno.IIII. cap. dilecto, de ſent.excomm. in 6. facit cap. præterea de officio delegati,l. Horatio.ff.de ſponſalib.l.2.ff. de iuriſdict.omnium iudicum.Authen.de ſanctiſſ. epiſc.colla.9.§.omnibus. Hanc regulam tradidere Caiet.2.2.quæſt.285.art.9. circa ad 2.& in ſumma verbo præceptum,Nauarr.cap.21.num.53. Palac. 3.diſt.37.quæſt.7. Driedo 2.de libert. Chriſtiana, cap.1.prop.2.ad finem,Clictoueus 1. contr. Luth. cap.2.Angel.verbo lex,§.3.Tabienn.27. Armill.4.

A & verbo præceptum,§.6.vbi Syluest. quæſt.3. qui & Angelus citant multos canoniſtas. Anton. 2.p. tit.4.c.2.§.3.Palud.4.d.18.q.1. Soto d.22.q.1.ar.2. Medina & alij hîc quæſt.96. art.4. Valent. Caſtro 1.de lege,cap.5.docum.4.Couarr.cap.alma, par.1. §.9.num.1.Ledeſm.1.4.quæſt.17.artic.2. dub. 6.& quæſt.23.art.3.colum.4.Ioan.Gutier. quæſt.cano. cap.7.à num.22.citans alios.Aragon.2.2.quęſt.62. art.3.Confirmatur,quia pœna debet eſſe proportionata culpæ, vt docet Auguſt. de corrup. & gra. cap.11.ſed excommunicatio eſt grauiſſima pœna, vt patet ex eodem Auguſt. in d.cap. corripiantur, & ex Leone,& aliis citatis:ergo non poteſt incurri ſine graui pœna.

B Hæc regula intelligitur etiam,quando excommunicatio non eſt lata,ſed tantùm ferenda.Caiet. 58
2.2.ſuprà,Tabienn.verbo lex,§.28.Angel.quæſt.3. poſt medium, Sylueſter verbo præceptum, quæſt. 3.Ioan.Medi.C.de ieiun.quæſt.7. §.ſi autem legiſlatoris.Couarr.regul.peccatum,part.2.§.5.num.3. Armil.verbo præceptum,num.6. Sotus 4. diſt.22. quæſt.1.art.2.con.1.corol.1.& con.3.Caſtro 2. de lege pœnali,cap.5.docum.4.ad finem,Azor tom.1. lib.5.cap.6.quæſt.5.Suar.infrà,num.20.& 25.Vazquez num.41. Nauarr.cap.22.num.53.diſtinguens tamen cum eodem Caietano in ſumma,verb.præceptum,§.pœna præceptorum. Nam vel prælatus ſtatim poſt tranſgreſſionem talis legis poteſt trãſ- C greſſorem excommunicare, nulla alia monitione præmiſſa, & tunc tranſgredi illam legem eſt mortale, quia nullus poteſt excommunicari niſi pro mortali. Si verò requiritur monitio prælati,antequam eum excommunicet, ſignum eſt tranſgreſſionem non eſſe mortalem: quia ſi mortale eſſet, non opus eſſet expectare aliam monitionem. Ponitur exemplum in clerico nutriente comam, qui excommunicandus eſt iuxta cap.1.Bartholomæus Medina 1.2.& multi recentiores,& probabile putat Vazquez diſp.158.cap.5.fauet Toletus libr. de peccatis cap.19.id referens, non improbans,fauet Antoninus 2.part.de vita & honeſt. cleri.& cap.ſi quis,23.diſt. tamen intelligitur,ſi monitus adhuc D comam nutriat,tunc enim peccat mortaliter, non tamen ante monitionem:idem docet Barth. Med. 1.2.quæſt.96.art.4.& multi recentiores, 2.part.tit. 4.cap.2.§.3.vbi ait,*ſi fiant ordinationes ſub pœna excommunicationis comminatoriæ, id eſt, non latæ ſententiæ, ſed ferendæ, non eſt vſquequaque verum & clarum obligare ſub mortali:* quibuſdam ſecundùm Ioann. Neapol.videtur,quòd tranſgreſſio talium ordinationum mortalis ſit, præcipuè cùm ordinatio eſt in iure communi ſcripta:ſi autem ab homine fiat, dubium eſt. Sed certè eadem ratio videtur quantùm ad hoc de excommunicatione à iure vel ab homine,& ipſe Anto.in 4.reg.abſolutè ait,*quando lex præcipit aliquid ſub anathematis ſententia, euidens* E *eſt,quòd obligat ad mortale:nam ſeueritas pœnæ hoc manifeſtè oſtendit.* Hæc ille: imo Driedo 2. de libert. Chriſtiana cap.1.prop.2.ad finem abſolutè docet, ſententiam ferendam non indicare obligationem ſub mortali,nec incurri, donec peccator monitus ſit, & emendari recuſet: quam ſententiam male Angles in quæſt.40.de voto art.2.diffic.16.tribuit Caietano verbo clericorum peccata, & Suar.3.p. to.5. diſp.18.ſect.3. nu.21.in hanc euidentiùs ſententiam putat Caietanum locis citatis cõſpiraſſe, & eam probabilem exiſtimat,num.25.cui ſubſcribunt alij, quos ſuppreſſo nomine refert Vazquez



Digitized by Google

ſuprà, num.42. Sed iam diximus Caiet. vti diſtinctione: eius ſententiam refert, & non reprobat Armil.ſuprà:ſed poſteà magis videtur inclinare in ſententiam Syluest.qui ſuprà,& verbo excommunicatio, 1. quæſt.3. ad finem docet,etiamſi pœna excommunicationis ferendæ imponatur ab homine,tranſgreſſionem mādati mortalem eſſe:quia ille iam meruit excommunicari, & quia prudens Rector nunquam pro leui culpa ſeriò minatur mortem:& ita docent Ioan.Gutier.in quæſt.cano. tom.2.cap.7.num.22.25.28.Petr.Nauar.2.de reſtit. cap.3 à num.301 Ludouicus Lopez 2.part.inſtructo. conſcient. cap.31. Couar. cap. alma, part.1. §.9.num.1.Vazquez autem diſp.158.cap.5. probabilem iudicat,vt diximus,illam limitationem Caietani,& Nauarri,quam confirmat ex eo,quod dicunt Maior 4.diſt.18. quæſt.3. Gab. quæſt.3.art.2. Couar.cap.alma,part.1.§.3.num.3. communicantes cum excommunicatis,ab aliis iudicibus quàm à Papa, quando ſub excōmunicatione præceptum illis eſt, vt communicent cum illis, non peccare mortaliter,donec à iudicibus moneantur: quamuis Sotus ſuprà abſolutè dixerit peccare mortaliter: addit tamē Vazquez,verùm quia quoties fertur lex abſolutè ſub excommunicatione (quæ intelligitur ferenda) nunquam intelligitur præmittenda monitio, niſi exprimatur in lege; ſed iudex ſtatim poteſt excommunicare tranſgreſſorem: ſequitur Driedonem, & recentiores abſque fundamento dixiſſe legem latam ſub tali pœna nō ſemper ad culpam mortalem obligare.Sequitur etiam immeritò excuſatos fuiſſe à mortali à quibuſdam Theologis clericos in ſacris,& beneficiarios, qui ſpectaculis agitationis taurorum intererant, cùm à Pio V. & Gregorio XIII. ſub excommunicatione prohibebantur. Atque eadem ratione nunc excuſari non poſſunt religioſi, qui adhuc eodem motu proprio ſpectaculis his intereſſe prohibiti ſunt,licet per Clementem VIII. clericis ſit indultum, vt taurorū ſpectaculis intereſſe poſſint. Hæc Vazquez; mihi verò neque illa moderatio Caietani placet, quia monitio iudicis ſupra monitionem legis (quidquid nonnulli dicant) non ita auget malitiam, vt quæ ſine monitione iudicis eſſet leuis ex leuitate materiæ, iam ſit grauis, ac proinde digna excommunicatione maiori: ergo anteà erat digna. Nec illud exemplum de clerico laxiorem comam ferente,certum puto. Nam in illis canonibus nulla petitur monitio prælati,ſed tantùm dicitur, *ſi quis ex clericis relaxauerit comam, ſit anathema*, quod gloſſa cap.ſiquis 23.diſt. intelligit, ſi fiat in contemptu Eccleſiæ,& Angelus verbo clericus 4. §. 5. ait, *ſi comam relaxauit ſine cauſa rationabili, peccauit mortaliter: quia meruit excommunicari*: idem Syluest. clericus 2.quæſt.in fine. Armi. verbo clericus num.11. in fine. Tabien. clericus 2. quæſt.7.num.9.Roſel.clericus 1.nu.1.

*Clerici vel religioſi qui interſunt agitationibus Taurorum nō ſunt excommunicati: & quantum peccant.*

In illa verò quæſtione de agitatione taurorum, quæ pluſquam tauri ipſi in Hiſpania agitata eſt, Medina,Bannes,& alij docti iuniores verbo tenus vel manuſcriptis docuerunt,clericos in ſacris, beneficiarios, & religioſos illis ſpectaculis aſſiſtentes non peccare mortaliter: vel quia excommunicatio ferenda non indicaret obligationem ſub mortali,vel quia illud mandatum eſſet abrogatum contraria conſuetudine: vel quia eius materia facta eſſet leuis, poſtquam enim tauri ex permiſſione Gregorij III. agitantur, paràm referre videA tur, prædictos agitationi intereſſe: ſcandalum autem ſi quod eſt,vitari poteſt occultè aſſiſtendo: cæterùm hæc ſententia, vt manifeſtè falſa reiecta eſt peculiari tractatu à Patre Caſtanenda noſtræ ſocietatis docto, & egregio concionatore, ab Alphonſo Velazquez Theologo doctiſſimo Archiepiſcopo poſteà Compoſtellano, à Nauarra & Ludouico Lopez ſuprà, & à Ioan.Gutier. illo c.7.qui num.53. refert ita definiiſſe omnes Theologos & Canoniſtas,capituli Ciuitatenſis. Maior etiā pars vniuerſitatis Salmantinæ idem decreuit:& Hieronymus Manrique Epiſcop. Salmantin.breui Apoſtolico impetrato, quod ad verbum refert Gutier. ſupra n.7. grauiter clericos hac in re delinquentes
B puniebat, & cæteri Epiſcopi. Maior etiam pars capituli Burgenſis, & Segobienſis hanc ſentētiam ſecuta eſt; pro qua probanda ad inſtantiam quorundam prælatorum, & capitulorum tractatum ego tunc feci: modò autem breuiter probo, quia licet ſententia illa non ſit lata (vt falsò dixere quidā relati à Nauarra ſupra) quos meritò impugnat Gutier. num. 17. tamen ſufficit eſſe ferendam, vt indicet obligationē ad mortale,ſaltem cum nulla alia exigitur monitio, vt hîc non exigitur. Nec materia poſt illam Gregorij conſtitutionem facta eſt leuis,clericis,beneficiariis & religioſis:quia ſic ſuſtuliſſet Gregorius excommunicationem impoſitam à Pio V. quam tamen reliquit, & confirma-
C uit.Deinde Sixtus in illo motu proprio impetrato à Salmanticenſi Epiſcopo ait nonnullos Salmanticenſes Theologos, & Iuriſperitos docuiſſe prædictos clericos aſſiſtentes agitationi taurorū nullum reatum committere: & dat Epiſcopo facultatem, vt ſub quibuſcumque cenſuris,& pœnis ſibi viſum fuerit, præcipiat doctoribus, & magiſtris, ne id dicant, aut doceant, & vt clericos, qui aſſiſtunt tali ludo contra motus proprios Pij & Gregorij puniat tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus: & ipſe Epiſcopus tanquam ordinarius & delegatus ſub excommunicatione maiori, & aliis condignis pœnis præcepit clericis,vt obſeruarēt dictos motus proprios, & ſimpliciter præcepit docto-
D ribus, & cathedraticis Salmantinis ſæcularibus, & regularibus, ne docerent,vel dicerent non peccare clericos his ludis vel ſpectaculis aſſiſtendo vllo modo,forma,aut cautela, ſed oppoſitum:vt penitus hæc perniciosa opinio eradicaretur.Vnde conſtat mandatum illud non eſſe abrogatum contraria conſuetudine, ſed in ſuo robore permanere: etiam nunc quoad religioſos conſtat etiam rem eſſe grauem,& ideò peccatum eſſe mortale:de veniali enim magiſtri, & doctores quorum opinio damnatur, numquam dubitarunt. Confirmatur; quia expedit maximè, ne ſacerdotes, & religioſi his ſpectaculis interſint, vbi tot peccata publica
E committantur,vbi ſanguis humanus à feris funditur:ergo eſt peccatum mortale poſt prohibitiones pōtificias intereſſe, ſicut exercere negotiationem, veſtibus certis indui, & alia facere clericis prohibita, vt ſummiſtæ docent verbo clericus: imò Chryſoſtomus, Cyprianus, Tertullianus: & alij patres grauiſſimè reprehendebant Chriſtianos, qui gladiatorū ſpectaculis intereſſent: vide plura alia apud Petrum, Nauarram, Gutierrez ſuprà, & Ludo. Lopez ſuprà: & 1.part. inſtructo.conſcien. cap.70. Palac. 3. diſt. 37. quæſt.7. & Suarez, ſuprà docet clericos olim aſſiſtendo agitationi taurorum peccaſſe mortaliter: quia ſub excommunicatione

Digitized by Google

tione ferenda illas fuerat interdictum.

Obijcies, quia in cap.2.de vita & honeſ. cleric. excommunicădi dicuntur clerici arma portantes, & cap. ſi quis ex clericis, eod.tit. & cap.ſi quis 23. diſt. clerici comam laxantes, & cap. ſacerdote de conſecr. diſt. 1. ait Conc. Carthaginenſe, *ſacerdote verbum in Eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicatur*: & in cap.quæcumque diſt. 30. anathema dicitur mulieri comam amputanti: tamen hæc omnia leuia ſunt: ergo pro peccato veniali imponi poteſt excommunicatio. Item ſecundùm illos, quos dicimus referri à Vazquez diſp.158.cap. 5. ij qui communicant cum excommunicatis ab aliis iudicibus quàm à Papa, excommunicatione participantium, non peccant mortaliter, quoúſque à iudice moniti nõ obediant; ergo excommunicatio ferenda, quæ non poteſt incurri niſi poſt monitionem; non indicat rem, quæ ſit ante monitionem, eſſe mortalem.

Ad cap.2. de vit. & hon. cler. Ioannes Andreas dicit clericum arma portantem non poſſe excommunicari, niſi priùs moneatur, & ſit cõtumax. Sed non placet, quia ſi ob violationem legis in ea materia non poteſt excommunicari: ergo nec ob violationem præcepti iudicis, ſecluſo contemptu: quia non maiorem vim habet notabiliter præceptum iudicis, vel etiam iudicis & legis, quàm legis ſolæ. Vnde falsò gloſ. cap. duo ſunt, verbo videbatur 96. diſt. ait, *quamlibet contumaciam in re etiam leui contingentem dignam eſſe excommunicatione.* Quam doctè impugnat Couarr.cap. alma part. 1.§. 9. nu. 3. *etiamſi contumacia ſit in non comparendo.* Placet ergo Panormitanus ad dictum cap. 2. num.2. aſſerens, clericos portantes arma offenſiua peccare mortaliter niſi ea portent, cùm ad propriam defenſionem neceſſaria ſunt. Hoc enim permiſſum illis eſt in cap. olim, de reſt. ſpoliat. & cap. dilecto de ſenten. excom. lib. 6. in quam ſententiam conſpirat, & communiter receptam teſtatur Nauar.cap.25.num.110.& Suarez, ſuprà num. 19. eam armorum delationem materiam grauem appellans: tum quia maximè decet clericum, & ad ipſius ſtatus decorem pertinet, ne arma militum more & laicorum deferat. Tum quia clericus arma ſine iuſta cauſa deferens, ſi tertiò admonitus non reſipiſcat, priuatur priuilegio canonis, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. vt liquet ex cap. in audientia, de ſenten. excom.

59 Ad cap. verò ſi quis reſpondet Turrecremata ad illum locum 23. diſt. *clericum comam relaxantem, non eſſe ipſo iure excommunicatum: ſed ſi admonitus ceſſare noluerit*, excommunicandum: quare ſentire videtur, ſolam comæ laxationem ſine cõtumacia, aut pertinacia non ſufficere ad excommunicationem; cuius ſententiam probare videtur Suarez ſuprà. Alij verò etiamſi ſentiant, non eſſe ipſo facto excommunicatum, vt docet quoque gloſſa verbo anathema, Innocentius & Panor. cap. ſi quis ex clericis, de vita & honeſt. cler. & liquet ex tota ferè 30. diſt. tamen dicunt ſolam comæ laxationem ſufficere poſſe ad excommunicationem: quia alioqui nec monitio ſufficere poſſet, cùm non addat deformitatem ſaltem notabiliter maiorem. Vnde putant, clericos ſacris initiatos, aut beneficiarios ſine iuſta cauſa relaxantes comam, mortaliter peccare, atque adeò ſine noua contumacia poſſe à iudice excõmunicari, vt docet Panor. dict. cap. ſi quis num. 1. Angel. clericus 4. num. 1. Nauar.

A ſup. qui ſententiam Panor. ad ſolos clericos beneficiarios, vel ſacris initiatos accommodant: & quamuis hæc ſententia dura videatur Syluestro ver.clericus 2.nu.1. mihi tamen vera videtur, tum ex cap. Ioannes de cleri. coniug. vbi Innocentius III. decernit, clericum coniugatum non eſſe obligandum, vt tonſuram deferat clericalem, modò nullum percipiat Eccleſiaſticum beneficium, cuius ratione teneatur, &c. tum etiam quia ea tempeſtate, in qua clericalis argumentum erat ſtatus, quem profitebatur, vt eruditè probat Baron. tom. 1. anno Chriſti 58. relaxatio comæ erat apoſtaſia quædam à clericatu, vt liquet ex cap. contingit 2. de ſen. excom. *cùm enim* (ait) *ſuper exceſſibus, quos* B *ſæculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahuntur circunciſij crinibus, vt poſſint circumuenire vindictam, ſi pro clericis repræſentantur clericalis fori priuilegium labiis allegantes, qui factis paulò ante negauerunt clericatum.* Quare ſi tertiò ab Epiſcopo moniti, ſe ipſos contempſerint emendare, immunitate priuat Innocentius, quæ pro clericorum tutela, & laicorum violentia coercenda inſtituta eſt ab Eccleſia. Accedit caput illud, ſi quis ex clericis à Concilio Carthaginenſi 4. cap.44. latum eſſe contra quoſdam è Monachis, quos crinitos appellat Auguſtinus 2. retra. cap. 21. & de opere Monach. cap. 31. quòd intonſi procederent, & muliebrem comam circunferentes vagari cõſueuerint, vt Epiphanius C eius eſt auctor hære.80. Hos autem geminam fuiſſe Eucaitarum & Meſſalianorum hæreticorum teſtatur Baron. tom. 5. anno Chriſti 398. quare mirum non eſt, ſi in eorum deteſtationem, & ob clericalis ſtatus decorem clericis ſub anathemate interdictum ſit, ne comam relaxent.

Ad cap. ſacerdote reſpondeo, tempore Concilij 4. Carthaginenſis interdum accidiſſe, quoſdam dicendi arte peritos, ad Eccleſiam, vt Chriſtiani fierent, accedentes, cum impolitè & inconcinnè ſacerdotem de rebus ſacris dicentẽ audirent, ipſum contemnerent, & ludibrio haberent, & ne eius concioni intereſſent extra Eccleſiam egrederentur, vt conſtat ex Auguſt. (qui ea ætate floruit, vt D conſtat ex Baro. ſuprà) lib. de catechiz. rud. cap. 9. & refertur cap. ſedulò 38. diſt. cum illis autem alij, qui Chriſtiani erant, egrediebantur: ideò ille canon factus eſt, vt in illo c. ſacerdote annotauit glo.

Ad cap. quæcumque reſpondeo, nullam diffi- 60
cultatem habere: tantùm enim dicitur anathema mulieri, quæ ſuperſtitionis, vel ſuperbiæ cauſa comam amputaret, quia nimirum religioni expedire iudicaret, & ius ſubiectionis ad virum ea ratione euertere putaret.

Ad vltimum, quod in obiectione adducitur, reſpondeo, vt iudex poſſit excommunicationem ferendam reipſa ferre, non opus eſſe, vt moneat reum, niſi id eadem lege, vel alia ſtatutum ſit; vt E notat Vazquez ſuprà num.44. Tollet. 1. ſum. cap. 9. Ioan. Andr. cap. 2. ne clerici vel Monachi, Palac. Rub. repet. cap. per veſtras §. 18. num. 19. de donat. inter vir. & vxo. Rota 19. in nouis de dolo & contum. Couar. cap. alma part. 1. §. 9. num. 5. ipſa enim lex monet: alioqui cum monitio requiratur ad excommunicationem, vt oſtendit Gutierres 2. Canon. quæſt. cap. 16. à num. 2. nulla excommunicatio poſſet iure ipſo infligi: quod eſt contra cap. reprehenſibilis, de appell. cap. à nobis 1. de ſenten. excom. cap. ſtatuimus, & cap. quia periculoſum eod. tit. lib. 6. cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. & Trid. ſeſ.

Digitized by Google

Trid. Seſ. 24. de reformat. cap. 9. & alia iura, ſed ex pietate aliquando Eccleſia vult præmitti monitionem iudicis, antequam excommunicationem ferat: illa verò ſententia à Vaz. relata abſolutè eſt falſa ſecundum aliquos recentiores hîc: liquet enim excom. c. nuper & c. ſi cócubinæ de ſen. exco. eos qui nominato excommunicato, ſcienter in crimine communicant, cuius cauſa lata excommunicatio eſt, excómunicatos etiam eſſe ipſo iure excommunicatione maiori, quamuis nulla noua monitio præmiſſa ſit, quę decreta ad eos etiam accommodáda putant, qui in crimine ſcienter communicant cum excommunicato ab aliis iudicibus quàm à Pont. vt putant Doctores cap. ſtatuimus, de ſen. exco. in 6. quare cum in dict. cap. ſtatuimus, ab Innocentio IV. definitur, vt nullus iudicú participantes cum excommunicatis ab eo, in locutione & aliis, quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem canonicam excommunicare maiori excommunicatione præſumat: reſpondent id ſtatui, quia ſecluſa contumacia illa, non datur contemptus Eccleſiaſticæ cenſuræ, nec ſcandalum, & materia eſt leuis, ideò non poteſt in eos excommunicatio ferri: ſed meliùs dicitur ex eod cap. ſtatuimus, rectè deduci ſententiam illam relatam à Vaz. voluit enim Pont. ex pietate ſaluis conſtitutionibus editis contra participantes in crimine damnato, communicantes excómunicatis à Iudicibus inferioribus non poſſe ſine monitione ab ipſis excommunicari.

*Excommunicatio minor propter veniale incurri poteſt.*

De excómunicatione autem minori, certum eſt vt ait Vazquez, non indicare obligationem ſub mortali, quia propter veniale poteſt incurri: rectè etiam Vazq. ait cú Caſtr. 1. de lege pœnali c. 5. doc. 3. quoties legiſlator abſque animo infligendi pœnam excom. præcipit ſub excommunicatione peccare mortaliter ſubditum, cui de tali animo nó conſtat, nó tamen incurrere cenſuram, etiã ſi verbis lata ſit. Addit bene Vazquez tunc iudicem iniuſtè inflicturum excommunicationem, ſi propoſito mutato vellet infligere pœnam, quam ad terrorem tantùm adhibuerat: imò, niſi tunc aliunde grauis appareret materia, ſi talem pœnam infligeret, nulla eſſet.

62 De pœnis autem irregularitatis, & ſuſpenſionis, valdè dubitat Caſtro 1. de lege cap. 5. docum. 4. in fine, an ſint ſufficiens iudicium obligationis ad mortale, eò quòd hæ duę pœnæ propter veniale peccatú: imò aliquãdo irregularitas ſine vlla culpa incurritur, vt patet in bigamis toto tit. de bigamis: & in iudicibus, & aliis miniſtris iuſtitiæ cap. petitio de homic. cap. ſintne clerici, & cap. ſæpe Principes 23. quæſt. vlt. cuius ſententiam quantùm attinet ad irregularitatem tenent etiam Caiet. 2. 2. quæſt. 64. art. 85. paulò antè confirmatur, & in ſum. ver. irregularitas §. Scito tamen, vbi Arm. num. 4. Cord. lib. 2. quęſt. 26. non longè à fine: idem quoad irregularitatem & ſuſpenſionem docet Couarru. Clem. ſi furioſus part. 2. §. 4. num. 9. Nauar. cap. 23. num. 53. idem aſſerens de interdicto. Et de ſuſpenſione ſuadetur, quia non videtur maior pœna, quàm excommunicatio minor priùs receptione ſacramentorum: quæ tamen excommunicatio ob veniale incurri poteſt. De irregularitate, quia miniſtri iuſtitiæ illam incurrunt, ſine culpa. De interdicto, quia ob delictum domini illud patiuntur oppidani. Ad hæc confirmanda adducit Nauar. cap. ſi ciuitas cap. ſi ſententia de ſent. excom.

A in 6. & cap. ſi quis viduam, cum gloſ. diſt. 55. pro eadem opinione citatur cardi. Clem. fin. part. 2. §. 4. nu. 9. Vazquez autem diſp. 158. cap. 5. nu. 47. & ſequentibus communem ſententiam approbat, quæ has tres pœnas ait, eſſe euidens iudiciú obligationis ſub mortali. Sylueſt. verbo præceptum num. 6. Ioannes Medina quæſt. 7. de ieiunio §. ſi autem legiſlatoris, idem tenent Leſ. Anto. Armil. & Veracruz adducens multos canoniſtas. Probatur de irregularitate, quia etiam ſi aliquando incurratur ſine peccato, quãdo tamen incurritur ob peccatum, & eſt verè pœna, numquam incurritur ſine graui culpa, vt patet in homicidio facto à priuata perſona, & in aliis. Item etiam quando ſine culpa incurritur, B non ſine graui cauſa imponitur: quia nimis indecorum videbatur, iudices, qui cauſas ſanguinis publicè executi ſunt, ad miniſterium altaris admitti: ergo quando ob culpam ſimilis pœna infligitur, etiam ob grauem cauſam infligi debet, grauis autem cauſa non erit, ſi culpa ſolum ſit venialis: ergo debet eſſe mortale, vt tenent Vazq. Ioan. Med. & alij citati, Sotus 5. iuſt. quæſt. 2. art. 9. §. ſecundus modus, & 4. diſt. 22. qu. 3. art. 1. §. hinc ſubſequitur, Suarez 3. part. tom. 5. diſp. 40. ſect. 3. n. 17. Azor tom. 1. lib. 5. ca. 6. qu. 5. Nauar. cap. 27. nu. 252. & 253. & cap. fin. num. 22. 14. quæſt. 6. Confirmatur, quia lex debet eſſe proportionata culpæ l. reſpiciendum, aliàs perſpiciendum ff. de pœnis: ſed C irregularitas eſt grauiſſima pœna: ergo non incurritur pro culpa leui, ſecus excómunicatio minor, quæ longè minor pœna eſt, vt rectè oſtendit Nauar. ſup. vnde argumentum quo vtitur Caiet. in ſumma ſuprà, ab excommunicatione minori ad irregularitatem, nullum eſt. Decreta verò quæ abſque culpa mortali irregularitatem inducunt, loquuntur de irregularitate ex defectu leuitatis ca. autem cótinebatur, de homicidio irregularitatem inducit propter culpã mortalem homicidij caſualis. De ſuſpenſione etiam probatur Vazquez contra Caſtrum & Azor ſuprà, & Nauarrum cap. 15. num. 53. & cap. 27. num 151. 159. & 165. Caiet. & Armil. ver. ſuſpenſio: quia etiam eſt grauis pœna D maior, quàm excommunicatio minor. Nam excommunicatio minor ſolùm priuat receptione ſacramentorú, irritam faciens receptionem eorum, quæ irritari poſſunt; non verò collationem ipſorum: at ſuſpenſio priuat receptione & collatione ſacramentorum, & vtramque irritat, quantùm irritari poteſt: priuat etiam aliis diuinis officiis, quibus non priuat excommunicatio minor.

Hæc tolli poteſt ab omni ſacerdote, potente 63
abſoluere à mortalibus in foro pœnitentiæ cap. modum de ſentent. excommunic. ſuſpenſio autem non item: quis ergo dicat tam grauem pœnam imponi poſſe ob leuem culpam? Et ita non ſine mortali affirmat Sotus in 4. ſup. Sylueſt. cum Archid. E præceptum num. 3. Ioan. Med. ſuprà: de interdicto probatur, quia priuat diuinis ſicut ſuſpenſio, & ſacramentorum receptione, & in ſacerdote, etiam adminiſtratione, & non minùs difficile habet remedium quàm ſuſpenſio: ergo eſt grauior pœna, quàm quæ pro veniali poſſit infligi, loquendo de interdicto perſonali: nam locale imponi ſolet ſine delicto ſubditorum, ob ſolam culpam capitis & ſuperioris. Azor autem tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 5. ait ſuſpenſionem interdum ob venialem culpam imponi teſte Caiet. verbo ſuſpenſio: interdictum autem in vniuerſitatem, communitatem, ſiue

Digitized by Google

ſiue collegium, poſitum, afficere etiam inſontes ſiue præſentes ſiue abſentes, vt cum Ioan. Andr. & Calde. docet Syluest. interdictum 2. nu. 13. Roſell. interdictum 1. num. 6. ad finem ex. cap. ſi ſent. de de ſent. excom. in 6. verſ. cum vero. Irregularitatem autem ait Azor, cum ob peccatum conſtituitur, non niſi ob lethale contrahi, niſi ex homicidio fiat quis irregularis, eò quòd det operam rei illicitæ: nam tunc quamuis homicidium caſu ſequatur ob culpam leuem, vel leuiſſimam, multi cenſent contrahi irregularitatem, Syluest. homicidium 2. num. 2. & quæſt. 23. Angel. irregularitas 1. num. 3. & 20. Tabie. num. 5. Panor. cap. quæſitum, de pœnit. & remiſſio, Caiet. 2. 2. quæſt. 64. art. 8. & hoc fortè eſt in hac irregularitate homicidij, vt videtur colligi ex cap. ſuſcipimus, & cap. de cætero, & cap. tua nos, de homic. quia contrahitur ob defectum leuitatis. Hæc Azor.

64 Alij dicunt aliquam eſſe ſuſpenſionem grauem, quæ iuſtè non imponeretur ſine culpa graui: aliam leuem, quæ ob veniale imponi poteſt, imò interdum ob factum alterius, quamquam tunc magis ſit quidam modus irregularitatis, & inhabilitatis ſeu incapacitatis quàm ſuſpenſionis: interdictum verò ſi ſit abſolutum ſeu ſimpliciter tale, & directè feratur in aliquam perſonam, indicare obligationem ſub mortali, quia eſt grauiſſima pœna: ſi tamen ſit ad breue tempus, indicare obligationem venialem: quando verò non fertur directè in perſonam, ſed in communitatem vel locum, non requirere culpam in ſingulis membris communitatis: ſemper autem indicare mortale in eo, cuius cauſa ponitur: de irregularitate dicunt ſicut Vazq. & hæc ſententia ſumitur ex Toleto 1. ſum. cap. 44. Suarez 3 part. tom. 5. diſp. 25. ſect. 2. à nu. 13. diſtinguente ſuſpenſionem grauem ſeu maiorem, & leuem, ſeu minorem: maiorem appellat Suarez, quæ ob ſolum mortale incurri poteſt: leuem, quæ ob veniale: alij addunt, grauem eſſe, quæ graui officio vel graui eius functione priuat, aut beneficio, vel ipſius fructibus magnis: leuem verò, quæ leui re priuat, vt vna eligendi actione, aut vnius horæ, vel diei diſtributione: ſed ſuſpenſio ſimpliciter prolata, intelligitur ab officio, & beneficio: vt ex extrauag. diuina, de priuileg. inter communes, docet Suarez ſupra diſp. 25. ſect. 2. nu. 9. & licet nulla priuet receptione ſacramentorum, vt docet Suar. ſect. 1. nu. 2. & 4. tamen ſuſpenſio maior, eſt grauior & acerbior pœna, quàm excommunicatio minor, quia priuat bonis temporalibus non facilè reparabilibus, & ipſa non facilè remedium habet, & ſi homo in ea celebret, fit irregularis, Couarr. cap. alma. part. 2. §. 2. num. 5. & omnes vt ait Tolet. lib. 1. cap. 45. ex cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. & cap. 1. de ſent. excom. in 6. at celebrans in excom. minori non fit irregularis cap. ſi celebrat de cleric. excom. item excom. minor poteſt tolli à quocumque potente abſoluere à veniali: imò & à clerico habẽte forenſem iuriſdictionẽ, licet ſacerdos non ſit: ſuſpenſio verò ſæpe eſt reſeruata Papæ. Hæc igitur ſententia mihi placet: quam tenent communiter recentiores, fauet Villadiego tract. de irregularitate cap. 6. num. 42. docens, cum Angel. verbo irregularitas verſi. Sed quid ſi fuit leuiſſima, & Syluest. homicidium 2. in princ. regula 4. & quæſt. 23. eum qui dabat operam rei licitæ, ſi ex negligentia leuiſſima aliquem occidit, non fieri irregularem: contra gloſ. cap. ſignificaſti de homic.

A Caiet. in ſum. verb. homicid. & verbo irregularitas & 2. 2. qu. 64. art. 7. fauet etiam Sotus 5. iuſt. quæſt. 1. artic. 9. in fine corporis, quem citat & ſequitur Nauarr. cap. 27. num. 249. diſt. 7. latè impugnans Caietanum: imò ipſe Caſtro 2. de lege pœnali cap. 14. con. 2. & deinceps ſæpe docet, irregularitatem, quæ eſt pœna, numquam incurri ſine culpa: & citat Palud. 4. diſt. 35. quæſt. 1. art. 4. eodem modo loquitur Med. quæſt. 96. art. 4. & videntur intelligere de culpa mortali, & tribuitur Panor. & de irregul. & ſuſpenſione apertè docet Armi. verbo interdictum in fine, de quo idem ait: & à fortiori idem eſt de ceſſatione à diuinis; & quidem de interdicto perſonali planè docent Vazquez ſupra nu. 50. & B Azor, & patet quia eſt grauis cùm priuet diuinis, & ſacrorum receptione, & adminiſtratione, & difficile remedium habeat, & in eo celebrantem efficiat irregularem, vt cum communi docet Couar. ſuprà, & patet ex cap. is cui §. is verò, & cap. is qui de ſen. excom. in 6. ergo non poteſt ferri ob culpam venialem, vt etiam tenet Suarez ſuprà, diſt. 36. ſect. 3. num. 2. ſi tamen ſit interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, aut partici patione ſacramentorum, ſaltem ad breue tempus incurri poſſet pro veniali, iuxta Suarez ibidem num. 3.

De pœna carentiæ Eccleſiaſticæ ſepulturæ aliqui dicunt, non indicare obl gationem ſub mortali: ſed credo, eſſe grauem pœnam & ſine mortali 65
C incurri non poſſe: ita Ioan. Med. ſuprà, quem citat & videtur ſequi Vazquez illo cap. 5. num. 47. idem tenent ferè omnes citandi pro ſequenti regula; & probatur, quia canones numquam hanc pœnam niſi pro culpa lethali imponunt, vt conſtat ex cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. cap. ſuper quoddam de ſtatu monach. cap. 1. de terneamentis cap. quia de vſuris cap. quamquam eod. tit. lib. 6. ca. fin. de maledicis, cum aliis apud Syluest. & alios ſummiſtas ver. ſepultura.

De depoſitione rectè docet Azor tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 5. ſufficienter indicare obligationem ſub mortali, quia ſupra ſuſpenſionem addit priuationem officij perpetuã, niſi Pontifex ex ſuprema D poteſtate illud ei reſtituat, & depoſitus ab officio & beneficio inhabilis eſt ad beneficium obtinendum, vt docet Suarez 3. part. tom. 5. diſp. 30. vnde hanc pœnam ob grauia crimina inflictam videmus cap. at ſi clerici cap. cum non ab homine de iudic. cap. veritatis, de dolo & contumacia, cap. tuę de pœnis. 66

*Depoſitio grauiſſima pœna & ob mortale ſolùm infligitur.*

Degradatio verò realis & ſolemnis, pœna eſt earum, quas Eccleſia infligit grauiſſimas, vtpote quòd prætereà quibus priuat depoſitio verbalis, vt appellant, priuat etiam habitu & priuilegio clericali, vt patet cap. 2. de pœnis in 6. & reddit hominem infamem, cap. omnes verò 6. quæſt. 1. atque adeò indignum omni ordine. Accedit, degradatum ferè ſemper curię ſęculari tradendum, cap. no-E uimus de verb. ſign. qua traditione facta degradatus morti addicitur à Iudice ſæculari, vt colligitur ex dict. cap. nouimus in princ. quamuis aliquando degradatus non tradatur Iudici ſæculari, ſed perpetuò carceri mancipetur: vt conſtat ex eodem ca. nouimus.

*Degradatio qualis pœna ſit.*

De pœna præſtiti Iuramenti ſub qua vniuerſitatum rectores ſolent imperare, Azor ſuprà arbitratur firmum eſſe argumentum obligationis ſub culpa lethali: quia verba illa ſignificant, ſub pœna, quæ debetur violanti ſuum iuramentum, vt explanat

Digitized by Google

explanat Driedo 2. de liber. Chriſ. cap. 1. poſt 2. prop. qui tamen exiſtimat ex hac pœna non colligi obligationem ſub mortali, niſi res iuſſa magni ſit mométi, quia rector ſolùm intendit ſcholaſticis reuocare in memoriam præſtitum iuramentum, ne imperium contemnant ipſius, & pœnas temporarias præſcribere tranſgreſſoribus: quam ſententiam probat Vazquez diſp. 158. cap. 5. num. 41. & receptam praxi teſtatur. Quæ, perſpicuè eſt quando res eſt parui momenti, vt eſſe ſolent, quæ ſcholaſticis generaliter præcipiuntur: cæterùm cum res eſt grauis, vera eſt ſententia: in dubio an ſit grauis vel leuis, ſeruandæ ſunt regulæ ſæpe traditæ in hac diſp. ſect. 2. & in tract. de conſcien.

67 8. regul. Octaua regula pœna capitis ſeu mortis, mutilationes ſeruitutis, longiſſimi carceris vel exilij, degradationis indicat obligationem ſub mortali, Caſtro, Antonius Ledeſ. vterq. Medina, Syluester, Armil. Azor, Aragon, Driedo locis cit. in præcedentibus regulis, Angel. ſuprà, & verbo inobedientia in fine, Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. & 5. Palac. 3. diſt. 37. quæſt. 7. Couarr. Reg. peccatum part. 2. §. 5. num. 5. Vazquez diſp. 159. cap. 3. num. 22. & communiter recentiores, quia iſtæ pœnæ graues ſunt, & pro ſolo mortali incurri poſſunt: & de pœna mortis in veteri lege numquam impoſitam niſi pro peccato mortali, ait Scot. 4. diſt. 1. quæſt. 6. §. de potētia, eſt mors primogenita peccati: ob primum enim hominis peccatum decreta, Geneſ. 2. & inflicta Geneſ. 5. vnde Rom. 5. *per peccatum mors: omnium terribilium terribiliſſima eſt mors*, Ariſt. 3. etic. cap. 6. ergo non poteſt iuſtè imponi niſi pro mortali, & grauiſſimo peccato, vt cernimus in iure communi & noſtri regni: idem eſt de mutilatione, quæ priuat decore & vſu corporis, & facit irregularem, &c. cap. hinc etenim. 49. diſt. cap. expoſuiſti de corpore vitiatis; de pœna ſeruitutis etiam patet; quia libertas res inæſtimabilis eſt, l. libertas ff. de Reg. iur. & ſeruus efficitur irregularis tit. de ſeruis non ordi. & ex ſeruitute infamia oritur, vt videmus in his, qui ad metalla eruenda vel ad triremes damnātur, qui ſerui pœnę eſſe ſolēt: idem conſtat de carcere perpetuo & aliis pœnis indicatis: & intelligunt Syluester, Anto. Armi. & alij nomine carceris perpetui etiam illum, ad quem religioſi interdum damnantur: idem de damnatione ad triremes, vel verbera publica, vel publicationem, ſeu confiſcationem omnium, vel multorum bonorum, amiſſionem publici officij, vel grauem infamiam. Vnde male Nauarr. cap. 23. num. 57. & 58. ait eum, qui facit id quod eſt prohibitum ſub pœna amiſſionis magnorum bonorum etiam famæ & alicuius membri, & vitæ, non peccare mortaliter contra legem poſitiuam, licet peccet contra naturalem, quia ſe exponit periculo probabili ſuſtinendi pœnam mortis vel mutilationis. Fundamentum Nauarri eſt, quia legiſlator cogens ad tam grauem pœnam, indicat ſe nolle obligationem in conſcientia imponere. Alij meliùs dicunt, obligationem pœnæ temporalis nullum omninò ſignum eſſe excludendi obligationem in cōſcientia: quia nec ex ratione pœnæ humanæ id colligi poteſt, vt patet ex regula præcedenti, nec ex dictis ſpeciebus, ſeu generibus humanę pœnę: quia ſæpe quis iuſtè punitur ab hominibus morte, vel alia ſimili pœna ob culpā mortalem, quæ apud Deum aliam pœnam meretur, imò omnis pœna propriè dicta ſupponit culpam, & mors, ac mutilatio non

A poteſt inferri ſine culpa propriè dicta ſupponente veram culpam apud Deum, licet in aliis nonnullis rebus habeat locum pœna latè dicta, ex pacto & cōuentione aliqua procedens, vel ad bonam Reip. gubernationem introducta propter aliquos defectus, qui coram Deo nō ſint culpabiles, inter quos tamen & pœnam latè dictam debet ſeruari quædam proportio: quare ſi ſint leuiſſimi, vel nulla ſit grauis cauſa inferendi grauia damna niſi ob veram culpam, illa debet eſſe grauis. Sed de legibus pœnalibus in propria diſp. dicam. Nunc ſolùm aduerte, aliquando pœnam capitis, verbi gratia, imponi pro re leui, & ad terrorē tātùm: vt pro venatione ceruorū in locis vetitis, talia mandata nō

B obligant ſub mortali ſimiliter: quando pœnæ ſunt leues, niſi aliud interueniat, non indicatur grauis obligatio, vt ſi ſit pœna vnius ſcuti, vel amiſſionis armorum, vel veſtium, Driedo, & Caiet. ſuprà, & recentiores; inter quos quidam dixit pœnam pluſquàm quinquaginta ſcutorum non indicare obligationem ſub mortali: ſed hoc falſum puto, ſi eſt pœna propriè dicta, nec alio titulo quàm veræ culpæ exigi poteſt: vnde in his multa ſunt ponderanda. Secundò aduerte Medinam, quæſt. 96. art. 4. aſſeruiſſe, eum qui commiſit crimen, cui pœna capitis impoſita eſt, ſolùm peccare contra virtutem, ad cuius materiam præceptum pertinet: quod verum eſt quando ita cautè committitur delictum,

C vt moraliter pœna timeri non poſſit: ſi enim probabiliter timeri poſſet, peccaret etiam contra charitatem propriam, ſeu cōtra præceptum, Non occides, vt ait Nauarr. ſupra licet maledicat. Non peccare contra legem humanam, ac proinde nec contra virtutem, in cuius materia præceptum eſt: verbi gratia, contra fortitudinem ſi ſub pœna capitis præciperetur ei, vt pugnaret aduerſus hoſtes.

Nona regula eſt, quando vna lex declarat aliam obligare ſub mortali, ita ſentiendum eſt: quia ad legiſlatorem pertinet ſuam legem authenticè declarare, vel ſui anteceſſoris, vt patet l. fin. C. de legibus, & cap. inter alia de ſent. excomm. & in multis capitibus eiuſdem tit. ſunt varia exempla optimum eſt cap. 1. de Iuramen. calumniæ. Quia verò 68 9. regula.

D hæc interpretatio habet vim legis, neceſſe eſt, vt ſit promulgata, vt in motu Sixti V. quo priorē de illegitimis declarauit, ita Suarez hic in ſcriptis: quod nota pro iis, quę diximus diſp. 2. ſect. 9. diſputantes an interpretationes Cardinalium vim legis habeant. Ex illo autē & ſimilibus intelligitur, hanc declarationē authenticā & legalem, non eſſe ſemper ſufficientem ad intelligendam legis obligationem: quia ſæpe ex lege declarante oriuntur plura dubia, quàm ex declarata anteà oriebantur. Propter hoc ergo neceſſaria eſt ſecunda declaratio, quam doctrinalem quidam appellant, quia ſolùm

E eſt ex doctrina expoſitorum, facitque moralem certitudinem, ſi omnes doctores in ea cōueniant, quia attingunt veram rationem, & ſenſum legis: & interdum indicant conſuetudinem & traditionem: vbi autem eſt diſſenſio iuxta probabilitatem rationum, & grauitatem doctorum iudicandum: & in materia conſcientiæ Theologi præferendi, quia ad eos per ſe, & ex proprio obiecto ſpectat hæc conſideratio, & quia maximè pendet hæc obligatio ex principiis reuelatis, & morali Philoſophia, de qua magis differunt Theologi. Vide Canum 7. de locis cap. 4. & ſequentibus, Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 29. nu. 4.

Ad hanc

Digitized by Google

Ad hanc etiam declarationem ſæpe pertinet, interpretari legem, non obligare in aliquo caſu, propter æquitatem ſeu epiikiam, de qua diximus in principio operis.

*Conſuetudo quam vim habeat ad declarandam legis obligationem.*

Tertia declaratio eſt, quæ ex conſuetudine ſumitur, quam quidam appellant vſualem, ſeu practicam, eam omnes adeò ſufficientem exiſtimant, vt licet verba legis per ſe non ſufficiant ad indicandam obligationem ſub mortali, & licet materia ſit dubia: nihilominus, ſi communi vſu & ſenſu ita recepta eſt lex, id ſufficiat, vt obliget ſub mortali, vt dicit Caietanus ſpecialiter tractans de lege ieiunij 2. 2. quæſt. 147. art. 2. dub. 2. & quæſt. 186. art. 9. circa ad 2. Syluester verbo præceptum quæſt. 2. Nauarr. cap. 21. num. 11. & alij quos citaui Reg. 4. vbi textus adduximus: hic addimus rationem. Quia ſi conſuetudo ſpectetur in ratione ſigni, indicat à principio fuiſſe illam mentem legiſlatoris: nam homines potiùs ſolent minuere obligationem legis quàm augere: ſi verò in ratione cauſæ habet conſuetudo vim introducendi obligationem: ergo multò magis habebit vim interpretandi modum, & quantitatem obligationis: ſed de conſuetudine ſpecialem inſtituemus diſputationem.

69 Regulæ poſitæ ad cognoſcendum an obligatio legis ſit ſub mortali aut ſub veniali, applicari poſſunt ad cognoſcendum, an obligent. Generaliter tamen obſeruandum eſt, quoties lex, vel conſtitutio verè habens formam præcepti, non explicat ſe, non obligare in conſcientia, nec id alia lege, vel conſuetudine explicatum eſt obligare in cōſcientia, ſiue ſit pœnalis ſiue non, Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. & 5. Andreas ab Exea. cap. 1. de cōnſt. num. 305. in fine, Henric. quodlib. 3. quæſt. 22. & communiter recentiores, contra aliquos aſſerentes, leges pœnales non obligare in conſcientia, etiamſi abſolutè aliquid præcipiant. De quo agemus diſp. de lege pœnali. Breuiter probatur aſſertum: quia vbi lex, vel conſuetudo non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, aut legem ad forum externum coarctare. Vnde vt intelligatur, conſtitutiones aliquarum religionum ad culpam non obligare, ipſæ id explicant. Quod ſi ad obligandum in conſcientia oporteret leges id explicare, ferè nullæ ſic obligarent; quod eſt contra ſcripturam & ſanctos, imò & Philoſophos, qui arbitrantur violatores legum peccare coram Deo, & diuino ſupplicio dignos eſſe.

*Quando lex ſe non explicat non obligat in conſcientia.*

## SECTIO X.

*Quando cenſeatur quis violare legem in re graui, & an materia in ſe leuis, repetitione fiat grauis.*

70 CAietanus verbo præceptum ait, ex ſola materia diſcernere pręcepta, ſcilicet ſub mortali obligantia, impoſſibile videtur, cùm inueniantur minima, quæ ſub mortali præcepta, vt ne concidantur cadauera ad transferendum ea in alia loca, quod de ſe nullum eſt peccatum: ſed certè res non eſt adeò difficilis, vt videbimus. Hoc præmiſſo, prima opinio eſt ipſiuſmet Caiet. tom. 1. op. 25. quæſt. 1. ea ſolùm præcepta obligare ad mortale, quorum tranſgreſſio opponitur charitati Dei aut proximi. Non dicit, quorum tranſgreſſio tollit gratiam, & charitatem ab anima: hoc enim ma-

*1. opin. Quæ præcepta obligent ſub pœna peccati mortalis.*

A nifeſtum erat, nihil tamen omninò conducens ad cognoſcendam in ſpeciali materiam grauem, aut leuem, vt patet. Sed dicit, quorum tranſgreſſio eſt contra charitatem Deo aut proximo debitam, id eſt, quæ obligant nos ad faciendum aliquid boni, quod ad Deum, vel proximum pertineat, vt præcepta fidei, ſpei, dilectionis & religionis, quæ ſunt primæ tabulæ, vel iuſtitiæ, miſericordiæ & ſimilia, quæ ſunt ſecundæ tabulæ. Præcepta verò, quæ non opponuntur charitati Dei, aut proximi, non obligant ſub mortali, vt præcepta abſtinentiæ, vrbanitatis, affabilitatis, & ſimilia: quia ſola culpa, quæ opponitur charitati, priuat charitate: ergo ſola eſt mortalis. Eandem regulam indicaſſe videtur Antoninus 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3. Syluest. verbo præceptum quæſt. 3. Hanc regulam meritò reijcit Vazquez diſt. 158. cap. 6. Primò, quia iuxta illam pręceptum ieiunij non obligaret ſub mortali, cùm eius tranſgreſſio non opponatur directè charitati Dei, aut proximi, ſed abſtinentiæ: conſequens eſt abſurdum, licet concedatur à Caietano in ſumma verbo ieiunium: ergo. Secundò, quia ſic præceptum prohibens pollutionem non obligaret ſub mortali. Tertiò, quia veritas ordinat nos ad proximum: tamen ſolùm obligat ſub veniali: & multa alia ſunt venialia erga Deum, & proximum: ergo hæc regula eſt falſa.

B

Secunda opinio eſt, tranſgredi præceptum humanum, ſemel aut iterum, non eſſe graue, & mortale, ſecus ſi pluries. Huius opinionis meminit Syluester verbo inobedientia: eam in præcepto Miſſæ docuit Richardus quodlib. 1. quæſt. 19. ſed ad alia præcepta humana extendit Angelus verbo inobedientia: ratio eius eſt, quia licet conſuetudo non ſit verè & propriè contemptus, vt etiam docuit verbo contemptus; tamen eſt quidam contemptus virtualis, implicitus ſeu interpretatiuus. Hanc opinionem reijcit Vazquez cum Syluestro ſuprà: quia ſic qui ſcienter ſemel contraheret in gradu prohibito, nō peccaret mortaliter, & ſunt multa alia exempla, in quibus abſurdè id diceretur. 71

C

*2. opin. Tranſgredi præceptū humanum ſemel vel iterū non eſſe mortale qui ſentiant, ſed ſæpius.*

Tertia opinio, quamuis ſine contemptu & conſuetudine poſſit eſſe mortale in legis humanæ tranſgreſſione, nihilominùs aliquando poſſe contingere mortale ex conſuetudine, quod in vna aut alia tranſgreſſione non eſſet; & ideò conſuetudinem aliquando conferre ad materiæ grauitatem: ita Vazquez ſuprà: pro cuius explicatione notat, grauitatem materiæ legis humanæ arbitrio prudentis viri dignoſcendam eſſe: ſicut in iure diuino poſitiuo, & naturali: ibi enim furtum paruum à magno non certa aliqua regula (quæ vix aſſignari poteſt) ſed arbitrio prudentis diſcerni debet: & eodem modo in verbis cōtumeliæ, & in omnibus aliis, in quibus maior & minor materia reperitur. Verùm quia contingere poteſt, vt aliquid præcipiatur iure humano, quod ſi eſſet contra votum, vel ius diuinum, eſſet grauioris momenti, vt quotidie audire Miſſam, & alia huiuſmodi, quæ aliquando non cenſentur magni momenti, ſi ſemel, aut iterum omittantur: hæc regula præ oculis habenda eſt: videlicet ne materia præcepti inſpiciatur ſecundùm ſe, ſed cū ordine ad finē, ad quem à legiſlatore præcipitur: nec enim omnes legiſlatores eundem finem intendunt: illa verò tranſgreſſio, quæ fini legiſlatorum multùm, & grauiter nocet, erit mortalis, quia materia erit grauis: verbi gratia, præcipit Eccleſia ob ſpiritualem cuiuſque 72

D

E

*3. opin. Aliquando ex legis humanæ tranſgreſſione peccatur mortaliter.*



Digitized by Google

profectum, vt ſingulis feſtis ſinguli Miſſam audiant, mortale erit vel ſemel eam non audire: quia in ordine ad talem finem materia eſt magni momenti: & idem eſſet, ſi in religione præceptum eſſet, vt ſingulis diebus etiam non feſtiuis ſinguli Miſſam audirent: cæterùm ſi in ſæculari aliqua Rep. & vniuerſitate litteraria præcipiatur ſingulis collegialibus ſingulis diebus Miſſam audire, non videtur materia grauis, & notabilis, vt qui eam ſemel, aut iterum omitteret, mortaliter peccaret: quia comparata cum fine legiſlatoris, qui non tam eſt profectus ſpiritualis ſingulorum quàm bona gubernatio, & pax collegij, vel vniuerſitatis litterariæ, non videtur notabilis materia: verùm frequenter omittere notabilis, & mortalis culpa iudicaretur.

*Hac opinio partim probatur.*

Hæc opinio quantùm ad hoc mihi placet, quòd grauitas, vel leuitas materiæ ſumenda eſt ex fine quem legiſlator intendit, aut reſpicit, modò ſit accommodatus modo & generi communitatis, quàm gubernat; & intendat ponere in ea materia obligationem proportionatam; iam enim docuimus in materia graui poſſe imponere leuem obligationem, licet in leui non poſſit ponere grauem: ſic ex ordine ad finem ſumit grauitatem materiæ Adrianus quodlib. 6. art. 2. circa finem. Couar. Reg. peccatum parte 2. §. 5. nu. 2.

73 *Audire Miſſam quotidie in cõmunitatibus quibus hoc eſt præceptum, non eſt mortale.*

Placet etiam dicta ſentẽtia, quoad hoc, quòd in cõmunitatibus ſæcularibus non ſit mortale omittere Miſſam vno die, eſtò non eſſet præceptũ ſub culpa audiẽdi quotidie Miſsã, cùm intẽtione obligandi quantùm legiſlator poſſet: quia in tali communitate vltra præcepta aliis Chriſtianis communia ſolùm poſſunt ſub graui culpa præcipi, quæ ad rem litterariam, pacem, & decorem collegij grauiter pertinent: non autem grauiter & notabiliter eſt contra hos fines non audire quotidie Miſſam, ſed numquam vel rariſſimè eam audire. Vnde ſi quis proponeret numquam, vel rariſſimè eam audire, peccaret mortaliter: & ſimiliter eſt valdè probabile, hominem peccare mortaliter in vltima omiſsione, quæ cum præcedentibus grauem materiam conſtitueret, niſi priores omiſsiones eſſent iam retractatæ, & reuocatæ, quia ſi non ſunt reuocatæ, cenſentur moraliter manere, & licet ſecundùm ſe fuerint veniales, poſſunt componere culpam mortalem: exemplum eſt in furtis paruis, quæ fierent ſine actu interno coniungente illos: quãuis probabile ſit in his, & ſimilibus caſibus non fieri peccatum mortale, niſi quis vno actu interno coniungat omnia iſta, volẽs furari paulatim magnam quantitatem, aut illam retinere, de quo latiùs dixi tract. de peccatis: ſed omiſsis his, quæ ad minutula furta vel ſimilia damna multiplicata pertinent, Dico materiam alicuius peccati tunc grauem cenſendam eſſe, quando per ſe ſit magni momenti, vel ad rem magni momenti pertineat, ſaltem attentis circunſtantiis temporis pro quo à legiſlatore præſcribitur: ſumitur ex Adria quodlib. 6. ad finem corporis, Valen. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6. §. tertio colligitur, Vazquez diſp. 158. cap. 4. num. 33. & cap. 6. num. 59. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 5. & ex aliis relatis ſect. præced. in 3. regula: & in illo exemplo Caiet. de conciſione cadaueris, materia ſanè eſt grauis, quia maximè pertinet ad defunctorum honorem, vt tam leui de cauſa nõ concidantur; & ne homines ſic ad crudelitatem cum viuentibus vel defunctis procliuiores fiant, ſic certè graue olim fuit carnem cum ſanguine comedere, quod ſub mortali fuit prohibitum Geneſ. 9. & Actor. 15. ver. 29. ſic graue fuit Aaroni & ſub mortali prohibitum ingredi in Sanctuarium intra velum Leuit. 16. ver. 2.

Quæſtio autem de nomine eſt, an quando materia eſt grauis, dicendum ſit præceptum, vel non, 74
in qua Antoninus 2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3. ait, dicendum eſſe mandatum, & non præceptum, licet iſtæ voces ſæpe confundantur, & pro eadem vſurpari ſoleant. Sed Vazquez ſuprà ait, quoties eſt mandatum verè obligans in conſcientia eſſe præceptum, & ſi materia ſit grauis, mandatum & præceptum obligare ſub mortali: iam verò nos diximus etiam in materia graui poſſe poni ſolam obligationem leuem.

Verum item eſt, quod ait Caietanus verbo præcepti tranſgreſſio, dupliciter poſſe peccari mortaliter contra legem humanam, primò per contemptum: Secundò ponendo impedimentum charitati, quæ eſt finis præcepti 1. Tim. 1. Sed oportuiſſet explicare, quando ſecluſo contemptu per legis tranſgreſſionem ponatur impedimentum charitati: quod ex dictis in hac ſect. & præcedenti colligendum eſt.

*Tranſgreſſores legis humanæ excuſantur à mortali, quando aliqua leui de cauſſa id faciunt.*

Approbat autem Vazquez quod ibidem ait Caietanus, Nempe facilè excuſari à mortali tranſgreſſores legis humanæ, quando abſque contemptu, ex ignorantia pura, id eſt, non craſſa, ſupina aut graui, ſeu ex apparente aliqua ratione, & excuſatione legem non obſeruant, qui alias parati erãt ex animo illam obſeruare, ſi ſcirent eam tunc obligare: nam vt docet Driedo 2. de lib. Chriſtia. cap. 1. prop. 3. humanæ leges etiam vniuerſè diſponentes, recipiunt interpretationes, conditiones, & excuſationes: neque præceptum ieiunij vel Miſſæ ita obligat, vt nulla cauſa excuſet: qui verò bona fide putauerit cauſam ſimilem eſſe, excuſabitur à mortali, vt docet Caietanus: ſed quid in dubio ſuſpenſionis vel opinionis agere debeat, tract. de conſcientia, & ſæpe in præſenti tract. dictum eſt.

## SECTIO XI.

*Contra quam virtutem ſit legem humanam violare.*

COmmuniter dicitur, non ſemper eſſe contra obedientiam: ſed contra virtutem, cuius materia eſt præceptum, niſi violetur lex ſtudio & affectu aduerſandi illi, Vazquez, diſp. 98. cap. 2. & 3. Azor tom. 2. lib. 5. cap. 5. quæſt. 2. de quo dixi tract. 7. de bonit. & mal. & tract. 13. de peccatis. 75

DISPV

# DISPVTATIO VNDECIMA DE EXCVSANTIBVS A LEGIS HVMANAE OBSERVATIONE.

## SECTIO PRIMA.

*An lex humana obliget cum vitæ diſcrimine, an verò vitæ periculum excuſet ab eius obſeruatione.*

1 *Pro nulla re culpa mortalis aut venialis committenda eſt.*

NOn quærimus, an pro conſeruanda vita, culpa mortalis, aut venialis cõmittenda ſit: nam certiſſimum eſt, nec minimam culpam pro quocumque damno vitando eſſe committendam, alioqui culpa non eſſet culpa. Vnde Roman. 3. *Non ſunt facienda mala, vt inde veniant bona:* & Auguſt. 5. contra Iulian. cap. 8. relatus cap. ſic nam ſunt 32. quæſt. 4. ait, *ſic non ſunt facienda adulteria etiam voluntate generandi regenerandos, quemadmodum nec furta facienda ſunt etiam voluntate paſcendi pauperes ſanctos:* & 1. ciuit. cap. 18. *cùm pudicitia virtus ſit animi, comitémque habeat fortitudinem, qua potiùs qualibet mala toleranda, quàm malo conſentire decernat, &c.* & refertur cap. ita ne 32. quæſt. 5. Sed quærimus, an ſuperueniente vitæ periculo eſſet pro tunc humanæ legis obligatio, ſeu à legis impletione excuſemur.

*Probatur ſub periculo mortis legem humanam non obligare.*

Prima opinio abſolutè affirmat, legem purè humanã cum vitę diſcrimine, aut diſpendio obligare non poſſe. Almainus 1. morali. c. 3. Maior 4. diſt. 18. quæſt. 4. non longè à principio, Valentia diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6. Soto 1. iuſt. quæſt 6. art. 4. & Sylueſter, qui certè in hoc inclinat, verb. metus quæſt. 7. & verb. inobedientia. Suadetur primò, quia dare vitam pro re iure naturali, aut diuino non neceſſaria ad ſalutem æternam, eſt difficillimum. Lex autem humana nõ poteſt ad difficillima obligare, ſeu ad opera, quæ excedunt communem hominum facultatem, quæ ſunt opera ſupererogationis: ergo neque ad hoc. Secundò, quia conſeruare vitam eſt de iure naturæ, lex autem humana non poteſt præiudicare iuri naturæ, ergo lex humana non poteſt ad id obligare: vnde D. Thomas 2. 2. quæſt. 204. art. 5. dixit, *in ÿs, quæ ad conſeruationem corporis ſpectant, hominem non teneri, homini obedire.* Confirmatur, quia ſolus Deus eſt Dominus vitæ, & mortis; ergo ille ſolus poteſt obligare cum periculo vitæ. Hanc ſententiam Almaynus & Maior tribuunt Ochamo 1. parte dialogi, lib. 7. cap. 57. Sed Ocham. non dicit ſimpliciter non poſſe obligare cum vitæ diſcrimine, ſed non poſſe regulariter ſic obligare.

*Caietani opinio obligare poſſe legẽ humanã ſub periculo mortis.*

Secunda opinio eſt Caietani, quæſt. 96. art. 4. & 2. 2. quæſt. 125. §. *ad hanc quæſtionem*, legiſlatorem humanum ſemper poſſe obligare cum periculo vitæ, & ſemper ita obligari niſi in caſibus, quos A ſua benignitate excipit, *vt fortè*, inquit, *in lege de vitandis excommunicatis.*

Quod autem ſic obligare quoties voluerit, poſſit, probatur primò: quia bonum commune præferendum priuato: ſed legiſlator in ſuis legibus ſemper attendit bono cõmuni, vt docuit D. Thomas quæſt. 90. art. 2. ergo ſemper poteſt obligare cum periculo vitæ ſubditi, quæ eſt bonum priuatum, ſeu perſonæ priuatæ, ſeu partis Reip. ſecundùm D. Thomam quæſt. 96. art. 4. Secundò, quia lex humana poteſt facere de non peccato peccatum, & de veniali mortale: ſed pro nulla re eſt licitum B peccare mortaliter, aut venialiter: & vt ait Paulus Rom. 3. *non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona*, ergo nec violanda lex poſitiua in caſibus, in quibus legiſlator velit eam obligare ad culpam: & oppoſitum cenſuit erroneum Caietanus. Tertiò quia ſine calice conſecrato, vel ſine altari, & Miſſali continente Canonem, ſine lumine, aut ſine veſtibus ſacris conſecrans, in gradibus iure humano prohibitis contrahens metu mortis: Item parochus tempore peſtis non obediens prælato præcipienti manere in populo, Miles item non obtemperans Duci præcipienti manere in C ſtatione ſua, vel hoſtem aggredi, peccaret mortaliter: ergo iſtæ leges obligant cum vitæ periculo, ſed eadem eſt ratio de aliis ergo ſi legiſlator velit, etiã obligabit cum vitæ diſcrimine. Confirmatur primò, quia ca. ſacris, de his quæ vi, definit Innoc. non excuſari à peccato, vel excommunicatione, qui metu mortis communicat cum excommunicato, quia licet metus attenuet culpam, non eam prorſus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere. Confirmatur ſecundò, nam conſtitutio Carthuſianorum de non veſcendo carnibus, etiam cum vitæ diſcrimine ab ægrotis obſeruatur. Tertiò, quia Auguſtinus de bono coniugali cap. 16. & refertur cap. ſatius 31. D quæſt. 4. *Satius eſt fame mori, quàm idolothytis veſci*; eſt ergo peccatum mortale metu mortis violare legem Eccleſiaſticam de abſtinentia ab idolothytis traditam Actor. 15. verſ. 29. Quod etiam videtur colligi ex Auguſtino, & Leone, aliis locis referendis in ſolutione huius confirmationis.

Pro hac ſententia Azor tom. 1. lib. 1. cap. 11. qu. 1. citat Adrianum quæſt. 3. de clauib. exceptione 8. Ioãnem Andream, Hoſtienſem, Panormitanum, Ancharanum, Felinum, & alios iuris Canonici peritos, dicto cap. ſacris, de his quæ vi, qui tamen ſolùm loquuntur in caſu ſpeciali communicandi cum excommunicato in contemptum legum E Eccleſiaſticarũ, vt explicat ipſemet Azor. Eandem tenet Henricus lib. de Synodis Epiſcoporum part. 1. art. 1. núm. 231. tom. 13. tractatuum: & quòd nullo metu liceat tractare cum excommunicatis, do-

*An liceat tractare cum excommunicatis metu mortis.*



Digitized by Google

cuit Alenſis 4.part.quæſt.81. in 6.art.2. ſecundùm Suarez tom.5.diſp.6.ſect.3. aliàs quæſt.23.art.6.§.2.indicant D.Thomas quodlibet.11.art. 9. ad 3. & 4.diſt.18.quæſt.2.art.4.gloſ.ad 1.& ibi Duran. qu. 5.ad 3. Gabri. quæſt. 3. dub. 4. inclinat Richardus art.6.qu.2.ad 1. & Caieta. locis initio huius tertiæ opinionis citatis, & Petrus de Soto lect. 3. de excomm. Idem tenet Adrianus ſuprà, & quodlibet. 1.art.3. referens Canoniſtas, præſertim Panormitanum cap.ſacris,de his quæ vi,circa finem. Idem tamdem tenet Couarruuias cap.alma,part.1.§.13. num. 9. quamuis aliis locis infra citandis, vel hoc limitare, vel non ſatis conſequenter loqui videatur. Hos ita refert Suarez, qui tamen poſteà dicit Adrianum quodlib.6.art.2.ad 2.rationem,ſe exponere de communicatione in contemptum legis Eccleſiaſticæ, & Caietanus ſuprà apertè tenet ex benignitate legiſlatoris fortè hanc legẽ non obligare cum periculo vitæ.

*3. opinio. In multis caſibus lex humana obligat, in aliis non.*

3 Tertia,communis, & vera opinio eſt, in multis caſibùs obligare poſſe, in nonnullis verò non poſſe obligare. Sot.1.iuſti. quæſt.6.art.4.& 4. diſt.22. quæſt.1.art.4. Aragon 2.2.quæſt.62.art.3. Ledeſ.2. part.4.9.10.art.5. ante 1. dubium, & quæſt.25.art. 3.in fine,Palud.diſt.18.quæſt.6.art.2. Couarr.alios referens, cap. alma part.1.§. 3. num. 9. verſ. *tertio ſolet*. Ocham. ſuprà, Azor ſuprà, & lib.5.cap.6.qu. 6. Lorinus Act. 15.verſ. 20. Suarez 3. part. tom.5. diſp.4.ſect.3.num.12.& ſequentibus,& diſp.6.ſect. 13.nu.8. Gabriel 4.diſt.18.quæſt.3. dub.4. ſumma confeſſor. lib. 33. tit.33. quæſt.165. Aſtenſis lib.7. tit.11.art.1.quæſt.1.Roſel.excommunicatio 6.initio, Syluest.excomm.5. quæſt.14.Tabien.excom. 8.num.9.& 10.Angel.excomm.8.num. 18. Armil. eod.verbo num.59.Bart. Medin.1.2. quæſt.96.art. 4.dub. 2. Emman. Rodriguez in ſumma tom.1.ca. 194.conſ.4.& 5. Saytus tom.1.lib.3.cap.7.nu.31.& ſeq. Vazquez 12.diſp.161. ibi cap.2. D.Thom.2.2. quæſt. 147. art. 3. ad 2. & 4. diſt.15. quæſt.3. art.4. quodlib.11.artic.9. ad 3.& additi.9.23.art.3. ad 1. Nauarrus cap.25.num. 184. imò & Felin. multos alios Iuriſperitos referens cap.1. de conſtitu.num. 48. Thomas Sanchez tom.2.de matrimonio lib.7. diſp.5.num.3.& 4.

*1. con. Lex humana poteſt obligare cum vitæ diſcrimine.*

4 Vnde ſit prima concluſio,inqua hæc opinio cõuenit cum ſecũda opinione, lex humana Eccleſiaſtica, & ciuilis poteſt obligare cũ vitæ diſcrimine. Probatur, quia in Repu. eſt poteſtas neceſſaria ad eius cõſeruationem,& cõmune bonum,ſed ad hoc ſæpe eſt neceſſarium obligare cum periculo vitæ, ergo ſic obligare poteſt, exponendo membrum periculo pro ſalute totius corporis:& ſubditi tunc tenentur cõmune bonũ propriæ vitæ præponere. Vnde Papa poteſt præcipere alicui,vt cum hoc diſcrimine fidem cõtra Hæreticos ſuſtineat: Epiſcopus Parocho,& aliis ſacerdotibus,vt infirmis tempore Epidemiæ ſacramenta miniſtrent: Rex, Imperator, & dux militi, vt pugnet, ſeruet locum in bello, excubias agat, mare nauiget, vel alia faciat, cum manifeſto vitæ diſcrimine. Reſpondet Almainus, Maior & Valentia citati opinione prima, in his caſibus legem naturalem obligare. Contrà, quia licet fortè præceptum naturale tunc obliget Remp. vel ciues in communi, non tamen hunc, & illum, determinatè, & cùm non ſit maior ratio de vno,quàm de alio,ad Principem pertinet determinare,quem velit,& interdũ bellum non eſt neceſſarium omninò ad bonum commune, vt cùm eſt

A merè vindicatiuum, & cùm ordinatur præcisè ad magnum augmentum boni communis, & tunc milites vocati tenentur ad bellum periculoſum ire, & ſimiliter quando naturalis obligatio eſt dubia, & ſecluſo præcepto humano poſſet aliter illi prouideri, vt tempore peſtis Parochus poſſet ſubſtituere alium ſacerdotem, ſi Epiſcopus illi non præciperet, vt perſonaliter aſſiſteret propter maius bonum commune. Idem eſt de Concionatoribus,& prædicatoribus,cùm graſſantur Hæreſes,& de Medicis tempore peſtis. Item exponere ſe periculo, in multis caſibus eſt actus fortitudinis, in quibus non obligatur homo præcepto diuino poſitiuo,nec naturali: ergo ſi neceſſarium, vel valde

*Periculo ſe exponere in multis caſibus eſt opus fortitudinis.*

B conueniens ſit Reip. poterit præcipi. Vnde Ariſtoteles 5. ethic. cap. 1. apertè docet lege humana præcipi poſſe actus fortitudinis,in quibus eſt vitæ periculum,ait enim, *quin etiam & lex præcipit,& id quod fortis viri opus eſt, vt non deſerere ordinem, non fugere, non abijcere arma*, &c.

Tunc autem maximè lex humana obligat cum periculo vitæ, quando ſuſceptio periculi, vel aliquid,cui per ſe adiungitur,præcipitur,vt in exemplis de bello, de nauigatione periculoſa, de curatione ſpirituali, vel corporali infirmorũ tempore peſtis, & ſimilibus: quia tunc periculum non poteſt cenſeri præter ſcientiam, vel intentionem,ſaltem virtualem,præcipientis. Nec verò præſumen-

C dum eſt legem eſſe iniuſtam:ſed ne ſit iniuſta multa requiruntur, quia non poteſt res adeò difficilis iuſtè præcipi, niſi ex grauiſſima cauſa pertinente ad commune bonum, vel perſonam valde illi neceſſariam. Et Reſp. non habet dominium vitæ ciuium,ſed conuenientem vſum: ideò non poteſt ex leuibus,& ordinariis cauſis cogere ad exponendam vitam: & ſuprà diximus humanam legem debere eſſe moraliter poſſibilem, & non admodum difficilem,niſi ex grauiſſima cauſa & neceſſitate: quando tamen non eſt manifeſta temeritas, ſeu iniuſtitia legis, præſumendum eſt pro illa, & in dubio ius ſuperioris præfertur; & illi eſt obediendum, quia id exigit bonum cõmune, propter

*Reſpubl. non habet dominium vitæ ciuium,ſed conuenientem vſum.*

D quod maius ius habet Reſp. in vitam ciuis quàm ipſemet: quia, vt inquit Ariſt. 1. polit. *Ciuis magis eſt Reip. quàm ſui ipſius*. Itaque in dubio ſiue ſuſpenſionis, ſiue opinionis etiam minùs probabilis pro ſuperiore, illi parendum eſt iuxta regulas datas in hoc tractatu & tract. de conſcientia. Curandum tamen eſt ſuperiori, vt certitudinem de iuſtitia legis habeat.

*Ciuis magis eſt reip. quàm ſui ipſius.*

Secunda concluſio, lex humana communiter regulariter non obligat cum vitæ periculo: quod maximè eſt verum,quando ſuſceptio periculi non cadit ſub præcepto, nec eſt per ſe coniuncta cum eo quod præcipitur, ſed per accidens, & contin- 5

*2. con. Lex humana cõmuniter non obligat cum vitæ periculo.*

E genter. Idem eſt de periculo mutilationis, infamiæ, magnæ iacturæ bonorũ &c. Probatur, quia lex diuina (quæ grauior eſt) non obligat communiter cum ſimili periculo. Patet in Dauid, qui 1. Reg. 20. ver.4. in neceſſitate comedit panes propoſitionis, quos laici iuxta legẽ Nu. 18.ver.9. non poterãt manducare: quod factũ defendit Chriſtus Matth. 12. eodem modo excuſans diſcipulos, qui ſpicas ſabbato colligebant, & ita expoſuit D.Thomas 3. part.quæſt.40.art.4. ad 3. eodem modo declarat factum Machabæorũ pugnantiũ in ſabbato 2.2.quæſt.100. art.8.& 2.2. quæſt.125.art.4.ait: *ſi quis propter timorem mortis latronibus aliquid promitteret*

*1. Macha. 2. Ver. 41.*

Digitized by Google

*mitteret, aut daret, excuſatur à peccato, quod incurreret, ſi ſine cauſa legitima, prætermiſſis bonis, quibus eſſet dandum, peccatoribus largiretur*, & à violatione præcepti non occidendi excuſatur, qui alium pro ſui defenſione occidit, Clem. Si furioſus, de homicid. Et graue periculum excuſat à præcepto diuino, de integritate confeſſionis; Suarez 3. part. art. 4. diſp. 22. ſect. 2. Valētia, & omnes, & abſtinentia à carnibus, & præceptum ieiunij Eccleſiaſtici non obligat cum detrimento ſalutis, cap. conſilium, de obſeruatione ieiunij, vbi Pontifex rationem reddit, quia *legi non ſubiacet neceſſitas*. Idem eſt de præcepto audiendi Miſſam, recitandi horas, ſuſcipiendi baptiſmum, & alia ſacramenta, non communicandi cum excommunicato, cap. quoniam multos 11. quæſt. 3. cap. inter alia, de ſententia excomm. comparendi coram iudice; imò & in præceptis naturalibus reddendi depoſitum, reſtituendi debita, honorem, famam, &c.

*Legi non ſubiacet neceſſitas.*

Ratio eſt, quia legiſlator communiter vel non potuit, vel noluit obligare cum tanto diſpendio, aut periculo. Poteſtas enim humana menſuram habet, nec poteſt ſemper, aut communiter cum tanto detrimento obligare, & voluntas prudentis non vult obligare quantùm poteſt in rigore, ſed cum moderatione & benignitate, ita vt nimis dura non præcipiat, niſi magna vrgeat neceſſitas boni publici. Vnde Azor ſuprà, cum Nauarro cap. 27. num. 239. ait: *Qui occulto excommunicationis vinculo tenetur, vel eſt occulta irregularitate affectus, poteſt tuta conſcientia ſemel aut iterum Miſſæ ſacrificium facere, vt manifeſtum, vel probabile mortis, aut notabilis infamiæ periculum euadat.* Quod Azor promittit fuſiùs alibi docere.

*Quoties lex obligat ſub pœna capitis, obliget cum periculo vitæ, hoc reijcitur.*

In hac re nonnulli recentiores hanc regulam tradiderunt, vt quoties iuſta lex præcipit aliquid ſub pœna capitis, obliget lex cum periculo vitæ; ſed meritò alij hanc regulam reijciunt, quia latro ſub pœna capitis tenetur non furari, non tamen tenetur cum periculo vitæ abſtinere à furto. Regula ergo illa Soti, & Medinæ omiſſa, meliùs Vazquez hanc tradit regulam; ſi obſeruatio legis cum periculo vitæ eſt maioris momenti comparatione boni communis, quàm conſeruatio vitæ ciuium, poteſt legiſlator obligare cum illo diſcrimine, aliàs non: bene etiam docet, Deum ad obſeruationem ſuarum legum poſitiuarum, licet poſſit obligare cum vitæ diſcrimine, ad nullam tamen ſic obligare, vt Sotus, & alij communiter docent.

*Remigantes in triremibus Turcarũ contra Chriſtianos nõ excommunicantur.*

Ex hac concluſione deducitur, excuſatum à peccato contra legem Eccleſiaſticam propter timorem mortis, licet fortè contra legem naturæ peccet, non incurrere excommunicationem; vt diximus tract. 3. diſp. 2. ſect. 1. cum Suarez, tom. 5. diſp. 4. ſect. 3. art. 13. & 14. vt in illo exemplo de remigantibus in triremibus Turcarum Chriſtianos perſequentium, licet daremus peccare mortaliter contra legem naturæ: tamen quia non violant legem Eccleſiæ, non eſſent excommunicati. Hoc limitat Suarez, niſi metus incuſſus eſſet in contemptum legis Eccleſiaſticæ, quia tunc homo non excuſaretur à peccato mortali contra legem Eccleſiæ: ideò quia cenſura aliquando impoſita eſt, de ſola violatione legis in tali materia; non pro illo modo contemptus: ergo ſi tunc excuſatur homo propter metum à violatione legis humanæ in tali materia, non videtur incurrere cenſuram: vt ſi impoſita eſſet pro furto mortali, & ſolùm eſſet mortale ratione contemptus, non apparet incurri excommunicatio, quia illa malitia eſt accidentaria, & præter intentionem excommunicantis.

*Ad 1. argu. 1. opinionis.*

Ad primum argumentum primæ opinionis, reſpondeo, pro cauſis grauiſſimis ad difficillima obligat nos poteſtas humana, licèt non regulariter, & communiter, quia rarò interuenit tanta neceſſitas. Vnde ſi per opus ſupererogationis intelligatur, quod non eſt præceptum lege naturali, aut poſitiua, ad opus ſupererogationis poteſt homo obligare, cùm ſit valde neceſſarium, vel vtile bono communi: ſi verò per opus ſupererogationis intelligatur, quòd numquam poteſt præcipi, negatur opus habens coniunctum vitæ periculum ſemper eſſe ſupererogationis. 6

*Ad 2. In præcepto conſeruandi vitam duo includuntur.*

Ad ſecundum reſpondeo, in præcepto conſeruandi vitam duo includi, primum non ſe occidere, & ad hoc tenetur homo ſemper, & pro ſemper, vt in materia de homicidio tractatur: Alterum eſt non facere opus vitæ periculoſum, & ad hoc non tenetur pro ſemper: ſed quando non ſubeſt iuſta cauſa exponendi vitam periculo, qualis eſt bonum magnum commune amici, aut proprium.

*Ad fund. 2. opin.*

Ad fundamenta ſecundæ opinionis reſpondeo, alias eſſe cauſas ſufficientes præter illas poſitas ab Angelo. 7

*Ad 1. argu. 3. opin.*

Ad 1. argu. pro Caietano factum, reſpondeo, bonum commune, ſi cætera ſint paria, præferendum priuato; non tamen ſi cætera ſint inæqualia. Deinde, non ſemper eſt maius bonum commune, quòd leges ſeruentur cum periculo vitæ: imò ſæpe id eſſet magnum Reip. detrimentum, quia leuibus de cauſis amitteret ſuos ciues: vnde tunc non vult, nec poteſt ſuperior cum tanto periculo obligare ciues ſuos, vel ſubditos ad vitam pro communi bono magno exponendam, nec ſemper vult aut poteſt legiſlator ad id aſtringere.

*Ad 2.*

Ad ſecundum reſpondeo, eſſe Sophiſticum, quia illatio fit à ſenſu compoſito ad diuiſum, quia ſtante obligatione legis, repugnat licere contra illam agere, quod nemo dicit, ſed periculum ſæpe tollet legis obligationem, vide l. ſi ex toto, ff. de legibus.

*Metu mortis ſine veſte, & aliis requiſitis Miſſam celebrare licet.*

Ad tertium quantùm attinet ad primum exemplum, bene reſpondet Vazquez diſp. 161. ca. 3. nu. 15. metu mortis licitum eſſe ſine veſte, & ſine aliis iure requiſitis Miſſam celebrare: vt docet Paludanus 4. diſt. 13. quæſt. 2. Antoninus 3 part. tit. 13. ca. 6. idem tenet Nauarrus in ſumma lat. cap. 25. num. 84. vbi referens contrariam opinionem Couarruuię, quam in ſummâ Hiſpana ſequutus ipſe fuerat, ait *duram ſibi videri*. Idem tenet Medina quæſt. 96. art. 4. Azor tom. 1. lib. 1. ca. 11. qu. 11. Martin. Ledeſ. ſupra Suarez hîc, Valentia diſp. 7. quæſt. 5. punct. 8. quæſt. 4. §. vnde caput. Med. quæſt. 96. art. 4. dub. 2. ad 3. & multi recentiores referentes Petrum de Soto, Maiorem & alios Salmanticenſes, qui oppoſitum docuerunt, vel hoc limitarunt, vt ob vitæ periculum liceret conſecrare ſine manipulo, vel ſtola, non autem ſine vlla veſte ſacra; vel in fermentato, vel ieiunio ſoluto, vel licitum eſſe conſecrare cum calice conſecrabili: non tamen cum vaſis ordinariis, nec cum veſtibus ordinariis: ſed ſacerdotalibus, etiamſi non ſint benedictæ.

Sed omnes iſtæ limitationes ſine fundamento opponuntur, & bene Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. 8



Digitized by Google

in fine ait: *Quin verò crediderim, Eccleſiaſticas leges numquam obligare cum tanta cogendi vehementia, ſcilicet cum periculo vitæ, niſi quando contemptus legis interuenerit, vel iniuria fidei.* Quos caſus Vazquez ſuprà, & Suarez tom. 3. in 3. parte diſp. 8. ſect.3. & omnes alij excipiunt. Imò ſunt, qui aſſerant, nullas leges humanas præter militares obligare modò cum periculo vitæ: quod etiam videtur tenere Emmanuel Rodriguez tom. 1. regul.9.68. artic.4. con. 3. dicens *neminem teneri in conſcientia ſeruare legem poſitiuam, niſi ratione officij ad id obligetur, vt in militibus*: & de illis Eccleſiaſticis probatur, quia ſi ſacerdos poſt inceptam Miſſam etiam ante conſecrationem recordetur ſe non eſſe ieiunum, & non poſſit relinquere Miſſam ſine graui nota, aut ſcandalo, poteſt etiam proſequi, & perficere: ergo, à fortiori ad vitandam mortem poteſt Miſſam non ieiunus incipere, & excommunicatus etiam per bullam Cœnæ poteſt ob vitandam mortem, vel infamiam celebrare cum excõmunicatione: idemque de irregulari dixit Azor, & Nauarrus, vt retulimus: ergo ſimiliter ad vitandam mortem poterit ſacerdos celebrare ſine veſtibus ſacris &c. nec erit irreuerentia: nam Apoſtolorum tempore non fiebant multæ ex his ceremoniis, nec adhibebantur omnia iſta ornamenta, & in calicibus lignariis olim celebratum eſt: ergo non ſunt tanti momenti, vt ad vitandam mortem omitti nequeant. Addunt tamen aliqui recentiores: qui vellet potiùs mortem oppetere quàm celebrare ſine iſtis ornamentis propter reuerentiam tanti ſacramenti, is faceret opus conſilij & ſupererogationis, aut perfectionis. Quod intelligunt, quando defectus veſtimentorum eſſet notabilis, & videretur cauſare magnam irreuerentiã ſeu indecentiam: aliàs enim nec conſilij opus eſſet. Sicut Sotus 4. diſt.22. qu.2. art. 4. dixit *forte non eſſe conſilium, quòd ſacerdos exponat vitam, nec celebret coram excommunicato*, quod grauius videtur, quàm celebrare cum calice non conſecrato, aut cum ſuperpellicio loco albæ, aut cum alba & ſtola ſine caſula, aut poſt ſolutum ieiunium, maximè cum infirmi non ieiuni viaticum accipere poſſint.

Secundò adde cum Vazquez & aliis communiter præter caſum, in quo ſacerdos à Tyranno cogeretur in contemptum legum Eccleſiaſticarum & ſacrarum ceremoniarum celebrare ſine veſtibus ſacris, & aliis requiſitis (de quo euentu dicemus ſtatim) vix poſſe caſum occurrere, quo ſit periculum mortis, niſi quis eo modo celebrauerit, ſi tamen aliquis contingat, ſeruandum eſt id quod hactenus diximus.

*Vt communicet infirmus, non licet ſacerdos celebrare poſt ieiunium ſolutum.*

Tertiò adde cum eodem Vazquez & aliis, vt communicetur infirmus in extremis conſtitutus, non eſſe licitũ ſacerdoti celebrare poſt ieiunium ſolutum, vel ſine veſtibus ſacris, nec vt populus Miſſam audiat: licèt præceptum Euchariſtiæ ſit diuinum, & celebrandi cum veſtibus ſacris tantùm ſit Eccleſiaſticum: quia diuinum præceptum non obligat abſolute, ſed exiſtente copia ſacramenti iam facti ritè, decenter, & legitimè conſecrabilis: maximè cùm ſacramentum illud re ſuſceptum, non ſit neceſſarium infirmo ad vitam æternam. Eodem modo præceptum Eccleſiaſticum audiẽdi Miſſam intelligitur ſi poſſit celebrari legitimè, vt conſtituit Eccleſia, alioqui non vult Eccleſia quemquam ad audiendam Miſſam obligare.

9 Ad ſecundum exemplum de contrahente in A gradibus prohibitis, rectè etiam reſpondet Vazquez diſp.161.cap.3.num.17.& 18.& alij recentiores, inter quos eſt Suarez cum Soto 4. diſt. 22. qu. 1.art.4.& 1.iuſt.quæſt.6.art.4.in fine: non eſſe peccatum metu mortis contrahere matrimoniũ cum conſanguinea in gradu prohibito ſine animo conſummandi: nam contrahere præciſè ſolùm eſt prohibitum iure humano, non obligante cum tanto diſcrimine: eſſet tamen peccatum, ſi vellet tale matrimonium conſummare, quia cum tale matrimonium ſit nullum, erit accedere ad non ſuam, quod iure naturali eſt prohibitũ, quod nõ videtur attendiſſe Caietanus, & alij relati à Sanchez tom. 2. de matrimo.lib.7.diſp.5.num.2.dicentes contra- B here illo metu in gradibus prohibitis eſſe mortale, Caietanus quidem, quia eſt contra legem humanam, alij verò quia eſt cõtra naturalem: cùm enim matrimonium illud ſit nullum, vti illo erit contra legem naturæ. His ergo omiſſis, dico licitum eſſe tunc matrimonium contrahere ad mortem vitandam, vt præter citatos ſuprà, tenet Sancius illa diſp.5.nu.3.& 4.& tom.1.lib.4.diſp.16.ad 2. Irritum autem eſſe tale matrimonium meritò ijdem affirmant, quia ſic expedit bono communi, nam alioqui etiam in gradibus prohibitis paſſim contraheretur metu mortis, quod cederet in magnum reip. detrimentum. Sed quid ſi ſic contrahendo exponeret ſe periculo peccandi? Vazquez inſinuat, pec- C care mortaliter: ſed alij docent contrarium, quia non ſe exponit temerè, ſed ex cauſa vrgenti, ſicut qui non poteſt commodè alibi viuere, poteſt habitare in domo, in qua eſt occaſio, periculumque peccandi, vt tract. de peccatis, cum Nauarr. & aliis diximus.

*Cum periculo mortis licet cõtrahere matrimonium in gradu prohibito, ſed non conſummare.*

*Obiectio.*

Obijcies, humana lex habet vim irritandi matrimonium illud, etiam cum periculo vitæ contractum, ergo & prohibendi cum eodem periculo. Negatur conſequentia cum Vazquez & aliis, quia eſſe irritum, etiam in tali occaſione non nocet, ſed potiùs prodeſt coacto, & bono communi eſt neceſſarium: alioqui innumera fierent matri- D monia metu mortis cum conſanguineis; at verò eſſe prohibitum in tali euentu contrahere verbis externis cum animo ſe obligandi quantùm poteſt, non eſſet vtile bono communi, ſed noxium, quia multi innocentes perirent: ideò in tali euentu irritatur, nõ tamen prohibetur ab Eccleſia. Adde, tale matrimonium, qua parte eſt metu cõtractum, non tam irritari ab Eccleſia quàm à natura, vt dictum eſt tract. 3. diſp. 2. eiuſmodi facta metu graui cadente in virum conſtantem eſſe irrita iure naturæ. Si autem quis cogatur tale matrimoniũ conſummare, quid agere debeat ſcripſimus tract. de matrimonio, quem typis (Deo dante) mandabimus aliquando. Item ibidem docuimus illum contra- E hendo metu mortis cum conſanguinea nec ſacrilegium committere, quamuis ſciat irritum eſſe cõtractum, nec mentiri dicendo, *accipio te in meam*, intelligit enim, *quantùm in me eſt*, & non intendit abſolutè recipere, aut conferre ſacramentum, ſed conditionaliter, ſeu quantùm eſt ex parte ſua, vnde non fingit, & ludit in ſacris, nec cum ludibrio tractat res ſacras. 10

*Contrahens cum conſanguinea metu mortis, non committit ſacrilegium.*

Ad tertium exemplum bene etiam Vazquez illo cap. 3. parochum debere parere Epiſcopo, præcipienti, vt tempore peſtis, maneat in ciuitate, quia ad munus paſtoris pertinet animam pro ſuis ouibus ponere, Ioan. 10. & eius præſentia eſt neceſſaria, aut 11

Digitized by Google

tia, aut valdè vtilis bono publico, quod maximè
eſt verum, quando alij idonei nollent vltrò mane-
re in ciuitate ad miniſtranda ſacramenta infirmis.
Ad primam confirmationem tertij argumenti, re-
ſpondet Vazquez ead. diſt. cap. 4. illud cap. in ſa-
cris variè à doctoribus exponi, omnes tamen con-
cedere legem Eccleſiaſticam de non communi-
cando cum excommunicatis non obligare cum
diſpendio vitæ: & quod ait Caietanus id eſſe ex
benignitate legiſlatoris, cur non fatetur in aliis?

12 Prima igitur interpretatio illius cap. eſt Panor-
*1. expoſitio.* mitani, Adria. qu. 3. de clauib. excep. 8. & quodli-
bet. 1. art. 3. ad 5. & quodlibet. 6. art. 2. ad ſecundam
rationē non longè à fine articuli, Pontificem loqui
de metu prouenięte ab extrinſeco, talis enim non
excuſat. Hanc doctrinam reſjcit Couarruuias cap.
alma, part. 1. §. 3. num. 9. quia ſequeretur non eſſe
licitum communicare cum excōmunicato, quan-
do eius cōmunicatio neceſſaria ſit alicui, vt libe-
retur ab oppreſſione domus minantis ruinam,
quia timor hic eſt ab extrinſeco, & non ab intrin-
ſeco, ſicut metus famis. Sed benè Vazquez ait Co-
uarruuiam non fuiſſe aſſecutum mentem illorum
doctorum. Solùm enim volunt peccatum eſſe
cōmunicare cum excommunicato minanti mor-
tem, niſi communicent cum illo in contemptum
legis Eccleſiaſticæ: quia maioris momenti eſt ver-
bo, & opere tueri auctoritatem legis, quàm vitam
ſeruare. Ita intelligunt multi factum Hermene-
gildi, qui potiùs mori voluit, quàm Euchariſtiam
ab hæretico ſumere, cap. ſuperueniente 1. quæſt. 1.
cap. fin. 24. q. 1. ex Gregorio 3. Dialog. cap. 31. ſic
Machabæi lib. 1. c. 2. vt ſe defenderent ab inimicis,
in ſabbato pugnauerunt, quando timor non erat
incuſſus in cōtemptum legis, cùm verò Eleazar. 2.
Machabe. 6. cogeretur in contemptum legis co-
medere carnes porcinas, elegit mortē potiùs quàm
comeſtionem, quam Adriani hoc modo intellecti
(vt etiam intelligitur à Suarez 3. par. tom. 5. diſp. 6.
ſect. 5.) doctrinam veram eſſe, & non ineptè textui
accommodatam dicit Couarruuias ipſe, & Vaz-
quez pro eadem interpretatione referēs ſummam
confeſſorum tit. de ſent. excom. quæſt. 165. Sylue-
ſtrum excomm. 5. dub. 14. Maiorem 4. diſt. 18. qu.
4. Nauarrum, cap. inter verba 11. quæſt. 3. prælud. 3.
num. 4. & eodem modo exponit Azor tom. 1. lib. 5.
cap. 11. quæſt. 1.

Qui omnes docent licitum eſſe metu mortis
*Communicare cum excommunicato quo modo liceat.* cōmunicare cum excommunicato, ſi ille hoc non
faciat, vt cōtemnatur Eccleſia, ſeu eius auctoritas
& leges, ſed vt excommunicatus oſtendat ſe non
eſſe excommunicatum defectu cauſæ, vel alia ra-
tione non negando auctoritatem Eccleſiæ, & vim
verarum eius legum, & cenſurarum.

13 Alij verò textum exponunt de communicatio-
ne in ſacris, & in crimine, Nauarrus illo cap. inter
verba. prælud. 3. num. 8. Syluester verbo metus qu.
7. & excom. 5. num. 6. in fine, tribuens D. Thomæ
quodlib. 11. art. 9. ad argu. Sed Vazquez ait de hac
re nihil ibi dicere, neque Durandum 4. diſt. 18. qu.
5. ad 3. & interpretationem Sylueſt. reijcit, quia
tale genus communicationis ex ipſo textu, nulla,
vel minima coniectura deduci poteſt.

Addit Vazquez, quamuis verum ſit, quod ait
Syluester, non eſſe licitum metu mortis commu-
nicare in crimine cum ipſo excommunicato: fal-
ſum tamen eſt, quod ait non eſſe licitum commu-
nicare cum illo in ſacris, ſi per communicationem

A in ſacris intelligat communicationem in diuinis
officiis, quia hæc communicatio ſolo iure Eccle-
ſiaſtico prohibita eſt. Si verò loquatur de commu-
nicatione, & receptione ſacramentorum, volens
hanc eſſe prohibitam iure naturali, difficilis do-
ctrina eſt. Nam quamuis ſuppoſita excommuni-
catione, iure naturali ſequatur non eſſe licitum
recipere ab eo, qui non poteſt bene adminiſtrare,
nec illi adminiſtrare, qui non poteſt licitè recipere:
nihilominus cùm in aliquibus caſibus ob vitan-
dam infamiam nequis ſe manifeſtet, licitum ſit *Quando licitum ſit celebrare excommunicato.*
celebrare in excommunicatione, quādo nimirum
illius quis recordatur in altari, & ſine nota non
poſſit ab incepto deſiſtere: ita etiam dicere poſſu-
B mus licitum eſſe communicare cum excommuni-
cato in ſacramentis, cùm adeſt periculum mortis,
non quia cum excōmunicatione liceat ſacramen-
tum recipere, ſed quia eo caſu Eccleſia nō excom-
municat quemquam, neque poſſit cum tanto di-
ſpendio, non exigente bono communi & vniuer-
ſali. Hactenus Vazquez: mihi videtur Pontifex
loqui de communicatione in ſacris, & non in hu-
manis, quia loquitur de communicatione, quæ
etiam ſine metu eſſet peccatum mortale, qualis
non eſt communicatio in humanis: eam tamen
communicationem in ſacris metu mortis licitam
eſſe, niſi fiat, vt communiter fieri ſolet, in contem-
ptum fide & religionis, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ:
C & ita hæc ſecunda explicatio non aduerſatur pri-
mæ, & ita illum textum interpretatur ibi Innocen-
tius IV. Couarruuias cap. Alma, part. 1. §. 3. num. 9.
Idem 4. part. quæſt. 22. mem. 1. art. 3. 6. 2. Durandus
4. diſt. 18. quæſt. 5. num. 12.

Tertia expoſitio Couarruuiæ eſt de metu leui, 14
qui non excuſat à peccato mortali actum, qui
aliàs eſſet peccatū mortale, de quo loquitur Pon-
tifex ibi: *cùm pro nullo metu debeat quis mortale pec-
catum incurrere*: eſt autem mortale ſecluſo metu
graui communicare in ſacris cum excommunica-
to: ergo etiam cum metu leui. Itaque iuxta hanc
expoſitionem dici poteſt in prima parte textus
per vim non ſolùm intelligi vim præciſam, & ab-
ſolutam, ſed etiam metum grauem; ſic enim no-
D men coactionis interdum iure ſumi conſtat cap.
de Iudæis 45. diſt. in ſecunda autem parte de ſolo
metu leui, ſed huic expoſitioni obſtat verbum
Pontificis *pro nullo metu.*

Quarta expoſitio eſt, Pontificem ſolùm docere
vim præciſam ſemper excuſare à culpa, metum
verò non ſemper, quando autem excuſet non de-
claraſſe, ſed reliquiſſe generali doctrinæ, hoc ſolo
contentum, quòd nullo metu licitum eſt mortali-
ter peccare, & quòd aliquando metus non ſemper
excuſat à peccato contra Eccleſiæ prohibitionem,
ac proinde nec à cenſura. Ita interpretatur Suarez
3. part. tom. 5. diſp. 6. ſect. 3. num. 10. addens nu. 11.
nec metu mortis licere dare Euchariſtiam nomi- *Nec metu mortis licet dare Euchariſtiam nominatim excommunicato.*
natim excommunicato, denuntiato, petenti cum
E mortis comminatione, quia eſt intrinſecè malum.
De quo caſu dubito. Nam videtur Deum poſſe
mihi præcipere, aut concedere, vt illam illi indi-
gno darem, ſed metus mortis etiam excuſat à pec-
cato contra præceptum diuinum poſitiuum, vt di-
xerat ipſe Suarez paulò antè contra Maiorem 4.
diſt. 18. de caſu, in quo præcepto diuino poſitiuo
eſſet prohibita communicatio cum excommuni-
cato: ergo ex tali modo licitum eſſet dare illi Eu-
chariſtiam: facit, quod ipſemet docet ex cap. cum



Digitized by Google

non ab homine de ſent. excom. poſt extrauagantem *ad euitanda*. Non eſſe intrinſecè malum communicare cum excommunicato, & quod in materia de Euchariſtia dicitur, dandam eſſe occulto peccatori publicè petenti, vt Chriſtus eam dedit occulto peccatori Iudæ, an verò ſit intrinſecè malum, vt anteà dixerat, ſacerdotem publicè excommunicatúm vel ſuſpenſum abſoluere à peccato, vel excommunicatione alibi.

Quinta expoſitio, quòd ſolùm loquatur in foro externo, ſed eſt violenta, quia etiam in foro externo admittitur, & habet locum probatio metus illati ab extrinſeco, & cuiuſcumque alterius excuſationis ſufficientis.

Sexta expoſitio eſt, vt Pontifex loquatur de communicante per metum, cum ſcandalo tamen: ſed certè quia tunc homo non peccaret peccato ſcandali, quia non intendit ruinam proximi, nec tenetur illam cum tanto ſuo detrimento vitare, maximè cum videntes metu cogi non habeāt ſufficiens motiuum peccandi, quamuis ſi ſcandalum eſſet commune & puſillorum, potiùs deberet mori, quàm communicare cum excommunicato: quia ſalus cōmunis præferenda eſt propriæ. Eſſet autem huiuſmodi ſcandalum, ſi in contemptum legis vel apparenter cogeretur ad communicandum, & ipſe communicaret, vel ſaltem exteriùs diſſimularet, & non planè reſiſteret; imò tunc peccaret contra obligationem confitendi fidem de valore ſacrarum legum, & auctoritate Eccleſiæ ad illas ferendas: confeſſio autem deberet eſſe ore & opere, ne fides, & religio contemnatur.

*Salus communis præferenda propriæ.*

15 Vnde retinenda eſt prima interpretatio, quòd Pontifex loquitur de communicante coacto ad communicandum in contemptum Eccleſiaſticæ poteſtatis, vel religionis Chriſtianæ, in quo euentu licet obligatio naſcatur ex occaſione præcepti poſitiui, non tamen ex illo, ſed ex præcepto confitendi fidem tempore neceſſitatis, vel non contemnendi, aut non permittendi, vt contemnantur obligatio, etiam ritus, cæremoniæ, & leges Eccleſiaſticæ: & hæc in legibus ciuilibus oriri poteſt, ſi in contemptu ipſarum, vel ciuilis Magiſtratus, & poteſtatis, cogatur.

16 Ad ſecundam confirmationem latè reſpondet Vazquez tota diſp. 162. tractans, an Carthuſiani etiam cum manifeſto vitæ diſcrimine teneantur carnibus non veſci: qua de re agemus & nos ex profeſſo quæſt. ſequ.

Ad tertiam confirmationem aliqui dicunt, illam Auguſtini doctrinam eſſe de conſilio, non de præcepto, niſi opus ſit abſtinere ad vitandum ſcandalum: tunc enim etiam eſſet præceptum, quamuis Auguſtinus ep. 154. ad Publicolam dicat, meliùs eſſe, vt viator famis neceſſitate victus, nihilque vſpiam inueniens, niſi cibum in Idolio poſitum, vbi nullus ſit alius hominum, Chriſtiana virtute id reſpuat: quod referens Lorinus Act. 15. verſ. 20. mirum eſſe ait, & ſe contrarium ſentire abſente ſcandalo, vt cùm Spiridio apud Nicepho. octau. hiſto. cap. 42. carnes ieiunij tempore appoſuit hoſpiti, quia nihil ſuppetebat aliud; *quod apponeret, & bene eſt* (inquit Lorinus) *quòd Auguſtinus abſolutè non damnat*: ſed Vazquez, vt referemus ſect. ſequ. in fine, putat ab Auguſt. damnari, ſed de neceſſitate extrema intelligit Leonem epiſt. 79. cap. 5. dicentem, *vt ſiue terror, ſiue fames ſuaſerit ad edenda immolatitia, pœnitentiæ ſatisfactione purgentur qui id fecerint*, quamuis quod attinet ad terrorem, ſi in contemptum legis diuinæ præciperentur immolatitia edere, & ipſi id ita facerent, vt legis diuinæ contemptus inde ſequeretur, peccarent id metu mortis faciendo. Idem eſſet, ſi inde ſequeretur ſcandalum Chriſtianorum, quibus occaſio tribueretur exiſtimandi eos ad gentium impietatem tranſlatos, & ſic intelligo Leonem: ſic Eleazar 2. Machab. 6. propter vitandum ſcandalum noluit carnes porcinas manducare, imminente mortis periculo. Sic fortè intelligitur, quod apud Theodoret. 3. hiſtor. cap. 14. legimus, Antiochiæ, & in Daphne contaminatis præcepto Iuliani Apoſtatæ omnibus fontibus, & cibis in foro præter duos milites Martyres Iuuentium, & Maximianum (quos Chryſoſtomus oratione de his martyribus laudatione proſecutus eſt) cæteros Chriſtianos, & ſi non poterant non gemere, & lamentari, & ſcelera ſua impensè deteſtari, tamē eiſdem cibis vſos fuiſſe: quamquam hoc non fuiſſe peccatum, niſi materialiter inſinuat ipſe Theodoretus, dicens eiſdem cibis veſcebantur legi Apoſtoli obſecuti, ita iubenti, *quidquid in macello venditur, comedite, nihil diiudicantes propter conſcientiam* 1. Cor. 10. ver. 15. & in illo caſu nullum videtur eſſe ſcandalum, nullus contemptus legum, cùm omnes intelligerent non in cōtemptum legum Eccleſiaſticarum, ſed pura neceſſitate cibos illos comedi, quia nulli alij erant: vnde Gregorius Thaumaturgus apud Thodorum Balſamonem, & tom. 1. biblio. patrum in epiſtola quadam ſcribit: *Non cibi nos grauent, ſi captiui ea comederint, quæ, qui in eos dominium obtinēt, eis appoſuerint; maximè quando vna de omnibus fama eſt, Barbaros Gothos, qui in noſtras regiones incurſiones fecerunt, idolis non ſacrificaſſe*, &c. vide Lorinum ſuprà, & quæ dicemus in calce ſectionis ſequentis.

*Viator famis neceſſitate preſſus, nihil inueniens niſi carnes in Idolio poſitas eas non debet edere.*

## SECTIO II.

*An Chartbuſianorum lex de abſtinentia à carnibus obliget etiam cum diſcrimine vitæ.*

NAuarrus conſil. 51. de regular. num. 5. incertum ſibi eſſe ait, an Charthuſiani ex voto annexo conſtitutioni, ad abſtinentiam iſtam teneantur: ſed rectè Gerſon 2. part. in regulis moral. cap. de regulari §. votum Carthuſienſium, & ead. part. tract. de nō eſu carnium Carthuſienſium, ait nullo expreſſo ſeu ſpeciali voto ad eam abſtinentiam teneri, ſed ex ordinatione poſitiua ſub diſciplina, ſeu pœnis ordinis. 17

*Carthuſiani non voto expreſſo, ſed ex ordinatione poſitiua tenentur à carnibus abſtinere.*

Verba legis ſunt: *Quia ſecundum ſanctiſſimam noſtri ordinis conſuetudinem à ſanctis patribus noſtris introductam omnem eſum carnium, & omnium quæcumque ex carnibus quomodolibet conſtant, ſiue per modum cibi, ſiue per modum potionis, aut ſorbitionis ſumantur, à noſtro propoſito abiecimus: ſtatuimus, vt quicumque noſtri ordinis profeſſor huius tam laudabilis inſtitutionis tranſgreſſor extiterit, carnes videlicet comedendo, ſeu alicui perſonæ ordinis miniſtrando, aut comedentibus, vel miniſtrantibus conſentiendo, vel non prohibendo, cùm potuerit prohibere, vel qui intra domus ſuæ clauſuram, quibuſcumque perſonis carnes miniſtrauerit, ſeu ab alijs permiſerit miniſtrari, nec prohibuerit, prohibere cum valebit: Si Prior, vel Vicarius, aut procurator hoc fecerit, ipſo facto tamquam ipſius*

*ſuæ pro*

*ſuæ profeſſionis calumniator, & tranſgreſſor obedietiam perdat, & vocibus, ac locis debitis, & cæteris obedientiis ordinis careat in æternum.* Deinde aliis monachis ſimplicibus alias pœnas imponit, & conſtitutionem ad moniales ſui ordinis extendit. De hoc votum ſpeciale non faciunt Carthuſiani, ſed generatim vouent obedientiam ſecundùm regulam, nulla autem cóſtitutione cauetur hanc abſtinentiam eſſe ſeruandam, etiam cum vitæ diſcrimine, ſeruatur tamen etiam in mortis articulo, quæ omnia docet Gerſon ſuprà, Vazquez diſp. 162. ca. 1. cum Petro Sutore lib. 1. de reb. Carthuſianor. tit. 3. & 8. hanc legem ſeu conſuetudinem ſub mortali obligare, rectè Nauarrus ſuprà num. 6. Vazquez cap. 4. num. 16. ac proinde eius violationem eſſe contra generale votum obedientiæ. De hac lege ſeu conſuetudine, an ſeruari poſſit, aut debeat cum vitæ diſcrimine, tractant Gerſon tract. de abſtinentia Carthuſianorum, Maior 4. diſt. 38. quæſt. 24. Martin. de magiſtris quæſt. 3. de abſtinentia, Victoria relect. de temperantia nu. 8. Medina cap. de ieiunio 9. 13. ſeu vltimo ad 4. Ioan. Andreas ca. conſilium, de obſeruatione Ieiunij, vbi Butrius, Ancaranus, & Cardinalis, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 7. Vazquez hîc, diſp. 162. Ledeſm. 2. part. quæſt. 1. art. 6. dub. 5. Adrian. quodlibet. 1. cum argumentis art. 3. ad 9. argumentum Almai. 4. diſt. 5. quæſt. 2. prop. 3. de domino naturali.

*Carthaſianorum conſtitutiones nulla, qua à carnibus abſtinentia prohibeãt.*

18 Prima ſententia eſt Victoriæ, quem ſequitur Ledeſma ſuprà, dicentis primò, licet Carthuſiano in extrema neceſſitate ægritudinis conſtituto, abſtinere à carnibus, etiam ſi ex eſu carnium non ſit futurum vllum ſcandalum. Suadetur primò, quia ſi non liceret, ſecluſo ſcandalo, ergo nec interueniente ſcandalo, quod eſt contra aduerſarios: ſequela probatur, quia tale ſcandalum eſſet Phariſæorũ, quorũ nulla ratio habenda eſſet, *ſed ſinendi eſſent tamquàm cæci, & duces cæcorum.* Matth. 15. & ſeruanda eſſet regula Grego. celebratiſſima, *tutius ſcandalum naſci permittitur, quàm vita veritas relinquatur.*

*1. opin. Licet Carthuſiano in extrema neceßitate conſtituto abſtinere à carnibus.*

Secundò, quia nó teneretur quis ſeruare vitam quocumque modo licito: nam ratione patientiæ poſſet permittere ſe occidi ab alio, aut in bello exponere ſe periculo mortis, pro defenſione patriæ, vel ad debellandos hoſtes; & punienda eorum delicta, & vxor licitè aſſiſtit marito infecto peſte, aut alio morbo contagioſo: & nemo debet mutare locum gratia ſanitatis, vt liberetur ab ægritudine, ſed patienter poteſt in eodem loco vitam finire: & nemini licet vxorem ducere, licèt neceſſaria ſit ad vitæ conſeruationem. Vide Nauarrum 1. de reſt. cap. 3. nu. 70. vbi docet licitum eſſe in multis caſibus morti ſe exponere, & D. Thomas 4. diſt. 38. quæſt. 2. art. 4. quæſt. 1. ad 3. ait non peccare eum qui propter aliquod opus virtutis ſe mortis periculo exponit: & Simancas, in Cath. Inſtit. tit. 18. nu. 30. ait, licitum eſſe non ſe defendere ab interfectore, panem alteri largiri in extrema famis neceſſitate, damnato ad mortem non fugere: ægros viſitare tempore peſtis, nauigare tempore periculoſo, in bello iuſto præliari: abſtinentia vitam breuiorem reddere, & ſimilia, Gerſon part. 2. tract. de non eſu carnium, Bart. Sybilla, in ſpeculo peregrin. qq. decade 1. cap. 5. quæſt. 2. Victoria relect. de forti. Couarruuias 1. Variar. cap. 2. l. cum autem §. malus de edilitio edicto. l. peculium §. ſi ipſe, de peculio. l. Cornelia §. vlti. de Sicariis cap. maritum 33. diſt. art. 3. de corpor. vitiati, Senec. epiſtola. 24. Gellius lib. 15. noct. Atticarũ. ca. 10. Valer. Max. lib. 7. cap. 7. Baſil. lib. de virginit. Euſeb. 6. Hiſtoriæ cap. 6. Plutharc. lib. de clar. mulier. cap. 11. Tyraquell. cap. 31. nu. 320. Ergo ſimiliter Carthuſianus non tenetur veſci carnibus, licet id eſſet vnicum medium ad conſeruationem vitæ, quia id facit propter virtutem abſtinentiæ.

Secundò dicit Victoria, ad vitandam mortem, ſi id eſſet neceſſarium, poſſet Carthuſianus carnibus veſci, alioquin non eſſet conſtitutio tolerabilis, & humana: explicat, ſi nullus alius eſſet cibus præter carnes, lege naturali teneri Carthuſianum carnibus veſci, ſecus ſi eſſent alij cibi, licèt inſufficientes ad conſeruationem vitæ: tunc enim non teneretur: poſſet tamen à carnibus abſtinere, quia in priori caſu mors videtur violenta, & præter naturæ ordinem: in poſteriori verò non item. Hanc opinionem Victoriæ tenet etiam Martin. Ledeſ. ſuprà.

*Carthuſianus poſſet veſci carnibus ſi id eſſet neceſſarium ad vitandam mortem.*

19 Vazquez à Victoria ſolùm diſſidet, affirmans, ſi alij cibi ſint, quamuis inſufficientes ad vitã tuendam, debere à carnibus abſtinere, alioqui mortaliter peccaturum. Nam quæcumque licita ſunt religioſo, etiam vt inſignia opera virtutum, ſi voto aliquo peculiari, vel generali ad eorum obſeruationem ſe adſtringat ſub mortali facere debet. Carthuſianus autem, licet ſpecialiter non voueat abſtinentiam à carnibus, vouet tamen eam communi & vniuerſali voto obedientiæ, quo obligatur ad obſeruationem eorum, quæ ſunt in regula, iuxta formam in ea traditam, ita vt ſi ſtatutum religionis proponatur, vt præceptum obligans ad mortale, religioſus vouens obedientiam duplici vinculo adſtringatur, & voti ex virtute religionis, & regulæ, ex ea virtute, in qua materia illius conſtituitur. Cùm igitur Carthuſianorum ſtatutum de abſtinentia à carnibus, antiqua ſaltem conſuetudine ita interpretante, & tota religione, penes quam eſt poteſtas condendi leges, approbante, vim habeat præcepti, & quia eſt in re graui ad mortale obliget ex intentione totius religionis: efficitur vt obliget in eo etiam periculo morbi, ſi abſque vllo peccato obſeruari poteſt, vt re vera poteſt. Nam præceptum, quo quiſque tenetur propriam vitam ſeruare, ſiue ſit fortitudinis, contra quam peccatur peccato temeritatis, ſiue ſit iuſtitiæ, ſiue alterius virtutis, ſolùm obligat niſi adſit honeſta & rationabilis cauſa non ſeruandi vitam: poſita enim tali cauſa, poſſumus de vita, & remedio eius non curare, imò id laudabile & egregium opus virtutis erit, vt in caſibus ſuperiùs poſitis: ſed in præſenti caſu eſt iuſta cauſa abſtinendi à carnibus in periculo mortis: ergo. Minor probatur, ſi enim quis, vt ægrotum in ſua ægritudine conſoletur, manere poteſt apud eum cum periculo vitæ ſuæ, & vnus pro alio ne occidatur, vitam exponere, & ad id ſe voto peculiari obligare, & hæ cauſæ ſufficientes ſunt, vt omnem obligationem, & vim præcepti naturalis de tuenda propria vita de medio tollant: multò maior, & excellentior, & laudabilior cauſa eſt, vt Carthuſianus, ex reuerentia, & amore ſuæ regulæ ita illam ſeruet, vt à morbo liberari nolit, ſi neceſſe ſit conſtitutionem ſuæ religionis violari: cauſa verò honeſta, & iuſta eſt, non quidem vitare ſcandalum aliorum, hæc enim non ſufficit, vt vel minimum præceptum omittatur, ſed magna vtilitas obſeruandæ

*2. opin. Vazq.*

*Rationes ob quas Carthuſianus etiam cum vita periculo à carnibus abſtinere poßit.*

Digitized by Google

uandæ huius conſtitutionis, & diſciplinæ religioſæ apud cæteros omnes religioſos, non modò ſi publicè, ſed etiamſi ſecretò ita ſeuerè ſeruari ſciãt. Hinc enim efficitur, vt cæteri religioſi, dum rectè valent, eam rectius obſeruent, nec diſpenſationes quærant, cauſis aliquibus prætenſis, quibus conceſſis, quamuis ſine peccato carnibus veſci liceret, diſciplina tamen religioſa teperet, & ab inſtituti ſui ratione declinaret: vt igitur in eodem vigore ſemper maneat, laudabile, & honeſtum eſt, vt quiſque etiam in articulo mortis abſtineat: *Ego* (inquit Vazquez) *ſanè accepi à grauiſſimis huius ſanctiſſimæ congregationis religioſis, cum introducta eſſet aliquando licentia diſpenſandi in hac regula propter ægritudinis neceſſitatem, non leuem inde cæptam fuiſſe occaſionem, vt etiam extra tempus neceſſitatis, obſeruantia huius regulæ non parum teperet.* Adde etiam conſtitutionem perpetuæ abſtinentiæ à carnibus, ex præcipuis eſſe huius ſanctiſſimæ religionis, quas habet ex inſtituto, propter quam & alias vitæ aſperitates, Pontificio vtitur priuilegio, vt cæteri religioſi licentia petita, & ſi non obtenta, ad eam tranſire poſſint. Qua de cauſa magis etiam creſcit vtilitas publica illius regulæ, vt cum tanto periculo ſeuerè ab omnibus debeat ſeruari. Confirmatur, quia licet prudens medicus iudicet eſſe periculum mortis, ſi æger à carnibus abſtineat, illud tamen non eſt tam euidens, vt alia publica cauſa poſtulante non debeat abſtinentia illa periculo anteponi. Cumque Carthuſianus vouerit obedientiam regulę, conſequens eſt, vt non ſolum poſſit, ſed etiam teneatur publicè, & ſecretè à carnibus abſtinere. Confirmatur etiam, quia humanus legiſlator, ſi iuſta cauſa id poſcat, poteſt obligare cum vitæ periculo, ſed hîc eſt iuſta cauſa: ergo. Confirmatur etiam, quia opus maximè laudabile eſt, etiam in mortis articulo molliora ſtramina non quærere, ſed humi, aut in aſpero loco mori in aliorum exemplum, præſertim ei qui eſt vir inſignis, & alicuius congregationis anteſignanus: vt B. Martinus rogatus à diſcipulis, vt pateretur corpus ſuum mollioribus foueri, *ſinite* (inquit) *fratres ſinite: ego ſi aliud exemplum vobis relinquero, ipſe peccaui*, vt referunt Gerſon, & Maior ſuprà, quod certiſſimum exiſtimo, quando talis vitæ aſperitas cauſa ſolùm eſt, non vt quis moriatur, ſed vt breuius vitam finiat: hoc enim exemplum maioris momenti eſt, quàm breue aliquod vitæ tempus: vnde in Hiſpania olim milites S. Iacobi in articulo mortis ex lectulo extrahebantur, & ſupra crucem ex cinere factam, in pauimento morituri collocabantur: imò ſiquis eſſet ſolitus in aſpero ſtramine cubare, laudabiliter in extrema ægritudine poſſet mollia non admittere, etiamſi inde ſalus omninò penderet: vt Paula noluit tunc parum vini guſtare, vt conſuetudinem abſtinendi à vino, quamdiu tenuerat, retineret, teſte Hieronymo ep. 27.

*Cur ex cæteris religionibus ad Carthuſianã tranſitus fieri poſſit.*

*B. Martinus in mortis articulo molliora ſtramina fugit.*

*Quando non ſunt alij cibi, poteſt, & debet Carthuſianus carnibus veſci.*

Quod autem, quando alij non ſunt cibi, poſſit, & teneatur Carthuſianus carnibus veſci, probat Vazquez: quia tunc nulla eſſet cauſa iuſta abſtinendi, nec vllum bonum eſſet, quod talem abſtinentiam honeſtaret. Tum quia ſtatutum in eo caſu non intelligitur: ſed cum alij ſuppetunt cibi, quibus religioſus veſci poſſit. Tum quia præter omnem humanam rationem eſt tale genus abſtinentiæ, vt quis cogatur fame perire: hoc enim & natura ipſa, & ratio omninò abhorret. Quare nullum bonum ex hoc genere abſtinentiæ, neque in eo, qui patitur, neque in aliis oriri poteſt: tale enim exemplum ad nullos humanos mores componendos prodeſſet. Quòd ſi tunc ſcandalizaretur aliquis, cognita veritate nihil curandum eſſet, etiamſi ſcandalum ex infirmitate, vel ignorantia oriretur, quantò minus, ſi ex malitia? Neque hinc apud Carthuſianos poteſt occaſio ſumi diſpenſandi in ſeueritate ſuæ regulę, cùm in hoc caſu illa non intelligatur: ſic etiam intelligitur, quod ait Nicolaus III. c. exiit de verb. ſig. in 6. §. nec quicquam. *Cùm ab omni lege extrema neceſſitas ſit exempta: nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ renuntiationem vſus rerum cuiquam videatur inducere:* ſolùm enim improbat eos, qui dicerent, Franciſcanos ſua profeſſione ita renuntiaſſe omni vſui rerum, vt neceſſaria ad victum quærere non poſſent. Nec loquitur de renuntiatione huius, aut alterius rei, ſicut Carthuſianus carnibus tantùm renuntiat, ſed de renuntiatione vſus omniũ rerum, quibus humana vita ſuſtentari poteſt.

Si obijcias: quia alij cibi præter carnes in illo morbo perſonæ ita ſe habent, ac ſi nihil eſſent, ſiquidem contra morbum nihil operantur: ſed cùm non ſunt alij cibi, non licèt à carnibus abſtinere, ergo nec cùm alij cibi adſunt, ſed non proſunt. Reſpondet Vazquez, quando ſunt alij cibi, ſi aliàs nociui non ſint, etiamſi ſint minoris virtutis ad reſiſtendum morbo, tamen non eſſe reputandos pro nihilo: ſeruiunt enim, ne Monachus fame pereat, etiamſi morbo moriatur: inhumanum autem eſt abſtinere ab omni cibo vſque ad mortem; non tamen à tali genere cibi, ex quo ſequitur, vt quis breuiori tempore morbo naturali moriatur. Hęc Vazquez, in cuius fauorẽ profero Hieronymum ep. 22. ad Euſtoch. de cuſto. virginit. vbi ait, *de cibis & potu taceo: cùm etiam languentes Monachi aqua frigida vtantur: & coctum aliquid accepiſſe, luxuria ſit:* & ep. 27. ad Euſtoch. de epitaphio Paulæ, de ipſa ait; *Quid memorem clementiam, & ſedulitatem in ægrotantes, quas miris obſequiis & miniſteriis confouebat: cumque aliis languentibus largè præberet omnia, & vſum quoque exhiberet carnium, ſi quando ipſa ægrotaſſet, ſibi non indulgebat.* Deinde refert, nulla ratione nec S. Epiphanij monitis, nec ipſius Hieronymi exhortatione induci potuiſſe, vt vinum biberet, quamuis grauiter laboraret, & medici perſuaderent ob refectionem corporis, vino opus eſſe tenui & pauco, ne aquam bibens, in hydropem verteretur, & 1. contra Iouini. longè ante medium ait. *Ab exordio conditionis humanæ nec carnibus veſcebamur, &c.* poſtquam autem Chriſtus venit, & ω reuoluit ad α, & extremitatem retraxit ad principium, &c. nec comedimus carnes, dicente Apoſtolo Rom. 14. ver. 21. *bonum eſt non manducare carnes, & non bibere vinum:* & 2. contra Iouinian. ex Thera monte refert ſacerdotes ægrotos carnibus, & vino abſtinuiſſe: idem de Eſſenis refert, & laudat.

*Cibi alij, ſi nociui nõ ſint, non ſunt pro nihilo reputandi.*

20 A Vazquez nonnihil diſcrepat Azor ſupra dicens: *licet interdicere carnium vſum, etiam cùm eſt vitæ omninò neceſſarius, eſſet iniquum, & contra ius naturæ: tamen generatim licitè prohibetur, ſubintellecta hac exceptione, ſeu conditione, niſi fuerit vitæ omninò neceſſarius.* Quamuis per hoc ſicut per alias vitæ religioſæ obſeruantias vita breuior fiat, modò id non intendatur, ſed virtutis exercitium: imò cuilibet Carthuſienſi licitum eſt abſtinere à carnibus cum pro

*3. opin. Carthuſiano licet abſtinere à carnibus cũ probabili vitæ periculo.*

Digitized by Google

cum probabili periculo vitæ propter aliquod virtutis officium tuendum,retinendum aut reuocandum, videlicet ad vitandum ſcandalum,vel offenſionem aliorum,ad ſeruandam religioſæ vitę conſuetudinem, & regulam, ne relaxatione paulatim langueſcat, decidat, ac pereat, & ne relaxatio ad caſus etiam iure vetitos trahatur: vt cuique licet ob ſtudium virtutis, permittere, vt ſibi neceſſaria ad vitæ vſus ſubtrahantur,& vitam pro amico exponere,& in naufragio patri, principi vel egregio viro tabulam relinquere, vt Sotus, Victoriam ſecutus docet 5. iuſt. quæſt.1. art. 8.ad 1. ſi nondum filius tabulam cœperit,cum poſſet eam commodè capere: licet etiam manere in carcere cum probabili vitæ diſcrimine, vt amicum tueamur. Si verò nullum ſit tale virtutis officium, tenetur Carthuſianus in euidenti, vel probabili mortis periculo carnibus veſci, vt ſi ſolus ſit in ſolitudine, vbi alij non ſunt cibi, vt etiam ſi mihi ſit præceptum, ne domo exeam, debeo exire, ſi incendio abſumitur, vel neceſſarium ſit ad educendum aliquem ex fouea vel flumine: ſic etiam interpretamur vota & iuramenta: quamuis Victoria, quem ſequitur Ledeſma 2.4.quæſt.17.artic.6.dub.5.docent etiam in hoc caſu Carthuſienſem tuta conſcientia poſſe carnibus abſtinere,vt legem ſeruet. Hæc Azor.

21 4. opinio. Quarta opinio eſt, Carthuſiano in periculo mortis, ob ægritudinem conſtituto, licitum, imò & obligatoriũ eſſe in publico abſtinere à carnibus & ab eo, quod carnibus aliquomodo conditum ſit, propter vitandum ſcandalum, ne fortè detur occaſio aliis contemnendi regulam,aut faciliùs in ea diſpenſandi. Ita Gerſon 2. part. tract. de abſtin. Carthuſienſium Alph. 39. lit. F, con.2. & lit. I, & O, ſeu §. tertiam §. cæterum in 4. ratione, Maior 4.diſt.38. quæſt.24. con. 5. Adrianus quodlibet.1. artic.3.ad 9. An verò ſemper ſcandalum ſit præſumendum, ſi Carthuſianus coram aliis veſcatur carnibus,non explicant.Rationem autem ſcandali in eo putant eſſe,quia alij præſentes, vel abſentes non effecti certiores de neceſſitate, & periculo, ſument occaſionem violãdi legem, veſcendo carnibus extra periculum verum, aut faciliùs in lege ſine cauſa diſpenſandi, ſecluſo tamen ſcandalo licitum & obligatorium eſſe putant Carthuſiano carnibus veſci ad tuendam vitam, vt quando nullum alium habet cibum,vel in ægritudine poſitus, nequit ſine carnibus vitam tueri.

Prior pars huius ſententiæ ſuadetur ex 1.Cor.8. *ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum,* id eſt,numquam quacumque occaſione etiam mortis,id quod dicit gloſſa,cuius meminit Altiſio. lib. 3. tract. 30. quæſt. 4. explicans enim illud 1.Cor.6 *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: ſanctius, ſeu ſatius*, inquit, *eſt fame mori quàm idolothyto veſci*, ſcilicet cum ſcandalo, vt exponit Adrian. gloſſa autem eſt Auguſt.lib.de bono coniugali cap.16. & refertur cap. ſatius 31. quæſt. 4. Confirmatur ex Chryſoſto. ho. 20. in illum locum Pauli, vbi ait Paulũ non dicere idolothytum, quod propter aliam cauſam prohibetur: ſed ſi, quod licet & permittitur, ſcandalizat, etiam illo abſtinebo; neque vna, aut altera die: ſed toto vitæ tempore: *non enim manducabo*, inquit, *carnes in æternum*: cui interpretationi ſubſcribunt Theodoret.& Salmeron.ad illum locũ Pauli:ergo Carthuſianus in articulo mortis debet à carnibus abſtinere, ſi id ſit neceſſarium ad vitandum ſcandalum: A *debemus enim pro fratribus animas ponere* 1. Ioan. 3. ver. 16. Nec ſatis exiſtimat Maior,ſiquis in neceſſitate illa conſtitutus inſtruat alios, & explicet eis ſuum periculum: ſi enim adhuc ſcandalum perſeuerat,non erit licitum carnibus veſci,idemque ait de idolothytis, quocirca idem ſentiret ſecundum Vazquez, ſi Carthuſianus nullum haberet alium cibum, & duraret ſcandalum aliorum. Probat deinde Adrianus ex regula, quam didiciſſe ait à ſuo Magiſtro peritiſſimo, quoties duo præcepta occurrunt, illud obſeruari debet, quod maius eſt: & enſis Domino non eſt dandus, quem petit ad ſe, vel alterum occidendum, vt ait Auguſtinus in id B Pſal.5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, &c. & refertur cap. neque arbitratur 22. quæſt. 2. ſed maius præceptum eſt de proſpiciendo vitæ ſpirituali fratris, & non ſcandalizãdo illum,quàm de propria vita ſeruanda: ergo. Vnde Eleazar 2. Machab.6.ver.23.ne alios ſcãdalizaret,noluit carnes porcinas manducare.Neque habet hîc locum, quòd *tutiùs ſcandalum naſci permittitur, quàm vita veritas relinquatur*, nam hæc ſententia non loquitur de vita corporis, ſed animæ: vt ſenſus ſit non eſſe tacendam veritatem neceſſariam ſaluti ſpirituali,eò quòd alij ſcandalizentur.

Poſteriorem autem partem probant, quia ceſſante ſcandalo abſtinere à carnibus neceſſariis ad C vitæ ſuſtentationem eſſet vitam prodigere: quod eſt illicitum. Item quia quilibet tenetur vitã conſeruare, ſi poteſt ſine vllo ſcandalo,vel detrimento aliorum.Confirmat Gerſon exemplo cuiuſdam Carthuſiani, qui aliquando iter faciens, fame & ſiti coactus ſanguinem ſui equi bibit, quod cùm relatum eſſet aliis fratribus, quia illis conſtitit de neceſſitate extrema illius, abſque vlla correctione & pœna eum dimiſerunt: quod non feciſſent,ſi in ea re contra regulam,aut peccato ſcandali peccaſſet: item nulla lex vel conſuetudo contra charitatem vim habet: quia *finis præcepti, charitas,& plenitudo legis eſt dilectio,* Rom.13.& 1.Tim.1.ergo lex de abſtinentia à carnibus vim non habet, quando D ſunt neceſſariæ ad vitam propriam vel proximi tuendam.

Quinta ſentẽtia, abſolutè docet Carthuſianum 5. opinio. in ægritudine conſtitutum, poſſe, & debere carnibus veſci, ſi iudicio medicorum non poſſit ſine illis ab ægritudine liberari: ita Marti. de Magiſt. quæſt.3.de abſtin.Ioan. Medina C.de ieiun.quæſt. vlt.ad 4. & Alma.4.diſt.15. quæſt.2.prop.3. de dominio naturali. Panor. ſuprà, & Anton. Francus in ſcholiis ad Panor.cap.conſilium ver. in aliis,de obſeru. ieiun. quos ita intelligit Vazquez, vt ſentiant,nec ad vitandum ſcandalum teneri, aut poſſe Carthuſianum abſtinere à carnibus cum vitæ diſcrimine: vnde Maior ſuprà putat, Martinum E de Magiſtris contra Gerſonem docuiſſe: quod falſum eſſet, niſi Martinus ſenſiſſet, nec ratione vitandi ſcãdali obligatoriam, aut licitam eſſe talem abſtinentiam. Aiunt iſti,ſtultum eſſe votum de tali abſtinentia, & crudelem legiſlatorem, qui in tali euentu obligare vellet: quia nec lex, nec votum, nec iuramẽtum poſſunt obligare ad abſtinendum tunc,aut id honeſtare, quia inferior in ſuperiorem non habet poteſtatem: & iuramentum non debet eſſe vinculũ iniquitatis c. inter cætera 22. qu.4.ca. cum eſt obligatoriũ de regul. iuris in 6. ergo contra legem Dei naturalem de conſeruanda vita nihil valet lex humana vel votum obedientiæ.Confirmat

firmat

Digitized by Google

firmat Martinus primò, quia Carthuſianus, qui A tunc non abſtineret à carnibus, non poſſet puniri pœna capitis: ergo nec cum periculo vitę obligari: ſecũdò, quia non eſt maius bonum abſtinere cum tali periculo, quàm conſeruare vitam propriam: ergo propter illam abſtinentiam non eſt amittenda vita; non enim eſt præferendum minus bonum maiori, & qui tunc abſtineret, eſſet homicida ſui ipſius, & peccaret grauiter: cõfirmatur tertiò, quia licet in regul. 5. Benedicti: & cap. cum ad monaſterium de ſtatu monach. & cap. carnem de conſec. diſt. 5. caro prohibeatur quibuſdam monachis: tamen dicitur ſeruandum moderamen pietatis erga ægrotos. De ſcandalo autem nullam eſſe tunc rationẽ habendam docent Victo. & Vazquez ſuprà. B

22 *1. con.* Dico primò, inſtitutum & conſuetudo Carthuſianorum hac in parte improbanda non ſunt: cùm enim tempore Ioannis Andreæ quidam eam improbaſſet, Arnaldus de villa noua Theologus, & medicus doctiſſimus id vt falſum, temerarium, hæreſimque ſapiens opuſculo confutauit ſuper verſ. 13. Pſal. 68. *aduerſum me loquebantur, qui ſedebant*, &c. vt refert idem Ioannes Andreas cap. conſilium de obſer. ieiuniorũ: in quo opuſc. Arnaldus oſtendit, numquam eſſe infirmo neceſſarias carnes ad tuendam vitam: quod ego verum puto, & certam numquam poſſe de tali neceſſitate certitudinem haberi, & ideò nulli medico credendum eſſe, qui id tamquam certũ affirmauerit: & quamuis, vt dicũt Maior, Victo. & Vazquez, fieri poſſit, C vt ægrotus ex nimia conſuetudine nauſeam ordinariorum ciborum patiatur, non deerunt alij cibi præter carnes, quos non magis, quàm carnes ipſas faſtidiat: cùm ergo, vel nulla, vel incerta ſit neceſſitas carnium, rectè Carthuſiani ſemper abſtinent à carnibus propter alia bona, quæ dictam abſtinentiam comitantur, illud leue, aut ad ſummum probabile periculum vitæ contemnentes: & ego ſanè credo, aliquando, ſi carnes illis præberentur, peius habituros, quia ſæpè propter ſtomachi debilitatem, decoquendi carnes vim non habent, præſertim ſi ob nouitatem delectatus infirmus plus cibi caperet, quàm par eſſet, nimiſque ſtomachũ grauaret: vide Carthuſ. op. de pręconio, D & laude ſuæ religionis cap. 2. 3. & 4. vbi cum Ioan. Andre. Arnal. de villa noua, & aliis medicis peritiſſimis oſtẽdit, aliis cibis, & potibus meliùs quàm eſu carnium, vel potionibus ea ipſa confectis religioſos curari poſſe: ideóque illam abſtinentiã carnium contra charitatem non eſſe. Fauet Hieron. 2. cõtra Ioui. dicens, quodque mirandũ ſit, Epicurus voluptatis aſſertor omnes libros ſuos repleuit oleribus & pomis: & vilibus cibis dixit eſſe viuendum: quia carnes, & exquiſitæ epulæ ingenti cura ac miſeria præparantur, maioremque pœnam habent in inquirendo quàm voluptatem in abutendo: corpora autem cibo tantùm & potu indigere: vbi aqua & panis ſit, & cætera his ſimilia, ibi naturæ ſatis factum: quidquid ſuprà fuerit, non E ad vitæ neceſſitatem ſpectare: ſed ad vitium voluptatis, &c. qui carnibus veſcãtur indigere etiam iis quę non ſunt carnium, qui autem ſimplici victu abutuntur, eos carnem non requirere. Addit Hieron. ex pro. Arbitrantur carnes ſanitati congruas, qui volunt abuti libidine: & immerſi cæno voluptatum ad coitum ſemper exæſtuant: Chriſtiano ſanitas abſque viribus nimiis neceſſaria eſt: cùm ergo abſtinentia in illo articulo ſit licita, & non

*Numquam eſt neceſſariũ ad tuendam vitam veſci carnibus.*

admodùm difficilis, cur non poterit ſub lege & conſuetudine habente vim legis, & conſequenter etiam ſub voto cadere vel ſpeciali, vel generali, nimirùm obediendi ſecundùm regulam? vnde Nauarr. conſil. 10. de regular. num. 4. & 6. obiter ait Carthuſianum ſub peccato mortali teneri à carnibus abſtinere, etiam in ægritudinis mortiferæ ſtatu, & nullum ſuperiorem in eo præcepto poſſe diſpenſare, nec ab illis Papæ diſpenſationem admitti. Hanc concluſionem tenet Vazquez diſt. 161. ca. 3. Ioan. Andr. Butrius, & Card. cap. conſilium de obſeru. ieiun. & confirmat auctoritas Patrum doctiſſimorũ, qui ſemper fuere in ea, & Pontificum atque Cõciliorum, quibus nota eſt illa conſuetudo, numquam tamen ab illis eſt abrogata, etiamſi de ea diſputatum in Trid. ſit: vbi fertur Lainum ſecũdum generalem charitatis, qui tunc erat Pontificis Theologus, magno rationum pondere propugnaſſe, ideò à Concilio abrogatã non fuiſſe. Pro hac concluſione faciunt, quæ ad calcem ſecundæ opinionis allata ſunt: in ea nobiſcum conueniunt Victo. & Ledeſ. citati pro 1. opin. Azor cit. pro. 3. & Pererius 14. in Geneſ. cap. 9. diſp. 1. in fine, ſuppreſſo Carthuſianorum nomine.

Secundò dico ſi euidenter conſtaret, carnes eſſe omninò neceſſarias ad vitam tuendam, licitum, imò obligatorium eſſet Carthuſiano veſci illis, quando nullum ſcandalum certò aut veriſimiliter timeri poſſet: vt quando in deſerto nullus alius reperiretur cibus, nec poteſtas eſſet relicto deſerto illum inueniendi, vel tempore captiuitatis, aut belli nullus alius cibus eſſet, quo veſci poſſent: in quo caſu omnes auctores conueniunt abſtinentiam à carnibus, nec ex voto, nec ex lege obligare poſſe, neque vlla ratione honeſtari. Idem autem exiſtimo, ſi in ægritudine conſtaret, carnes fore ſufficientes, & neceſſarias ad vitam tuendam (quod tamen ſine reuelatione Dei, vel ſaltem Angeli conſtare non poſſe, imò fortè nullo modo, cùm verum non videatur, & Deus falſum reuelare non poſſit) quia eadem omninò eſt ratio: cùm cibi, quibus non poteſt conſeruari vita, ad vitam tuendam pro nihilo reputentur, & fames poſſit non eſſe, ſiue ſint ſiue non ſint alij cibi, & labor eius non tãtus, nec tam longus ſit, vt ſi contemni poſſit, ac debeat in vno caſu, non poſſit in alio: & cum non ſit lex apud Carthuſianos (vt conſtat) de abſtinendo cum euidenti periculo vitæ, & multò minus conſuetudo ſit abſtinendi in infirmitate, ſiquidem numquam habita eſt de hac re certitudo, aut euidentia in infirmitate, nec humano modo haberi poteſt, etiamſi ſub voto cadere poſſet, tamen reuera nunc non caderet, neque votum obediendi ſecundùm regulam hunc caſum comprehendit. Adde, difficillimum, aut etiam illicitum, à regula non expreſſum, nec comprehendere poſſe: quia nulla lex iuſta, & honeſta, nec conſuetudo bona, nec votum eſſe poteſt, de contemnenda vita in tali occaſione, in qua nihil prorſus boni ex abſtinentia ſequitur, ſed potius malum, quia inde ſument occaſionem alij temerè & ſine cauſa in aliis euentibus contemnendi vitam, & ipſam prodigendi ineptis & inutilibus abſtinentiis, vel aſperitatibus.

*Quando Carthuſiano carne veſci licet.*

Fauet cap. conſilium de obſeruatione ieiunij, vbi Pontifex dicit. *Præterea de illis qui in quadrageſima, vel in aliis ieiuniis ſolemnibus infirmantur: reſpondemus, quod cum non ſubiaceat legi neceſſitas, deſiderium*

Digitized by Google

*derium infirmorum, cum vrgens neceſſitas exigit, ſupportare potes, & debes, vt maius periculum in eis euitetur*, & S. Bendictus in ſua regula præcipit carnem infirmis dare, idem de Caſnalduenſibus infirmis ſtatuit cap. cum ad monaſterium de ſtatu monach. & ad pietatem exigere patet cap. carnem de conſecr. diſt. 5. & certè ſi in euidenti neceſſitate alij ſibi, vel aliis negarent carnes prætextu abſtinentiæ, mortaliter peccaret: ergo & Carthuſiani, ſi (quod nego eſſe poſſibile) haberent talẽ euidentiam: confirmatur, quia ſi quis euidẽter ſciret, aliquod exercitiũ orationis, vel lectionis, aut ſtudij, aut ſimile nõ neceſſariũ ad bonum cõmune, ipſi afferre mortem, peccaret lethaliter non omittendo illud: ergo ſimiliter qui euidenter ſcirent abſtinentiam carnis ſibi afferre mortem, tenerentur carnibus veſci, & tunc abſtinere non eſſet opus virtutis, quia nulla vrget neceſſitas amittendi vitã, ſicut in bello, &c.

3. Con.

24 Tertia concluſio, quando periculum vitæ euidens eſſet, iis etiam, qui eſum carnium viderent, aut ſcituri eſſent, licitũ eſſet Carthuſiano, imò & obligatorium, carnes comedere; quia non tenetur Carthuſianus cum tanto, & tam euidenti ſuo detrimento ſcandalum aliorum vitare, ineptum, ſtultum & irrationabile; præſertim ſi leue ſit, & quantùm ad hoc bene dicit Vazquez ſuprà, nullam eſſe habendã rationem ſcandali, patet: nam quod euidenter aut ferè euidenter eſt licitum, aut præceptum, non eſt omittendum propter ſtupidos aliquos, qui non capientes vim, & efficaciam rationum, quæ illis proponũtur, ineptè ſcandalizantur, niſi abſque vllo detrimento vel modico id, de quo ſcandalizantur, omitti poſſet, etiamſi alioqui eſſet præceptum, quia quando res non eſt magni momenti, excuſatur homo illud materialiter traſgrediens, vt vitetur hoc malum, quod maioris momenti eſt.

4. Con. *Quando non eſt graue periculum, obligatorium eſt à carnibus abſtinere.*

25 Quartò dico, quando non eſſet omnibus euidens periculum vitæ, ſed probabile tantùm, licitum, & interdum obligatorium eſſet à carnibus abſtinere ad vitandum graue ſcandalum, quod ex eſu carnium timeretur, aut immineret: ita ſentiunt Azor, Gerſon, Maior, & Adrianus ſuprà, neque id negat Victoria, ſed tantùm docet, eſu carnium etiam publico ad ſeruandam vitam non ſequi maius ſcandalum, quàm ex opinione aſſerente licitum eſſe ſecretò veſci carnibus ad vitam ſeruandam, quapropter cum hæc opinio non ſit relinquenda propter ſcandalum, neque eſus ille carnium erit propter ſcandalum omittendus: & quòd non maius ſcandalum, ex vno. quàm ex alio ſequatur, ſuadetur: quia ex vtráque eandem occaſionem diſpenſandi in eſu carnium ſine cauſa, vel illas comedendi, quando non liceret, poſſent Carthuſiani ſumere.

Iam probatur Concluſio, quia bonum ſpirituale aliorum poſſet eſſe ſufficiens cauſa negligendi illud periculum mortis: nam licet propter ſcandalum merè paſſiuum, quod alij ſumunt ex facto bono, non habente ſpeciem mali, non ſint dimittenda ea, quę ſunt de præcepto iuxta id Grego. ho. 7. in Ezechiel, & refertur cap. qui ſcandalizauerit de regul. iur. in 6. *tutius ſcandalum naſci permittitur, quàm vita veritas relinquatur*, ſed ad ſummum ea, quæ ſunt de conſilio: ſecus tamen ad vitandum ſcandalum actiuum ſumptum ex opere malo, vel habente ſpeciem mali, vt tradit D. Tho. 2. 2. quæſt. 43. artic. 1. 7. & 8. quem citat, & ſequitur Vazquez

A diſp. 162. cap. 4. num. 17. ergo cùm eſus carnium in periculo non euidenti, poſſit habere ſpeciem mali, quia poſſunt alij exiſtimare, in tali euentu non eſſe vllum periculum: ſed fingi, vel eſſe minùs, quàm aſſeratur, vel etiamſi ſit probabile, non excuſare infirmum, & conſequenter inde poſſint alij ſumere occaſionem ruinæ, & ſimilis peccati faciendi: ad vitandum hoc ſcandalum, ſi fuerit modicum, vel paucorum, licitum erit infirmo, abſtinere à carnibus cum eo probabili mortis periculo; ſi verò fuerit magnum, & multorum, etiam tenebitur: ſicut puella, quæ confitendo aliquod peccatum, vel circunſtantiam, ſcandalum daret confeſſario, deberet abſtinere à tali confeſſione, & ſi B teneretur ſacramentum recipere, & non haberet alium confeſſarium, confeſſionem dimidiare, licet alioqui habeat pręceptum de omnimoda integritate confeſſionis: ſimiliter ſi ex eo quòd alij viderent infirmum ſine diſpenſatione veſci carnibus, alij mouerentur ad quærendas diſpenſationes in minoribus periculis, aut minus probabilibus, & ita teperet feruor religionis, poſſet licitè & interdum teneretur Carthuſianus abſtinere ab eſu carnis cum probabili, imò & ſibi manifeſto vitæ periculo: nam ex conſilio, & interdum ex præcepto tenemur vitare relaxationem religionis, etiam in C iis quæ ſine vlla culpa, aut ſaltem mortali fieri poſſent: ſic Paulus Rom. 14. dixit, *ſi frater meus ſcandalizatur, non manducabo carnes in æternum*, quod in aliquo euentu eſſet conſilij, in alio autem præcepti.

*Quid ſit dicendum de eſu Idolothytorum.*

Ex quibus patet, quid ſit dicendum de eſu idolothytorum ſeu idolo immolatorum. Nam Gerſon, & Adrianus ab illis cenſent abſtinendum, etiamſi non ſint alij cibi, quibus homo ſuſtentari poſſit: oppoſitum verò meritò doceri ab Altiſio. 3. ſum. tract. 30. quæ. 4. prope finem, & S. Thom. 4. diſt. 38. qu. 2. art. 3. q. 3. ad 3. docet Vazquez diſp. 162. cap. 5. affirmans in extrema illa neceſſitate, non ſolùm eſſe licitum veſci immolatis, ſed etiam D ad comedendum recumbere in idolio, id eſt, menſa idolis conſecrata; ita tamen, vt aliis explicaret ſuam neceſſitatem: illud enim opus ex ſe malum non eſt, vt oſtendit Paul. 1. Cor. 8. quia ex idolo, quod nihil eſt, carnes immolatæ non poſſunt inquinari. Poteſt autem (inquit Vazquez) eſſe peccatum his carnibus veſci, aut in idolio recumbere, vna ex tribus cauſis: prima ratione ſcandali, ne alij paruuli hoc exemplo ad illud opus inuitẽtur, & carnibus veſcantur cum mala conſcientia exiſtimantes illud eſſe idolis immolare. Et in hoc caſu, inquit Vazquez, non eſſet peccatum cum ſcandalo aliorum veſci idolothytis ad tuendam vitam E propriam. Quod verum eſt, ſi neceſsitas eſſet manifeſta, & alij omninò ineptè ſcandalum paterentur. Secunda, quia illo opere externo videatur quis ex corde profiteri falſam religionem Deorum, illis immolando: & hac ratione non licet veſci idolothytis, etiam in extrema neceſsitate famis, niſi quis eam ſufficienter exprimens, aliis ſignificet ſe non animo ſacrificandi, ſed vitam ſuſtentandi accedere: idem etiam deberet explicare ad vitandum ſcandalum, ne ſcilicet alij ex eo facto occaſionem peccandi ſumerent. Tertia, quia lege humana prohibitum fuit, ſicut prohibitum fuiſſe ab Apoſtolis Act. 15. & deinde ab aliis dictum eſt diſp. 8. ſect. 1. hæc autem lex obligare non poteſt cum tanto diſpendio, quia ceſſante ſcandalo, & idololatriæ

*Quando eſt peccatum veſci Idolothytis.*



Digitized by Google

ſpecie nullum eſt publicum bonum propter quod cum tanto diſpendio lex illa obliget. Si opponas Auguſt.ep.154.ad Publicolam, à quo interrogatus ep. præced. ſi Chriſtianus aliquis ambulans paſſus neceſſitatem, victus fame vnius diei, vel bidui, vel multorum dierum, vt iam durare non poſſit, ita occurrerit, vt in ipſa neceſſitate famis, in qua ſibi videtur iam mortem proximare, inuenerit cibum in idolio (id eſt, menſa idolis conſecrata) poſitum, vbi nullus ſit hominum, & non poſſit inuenire alium cibum, debet mori, aut ex inde cibari? Et Auguſt. in fine illius ep. 154. tandem reſpondet, *Reſtat, vt dicamus aliquid de eo viatore Chriſtiano, quem commemoraſti, victum famis neceſſitate, ſi nihil vſpiam inuenerit, niſi cibum in Idolio poſitum, vbi nullus alius eſt hominum, vtrum ei ſatius ſit fame emori, quàm illud in alimentum ſumere, &c. ſi certum eſt eſſe Idolathytum, melius Chriſtiana virtute reſpuitur: ſi autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo, in vſum neceſſitatis aſſumatur.* Quibus planè docet (inquit Vazquez) non ſolùm licere, ſed etiam neceſſarium eſſe idolothytum non manducare, cùm ait, *melius reſpuitur*; nam de eo cùm ignoratur, an ſit idolothytum, inquit, *ſine ſcrupulo conſcientiæ ſumi poſſe,* quaſi dicat alioqui non poſſe: quamuis Lorinus actorum 15. verſ. 20. putet Auguſtinum tunc non damnare eſum idolothyti, ſed cóſulere, vt non edatur. Vterque tamen exiſtimat tunc licitum eſſe veſci idolothyto, imò Vazquez neceſſarium, ſeu obligatorium cenſet veſci idolothyto, etiamſi ſcandalũ ſequatur, ſed diſtinguendum videtur, ſi de neceſſitate aliis conſtat, & nihilominùs ſcandalizantur, licitum erit, ſed non obligatorium, fame mori, ne ſcandalum patiantur: ſi autem non illis conſtet de neceſsitate, & ideò graue ſcandalum non vnus tantùm, ſed multi patiantur, tenebitur fame mori, maximè ſi ſcandalum creditur vſque ad mortem duraturum: quia teneor contemnere propriam vitam corporum propter vitam ſpiritualem, præſertim æternam multorum: & ita poterit piè Auguſtinus exponi: eodémque modo poterit exponi Leo epiſto.77.ad Nicetam cap. 5. vbi interrogatus de captiuis, qui apud gentiles polluti erant cibis immolatitiis, reſpondit: vt pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine quàm cordis compunctione penſanda eſt. Ac ſi dicat, non eſſe imponendam publicam pœnitentiam, ſed aliquam aliam, quæ cordis compunctione potiùs penſetur. Et addit, *Et ſine hoc terror extorſerit, ſiue fames ſuaſerit, non dubitet abolendum,* id eſt, remittendum *per cordis pœnitentiam: cùm eiuſmodi cibus præ metu, aut indigentia,* non pro religionis *veneratione ſit ſumptus.* Ac ſi dicat, ſimplici pœnitentia remittatur eis, nec vt idololatræ pœnitentiam agant. Supponit ergo, ſaltem eſſe peccatum.

*Auguſtini ſententia de eo, qui fame preſſus, cogitur veſci idolothytis.*

*Quomodo licitum ſit veſci idolothytis.*

Reſpondet Vazq. Leonem non loqui de iis, qui extrema famis neceſsitate oppreſsi, his cibis vſi ſunt, ſed de iis qui communi fame adducti, illis veſcebantur, qui ſanè peccarunt, ſaltem ratione præcepti Eccleſiaſtici, quod tũc vigebat: neque loquitur (inquit meo iudicio) de iis qui metu incuſſo ex cõtemptu tales cibos ſumebant, ſed de communi alio metu, quamuis nec in priori caſu fieret ex affectu falſæ religionis, vt patet. Id verò quod de Eleazaro dicebat Adrianus, mortem videlicet ſuſtinuiſſe, ne aliis eſſet ſcandalo, friuolum putat Vazquez, ſi ſermo ſit de ſcandalo paſsiuo: nam mortem glorioſè voluit, & debuit oppetere, quia metus ipſe incuſſus erat in contemptum legis, & fidei, & cum illud opus ad quod congebatur, eſſet malum, & haberet ſpeciem mali, ab eo etiam abſtinuit ratione ſcandali actiui, vt patet 2. Machab. 6. vbi citò reſpondit dicens, *præmitti ſe velle in infernum, Non enim ætati noſtræ dignum eſt,* inquit, *fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum: & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur,* &c.

*De Eleazaro quid Vazquez cenſerit.*

27 Quæres, an medicus miniſtrans carnes, vel conditum ex carnibus Carthuſiano in extremis, peccet? Reſpondet Vazquez diſp. 162. num. 35. non peccare: tum quia regula non obligat ipſum: tum quia ex tali adminiſtratione, non ſequitur damnum religioni, nec quicquam derogatur ſeueræ abſtinentię Carthuſianorum, quod ipſe Carthuſianus propter ignorantiam ſine peccato tunc carnibus veſcatur.

*Medicus non peccat qui Carthuſiano carnes miniſtrat in neceſſitate.*

Dubitabis, an cùm nullus alius eſt cibus præter carnes, abſtinere ab eis teneatur Carthuſianus.

28 Quidam primò dicunt, Non ſemper eſt malum abſtinere ab omni cibo ad vitam neceſſario; ſed ex fine honeſto honeſtari poteſt. Probant, quia ita tenent Henr. quodlib.5.quæſt.31. ad argu. Maior 4.diſt.15.quæſt.22. Caietanus 2.2.quæſt.32.art.6. Vict.relect.de homic.num.26. Soto 5.iuſt.quæſt.6. art.4.§.in eadem ſolutione, Cord.lib.1.quæſt.38. in 6. ratione, & eius ſolutione, Valentia 2.2.diſp.5. quæſt.13.puncto 4.§. mihi ſententia Scoti, Nauarrus 2.de reſt.cap.3.num.70. Panor. cap. ſacris nu.7.de his quæ vi &c. Probant item ex Auguſtini ep. 154. ad Publicolam, vbi de eo qui ſolus eſt, & alium cibum non habet, præter eum de quo certum eſt, eſſe idolothytũ, ait, *melius Chriſtiana virtute reſpui:* item ex D. Thom. quæſt. 32. art. 6. docente, licitum eſſe auferre ſibi neceſſaria propter conſeruationem perſonæ, quæ eſſet valdè neceſſaria Reip. vel Eccleſiæ: quia bonum cómune præferendum eſt priuato. Item quia Carthuſiano licitum eſt non veſci carnibus, cùm alij cibi ſunt, ſed inſufficientes ad tuendam vitam: vt probaſſe ſe putat.

*Non ſemper eſt malum abſtinere ab omni cibo ad vitam neceſſario.*

Secundo dicunt, quando non ſunt alij cibi præter carnes, licitum Carthuſiano eſſe ab illis abſtinere: quia perindè eſt nullum alium cibum adeſſe, & adeſſe inſufficientes: ſed in hoc caſu eſt licitum abſtinere à carnibus, ergo & in illo: item probant ex Caſsiano lib.5. de inſtit. renun. cap.40. vbi ait, duos adoleſcentes ex præcepto Abb. Ioannis in eremo Scythiæ degẽtes, ad ficus ex Lydia dono ſibi allatas in Scythia hactenus non viſas, ad ſenem quẽdam in interiori eremi ſolitudine infirma valetudine laborantẽ deferendas miſſos, à via oberrantes tã itineris laſsitudine, quàm inedia, ſitiq; cõfectos flexis genibus in orationis officium, ſpiritum Deo reddidiſſe, qui poſt hęc inuenti ſunt ficus intactas, vt acceperant, reſeruaſſe: eligentes ſcilicet, animam magis, quàm fidei depoſitum perdere, vitamque potiùs amittere temporalem, quàm ſenioris violare mandatum. Hucuſque Caſſianus.

*Iuuenes exemplum edũt ſuę abſtinẽtię memorabile.*

Tertiò dicunt, lex fieri poteſt, quæ ob finem aliquem honeſtum carnibus interdicat, etiam cùm nullus alius eſt cibus, quo vita poſſit conſeruari. Gerſon 2.part.tract.de abſtin.Carthuſienſium Alphab.39.§.tertiam: verſ.ſecunda ratio, Valentia

ſupra

Digitized by Google

ſuprà §. ex his ſequitur, Nauarra ſupra. num. 74. Probatur: nam de re honeſta fieri lex poteſt, ob finẽ honeſtum: ſed abſtinentia à carnibus etiam cùm non eſt alius cibus, poteſt eſſe honeſta ex prima concluſione, ergo. Vnde in Hiſpania olim fuit lex, ne reus cibum ſumeret, vt Nauarra ſuprà teſtatur.

Quartò dicũt, cùm extrema neceſsitate Carthuſianus laborat, nec alius cibus eſt præter carnes, tenetur à carnibus abſtinere, quamuis inedia moriatur: quia de omnimoda abſtinentia à carnibus, eſt lex & conſuetudo: voto autem tenetur legibus religionis obedire, item ſi alij cibi eſſent, ſed eos omnes præter carnes omninò faſtidiret, teneretur adhuc à carnibus abſtinere, vt ait Vazquez diſp. 162. cap. 1. num. 2. ergo ſimiliter, &c.

29 Dico tamen, quando nulli alij eſſent cibi, poſſe, & debere ſub mortali Carthuſianum carnibus veſci, ſaltem ſemoto ſcandalo, Gerſon. 2. p. tract. citato §. in 2. concluſione, Vict. relect. de temp. n. 10. Ledeſ. 2. 4. q. 17. a. 6. dub. 5. §. poſſet aliter. Vazquez diſp. 162. c. 4. Azor to. 1. lib. 5. cap. 6. quæſt. 7. Cou. 1. var. c. 2. n. 10. rẽ cenſens indubitatã, inter quos tamen diſcrimen eſt, quia Gerſon cuius ſententiã Vict. & Ledeſ. teneri poſſe affirmant, cenſet ratione ſcandali vitãdi ſi immineat, poſſe, & teneri Cart. in eo euentu à carnibus abſtinere: ſed Vazq. Azor, & Cou. putant nullã tunc de ſcandalo rationẽ habendã. Probatur, quia extrema neceſsitas à legis humanæ obſeruatione excuſat capit. ſicut de conſecr. d. 1. c. ieiuniu ad. 3. cap. ſanctam diſt. 4. & cap. conſilium de obſeruat. ieiunior. ca. quod non eſt de regul. iur. & annotauit gloſ. ibi, & d. c. ſicut, v. neceſsitas. Nec valet dicere, id eſſe verum, niſi lege ipſa præſcriptus etiam ſit caſus extremæ neceſsitatis: Nam hic nulla lex eſt, nec eſſe potuit, vt Carthuſianus in extrema neceſsitate, à carnibus abſtineat, cùm nullum appareat bonum, ad quod neceſſaria ſit talis abſtinentia, quæ in eo euentu non religioſa, ſed ſuperſtitioſa erit, niſi ignorantia excuſet: facit cap. exiit de verb. ſig. §. nec quicquam, vbi Pontifex agens de abdicatione omnium rerum etiam in communi, quam Franciſcani profitentur, ait: *non eſſe homicidas ſui, vel tentatores Dei, quia prouidere ſuis neceſſitatibus poſſunt ex iis, quæ liberaliter illis offerũtur, vel ab ipſis mendicantur, vel ex opere manuum ſuarum, & quidem vbi* (quod non eſt aliqualiter præſumendum) *hæc cuncta deficerent, ſicut nec cæteris ſic nec ipſis fratribus iure poli in extremæ neceſſitatis articulo detentis conceſſa præcluditur; cùm ab omni lege extrema neceſſitas ſic exempta*, ex quibus Pontificis verbis deducitur, ſi viã omnem de neceſſariis ad vitam ſibi prouidendi fratres occluderent, fore ſui homicidas: Dei nulla lege poſſe obligari in extrema neceſsitate: ergo nec Carthuſiani in extrema neceſsitate tenentur à carnibus abſtinere; quia lex ſuæ religionis ac proinde nec votum obedientiæ, non poteſt eos cùm tanto diſcrimine obligare. Neceſsitati vel dij coguntur cedere, dixit Dion. Alicarnaſ. lib. 6. in oratione Menenij Agrippæ, & ex Platone, Homero, & aliis tradit Tiraquellus de retractu lignagier §. 26. gloſ. 1. n. 22. vnde Gerſon ſupra verſ. rurſus interrogati, ait, *eorum* (ſcilicet Carthuſianorum) *aliqui excellentes viri per meipſum interrogati quid agerent, vbi in deſerto aliquo vel carcere nihil haberent, præter carnes ad veſcendum? Reſponderunt, ſe comeſturos fore abſque omni ſcrupulo, priuſquam ſe mori permitterent*, & verſ.

*Ab omni lege extrema neceſſitas exempta eſt.*

ſeq. refert Carthuſianum equo iter facientẽ fame & ſiti, qua laborabat, coactum, ſanguinem ſui equi bibiſſe, delatum fuiſſe hoc ad reliquos fratres, qui neceſsitati circunſtanti attendentes, quę legem non habet, eundem abſque diſciplina, vel quauis pœna innoxium ſuſceperunt: maximè quòd ſufficiẽter cõſtare poterat omnibus de neceſſitate ſua.

Adde, ſicut nulla ratione licet directè ſe occidere, vt probat Nauarra 2. de reſt. cap. 3. num. 17. 18. & 19. ita neque indirectè ſine ingenti cauſa: at abſtinere à carnibus cùm nõ eſt alius cibus, eſt indirectè ſe occidere: ergo non licet ſine ingenti cauſa, qualis non eſt ſola obſeruatio regulæ. Carthuſianorum de abſtinentia, ſicut nec communis aliorum neceſſitas eſt cauſa ſufficiens ad dandam eleemoſynam de neceſſariis ad vitam tuendam: vnde D. Thomas 2. 2. quæſt. 32. art. 4. ait, de neceſſariis ad vitam tuendam non eſſe dandam eleemoſynam, quia eſſet ſe occidere & quęſt. 69. art. 4. ad 2. ait, *ſi aliquis ſit condemnatus, vt fame moriatur, non peccare ſumendo cibum ſibi occultè miniſtratum, quia non ſumere eſſet ſeipſum occidere*: imò Caietanus ibi ad 8. dub. ait, *conſtat, quòd nolle vti alimento habito, eſt occidere ſeipſum non minus quàm ſeipſum gladio transuerberare*. Vnde dicendum eſt, quod tenetur comedere, vt ius naturæ ſeruet. Scio alios ſentire, quod poteſt permittere ſuam mortem: ſed hoc falſum puto (de quo diſp. de lege pœnali) & eo dato non eſt ſimile de Charthuſiano, qui cum non ſit damnatus ad inediam, nec habeat aut habere poſsit præceptum abſtinendi à cibo ſimpliciter neceſſarium, non eſt cur poſſit ab illo abſtinere: fauet Ambroſius cap. paſce 86. diſt. dicens, *paſce fame morientem, quiſquis paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non paniſti, occidiſti*. Hæc verba Ambroſio etiam tribuit D. Thom. 2. 2. quæſt. 32. art. 5. & Bartholomæus Vrbinas in milleloq. Ambroſia colligit caput illud ex Ambr. lib. de alendis pauperibus, qui actenus deſideratur, quamuis auctor ſcholij, quo in editione decreti Gregoriana caput illud illuſtratur ex Polycarpo li. 6. collectionis canonum Greg. presb. tit. 20. aſcribat Anſ. lib. 13. collectionis canonũ c. 28. qui liber hactenus in lucem nõ prodiit, ſed in Vaticana bibliotheca deliteſcit: cõſonat lex necare ff. de liberis dicens. *Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat; ſed & is qui abijcit, & alimenta negat*. Vnde Couarr. ſuprà nu. 8. abſtinentia illa ab omni cibo cum neceſſarius eſt ad vitam conſeruandam immediatè, & lex propria natura ad inferendum mortem refertur: & ſanè inhumanũ eſſet ad pereundum fame hominem velle obligare; cum nulla ſit tantæ abſtinentiæ neceſſitas, vel vtilitas, & fames ſit teterrimum, ſeu miſerrimum mortis genus, vt Homerus Eurilochi nomine pronuntiauit 12. Odiſſeæ: & Ammianus Marcellin. lib. 19. id vocat, *vltimum omnium malorum*: & lib. 25. *ignotiſſimum mortis genus, veluti admodum ignobile*: vnde threnorum 4. ver. 9. *melius fuit occiſis gladio quàm interfectis fame: quoniam iſti* extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ: & prouerbium celebratiſſimum eſt, *fames acutiſſimus enſis*, quod commemorat Bald. l. pactum col. vlt. C. de pactis, qui etiã cõſil. 459. cuius initiũ eſt, lata fuit ſententia, col. 2. lib. 3. conſiliorum, ait, *nihil triſtius eſſe, quàm fame necari*: & Cicero lib. 5. ep. 22. ait, *fame nihil eſſe inferius*: & Epicurus apud Theodoretũ lib. 22. de curand. Græc. affect. qui de iudicio & fine eſt, non longè à principio, cùm

*Fame mori eſt vltimum malorũ omnium.*



Digitized by Google

fœlicitatẽ hominis eam definierit, vt nec famem, nec ſitim patiatur, pro tuenda ſaturitate, hoc eſt pro fame & ſiti pellenda, cenſuit vel aduerſus patrem Iouem eſſe homini depugnandum :qua de re vide plura apud Tiraquellum ſuprà à nu.23.

## SECTIO III.

*An ceſſante fine legis ceſſet lex, & eius obligatio.*

30 *Finis legis duobus modis ceſſare poteſt. 1. opin.* DVobus modis poteſt ceſſare finis legis: vno modo in communi, & vniuerſali; alio modo in particulari, quando finis ceſſat in communi, duę ſolent referri opiniones: prima tunc quidẽ debere ceſſare legem, ſeu debere reuocari à principe: non tamen ceſſare de facto, niſi reuocetur, vel contraria conſuetudine abrogetur, tribuitur Soto.1.iuſt. quæſt. 6. art. 8. in fine, & aliis Thomiſtis quæſt. 96. art. 6. & quidam ſine dubiò ita dicunt: ſed Caietanus, Conradus, & Medina, Valentia, & Vazquez, nihil dicunt de hac re. Exemplum ponit Sotus: ſicut, ſi detur lex, ne quis noctu arma deferat, verbi gratia: quia eſt ſeditio in Rep. licet iam ceſſaſſet omninò illa ſeditio, quæ fuit ratio, ob quam poſita eſt lex, non ceſſaret obligatio, & vis illius legis, donec obrogaretur per principem, aut per contrariam conſuetudinem.

31 *2. Opin.* Alij oppoſitum cenſent probabilius, tribuentes Victoriæ relectione de temperantia quæſt. 2. & relect. de poteſtate ciuili num. 22. ſed priori loco nihil dicit. Exemplum eius eſt, vt ſi tempore belli prohibeantur arma ad Gallos deferri, ſi ceſſet illa ratio in vniuerſali, ſcilicet, quia eſt pax, lex non obligat. Hæc ſecunda opinio expreſsè eſt Caſtri 1. de poteſt. legis pœnal. cap. 5. docum. 3. ponit exemplum, ſi propter ſcandalum, quod probabiliter timeretur, prælatus ſub mortali præciperet, ne aliquis religioſus accedat ad ianuam communem conuentus, vel ad talem domum perſonæ ſæcularis, quamdiu ratio ſcandali manet, ipſa obligatio legis ſub mortali manet: ſed ceſſante occaſione ſcandali, obligatio legis erit penitus nulla, etiam ſi prælatus non reuocauerit præceptum ſuum: ſed velit manere legem cum eadem obligatione qua prius. Eandem ſententiam tenent Medi. quæſt. 90. art. 2. ad 4. & communiter ibi recentiores: & inſinuatur à Caietano in ſum. verbo lex iniuſta, in fine, & à Syluest. verbo, lex quæſt. 9. poſt regulam 3. partic. 3. in fine, imò eiuſdem ſententiæ videtur Sotus 7. iuſt. quæſt. 1. art. 3. §. circa ſecundam concluſionem, verſ. ex his fit conſequens: nam loquens de voto, quod fit de rebus ex ſe indifferentibus, ait, quòd cũ de ſimilibus rebus votum emittitur, nõ obligat, niſi quamdiu fini illi conducunt, & quamdiu durat cauſa, quæ votum facit legitimum: illa enim ceſſante, cùm opus ad ſuam redeat indifferentiam, deſinit eſſe materia voti: atque adeò ceſſat obligatio. Exẽplum eſt, vouiſti vicini limina non calcare, propter periculum, quòd intus latebat, illo ceſſante, non te diutiùs votum tenet: quod probat Sotus, quia votum non plus obligat, quàm ſi eſſet lex: ſed lex ceſſat ceſſante in vniuerſum eius cauſa, & fine: ergo pariter votum.

*Lex quæ deſinit eſſe vtilis, eſt nulla.* Hæc opinio ſuadetur à Caſtro, Victoria, & aliis, quia ſi à principio lex eſſet inutilis bono communi, eſſet nulla: ergo ſi poſtea reddatur omninò A inutilis, etiam erit nulla: quia idem requiritur vt res ſit, & vt duret. Probãt etiam Caſtro, & alij ex cap. 1. de regulis iuris in 6. vbi ex Chryſoſt. dicitur, *res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur:* & ex capit. cum ceſſante, de appellationibus, vbi Inno. III. dicit, *ceſſante cauſa, ceſſat effectus.* Nec refert, inquit Caſtro, an lex exprimat cauſam ipſam, & rationem motiuam, ſeu finem, an non. Nam ſi cauſa legis potuerit ita cognoſci, vt proculdubio ſciatur fuiſſe ipſam, & non aliam, idem erit dicendum, ac ſi illa apertè exprimeretur. Videtur hęc ſentẽtia D. Thomæ quæſt. 90. art. 2. & quæſt. 96. art. 6. vbi ait, *quod lex in tantùm habet vim & rationem legis, in quantùm ordinatur ad bonum commune,* non habet B vim obligandi; quod ex communi & ex ipſo Soto, & Victoria diſp. 1. & aliis dictum eſt: ergo eo ipſo quod lex nullo modo poſſit conducere communi bono, vim & ſubſtantiam legis non obtinet: idem videtur ſentire Azor tom. 1. libr. 5. cap. 16. quæ. 15.

Propter hæc dicerem primò, proculdubiò ſi 32 *1. Concluſio.* nec in præſenti lex conducat communi bono, nec conductura ſperatur, ſtatim deſinit eſſe lex, nec obligat in actu ſecundo nec in actu primo. *2. Conc.* Secundò dico, ſi legis obſeruatio nunc eſt inutilis communi bono: ſed poſtmodùm creditur illi profutura; lex manet in ſe, & obligat in actu primo ſeu pro tempore ſequenti: ſed non obligat pro nunc, & in actu ſequenti manet quidem eius ſubſtantia, C & vis, ſed impedita, & ſuſpenſa ab effectu obligandi pro nunc: vt quando ceſſat finis legis diuinæ de correctione fratris, quia eſt emendatus, ceſſat lex in actu ſecundo, ſed non in primo. Et fortaſſis hoc ſolùm intendit prima opinio: vel certè intendit, quòd quamuis ceſſet ratio, quæ mouit legiſlatorem, ſi manet, aut interuenit alia, quæ illum non mouit, ſed quia lex ſit vtilis communi bono, manet lex, & eius obligatio, donec ex peculiari voluntate principis, aut per contrariam conſuetudinem abrogetur: in quo ſenſu primam opinionem valde probabilem exiſtimo: quia ſic contra illam rationes ſecundæ ſententiæ non militant.

D Dico tertio, quando finis, & ratio legis ceſſat, *3. Conc.* non quidem in communi, & vniuerſali, ſeu reſpectu omnium (communiter loquendo) ſed reſpectu huius hominis particularis certum eſt, non ceſſare legem, aut eius obligationem: ita omnes relati, & alij. Declaratur exemplis: nam ſi lex prohibet commercium cum Sarracenis, quia corrumpere eorum mores ſolent eos, qui cum illis verſantur, licèt ego intelligam, nullum periculum ex meo commercio mihi vel Reip. parari, teneor abſtinere à tali commer: cio ſimiliter, ſi lex prohibet, ne noctu arma deferantur, ne ſequatur Reip. perturbatio, licèt ego intelligam nullam ſubſecuturam perturbationem, ex eo quòd ego deferam: E teneor ſeruare legem, ſimiliter ſi ſcholares prohibeantur ſerico vti, ne opes paternæ exhauriantur, quamuis aliquis ſcholaris cognoſcat ea de cauſa paternas opes nihil minui, tenebitur ſerico nõ vti: ſimiliter etiam, ſi quis ſciret ſibi non eſſe neceſſarium, aut vtile ieiunium ad eos fines propter quos inſtitutum eſt, tenebitur lege ieiunij. Ratio ſumitur ex Victoria ſuprà, & ex D. Tho. quæſt. 96. art. 6. ad 3. quia legiſlator non fert legem in particularem hominem: ſed in communitatem ſubditorum, qui comprehenduntur ſub vniuerſali prohibitione, vel præcepto: & ita non eſt neceſſarium, quod

Digitized by Google

quod neceſſitas illius legis locum habeat in quolibet particulari: ſed ſatis eſt, ſi locum habeat in pluribus. Nec lex cogit tunc iſtum ad actum otioſum, quia ſubditus, in quo ceſſat omnis finis legis, poteſt actui imponere alium honeſtum finem obedientiæ, vel alterius virtutis.

34 4. Conc. Dico quartò, cum Caſtro ſuprà & aliis, licet ceſſet aliquis finis, & aliqua ratio legis, ſi manent aliæ ſufficientes, manet lex, & eius obligatio: manent enim ſufficientes cauſæ ad eius conſeruationem, vt in ieiunio, quamuis omnes haberent carnem ſpiritui ſubiectam, & non indigerent ieiunio ad hunc finem, adhuc tenerentur lege ieiunij ob ſatisfactionem pro peccatis, vel alios fines ad ſanciendam, & conſeruandam eam legem ſufficientes. Si tamen aliæ cauſæ non eſſent ſufficientes ad imponendam communitati tantam obligationem, ceſſaret lex: quia nullæ ſunt cauſæ ſufficientes ad eius conſeruationem. His conſonat Azor ſuprà dicens, ſi maneat finis legis ſubſtantialis, licet ceſſent accidentales, vt in ieiunio, ſubiectio paſſionum, non ceſſare legem: idem ait ſi lex habeat duos fines, & vnus tantùm ceſſauerit. Sicut olim circumciſio inſtituta eſt ad deletionem peccati originalis, & ad diſtinguendum populum Hebræum ab aliis, licet quis non indigeret circumciſione in ordine ad primum finem; quia ſanctificatus in vtero eſſet, teneretur illam adhibere ob ſecundum finem: vnde colligit Azor leges, quæ ponuntur ad euitandas fraudes, ſi dolus & fraus non ſit, locum non habere: ſecus verò eas, quæ in contractibus ſolemnem formulam conſtituunt.

Obſerua tamen non facilè iudicandum eſſe, finem legis in communi ceſſaſſe: licet enim ceſſet vna cauſa, poſſunt manere aliæ ſufficientes: imò interdum difficile eſt intelligere, an hæc, vel illa cauſa omninò ceſſauerit: & in dubio præſumendum eſt, legem manere, & obligare: ad quod adducitur Auguſtinus libr. de vera relig. & refertur cap. in iſtis. diſt. 4. dicens *non debere nos iudicare legem: ſed iudicari ſecundùm illam*: quaſi dicat, in dubiis ſemper eſſe præſumendum, legem iuſta aliqua ratione inſtitui, ſeu non abrogari: facit regula 67. de reg. iuris in 6. *in dubiis tutior pars ſequẽda eſt*.

## SECTIO IIII.

*An quando ſubditus vidit legis obſeruationem ſibi, vel aliis nocere, poſſit legem non ſeruare.*

35 *Finis legis dupliciter ceſſare poteſt.* NOta ex Caietano. 2.2. quæ. 120. art. 1. finem legis in caſu particulari dupliciter ceſſare poſſe: primò negatiuè, nimirum quia tunc obſeruatio legis ad finem lege intentum non conducit, & ſic locuti ſumus de ceſſatione finis legis ſect. præced. ſecundo modo ceſſat finis legis cõtrariè, quando ſcilicet nõ ſolũ non cõducit legis obſeruatio ad finem lege intentũ, quod eſt bonum hominum: ſed etiam illi aduerſetur: & de hoc caſu agimus in præſenti ſectione & quæſtione: Ad quam aliqui reſpondent dicendo primò, *1. Dictum aliquorum.* quando ſubditus certò cognoſcit, obſeruationem legis ceſſuram in detrimentum publicum, vel priuatum, ob quod certum eſt, legiſlatoris mentem eſſe, vt lex tunc non ſeruetur; poteſt illam non ſeruare, ſine vllo recurſu ad ſuperiorem, etiamſi recurſus facilis eſſet, nec in mora recurrendi vllum eſſet periculum, vt ſi in ciuitate obſeſſa ſtatuta

A eſſet lex, ne portæ ciuitatis cuipiam aperirentur, quia expedit communi ſaluti: ſi contingat, quòd ciues propter hoſtium eos perſequentium timorem, ad ciuitatem confugiant, portæ illis, ſi commodè fieri poteſt, aperiendę ſunt: quia id expedit communi bono: quod legiſlator intendit. Exemplum eſt D.Thom. quæſt. 96. artic. 6. ſimiliter petit lex depoſitum reddi: petit dominus depoſitum ad euertendam Remp. vel ſeipſum, non eſt illi reddendum: quia conducit communi bono, vt in tali euentu non reddatur. Nec opus tunc erit Superiorẽ conſulere: quia res eſt clara. Similiter ne quis fame pereat, poſſet ſine cõſultatione ſuperioris carnes in quadrageſima comedere, etiã ſi commodè B Superior conſuli poſſet. Ita D.Thom. Caiet. Conrad. Med. & alij recentiores quæſt. 96. artic. 6. Caſtro. 1. de lege pœn. ca. 5. docum. 5. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 8. qui exemplum ponit in eo, qui ſcit paratas ſibi eſſe inſidias in via: non enim tenetur domum exire ad audiendum ſacrum. Idem tenet D.Thomas 2.2. quæſt. 147. artic. 4. & confirmatur, quia lex non intendit, & aliquando nec poteſt, cum tanto detrimento obligare: ergo tunc cenſẽda eſt nõ obligare: quod pertinet ad epieikeiam, de qua D.Thom. quæſt. 120.

Secundò dicunt, quando ſubditus non eſt omninò dubius, & anceps, an lex tunc obliget, neque omninò certus: ſed propendet magis in eam partem, C quod tunc non obliget, tenetur, ſi tempus ſuppetit, conſulere ſuperiorem: ſi verò propter ſubitum periculum id non licet, tutò poteſt contra legem facere, ita Caietanus, Medina, & Sotus ſuprà, & communiter recentiores ſic exponentes D.Thomã ſuprà: quia tunc eſt iuſta cauſa faciendi contra legem inconſulto Superiori, hoc maximè procedit, ſi ſubditus proculdubio exiſtimaret, ꝙ Superior, ſi adeſſet, & conſuleretur, idẽ decerneret. *2. Dictum.*

Tertiò dicunt, ſi dubium ſit æquale, an tunc lex ſeruanda ſit, & in neutram partẽ præbeat ſubditus aſſenſum, recurrendum eſt, ſi fieri commodè poteſt ad Superiorem: ſi verò non, ſeruanda eſt lex, ne ſubditus ſe exponat, periculo inobedientiæ. Et D quia in dubio tutior pars ſequenda eſt. *3. Dictum.*

Quartò quando ſubditus ex vna parte habet dubium æquale, an in tali caſu lex obliget, nec ne: & ex altera parte rationabiliter credit, quod ſi legiſlator adeſſet, proculdubio decerneret, legem in tali caſu non obligare, nec eſſe ſeruandam, tunc, ſi eſt locus, recurrendum eſt ad ſuperiorem: ſi tamen non eſt locus ſuperiorẽ conſulẽdi propter ſubitum periculum, licitũ eſt facere contra legem, tribuitur Medinæ, & Caie. q. 96. a. 6. quia in tali caſu homo ſe conformat menti legiſlatoris moraliter certæ. *4. Dict.*

Quintò dicunt, quando ſubditus ex vna parte eſt dubius, an lex obliget, & ex altera parte eſt dubius, an ex legis obſeruatione periculum ſalutis corporalis immineat, non tenetur legem ſeruare. E Hoc etiam tribuitur Medinæ ſuprà: & probatur ab illis: quia recta ratio dictat, quòd quando res eſt dubia, & vtrinque periculum imminet, minus periculum eligendum eſt: ſed minus periculum tunc eſt, non ſeruare legem, quàm vitæ diſcrimen ſubire: ergo non eſt ſeruanda lex: & idem eſt in quocumque periculo maioris mali, quàm ſit id quod eſt non ſeruare legem. *5. Dictum.*

Prædictis ex parte conſonat Nauarrus cap. 23. nu. 43. vbi ait, quòd quando aliquis ex iuſta cauſa tranſgreditur legem humanam iuſtam promul- 36 *Author.*



Digitized by Google

gatam, ſemper excuſatur à peccato mortali, & quòd illa eſt iuſta cauſa, propter quam legiſlator, ſi eſſet tunc præſens, excuſaret hominem, citat gloſſam receptam l. tale pactum §. qui prouocauit, ff. de pactis. Addit, iuſtam quoque cauſam eſſe illam, quæ bona fide pro iuſta habetur, & ob quam, niſi talem eam iudicaret, non faceret contra legem. Addit vlterius talem cauſam non excuſare à peccato veniali, citat Paludanum 4. diſt. 15. quæſt. 4. ſed certè Paludanus ibi art. 1. in princ. con. 2. & nu. 6. ſolùm ait, quando cauſa violandi ieiunium eſt ex toto ſufficiens, non eſſe peccatum: ſed quando non eſt ſimpliciter, & ex toto ſufficiens, eſſe veniale. Caiet. etiam pro ſe, Nauarr. Sylueſt. verbo ieiunium quæſt. 8. & quidem Syluester ibi partic. 1. in fine allegat Palud. dicentem, quòd ſi fractio ieiunij fiat ex cauſa ſufficienti non eſt peccatum: ſi autem ex cauſa non ſufficienti, eſt peccatum veniale. Addit autem Sylueſt. ſed ſupple; quæ credatur ſufficiens: vbi videtur velle Sylueſt. quòd ſi quis credat, cauſam eſſe, ſed inſufficientem, eſt peccatum mortale: quod verum eſt, ſi exiſtimatio multùm deficit à ſufficientia: ſecus, ſi parum: tunc enim ſolum eſt veniale: & ſimiliter quando mala fide veniali putat cauſam eſſe omninò ſufficientem. Quare attentè inſpectis Paludano, & Sylueſtro exiſtimo contra Nauarrum, quòd quando quis bona fide exiſtimans cauſam eſſe omninò iuſtam, & ſufficientem, tranſgreditur legem, etiam à peccato veniali excuſatur: ſecus ſi exiſtimet cauſam non eſſe omninò ſufficientem; aut mala fide veniali exiſtimet eſſe omninò ſufficientem.

Quod verò attinet ad dicta illorum recentiorum, decernendũ eſt iuxta dicta à me tom. 1. tract. de cõſcientia: vbi docui, quid agendũ ſit in dubio ſuſpenſionis, vel opinionis de obligatione legis, in tali, vel tali euentu. Nunc ſolùm dico, in dubio ſemper legem eſſe ſeruãdam, niſi aliqua iuſta cauſa excuſet ab eius obſeruatione: ſi autem dubium ſit, an cauſa ſit iuſta, ſufficit ſi quis probabiliter iudicet, eſſe iuſtam, vel eſſe probabile, quòd ſit iuſta: in quo euentu non eſt dubium ſtrictiſſimè ſumptum, ſeu omnimodæ ſuſpenſionis iudicij, cùm ſubditus iudicet verum eſſe, vel probabile quòd cauſa illa ſit omninò iuſta, & ſufficiens.

## SECTIO V.

*An econtra, violet legem qui ſeruando verba eius in cortice, contra eius mentem & intentionem facit.*

37 *Præuaricator legis, qui non obſeruat legẽ ſecundum mẽtem eius.*

RESpondeo talem eſſe legis præuaricatorem. Ita Sotus 1. iuſt. qu. 6. art. 8. Med. quæſt. 96. art. 6. & alij communiter ibi, & alibi, Sylueſter ver. lex quæſt. 29.

Probatur ex l. non dubium C. de legibus: *non dubium eſt*, inquit, *in legem committere, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.* Et l. contra, ff. de legibus, *fraudem facit legi, qui ſaluis verbis legis, mentem eius circumuenit*, & l. ſequenti: *fraus legi fit, vbi fit quod fieri noluit; fieri autem non vetuit.* verbi gratia, præcipit lex, ne filij clericorum paternam hæreditatem obtineant; ſi clericus relinquat amico bona ſua ſub conditione, vt illa det filio ſuo; hoc eſt, ſaluis verbis legis, mentem eius circumuenire, & talis eſt præuaricator legis, vt tract. de filiis illegitimis docetur: idem eſt, ſi contra legem adulter filio ſpurio illo modo bona ſua relinquat: idem ſi ſit lex, quòd ſacerdos non renuntiet beneficium filio: ſi talis ſacerdos renuntiet filio alterius ſacerdotis ea conditione, vt ille alter ſacerdos renuntiet in fauorem filij, contra mentẽ legis facit, licet non contra verba, legiſque præuaricator eſt: & hæc iniquitas eſt oppoſita epieikeiæ: nam epicikeia ſeruata mente legis contra eius verba, ſeu corticem tantùm facit: & qui ſic operatur, non peccat: vide Sylueſter verbo inobedientia num. 3. ad medium. Hæc intellige cum recentioribus, de intentione, & mente intrinſeca legis, ſeu de agente contra id, quod lex intendit, ſeu vult præcipere: nam loquendo de intentione veluti extrinſeca, qui facit contra eam, non violat legem, quia finis præcepti nõ cadit ſub præcepto, vt ſi quis ieiunet eo modo, vt carnis impetus non ſolùm non reprimat; ſed etiam excitet. Ita exponit Adrianus in 4. in materia de confeſſione innuit ſatis D. Thomas quæſt. 100. art. 9. ad 2. & Caietanus ibi.

*Epieikeia quid propriè ſit.*

Vnde collige cum recentioribus optimam regulam ad iudicandum, quando ſint valida, aut etiam licita, quæ fiunt contra intentionem legum prohibẽtium, vel irritantium aliquos contractus, vel inſtitutiones filiorum illegitimorum: quæ enim ſolùm ſunt contra intẽtionem extrinſecam, valida, vel licita ſunt: ſecus quæ ſolùm ſunt contra intentionem intrinſecam, ſeu finem legis. Vnde à legiſperitis, & Theologis adhibentur multæ cautelæ licitæ, vt bona parentum ad filios ſpurios, vel alios illegitimos tandem deueniant, quoad vſum, & vſumfructum, vel etiam proprietatem: de quibus egi tract. de filiis illegitimis. 38

*Quando ſunt valida, quæ fiunt contra intentionem legum.*

Notant hîc aliqui recentiores, non ſemper verba alicuius contractus, vel legati, habere eandem intentionem, quam in cortice ſonant: ſed aliam occultam aliquando: quæ debet prius attendi, verbi gratia, in inſtitutione maioratus aliquando habetur, *quòd ſi ille inciderit in hæreſim, ſodomiam, vel perduellionẽ: imò ſi id cogitauerit: imò etiam decẽ diebus, antequã inciderit, vel cogitauerit, ipſo facto in conſcientia amittat maioratũ, & ſubroget alium hæredem.* Hæc quidẽ verba ſunt cautelæ cõtra fiſcum regis, & ita non ſunt accipienda in cortice: quia ſolùm intendũt, ne fiſcus regius accipiat illa, ſi quis committeret illa crimina: & ne perdatur maioratus, vult aliũ ſubſtituere. Si autem res eſſet occulta, & non eſſet periculum, quòd maioratus ad regem perueniat, committens tale crimen occultè non tenetur maioratum dare ſucceſſori: quia debet attendi intentio occulta inſtituentis maioratum: quæ fuit, vt ſi peccatum fuerit ſecretum, non amitteretur dominium: & hic eſt vſus, & ita dixere doctiſſimi Iuriſperiti de hac re conſulti: cùm tamen intellexerit, ſe cõdemnandum, tenetur ſucceſſori dare omnes fructus maioratus, quos, niſi id faceret, caperet fiſcus. Sed de his alibi, & cõſulẽdi ſunt iuriſperiti.

*Verba alicuius contractus, nõ habent eandẽ intentionem quam in cortice ſonãt.*

*Maioratus dominium habẽs incidẽs in aliqua crimina, quid agere debeat.*



Digitized by Google

# DISPVTATIO DVODECIMA DE LEGIS PROMVLGATIONE.

## SECTIO PRIMA.

*An promulgatio ſit omninò neceſſaria ad rationem, ſeu eſſentiam legis.*

*Lex nō habet vim legis, donec promulgata ſit.*

1 DIuus Thomas, quæſt.90. art.4.& quæſt.96.art.1.ad 2.multùm laborat, vt explicet, quo pacto omni legi etiam æternæ promulgatio conueniat. Sed de his legibus ſuperiùs diximus:nunc de ſola hu- B mana loquamur. Quam in confeſſo apud omnes eſt, vim, rationem,ſubſtantiam,ſeu eſſentiam legis non habere, donec promulgata ſit,vel ſaltem ſolemniter edita, Gloſ. cap.cognoſcentes, verbo ante prohibitionem de conſtit.& cap. 1. verbo publicè promulgauit, de poſtul.præl. Pan.dicto cap.cognoſcentes.num.6. & dicto cap.1.numer.9 & conſil.35. num.1. & 2. Antonius de Butrio.reper.in dict.cap. cognoſcentes,num.205.D.Thomas 1.2.quæſt.90.ar.4. Caiet. Conrad.Medina,& alij ibi,Valen.diſp.7. quæſt.5. punct.5. Vazquez,d.155.cap.2. Antonin.1.part. C tit.11.cap.2.§.10.in fine, Piſanella verbo lex,§ 4. Ange.num.12. Sylueſt.quæſt.6.Arm.num.11.Tabien.eodem in princ. Sotus.1.iuſt. quæſt.1.art.4. con.1.Caſtro.1.de lege pœnali ca. 1. Marcus Ant. Cuccus 1.inſtit.maiorum tit.3.num.16.Sebaſtian. Medicis rep.in cap. erit autem lex d. 4. num. 67. Angles in 4. quæſt. de eſſentialib. Baptiſmi art.8. Nauarr.in ſumma cap.23. num.44. Viualdus p.4. Candelab.cap.8.num.43.ſum. Corona.p.1.cap.1. nume.30. Thomas Zerul.in praxi epiſcopali p.1. verb.pragmatica in princ.Barthol. Hugol.de cenſuris tabula1.cap.9.§.7.num.1.Tolet.in ſum.tract. de peccatis.cap.18.Eman.Rodriguez in ſumma.p. D 1.cap.194.conc.7.Alphon.à Veracruce in append. ad ſpecul.coniugale dub.14. Petrus Cenedus in collectan.p.1.collect.1.num.5.Sayrus tom.1. Theſauri libr.1.cap.7.numer.3. & tom.2.libr.3.cap.5. num.1.Nauarr.conſil.1.de conſt quæſt. 1. num.3. Cipolla conſil.criminali. 13. Menchaca controuerſiarum illuſtrium lib.1.cap.44.& 45. Azebedo ad lib.1. num.7.ti.1.li.2.nouæ compillatio. Scholaſtici communiter 3.d.37.Iuriſp.ad cap. cognoſcentes de conſtit.capit.1.de poſtul.prælat. l. leges ſacratiſſimæ C. de legib. Eman. Rodrig.tom.1. quæſtionum regul.quæſt.6.art.3.& quæſt. 11.ar.2. Azor lib.5.cap.3.quæſt.1.tom.1.Alex.conſilio 39. E & 52.verſic. nec obſtat volu.7. Andreas ab Exea cap.2.de conſti.num.penult.ſeu.75 Gratus conſil. 49.num.32.P.Barb. conſil. 33. clementiſſimi Dei colu.penultima Anton. Gabriel tom.2.commun. op.lib.6.tit.de legib.con.4.citat Probum cap.2. de A reb.Eccleſ. non alien.in 6.num.27. & Felin.cap. 2. de conſt.limit.2. & 4. Rip.rub.de conſt.num.42. verſ.2.infertur,Gratum conſil.49.nume 36.vol.2. Pariſium conſil.49.numer.5.Ioann.Andr.cap.2 de conſt.gloſſ.vlt.Gofred.in ſum.de conſt.in fine ver. incipit autem.Card. cap.2. de conſt.oppoſ.5.gloſ. cap.fi.ne clerici vel monachi, vt aſſerant, legem obligare ante publicationem data ſcientia. Sed eos non intellexit:ad ſummum enim dicunt obligare ſcientes ante lapſum duorum menſium à publicatione: pro ſententia autem tenente legem nō obligare ante publicationem citat ibi multos, B quos ſequitur:vide in illo,ſi placet.

*Mos Romanorum in legibus promulgandis.*

Vt autem intelligantur ſolida fundamenta huius doctrinæ,explicandum, quæ olim promulgatio inter Romanos eſſet, & quomodo erat requiſita,vt lex valeret,vimque haberet obligandi. 2 More igitur Romanorum comparatum fuit, vt prius quàm leges vim obligandi haberent, Populus in Tribubus aut centuriatis comitiis ab aliquo magiſtratu,conſulto prius ſenatu rogaretur, vellet ne, ac iuberet,eam legem ſibi propoſitam ferri.Deinde lex rogata trino nundino ſcripta pro roſtris proponebatur, vt ſi cuipiam iniuſta,aut nón con- C ueniens Reip.videretur,legem improbaret, & ne ferretur,poſſet intercedere. Quamquidem publicam legis editionem, antequam ferretur tribus nundinis factam, promulgationem legis veteres Romani dixerunt,vt auctor eſt Feſtus Calepinus, verbo promulgo,Azor tom.1.lib.5. cap.3.quæſt.1. Macrob.1.ſaturnal.cap.16. Aymarius Riuallius 2. libr.hiſtoriarum iuris ciuilis, Connanus 1.commentariorum iuris ciuilis cap. 13. Oroſcius l.neceſſarium à num.57.ff.de origine iuris,& Viues 4. de tradendis diſcipli.non longè à fine, & colligitur ex Cicerone Philippica 5.dicente. *Num etiam hanc legem Pop.Romanus accepit? Quid? Promulgata fuit? Quid? non antea lata,quàm ſcripta? Non antea* D *factam vidcmus quàm futuram?* & oratione pro Lucio Flacco, *ô morem præclarum,diſciplinámque, quam à maioribus accepimus,ſiquidem teneremus: ſed neſcio, quo pacto iam de manibus elabitur:nullam enim illi noſtri ſapientiſſimi, & ſanctiſſimi viri vim concionis eſſe voluerunt,quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet, ſubmota concione diſtributis partibus,tributim,& centuriatim,deſcriptis ordinibus,claſſibus,ætatibus,auditis auctoribus re multos dies promulgata, & cognita iuberi,vetarique voluerunt, hoc eſt trino nundino populo pro roſtris propoſita.*

*Reſpu. Chriſtiana legibus Romanorum tota ferè ſoluta eſt.*

Cæterū cùm legibus Romanorū tota ferè Chriſtiana Reſp. ſoluta ſit, vt teſtatur Viues lib.7. de E cauſ. verſus finem: illa maximè de promulgatione, quæ florente Cicerone è manibus labebatur, & cùm Romana Reſp. omne ſuum imperium, & poteſtatem in imperatorem tranſtulerit, penitus elapſa eſt: neque talis promulgatio neceſſaria eſt



Digitized by Google

ad legis ſubſtantiam, aut vigorem, & in hoc omnes conueniunt, ſed aliquam ſolemnem promulgationem requiri, probant aliqui ex l. leges ſacratiſſimæ C. de legib. vbi dicitur *leges ſacratiſſima, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab hominibus debent, vt vniuerſi præſcripto earũ manifeſtius cognito, vel inhibita reclinent, vel permiſſa ſectentur.* Sed hoc teſtimonium non vrget, quia dici poteſt, cognoſci debere, vt obligent quaſi in actu ſecundo, ita vt non excuſemur ab earum obſeruatione: id verò neceſſarium non eſſe, vt leges ſint, & obligent quaſi in actu primo, id eſt, habeant vim obligandi pro tempore, quo fuerint cognitæ. Magis fauet Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones cap. 1. collat. 5. vbi Iuſtinianus inquit ſuas conſtitutiones ex tunc valere, cùm in communi factæ ſunt manifeſtæ, & Gratianus ca. in iſtis leges §. diſt. 4. dicens, leges tunc inſtitui, cùm promulgantur.

Sed dici poſſet, hoc fuiſſe requiſitum ex inſtitutione, aut voluntate Reip. Romanæ: non verò eſſe requiſitum ex natura rei; imò ex cap. 1. de poſtul. prælato. Panor. num. 9. & 10. quem ſequitur Sylueſt. verbo lex quæſt. 6. partic. 2. putat ſufficere, quòd ſit ſolemniter edita, puta in Conſilio populi licet non ſit publicè promulgata: idem videtur tenere Angel. verbo lex quæſt. 12. Nam
3 Innocentius III. in dicto cap. 1. de poſtul. prælato. expreſsè ait, vt quis teneatur ad obſeruantiam alicuius legis, ſeu conſtitutionis ſufficere, ſi ſciat eſſe ſolemniter editam, aut publicè promulgatam: ergo non requiritur publica promulgatio. Confirmatur: nam Deus eo ipſo quod habeat voluntatem obligandi nos, eamque exprimat ſigillatim huic, & illi, & ſic de aliis, ſinguli ita obligantur, vt peccent tranſgrediendo illud præceptum, & eo ipſo quod ſit generale, licèt non ſit generaliter, aut ſolemniter omnibus propoſitum, eſt verè lex, & omnes omninò obligat in actu primo, & omnes illud ſcientes, etiam in actu ſecundo: ergo idem eſt in præcepto humano: Cùm poteſtas legiſlatiua humana ſit participatio diuinæ, & ipſi aſſimiletur, nec eſt cur dicamus, non poſſe ſuperiorem creatum obligare ſola voluntate obligandi manifeſtata ſubdito per diuinam reuelationem, aut ſaltem aliqua propoſitione externa, ſiue voluntas illa ſit particularis, ſiue generalis: hæc enim diuerſitas nihil referre videtur. Sed ſicut in omnium ſententia voluntas particularis obligandi Petrum, quacumque via ſaltem externa & ſuperiore orta ſubdito innoteſcat, ipſum obligat; ita lex generalis obligat omnes, ſi eodem modo ad eorum notitiam perueniat, non ſimul, ſed ſucceſſiuè. Sicut lex naturæ ſucceſſiuè obligat omnes, à quibus cognoſcitur hoc eſſe turpe, illud verò neceſſarium, nec obligatio vnius pendet à cognitione alterius.

*3. Opin. Pan. & Syluest.*

*Lex naturæ obligat omnes, à quibus cognoſcitur.*

4 Propter hoc ſatis apparenter dicere quis poſſet, non eſſe neceſſarium ex natura rei hoc, vt voluntas legiſlatoris omnes ſigillatim obliget ſolemniter, aut publicè eſſe promulgatam, aut propoſitam, & manifeſtatam, ſed ſufficere ex natura rei, quomodocumque ipſam ſubditis innoteſcere, vt ipſos obliget, quamuis fortaſſe non habebit rationem legis, ſed mandati tantùm particularis, donec vel multis innoteſcat, vel ſaltem iſta ſit propoſita, vt facilè poſſit ad multorum notitiam deuenire. Quod ſi ita eſt, concedendum erit primò, ſtando in ſolo iure naturę, ſi voluntas legiſlatoris de obli-

*Modus dicendi apparens.*

A gando populo ad aliquid, innoteſceret alicui per reuelationem interiùs ſibi factā immediatè à Deo, vel medio Angelo, manere obligatum, & peccare ſi non obediat: quod confirmari poſſet, tùm ex opinione dicentium promiſſione interna hominem poſſe ſe alteri homini obligare: nam ſi actu merè interno poteſt obligare ſe alteri, cur non poterit, ſi eſt ſuperior, alterum ſibi obligare ſolo præcepto interno, ita vt alter teneatur illud exequi quacumque ratione ad eius notitiam perueniat. Tum ex opinione aſſerentium lege humana poſſe obligari hominem ad actum merè internum, & propter actum merè internum poſſe excommunicari, & aliis pœnis puniri. Si enim actus
B internus poteſt eſſe materia legis humanæ etiam punitiuæ, cur non poterit lex eſſe humana & obligare omnes ad quorum poſtea notitiam venerit, ſiue legiſlator ſit ſuperſtes, cum primùm eius voluntas cognoſcitur, ſiue iam defunctus? Si autem nolis hoc primum corollarium admittere: quia cùm homines ſint corporei, nō videntur poſſe ſe, aut alios obligare, ſiue præceptis, ſiue promiſſionibus merè internis, & ſpiritualibus, ſaltem dicere poterit volũtatem ſuperioris quacumque ratione exteriùs manifeſtetur ſubdito, poſſe ipſum obligare, ſiue ſit generalis, & ad plures pertinens, ſiue ad vnum, vel alterum dumtaxat. Sic enim peccatũ quodcumque exterius, quantumcumque
C occultum, poteſt puniri ab homine excommunicatione, & aliis pœnis; quare ſtando in lege naturæ Reſpublica penitus libera, aut principes, vel collegium ſenatorum, vel optimatum, in quod totam ſuam poteſtatem tranſtuliſſet, poſſet obligare ſingulas perſonas populi ſcriptura aliqua continente, vt omnes, ad quorum notitiam perueniret, ſiue ante, ſiue poſt mortem ipſius, tale quid facerent; & tale præceptum eſſet vera lex. Idemque eſſet, ſi vice literarum præco, vel manu ſcriptarum, aut aliis ſignis externis ſaltem ad id inſtitutis, ſuam voluntatem legiſlator explicuiſſet, aut alius de mandato, aut admiſſione ipſius: aut etiam mera ſua voluntate ſine legiſlatoris com-
D miſſione; eò quòd eius voluntatem reuelatione, aut alia via ſciret, & perſuadere ſubditis poſſet. Sic aliqui Theologi recentiores, *ex familia noſtra*, dicunt, licet de eſſentia legis humanæ ſit aliqua denuntiatio, non tamen ſolemnis promulgatio, & citant pro ſe, Syluam titulo de beneficiis quæſt. 21. Ludouicum Gomez in proœmio ad regulas Cancellar. quæſt. 2. & ſuadetur: nam tales ſunt veræ leges, tamen non promulgantur publicè, & ſolemniter. Quamuis autem ſtando in lege naturæ diceretur ſatis eſſe ad rationem legis humanæ, ſic eſſe propoſitam ſubditis legiſlatoris voluntatem, tamen ſtando in iure humano dicendum eſſet requiri promulgationem publicam, & ſolemnem:
E quia nulla Reſp. dedit Principi, vel ſenatui ſuo poteſtatem aliter faciendi leges, nec ipſa quæ eſt omninò libera, vult aliter leges ſuas valere: vel quia iure gentium omnes Reſpublicæ habent poteſtatem legiſlatiuam reſtrictam prædicta conditione ob multa incommoda, quæ ſequi poſſent, ſi leges, quæ ſunt præcepta communia, & perpetua, ſic clam, aut furtim fierent ſine aliqua ſolemni publicatione, & promulgatione deſignata iam, & fixa in ſingulis Rebuſp. quæ leges maiora inconuenientia haberent, ſi eſſent irritatoriæ electionum, contractuum, aut aliorum huiuſmodi;
& ſatis

*Homines non videntur poſſe ſe obligare promiſſionibus merè internis.*

*Incommoda magna ſequerentur, ſi leges ſine promulgatione ferrentur.*

Digitized by Google

& ſatis magnum inconueniens eſſet, non poſſe ſubditos ſtatim, cùm lex fit, proponere, ſi fortè habet aliqua inconuenientia, vt lex tollatur, vel reſtringatur.

*Opinio auctoris.*

*Iure naturæ lex omnis, quæ ſine promulgatione lata eſt, non obligat.*

5 Probabilius tamen exiſtimo, iure naturæ eſſe irritam omnem legem merè humanam, & quæ fit ſola poteſtate humana, niſi talis lex ſit publicè, & ſolemniter promulgata, quia natura nulli dat facultatem cõdendi leges, niſi cùm illa limitatione, ſicut nulli dat facultatem accedendi ad aliquam, niſi perpetuo contractu matrimonij ſe mutuò obligauerint, & ſimiliter non dat facultatem ad contrahendum cum matre, vel ſorore, aut alteri nupta, &c. Hanc ſententiam amplector, quia vt proximè dicebam, magna incommoda ſequerentur, ſi aliter leges ferrentur. Sed natura irritat actus humanos habentes magna incommoda, vt patet de matrimoniis factis in primo gradu, vel cum nuptis, vel per errorem perſonæ; & in aliis, ergo idem eſt de lege lata ſine promulgatione, & ſolemnitate, in eandem ſententiam alio fundamento ducitur Vazquez diſp. 155. cap. 2. Quia nimirum de ratione legis eſt, eſſe regulam, & imperium ex ſe aptum, vt applicetur ad operandum: tale autem non eſt præceptum ſuperioris mente retentum, aut aliter propoſitum quàm ſolemni promulgatione: ergo ſine ſolemni promulgatione non eſt lex. Sed oporteret ipſum manifeſtè probare minorem, vt ſententiam, quàm dicit omnibus debere eſſe indubitatam, nobis perſuaderet. Confirmare videtur eandem ſententiam, quia in lege Princeps ſe gerit, & aliis imperat vt Princeps: hoc autem non poteſt facere ſine ſolemni promulgatione: ergo. Sed deſideratur probatio minoris.

*In lege Princeps ſe gerit, & imperat vt Princeps.*

*Lex diuina an externa promulgatione indigeat.*

Addit Vazquez ſolemnem promulgationem eſſe etiam de ratione legis diuinæ. Niſi quòd lex diuina obligaret quemlibet noſtrum, ſi ſola ſpirituali notitia, innoteſceret nobis mens, & voluntas Dei: ille enim cùm ſit Dominus animæ, & ſpiritus, imperium ſuum poteſt ad ipſum hominem deriuare ſine vlla exteriori promulgatione, & abſque illa veram vim legis habebit: in quibus verbis videtur ſentire, de ratione legis humanæ eſſe promulgationẽ externam, diuinæ autem, promulgationem abſtrahendo ab interna, & externa: ſed ſi omnis reuelatio interna eſt promulgatio interna, & ſufficit ad legem, & obligationem diuinam: cur non omnis notificatio externa etiam ſi ſigillatim, & ſucceſſiuè fiat, erit promulgatio externa, ſufficiens ad legem humanam, & eius obligationem, ſine aliqua ſolemni publicatione & promulgatione?

Recurrendum ergo puto ad ſuperiorem rationem ab incommodis ductam.

Quæ non prohibet, vt dicamus Deum poſſe dare poteſtatẽ ad ferendas aliter leges ciuiles aut Eccleſiaſticas, quia non tenetur illa incommoda cauere aut attendere: ſed reuera nulli talem poteſtatem dediſſe: quia voluit ea incommoda cauere, ſicut nulli dedit facultatem contrahendi matrimoniũ cum matre vel ſorore, licet poſſet dare, & ſic in aliis multis. Quod ergo dicitur, communiter ab auctoribus initio citatis, præſertim D. Tho. Caſtro, Valentia, Nauarro, Azor, Soto promulgationem eſſe de eſſentia, vel ſubſtantia legis, non ita eſt intelligendum, vt nec de potentia Dei abſoluta poſſit eſſe lex humana ſine ſolemni publicatione & promulgatione, ſed quia de potentia naturali nulla poſſit eſſe lex humana ſine tali promulgatione, eò quòd nec Deus, nec natura poteſtatem legiſlatiuam dedit, niſi ad ferendas eo modo leges, & ita ſicut matrimonium cum alia priori viuente, & primi gradus conſanguinitatis ex natura rei eſt impedimentum eſſentiale, aut ſubſtantiale ad matrimonium: ita defectus promulgationis ad legem humanam.

*De potentia Dei abſoluta ſine ſolemni promulgatione lex humana eſſe non poteſt.*

Rectè autem aduertit Vazquez, quamuis lex humana omninò requirat ſolemnem promulgationem, in arbitrio: tamen ſupremorum principum eſſe hac vel illa ſolemnitate vti: Bullæ Pontificiæ publicantur in campo Floræ, & vnum exemplar affigitur columnæ illius campi, alterum ad valuas Petri, & Pauli, alibi ſunt aliæ ſolemnitates.

Ad argumentum autem pro Panor. factum ex cap. 1. de poſtulo. prę̨l. Reſpondeo, particulam, aut, non legi in aliquibus textibus, ſed particulam, &: ſic videtur legiſſe Armil. verbo lex num. 11. dum ex hoc cap. copulatiuè ait, ad legem requiri, quòd ſit ſolemniter edita, & publicè promulgata: & licèt legamus *aut*, non ſequitur, ea eſſe diſtincta: & alterutrum ſufficere, nam particula, aut, eo loco, vt & aliis multis expoſitiuè videtur poni, nam idem eſſe videtur legem ſolemniter edi; & publicè promulgari, præſertim ſi ſolemniter edi, vt dixit Panor. eſt in conuentu, ſeu concilio populi fieri, & licèt daremus hæc duo eſſe diſtincta, ſenſus Pontificis eſſet ſatis eſſe hoc, aut ſaltem ſatis eſſe illud: & hoc non eſſet affirmare quodlibet eorum ſufficere: male ergo Panor. ſuprà, quem videtur ſequi Andreas ab Exea rub. de conſti. num. 206. dixit, ſatis eſſe ſolemnem editionem, ſine promulgatione publica. Quem his verbis refert & refellit Decius cap. 1. de poſtul. prælat. num. 17. & 18. not. 15. Dum alternatiuè tex. loquitur, ſecundum Abbatem colligitur, quòd conſtitutio edita ſolemniter, ligat antequàm publicè promulgetur. Ex quo infert, quòd cõſtitutio edita ſolemniter in Cõcilio populi ſtatim ligat, licet promulgata non fuerit. Sed certè iſtud dictum videtur dubitabile: quia licet ſolemniter edita fuerit conſtitutio in Concilio, intentio ſtatuentium videtur fuiſſe, quòd ligat, non tunc præcisè, ſed poſt publicationem ſecũdum naturam conſtitutionis: argumenta textus in l. qui habenti in princ. ff. de acquire. poſſeſſ. & abſurdum eſſet, quòd qui fuiſſent in Concilio, ſtatim obligarentur ad obſeruationem conſtitutionis, & non alij. Non obſtat textus in illa alternatiua, *aut*, quia aliqui libri habent copulam, & quandoque reperitur quòd alternatiua ponatur pro copulatiua l. cum quidam C. de verb. ſign. & etiam quandoque ponitur, *aut*, expoſitiuè, vt per gloſ. in l. penul. ff. de actio. empt. in prin. Hactenus Decius: quem probat Nauarr. in ſum. cap. 23. num. 40. in fine, & conſilio 1. de conſtitu. quæſt. 1. num. 3. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 1. dicens, ſententiam Panor. eſſe contra D. Thom. quæſt. 90. art. 4. & Theologos 3. diſt. 37. & communem opinionem, quæ promulgationem requirit.

Ad illud autem argumentum de regulis Cancellarię, reſpõdent aliqui, regulas Cancellarię non tam de nouo edi, quàm continuari, & quia iam de vſu illo conſtat, illam cenſeri virtualem promulgationem, ſeu ſatis publicam intimationem, quia ſi huiuſmodi non eſſet, poſſet quidem talis voluntas principis priuatim cognita habere vim & rationem 7

*Regula Cancellaria non ſunt propria leges.*

tionem præcepti, non tamen rationem propriæ dictæ, & publicæ legis. Melius tamen dicitur regulas Cancellariæ, non eſſe propriè leges, quia expirant mortuo Pontifice, donec à ſucceſſore confirmentur, vt patet ex earum præfatione verbo ſuo tempore, & ideò ordinarij liberè poſſunt de beneficiis reſeruatis diſponere, donec fuerint confirmatæ à ſucceſſore Pontifice, vt ait Gomez in præfatione ipſarum regul. Rebuf. in praxi beneficiali, & additione ad regulas cancellariæ, in princip. & poſteà in gloſſ. verbo, ſuo tempore, Aufredus deciſione 445. Geminian. conſil. 93. Molins in voce, & alij iuriſp. conſulti. Addimus has regulas teſte Rebuf. in gloſſ. cit. verbo ex tunc publicari in Cancellaria, & obligare ſcientes à die publicationis: ignorantes verò poſt duos menſes. Nec oportet alibi promulgari, quia ſolùm ſunt inſtructiones datæ à Pontifice pro officialibus Cancellariæ.

*Interpretatio earum vim legis non habet.*

8 Quod dictum eſt de lege, dicendum de eius interpretatione, nempe vim legis non habere niſi etiam promulgetur. Quia idem iudicium videtur eſſe de lege, & de eius interpretatione auctoritatiua, & habente vim legis. Quamuis Emanuel to. 1. quæſtionum regularium, quæſt. 11. art. 2. vt defendat declarationes congregationis cardinalium, quæ non ſunt promulgatæ, habere nihilominùs vim legis generalis, dicat legem non habere vim, niſi promulgetur, ſecus tamen eius interpretationem, vt latè retulimus diſp. 2. ſect. 9.

## SECTIO II.

### *Vtrùm vna legis promulgatio in curia principis ſufficiat, ad omnes eius ſubditos obligandos.*

*1. opinio. Leges vt obligẽt in ſingulis prouinciis promulgari debent.*

9 PRima ſententia eſt, non ſolùm leges imperatoris, ſed etiam Pontificia, vt ligent in ſingulis prouinciis, neceſſe eſſe, vt in ſingulis promulgentur, & non ſatis eſſe, in curia promulgari: imò neque elapſos eſſe duos menſes à ſolemni promulgatione in Curia, Pan. cap. cognoſcentes quod eſt 2. de conſtit. num. 7. ad finem, Felin. ibi. nu. 7. Decius ibi in 2. lectura num. 44. alias nu. 6. citans Innocentium eodem c. colum. 3. idem tenent Cardi. Zabarella eodem cap. num. 4. quæſt. 6. Imola, Anto. de Butrio, Henric. Boic. Ioann. Lignanus Beroius, & alij eodem cap. Angel. verbo lex, num. 13. Sa numer. 9. Medina hic quæſt. 90. art. 4. dub. 1. poſt. 2. con. & dub. vlt. con. 5. Conrad. eod. art. ad 2. Sotus 1. iuſt. quæſt. 1. art. 4. §. at vero de ſum. Pon. Palac. 3 d. 37. diſp. 1. §. didiciſti, Syluester Aldobãdinus in additio. ad Decium ſupra li. B. vbi ſe conſuluiſſe teſtatur, regulæ Cancellariæ de publicandis reſignationibus non eſſe ſatisfactum, per publicationem factam in Curia Romana. Hanc ſententiam tribuunt aliqui Caietano 90. artic. 4. Sed bene Azor tom. 1. lib. 3. cap. 3. quæſt. 2. & Vazquez diſp. 156. cap. 1. in fine, negant Caietanum fuiſſe huius ſententiæ: ſolùm enim dixit, non ſufficere promulgationem in curia, vt longè ab ea diſtantes non poſſint ignorantiam inuincibilem habere, & per illam excuſari: imo Nauarrus conſil. 1. de conſt. quæſt. 4. num. 20. ex verbis Caiet. colligit oppoſitam ſenten. Hanc tamen ſententiam tenet

A apertè Molina tom. 2. de iuſt. tract. 2. diſp. 395. §. ſecundò ducor, & ſequentibus, licèt cum aliquibus limitationibus, quas infra referemus.

Suadetur primò, quia leges imperatoris non habent vim in ſingulis prouinciis, niſi in ſingulis promulgentur auth. vt factæ nouæ conſtitutiones collat. 5. cap. 1. ergo nec leges Pontificis. Par enim, aut maior ratio de his, quia ad populos magis diſtantes feruntur: Maximè, quod iuri ciuili ſtandum eſt, quandò iure canonico contrarium ſtatutum non eſt, arg. cap. 1. de noui op. nuntiatio. vbi Innoc. III. ait: *Quia verò ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari: ita & ſacrorũ ſtatuta canonum, principum conſtitutionibus adiuuantur*, & cap. ſi in adiutorium d. 10. Auguſtinus ait, *Si in adiutorium veſtrum terreni imperij leges aſſumendas putatis, non reprehendimus: nam fecit hoc Paulus cùm aduerſus iniurioſos Romanum ciuem ſe eſſe teſtatur.* 1. arg.

B

Secundò, quia Innocentius III. c. cùm infirmitas de pœnit. & remiſſio. ait *ſiquis autem medicorum, huius noſtra conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, trangreſſor extiterit*, &c. ergo etiam conſtitutio Papæ non ligat in diœceſibus, vbi promulgata non fuerit.

Tertiò, propterea in multis locis conſilij Trident. leges non ſeruantur, quia ibi non fuerunt promulgatæ.

C Quartò quia, durum, imò iniuſtum eſt, vt lex irritans, verbi gratia, matrimonia, alióſve contractus, teſtamenta, legata, aliaſque ſimiles diſpoſitiones, aut electiones, præſentationes, &c. vim habeat in locis valdè diſtantibus à curia, vbi moraliter loquendo nec per duos, nec per plures menſes ſciri poteſt, & ſic multa eiuſmodi acta erunt nulla, non ſine magno detrimento multorum: ergo vel lex non erit iuſta, vel non erit mens legiſlatoris obligare, antequã in prouinciis illis remotis promulgetur. Quo argumento Molina contendere videtur etiam ſi velit, non poſſe Pontificem obligare, cum tanto detrimento, diſtãtes quoad illum effectum irritationis: idem ait, quantum ad hoc quòd non admittatur excuſatio ignorantiæ probabilis poſt duos menſes à promulgatione facta

D in Curia, & quamuis Sotus concedat Pontificem de plenitudine poteſtatis ſic obligare poſſe: tamen de imperatore dicere videtur, vt exponit Vazquez ſuprà iure naturæ eſſe prohibitum, & impeditum, vt ſic obligare non poſſit, & ſi maximè velit, ideóque Iuſtinianum authen. citata id ſtatuiſſe, quod lex naturæ omninò poſtulabat.

Secunda ſententia eſt, leges Pontificias aliud non definientes ſaltem poſt duos menſes à promulgatione in curia Romana omnes prouincias, & diœceſes obligare, Ioann. Andr. in data libr. 6. decret. gloſſ. vlt. in verbo anno 4. & Pan. parum ſibi conſtans cap. nouerit de ſent. excom. numer. 3. Ioann. Monach. cap. generali de regul. iuris in 6. num. 13. Cardin. Alexandrin. ca. 1. de poſtul. prælat. 10

E Cardin. Florentin. in procem. Clementi. §. vniuerſitati, quæſt. 4. Syluester verbo lex, quæſt. 6. Roſel. num. 8. ſignificat Armillla ibi num. 11. Sed expreſsè tenet Ludouicus Gomeſius in procem. regul. Cancellariæ quæſt. 2. §. Quartò pro iſta lit. D. E. F. Henric. Boic. & Ægid. Bellamera, cap. 2. de conſtitut. Paul. de Eleaz. in procem. Clem. Nauarr. conſil. 1. de conſtit. quæſt. 4. numer. 19. & quæſt. 9. nu. 33. Vazquez hic diſp. 156. c. 2. Valen. diſp. 7. qu. 5. punct. 5. quamuis de legibus imperatoris & Regum

gum ſentiat cum Soto in ſingulis prouinciis eſſe promulgandas, & idem probabile putat de Pontificiis, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 5. quæſt. 3. Rodriguez tom. 1. regularium, quæſt. 6. art. 3. in fine, Sayrus 3. theſauri cap. 5. num. 7. 9. & 11. Tepatus 1. variarum iuris titulo de legib. num. 4. cum Menochio 2. de arbitrar. caſu 185. num. 8. & 10. Baldus conſilio 10. Capella Toloſana deciſio. 444. aſſerens regulas Cancellariæ obligare degentes extra curiam, cum tamen extra eam non promulgentur. Nec obſtat, quod ſupra diximus, non eſſe verè leges, quia ſi mandata, quæ non ſunt leges, poſſunt per ſolam promulgationem in Curia obligare quantumcunque remotos, à fortiori obligabunt leges. Hanc ſententiam, factam eſſe communem meritò faſſus fuit Molina.

11 In vtraque tamen ſententia certũ primò eſt, vt lex aliquem obliget, non opus eſſe ſingulis eſſe denuntiatam, aut notam, vt apertè definitur cap. 1. de poſt. prælato. alioqui ferè nullus lege obligaretur, etiam ſi eam ſciret eſſe latam, & in ſua prouincia publicè promulgatam, quia ſemper dantur aliqui ignorantes, etiam inuincibiliter. Secundò eſt certum, quando lex eſt epiſcopi, vel alterius, cui vnica tantũ prouincia ſubiecta eſt, ſufficere publicationẽ in illa, vt ſtatim lex obliget, niſi aliud ipſa exprimat, nec oportere in ſingulis eius locis publicari; nam hi anguſtam habent iuriſdictionem, & vnica publicatione in ſynodo, vel Eccleſia cathedrali notitia legis communiter deducitur ſtatim ad omnes, ad quos ſpectat Sotus 1. iuſt. quæ. 1. art. 4. poſt 3. con. Syl. lex §. 12. Turrec. cap. in iſtis. d. 4. quæſt. 3. ſuper illa verba, leges inſtituuntur cùm promulgantur: Medi. quæſt. 90. art. 4. con. 3. Nauar. conſil. 1. de conſt. quæſt. 4. num. 16. Sayrus 1. tomo, lib. 3 cap. 3. nume. 7. alios referens, Ioann. Andr. in procem. Clementinarum, Pan. cap. 2. de conſtit. n. 7. Decius & Felin. apud Naua. n. citato, Sa. ver. lex.

Tertiò, certum eſt, quando plura regna ſunt ſub eodem capite, non tamen efficiunt inter ſe vnum corpus, in quolibet eorum faciendam promulgationẽ, vt lex valeat, Soto ſupra §. ad hoc primum, & Med. aſſerẽs eſſe communẽ quæſt. 90. artic. 4. & alij Neoterici Theologi, quia vſu ita receptum eſt: quamuis credo cum nonnullis de potentia abſoluta aliter poſſe fieri. Poſſet enim Rex Hiſpaniæ vna lege in curia ipſius promulgata velle aſtringere Neapolim, Siciliam, Caſtellam, Luſitaniã, &c. dato conuenienti modo, & tempore, vt ad omnium regnorum notitiam perueniret, & ſubditi tamquam trangreſſores non punirentur, quando ignorantia inuincibilis præſumi poſſet, neque contractus, & alia huiuſmodi irritarentur cum communi Reip. detrimento: Probatur, quia nullo iure aſtringitur Rex ad faciendas plures publicationes, cùm vna pro omnibus, & ſingulis regnis ſufficit, & multò magis fuiſſet olim licitum Imperatori, quia omnes prouinciæ ipſi ſubiectæ propter dependentiam à Romana vnum corpus politicum inter ſe videbantur efficere.

Quartò, certũ quoque mihi videtur, quando leges ſunt irritatoriæ, & ſi irritarẽt à promulgatione in curia facta, vel poſt duos mẽſes ſine promulgatione in ſingulis prouinciis, non forent vtiles, ſed pernitioſæ Reip. vt poſſet contingere, non valere quantùm ad hunc effectum, niſi in ſingulis prouinciis promulgentur, vel alia via communiter ſciantur: & ſimiliter non valituras, ſi ſtatim poſt duos menſes à publicatione facta in Curia ſtatuerent tranſgreſſores puniri, nulla admiſſa ignorantiæ probatione in prouinciis, vbi adhuc poſt illos duos menſes præſumi poſſet, & ſimiliter quando leges nullum præſcriberent tempus, non haberent effectum irritandi, nec excluderent probationem ignorantiæ, donec ſine communi detrimento irritatio, & negatio probationis ignorantiæ poſſet habere locum. Hoc ſolùm intendit Molina loco citato in 1. opinione, & tuentur etiam auctores ſecundæ ſententiæ, in legibus irritatoriis, vt ait Rdorig. loco citato, art. 5. quia in legibus irritatoriis ſæpe ſequũtur grauia incommoda, niſi publicentur in ſingulis prouinciis: non verò in aliis legibus, ſi locus detur in foro externo ad probandam ignorantiam, quando earum tranſgreſſores punire iudices tentauerint, vel iudices inſtituantur à principibus, ne puniãt tranſgreſſores, niſi poſt tempus in quo ignorantia præſumi non poſſit. Rectè ergo Sotus ſupra affirmat, ſi Pontifex legem ferret, qua redderet inhabiles ad matrimonium cognatos intra quintum gradum, talem legem non habere effectum, niſi promulgetur in ſingulis prouinciis, modò tamen id intelligat reſpectu ignorantium: fieret enim iniuria multis virginibus, ſi lex in illis habitura eſſet effectum antequam moraliter loquendo ab illis poſſet ſciri, qua ratione debuiſſet addere neceſſariam eſſe promulgationem, vel communem notitiam in ſingulis oppidis: nec ſatisfacit quod reſpondet Valentia diſp. 7. quæſt. 5. pu. 5. quæſt. 2. priuata illa incommoda, quæ per accidens poſſunt ex eiuſmodi legibus ſequi, poſtponenda eſſe vtilitati communi, quam lex affert. Quoniam reuera in dicto caſu non per accidens, ſed ſequuntur grauiſſima incomoda, & non eſt vtilitas communis, ſed pernicies, ſi lex irritet matrimonia ante tempus, in quo commodè lex poſſit ſciri, & incommoda præcaueri.

His ita conſtitutis, ſecunda opinio à nobis propoſita probatur primò ex con. Pij IIII. ſuper declaratione temporis ad obſeruanda decreta Concilij Tridentini, incipiente, *Sicut ad ſacrorum Conciliorum decreta*, &c. vbi cùm Pontifex memoraſſet multos eſſe, qui dubitent, ex quo tempore cœperint decreta Tridentini, ad reformationem, & ius poſitiuum duntaxat ſpectantia, eos ad quos pertinent, obligare, Ait, *æquum nobis, & iuſtum eſt, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem, tuſque poſitiuum duntaxat ſpectantia, à Kalendis Maij proximi præteriti omnes obligare cœpiſſe. Neque poſt eam diem excuſationem cuiuſcumque, quòd ea ignorauerint, admittendam*, &c. Cùm ergo Tridentinum, à Pio IIII. ſub finem menſis Ian. anno do. 1564. confirmatum ſit, & à Kalen. Maij eiuſdem anni omnes obligauerit, vt liquet ex allegata conſtitutione, & ex data confirmationis Concilij ab eodẽ Pio IIII. factæ; nulla mentione de promulgatione in prouinciis facta, vel facienda, quæ intrà tres menſes qui inter confirmationem, & promulgationem Concilij, & Kalen. Maij intercedunt, ex natura rei fieri nulla ratione potuit, vt Indiarum, & aliarum remotiſſimarum regionum ab vrbe diſtantiam conſideranti innoteſceret, efficitur, vt auctore Pio IIII. ſatis ſit promulgatio Romæ facta, vt leges Põtificiæ obligent. Tũ vel maximè, quòd ipſe Pius IIII. in bulla cõfirmationis Concilij poſtquã in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi, tunc cùm in eis populus, vt Miſſarum

12 *Legem Pontificiã obligare antequã promulgetur in Prouinciis probat Auctor.*

Miſſarum ſolemniis interſit, congregati ſolet palam, & clara voce literas Concilij confirmationis recitaret, & ad valuas earum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito Campi Floræ affigi, ibique, vt legi, & omnibus innoteſcere poſſent, aliquantiſper relinqui præcepiſſet in hæc verba Pontifex, ait, *cùm autem inde amouebuntur relictis de more ibidem exemplis, in alma vrbe, ad impreſſionem tradantur: quò commodiùs per christiani nominis prouincias, & regna diuulgari poſſint.*

Secundò, quia ſtylo, & conſuetudine Eccleſiæ, curiæque Romanæ ſententia hæc confirmata eſt, vt teſtatur Nauarrus illa quæſt. 4. num. 19. & Ioannes And. ſuprà dicit, tempore Nicolai III. irritatam fuiſſe conſtitutionem cuiuſdam Epiſcopi, quia non ſeruauerat decretalem cupientes de electione lib. 6. quæ ab eodem Nicolao III. lata, ante duos tantùm menſes, fuerat publicata Romæ, vt credendum eſt, quamuis Ioan. And. non explicauerit, & Bulla, quæ in die Domini ſingulis annis Romæ promulgatur, aliæque plures conſtitutiones, quæ corpori Iuris Canonici inſertæ non ſunt, apud omnes Chriſtianos vigent, quamuis Romæ tantùm ſint promulgatæ: idem eſt de regulis Cancellariæ, quę ad ſummum dici poſſunt Romæ promulgatæ. Nec tutum videtur dicere, leges, quæ Romæ tantùm ſunt promulgatæ, ſi in ſingulis prouinciis ſeruantur, non id eſſe, quia ibi verè obligant, ſed quia falsò homines putant, vel eſſe in prouinciis promulgatas, vel vt obligent ſingulas prouincias, non requiri, vt in illis publicatæ ſint. Vnde Molina cum Panor. & Ioan. Andrea docet, leges inſertas corpori iuris Canonici, aut ciuilis, quo vtuntur prouinciæ, quod addiſcitur in vniuerſitatibus, obligare ſine alia promulgatione in prouinciis, quia eſt virtualis promulgatio in ipſis, licet ſi Romæ nouum aliquod Corpus iuris de nouo ederetur, non obligaret in prouinciis etiam poſt duos menſes à publicatione Romæ facta, antequàm communiter in ipſis prouinciis notitia ipſius haberetur: concedit etiam Moli. Pontificem poſſe leges condere, quæ ſine publicatione in ſingulis prouinciis eas aſtringant, circa beneficia, & alia, quorum habet dominium, vel plenam adminiſtrationem.

Tertiò, quia leges latæ à Principe politico, cui vna tantùm Reſp. perfecta, ſeu regnum ſubiectum eſt, vnam tantùm, vt obligent, promulgationem in curia regia factam expoſcunt: ergo cùm omnes Chriſtiani in vnam Remp. Chriſtianam perfectam, & Chriſti regnum conſtituant Pontifici ſubiectum, efficitur, vt leges ab eo vt Pontifice latæ vnam tantum promulgationem in curia Romana factam expoſcant.

Quartò, quia cum Pontificibus expedire videtur, vt conſtitutiones promulgentur in ſingulis prouinciis ſeu diœceſibus, id ſpeciatim decernunt, vt conſtat ex Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrimonij: & ex dict. cap. cùm infirmitas, & ex omnibus conſtitutionibus Sixti V. de celebratione diuerſorum ſanctorum: ergo cùm eam publicationem omittunt, non iubentes vt fiat, ſignum eſt, eoſdem Pontifices velle, vt facta Romæ promulgatione nulla alia opus ſit, vt eius leges in ſingulis prouinciis obligent.

Quintò, quia publicatio in ſingulis prouinciis nō requiritur iure naturæ, nec verò iure Pōtificio: A quia nullibi extat tale ius, nec denique ex conſuetudine & ſtylo curię: quia hæc potiùs ſunt in contrarium, vt oſtendimus: ergo nullo iure requiritur.

Ad primum ergo argumentum primæ opinionis reſpondeo, conſtare ex Pontificum declaratione, & ſtylo curiæ Romanę, & totiùs Eccleſiæ conſuetudine, vt leges Pontificiæ obligent, ſatis eſſe in curia promulgari, niſi cum ſpeciatim aliàs promulgationes faciendas Pontifices ipſi decernunt, vel ipſa natura poſcit. Quare opus non eſt, vt hac in parte ad ius ciuile recurramus: neque illud in rebus merè Eccleſiaſticis eſt ſeruandum deficiente iure Canonico, ſed in temporalibus, in B quibus tantùm diſponere poteſt imperando prouinciis ſibi ſubiectis, & non aliis, quæ eius legibus non gubernantur. Vnde non eſt verum quod dicit Nauarr. ſtando in ſolo iure ſcripto veram eſſe priorem ſententiam, ſed illi eſſe derogatum vſu, & conſuetudine: quia iudices curiæ Romanæ ſententias pronuntiant iuxta leges, quæ in prouinciis publicatæ non ſunt: & regulis cancellariæ vtuntur Romæ tantùm promulgatis. 13

Ad ſecundum Nauarrus illa quæſt. 4. num. 21. reſpondet, duo eſſe, quæ in illo cap. cùm infirmitas à Pontifice definiuntur: primum, vt medicus corporalis ante omnia moneat infirmum, vt ſpiritualem medicum accerſat, & quoad hoc, inquit C Nauarrus, lex non requirit promulgationem, eam ſcilicet, quam per prælatos fieri debere Pontifex decernit. Alterum eſſe, vt ſi medicus prædictæ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, arceatur ab ingreſſu Eccleſiæ, donec pro huiuſmodi tranſgreſſione ſatisfecerit competenter: & ita ait Nauarrus ſuprà, ſolùm ad incurrendam hanc pœnam requirit lex illam publicationem, quam non incurriſſet, niſi hoc ſpecialiter cautum fuiſſet: quæ doctrina Nauarri vera eſt, & ex ea potiùs colligitur noſtra ſententia, vt ſuprà collegimus.

Ad tertium reſpondeo, non obſeruantes decreta Tridentini, ea ſolùm ratione à mortali excuſa- D ri, quòd in nonnullis prouinciis, quæ ad reformationem, & ius poſitiuū ſpectant, recepta non ſunt: vt teſtatur Nauarrus ſuprà quæſt. 8. num. 31. Azor ſuprà, & alij: nam vt inferiùs oſtendemus, leges promulgatæ, ſi non acceptentur ab eis, ad quos pertinent, vim non habent. Non tamen intelligas, numquam legem recipi in prouinciis, in quibus non promulgatur, quin verum oppoſitum quotidie cernimus.

Ad quartum reſpondeo, non eſſe durum, vt poſt elapſum tempus à promulgatione Romæ facta, quod arbitrio prudentis ſatis eſſe iudicabitur, vt cōſtitutio extra Romam exiſtentibus innoteſcat, ipſos cōſtitutio ita conſtringat, vt excuſatio com- E muniter non admittatur, quòd eam ignorauerint: vt liquet ex Pio IIII. ſuprà. Hoc enim ad optimā Reip. gubernationem, & ad legum obſeruationem conducit. Qua forte de cauſa l. 2. tit. 1. lib. 2. nouæ compil. ſtatutum eſt, vt qui reipſa legis tranſgreſſor eſt, legis ignoratione à culpa excuſari non poſſit. Quamuis in interiori animi foro etiam poſt multos annos ignorantia inuincibilis, & inculpabilis dari poſſit. Sed ignorantia craſſa, & ſupina à peccato non excuſat cap. vt animarum, de conſti. in 6. quæ autem ignorantia ſit talis, explicat gloſ. ibi, & colligitur ex cap. 1. de poſtul. præla. §. verum.

Sed

Sed aduertendum eſt, quando lex ipſa, vt valeat in aliqua prouincia, Eccleſia, vel parochia, exigit ibidem publicari, aut promulgari, vim non habere, etiamſi in curia promulgata ſit, vnde Palacius 4. diſt. 29. diſp. 1. verſic. iam verò iſtis explocatis, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez tom. 1. de matrim. diſp. 18. quæſt. 5. docent captiuos viuentes apud infideles, matrimonium verum efficere, etiamſi clandeſtinè contrahant, quia ibi non eſt promulgatum decretum Trid. ſeſſ. 24. decret. de reform. cap. 1. quod tamen non valere, niſi poſt dies triginta à publicatione in ſingulis parochiis decernit ipſum Concilium, & Vazquez 1. 2. tom. 2. diſp. 156. cap. 1. num. 2. ait illud decretum in Germania vim irritandi non habere, quia ibi promulgatum non eſt.

Aduerte etiam ſolùm non eſſe locutum conſequenter, cùm dixit, Regem, vel Imperatorem non poſſe vnica promulgatione in curia omnes prouincias ſibi ſubiectas obligare; ſecus Pontificem, ſi vellet. Nam eadem ratio eſt de his omnibus, vt docet Vazquez diſp. 156. cap. 2. ergò idem de omnibus dicendum eſt. Antecedens patet, quia etiam prouinciæ ſubiectæ Imperatori vnum corpus politicum efficiebant, & antè, & poſt diuiſionem Imperij, & quando Roma erat imperij caput, & poſtquam tradita eſt Pontifici Romano: ſemper enim prouinciæ, quę erāt ſub vno Imperatore, vnum corpus efficiebant, licet non efficerēt vnum corpus politicum, poſſunt à communi principe obligari vna communi lege, vbicumque promulgata, modò ad eorum notitiam deducatur, certè non video, cur non, niſi Rex à Rep. cùm ea conditione regnum, & poteſtatem legiſlatiuam acce-piſſet, vt leges eius vim non haberent, niſi in illa ſeu intra illam promulgatæ eſſent.

## SECTIO III.

*An quando lex tempus non deſignat, ſtatim obliget ſcientes: an verò ſolùm poſt lapſum duorum menſium à publicatione.*

15 *1. opin. Qui tenent legē, poſt promulgationem ſtatim obligare.*

STatim obligare tenet gloſ. cap. 2. ſeu, hoc conſultiſſimo: verbo, hactenus, de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & ca. cùm ſingula, verbo, *peruenit*, de præbendis 16. li. 6. (Nec oppoſitum docet ſuper data Sexti, nec cap. 2. de conſt.) Pan. 1. n. 11. de poſt. præl. & c. 2. nu. 7. §. ſed diſceptatio, de conſtit. Felinus nu. 7. §. *Secundò limita*, Bart. auth. vt factæ nouæ conſti. c. 1. nu. 6. colla. 5. & l. omnes populi, q. 3. ff. de iuſt. & iure, Gigas addit. ad Decium c. 2. de conſt. verſ. ſuſtentabilis, vbi communem opinionem eſſe teſtatur. Molina ait, eſſe communiorem, tom. 2. de iuſt. tract. 2. diſput. 395. §. *vnum in complementum*, vbi eandem tenet, & Syl. verbo lex. q. 6. pronuntiato 3. Angel. q. 12. Roſel. n. 7. Armil. verb. conſtitutio nu. 8. Caſtro. 1. de lege pœnali c. 1. in fine, Viguer. in inſtit. cap. 15. in prin. & Moderni Papienſes de conſtit. c. 2. Feli. conſil. 211. col. penult. vt citat Decius, de conſtit. c. 2. n. 16. in 1. lectura. Pro hac etiam adducitur Ripa, Rub. de conſt. n. 47. Bald. Peruſinus tract. de ſtatutis §. ignorantia n. 2. Habetur tom. 2. tractatum fol. 86. Multos alios pro hac ſententia allegat Anto. Gab. tom. 2. commun.

A opin. lib. 6. titu. de legib. con. 4. vt retulimus ſect. 1. & idem tenet ipſe quoad irritationē actus, licet non quoad pœnam. Eandem ſententiam tenet Imola cap. 2. de conſti. apud Nauarrum conſ. 1. de conſt. num. 17. Sotus 1. iuſt. quæſt. 1. art. 4. con. 5. Rodriguez, tom. 1. regular. quæſt. 6. art. 4. Sayrus, tom. 2. ſum. lib. 4. cap. 3. num. 10. Bonif. à Vitalinis in proœm. Clementin. §. nunc igitur à numer. 41. Philippus Francus ſuper data Sexti ſub finem, ſeu num. 11. quos duos citat Nauarrus conſ. 1. de con. quæſt. 4. num. 17. Hanc etiam ſententiam probabiliorem putat Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 8. eandem tenet gloſſa cap. fin. ne clerici vel monachi, verbo, menſium, licet verbo, ſpacium, ſecun-B dam opinionem inſinuet.

Suadetur primò ex cap. 1. de conceſſ. præben. lib. 6. verbo, neque obſtaret, vbi clarè hanc ſententiam innuit textus, qui eſt quaſi expoſitio authentici citati, & eidem textui innititur Molina cùm Barthol. auth. citato, & cum illa gloſſa de reb. Eccleſ. non alien.

Secundò, probat Molina ex bulla Pij IIII. circa declarationem temporis, in quo decreta Concilij Tridentini obligare cœperunt, dum ait, *à publicatione Concilij facta Romæ, cœpiſſe ibi decreta ſeruari.*

Tertiò probatur, quia Romæ tranſgredientes legem Pontificiam puniuntur, licet duo menſes à promulgatione elapſi non ſint, vt teſtatur Nauar-C rus, conſil. 1. de conſtit. quæſt. 14. num. 18. in prin. vbi Nauarrus putat, ex conſuetudine, & ſtylo vrbis Romæ, hanc ſententiam eſſe veram, ſaltem quoad Vrbicolas, & in foro externo, vt poſteà latiùs referam: quia legem ipſam præſumuntur ſcire: ergo ſtatim obligat ſcientes.

Quartò, quia Innocentius III. cap. 1. de poſtul. præl. ait, vt quis teneatur lege, ſatis eſt, ſi ſciat, eſſe ſolemniter editam, aut publicè promulgatam.

Quintò, quia fruſtrà expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus c. cùm contingat, de offic. Iudi. deleg. & eum, qui certus eſt, certiorari vlteriùs non oportet, c. eum qui, de reg. iur. in 6. ſed illi duo menſes ſolùm conceduntur, vt lex ſciatur: ergo ſi D ab aliquo ante lapſum eorum ſciatur, obligabit illum.

Sextò, quia pœnæ aduerſus ſcientes paratæ ſunt, l. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis.

Alij tenent, ante illos duos menſes legem illam non obligare ſcientes, Anton. de Butrio cap. 2. de conſt. quem ibi citat, & ſequitur Decius in 1. lectura num. 16. aliàs 41. & cap. 1. de poſtul. præl. num 19. aliàs 32. Valen. hîc diſp. 7. quæſt. 5. pu. 5. quæſt. 3. in fine explicans, in neutro foro anteà obligare: idem tenet And. ab Exea cap. 2. de conſt. num. vlt. Collectar. cap. quoniam, de Simon. num. 3. Turrec. cap. 4. §. leges d. 4. Tabienna verbo, lex num. 25. & verbo, conſtitutio num. 1. Quidam pro hac ſententia citant Imolam cap. 2. de conſtit. Sed E iam vidimus Imolam à Nauarr. pro contraria allegari. Pro hac tamen Nauarrus citat Paulum de Eleaza impugnatum à Bonifacio de Vitalinis ſuprà. Emanuel Sa eam tenet verbo, lex, & multi Iuniores Theologi in præſenti loco, Nauarrus in ſumma latina cap. 23. num. 44. ſed poſteà conſil. 1. de conſt. quæſt. 4. num. 17. & 18. dixit hanc partem, quam ipſe olim tenuit, ſolo iure ſcripto attento veriorem videri propter ea, quibus poſtea illam confirmabimus, tamen de conſuetudine, & ſtylo videri in vrbe ſeruari, vt tranſgredientes legem 16 *2. opin. Qui tenent legem nō obligare ante duos menſes a publicatione.*



Digitized by Google

Papæ publicatam, etiam ante duos menſes puniantur, non ſolùm, qui confitentur, vel probantur ſciuiſſe illius promulgationem, ſed etiam eum, qui non probat, iuſtè eam ignoraſſe, præſupponendo, quòd præſumitur ſcire. Quæ conſuetudo, inquit, & ſtylus reſtringi fortè poſſet ad forum tantùm exterius, & vrbicolas. Fauet Azor illa quæſt. 8. quatenus dicit, priorem ſententiam, quæ eſt communis apud iudices, plurimùm valere: vnde in foro externo, vt notauit Nauarr. conſuetudine receptum eſt, præſertim Romæ, vt omnes contra legem promulgatam ante lapſum duorum menſium puniantur, niſi iuſtam ſuæ ignorantiæ excuſationem habeant, quare ſecundùm Nauarr. ſiquis contra legem, quæ, nullum tempus præſcripſit, ante duos menſes excederet taxationem pretij, non tenerentur in foro conſcientiæ exceſſum reſtituere, ſed in foro externo compelli poſſit, & compelleretur. Addit Azor ſententiam Nauarri in foro conſcientiæ tutam, & valde probabilem eſſe, nam & Imola, & Francus ſuprà, dicunt ſecundum illa poſſe defendi: quamuis, vt diximus, Azor oppoſitam ſententiam probabiliorem putet.

*Romæ qui non ſeruant legem Pontificiā ante duos menſes promulgatam puniuntur.*

17 Hæc autem ſecunda ſententia, pro qua etiam citatur Henricus tract. de ſynod. ar. 2. nu. 69. Suadetur primò ex auth. vt factæ nouæ conſtitutiones, vbi in rubro, & nigro apertè dicitur conſtitutiones non valere, nec tractari, niſi poſt duos menſes à promulgatione, & loquitur ſine vlla reſtrictione: ergo etiam apud ſcientes non valent, quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. non diſtinguendum. ff. de arbitris.

*Prob. 1.*

Secundò, quia lex, in qua expreſſum eſt tempus poſt quod obligare incipiat, neque ſcientes antea obligat, quod in omnium opinione eſſe verum, & affirmari à Nauarro, ead. quæſt. num. 19. ait Azor illa quæſt. 8. conſentit Rodriguez illa, quæſt. 6. art. 4. docens leges, quæ tempus præſcribunt ante lapſum illius in nullo foro obligari, & ideo reprehendens aliquos affirmantes, bullam Clementis VIII. de largitione munerum obligaſſe ſcientes illà, ante lapſum duorum menſium. Sed idem eſt tempus deſignari in lege aliqua, & deſignari in alia vniuerſali, & generali, qualis eſt authenticum citatum: ergo, ex vi illius authentici fit, vt nulla lex indefinitè loquens obliget ante lapſum duorum menſium, etiam eos qui illam ſciant. Confirmatur, quia nullus affirmabit decretum Tridentinum irritans matrimonia clādeſtina valere apud ſcientes ante lapſū triginta dierū à publicatione in parochia, & ſi obligaret tunc ſcientes, etiam obligaret ignorantes: nam ab annullatione actus non excuſat ignorantia legis irritantis, vt docet Sanchez, tom. 1 de matrim. diſp. 19. num. 10. ergo ſimiliter per leges indefinitè loquentes, nullus obligabitur ante lapſum duorum menſium, qui lege generali pro ſingulis legibus tempus non deſignantibus præſcriptus eſt.

Tertiò, alioqui nullum eſſet diſcrimen inter leges ſupremi principis, & aliorum inferiorum: nam ſecundum aduerſarios, omnis lex indefinitè loquens, à die promulgationis obligat ſcientes, nulla autem etiam inferiorum ligat ignorantes, quod vltimum patet ex cap. 2. de conſtit. libr. 6. & l. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, & cap. fin. qui teſtimonium accuſ. poſſunt, ex quo etiam patet, etiam poſt duos menſes allegari ignorantiam poſſe, & ita docet Pan. cap. 2. de conſt. num. 9. Felin.

A num. 10. Syl. verbo lex, quæſt. 6. ſemper ergo poteſt ignorantia allegari, niſi ſpecialiter ſit prohibitum, vt à Pio IIII. circa obſeruationem Tridentini.

Quartò, quia cauſa quare datur dilatio duorum menſium, non ſolùm eſt, vt ignorantes non ligentur, ſed etiam, vt lex omnes ſimul incipiat obligare, & ita tollatur omnis confuſio, rixa, & imparitas ſubditorum, dum alij ante alios ligantur, vt notat Nauarrus, ſed hæ rationes procedunt in ſcientibus: ergo etiam ſcientes ante lapſum duorum menſium non obligantur.

Tenēdo hanc ſententiā ſic occurres argumentis 18 prioris. Ad primū reſp. quod tex. ille ait cōſtitutiones obligare omnes ad quorū notitiam peruenerint, intelligitur poſt duos menſes à publicatione.

*ad 1. arg. 1. ſen.*

B Ad ſecundū reſp. etiā Conc. non obligaſſe Romæ, niſi poſt duos mēſes à publicatione, & per eadem reſponderi poteſt ad cap. 1. de poſtul. prælat. vbi dicitur, teneri lege eos, qui ſciunt eſſe ſolemniter editam, aut publicè promulgatam, ſic explicat Decius cap. 2. de conſtitutionib. nu. 16. in 1. lectura. Ad tertium reſpondet Nauarrus, vt retulimus, conſuetudinem, & ſtylum memoratum reſtringi fortè poſſe ad forum exterius, & vrbicolas. Sed vtramque reſtrictionem meritò impugnant aliqui Theologi auctores ſecundæ ſententiæ: quia forum exterius iniuſtè puniret eos, qui eo tempore leges violarent, ſi ſcirent in ea re non peccare:

C pœna enim non ponitur, nec debet infligi, niſi propter culpam ſaltem præſumptam, præſertim ſi eſſet pœna capitis, mutilationis, exilij, excommunicationis: vel aliæ ſimiles, quæ non poſſunt, niſi pro grauibus peccatis imponi: ergo illa diſtinctio de foro interno, & externo, hac in parte nullius momenti eſt. Diſtinctio etiam de vrbicolis, & aliis facilè reiicitur, tum quia re vera extra vrbem eadem eſt conſuetudo. Nec eſt cur Romæ publicata lex ante duos menſes obliget ſcientes, & irritet eorum contractus (ſi eſt irritatiua) non verò publicata in aliis ciuitatibus extra vrbem. Vnde alij reſpondent, voluntatem Pontificis eſſe, vt Romæ obliget ſtatim, non verò extra, niſi poſt

D duos mēſes: ſed vnde cōſtat de tali voluntate? melius alij reſpondent cùm Azor ſuprà, Iudices Romæ, & aliis locis punire ante duos menſes, eos, qui notitiam legis iam habēt, quia ſequutur priorē ſententiam, quæ communior eſt: ſubditos verò poſſe tuta conſcientia ſequi oppoſitam, quia probabilis eſt, ſed caueant pœnas à iudicibus infligendas. Mirum tamen eſt, ſi opinio ſecunda probabilis eſt, nullum iudicem ipſam ſequi, nec leue argumētum eſt, pro priori ſententia eſſe omniū iudic.

Ad quartum iam dictū eſt poſt ſolutionem argumenti. Ad quintū reſpondet Nauarr. nō dari duos illos menſes, vt lex ſciatur vb vno, vel ab altero, ſed communiter ab omnibus, & interim non vult

E princeps obligare, vt omnes ſimul obligare incipiat, nec ſit imparitas, & inæqualitas inter ſubditos, nec ſint lites, & rixæ, quæ forent, ſi etiam illo tempore ſcientes obligarentur: eſſent enim puniendi niſi præſumeretur, aut etiam probaretur ignorantia inuincibilis, & inculpabilis, & alioqui etiam quando leges ipſæ ſibi deſignant tempus, poſt quod obligare incipiant ſcientes, obligabunt ante lapſum illius temporis: quod nemo concedit, quem viderim. Ad ſextum reſpondeo, pœnas eſſe paratas aduerſus eos, qui ſcienter legem violant: non tamen eſſe legis violatorem, qui illis duobus

menſibus

Digitized by Google

menſibus induciarum, quos dat lex alia generalis, & vniuerſalis pro omnibus legibus omittit id, quod pro ſequẽti tẽpore eſt præceptũ, vel facit id quod pro ſequenti tantò tempore eſt prohibitum.

19 *Sententia deciſiua Auctoris.* Ego ſanè, ſi eſſet aliqua lex vniuerſalis, quæ concederet duos induciarum menſes pro omnibus aliis non exprimentibus tempus, à quo obligare inciperent, libenter amplecterer hanc ſententiam: cæterùm nullam video legem, quę ita generaliter ſtatuat. Nam authenticum illud vt factæ nouæ conſtitutiones, non habet locum niſi in terris, quæ legibus Imperij gubernantur, quare in Gallia, Hiſpania, & aliis multis terris locum non habet, quia vt ſuprà vidimus, in illis non ſeruatur ius Imperiale, neque Romæ vim habent in temporalibus, niſi Pontifex id velit: in rebus autem ſpiritualibus nullibi ſeruari debet, niſi ſpecialiter id decernant Pontifices, & alii, qui leges Eccleſiaſticas condere poſſunt, nec ego inuenio generalem legem ſcriptam, nec conſuetudinem, vt in omnibus legibus Pontificiis non præfinientibus tempus, duo menſes induciarum concesſi intelligantur: & alioqui in aliquibus legibus Pontificiis, non eſſet expreſſum, cùm iam intelligeretur, quod tamen eſt falſum: nam in cap. fin. ne clerici vel monachi refertur conſtitutio Alex. III. in Concil. Turon. facta, qua ſtatutum erat, vt niſi religioſi exeuntes de clauſtris ad audiendas leges, vel phyſicas intra duorum menſium ſpacium ad clauſtrum redirent, eſſent excommunicati, & confirmatur ab Honorio III. qui etiam in cap. nouerit, de ſent. excom. excommunicat eos, qui de cætero ſeruare fecerint ſtatuta edita, conſtitutiones, & conſuetudines inductas contra libertatem Eccleſiæ niſi ea de capitularibus ſuis intra duos menſes poſt huiuſmodi ſententiæ publicationem fecerint amoueri: aliquando verò, vnus tantum menſis induciarum datur, cap. cum ſingula, de prębendis lib. 6. & in Tridentino Concilio ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 1. aliquando verò dicit, ex tunc, ſeu de cætero, vt Ioann. XXII. in procemio clementinarum in fine, in cap. autem 1. §. nec obſtat de conceſſione pręb. in 6. pro certo cõſtituitur, quod lex, conſtitutio, vel mandatum, nullos adſtringit, niſi poſtquam ad notitiam peruenerit eorundem, aut niſi poſt tempus, infra quod ignorare minimè debuiſſent: quod quidem tempus eſſe duorum menſium à die publicationis docet gloſſa ibi, verbo poſt tempus, & communiter certè in loco, vbi publicatur lex, vel in circũuicinis ita cõtinget, ſed in remotioribus minimè, vnde attẽdenda eſt diſtãtia locorũ, & qualitas negotij, & modus publicationis aliæ, que circunſtantiæ ad præſumendam vel non præſumendã ignorantiã probabilẽ, ſcientes verò à puncto publicationis, niſi paruerint, peccabunt, & ſi lex ſit irritans, acta eorum erunt irrita, niſi ita irritari iniuſtum eſſet: male ergo gloſſa cap. fin. ne clerici, vel monachi verbo ſpacium, & alij multi authenticum illud Iuſtiniani accommodant legibus Eccleſiaſticis, niſi intelligant per modum exempli; quod meritò imitantur aliquando Pontifices, dando duos induciarum menſes, quos etiam ad præſumendam, vel non præſumendam ignorantiam in prouincia, vbi publicatio facta eſt, communiter expediet obſeruari, & hoc credo voluiſſe auctores primæ opinionis, quibus acquieſco quantùm ad leges Pontificias, vel Cõciliorum generalium, non definientes tempus, in quo obligare

A incipiant, & quãtùm ad leges aliorum Principum, aut Regum, qui non gubernant, nec gubernantur legibus imperialibus, vnde in Luſitania, 1. ordina. tit. 2. §. 10. generaliter ſtatutum fertur, vt lex promulgata in curia incipiat ibi obligare poſt 6. dies: in toto autem regno, poſt tres menſes, non poſt duos. Cæterùm quantum ad leges editas ab ipſo Imperatore, de quibus loquitur authenticum ſupradictum Iuſtiniani, cẽſeo non obligare ſcientes ante duos menſes elapſos à publicatione in ſingulis prouinciis. Quæ autem ſint leges, de quibus illud authẽticum loquitur, non facilè intelligitur: nam in illis verbis, *conſtitutiones noſtras, quæ pro teſtamentis ſunt*, & in illis, *ſi ſcripta fuerit huiuſmodi*
B *lex*, planè videtur loqui tantùm de legibus teſtamentorum à ſe editis, vel etiam edendis: ibi tamen gloſ. in verbo huiuſmodi ait, ſed nunquid idem in aliis? Dico quod ſic, vt patet ex rubrica in principio, cuius verba ſunt generalia: & ita hoc intellige generaliter, vt ff. de aur. & argẽ. leg. l. ſpecies, & ff. de iur. & facti ignor. l. penul. & fin. ſed contrà, vt ſuprà, vt in priuatis dom. in fin. vbi dicitur, quòd intra tres menſes, ſed illud ſpeciale, vt ibi dixi. Item contrà infrà, vt neque miles, neque fœmina §. ſint igitur, ſed illud ſpeciale ſimiliter: hoc autem generale. Hæc gloſſa, cui conſonant Bartolus, & alij ibi, & Bald. l. leges ſacratiſſimæ C. de legibus, & paſſim doctores, quorum ſententiæ
C fauent illa verba eiuſdem authentici, *Si verò nondum hactenus in omnibus prouinciis deſtinata eſt velociter, & eam, & alias, quæ fortè non miſſæ ſunt adhuc, aut etiam poſtea comitante Deo, à nobis faciendas mitti nunc, vel mittendas eſſe*, ſed certè hæc verba ſolùm ſuadent regulam traditam in dicto authentico circa leges de teſtamentis factas, vel faciendas à Iuſtiniano, ſeruandam eſſe, & ſic poſſent limitari verba generalia rubricæ.

Quidquid autem ſit de legibus Imperialibus, 20 *In legibus Põtificis hoc authẽticũ nõ habet locum.* tamen in Pontificiis firmiſſimè teneo regulam illam ſeruandam non eſſe. Confirmatur: nam illud authenticum in legibus Pontificiis locum non habet, quoad promulgationem in ſingulis prouinciis: ergo neque quoad inducias duorum men-
D ſium. Antecedens patet ex dictis præcedenti ſectione: conſequens verè ex paritate rationis.

Noſtræ ſententiæ partim conſentit Turrec. ca. in iſtis d. 4. §. leges inſtituuntur artic. 3. vbi cum Hoſtienſi in ſum. & Ioann. Andr. cap. 2. de conſt. ait de lege, ſiue conſtitutione dupliciter loqui poſſumus, aut de lege declaratoria veteris iuris, aut de lege promulgatoria noui iuris: ſi primo modo, ſtatim, & in continẽti ligat: quia talis etiã trahitur ad præterita, c. fin. de conſt. & facit ca. cum in cunctis §. inferiora de elect. Si ſecundo modo, adhuc dupliciter. Aut loquitur de lege principis, puta Papæ, vel Imperatoris, aut de lege inferiorum: ſi de lege principis, tunc aut apparet de voluntate principis, quòd poſt ipſius promulgationẽ liget, vt
E quia interponit decretum irritans, quod ſtatim ligat à tempore promulgationis, etiam ignorantes, ſaltem quantum ad hoc, vt facta in contrarium non valeant, vt patet cap. dudum, & cap. quodam de pręb. in 6. licet quoad pœnam non ligaret, quia abſurdum eſt ignorantes ad pœnam obligari, vt per gloſſ. Clem. 2. de hæret, & cap. 2. de conſtit. Aut non apparet, hòc fuiſſe de voluntate principis: & tunc vel in ipſa conſtitutione addit certum tempus poſt cuius lapſum habeat ligare, aut non,



Digitized by Google

ſi ſic,tunc habet ligare poſt illud tempus, & ante non,ſic intelligendum videtur cap. cùm infirmitas,de pœnit. & remiſſ. & cap.cùm ſingula, de præb.in 6. Aut non inſeritur certum tempus, & tunc aut lex in nullius præiudicium procedit, ſed æquè prodeſt ſcienti,& ignoranti, vt quia irrogat priuilegium,& fauorem,& tunc ſtatim ligat,vt C. de decurion.l.penul.arg. cap. quia cunctis §.nec obſtaret,de conceſſ.præb.in 6.cum ibi notatis.Aut lex ſiue conſtitutio poteſt afferre alicui præiudicium ſiue pœnam,ſicut ſunt leges pœnales,&tunc ſi quæratur, an infrà duos menſes computandos à à tempore publicationis generaliter factæ in conſiſtorio arctent:reſpondeo quod non,licet habeatur antè notitia de ea, vt puta quia audita fuerit promulgatio in conſiſtorio,& hoc ſatis probatur in auth.vt factæ nouæ conſtitutiones,&c.quia beneficium iuris non eſt auferendum d.8.de his.ff. de re iudic.l. 4. §.ſi quis condemnatus, cap. indultum de regul. iur. lib. 6. & hoc tenet Antonius de

*Beneficium iuris non eſt auferendum.*

Butrio per authenticũ citatum, & cap. Aut queritur, an liget poſt duos menſes à tempore publicationis,&reſpondeo indiſtinctè,quod ſic ex eodem authentico: fallit tamen hoc in caſu, in quo quis dilucidè probaret ignorantiam ſuam, puta per teſtes idoneos, & alia legitima documenta, quòd à tempore dictæ conſtitutionis ſemper fuerit furioſus,vel mente captus,vel pupillus non doli capax, aut in eremo, ſylua,vel carcere,vbi non erat conuerſatio hominum.Lex autem, quæ præcipit vetera iura ſeruari ſine additione tamen alicuius pœnæ,ſtatim à publicatione ligat, vt ait Ioannes Andreas in procem.Clemen.vt cap.1.de ætate, & qualit.ord.& cap.1.de offi.ord.Lex autem inferiorum, vt puta capitulorũ, & vniuerſitatum dicitur ſtatim à promulgatione ligare ſecundum Hoſt. niſi fortè abſentes, & ignorantes, quibus dicit Hoſtien.*tempus non dabo,nec limitabo,ſed iudicis arbitrio relinquo*,arg.de eo,qui mittitur in poſſeſ.cap. fin.hoc etiam voluit Ioan. Andr. in data Sexti & Bart.l.leges C.de legib.Hoc autem dicit Henricus Boycus intelligendum eſſe, quando in conſtitutione ipſa non additur certum tempus, poſt cuius lapſum habeat ligare,aliàs ſecus, vt dictum eſt,in conſtitutionibus principis,& hoc eſt arbitrandum conſiderata lorum diſtantia, vt cap.cupientes,de elect. in 6.Ratio huius diſcriminis, vt dicit Hoſtienſis tit.de conſt.eſt,quia lex principis generalis eſt,& omnes ligat,cap.1.& cap.fin. de conſt. ideò cum diffuſa ſit ſua iuriſdictio, & difficilior publicatio,duo menſes ſtatuuntur ad tollendam ignorantiam ſubditorum : inferiorum autem lex non omnes adſtringit, quia extra territorium non extenditur l. fi. ff. de iuriſd.omn. iud.cap.fin.& quia ſententia à non iudice non ligat, &c. cap. ad noſtram de conſuetudine,ideò minus tempus datur, ſed quia inferiorum iuriſdictio, aliquando plus, aliquando minùs protenditur limitari non potuit ipſum tempus. Hactenus Turrecremata, ex quo habemus multas leges,& conſtitutiones obligantes ſtatim à publicatione, quamuis ſine temporis definitione latæ ſint : eadem autem ratio eſt de aliis:ergo idem de illis dicendum eſt.

*Lex principis generalis eſt & omnes ligat.*

21 Et certè illa ratio diſcriminis inter leges Principis, & leges inferiorum parui momenti eſt,quia in prouincia,vbi lex Principis publicata eſt,ſtatim ſcitur: quorſum ergo expectandi erunt ibi duo menſes, qui non expectantur in conſtitutionibus inferiorum? ſed qui magis nobis fauet, & optimè attigit punctum huius difficultatis, & egregiam tradidit eius reſolutionẽ,eſt Vazquez diſp.158.ca. 3.vbi ait, *Auctores citati cap.1.pro priori ſententia tam de legibus Pontificiis,quàm ciuilibus indiſcriminatim aſſerunt,poſt duos menſes à tempore promulgationis obligare, non ante:nobis tamen aliter videtur, & quidem quod ſpectat ad regna,& principatus ſubditos imperio, idem omninò in omnibus legibus teſtamentorum debet obſeruari, niſi forſan cõſuetudine contrarium fuerit receptum. De legibus verò quibuſcumque aliorum regnorum, quæ non ſubduntur imperio, & de Pontificiis exiſtimo, nullum tempus requiri, vt incipiant obligare, quia nulla lege ita ſtatuitur : illud enim authenticũ non obligat Pontifices, nec alios Reges non ſubditos imperio: tum etiam quia conſuetudine receptum non eſt. Quod ſaltem de legibus Pontificiis, & noſtri regni affirmare auſim.* Quod verò adducitur ex cap. nouerit de ſen.excom.nullius momenti eſt: ibi enim non decernitur, nullam legem Pontificiam obligare ante duos menſes poſt promulgationem : ſed Pontifex aſsignat ibi duos menſes,pro monitione, vt qui fecerint ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, illa reuocent intra duos menſes, alioqui excommunicationi ſubiaceant. Hinc autem friuolum eſt colligere, neceſſarios eſſe duos menſes poſt promulgationem, vt lex obligare incipiat : ſunt tamen aliquæ leges, quæ ex voluntate principis, vel Pontificis non incipiunt habere vim legis, niſi poſt certum tempus à promulgatione.Hoc autem pendet à voluntate legiſlatoris. Quantum verò temporis requiratur,vt in foro externo ignorantia præſumatur in ſubditis culpabilis : tractat Felin. cap. cognoſcentes ſeu 2. de conſt.nu.7. Quod autem attinet ad forum conſcientiæ, de quo diſputamus, certum eſt,poſt multum tempus à promulgatione facta poſſe accidere ignorãtiam inuincibilem in ſubditis. Qua verò ratione dignoſci debeat,diximus diſp. 123.cap.2.Hæc Vazquez: male ergo gloſ. in data Sexti verbo anno 4.& cap. propoſuiſti verbo non probatur, Sylueſt. verbo lex quæſt.6.Anto. Decius,Paul.Panor.Felin.& alij cap.2.de conſt.Valen.hic diſp.6. quæſt. 5. punct.5. quæſt.2.Moli.tract.2.iuſt.diſp.395. Nauarr.conſil. 1.de conſt.quæſt.4. num.17.Sylueſt.verbo lex qu. 6.Sotus 1.iuſt.quæſt.1.art.4. & alij cõmuniter authen. illud aliquomodo extẽdunt ad omnes leges ciuiles principũ,ſi vera eſt doctrina Vazquez, cui quantum attinet ad hoc, quòd ignorantia etiam poſt duos menſes allegari poſſit, concinit Turrec. cum aliis ſuprà, & alij,quos retuli in 3. probatione 2.opinio. idem tenet Caſtro 1. de lege pœn.ca. 1.in fine.Viguer.in inſtitu. cap.15. in princ. Azor tom.1.lib.5.cap.3. quæſt. 9. cum Panor. cap. 2. de conſti.num.9.vide cap. propoſuiſti diſt. 82. & cap. quod dicitis diſt. 16. Præterea quòd in inferioribus Papa, vel Imperatore cõſtitutio obliget ſcientes ante lapſum duorum menſium, etiam docet Sà verbo lex,Sotus 1.iuſt.quæſt.1.art.4.Sylueſt.lex quæſt. 6. pronuntiato. 3. alios referens,vt & Turrecrem.ſuprà, Nauar. in ſum.lat.cap.23.nu.44 Decius cum aliis cap.2.de conſtit.num.15. in 1.lectura,& in 2.lectu.nu.6.Valen.diſp.7.quæſt.5. puncto 5 quæſt.3. Anton. Gab.tom.2.commu.opin.lib.6. tit.de legib.con.4.

*Leges Pontificiæ, & regnorũ nõ ſubditorum imperio non ſubdũtur authentico.*

Et quando lex particularis dicit ex tunc, vel à certo aliquo tempore obligare, ex eo incipere obligationem Panormit. cap.2. de conſt. num. 7.

Decius

Digitized by Google

Decius ibi in 1. lectur. nu. 16. aliàs 41. gl. cap. cùm ſingula, verbo ex tunc de præb. lib. 6. & Clement. 2 de hæreti. verbo ex tunc, Naua conſi. 1. de conſt. quæſt. 4. num. 14. & 15. & in ſum. latin. cap. 23. nu. 44. Felin. cap. 2. de conſti. Syluest. verbo lex, quæſt. 6. Molin. tract. 2. de iuſt. diſp. 395. §. quo loco obſerua, Valen. hic diſp. 7. quæſt. 5. punct. 5. quæſt. 3. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 2. Auto. Gab. ſuprà: de tempore autem requiſito, vt non præſumatur ignorantia inculpabilis, arbitrio iudicum eſſe relinquendum Felin. cap. 2. de conſt. num. 7. Decius ibi in 1. lectura num. 18. aliàs 39. cum Panor. ibidem, Syluest. illa quæſt. 6. Naua. conſil. 1. de conſt. quæſt. 4. num. 21. ad 4.

*Ignorātes non ligantur lege pœnali, vel ſententia.*

B Ignorantes autem non ligari lege pœnali, vel ſententia cap. vt animarum de conſt. in 6. & cap. 1. § nec obſtaret de conceſſ. præb. in 6. Deinde ridiculum eſt, quod ait gloſſ. cap. propoſuiſti verbo non probatur 82. diſt. ſecundùm canones teneri ſubditos legē ſcire intra ſex menſes à die promulgationis probat ex ca. decernimus 18. diſt. vbi ſolū definitur, vt Epiſcopus intra ſex mēſes plebi referat, quæ eo anno in Cōcilio prouinciali acta ſunt; quod tunc quotannis fiebat. Sed inde malè gloſ. colligit intentū, vt patet, nam aliæ leges non proponebantur tunc, & quæ proponebantur, aliqui non tenerentur diſcere: quia ad ſe non pertinerent; alij tenerentur citiùs eas diſcere, ſi ſcirent jam leges aliquas ſtatim obligantes eſſe latas, & certò aut fortè ad ſe pertinere. Quiſque ergo opportuno tempore tenetur leges ad ſe ſpectantes diſcere, ne fortè ex ignorantia vincibili eas violet: nullum autem eſt taxatum tempus, intra quod diſcendæ ſint: illam gloſſam meritò reijciunt Panor. Felin. Beroius, & alij cap. 2. de conſtit. & Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 4. licet in alio ſenſu ipſam intellexerint, nimirum quòd voluerit obligationes legis incipere poſt ſex menſes à promulgatione.

## SECTIO IIII.

*An leges, quæ irritant contractus, vel faciunt perſonas inhabiles ad illos, vel alia, ſtatim à tempore ſufficientis promulgationis effectum habeant etiam circa ignorantes.*

*De legibus irritatoriis & non irritatoriis eadem eſt ratio.*

22 SOtus 1. iuſt. quæſt. 1. artic. 4. Medina 1. 2. quæſt. 90. art. 4. affirmant, quamuis de nō irritatoriis negauerint obligare ignorantes, niſi poſt lapſum duorum menſium. Vazquez autem diſp. 156. cap. 3. nu. 17. ait eandem eſſe rationem de legibus irritatoriis, & de aliis, quare ſi, vt diximus, ſufficit promulgatio in Curia, vel Concilio, vbi editur lex, ſtatim habebit effectum irritatoria, ſicut non irritatoria; ſi verò in ſingulis prouinciis requireretur promulgatio legis non irritatoriæ, requiretur etiā irritatoriæ. Tum etiamſi lex irritatoria ſuapte natura poſtularet publicationem in ſingulis prouinciis, vt vim legis haberet, id etiam poſtularet irritatoria, cùm ſit eadem vtriuſque natura: eſt enim præceptum Principis commune. Quòd ſi neceſſarium eſſet tempus duorum menſium propter authenticum, vt factæ nouæ collat. 5. conueniret potiùs legibus irritatoriis: nam authenticum illud ſolùm loquitur de legibus teſtamentorum, quæ vt plurimùm ſunt irritatoriæ. Porrò ſi tēpus duorum menſium poſt promulgationem requireretur ad

A vitanda incommoda quę ex ignorantia legis, oriri poſſent: maiori ratione id locū haberet in legibus irritatoriis, vnde frequentius leges irritatoriæ, propter incommoda, quæ ex illarum ignorantia oriri poſſunt, promulgantur in pluribus, vt lex irritans matrimonium clandeſtinum, ita vt pro qualitate negotiorum maior, vel minor promulgatio fiat, & maius, aut minus tempus induciarum concedatur. Fruſtra ergo aſſignauit Sotus diſcrimen hoc, quamuis aliàs verum, inter leges irritatorias, & non irritatorias: quòd irritatoriæ habeant ſtatim poſt promulgationem aliquem effectum in ignorantes etiam ſine culpa, nempe irritare, & nullum reddere contractum, vel quid-

B aliud: at verò leges non irritatoriæ non ſortiuntur effectum in ignorantes, quem aliàs efficerent; nempe vt eſſet peccatum tranſgreſſio illarum. Ratio verò contra Sotum eſt: quia prior effectus fit ſine culpa, poſterior autem non fit ſine illa. Hæc Vazquez ex cuius verbis planè colligitur, eum hac in re à Soto in ſubſtantia non diſſidere. Nam hoc ipſum quod ipſe dicit, & nihil aliud intendit Sotus: differt autem à Soto, quia Sotus dicit, eiuſmodi leges irritantes non habere effectum, vſque ad promulgationem in ſingulis prouinciis, quod tamen negat Vazquez, & bene in legibus pontificiis, & in aliis, quæ non ſunt imperiales: imò & in imperialibus, quæ non ſunt teſtamentorum;

*In quo differant Sotus & Vazquez.*

C quamuis limitari hoc debet cum Molina tom. 2. de iuſt. diſp. 395. quem ſecuti ſumus ſect. 2. vt ſint aliquæ leges, quæ licèt non aſſignent tempus, non irritant contractus vbique, ſtatim à promulgatione in Curia, nec poſt duos menſes ab illa: ſed poſtea: quia irritare antea eſſet iniuſtum, & in commune detrimentum redundaret: de aliis verò legibus libenter concedit Molina, ſtatim à promulgatione, vel ſaltem poſt duos menſes irritare etiam comparatione ignorantium, quoniam (inquit) ad contractus in commune bonum annullandos ſatis eſt, ſi concedatur tempus, in quo præſumitur, non futuram poſt illud ignorantiam legis, nec eſt neceſſe habere rationem paucorum, in

D quibus per accidens eſſe poterit ignorantia illorum inuincibilis, & hoc vniuersè tribuit doctoribus: quamuis enim inter eos ſit diſcrimen, an ante duos menſes elapſos irriti ſint contractus ignorantium: omnes tamen fatentur, etiam in ignorantibus eſſe nullos poſt lapſum duorū menſium. Idem aic Panormitanus, quando lex determinat tempus, nam ſtatim poſt illud irriti ſunt contractus, vel alij actus cap. 2. de conſt. vbi tamen in 2. lect. num. 6. ait: Quod dicitur de retractatione (id eſt irritatione) actus, videtur habere locum in beneficialibus, & ſpiritualibus, in quibus Papa liberā habet poteſtatem c. 2. de præb. in 6. & Clem. 1. in fine vt lite pend. & notat Paul. de Caſtro con-

*Contractus poſt duos menſes publicationis facti ſunt irriti, etiamſi ignorentur à contrahentibus leges irritantes.*

E ſil. 281 primū dubium col. 2. cùm ſim. vt dixi in ea. quæ in Eccleſiarum col. 14. de conſt. & ita loquitur textus cap. 1. §. adijciebatur, de conceſſ. præb. in 6. & gloſ. Clem. 2. de hæret. verb. ex nunc, quam Abb. adducit hic, & in tali caſu videtur, quòd etiā reſpectu pœnæ ignorans ligari poſſit: quia in beneficialibus, & ſpiritualibus non videtur abſurdum, cùm etiā ſine cauſa Papa dominium auferre poſſit, vt notat Paul. de Caſtro, conſil. cit. Sed in alia materia non beneficiali, maius dubium videtur: in quo dicendum eſt primò, quantùm ad annullationem actus à principio, videtur, quòd hoc

*Ignorātes ratione pœnæ ligari poſſunt, in beneficialibus, & ſpiritualibus.*



Digitized by Google

fieri poſſit, quia tollitur ius quærendum, ſed retractare actum perfectum, in quo eſſet tertio ius quæſitum, non videtur quòd fieri poſſit ſine cauſa, vt notat Bart. l. quocumque C. de fid. inſtru. lib. 10. cum ſimilibus, vt tradunt moderni in dict. cap. quæ in Eccleſiarum. Secundò addit requiri publicationem in ſingulis prouinciis, vt retulimus ſect. 2. opin. 1. Sed impropriè cum Paulo Caſtrenſi dixit, legẽ in beneficialibus, & beneficiis poſſe afficere pœna ignorantes inculpabiliter: nam pœna propriè non poteſt eſſe ſine culpa, vnde ſi irritatio actus ſtatueretur in pœnam, nullo modo incurreretur ab ignorantibus, etiam in beneficialibus, & ſpiritualibus: ſecus ſi præciſè propter bonum commune, & actus eſſet irritus à die promulgationis (B) in curia, iuxta dicta ſect. 2. & 3. ſi lex non definiret tempus, ſi autem definiret, ab illo tempore, & non anteà, ſiue in ignorantibus publicationem legis, ſiue in ſcientibus illam.

## SECTIO V.

*An leges ſufficienter promulgatæ, propriè dicantur obligare ignorantes in conſcientia, & ſub peccato, & pœna ad obediendum illis.*

23 IOannes Andreas ſuprà data Sexti. Bart. l. leges ſacratiſſimæ C. de legib. Panor. Felin. Decius, & alij Iuriſperiti cap. 2. de conſti. negant: quia ignorantes tunc non (C) peccabunt, nec erunt pœna digni: ergo ſignum eſt non obligari lege, & confirmatur: quia non teneor obedire legi, quam omninò ignoro: non enim poſſum obedire, niſi ſuppoſito præcepto, & à me cognito. Hunc modum loquendi vſurpauit Caiet. quæſt. 90. art. 4. ad 2. vbi tamen Med. con. 3. §. illud etiam, & alij recentiores cum Soto 1. iuſt. quæſt. 1. art. 4. §. contra hos, dicunt ignorantes propriè teneri, ſed excuſari: eodem modo loquendum eſſe putat Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 9. quia excuſari ſupponit obligari, ſed ignorantes excuſantur, ergo obligantur: item qui adducit illis ſcientiam, eos non obligat dum non impo- (D) nat illis legem: ergo antea erant obligati, ſicut modò: Valen. diſp. 7. quæſt. 9. puncto 5. ait ignorantes obligari lege in actu primo, quòd tunc lex habeat vim obligandi, quomodo loquitur Syluest. lex, quæſt. 6. & 7. non tamen obligari in actu ſecundo, Vazquez diſp. 156. cap. 3. quæſtionem putat parui momẽti, ſed melius loquitur Caiet. & iuriſp. quia ignorantes interim liberè poſſunt facere, vel omittere, quod lex præcipit: ergo non ligantur, vel conſtringuntur legibus, ſed ſunt liberi ab earum vinculo; & hoc modo excuſantur. Vnde notitia ſcientes obligat per modum conditionis, ſine qua ipſi non ligarentur lege; quæ tamen vim habebat obligandi illos pro tẽpore, quo eſſet (E) ſcita, antea ergo obligabat in actu primo: poſtea verò in ſecundo. Ego vtrũque modũ loquẽdi proprium puto; ſed magis proprium illum Soti: nam & qui dormit, eſt obligatus actu tunc, ſed non pro tunc.

## SECTIO VI.

*An lex reuocatoria priuilegij effectum habeat, antequam priuilegiato promulgetur, vel denuntietur.*

(A) COmmunis ſentẽtia vtriuſque Iuriſperitorum eſt, nec priuilegia, nec 24 facultates reuocari, donec priuilegiatis manifeſtæ fiant leges, quibus priuilegia, aut facultates reuocantur, ſi credimus Azori tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 6. qui nominatim etiam pro hac ſententia citat Panor. & Felin. cap. 2. de conſti. Sotum 1. iuſt. quæſt. 1. art. 4. alij referunt Molinam tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 395. Medinam hîc quæſt. 90. art. 4. ſed hi non dicunt reuocationem debere innoteſcere priuilegiato, ſed debere eſſe promulgatam in eius prouincia. Quod etiam videtur velle Sa, verbo lex, num. 20. dicens, lex reuocatoria priuilegiorum (B) non habet vim vſque ad publicationem: ipſe verò Azor ait, ſi priuilegium eſt priuati hominis, non aufertur, donec lex abrogans ſit illi denuntiata, vel manifeſta; ſi verò pij loci, donec ſit denuntiata Collegio, vel iis qui ipſi præſunt, aut curam eius habent. Si verò totius diœceſis, vel prouinciæ, donec abrogatio ſit in metropoli denũtiata, vel ſcita: ſi verò totius regni, nõ extinguitur, nec finitur, donec abrogatio ſit nota in locis, quæ ſunt capita prouinciarum: vocat autem nuntiationem notitiã certam abrogationis priuilegij. Hinc dicunt, quod valent acta procuratoris abſentis, donec reuocatio ſit manifeſta; Felinus cap. ex parte Decani de reſcriptis gloſ. cap. fin. de (C) procuratoribus verbo ignorarent: in 6. colligitur ex l. ſi forte ff. de offic. præſidis prouinciæ: vbi dicitur: *ſi fortè præfectus prouinciæ manumiſerit vel tutorem dederit, priuſquàm cognouerit ſucceſſorem aduenisſe, erunt hæc acta rata*: & ex l. ſi mandaſſem tibi, ff. mandati, vbi dicitur: *ſi mandaſſem tibi, vt fundum emeres, poſtea ſcripſiſſem, ne emeres; tu antequam ſcias me vetuiſſe, emiſſes, mandati tibi obligatus ero*; At geſtum per procuratorem ad nuptias, irritum eſt, etiamſi illo ignorante mandatum reuocationem, geſta ſint, l. ſi pœnituit, ff. de ritu nuptiarum: & c. fin, de procurat. in 6. conſtat firma eſſe acta Executoris, Nuncii, vel legati Apoſtolici, quouſque certior ſit factus ſe eſſe à Pontifice re- (D) uocatum, Calder. conſil. 4. de officio vicarii, idem ait de actis Vicarii. Indulgentiæ etiam non finiuntur donec certiores ſunt de reuocatione illi quibus ſunt à Pontifice conceſſæ, præterquàm cùm ſuſpenduntur acceſſu anni 50. vel 25. extrauag. quemadmodum, de pœnit. & remiſ. inter communes. Cum Soto, & Medina, & aliis citatis conuenit Valen. hic diſp. 7. quæſt. 5. puncto 5. quæſt. 2. dicens opinionem Soti, & communem eſſe, leges reuocatorias priuilegij non habere effectum à tempore promulgationis earum in aliquo loco etiam prouinciæ, ſed neceſſarium eſſe, vt promulgentur in ciuitatibus ſingulis: imò ſecundum Felin. & Panor. cap. 2. de conſti. non habent effectum ante- (E) quàm veniant ad notitiam priuilegiatorum. Et ratio eſſe videtur, quia fauores ſunt ampliandi: vt ſi quis habebat facultatem eligendi confeſſarium, per quem abſolueretur à reſeruatis, validè hac facultate vteretur, donec ſciret ſibi eſſe reuocatum priuilegium: idem eſt de Indulgentiis antea conceſſis, niſi fortè in anno Iubilæo, vbi ſtrictiſſimè videntur illæ reuocatæ. Aliqui magis probant, quod ait Saÿrus in Theſauro caſuum tom. 1. lib. 5. cap. 17. num. 13. tenorem Bullæ, & Iubilæi inſpiciendum, & ſecundum illum ſolum eſſe iudicandum. Vazquez autem diſp. 156. cap. 4. num. 16. poſtquam

quàm retulit ſententiam Soti, aſſerentis reuoca-
tionem priuilegij non habere effectum, etiamſi
promulgetur in curia, ſi non promulgetur in
diæceſi priuilegiati, quem ſequitur Medina ſuprà,
addens, non ſatis eſſe ſi reuocatio priuilegij priui-
legiato innoteſcat per promulgationem factam in
alio loco, ſed opus eſſe promulgatione per ſingu-
las ciuitates, & oppida, vt conſuetudo habet: qua-
re putat licere ex priuilegio eligere confeſſarium
virtute bullæ, donec reuocatio illius promulge-
tur in proprio oppido. Idem dicit de reuocatione
indulgentiarum: cæterùm vtrum tam peculiaris
promulgatio neceſſaria ſit ex natura rei, & priui-
legij, an verò ex conſuetudine, & voluntate legiſ-
latoris reuocãtis, non explicat Sotus: Medina au-
tem docet, conſuetudine ita obtentum fuiſſe; qua-
re videtur dicere, ſolùm ex voluntate reuocantis
neceſſariã eſſe talem promulgationẽ, cùm aliàs ne-
ceſſaria non eſſet. Poſtquam, inquã, ſententiã So-
ti, & Medinæ (cuius nomen tacet) poſuit Vaz-
quez illo num. 26. adiungit num. 27. ſententiam
Nauarri ita. de indulgentia notab. 31. nu. 28. Cor-
dubæ lib. 5. qui eſt de indulg. quæſt. 36. con. 3. Ge-
min. & Domi. cap. 1. de conceſſ. præb. in 6. Sylueſt.
indulge. quæſt. 5. dicto 8. aſſerentium reuocatio-
nem, & ſuſpenſionem indulgentiarum non habe-
re effectum, quouſque innoteſcat ei, qui gaudet
priuilegio indulgentiarum: niſi aliter Pontifex
expreſſerit: quia doctores paſſim ſic interpretati
ſunt mentem Pontificis, quotieſcumque ipſe
aliud expreſsè non dixerit. Imò addunt Syluester
verb. gratia, quæſt. 2. & Armil. n. 6. reuocationem,
vel ſuſpenſionem cuiuſcumque priuilegii non va-
lere, donec innoteſcat priuilegiato: niſi expreſsè
ille, qui reuocat, ante notitiam reuocationis eam
valere pronũciauerit. Hanc ſententiã ait Vazquez
27. & 28. ſibi magis probari quàm priorẽ: nã quòd
reuocatio, niſi fiat in diæceſi propria, vim non ha-
beat, nullo iure vel conſuetudine confirmari po-
teſt, & multo minùs, quod dicebat Medina, neceſ-
ſariã eſſe promulgationem in ſingulis oppidis, nec
ſatis eſſe aliunde cognoſci reuocationem priuile-
giorum, ſiquidem in ſingulis parochiis promul-
gatio fit talis reuocationis, non vt vim habeat, ſed
vt omnibus innoteſcat. Quare ſi alia via iam in-
notuit priuilegiato reuocatio ſui priuilegii non
opus eſt noua promulgatione tam in priuilegio,
quàm in indulgentiis. At verò neceſſariam eſſe
notitiam reuocationis fruenti priuilegio, vel in-
dulgentiis, rationi conſonat: nam priuilegium eſt
priuata lex, & ſi priuilegiato non innoteſceret eius
reuocatio, vtens ſuo priuilegio aliqua faceret irri-
ta citra culpam ſuam, quare ex æquitate iuris Do-
ctores mentem Pontificum, & Principum inter-
pretati ſunt. Hinc colligit Vazquez, validam eſſe
confeſſionem, quam quis ex priuilegio bullæ, aut
alio ſimili fecit coram præsbytero à ſe electo vir-
tute illius, etiamſi tale priuilegium reuocatum
eſſet, ipſi tamen priuilegiato non innoteſceret: id
quod etiam Sotus & Medina concedunt. Si ta-
men poſt Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de reform. clericus
ſæcularis eligeret ſacerdotem non approbatum, vt
conſuetum antea erat, eius confeſſio valida non
eſſet, etiamſi talem reuocationem inuincibiliter
ignoraret; quoniam illud nõ erat priuilegium, ſed
conſuetudine tamquam lex introductum, lex au-
tem Concilij reuocans conſuetudinem illam, non
indiget tanta publicatione, vt ſcilicet ad ſingulo-

*Neceſſaria eſt notitia reuocationis fruenti priuilegio.*

A rum notitiã perueniat. Idemque eſt de reuocatio-
ne cuiuſcumque alterius conſuetudinis, vel legis.
Quare poſt alicuius excommunicationis reſerua-
tionem, abſolutio ab illa non valet, etiamſi talis
reſeruatio ignoretur. Hæc Vazquez ſatis conſen-
taneè rationi.

## SECTIO VII.

### *An priuilegium, vt valeat, denuntiari priuilegiato debeat.*

PAnormitanus cap. 2. de conſt. nu. 21. 25
B citat gloſ. in procem. Clem. verbo de
cætero, & ibi latius Paulus de Caſt.
docentes, quòd conſtitutio priuile-
giatiua ſtatim ligat ſeu ſortitur effe-
ctum, idem tenet Bartolus l. omnes populi ff. de
iuſt. & iur. quæſt. 5. in prin. ſeu §. 2. explicans non
requiri ſcientiam priuilegiati, quia eſt inſtar legati:
idem ait, & l. penult. C. de decurionib. lib. 10. vbi
addit, id verum eſſe, quantum ad eum in cuius
præiudicium tendit, & ad hoc illum textum, vt
ſingularem allegat Romanus conſi. 330. incipien-
te circa primum, col. penul. ſed quantùm ad eum
in cuius fauorem cedit priuilegium, ſcientia re-
quiritur, vt dicit Panormitanus, per capit. 1. verb.
C ex parte de conceſſ. præb. in 6. per quem textum,
ita etiam tenet Cardinalis in procem. Clem. verbo
vniuerſitati, quæſt. 5. & ita notat Bartolus l. fin. ff.
de conſt. princ. verbo quæro, quando fit interpre-
tatio, vbi allegat tex. cum gloſ. l. fin. C. de conſulib.
lib. 12. vbi etiam Bartholus, & notat Paulus de Ca-
ſtro. conſi. 11. in caſu præſenti, & in noſtro caſu
tradit Petrus Ancharanus, conſil. 399. præmitto,
& conſ. 168. viſis, cum ſimilib. vt tradunt Moder-
ni Papien. cap. 2. de conſt. & Alex. l. qui abſenti ff.
de acquir. poſſ. vbi propter hoc reprobat dictum
Bart. l. fi. C. de ſenten. paſ.

*1. Opin. Priuilegium requirit ſcientiam eius in cuius fauorem cedit.*

Ioannes Imola, cap. 2. de conſt. col. 3. ait priui-
legium conceſſum per viam legis, vel ſtatuti, non
D requirere ſcientiam priuilegiati, quia æquiparatur
vltimæ voluntati, vt notat Bart. l. 1. C. de his quib.
vt indign. & ideò meritò Bartolus in dicta lege
omnes populi, arguit à legato ad ſtatutum priui-
legiatiuum, in quo commodum continetur, ſi ve-
rò priuilegium concedatur per viam reſcripti, re-
quirit ſcientiam priuilegiati, ſed Imolam repro-
bat Decius, cap. 2. de conſt. numer. 17. alias 43. in 1.
lectura, quia ſi priuilegium conceſſum reſcripto
notitiam requirit: ergo, & conceſſum lege, nam
vt operetur lex, notitia requiritur, vt patet cap.
2. de con. vnde ipſe Decius aliter diſtinguit cum
Card. in procem. Clem. verbo vniuerſitatem, vbi
E inquit, *quod priuilegium ignoranti prodeſt, ſed non effi-
caciter antequàm ſciat:* nam ſtatim ignoranti ius
quæritur, vt priuilegium reuocari non poſſit, ſed
cum effectu (inquit Decius) ante notitiam non di-
cetur eſſe ius quæſitum.

*Vt operetur lex notitia requiritur.*

Sed Bartolus vult ante notitiam aliquid opera-
ri: ſuadetur primò, quia in l. penul. C. de decuri. lib.
10. definitum eſt, vt cõſtitutio à Zenone impera-
tore lata, quæ priuilegium nonnullis collatum
abrogabat ex die, quo conſtitutio promulgata eſt,
ſuum effectum haberet: ergo etiam à die, quo
confertur priuilegium, effectum habet: quam-
uis is, cui confertur, ignarus priuilegij ſit, *cum*

*fauores ampliari conueniat, odia reſtringi* cap. odio de reg. iu. in 6.

Secundò, quia legatum acquiritur abſenti, & ignoranti, l. magis puto §. ſi pupillus verſ. fundū ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, l. cum pater §. ſurdo, l. legatum ita ff. de leg. 2. ergo libertas quoque ſtatim ſeruo acquiritur, ſi ſeruus abſens ex teſtamento domini manumittitur, & reſtitutio deportati ſtatim abſenti acquiritur, & priuilegium vim habet cùm primùm conceditur à principe, & habet ſuum effectum in eos, qui priuilegium conceſſum alicui norunt, vt non poſſint illum excommunicare, vel ad aliquid cogere: &c. tametſi priuilegiatus illud priuilegium ignoret, cur enim in iis, qui ſciunt, non operabitur in fauorem priuilegiati ignorantis?

*Beneficij collatio abſenti facta reuocari non poteſt ab Epiſcopo.*

Tertiò, probatur ex cap. ſi tibi abſenti de præb. in 6. vbi beneficij collatio abſenti facta reuocari non poteſt ab Epiſcopo, niſi diſſentiat is, cui beneficium confertur, aut poſtquam beneficij collatio illi innotuit, tempus ad conſentiendum præſcriptum, elapſum ſit; & in cap. 1. eod. lib. & tit. pro certo à Pontifice conſtituitur nullius eſſe momenti excommunicationem latam ab Epiſcopo in eum, cui ab Apoſtolica ſede collatum eſt priuilegium, ne à ſuo Epiſcopo excommunicari poſſit, licèt id Epiſcopus ignorauerit, ecce in ignorāte Epiſcopo effectum habet priuilegium in fauorem priuilegiati ſcientis: cur ergo non poſſet habere effectum in ſciente in fauorem priuilegiati ignorantis?

Quartò, ſententia Bartoli, quam ipſe doctorum eſſe teſtatur, confirmata videtur deciſione Rotæ 14. parte 2. num. 2. ibi enim Rota definiuit priuilegium impetratum per nuntium, procuratorem, vel litteras ad id miſſas, ſtatim vim ſuam transferre in abſentem à die, quo datum eſt priuilegium, quamuis illud repudiare poſſit is, cui confertur: cùm illi innotuerit, ſi vim habet tūc priuilegium, ergo qui contra illud fecerit, actum malum, & irritum efficiet.

*2. opinio.*

26 Contra Bartolum tenet Panormitanus cap. 2. de conſt. §. dubitatur num. 21. hic verbis, Gloſſa in procem. Clem. & latiùs ibi Paulus vult, quod ſtatutum priuilegiatiuum immediatè liget, ſeu effectum ſuum porrigat, ſicut & priuilegium: quod nota: ſed ego requirerem ſcientiam priuilegiati, quia merū priuilegium nō operatur effectū ſuum, antequam veniat ad notitiam priuilegiati, vt eſt textus in cap. 1. de conceſſ. pręb. lib. 6. & hoc ibi tenent communiter doctores, & optimè facit textus l. qui abſenti ff. de acquire. poſſeſſ. & l. abſenti ff. de don. & quod notat gloſſa cap. quanto 2. quæ. 5. Hæc Pan. Idem tenet Felinus eod. cap. 2. ſeu cognoſcentes, de conſt. num. 7. verſ. tertio limita, Decius eod. cap. vt retulimus, & conſil. 161. Romanus, Aretin. & alij l. qui abſenti ff. de acquir. poſſeſ. Anchatanus conſil. 169. & aliis locis, à Decio allegatis, Iaſon l. fin. à num. 46. ff. de conſt. princ. dicens, num. 51. eſſe communem Iuriſp. ſententiam, idem ex parte tenet Imola, vt ſupra retulimus: ſuadetur, primò ex c. ſi tibi abſenti de præ. in 6. vbi Bonif. VIII. ait, *ſi tibi abſenti per tuum Epiſcopum conferatur beneficium, licet per collationem huiuſmodi donec eam ratam habueris, ius in ipſo beneficio, vt tuum dici valeat, non acquiras*, &c.

*Priuilegiū non dat plenum ius ignoranti.*

Ergo ſimiliter priuilegium non dat plenum ius ignoranti, neque habet effectum ſuum in fauorem ipſius. Secundò, l. abſenti ff. de donat. vbi dicitur, *ſed ſi neſcit rem, quæ apud ſe eſt, ſibi eſſe donatam, vel miſſam, donatæ rei dominus non fit*: & l. qui abſenti ff. de acquirenda poſſeſſione dicitur, *Qui abſente ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit.* Tertiò, ex l. fin. iuncta gloſ. verbo præſtitis: de Conſulib. lib. 12. vbi decernitur, patricios patria poteſtate liberari, illicò ab imperialibus codicillis præſtitis, id eſt, vt gloſ. ibi explanat, præſentatis ſibi literis electionis ad patritiatum: ergo non antea. Quartò, quia nullo iure ſtatutum eſt, vt cùm alicui priuilegium confertur, conſenſus eius, & acceptatio præſumatur: ergo non fit dominus priuilegii, nec eſt verè priuilegiatus, & ſic priuilegium in eo operari non poteſt. Confirmatur, quia priuilegium lex priuata dicitur à Cicerone, 3. de legib. Iſid. 5. Ethymol. cap. 18. relato cap. priuilegia diſt. 3. ergo debet promulgari priuilegiato, vt operetur.

Sed ad hæc argumēta facilè meo iudicio reſpōderi poteſt: ad primum, quòd licet abſens non fiat Dominus beneficii collati, antequam illi denuntietur, & ipſe acceptet: quia beneficium non confertur in inuitum, & ideò Pontifex, vel prælatus non vult ipſum efficere Dominum beneficii, antequam acceptet, & ideò fructus beneficii ad ipſum non pertineant, tamen à puncto conceſsiōnis ius acquirit ad beneficium, vt docet Bal. l. fin. ff. de conſti. prin. & Deci. cap. citato de conſt. num. 44. vnde ex illo cap. ſi tibi abſenti colligitur beneficium collatum abſenti ab Epiſcopo, nōn poſſe ante diſſenſum ipſius alteri conferri ab eodem Epiſcopo, vel quocumque alio, etiamſi ſit Legatus à latere, is qui confert beneficia vacantia cap. 1. de offi. lega. vt notat gloſ. d. ſi tibi abſenti verbo alius. 27

*Beneficiū non confertur in inuitum.*

Quod verum eſt, ſi princeps ſupremus ſit, is enim antequam beneficium, vel priuilegium acceptetur ab eo, cui confertur, poteſt illud reuocare. Nihil enim eſt quod obſtet, vt obſeruat Azor tom. 1. libr. 5. cap. 3. quæſt. 5. imò priuilegium conceſſum à Principe poſſet ab eodem etiam ſine cauſa reuocari, vt docet gloſ. fin. cap. decet de regul. iur. in 6. Angel. l. Antiochenſium ff. de priuileg. cred. Alex. quem refert, & probat Decius cap. quæ in Eccleſiarum, num. 127. de conſti. Niſi priuilegium in præmium laborum, aut alia de cauſa, vel non ſubdito collatum ſit, ſi credimus Romano Conſilio 436. col. 3. verſ. ſeptima principalis ratio, & verſ. idem probatur. Nihilominus tamen interim dum beneficium, vel priuilegium non reuocatur à principe, ad aliquid obligat alios in fauorem priuilegiati, etiam ignorantis priuilegium: ergo aliquid operatur antequam denuntietur priuilegiato.

*Princeps ſupremus poteſt priuilegium reuocare antequam acceptetur ab eo, cui conceſſum eſt.*

Ad ſecundum reſpondeo, non eſſe ſimile de dominio rerum externarū, & de priuilegio: nā ad dominium rei externæ, viuente donatore requiritur acceptatio donatarij: priuilegium non requirit acceptationem priuilegiati, nam etiam inuitus poſſet priuilegiari, ſeu à communi lege eximi à principe. Ad aliud quod ibidem dicitur de ſeruo, reſpondeo etiam poſſe eſſe mentem principis, vt priuilegium vim non habeat, niſi priuilegiatus certior de illo fiat, & illud acceptet: ſæpe tamen non hanc eſſe mentem principis, vnde tenor priuilegij inſpiciendus eſt, & præſumendum eſt ſtatim operari in aliis in fauorem priuilegiati, ſi illis

denuntietur

denuntietur, quamuis ignoretur à priuilegiato, vt ſi ex parte principis denuntietur iudici priuilegium conceſſum à principe, ne Petrum excommunicare, aut in carcerem mittere poſſit, maximè ſi de hoc fiat lex, & iam ſit promulgata, huic enim parere tenebuntur omnes, licet illam priuilegiatus ignoret.

Ad tertium reſpondeo, non eſſe ſimile, quia libertas à patria poteſtate, eſt annexa dignitati Patricij, quam non habet, nec ſcit ſe habere, donec præſententur ei literæ regiæ, vnde eo vſque manet ſub patria poteſtate, & tenetur ei obedire ſicut antea, ſed priuilegium poteſt conuenire ignoranti, & in aliis operari aliquid in fauorem priuilegiati.

Ad quartum reſpondeo, neque vllum ius eſſe, quod dicat ad gaudendum priuilegio, & vt ei valeat requiri, quod acceptetur à priuilegiato. Ad confirmationem reſpondeo, priuilegium non tam eſſe legem, quàm legis exceptionem. Et ſi eſt lex, ſatis eſt promulgari aliis, qui obligantur ad faciendum, vel omittendum aliquid in fauorem priuilegiati etiam ignorantis.

28 Sed auctores ſecundæ ſententiæ ad argumenta primæ reſpondent: Ad primum etiamſi conſtitutio illam Zenonis à die promulgationis vires habuerit, quaſi in actu primo, quia ab illo tempore vim obligandi habebat: non tamen reipſa obligabat, quaſi in actu ſecundo, antequam ſubditis innoteſceret, cùm conſtitutione illa decretū eſſet, ne comites priuatarum rerum Imperatoris, & Auguſtæ, & aliorum eiuſmodi munerum, quæ ibi recenſet, dignitate fulgentes, à Curiæ muneribus immunes eſſent. Quod vt reipſa fieret, innoteſcere conſtitutio debebat iis, quibus ex officio incumbebat, curiæ munera conferre, à quibus eiuſdem conſtitutionis notionem comparare iis, qui comites priuatarum rerum Imperatoris, & Auguſtæ erant, neceſſe eſt. Quare etiam meritò dici poteſt, promulgationem conſtitutionis, qua priuilegium reuocatur, promulgari debere, & notam fieri priuilegiatis, & ab ipſa die eiuſmodi promulgationis, & non antea, conſtitutionem vires habere, vt docet Azor ſuprà q. 6. & inſinuat Sotus 1. iuſt. q. 1. arti. 4. §. hoc autem.

Ad ſecundùm reſpondeo, legata ipſo iure in legatarium tranſmitti, vt conſtat ex iuribus in arg. allegatis: non verò priuilegium, quia nullo iure hoc ſtatutum eſt.

Ad tertium reſpondeo, cap. ſi tibi abſenti nihil huic ſententiæ officere: non enim negat priuilegiatum abſentem, & ignorantem habere aliquod ius ex conceſſione principis: ſed adhuc non gaudere ipſo priuilegio, ac proinde priuilegium tunc nihil operari, quia prius eſt eſſe, quàm operari. Quòd verò excommunicatio, de qua in d. cap. 1. de conceſſ. præb. lib. 6. nullius ſit momenti, ex eo prouenit, quòd ad excommunicandum opus eſt poteſtate iuriſdictionis: quam tunc Epiſcopus non habebat.

Ad quartum reſpondeo, geſta per procuratorem ſpecialem, vel literas ad eum finem impetrandi beneficium miſſas, moraliter cenſeri geſta ab eo, cuius ſunt literæ, & ideò beneficium impetratum ſtatim ipſi acquiritur: quia virtute eſt gnarus impetrationis, ipſique conſentiens: priuilegiatus autem ignorās nullo modo conſentit, nec acceptat oblatum priuilegium, ideo illo non gaudet, neque priuilegium quicquam operatur in fauorem ipſius.

Mihi prior ſententia magis probatur, quæ tamen amplius declaranda eſt, pro quo aduerte Syl- 29

*Auctoris ſententia.*

ueſtrum verbo priuilegium, quæſt. 16. hac vti diſtinctione: aut priuilegium conceditur priuilegiato id poſtulanti per ſe, vel per procuratorem: aut conceditur motu proprio, ſeu petitione alterius quàm priuilegiati; qui non nomine priuilegiati, ſed ſuo nomine priuilegium alteri poſtulet. Priori modo ait ſtatim effectum habere, antequam denūcietur priuilegiato, vt ſi alicui per ſe, vel per alium petenti concederetur priuilegium, ne poſſet excōmunicari, excommunicatio poſt conceſſionem lata nihil valeret, etiāſi tempore excōmunicationis priuilegiatus nihil noſſet. Hoc tamen limitat Vazquez diſp. 156. cap. 2. num. 31. & ſequentibus: Niſi priuilegium vim haberet diſpenſationis cōtra aliquam legem, vt priuilegiatus nō obſtante lege illa poſſet licitè, & validè contra illam operari: tunc enim non eſt præſumendum Pontificem voluiſſe ſuo priuilegio concedere, vt priuilegiatus ante notitiam illius eo frui poſſet, quare diſpenſatus, vt contrahat matrimonium, vel non ieiunet, nō fruitur priuilegio, antequàm certior fiat de illo, ſiquis igitur matrimoniū contraheret in gradibus prohibitis, antequàm ſciret diſpenſationem obtentam fuiſſe, nō ſolum peccaret, ſed etiam nullum efficeret matrimonium: quia priuilegium illud vim habet diſpenſationis, & non cenſetur conceſſum, vt validum fiat matrimoniū, quando mala conſcientia & non licitè contrahitur, nam cùm concedatur priuatæ perſonæ, vt licitè contra legem communem operetur, nondum cenſetur ei prodeſſe, quouſque habeat notitiā illius. Ex eo enim ſolùm tempore poterit ille tuta cōſcientia, contra legem communem operari, & vti diſpenſatione, ac priuilegio. Aliter tamen iudicandum eſſet, ſi reuocatio fieret totius legis prohibentis, & irritantis matrimonium in tali gradu: nam poſt legis reuocatoriæ promulgationem in curia, vel in concilio, etiāſi quis contraheret in illo gradu cum mala cōſcientia, matrimonium validum eſſet, quamuis nō ſine peccato contractum: firmitas enim matrimonij tunc nō orietur ex conceſſione, & gratia priuilegij, quæ non conceditur, niſi vt ſimul licitè fiat id, quod firmum etiam debet eſſe, & ſtabile: ſed ex remotione impedimenti, quæ fit per legis vniuerſalis reuocationem, qua lege non ſtante, omne quod fit, firmum, & ratum eſt, etiamſi ex mala conſcientia nō ſine peccato fiat; eò quòd reuocatio legis nō fiat in gratiam perſonæ particularis, ſed in gratiam omnium in vniuerſum: qua de cauſa non requiritur, vt à ſingulis etiam perſonis cognoſcatur, ſed ſufficit ſi promulgata ſit, ſicut quæcūque alia lex: ſi verò poſteriori modo priuilegium concedatur, ſcilicet non petenti per ſe, vel per alium, ſed motu proprio, vel alio pro ipſo petēte, inquit Syluester, nihli operari, donec illius notitiam habeat priuilegiatus, niſi oppoſitum velit Pontifex. In hoc ſenſu veram exiſtimat ſententiā communem iuriſperitorū (inter quos malè à nonnullis allegatur Bart. & Imola, de quibus iam retulimus quid ſentiant) & eodem ſenſu hanc ſententiam approbat Vazquez loco cit. num 33. ita enim videtur communis Doctorum ſenſus mentem Pontificum, & aliorum principū intellexiſſe, & explicaſſe: eò quòd in priori caſu videtur duplex voluntas in priuilegij

*Matrimoniū contrahens in gradibus prohibitis antequā ſciat obtentam diſpēſationem nihil facit.*

conceſſione

conceſſione ſimul conuenire, nempe & concedentis, & eius cui conceditur: in poſteriori autē caſu non item, donec illi, cui cōceſſum eſt, priuilegium innoteſcat, & illud acceptet.

30 *Auctoris ſententia.* Cæterùm ego nihil referre exiſtimo, quod priuilegium petente, vel non petente priuilegiato concedatur: quia in vtroque euentu eundem ſenſum habebit, ac proinde eundem effectum operabitur.

Deinde certum eſt, ſi priuilegium continet diſpenſationem in aliqua lege cum priuilegiato, nihil operari priuilegium, quantùm ad hoc, quod eſt licitè operari contra legem, niſi priuilegiatus notitiam certam, vel probabilem diſpenſationis habeat, quia iſte effectus ex vi diſpenſationis ignotæ prouenire non poteſt, etſi maximè id vellet princeps, ſi tamen lex erat ſimul irritans, & prohibens, & princeps abſolutè in lege diſpenſauit cum aliquo, rectè potuit velle, vt etiamſi ipſe propter malam fidem peccaret, agendo contra legem, tamen validum eſſet, quod faceret. Vnde valdè notandus eſt tenor diſpenſationis, vt poſtea intelligatur, an actus fuerit validus nec ne, & in caſu illo matrimonij cenſerem cum Vazquez actum fuiſſe nullum, quamuis, ſi priuilegiatus intuitu diſpenſationis, quam putaret ſibi eſſe conceſſam, contraheret, matrimonium eſſet validum, licet illud fecerit mala fide, non habens integram notitiam de conceſſione, & ſenſu diſpēſationis, & idē eſſet, ſi oblitus diſpenſationis contraheret, quia in primo caſu non ageret ſcienter, & cum magno contemptu contra legem, ideo non eſſet mens Pontificis, non diſpenſare cum illo ſic operante: in ſecundo autem caſu, quia ſatis eſt fuiſſe aliquod tēpus, in quo iſte poſſet licitè vti diſpenſatione, nimirum quando ei innotuit, non enim eſt credendum Pontificem velle, vt poſtquam factus eſt habilis ad contrahendum, fiat iterum inhabilis ratione ignorantiæ, vel obliuionis diſpenſationis prius obtentæ, & notæ. Si cui verò concederetur priuilegium, vt aliquid faceret, quod ſi antea faceret, incurreret excommunicationem, vel aliam pœnam: credo nō incurſurum illam, etiamſi id faciat mala fide, putans ſe non habere priuilegium in contrarium.

31 Ex dictis magna ex parte verā eſſe puto ſententiā Azoris tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 5. qui inquirēs, an priuilegium habeat vim cùm primùm conceditur à principe, refert duas opiniones, primā quæ ait à die notitiæ, non à die conceſſionis, quam opinionem tribuit gloſ. Ioan. Monacho, Ioann. And. Anchar. & Dom. cap. 1. de conceſſ. præb. in 6. Pan. Card. Decio, Alb. Iaſoni, quos citant, & ſequuntur Felinus, & Beroi. ca. 2. de conſt. ſecundam, quæ ait à die conceſſi priuilegij, quam tribuit Bart. Innoc. Hoſt. Archid. Paulo, & Vitalino citatis à Felino, & Beroi. imò addit nō ſolùm hos, ſed etiam Felinum, Pan. Ioa. And. Imol. & Gemin. docere, priuilegium à die conceſſionis vim habere, id tamen à Decio c. 2. de conſeſſ. præb. & nonnullis explicari, vt ex illo die à nullo reuocari poſſit, iuxta c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6. ſed hoc limitat Azor, vt à principe ſupremo reuocari poſſit. Deinde ait duo ex doctoribus colligi: primum eſt, quādo princeps nutu ſuo, & nutu priuilegium concedit alicui abſenti, & ignoranti, prodeſt illi à die, quo datum eſt, in eo, in quo alius poteſt priuilegiario nocere, vt ſi Papa concedit Titio, ne Epiſcopus poſſit illum excommunicare, & Rex, ne poſſit cogi tributa ſoluere, aut in carcerem mitti, aut torqueri, aut aliquo certo onere grauari, item ſi princeps aliquem abſentem in ſuum familiarem admittat, ac proinde concedat ei priuilegia ſuorum familiariū: non tamen prodeſt abſolute in cæteris, niſi poſtquam priuilegiarius conſenſerit. Alterum eſt, quando quis authoritate principis impetrat priuilegium per literas ad id miſſas, vel nūcium, vel procuratorem ad id deſtinatum: gaudet priuilegio à die, quo datum eſt, ſecus verò quando abſens, & ignorans aliter impetrat: tunc enim eo non gaudet, donec ad ipſum peruenerit.

## SECTIO VIII.

*In lege reuocatoria alterius legis, quænam promulgatio requiratur.*

Cordub. lib. 5. qui eſt de indulg. quæſt. 36. poſt tertiam concluſionem, quem ſequuntur aliqui recentiores, quæſt. 90. art. 4. ait, ad reuocationem legis ſolùm eſſe neceſſariam voluntatem principis ſine vlla promulgatione reuocationis, quamuis ad alias leges neceſſaria ſit promulgatio. Primò, quoniam plura requiruntur ad conſtruendum, quàm ad deſtruendum. Secundò, quoniam obligatio legis in fieri, & conſeruari pendet ex voluntate principis: vt ergo ſi fictè legem ferret, & ſine animo obligandi, reuera talis lex non obligaret per ſe, ſed tantū per accidens ex cōſcientia erronea: ita ſi poſtea velit legem non obligare, licet id non exprimat, lex non obligabit, & ſi velit non irritare, nec inducere excommunicationem, non irritabit, nec inducet excommunicationem. 32 *1. Opin.*

Vazquez verò, diſp. 156. cap. 4. num. 25. ait, nullum eſſe diſcrimen inter has leges, & alias, & quācumque legem reuocatoriam prioris, non minus egere promulgatione, & inſinuatione, quàm aliam quamlibet legem: nomine verò promulgationis intelligit inſinuationem cum maiori, vel minori ſolemnitate, vt principi placuerit: niſi quando princeps expreſsè vellet ſolo ſuo ſimplici verbo legem illam reuocare. Paſſim verò non intelligitur reuocare, inquit Vazquez, niſi promulgando aliquo modo ſolemni legem reuocatoriam. Probat, quoniam cùm prior lex habeat veram rationem mandati, & præcepti, non poteſt reuocari, niſi alio præcepto, aut voluntate ſuperioris inſinuata: quia quoúſque voluntas reuocatoria inſinuetur: alia lex viget apud homines, habetque vim præcepti, & regulæ: voluntas autem, & præceptum nondum inſinuatum, non poteſt habere rationem regulæ apud homines. 33 *2. opinio.*

Sed hic duplex difficultas: prima, quia Vazquez arbitratur ſolemnem promulgationē, ex natura rei eſſe neceſſariam, imò eſſentialiter requiſitam in aliis legibus: in his verò reuocatoriis aliarum legum putat ſufficere ſimplex verbum: quomodo ergo dicit inter has, & illas, quoad promulgationem, nullum eſſe diſcrimen? Secunda, quia lex purè reuocatoria nihil præcipit, niſi fortè indirectè reſpectu iudicum, ne puniant tranſgreſſores, vt antea: ergo non rectè ex eo quòd præceptum ſit, probatur indigere aliqua promulgatione, & inſinuatione.

Azor tom. 1. libr. 5. cap. 3. quæſt. 7. ſimiliter ait, leges

Digitized by Google

leges, quibus aliæ abrogantur, non habere vim niſi à die promulgationis, vt in caſu Tridetino 8. 23. c. 15. de reform. abrogatio priuilegij ad audiendas confeſſiones ſæcularium, etiam clericorum, à die promulgationis concilij, abſolutio eſſet irrita. Similiter, ſi Pontifex abrogat conſtitutionem qua ferebatur excommunicatio pro aliquo peccato, ſi poſt promulgationem incidat quis in peccatum, non incurrit excommunicationem, & ſiquis incidit in excommunicationem tunc reſeruatam, ſi promulgetur conſtitutio abrogans reſeruationem, abſolui à parocho poterit, vt in excommunicatione pro aborſu reſeruata à Sixto V. cuius reſeruationē abſtulit Greg. XIV. ſecus ſi non eſt ablata reſaruatio, vt Pius V. in bulla cœnæ, reſeruauit excommunicationem legentium libros Magorum, quam Greg. XIII. & alij ſequentes Pontifices non reſeruauerunt; nec tamen ſuſtulerunt reſeruationem poſitam à Pio V. Hoc vltimum refert Azor ex aliis. Sed non videtur approbare. Ratio eſſe poteſt, quia bulla cœnæ prior non durat, niſi vſque ad ſequentem: ergo nec reſeruatio, quæ in ea fit.

## SECTIO IX.

### *An lex humana diuinitus tantùm promulgata hominem obliget.*

34 *Caſus quæſtionis.* VT ſi Deus reuelaret mihi voluntatem ſuperioris exterius expreſſam, qua vellet me obligare ad aliquid, vel voluntate abſoluta, quia videlicet putat me adeſſe, & audire, vel ſaltem conditionata, ſi audio, vel aliqua ratione eius voluntatem intelligo. Denique ipſe vult ex parte ſua; & in quantum poteſt me obligare, an tunc Deo reuelante mihi eius voluntatem teneor illam implere: & ſimiliter ſi Superior promulgaſſet generaliter legem in ſua curia, ſed ea promulgatio reuelatione diuina mihi innoteſceret, an peccarem non obediendo. In ſcriptis cuiuſdam noui Theologi reperi in his euentibus ſubditum non obligari, quia notio illa legis non eſt ſecundum hominum morem comparata, nec inſinuatio à ſuperiori profecta.

*Vt homo obliget hominem, neceſſe eſt eius voluntatem externis ſignis explicari.* Si totum negotium perageretur actibus internis, ſcilicet, quia ſuperioris voluntas nullo actu externo ſuo, vel alieno innoteſceret ſubdito, veriſimile eſſet, ſubditum non obligari, quia vt homo hominem obliget, vel homini obligetur, debet explicari eius voluntas externis ſignis, iuxta opinionem D. Thom. 2. 2. quæſt. 80. art. 1. & 4. d. 38. quæ. 1. art. 1. gloſ. 1. Soti 4. iuſt. quæſt. 5. art. 1. ad. 1. & lib. 7. quæſt. 2. art. 1. ad 1. quam Molina tom. 2. tract. 2. de iuſt. diſp. 366. §. Thomas communiorē appellat. Tamen interuenientibus externis ſignis, ſiue factis ab ipſo legiſlatore, ſiue ex eius formali, aut interpretatiua voluntate, imò & quocumque alio modo, credo ſubditum obligari, quia voluntas obligandi diuina, quomodocúmque innoteſcet creaturæ, ipſam obligat, ergo ſimiliter voluntas obligandi humana quomodocumque innoteſcat ſubdito, ipſum obligat. Alioqui ſi per angelum, vel per hominem ab angelo, vel alia via miraculoſa portatum ad Indos, Indi Chriſtiani cognoſcerent leges diuinas, vel Eccleſiaſticas, non tenerentur eis obedire, quod eſt abſurdum. Confirmatur, quia illa eſt externa inſinuatio voluntatis principis, & profecta ab ipſo, ſaltem quatenus ſi ipſe non haberet talem voluntatem, non manifeſtaretur ſubdito à Deo, nec ab angelo, ergo ſufficit ad obligandum ſubditum, vt ſi miraculoſè vox principis, vel præconis promulgantis legē, vel præceptum, extenderetur ad ſubditum diſtantem, vel aliàs non potentem audire, re vera ſubditum obligaret.

DISPV

# DISPVT. DECIMATERTIA
## DE ACCEPTATIONE LEGIS.

### SECTIO PRIMA.

*An, vt lex obliget, requiratur populi acceptatio.*

1 PRIMA opinio eſt quorundam, quos refert Nauarrus conſil. 1. de conſtit. quæſt. 5. num. 21. aſſirmantium, nõ ſeruantes à principio legem iuſtam promulgatam, peccare, & legem ipſam extunc habere ſuam vim obligãdi, & obligare, ita vt peccent, qui illam non ſeruauerint, donec ſuperior ſciens non ſeruari, potens cogere, vt ſeruetur, nõ cogat, & ipſi id ſciant: quia tunc ſuperior non cogens, videtur eam ſuſpendere, vel tollere, iuxta gloſſam ſingularem, & celebrem cap. 1. de treuga & pace; quam Panormitanus, & communis ibi, & alibi approbant, quos refert Felin. ibidem nu. 7. Addit Nauarrus, aſſerunt item, non ligare illam, quæ decennio non eſt recepta, vt poſt Cald. Cardinal. & Imol. tradit Felin. cap. 1. de treuga & pace, nu. 13. Rodriguez etiam tom. 1. de regular. quæſt. 6. art. 6. ex multis docet, vim legis Canonicæ nullo modo pendere à conſenſu populi: vbi ait: *Papa, & quicumque Princeps habens auctoritatem condendi leges, poteſt compellere ſubditos ad earum obſeruationem ſuppoſito, quod ipſæ ſint iuſtæ, & rationabiles.* Hoc clariſſimè probatur ex cap. de vulgari. 23. quæſt. 5. verſ. 6. prout ibi notat Archidiaconus, & hanc opinionem tenent Hoſtienſ. Butrius, & Imola cap. 1. de treuga & pace, Burgos de Paz in procem. legum Tauri num. 299. Syluest. verbo lex, num. 6. Vnde ad vim legis non eſt expectandus populi conſenſus, vt tenet Felinus cap. cognoſcentes, de conſtit. num. 7. Burgos vbi ſuprà, num. 289. à qua opinione non diſcedit Couarr. 2. variar. cap. 16. num. 6. licèt enim citetur pro opinione Guillermi: apertè tamen ſe explicat dicens, quòd lex non dicitur recepta, quãdo per aliquos actus impugnatur ſciente, & conſentiente Principe: ergo ſentit Couarru. nihil per ſe operari populi diſceſſum abſque Principis voluntate. Et hæc opinio probatur, aliàs penes populum maneret poteſtas condendi leges; que tamẽ nunc ſoli Principi competit à tempore, quo populus ſuam poteſtatem tranſtulit in Principem, §. quod & Principi placuit inſtit. de iure naturali, gentium & ciuili. Quod à fortiori procedit in legibus Pontificiis: cùm ipſe Pontifex non à populo, ſed à Chriſto habeat legiſlatiuam poteſtatem. Hæc ferè eiſdem verbis Rodriguez, cuius ſententia confirmatur primò, quia lex non à ſubditis, ſed à ſuperiore capit ſuam energiam, efficaciam, ſeu vim obligandi: ergo ſi Princeps obligare velit, tametſi populus contradicat, lex obligabit,

*Leges Canonicæ nullo modo pendent à conſenſu populi.*

*Pontifex non à populo, ſed à Chriſto legiſlatiuam habet poteſtatem.*

A ſicut & præceptum particulare, quantumuis priuatus ſubditus contradicat. Confirmatur ſecundò, quia eo ipſo quod lex ſit à Principe ſufficienter promulgata, eius tranſgreſſores peccant, & poſſunt à Principe puniri: ergo obligatio legis etiã in actu ſecundo non pendet ex populi acceptatione: ac proinde etiamſi populus contradicat, lex ſuam vim & effectum retinebit: ſi enim in fieri nõ pendet à populo, cur pendebit in cõſeruari? Cõfirmatur tertiò, quia Princeps eſt ſuperior tota Rep. nõ enim ſunt æquales, quia ſic eſſent in Rep. duo capita, & nullum ſupremum poſitiuè, & poteſtas legiſlatiua non minus eſſet in cœtu ciuium, quàm in principe: nec verò Princeps eſt inferior Repub. quia ſic poſſet illi præcepta imponere, & ipſum B deponere, ac punire: ergo ipſe poteſt cogere, & obligare totam Rempubl. etiam per modum totius, & ſic non poteſt ipſa licitè, aut validè repugnare mandatis Principis: alioqui daretur bellum iuſtum ex vtraque parte.

*Princeps eſt ſuperior tota Republ.*

2 Secunda opinio, & communis eſt, legem quæ à populo non fuerit acceptata, non obligare, Nauarrus conſilio citato quæſt. 5. num. 23. & 24. &c. & in ſumma cap. 23. num. 41. vbi ſic ait, *Leges antequam recipiantur per maiorem partem ciuitatis, cuius pars eſt tranſgreſſor, non ligat, quoniam promulgatæ videntur cum conditione, ſi recipiantur, ſaltem per maiorẽ partem,* vt ſingulariter dixit Dominicus in iſtis §. Leges, diſt. 4. per recentiores receptus ibi, & cap. 2. de conſt. & profundiùs Felin. cap. 1. de treuga C & pace à num. 12. Alij citant gloſſam l. rem nõ nouam §. patronus verbo tactus, C. de iudic. & Iaſonem ibi latè. Item gloſſ. cap. 1. de treuga & pace, verbo frangere Couarr. 2. variar. cap. 16. num. 6. Driedonem 1. de libert. Chriſtian. cap. 9 conſid. 2. eandem ſententiam tenet Azor to. 1. lib. 5. c. 4. q. 1. citans Panorm. & Felin. & communem, cap. 1. de treuga: Archidiac. Domin. Præpoſ. & Turrecrem. §. leges, diſt. 4. in hoc. Hoſtienſ. & Ioann. Andreas, Leonard. 2. de virt. cap. 22. dub. 13. Toletus in ſumma tractatu de ſeptem peccatis, cap. 18. Valentia hic diſp. 7. quæſt. 5. punct. 5. quæſt. 4 Sayrus tom. 1. Theſauri, lib. 3. cap. 5 num. 24. Syluest. verbo lex, quæſt. 6. Angel. conſuetudo num. 10. Archid. cap. D vtinam diſt. 76. hanc ſententiam tenet Rodriguez tom. 1. regular. quæſt. 6. art. 10. quod verò retulimus dixiſſe art. 6. intellige, vt lex Canonica ante conſenſum, & acceptationem populi obliget in actu primo, non verò in actu ſecundo, ſi non ſit recepta. Suadetur primò ex Auguſtino lib. de vera religione, c. 31. & refertur c. in iſtis, §. leges, diſt. 4. *In iſtis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cùm eas inſtituunt, tamen cùm fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundùm ipſas:* quod explicans Gratianus ibi, §. leges ait: *Leges inſtituuntur, cùm promulgantur, firmantur,*

Digitized by Google

*mantur, cùm moribus vtentium approbantur:* ergo leges non approbatæ à populo non habent firmitatem, vt exponũt ibi Domini Geminianus, & Car. Alexandrinus. Item Card. Zabarel. in proœm. Clementinarum §. vniuerſitati quæſt. 2. item Archid. Præpoſ. & Turrec. Idem probat Gratianus, quia lex humana abrogari poteſt per contrariam conſuetudinem communitatis iuxta ca. fin. de conſuetud. etiam ſi iam ſit recepta, & vſu firmata, ergo à fortiori poteſt eneruari à principio, quando nunquam fuit recepta, aut moribus firmata, vnde Vlp. l. de quibus 32. ff. de legibus, *leges*, inquit, *nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ ſint.* Confirmatur, quia communitas conſuetudine poteſt abrogare legem iam obligantem: ergo & ſua repugnantia impedire à principio, ne obliget.

Secundò, quia lex humana, quæ à ſubditis non acceptatur, hoc ipſo videtur eſſe inutilis, atque adeo caret vna de conditionibus requiſitis ad iuſtitiam, & ſubſtantiam legis: ergo non obligat.

Tertiò, quia non expedit ita homines per poteſtatem humanam gubernari, vt renitentes, atque inuiti adigantur lege ad aliquid faciendum, quod alioqui nec lege naturali, neque diuina tenētur præſtare. Quod intelligo, inquit Valentia, quando non vnus, vel alter, ſed ipſa communitas ſeſe legi opponit, vt dicemus. Qui confirmat ſuam rationem ex eo quod D. Thomas quæſt. 97. art. 3. ad 2. ſimilem ob cauſam inſinuat, cõtrariam conſuetudinem, etiãſi ab initio fuerit mala, & illicita, efficere, vt lex humana aboleſcat, id eſt, vt nõ ampliùs obliget: quia ſcilicet, inualeſcente conſuetudine contraria iam lex eſſet inutilis communitati. Item ex eo quòd Nauarr. cap. 23. num. 67. concludit, non poſſe ſtatui legem humanam, quæ iubeat etiam, vt ipſi tranſgreſſores à ſeipſis repetant pœnam lege conſtitutam. Quoniam, inquit, eiuſmodi lex præberet ſubditis magnam occaſionem peccandi, & tranſgrediendi præceptum; ſiquidem omnes naturaliter ab eo abhorrent, vt ſeipſos puniant. Quæ ratio, inquit Valentia, nititur noſtro fundamento, ſcilicet, legem non eſſe iuſtam, neque obligare, quando id præſcribit, à quo planè abhorret ipſa communitas, quia tunc non eſt vtilis, ſed pernicioſa.

*Omnes vehementer abhorrēt, vt ſeipſos puniant.*

Quartò, in legibus ciuilibus probari ſolet, quia principes ſæculares poteſtatem habent condendi leges ab ipſo populo collatam, ſed hanc rationem non eſſe firmam, ait Valentia, quia etſi princeps acceperit poteſtatem à Reg. tamen poſtquam accepit, ipſe ſolus eſt ſuperior: ergo conſenſus populi non alia ratione requiritur ad huiuſmodi leges, niſi quia, vt lex ſit vtilis, & iuſta, neceſſarius etiam eſt conſenſus ſubditorum, id quod ſimiliter habet locum in legibus, quas Pontifex fert per poteſtatem ſibi collatam, nõ à populo, ſed à Chriſto, nam data eſt, non in deſtructionẽm, ſed in ædificationem: in ædificationem autem non exerceretur, ſi per eam lex aliqua conderetur inutilis, & periculoſa.

Quintò, ſuadetur ex Ariſto. 2. polit. cap. 6. dicente, *lex nullam vim habet, vt illi pareatur, niſi ex more.*

Sextò, quia Princeps politicus cõmuniter habet poteſtatẽ à Populo, qui potuit illã nõ dare ſub hac conditione, vt nemo obligaretur populo contradicente, & ita data videtur ex vſu: & ita videbatur

A conueniens ad commune bonum, quia nullum ſignum melius eſſe poteſt de conuenientia legis, quàm acceptatio populi. Huc pertinet, quod de antiquo vſu ferendi leges, in Populo Romano refert Couarr. in practicis cap. 1. vnde Caſtro 1. de lege pœnal. capit. 1. & Sayr. ſuprà docent, quod etiamſi legiſlator habens poteſtatem à populo expreſſè vellet ipſo contradicente obligare, non poſſet, verba Caſtri ferè ſunt. Et hinc ego deduco eam legem, quæ de re non neceſſaria iure diuino à principe, toto populo contradicente conderetur, nullius prorſus eſſe roboris, niſi fortè populus omnem ſuam poteſtatem in principem tranſtuliſſet: nihil ſibi reſeruans. Hanc tamen tam prodi-
B gam ſuæ poteſtatis, & libertatis effuſionem, vix credi poteſt populum aliquẽ feciſſe. An autem fecerit, ex conſuetudine, & vſu coniectari poterit. Nam ſi princeps, cui hæc poteſtas à populo eſt tradita, ſolet ab antiquis temporibus ſine populi cõſenſu, imò illo inuito aliquid ſtatuere, quod populus ſeruare cogatur, apertè conuincitur, populum, omnem ſuam poteſtatem in principem tranſtuliſſe &c. ſi verò in aliis rebus nihil ſtatuere ſolet contra populi conſenſum, inde conuincitur, non omnino renuntiaſſe iuri ſuo: nec omnem ſuam poteſtatem in alium tranſtuliſſe. De Papa autem quia non à populo, ſed à Deo hanc habet poteſtatem, etiam ſine populi conſenſu leges poteſt con-
C dere de rebus, quæ ad finem vltimum aſſequendum eſſent neceſſariæ, aut valde conducibiles: non explicat Caſtro, quid ſi hæ à populo non reciperētur, ſed Felinus, Geminianus, Nauarrus, & Coua. dicunt ideò non obligare, quia non præſumitur habere voluntatem obligandi per legem, populo repugnante, aut non acceptante, cuius coniectura eſſe poteſt, quia non videtur eſſe abſoluta voluntas legiſlatoris obligare quoſdam in particulari, ſi ab aliis frequentiùs lex non recipitur, cùm lex eſſe debeat cõmunis regula: ergo credẽdum eſt ipſum velle, vt non obliget, niſi populo acceptante, aut ſaltem non repugnante, vnde Nauarr. conſil. 1. de conſt. quæſt. 5. num. 24. vltra illam rationem tradi-
D tam ab eodem in ſumma, cur lex non acceptata, non obliget, ſcilicet, quia præſumitur à legiſlatore ferri ſub conditione, ſi fuerit recepta: tradit aliam rationem, ſcilicet, quod iuſta cauſa excuſat à violatione legis humanæ, vt in ſum. cap. 23. num. 43. docuerat cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. & 2. 2. quæſt. 147. art. 3. & Archid. cap. vtinam 76. d. & iuſtam cauſam videtur quis habere non ſeruandi, quod ab aliis non ſeruatur, nec cœpit ſeruari: cùm enim lex reſpiciat vtilitatem communem, cap. erit autem lex d. 4. non videtur eius lator velle vnum, vel alterum ligare ad ſeruandum, quod alij conſubditi non ſeruant, nec ſeruare incipiunt. Hæc
E Nauarrus, Azor autem ſolùm nititur illi priori rationi, quod lex fertur ea conditione, vt ſi communi vſu non recipiatur, non valeat: quam etiam rationẽ tradidit Rodri. quod illo art. 10. ex Nauarr. in ſumma, & dicit ſe in hoc non habere difficultatem, ſed poſtea in eod. art. tradit ſecundam rationem Nauarri eiſdem verbis. Confirmatur primò, quia præſumendum eſt, legiſlatorem nolle obligare, ſi lex non ſit conueniens bono communi, vel admodum difficilis; ſi autem à communitate non acceptatur, ſignum eſt, aliquid horum interuenire: ergo præſumendum eſt, legiſlatorem nolle obligare. Confirmatur ſecundò, quia in hoc vi-



Digitized by Google

dentur populi iam præſcripſiſſe,vt ipſis repugnantibus,lex vim non habeat : ergo lex tunc vim non habet, tertiò, quia hic eſt Eccleſiæ, & omnium Rerump.vſus,& hominum conſenſus.

3 Omnia fundamenta huius ſententiæ ad duo iam inſinuata reducũtur:primùm eſt,legiſlatorem non poſſe obligare populo contradicente,aut non acceptante: ſecundum eſt, nolle tunc obligare. Neutrum autem fundamentum videtur ſatis firmum.

Et primùm quidem apparet falſum, nam in ſuperiore etiam politico, videtur eſſe ſufficiens poteſtas ad obligandum; ſiquidem Reſp. communiter ſine vlla reſtrictione transfert in eum totam ſuam poteſtatem legiſlatiuam, & gubernatiuam nihil ſibi reſeruando, & quando iure belli ſubiecta fuit,ſine vllo fœdere victor potuit ſibi totam Reip.poteſtatem ſumere ſine vlla conditione, aut limitatione, & ita par eſt credere ſumpſiſſe : ergo nullum ius contradicendi legibus principis tunc habet Reſp. & profectò ſi eſſet in arbitrio populi acceptare,aut contradicere, neque poſſet obligari ſimpliciter ad parendum legi, ſed ſub conditione acceptationis,vel non repugnantiæ, valde debilis eſſet poteſtas legiſlatiua, & abſolutum ac principale regimen,quale eſt legiſlatiuum, magis penderet ex ſubditis,quàm ex Principe.Et in Principe eſt abſoluta poteſtas coerciua per pœnas cap.de Liguribus 23. qu. 1.in cuius vſu non pendet à populi acceptatione: ergo nec in vſu poteſtatis præceptiuæ, quæ non minùs abſoluta eſt,& independens.Deinde licet in Romana Rep.olim princeps, vel ſenatus habuerit in hoc dependentiam à populo,vt colligitur ex iis,quæ refert Couarr.ſuprà, & ex iis,quæ diximus diſp.2.ſect.7.iuxta quod locuti videntur Iuriſconſulti, dicta l. de quibus : tamen id ad alias Reſp. & ad alia tempora videtur non extendendum,ſed principes videntur habere poteſtatẽ à populo independentem, ſiue acquiſitam iure belli,ſiue præſcriptionis,ſiue trãslatione Reip.quod eſt valde veriſimile, quia experientia cognoſci potuit,eſſe maximè neceſſarium in Rep. præſertim habente regimen monarchicum, ſi lex ferretur ab ipſa Repub. non eſſet neceſſaria noua acceptatio, ſed non minorem poteſtatem habet princeps, quia omnem poteſtatem Reip. ex eius donatione, vel aliunde comparauit : ergo.Dices, quando Reſp.immediatè fert legem, ſimul illam acceptat. Contra,quoniam ad ſummum hoc habet locum.quando totus populus concurrit ad ferendam legem,vt in Democratia,quæ regimen eſt imperfectiſſimum:& deinde lex ſemel lata, & accepta,obligat omnes ſucceſſores ſine ipſorum acceptatione, vt rectè gloſ. recepta cap.à nobis de ſent.excom.& Couarr.cap.alma part.1.§.4.num.2. Aliàs ſemper eſſet expectandus nouus conſenſus populi,qui de nouo producitur:ergo ſimiliter poteſt obligare populum præſentem independenter ab eius acceptatione,vel non repugnãtia.Maximè cùm populus, qui tranſtulit poteſtatem in regem, eo ipſo virtute ſe ſubdiderit illius legibus, ipſaſque acceptauerit,non ſolùm latas,ſed etiam ferendas, ſicut religioſus ſe tradens religioni per profeſſionem,tacitè acceptat ſtatuta etiam poſtea ferenda. Populus autem ille idem ſemper manet in ſucceſſoribus ſuis l. proponebatur ff. de iudiciis, ergo poteſt obligari legibus ex vi prioris acceptationis.

*Principes habent poteſtatem à populo independentẽ.*

A Secundum etiam fundamentum ſaltem eſt incertum. Vnde enim conſtat generatim de tali voluntate legiſlatoris : potiùs cùm abſolutè præcipiat,& ſine vlla reſtrictione ſui præcepti, videtur velle obligare etiam populo non acceptante, aut ipſo contradicente?Nam imperium inducit neceſſitatẽ 24.quæſt.1.& eſt ſignum ſufficiens voluntatis obligandi cap. dilectiſſimi 8.quæſt.2.& cap.poſtea 25.quæſt.2.fruſtra præciperet,& iniuſtè tranſgreſſores puniret,ſi obligare non vellet,& recepta ſententia eſt, violatores legis antequam totus populus repugnet peccare, & iuſtè puniri gloſ.cap. ex parte 2.de offic. delegati,Calder. Imola, & alij B cap.2.de treuga,& pace,Cardin. Clem. vlt.de ætà. & qual.& poteſt ſumi ex cap.2. cum ibi notatis de conſti. ergo obligare vult ante contradictionem: contradictio autem, cum non fiat ſine peccato,ſi iuxta lex eſt,vt ſupponimus, non meretur, vt deponat, vel reſtringat intentionem obligandi : ergo etiam vult obligare populo repugnante. 4

*Imperiũ inducit neceßitatẽ.*

Propter hæc eſt tertia opinio veluti media, & vera,quæ notat, quaſdam leges eſſe iniuſtas, alias verò iuſtas : de iniuſtis clarum eſt non obligare ante acceptationem defectu poteſtatis, & ſi iniuſtitia conſiſtat in præcipiendo rem,quæ licitè fieri non poteſt,cõſtat nec poſt acceptationẽ eſſe obli- C gatoriũ,aut licitũ illas ſeruare,ſi verò iniuſtitia in hac poſita ſit,quod lex ſit contra ius ſubditorũ,cui ipſi poſſunt cedere,talis lex quæ ante acceptationẽ non obligaret,poſteà obligaret vt ſi ſubditi acceptent impoſitionẽ tributorum, quę poſſent non admittere : ſi acceptatio illa eſſet facta metu cadente in conſtantem virum iniuſtè illato ad extorquendum conſenſum, nulla eſſet, ideóque lex ex vi illius non obligaret, ſecus ſi eſſet voluntaria acceptatio ſine admixtione talis metus. Inter iniuſtas, quia ſunt contra ius totius Reip. vel partis eius, fortaſſe ſunt omnes, quæ ſunt abſolutæ, id eſt,præcipientes ſine expreſſa, vel tacita conditione acceptationis,& valdè oneroſæ,& difficiles,vel D toti Reip. vel alicui eius parti : quia non poteſt princeps nimis grauare, & onerare ſubditos, niſi ſub cõditione,quod ipſi explicitè,aut implicitè cõſentiant,vnde cap.ante triennium d.31.reuocatur, vt dura,lex impoſita clericis coniugatis, qui non vouerant continentiam, vt deinceps ſe continerẽt.Aliquando autem lex dura non eſſet iniuſta, de quo Cord.lib.4.quæſt. 7. & tex. cap.in memoriam d.19.& quamuis eſſet iniuſta, eſſet patienter toleranda ob reuerentiam principis,& vitationem ſcandali,cap.contra morem d. 100. Communiter tamen,leges debent eſſe ſuaues,faciles,& moribus populi accommodatæ, non aſperæ, & rigidæ ni- E mis : hæ enim potius nocerẽt populo, niſi ſponte vellet ſeipſis ſubiicere,quia moraliter à paucis ſeruari poſſent ob earum difficultatem,& iſtæ ſolent eſſe,quæ à populo non acceptantur. Et ſaltem cõmuniter videtur animus principis eſſe, non obligare,ſi populus duram legem iudicans, illi repugnet, vnde qui legem talem violat, antequam videat populum ipſam acceptare, vel ſaltem poſtquàm videret repugnare illi,non peccat per ſe loquendo, & quamuis ſecundum opinionem quorundam ad non peccandum per ſe requiratur cognitio repugnantiæ communis, ſecundum aliam tamen opinionem ſufficit, non videre acceptationem populi:ideò poterit tuta cõſcientia huic opinioni, quamuis minus tutæ, ſe conformare:nam cum 5

*3.opin. Auth. Leges quadã iuſtæ ſunt,quædã iniuſtæ, hæ non obligant ante acceptationem.*

Digitized by Google

cùm intereſt, licitum eſt opinionem etiam minus probabilem, minúſque tutam ſequi, vt tractatu de conſcientia oſtendimus. Addiderim verò, leges illas, quibus ob ſuam difficultatem, & duritiem populus vel non acquieſcit, vel poſitiuè repugnat, licet non obligent in actu ſecundo deficiente tali acceptatione, vel exiſtente tali repugnantia, eo quod non impletur cõditio, ſub qua poſitæ ſunt, vel etiã debuere poni, vt eſſent iuſtæ: tamẽ fortè eſſe veras leges, & obligare in actu primo, ita vt accedente poſtea populi acceptatione, vel remota repugnantia, incipiant obligare in actu ſecundo, propter cõditionem ſubſecutam; neque oportere iterum ferri, vt incipiant obligare. Dixi fortè, nam licet aliqui teneant, tamen maior pars, B Doctorum inſinuat oppoſitum, dicens, legem ſine acceptatione, aut cum repugnantia populi, non obligare, nec habere vim legis; & vtrumque poteſt prouenire, vel ex defectu poteſtatis, vel ex defectu voluntatis legislatoris; mihi autem magis primum placet. Et quidem ſi dicamus ſingulos obligare in actu ſecundò, ante contradictionem populi, ſaltem eo tempore erunt veræ leges, ſed nondum ſtabiles, & firmæ, quia accedente contradictione populi deſinent eſſe leges, ſaltem obligantes in actu ſecundo, & hoc videtur eſſe quod retulimus ex Gratiano explicãte Auguſtinum, *leges firmantur, cum moribus vtentium approbantur.* Idem inſinuatur in illa l. de quibus ff. de legibus poſt- C quam enim dixit: *ipſæ leges nulla alia de cauſa nos tenent*, ſcilicet firmiter obligatos, *quàm quod iudicio populi receptæ ſunt:* ſubiungit, *illud receptum eſt quod leges non ſolùm ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu hominum per deſuetudinem obrogantur.* Si abrogantur per deſuetudinem, antea erant veræ leges, & obligabant ſaltem in actu primo, deſuetudo autem denotat non quidem conſuetudinem contrariam legi, ſed negationem conformis conſuetudinis legis, quæ deſuetudo eſt coniuncta cum non acceptatione, quia ex illa naſcitur, & illam comitatur. Quomodo autem differant deſuetudo, & contraria conſuetudo, res eſt clara, & traditur ab Azor tom. 1. libr. 5. cap. 4. quæſt. 1. ex l. de quibus ff. de legib. & cap. 1. de treuga, & §. in D iſtis d. 4. deſuetudo eſt non vſus legis à principio etiam oblata occaſione: conſuetudo verò cõtraria eſt, non vſus eius, ſeu contrarius vſus poſtquàm lex fuit recepta, & in vſu.

*Maior pars Doctorũ tenet legem, ſine acceptatione, aut cum repugnãtia populi non obligare.*

*Deſuetudo, & conſuetudo cõtraria differunt.*

Si verò leges ſint moderatę, ſuaues, aut nõ admodum difficiles, & duræ, pro qualitate materiæ, & neceſſitatis, & ſtatim apparent cõuenientes Reip. obligant, vt acceptentur, peccantq; qui incipiunt illas non ſeruare oblata occaſione: ſi tamen tolerante Principe populus perſiſtit in lege nõ ſeruanda, poterit populus præſcribere cõtra illam, & ceſſabit eius obligatio: ita aliqui iuniores in legibus ciuilibus docent, probantes primò, ex impugnatione fundamentorum primæ ſententiæ, quia tunc nec voluntas deeſt, nec poteſtas obligandi, nec ſufficiens legis propoſitio, ſeu promulgatio, & aliunde nulla eſt occaſio præſumendi remiſſionem aliquam, imò iuſtè puniri eius transgreſſores probat ratio, & conſuetudo: & cap. quod præcipitur 24 quæſt. 1. & authen. vt nouæ conſtitutiones, vbi poſt deſignatum tempus ad legis promulgationem, dicitur lex obligare nulla facta mentione acceptationis.

6 Neque obſtat §. leges d. 4. tum quia non habet A authoritatem canonis: tum quia potiùs in illo dicitur legem conſtitui, cum promulgatur: illud ergo ſatis eſt, vt obliget. Quod autem additur, ex more accipere firmitatem, explicant illi iuniores, quoad factum nõ quoad ius; quia tunc difficilius abrogatur: ita dicunt exponi poſſe alia teſtimonia, quæ aliter in ſuperioribus explanata ſunt.

Secundam partem illius dicti probant ex iis, quæ ſtatim dicentur de lege Eccleſiaſtica. De qua quidem non obligare ante acceptationem docet gloſ. cap. vir de ſecundis nupt. ca. cum olim de cleri. coniug. cap. 1. de treuga, & pace, vbi communiter doctores, præſertim Felinus alios referens, Naua. Coua. Valen. Sayr. Azor, & latè Henricus tract. de Synodis p. 3. art. 2. num. 50. & ſequentibus tom. 13. tractatuum. 2. p. illius.

Fundantur hi in præſumpta voluntate legiſlatoris ferentis legẽ ea cõditione, vt non valeat, niſi vſu recipiatur: nam cap. fin. de conſuetudine dicitur, leges contraria, rationabili, & præſcripta conſuetudine tolli: ergo etiam deſuetudine, & non vſu impediuntur. Itaque hi, & alij multi nituntur pręſumpta voluntate Pontificis. Nam quod Pontifex poteſtatem habeat ad obligandum ſimul omnes, & ſingulos Chriſti fideles, vt acceptent, & ſeruent legem, non eſt dubitandum: ſed eſt de fide, ſaltem loquendo de omnibus per ſe ſumptis, & non vt conſtituunt communitatem, quæ ad plura C ſuffragia poſſit diſponere: nam de cœtu, & congregatione omnium fidelium, nonnulli dixerunt, per ſe, vel Concilium generale, poſſe leges cõdere, Papam etiam obligantes; quod ſi verum eſſet, non inconſequenter diceretur, Pontificem non poſſe facere leges, quæ ſingulos obligent repugnante cœtu Eccleſiæ, ſed in materia de fide oſtenditur, & diſp. 8. ſect. 3. & oſtendimus, Concilium generale, aut cœtum Eccleſiæ non ſolùm non poſſe condere leges, quę Papam obligent, ſed neque leges, quæ obligent cæteros fideles, niſi auctoritatem à Pontifice accipiat, cui ſoli, & Apoſtolis, ac eorum ſucceſſoribus, dedit Chriſtus poteſtatem legiſlatiuam: ab illo immediatè illam accepit Pontifex, non ab Eccleſia, neque dependentem ab Eccleſia, D quoad vim, vel effectum obligandi, ſoli Petro dixit Ioan. 21. *paſce oues meas*, & Mat. 16. *tibi dabo claues*, &c. neque poſuit cõditionem ligandi, *ſi populus acceptauerit*, in inferioribus etiam prælatis hæc poteſtas eſt, ſine vlla dependentia à populis, ſiue enim illis conferatur immediatè à Chriſto, ſiue mediatè Petro, & aliis Apoſtolis, vel eorum ſucceſſoribus, non acceperunt eam reſtrictam, ſeu dependentem à ſuis Eccleſiis: & nulla conſuetudo in hac parte poteſt contra Pontificem pręſcribere, quoniam conſuetudo non poteſt præualere iuri diuino danti hanc poteſtatem Papæ, & licet Papa vellet in hoc cedere iuri ſuo, & abdicari à ſe hanc poteſtatem, non poſſet, & ſemper maneret ſuperior omni conſuetudine, & iuri ex illa manante: ſecus in inferioribus prælatis, nam ex conſenſu Papæ poſſet conſuetudo præualere contra illos, & E minuere ipſorum iuriſdictionem, eſto eſſet conceſſa illis immediatè à Chriſto: vt multi arbitrantur. Et quamuis daremus cœtum Eccleſiæ eſſe ſuperiorem Papa, & poſſe eius leges à principio, vel poſtea caſſare, & irritare repugnantia explicita, vel implicita, contenta in generali deſuetudine, vel contraria conſuetudine: tamen clarum eſt, hanc vim non ineſſe vni particulari prouinciæ,

*Põtifex habet poteſtatem ad obligandum omnes Chriſti fideles, vt ſuã legem ſeruent, & acceptent.*

*Prælati inferiores habent poteſtatem nõ dependentẽ à ſuis Eccleſiis.*



Digitized by Google

vel regno, in quibus tamen dicitur legẽ nõ acceptatam non obligare: ergo id non prouenit ex defectu poteſtatis Pontificis ad obligandum contradicente populo, ſed aliunde. Et ſimiliter exiſtimo Reges, & alios principes ſæculares communiter habere poteſtatem obligandi populos, vt legem acceptent, & ſeruent, neque populos habere communiter ius contradicendi legibus ipſorum, ſed ſi lex eſt iuſta, & abſoluta, ſine vllaque conditione lata, omnes tenentur tempore præfixo parere, & primi, qui non paruerint, vel abſolutè ſtatuerint non parere, peccabunt & hoc præſertim accidit, quando leges non ſolùm ſunt iuſtæ, ſed etiam moderatæ, ſuaues, & faciles, quia poteſtas non deeſt, & voluntas contraria nulla rationabili coniectura præſumi poteſt. Quãdo verò leges, licet ſint iuſtæ, tamen ſunt difficiles, & duriores, præſumi poteſt legiſlatorem noluiſſe obligare, niſi dependenter à communi acceptatione, ſeu non repugnantia aut contradictione, vt dicebamus. Et hoc poſſet dupliciter contingere. Primò, ſi legiſlator facultatem concederet, expreſsè vel tacitè ad contradicendum, & tunc non peccarẽt qui tunc non ſeruarẽt legem, ſed agerent cum aliis de contradictione, vt communiter contradicẽtibus omnibus ceſſaret lex. Secundò non dando facultatem contradicendi, vt communiter credo non dari tacitè, nec expreſsè, & ſic vſque ad communem contradictionem omnes violantes legẽ peccarent, & ipſa contradictio, ſeu non acceptatio eſſet peccatum, ſed poſita cõtradictione communi, nec ipſi deinceps, nec alij peccarent, violando legem. Fas tamen eſſet, vt poſteà dicemus ſect. 4. communi conſenſu Populi, vel principis inferioris ſuſpendere aliquantulum executionem legis animo ſupplicandi apud legiſlatorem. Et dum expectatur reſponſum legiſlatoris, non peccabunt, qui legem non ſeruauerint. Quando lex ſine vlla dependentia tacita, vel expreſſa à conſenſu populi diſponit, vel nullam dat facultatem contradicendi, primi qui illam acceptare nolunt, & ſtatuunt illam numquam ſeruare, ſed ita ſe habere, quaſi non eſſet poſita, aut illã nõ ſeruant, peccant, vt docet Rodrig. tomo 1. regular quæſt. 6. art. 10. Azor tom. 1. libr. 5. ca. 4. quæſt. 3. Nauarrus conſi. 1. de conſt. quæſt. 5. 6. & 7. ſed ſi hi ſint maior pars alicuius Reip. cæteri excuſantur ab impletione legis, donec viderint hos retinere eundem animum, & in eodem ſtatu permanere: quia legiſlator nec vult, nec poteſt obligare ſuis legibus vnam partem, dum alia non acceptat: lex enim eſt generale mandatum, & onus, cui ego non teneor humeros ſupponere, dum alij communiter id renuunt, vt optimè attigit Nauarrus conſilio 1. de conſt. qu. 5. num. 14. & Rodrig. ſuprà, quem alij imitantur: teneor tamen illud onus portare, cùm alij communiter ad id portandũ paratos ſe oſtendant, etiamſi de facto maior pars oblata occaſione legem aliquando, aut ſæpe violet: ſed cùm cõmunitas nunc non acceptans, acceptauerit, & animum mutauerit, tenebuntur cæteri legem ſeruare. Vnde lex illa obligat illos in actu primo, licet non in actu ſecundo, ad ſui obſeruationem & in actu ſecundo obligat illos, vt ſint parati eandem ſeruare, quando communiter fuerit acceptata. Quando verò etiam hoc modo deſinat obligare, dicam infrà.

*Reges poſſunt obligare ſubditos, vt legem ſeruent, & acceptent.*

*Legiſlator nõ poteſt obligare vnam partem, dùm alia non acceptat.*

7 Nunc ſolùm aduerto, ex eo quòd lex cõmuni-

A ter non ſeruetur, non ſequi eſſe nullam, & inualidã tamquam inutilem, & pernicioſam: quia tunc eſt inutilis, & pernicioſa, nõ ex obiecto, vel circũſtantiis: ſed ex culpa ſubditorum, qui nolunt ſeruare legem: quæ ſi ſeruaretur, eſſet vtilis, & ſalutaris Reip. & eſſe inutilem ex culpa ſubditorum, non reddit legem nullam, quamuis meritò mouere poſſit & debeat legiſlatorem, vt illam reuocet, niſi ſpem habeat de futura eius obſeruatione cum vtilitate communi.

*Not. 1. Ex eo quod lex cõmuniter non ſeruatur, nõ eſt inutilis & pernicioſa.*

Aduerto etiam, nec in principe Eccleſiaſtico, nec in ſæculari deeſſe poteſtatem obligandi abſolutè, vt leges recipiantur, acceptentur, & cuſto-
B diantur: vnde Turrecremata §. in iſtis d. 4. art. 2. de omnibus legibus ſic loquitur, dupliciter poſſumus de firmitate legum loqui: aut de firmitate auctoritatis, aut de firmitate ſtabilitatis. Primam habet lex ab inſtituente, à quo robur, & auctoritatem ſuſcipit. Secundam, ex conuenientia, & adaptatione ad mores ſubditorũ: quia enim, vt dictum eſt cap. erit autem lex, oportet quod lex ſit poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem, loco, temporíque conueniens, leges firmantur ſtabilitatis, & permanentiæ, cum moribus vtentium approbantur, ſiue cum moribus ſubditorum adaptantur: deficiunt autem, tolluntur, & abrogantur, cum vtentium moribus non confor-
C mantur, vnde ſequitur in text. *ſicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus vtentium leges ipſæ confirmantur.* Huic autem noſtræ expoſitioni videtur applaudere expoſitio Dominici Laurentij in apparatu ſuo, qui vt dicit Archid. ſuper verbo *firmata*, dicit ſic, *Firmitate de facto. Nam de iure firmata ſunt ab ipſa inſtitutione*, 25. qu. 2. poſtea, & 27. qu. 1. omnes formæ, & 8. qu. 2. dilectiſſimi. Hactenus Turrecremata.

*Firmitas auctoritatis, & ſtabilitatis in lege attendida eſt.*

Tertiò aduerto cum Valentia diſput. 7. quæſt. 5. pu. 5. quæſt. 4. & Nauarro cap. 23. num. 62. diligenter attendendum eſſe, quatenus lex humana ſit, vel non ſit acceptata à populo. Fieri enim poteſt, vt
D acceptetur quoad vnum, & non quoad aliud: vt quoad irritationem alicuius contractus, quoad pœnam, & non quoad culpam, ſaltem mortalem. Vt enim quoad totum non obligat, niſi quoad totum recipiatur à communitate: ita etiam neque quoad partem, vt rectè illic deducit Nauarrus. Verum in hac parte non ſunt excuſandi ſuperiores, quorum negligentia fiat, vt à ſubditis lex iuſta, & neceſſaria, aut valde vtilis non acceptetur, & in praxim deducatur, ſi nimirum prout debent, non curant, vt leges per ſupremam auctoritatem latæ, ad notitiam ſubditorum perueniant, nec eos vrgere monitis, vel pœnis, vt eas cuſtodiant. Deinde legem, quæ ex parte tantùm eſt recepta, ex parte
E tantùm obligare docet Leonard. 2. de cultu ca. 22. dub. 13. cum Nauarro commenta. de vſuris num. 106. & 107. vide infrà ſect. 6.

*Fieri poteſt, vt lex acceptetur, quoad vnũ, & nõ quoad aliud*

## SECTIO II.

*Quando cenſeri debeat lex acceptata, vel non acceptata à communitate.*

Valentia

Digitized by Google

*Deciſio. Quis modus acceptationis eſſe debeat.*

8 VAlentia, diſ.7.q.5.p.5.q. 5. breuiter reſpondet bene cùm Nauar. Syluestro, ſupra, & aliis communiter, tùc legem à communitate acceptari, quando à maiori ſaltem eius parte recipitur: nam moraliter id tota communitas facere cenſetur, quod facit maior ipſius pars, ita etiam tenet Azor tom.1.lib.5. ca.4. quæſt.13.cum Felino, Dominico, & Nauarro. Dubitat autem primò Valentia, quiſnam debeat eſſe modus illius acceptationis, vtrum ſcilicet ſufficiat, legem poſtquam promulgata eſt, non improbari, & reiici à maiori parte communitatis, atque adeò tacitè eo ipſo ab eadem probari: an verò neceſſe ſit illam præterea verbo, vel ſcripto approbari, ſicut poſſet fieri in Concilio, quando maiores, qui reliquorum perſonam gerunt, in aliquam legem ab Eccleſia latam expreſsè conſentiunt, ipſa etiam praxi maiorem partem communitatis oſtendere, quod probet legem.

*Quæ intelligenda ſit communitas, quæ legē recipiat.*

Secundò dubitat, quænam ſit intelligenda communitas in propoſito, cuius maiorem partem oporteat legem recipere: nam ſi intelligenda ſit tota cōmunitas, cui lex præfigitur, ſiue illa plures cōmunitates partiales, & latè etiā patentes cōplectatur, (vt communitas Eccleſiæ, & Imperij) ſiue non, duo ſequerentur, quæ minimè videntur vera. Primò, legem, quæ pro tota Eccleſia à Pontifice conderetur, obligare, verbi gratia, in Germania, etiam ſi ibi non recipiatur, modò recepta ſit ab aliis nationibus, quæ ſunt maior pars totius Eccleſiæ: quod tamen puto paucos, vel iudices, vel Doctores conceſſuros. Secundò, legem Imperatoris in aliis prouinciis receptam, obligare, verbi gratia, in Bauaria: quamuis in Germania nullo modo reciperetur, quod nō videtur concedendū.

9 Ad primum dubium reſpondet Valentia, ſatis eſſe, quemlibet modum acceptationis ex illis, qui propoſiti ſunt. Quia quilibet ex illis ſufficit, vt intelligatur lex eſſe vtilis illi communitati, cuius maior pars aliquomodo ex illis eam acceptet. Ergo cùm Doctores non requirant determinatè, vt maior pars communitatis acceptet legem hoc, vel illo modo, intelligenda eſt eorum ſententia indiſtinctè: quando ſcilicet conſtiterit aliquomodo ex illis, quos indicauimus, legem acceptari à maiori parte. Rectè enim Iulianus l. de quibus ff. de legibus ait, *Quid intereſt, ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, & factis?* Placet mihi reſolutio Valentiæ, non quia quocumque illorum modorum intelligitur, legem eſſe vtilem, & conuenientem: ad hoc enim non eſt neceſſaria acceptatio, & ante acceptationem poteſt eſſe perſpicuum: ſed quia quolibet illorum modorum declarat populus, ſe velle legem ſeruare, ſiue reuera in maiori parte occaſionum illam ſeruet, ſiue non. Conſonat Suarez dicens, vt deſuetudo præualeat contra legem, neceſſe eſt, & ſufficit, vt lex à maiori parte non obſeruetur, nec acceptetur, Innoc. cap. cùm olim de cler. coniugat. Angel. verbo conſtitutio, nam in moralibus conſenſus maioris partis cenſetur communitatis. Ideò ſufficit ad conſuetudinem l. quod maior ff. ad municipia, Pan. Innoc. & alij cap. quia circa, de conſang. Felin. cap. cum iam dudum de præb. Hæc Suarez.

*In moralibus conſenſus maioris partis cēſetur cōmunitatis.*

10 Ad ſecundum autem dubium reſpondet Valentia: Mallem ſanè aliorum ſententias hac de re audire. Nihil enim hac de re ab aliis explicatum

A reperi. Videtur tamen conuenienter communi doctrinæ, & exiſtimationi omnium eſſe dicendum, communitatem etiam, cuius dicimus maiorem partem debere legem acceptare, intelligendam eſſe hoc loco diſtinctè: ſiue ſit ea tota communitas, cui lex aliqua præfigitur, ſiue ſit aliqua pars eius latè patens, prout ſapientes, & probi viri attenta ratione legis, & conditione communitatis (ſiue hæc totalis, ſiue partialis fuerit) iudicauerit expedire, vt communitas ea lege obligetur, quam maior ipſius pars acceptauerit, aut contra inutile, & periculoſum eſſe, talem communitatem obligari aliqua lege, quam maior ſaltem ipſius pars non acceptat: in qua re propter variam admodum B circunſtantiarum ratione, facilè patet, fieri poſſe, vt in particularibus caſibus, & materiis legum diuerſarum contrariæ ſint ſententiæ pro ratione negotij, & legis. Quapropter tutiſſimum erit in hoc genere, eorum ſententiam, atque iudicium ſequi, quod doctis & probis pluribus, aut maioris auctoritatis videbitur probabilius. Hæc Valentia, cuius concluſio videtur certa, & communis: nempe, vt lex Pontificia obtineat in Hiſpania, ſatis eſſe, quod ſit iuſta, & in Hiſpania recepta, licet nō ſit recepta in Gallia, vt de Tri. quoad reformationē cōſtat. Idem tenet Azor tom.1.lib.5.cap.4.q. 3. Nauarrus conſi.1.de conſt. quæſt.5.7.& 8. ſic videmus multos motus proprios receptos in Italia, non in C Hiſpania, & licet lex nullibi, niſi in Hiſpania reciperetur, in Hiſpania obligaret, & licet in cæteris prouinciis reciperetur, ſi in Hiſpania non reciperetur, in ea non obligaret, quia homo in legibus cum membris proximæ, & immediatæ communitatis ſuæ conformari debet, non cum remotis: vbi tamen eſſet eadem ratio, nempe quia reſpectu omnium prouinciarum lex eſt eodem modo iuſta, poſſet vna prouincia, ſi aliæ legem non recipiunt, eam non ſeruare, ſi vellet, donec ab aliis, vel maiori parte reciperetur: quia non tenetur ſola portare onus legis, quæ non habet maiorem rationem obligandi vnam partem, quam aliam: quamuis, ſi aliqua peculiaris neceſſitas, vtilitas, vel poſ- D ſibilitas eſſet in vna prouincia, & non in alia, poſſet Pontifex vnam obligare, & non aliam, ſicut in eadem prouincia homines vnius ſtatus obligari ſolent ad aliqua, ad quæ non obligantur homines aliorum ſtatuum.

*Homo in legibus cum mēbris proxima ſua cōmunitatis confirmari debet.*

Alij tertiò dubitant, an deſuetudo ignorantium legem ſufficiat, vt non obliget, verbi gratia, lex Pontificia promulgata eſt Romæ, ignoratur communiter in Hiſpania, ideò non ſeruatur communiter, excuſabit ne hoc alios, qui ſciunt eſſe Romæ promulgatā? idem eſt in ſimilibus caſibus, Nauarrus conſil.1.de conſti. quæſt. 6. num 25.& ſeq. quem citat, & ſequitur Azor tom.1.lib. 5. cap. 4. quæſt.1. ait hanc quæſtionem eſſe quotidianam, E id eſt, de re, quæ quotidie accidit, & nouam. Et pro parte, inquit, negante facit. Primò, quod deſuetudo legis cuius caſus non occurrit, non tollit illam, iuxta Ioann. Andr. cap. Ioannes, de cleric. coniug. & Felinū latè cap.1. de treuga, & pace: cùm autem ignoratur lex, eſt quaſi non occurrere caſum, in quo ea ſit vtendum. Secundò, quia actus agentium non operatur vltra intentionem eorum l. non omnis ff. de reb. cred. & cap. fin. de præb. ſed qui ignorantes legem, ipſam tranſgrediuntur, non intendunt eam tollere: voluntas enim, cuius actus eſt intentio ſecundum D. Thom. 1. 2. quæſt. 12. 11

*Deſuetudo legis cuius caſus nō occurrit, nō tollit illam.*



Digitized by Google

A art.1.non fertur in incognitum,vt ait Auguſtinus 3 de Trin.ergo.Pro affirmante verò, quæ videtur verior,facit primò, quòd iuſtior eſt cauſa tranſgredientium legem ignoranter, quàm ſciẽter,cùm hi ſint minus digni indulgentia, & gratia: ergo ſi hi eneruant legem, etiam illi: ſecundò quia ideò lex non recepta non ligat, quia non eſt firmata vſu, vt patet l. de quibus ff. de legib. ſed ſiue violetur ſcienter, ſiue ignoranter, non eſt firmata vſu:ergo.

Ad primum in contrarium reſpondet, licet deſuetudo legis,cuius caſus non occurrit,non impediat eius obligationem, vt lex quæritur ff.de ſtatu hom. quæ eſt de Hermaphroditis, vim haberet, etiam ſi multo tempore,poſtquam facta eſt, nullus eſſet Hermaphroditus: B Secus quando occurrunt caſus,ſed lex deſueuit per ignorantiam ipſius: quia tunc fit contra legem, licèt ignoranter:vnde lex Papæ ignorata per omnes homines alicuius prouinciæ,vel maiorem partem eorum,quæ violata eſt ignoranter ab eis, tempore ad id ſufficienti,non obligat. Ad ſecundum reſpondet ad eneruandam legem per non vſum eius non requiri, quod ſubditi poſitiuè noluerint eam recipere, ſed ſufficit illam non recepiſſe, nec vſu eorum eſſe firmatam per §. leges d.4.& l.de quibus ff.de legibus.Hæc Nauarrus,cuius ſententiam rectè explicatam ait Suarez hic eſſe verã,& reddi faciliorem, ſi aduertamus ex eodem Nauarro,quæſt.7. legem C illam non ita deſinere obligare, vt omninò tollatur,ſed ſolùm dum non ſit acceptata: Quapropter ſi poſteà auferatur ignorantia, manebit lex reſpectu talis populi in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi tunc fuiſſet primo edita, vel promulgata:ideò tunc incipiet obligare,ſi in eo ſenſu fuit lata: verùm Nauarrus in illa quæſt. 7.non loquitur ſolùm de lege ignorãter à communitate violata,& non recepta, ſed etiam ſcienter: quomodo autem ſit vera eius ſententia,dicam poſteà.

Sed quid ſi lex à ſcientibus pro maiori parte ſeruetur, licet ſimpliciter à maiori parte propter ignorantiam non ſeruetur? dicunt aliqui obligare etiam ignorantes eo modo, quo ignorantes obligari poſſunt, D vt quod eorum acta ſint irrita,&c. ſi verò à maiori parte ſcientium non ſeruẽtur, nullos obligare:quam ſententiam approbat Suarez, quando ignorantes, & ſcientes ſunt partes eiuſdem corporis. Ego dubito,quia ſcientia, vel ignorantia, vt ex Nauarro retulimus, nihil facit ad eneruandam legem: ergo ſolùm eſt attendendum,quod non vſus ſit maioris partis ſimpliciter, ſiue illa ſolum conſtet ex ſcientibus, ſiue ex ignorantibus,ſiue ex vtriſque.

12 Dubium quartum, an,vt lex non recepta non obligẽt, opus ſit non receptionem fieri principe eam ſciente,& tacente? Partem affirmatiuam videtur tenere Rodriguez tom.1.regul.quæſt.6.art. 11.quærens enim, quando dicetur conſtitutio non recepta, vt non habeat vim obligandi, reſpondet ſciente principe, & tacente, ſi populus per aliquos actus contrarios renuat legem recipere, lex manet inermis, vt ait gloſſa cap. 1. de treug. affirmans Epiſcopos quoſdam non teneri de tranſgreſſione canonis, qui moribus vtentium receptus non eſt,idem tenet gloſſa l. rem nouam §.patronus.C.de iudic. Et tunc dicitur lex non recepta, quando excluditur per aliquos actus contrarios principe ſciente.

*Lex quãdo nõ recepta dicatur.*

Addit tamen Rodriguez, Dicitur etiam non eſſe receptam,quando eo ignorãte per decennium lex negligitur, vel omittitur ſecundum Felinũ & Imol.cap.1.de treuga,& pace:contra Pan.ibi, qui exiſtimabat ſpacium quadraginta annorum eſſe neceſſarium in legibus canonicis, ſed in ciuilibus, & ſtatutis municipalibus decennium ſufficere, quam opinionem Felini,vt veriorem, & communiorem ſequitur Duenas de regul. 79. ampliatio. 5.Couar.2.vari.cap.16.numer. 6. cum Calderino, Iaſone, & aliis, quos citat ipſe, & Felinus ſuprà num.13.

Ego dico primò,vt non vſus legis eam eneruet, 13 non requiritur,vt communis eius tranſgreſſio,aut non receptio ſit legiſlatori nota:quia hæc ſcientia eſt moraliter impoſſibilis in omnibus legibus, & rarò habetur à legiſlatoribus:nihilominus per nõ vſum eneruantur multæ leges: ergo hæc ſcientia non requiritur ad eneruandam legem: & in hoc omnes, quos legerim,cõueniunt,etiam Panormitanus:ſunt tamen,qui dicant,ſi lex non obſeruetur ſciente legiſlatore,nullum certum tempus neceſſarium eſſe, vt deſuetudo legi præualeat, quia nullum eſt ius, quod illud præſcribat, & ſatis eſt, tot maioris partis communitatis actus contrarios legi fieri legiſlatore ſciente,& tolerante,vt præſuſumi poſſit,iam velle, vt lex non obliget: ſi enim vellet obligare, vrgeret, vt ſeruaretur; ſuppono enim cõmodè id facere poſſe:ergo eo ipſo, quòd ſcit,& tacet, ſẽſetur populo conniuere, legemque tollere,aut ſuſpendere,vt ait gloſ.cap. 1. de treug. & pace,quam ſingularem,& celebrem ait Nauarrus infra ſentiens primos,qui legẽ violauere,peccaſſe, niſi excuſati fuerint ignorantia. Quando autem interuenit ignorantia principis Panor. cap. 1. de treuga, & pace requirit quadraginta annos.

*1. Con. Prima opinio circa tempus deſuetudinis requiſitum,vt lex obligare deſinat.*

Felinus eodẽ cap.num.13. decennium ſufficere 14 putat, quem Rodriguez ſuprà cùm Duenas, & Couarr.ſequitur.Idem tenent Card.§. leges d.4.& Imola citati à Felino,quos etiam refert, & ſequitur Nauarr. conſil. 1. de conſt. quæſt.5. num.25. Iaſon l.rem non nouam ff.de iudic. quia hoc tempus ſufficit, vt dicatur conſuetudo lõgi temporis iuxta gloſſam cap.fin.de conſuetudine in 6.ad derogandum autem legi receptæ ſufficit conſuetudo lõgi temporis, vt affirmat ipſe Panor. cap. cum olim de cleric.coniugato:ergo ſufficit decennium: ergo à fortiori ad derogandum legi nondum receptæ ſufficiet deſuetudo, ſeu non vſus per decennium.Confirmatur, quia breuius tempus requiritur ad derogandum legi non receptæ, quàm receptæ:ſed ad hoc ad ſummum requiruntur quadraginta anni:ergo ad illud pauciores ſufficient,nẽpe decem:aliud enim tempus cum fundamento aſſignari non poteſt. E

*2.opin.*

Alij ſentiunt,decennium ſufficere, ſed non re- 15 quiri.Priorem partem putant practicè certam, ſecundam autem ita exponunt, vt ſolùm requiratur repugnantia per actus contrarios in numero ſufficienti arbitrio prudentium,vt latè defendit Henricus Boerius tract. de Synod. Epiſcopali art.6. num.63.& ſumitur ex gloſ.cap. fin. de conſuet.in 6.Innoc.cap.cum Petrus,de fide inſtrum.Dominicus dicto § leges: quatenus dicit ad hanc derogationem ſufficere habitualem voluntatem principis,non obligandi contra morem, arg. cap. 1.de conſuet. in 6.& auth. de fideiuſſoribus in princip.

*3.opinio.*

quamuis

Digitized by Google

quamuis autem princeps ignoret, ſemper retinet illam voluntatem habitualem: ergo. Confirmatur, quia nullum eſt ius, quod præſcribat decennium, nec ex natura rei eſt neceſſarium, & vſus videtur in contrarium eſſe, quia non ſolet expectari illud tempus: ſed ſolùm, quòd per maiorem partem, per actus ſufficientes legi repugnatum ſit. Hæc ergo, inquiunt, opinio in conſcientia ſatis eſt ſecura.

*2. Conc. Tempus deſuetudinis debet eſſe deſignatũ à principe.*

Sed certè cùm deſuetudo præſertim in legibus Eccleſiaſticis, vim non habeat contra legem, niſi ex voluntate principis, etiam tempus deſuetudinis debet eſſe deſignatum à principe: non autem eſt deſignatum in iure ſecundùm hanc opinionem: ergo aliunde debet colligi. Vnde ergo, quando princeps ignarus eſt deſuetudinis? quibus regulis ſtatuet prudens iam eſſe tempus ſufficiens, cum conſtet non ſufficere non vſum vnius diei, vel hebdomadæ, aut menſis? recurrendum ergo videtur ad tempus, quod in iure vocatur longum, aut longiſſimum, aut deſignatum eſt pro conſuetudine contra legem iam receptam: quia parum referre videntur, ſi cætera ſint paria, quod lex fuerit anteà recepta, vel non, nam lex ex ſe eandem vim ſemper habet, & ſic idem ſemper requiritur ad eneruandam illam. Niſi fortè dicatur ſufficere deſuetudinem notabilem, & hanc eſſe penſandam ex multitudine caſuum, in quibus communitas contra legem non anteà receptam egerit, & eo ipſo, quod ſit res magna, ſeu notabilis, extingui omninò legem, ita vt poſtea ad obligandum neceſſe ſit renouari, licet ante illud tempus non obligaret in actu ſecundò eos, qui viderunt cõmuniter nõ recipi, niſi ad hoc, vt eſſent in præparatione animi ad illam ſeruandam, ſi reciperetur. Hoc igitur modo defendi poſſet iſta tertia opinio, ſed mihi non parum probatur, quod iuxta ſecundam ait Azor tom. 1. libr. 5. cap. 4. quæſt. 4. legem canonicam vſu receptã, non tolli contraria conſuetudine niſi quadraginta annis continuata: quãuis legẽ ciuilem decem annorum conſuetudo contraria continuata auferat: legem verò ſemel receptam, ſiue ſit canonica, ſiue ciuilis, vi non carere niſi deſuetudine per decem annos continuata. Cenſet autem Azor expleto decennio non vſus, legem omnem omninò ſpirare, vt referam ſect. ſequenti. Cõſentit Leonardus de virtu. cap. 22. 2. dub. 13. dicens, decreta Conciliorum generalium, quæ per decennium in aliqua prouincia non ſunt recepta, amittunt vim ſuam, & deſinunt obligare, vt docet Nauarr. lib. 3. conſ. 83. de regula. Item Leonardus lib. 2. cap. 6. dub. 14. cum Nauarr. conſ. 1. de conſt. & aliis docet contra legem etiam canonicam non receptam moribus vtentium principe ignorante requiri, & ſufficere decem annos.

Quamuis autem quidem apud Dominicum c.
16 in iſtis §. leges d. 4. affirmarint, vt lex non obliget per deſuetudinem eſſe neceſſarium expreſſum conſenſum principis, ſcilicet, quod dicat, ſcribat, vel innuat conſuetudinem legis ſe tolerare: ſed Azor to. 1. libr. 5. cap. 4. quæſt. 2. cum Felino cap. 1. de treuga, Pan. ibi, Dominico ſuprà, qui Baldũ citant. Ad tacitum autem conſenſũ dicit, aliquos requirere, vt princeps ſciens legem violari, & potẽs tranſgreſſores punire, eos toleret: citat Panorm. & Zabar. in in procem. clem. Syl. verbo lex quæſt. 5. ipſe autem Azor cum Felin. cap. 1. de treuga num. 13. verſ. ſecundo conſidera, vbi citat Calderi. Imolam, & Butrium, & cum Dom. ſuprà, & Nauarr. conſil. 1. de conſt. quæſt. 5. num. 23. opinatur tacitum conſenſum principis eſſe ipſam tacitam, & implicitã conditionẽ, qua lex ponitur, ſcilicet, vt non obliget, ſi vſu non recipiatur: ac proinde non requiri principis ſcientiam. Item, inquit, princeps, ſtatim ac legem conſtituit, & promulgat, poteſt miniſtros adhibere, qui compellant ad obſeruationem legis, quod ſi non facit, & ob id lex vſu minimè recipiatur, ſibi imputet, non populo. Propterea eo ipſo tacitè conſentit: ſed cõmuniter non credo ea conditione legẽ ferri, ſed ſimpliciter velle obligare, vt lex recipiatur, & ſeruetur, & interdum non adhibet miniſtros, qui cõpellant, quia non aduertit, aut non credit eſſe neceſſarium, vel expediens, interdum miniſtri ſunt negligentes in ſuo principe, tunc ergo non principi imputatur, quod lex non recipiatur, & ſeruetur, & quamuis ſciens non puniat, non cẽſetur legem ſuſpendere: ſicut quando vnum relinquit impunitum, non ob id cenſetur cum eo diſpenſare, ſaltem ſi aliqua alia ratione expediens iudicet diſſimulare.

## SECTIO III.

*An paria ſint legem reuocari à legiſlatore, ſeu non eſſe editam, aut promulgatam, & eam à ſubditis non recipi.*

NAuarrus conſil. 1. de conſt. quæſt. 7.
ait, eſſe quæſtionem nouam, & quo- 17
tidianam, & videri reſoluendam negatiuè. Tum quia legem eſſe latam, & promulgatam ea conditione, vt non liget, niſi recipiatur, & non eſſe latam, nec promulgatam, non ſunt paria: nam in primo caſu extat lex, licet non liget, donec recipiatur: in ſecundo non extat, nec recipi poteſt, ſicut in ſimili non ſunt paria reſcriptum eſſe ipſo iure nullum, vt cap. 1. de reſcript. in 6. & eſſe validum, ſed elidibile per exceptionem, vt in cap. cæterum, de reſcriptis. Illud enim, etiam aduerſario non opponente, & conſentiente, eſt inutile iuxta gloſ. communiter receptam in d. cap. 1. hoc verò, parte non opponente valet iuxta communem d. cap. cæterum, & cap. ex tenore cum ei ad nor. eod. tit. Tum quòd lex iam lata, & promulgata nõdum reuocata, licet à principio non recipiatur à ſubditis: poteſt tamen poſtea mutata voluntate recipi, quia ſubſtantia eius durat: reuocata verò minimè, niſi denuò feratur à legiſlatore: quia iã ſubſtãtia eius periit, & quòd extinctũ eſt, nõ poteſt reuiuiſcere, niſi auctor potens, illud denuò produceret, l. qui res, §. areã, ff. de ſolut. & c. quam pericoloſum adiuncta gloſ. 7. qu. 1. Ex quo infert Nauarrus primò, quod leges nouum ius inducentes Concilij Tridentini, licèt nondum ſint receptæ in aliquot terris, quibus notum eſt, eas eſſe conſtitutas, non cenſentur periiſſe, nec reuocatæ, quoad illas, ſed quadamtenus ſuſpenſæ, ſimul ac vniuerſitates eas receperint vim ligandi habituræ. Secundò, legem, quæ non eſt recepta in aliqua terra ob ignorantiam eius, ſimul ac habita eſt eius ſcientia recepta fuerit, perinde ligaturam eos, qui terram illam incolũt, ac ſi à principio fuiſſet recepta.

Sententia hæc Nauarri placet, quantùm ad hoc, 18
quod ſi lex eſt recepta in vna prouincia, & legiſlator, vel eius ſucceſſor cupit, vt recipiatur in alia,



Digitized by Google

licet nolit vrgere,ſed conniueat prouinciæ,in qua non eſt recepta,& reſpectu illius ſuſpenſam teneat obligationem,vt in exemplo Concilij Tridentini, lex illa ſemper obliget in actu primo illam prouinciam,& in actu ſecundo,cum recipiatur:ſi verò in legiſlatore, aut ſucceſſoribus, non eſt talis animus,ſed expreſsè,cùm viderunt legem non recipi, tacitè eam reuocauerunt, nullum oſtendentes affectum, vt reciperetur, ſed penitus eam negligentes quaſi lata non eſſet, talis lex ſit omninò extincta, & nec in actu primo obligat, nec in ſecundo,ſi communitas ignorans fuiſſe extinctam, aut volens eam quantum in ſe eſt,ſuſcitare, illam reciperet,& ſeruaret. Probatur,nam conſuetudo contraria aliquando extinguit omninò legem, & habet vim legis reuocatoriæ, ſiue ſit conſuetudo generaliſſima,vt contra legem Actorum 15.de abſtinentia à ſuffocato & ſanguine, ſiue vnius tantùm prouinciæ, vt in aliquibus Hiſpaniæ prouinciis,& in Maiorica,contra legem abſtinendi à carnibus die ſabbati,ſicut die veneris:ergo etiam deſuetudo poteſt aliquando legem omninò extinguere, ſiue à nulla prouincia, ſiue ab vna ſit recepta,& ab alia non.Qua in re coniectandum eſt ex variis circũſtantiis,an legiſlator, & eius ſucceſſores tacitè voluerint legem non receptam ſuſpendere,aut omninò reuocare:& communiter credo velle illã reuocare actualiter quidem,cùm ſciunt non eſſe vſu receptam tempore decennij, aut alio notabili attenta qualitate materiæ,& occurſu occaſionum,in quibus ſeruanda eſſet: habituali autem,ſeu virtuali,ſi ignorant non vſum:nam generaliter volunt, ſaltem habitualiter, vt ſeruentur leges,& vſus:ius autem, vel vſus habet,vt lex decennio, vel alio notabili tempore non recepta, euaneſcat,ac ſi lata non fuiſſet, niſi ſpeciatim legiſlator, aut eius ſucceſſor, antequam lex euaneſceret omninò,animum ſolius ſuſpenſionis ſe habere inſinuaret.Vnde Azor tom.1. lib.2.lib.5.cap. 4.quæſt.4. ait, Princeps ius habet adigendi pœnis populum ad ſeruandam legem legitimè promulgatam,nec opus eſt,vt intra decennium legem denuò conſtituat, licet nondum ſit recepta: ſi tamen deſuetudo continuetur per decennium, lex amplius non valet, nec poteſt punire ciues non implentes legẽ,niſi eam renouet.Ante decennium autẽ nõ vſus,ſiue deſuetudo, licet nõ abroget legem,& ideò princeps poſſit cogere ad eius obſeruationem, tamen pro tunc non valet,nec obligat. Quod vltimum intellige de obligatione in actu ſecundo, reſpectu eorum, qui ſunt in præparatione animi ad ſeruandam legem, ſi communiter recipiatur intra decennium.

19 Vnde etiam colliges, quid dicendum ad quæſt. 8. propoſitam eodem conſilio à Nauarro,ſintne omnes obligati ad ſeruanda decreta Tridentini, quæ ad mores, & reformationem ſpectant, cùm apud eos non ſint promulgata ab ordinariis, nec ſynodaliter in vniuerſa prouincia recepta. Non quæritur de iis, quæ particularẽ promulgationem requirunt, vt ſolùm decretum de matrimonio clandeſtino. De aliis enim non ſtatuit Pontifex valorem accipere à publicatione in ſingulis prouinciis,ſolùm præcepit Pius IIII. in confirmatione, tam ſimplici verbo facta, quàm bullata,vt ab omnibus præſulibus,& Chriſtianis recipiantur,& obſeruentur, & per alias literas declarauit,cœpiſſe obligare à Kalen.Maii.1564. poſtquam publicata erant, vt iuſſerat,in quatuor locis vrbis. Et ad rem parum facit diuerſa feſtorum, & ieiuniorum obſeruantia in diuerſis prouinciis,quia illa contingere poteſt,ex eo quod diuerſi prælati,vel diuerſa Concilia prouincialia diuerſa feſta, & ieiunia indixerunt,vt poſſunt cap. pronuntiandum de conſec. d. 3. argumento cap. concilium de obſeru. ieiunij, tum quia fieri poteſt, vt per contrariam conſuetudinem ſeruata ſint in aliis prouinciis, & in aliis non, ſed de ſtatutis in Tridentino reſpondet Nauarrus primò, huius quæſtionis determinationem deſiderare ſummum Pontificem: tum quia Pontifex in literis confirmationis Concilij eius interpretationem ſibi reſeruauit: tum quia gloſ. vlt. datæ Sexti dixit,declarationem Papæ requirere quæſtionem illam de tempore à quo incipit ligare conſtitutio.Secundò, & bene reſpondet ex dictis,interim dum aliud non declarat Pontifex, conſtitutiones Trid. non ligare eos,per quos non ſunt receptæ à principio, nec per decennium poſteà,iuxta ea quæ dixerat,quæſt. 4. & 5. Intelligere non ligare illos in actu ſecundo: bene tamen in actu primo, iuxta ea,quæ dicebamus modò de Nauarro illa quæſt.7.

## SECTIO IIII.

*Vtrum liceat ſupplicando apud principem, vt leges reuocet, interim ſuſpendere earum executionem.*

20 *Poteſt populus à legibus ſibi nouiter datis appellare.*

CAſtro 1.de lege pœnali cap.1.de legibus ſæcularium principum, in quos populi totam ſuam poteſtatem tranſtulerunt,ait, *Eo tamen dato, non tollitur, quin populus poſſit à legibus illi nouiter datis appellare,aut ſupplicare, & tunc erit neceſſariò audiendus,ſi cauſam iuſtam reddat,propter quam non ſit ad tales leges obligandus: quam ſi non reddiderit, inuitus poterit iuſtè ad illarum obſeruationem cogi.* Emmanuel Rodriguez,tom.1.quæſtionum regul. quæſt.6.art.7,de legibus Pontificiis, dicit primò, non eſſe dubium, ad Pontificem poſſe ſupplicari, vt ſuas conſtitutiones aut reuocet,aut moderetur, prout notatur cap.cùm ex literis de in integrũ reſti.cap.paſtoralis de appell.auth. quæ ſupplicatio C.de precib.imp.offer.imò,& mala informatione facta, poteſt clericus ſupplicare ſecundum Seluam tom.2.tit.de fratrib.appell.ver.foro pag.42.in paruis.Et tunc ſecundum ipſum de benefic.p.5.quæſt. 8.num. 10. verſ. 19. ſupplicatur ad Papam ipſum bene informando, iuxta gloſſam in pragmaticis ſanctionib.vbi dicit,quod Papa ſupplicatus de reuocatione,aut moderatione alicuius reſcripti particularis, peccaret,ſi talem ſupplicationem nõ admitteret.Et hæc ſupplicatio habet effectum,vt Papa bene informatus mutet ſententiam in melius, iuxta ea quæ in iure canonico traduntur. Quod autem vertitur in dubium,eſt, an talis ſupplicatio habeat effectum ſuſpenſiuum, ita quod obedientes literis apoſtolicis, earum executionem ſuſpendentes,non maneant excommunicati, de quo diſſerunt Hoſtienſis d.cap.paſtoralis, Panormitanus ibi.§.verum,Palac.Rub.de benef. vac. in curia §.12.in fine.Driedo,& Couar.

Secundò dicit Emmanuel Rodriguez, executionem reſcriptorum, & literarum particularium, interpoſita ſuplicatione poſſe ſuſpendi allegando cum

Digitized by Google

cum debita humilitate cauſas, ob quas non poſſunt commodè executioni mandari ex cap. ſignificauit de reſcrip. vbi Pontifex ait. *Patientur ſuſtinemus: ſi allegando dictas cauſas, & circunſtantias dicta litera minimè executioni mandentur:* & ſic ſecunda iuſſio Papæ eſt expectanda text. iuncta gloſſ. auth. de mandatis Princip. §. ſiquis autem, quam gloſſam ſequitur Bald. Innoc. Feli. cap. ſi quando de reſcriptis vide etiã l. puniri ff. ſi cõtra ius, vel viã publicam, Bal. l. fin. C. de nego. geſt. Alex. conſil. 106. Confirmatur, nam executio præcepti ſuperioris differri poteſt, quoties maius damnum ex eius executione timetur, quàm ex dilatione, quæ fit vſque dum apparet vera præcepti iuſtitia, tenent Nauarrus, Sotus, & Couarr. & ita debent Iudices non ſemper exequi ſtatim mandata Superiorum, ſed ad ipſos referre in commoda, quæ habere videntur, vt docet Auilus cap. 1. de los corregidores num. 23. Suarez alleg. 2. num. 1. verſ. 1. poteſt negari, Rebuf. tom. 1. conſtit. Galliæ tit. de reſcrip. art. 1. gloſ. 5. Hinc deducit Rodriguez aliqua corol. partim ex Ancar. conſil. 253. quæ in ipſo videri poterunt.

*Licet ad Papã poßit fieri ſupplicatio, nõ tamen differri literarũ eiuſdem executio.*

Tertiò, ait Rodriguez, licet de literis Pontificiis, quæ ſunt leges generales, pro tota Eccleſia, poſſit fieri poſſit ſupplicatio ad Papam, vt reuocetur, aut moderentur, nõ tamẽ poſſunt inferiores Papa, quibus tales literæ diriguntur, earum executionem ſuſpendere, etiam interpoſita ſupplicatione, expectando ſecundam Pontificis iuſſionem, nam ſicut non poteſt appellari à lege l. ſi res vbi ff. de appel. vbi Bart. col. 2. & alij textus, & Doct. cap. quia nos de appel. Decius c. cõſuluit 3. eod. tit. Reb. in l. Scæuola reſpondit §. ſi qua pœna ff. de verb. ſign. ita nec, ſupplicatione interpoſita, earum executio ſuſpendi, quia grauamen legis vniuerſalis non eſt verè grauamen, vt tenet Baldus cap. ad noſtram de appell. quia omnes debent obedire legibus l. leges C. de legib. & §. eripiat auth. vt omnes obed. iudici prouinc. coll. 7. confirmatur, nam ſecundum legem iudicandum eſt, etiamſi dura videatur l. proſpexit ff. qui & à quibus, & vbi eſt certa pœna, per legem vel conſuetudinem ſtatuta, non poteſt ea per iudicem remitti, neque augeri l. 1. §. 1. ff. ad Senatus conſ. Turpil. cap. de cauſis, & ibi Doctores communiter de off. delegati, tradit gloſ. cap. licet, verb. pœna ff. de pœnis, Medicis cap. erit autem lex d. 4. num. 74. ergo etiam interpoſita ſupplicatione lex ſeruanda.

Nec eſt eadem ratio de reſcripto particulari, quia ordinatur ad bonum priuatorum l. ſi operum C. de pœnis, lex autem ad commune, D. Tho. quæſt. 90. art. 2. vnde ſeruanda eſt, licet nonnullis ſit diſconueniens, Medina 1. 2. quæſt. 96. art. 4. Item reſcriptum poteſt procedere, ex mala informatione principis, lex autem non, ſed ex matura legiſlatorum, & aliorum ſapientium, quos conſulit, conſideratione procedit, ne incidant in illud Izaię 10. *va qui condunt leges iniquas*, concludit Rodriguez, hæc non penetrantes vidi aliquos doctos toto cœlo aberrare, affirmantes legẽ Pontificiã nõ eſſe executioni mandãdam, ſupplicatione interpoſita.

*Ad Pontificem quomodo recurrẽdum ſit.*

21 Sed Suarez hîc dicit, Etiamſi Pontifex præcipiat aliqua, quæ duriora appareant, quando Põtifex in ſua voluntate perſiſtit, obediendum eſt ei: cum poteſtas non deſit ad illa præcipienda, ſi tamen rationabilis cauſa interueniat, non committitur culpa ſuſpendendo executionem legis, donec

A ad Pontificem fiat recurſus: quia hoc eſt moraliter neceſſarium, & iuſtè præſumitur, hanc eſſe eius voluntatem, vt cùm lex repugnat antiquæ conſuetudini alicuius regni, vel prouinciæ. Quia non ſolet eſſe mens Pontificis mutare receptas, & honeſtas conſuetudines cap. certificari, de ſepulturis. Eſt doctrina communis cap. 1. de treuga, & pace, ſumitur ex cap. ſi quando de reſcriptis, & cap. cum teneamur, de præbend. vbi doctores, & Archid. cap. nulla d. 76. Ancaranus conſil. 214. Turrecre. §. leges d. 4. Hæc Suarez,

*Leges Pontificũ de cenſibus ſeruantur.*

Conſentit Bannes 2. 2. tom. 2. diſput. 78. art. 4. dub. penult. de cenſib. in fine, impugnans ali-
B quos, qui dicebant leges poſitiuas de conditionibus cenſuum non valere, quia non ſunt acceptatæ, & ab illis ſupplicatum eſt. Nam reuera in tribunalibus regiis admittuntur, & viri timorati ita ſeruant: nec aliquando fuit ſupplicatum ab huiuſmodi conſtitutionibus apud ipſum Pontificem: ergo ſupponit, ſi ſupplicatum fuiſſet, ſuſpenſam fuiſſe earum obligationem. Et quod per ſupplicationem ab ea bulla ſuſpenſus fuerit eius effectus, aſſeruere alij, quos retuli tract. de cenſibus, præſertim Salon tom. 2. tract. de cenſibus a. 3. diſp. 4. con. vlt. vbi ait, hæc conſtitutio Pij V. quoad conditiones cenſus, quæ non ſunt de iure naturali, aut diuino, poteſt per conſuetudinem, vel non vſum abroga-
C ri, & tolli: quia quoad illa eſt tantùm lex humana Eccleſiaſtica: omnis autem lex humana, etiam Eccleſiaſtica per contrariam conſuetudinem, vel non vſum amittit ſuam vim, ca. in iſtis §. leges. d. 4. c. fin. de conſue. maximè Papa illud ſciente, & conſentiente: vnde ſequitur hanc conſtitutionem quoad prædicta abſolutè, & omninò non obligare, vbi promulgata, & recepta non eſt: quia licet omne ius canonicum in pectore, & ſcrinio Summi Pontificis exiſtat: omnes tamen mores, conſuetudines, priuata ſtatuta, & neceſſitates omnium prouinciarum, & locorum non poſſunt illi eſſe perſpectæ, qua de cauſa, vt conſtat ex tit. de reſcript. maximè ex illo c. ſi quando, vbi man-
D data, & literæ ſedis Apoſtolicæ ad aliquorum Imperatorum, vel principum manus peruenerint, quamuis ſint ab omnibus reuerenter, ſicut Catholicos decet, recipiendæ, & animo ad obediendum illis paratiſſimo: integrum tamen eſt, ſi mandata illa, vel præcepta, aliqua incommoda iuxta priuatas huius, vel illius Prouinciæ conſuetudines, neceſſitates, vel ſtatuta iudicentur continere, illud Sanctitati ſuæ reſcribere, & indicare, vt ex Apoſtolica benignitate illi incommodo, mandato illo moderato, vel declarato, dignetur prouidere. Et interim dum ſummus Pontifex illi conſultationi, & reſcripto reſpõdeat, animũque ſuum magis explicet, nec tenentur principes illi, vel

*Principes ſæculares erga Pontificũ reſcripta quomodo ſe gerãt.*

E prælati mandata illa promulgare, nec redigere in vſum, ſed priſtinis conſuetudinibus, & ſtatutis, quomodò naturali, vel diuino iuri non aduerſentur, poſſunt optimè, & tuta conſcientia ſtare. Quod in hac conſtitutione Pij V. accidit. Etenim cùm lata fuiſſet anno 1579. in publicis deinde regnorum Comitiis habitis Matriti anno 1586. Proceres obſecrarunt Regem noſtrum, Philippum II. vt in eis explicaretur, an eiuſmodi motus proprius Pij V. eſſet in regnis Hiſpaniæ receptus, & obſeruãdus, propterea quod innumeræ paſſim occaſione illius in omnibus tribunalibus occurrebant lites, variæ à iudicibus ferebantur circa cenſus

ſus ſententię, quibuſdam aſſerentibus illum obſeruandum, & eſſe obligare; aliis cõtra, eo quod non eſſet receptus, nec redactus in vſum, quin potius ab illo ſupplicatum. Quibus Rex ſic reſpondit, *A eſto vos reſpondemos, que el motu proprio, que dizis, no eſta recibido, ancas ſe he ſuplicado del por el fiſcal de nueſtro conſejo, a donde, ſe ha hecho iuſtitia enlos caſos que ſe han offrecido, y ſe hara enlo de adelante, y con ſu ſanctidad la inſtantia, que paracera neceſſaria*, &c. Et infrà. Nec vlli dubium hoc eſſe debet, cum exiſtat Romæ orator regis Hiſpaniæ, qui omnia, quæ à ſuo Rege ad ſummum Pintificem, per illum deferenda cõmittuntur, fideliter, & diligenter deferat. Vnde cùm ab hoc motu proprio fuerit ſupplicatum, (quod dubitandum non eſt) nec idem Pius V. vel aliquis ſucceſſor illius reſcripſerit, conſtitutionem illam confirmans, & executioni mandari præcipiens, non tenentur Hiſpani ad illam abſolutè, & omninò ſeruandam, quin potiùs tamquam per contrarium vſum poſt illam obſeruatum, cenſenda eſt non obligare. Hæc Salon.

*Bulla Pij V. de cenſibus non recepta in Hiſpania.*

Sed aduerte, quod ſi princeps ſupplicationi non reſpondeat, & coniecturæ ſint, non id facere, quia nolit obligationem legis tollere, vel ſuſpendere, ſed vt comiter, & cùm minori offenſione, & damno reiiciat ſupplicationem, non licebit ſuſpendere ampliùs legis executionẽ: ſecus ſi coniecturæ ſint, tacere, quia annuit, iuxta id, *qui tacet conſentire videtur*.

## SECTIO V.

*An de omnibus legibus intelligendum ſit, quod lex non obligat, ſi non ſit recepta.*

22 Reſpondet Rodriguez tom. 1. regul. quæſt. 6. art. 11. intelligendum eſſe de omni lege, ſiue ea ſit ſtatutum, ſiue Decretalis, ſiue extrauagans ſecundum Sabinum, l. ſi filius nume. 7. ff. de legib. & poſthu. & eſt communis opinio, vt patet apud Anton. Gab. tom. 3. commun. opin. fol. 561. colum. 1. Ait etiam eſſe verum, etiam in lege noua derogante omni contrariæ conſuetudini: non enim habet locum eius diſpoſitio, ſi à principio non fuit recepta, quia licet ſit verum, quod non valet conſuetudo contra legem conſuetudini derogantem, vt tenet Panormitanus cap. fin. de conſuetud. num. 22. Butri. ibi in repet. num. 53. Bartolus l. de quibus num. 4. ff. de legib. debet tamen dicta clauſula derogatoria conſuetudinis intelligi de antecedenti, non de ſubſequenti. Nam corruẽte aliqua diſpoſitione per contrariã conſuetudinem, corruunt clauſulæ in ipſa inſertæ, vt ait gloſ. notabilis l. ſi patronus verbo Fabiana, ff. ſi quid in fraudem patroni, quam ſequuntur Iaſon l. certa conditio, num. 6. ff. ſi certum petatur, & Duennas regula 144. limit. 2.

*Corruente diſpoſitione per contrariã conſuetudinẽ corruunt clauſulæ in ipſa inſerta.*

Sed in dubio præſumuntur leges, conſtitutiones, & ſtatuta, eſſe vſu recepta, vnde qui ea in ſuum fauorem allegat, habet intentionem ſuam fundatam, & ille contra quem allegantur, debet probare ipſa minimè eſſe recepta ſecundum Bartolum l. illa numer 5. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Rolandus à Valle conſil. 90. nu. 53. & 54.

## SECTIO VI.

*Per quot actus contrarios ſciente, vel ignorante Principe lex euacuetur.*

A Rodriguez, tom. 1. regul. quæſt. 6. art. 12. reſpondet, primò ſecundum Panormitanum cap. 1. de treuga, & pace, ſufficit binus, aut trinus actus ſciente legiſlatore, vt lex non habeat vim: idem tenet Bartolus l. de quibus num. 10. ff. de legib. Caſſaneus in conſuetud. Burgun. rub. 1. §. 4. fol. 116. Confirmatur, quia ad inducendam conſuetudinem binus actus ſufficit, & frequentia actus contingit, quando bis fit, nam quod bis fit, frequenter fit, iuxta gloſſam ſingularem in Rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo, quam poſt alios ſequitur Itumada in ſcholiis ad ll. partit. tit. 1. l. 30. gloſ. 3. num. 3. addens, non requiri quod iſti actus B ſint iudiciales. 23

Secundò dicit Rodr. non eſt neceſſarium, iſtos actus fieri in præſentia principis legiſlatoris, vel eo ſciente, vt legem infringant. Nam ſicut conſuetudo ignorante principe inducta valet: vt tenet Panormit. cap. fin. de conſuetud. num. 13. Barbatius ibi num. 71. & communis ſecundum Anto. Gab. communium opinionum fol. 14. & Auendannus 1. de exeq. mand. principum p. 1. cap. 8. num. 3. inquiens, *quod ſcientia regis non requiritur ad introducendam conſuetudinem*, quia ſi rationabilis eſt, ſeruanda eſt, & habet voluntatem, & approbationem ipſius regis tacitam, & ſic non eſt neceſſarium, quod prædicti actus fiant ſciente principe, & C legiſlatore: ſatis enim eſt fieri ſcientibus auditoribus Regis, & prætoribus, vt tenet Burgos de Paz l. 1. Tauri. numer. 232. & 233. & ita videmus non reprehendi vt peccantes mortaliter à Theologis, qui non ſeruant aliquas extrauagantes, quæ per actus factos principe ignorante in deſuetudinem abierunt, ſcientibus id Nuntiis Apoſtolicis, & locorum ordinariis, quibus incumbebat eas executioni mandare, tamen his actibus nullatenus contradixerunt, vnde non peccant mortaliter, nec ſunt excommunicati Rectores, & magiſtratus permittentes agitationem taurorum, contra conſtitutionem Pij V. datam anno 1567. quæ licet à Gregorio XIII. anno 1575. fuerit quoad ſæculares D temperata, permittendo agitationem taurorum, modò non fiat in feſto, & magiſtratus curent diligenter, ne homicidium contingat. Quos tamen magiſtratus Theologi de mortali non arguunt, quamuis non fiat maior diligentia, ad vitandum homicidium quàm antea, & vt conſtat ex conſtitutione Gregorij, maior diligentia à Pontifice requiritur. Excuſantur ergo magiſtratus duntaxat, per non vſum.

*Scientia regis nõ requiritur ad introducẽdã conſuetudinem.*

*Taurorũ agitatio quomodo permiſſa.*

Tertiò ait Rodri. lex nõ tollitur per non vſum, ſi caſus, in quo ſeruari debet, per decennium non occurrat; nec propterea in deſuetudinem abit, vt tradit Marc. Anton. Cuccus 1. maior. inſtit. tit. 3. in fine.

E Primæ concluſioni concinit Azor tom. 1. libr. 5. cap. 4. quæſt. 6. legiſlatore ſciente, & non puniente, cum poſſit, deſuetudine abrogari legem, quia legiſlator tunc tacitè videtur velle eam abrogare. Item tunc ad id ſufficere duos vel tres actus contra legem: ipſo autem ignorante, requiri deſuetudinem decem annorum, vt dictum eſt ſect. 2. dub. 4. & ſect. 3. 24

Ego verò mihi perſuadere non poſſum, quod duo, vel tres actus deſuetudinis, ſufficiant ad extinguendam legem, ſciente, & tacente principe, ſeu non puniente, cùm poſſit: tum quia deſuetudo debet

*Duo vel tres actus ſufficere nõ poſſunt, vt lex in deſuetudinem abiiſſe dicatur.*

debet eſſe totius, vel maioris partis communitatis, hæc autem tam paucis actibus contra legem venire non poteſt, tum quia nec vna, nec duæ, nec tres hirundines faciunt ver, nec duo, aut tres actus conſuetudinem, vel deſuetudinem : tum quia ad tantum effectum deſuetudo debet eſſe magna, & notabilis : talis verò tribus actibus non continetur, tum quia ſicut ex vno actu, quem princeps ſciat, & non puniat, non cenſetur princeps velle communitatem, vel vnum hominem ex illa abſoluere à lege, quoad actũ primum, imò nec quoad ſecundum : ita nec per duos, aut tres, quia par eſt ratio, & hæc multitudinis differentia modica eſt, & in moralibus pro nihilo reputari debet : maximè cùm multis de cauſis rationabilibus, vel irrationabilibus poſſit legiſlator ſine voluntate abrogandi, aut ſuſpendendi legem diſſimulare, & non punire eius transgreſſionem, vt quotidie videmus.

Fortaſſe qui dixerunt duos, vel tres actus contrarios legi, factos principe vidente, & non puniente cùm poſſit, ſufficere ad abrogandam legem, intelligendo, vt pro quolibet ex tota communitate, vel maiori eius parte ſufficiat eſſe tres huiuſmodi actus; & in hoc ſenſu eorum ſententiam facilè complectar.

Secundam ſententiam, Rodriguez iam ſuperiùs complexi ſumus, cum Azor, & aliis. De tertia, etiam diximus ſect. 1. in fine veram eſſe, quam tenet ſimiliter Azor cap. citato quæſt. 7. dicens, non vſum neceſſarium ad hoc, vt lex dicatur non recepta, & non obliget, debere eſſe poſitiuum, ſeu in occaſionibus, in quibus deberet lex ſeruari, & non ſufficere negatiuum, ſeu non occurrentibus caſibus legis, etiamſi ſit centũ aut mille annorum, quod etiam docet Ioan. Andr. cap. Ioan. de cleri. coniug. Felin. cap. 1. de treuga, & pace, Nauarrus conſil. 1. de conſt. quæſt. 6. num. 25. Leonard. 2. de virtut. ca. 22. dub. 14. idem dicit de conſuetudine.

## SECTIO VII.

*An deſuetudo, ſeu non vſus legis humanæ, vt ei præualeat, debeat eſſe rationabilis.*

25 RESPONDEO, debere habere aliquam cauſam rationabilem, ſicut de conſuetudine abrogatura legem dicitur ca. fin. de conſuetudine, & infrà diſp. de conſuetud. explicabitur. Idem tenet Auendannus 1. de exeq. manda. princ. cap. 8. nu. 3. quem citat, & ſequitur Rodriguez tom. 1. regul. quæſt. 6. art. 12.

## SECTIO VIII.

*Corollaria doctrinæ huius diſputationis.*

26 EX eo quòd lex non recepta nõ obliget, duo corollaria elicit Rodriguez tom. 1. regul. quæſt. 6. art. 10. Alterum eſt conſtitutio ſecunda Sixti V. quæ priorem de illegitimis moderatur, quatenus interdicit, ne quis regularis etiam eiuſdem prouinciæ in aliis monaſteriis recipiatur, etiam vt hoſpes, & ad modicum tempus, ſine expreſſa in ſcriptis licentia, niſi cognitus ſit : ſi non ſeruatur à maiori parte ſuperiorum alicuius religionis, non obligare reliquos : quia hanc iuſtam cauſam habent eam non ſeruandi. Alterum eſt, conſtitutionem Clementis VIII. de largitione munerum, ſi non ſeruatur à maiori parte Superiorum, & aliorum alicuius religionis, non obligare reliquos: eadem ratione.

Tertium ex dictis poteſt inferri, quid dicendum de nonnullis differentiis, quas quidam aſſignant inter non vſum, ſeu deſuetudinem, & contrariam conſuetudinem. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 4. quæſt. 5. cum Dominico cap. in iſtis, §. leges, diſt. 4. Felin. cap. 1. de treuga, num. 12. Nauarrus conſil. 1. de conſtit. quæſt. 5. nũ. 24. ait primò differre, quòd primi, qui cõſuetudinem contra legem inducunt, delinquunt, niſi ex aliquo accidenti excuſentur, & ſucceſſores non peccant; quia bona fide poſſunt legem negligere, ſecuti primos, qui contra legem fecerunt. At verò, quando lex non eſt vſu recepta etiam primi, qui frangunt, non peccant, id ſciente legiſlatore, & non puniente, cùm poſſit commodè punire, quamuis peccent ignorante Principe deſuetudinẽ, aut ſciente, & ſolùm non puniente, quia punire commodè nequit, vt docent Imola, Feli. & Coua. & Naua. locis citatis, quoniã bona fide moueri queunt, vt præter, aut contra legẽ agant, quia vident legẽ nondũ eſſe vſu receptam, cùm videãt principem non punire, cùm poſſit, & hoc ſolùm poteſt eos à culpa excuſare præter alias cauſas. Secundò, (inquit Azor,) contra legem receptam conſuetudo per errorem, aut ignorantiam introducta, præſcriptionis vim habere non poteſt, niſi ab iis, qui poſſunt, & volunt eam introducere, vt ſuo loco dicetur; at verò lex vſu non recepta vim, & poteſtatem amittit, etiamſi per errorem, vel ignorantiam ipſa deſuetudo introducatur, vt tradidit Nauarrus. Tertiò conſuetudo legi contraria vim non obtinet, niſi per præſcriptionẽ continuata, & præſcriptionis tempus non incipit à primis, qui peccant, conſuetudinem contra legem inducentes, ſed à ſucceſſoribus, qui primos bona fide ſequentes in conſuetudine iam cœpta perſeuerant, & interrumpi poteſt præſcriptio, quæ interrupta non poteſt amplius continuari, ſed erit alia, quæ de nouo inceperit, ſi iterum renouetur. At verò non vſus, ſiue deſuetudo ſtatim ab initio incipit vim habere in primis lege non vtentibus, & ſtatim deſinit, ſi lex incipit ſeruari. Quartò, conſuetudo legem tollit, & abrogat, quæ erat vſu recepta, & omnes obſtringebat: deſuetudo verò legem non tollit, ſed impedit, ne vim, poteſtatem, & & auctoritatem aſſumat. Nam quamuis lex ſit inſtituta, & promulgata, non tamen ciues alligat, donec vſu recipiatur: ergo per deſuetudinem lex minimè abrogatur, ſed impeditur, ne vi ſua populum teneat, vt Panorm. & Felinus locis citatis tradiderunt.

*1. Differ.* — *Cõſuetudo legem tollit, quæ erat vſu, recepta.*

28 Sed quantum attinet ad primam differentiam, iam ſuperiùs vidimus, quando legiſlator non dat expreſſè, nec tacitè facultatẽ repugnandi, aut contradicendi, primos, qui eam non acceptant, peccare, ſecus verò alios, qui vident ab aliis communiter non acceptari, illam non ſeruant, parati illam ſeruare, dummodò acceptetur. Quantum verò attinet ad ſecundam differentiam, iam diximus deſuetudinem etiam ab ignorantibus introductam ſufficere, vt non obliget lex, antea non recepta: an verò deſuetudo ignorantium legem ſufficiat, vt non obliget, dicetur diſp. de conſuetudine & eodem

*Deciſio Authoris circa primam differentiam.*

Digitized by Google

dem loco dicemus, quod attinet ad tertiam differentiam, an ad præſcribendum contra legem requiratur, vt abſque culpa violetur, in deſuetudine autem, ſeu non vſu verum mihi videtur præſcribere eos, qui culpabiliter legem tranſgrediuntur, vt docet Azor ſuprà.

Quantùm verò ad quartam differentiam, iam diximus non vſum decennalem nó ſolùm ſuſpendere obligationem legis: ſed etiam abrogare: vt ipſemet Azor expreſsè dixerat eod. cap. quæſt. 4. nec aduerſatur ei, quod ait, quæſt. 5. vult enim deſuetudine non abrogari propriè legem: lex enim, quæ non fuit recepta non dicitur propriè abrogari, quia antea erat quaſi non eſſet, & quaſi non orta, eo quod non vigebat. Verè tamen erat lex, & aliquando obligabat, vt viſum eſt.

## SECTIO IX.

*Quomodò per non vſum, ſeu per deſuetudinem amittatur priuilegium à Principe datum.*

29 *Priuilegium per non vſum decennij amittitur.*

RESpondet Azor tom. 1. lib. 5. cap. 4. q. 8. ſi per decennium illo non vtamur, illud amittere videmur: nam l. 1. ff. de nundinis dicitur: *Nundinis impetratis à Principe non vtendo, qui meruit, decennij tempore vſum amittit.* Idem eſt, ſi Princeps alicui populo conceſſiſſet priuilegium ſcholas erigendi ob ſtudium generale literarium, & decennio non erexiſſet, priuilegium amiſiſſet. Præterea ſi quiſpiam beneficio principis liber eſſet à tributis, decimis, militibus, priuilegium amitteret per non vſum decennij. Quamuis ſi non vſus eſſet neceſſa-

A rius, non amitterent priuilegium: vt ſi quis non eſt vſus priuilegio, quia non potuit, vel quia ſe occaſio non obtulit l. vnus ex ſociis §. vlt. & l. ſeq. ff. de ſeruit. ruſt. prædior. vbi habetur, *non amitti ſeruitutem de aqua ducẽda in fundum meum, ſi ideo non vtor, quia fons exaruit,* ſi ciuitas obligata ſit principi ad militum exercitum cogẽdum: quando princeps cogit, & per centũ annos non cogit, non deſinit ciuitas eſſe obligata, quia occaſio non ſe obtulit, ſi princeps non vocauit populos ſibi obligatos ad certum aliquid faciendum: quia alij quorum opera, ſibi ſufficit, præſto fuerunt, non amittit ius Princeps: quia nũquam fuit oblata occaſio, in quo

B indigeret illo ciuium miniſterio. Præterea vt priuilegium amittatur per non vſum, neceſſe eſt, vt ſimpliciter detur facultas aliquod faciendi. Nam ſi Princeps N. priuilegium conceſſerit, vt eo poſſit vti, ſi velit, aut non vti, ſi libuerit, non perdit illud, etiamſi multo tempore eo non vtatur. Vt ſi Rex facultatem concederet. N. extruendi Molendinum in communi flumine, adiiciens, vt faciat, aut non faciat, vt ſibi libuerit, non idcirco, quòd Molendinum non extruit, priuilegio ſuo cadit. At ſi quis facultatem impetret à Pontifice Miſſæ ſacrificium faciendi & offerendi tempore, aut loco

C ſacris interdicto, & decennio ſacrum non faciat, priuilegium amittit, quia eſt ſimpliciter data facultas, vt ſacrificare queat, non autem vt immolet, aut nó immolet arbitratu ſuo. Pari ratione ſi quis principis arbitrio priuilegiũ impetrauerit, ne coram iudice ordinario conueniri poſſit, & ſinat ſe conueniri, aut iudicari, & ab eius ſentẽtia ad principem non prouocet, ſuum priuilegium perdit. Hæc Azor.

DISPV

Digitized by Google

# DISPVT. DECIMAQVARTA
## DE PERSONIS, IN QVAS CADIT OBLIGATIO LEGIS HVMANAE.

A

### SECTIO PRIMA.

*Vtrum Chriſtiani, etiam iuſti, & perfecti, ſubiecti ſint legibus humanis.*

1 *Chriſtianos nõ obligari humanis legibus error eſt.*

TRES hîc errores ſunt: primus, Chriſtianos nõ obligari legibus humanis, hos iam abundè reiecimus diſp. 7. & 8.

Quod verò Paulus monet, 1. Corin. 7. *ne efficiamur ſerui hominum*, intellige, quà homines ſunt, id eſt, ne illis pareamus in iis, quę Deo repugnant; B néve ſeruitutem eorum ſeruituti Dei pręferamus. *Mandata hominum quæ dicantur.* Eodem ſenſu apud Matth. cap. 15 *mãdata hominum* dicuntur, quæ repugnant mandatis Dei: ſicut propria voluntas dicitur, quæ à voluntate Dei, vel ſuperioris diſcordat; ideò reprehendi ſolet.

*Secũdus error Lutheri, & Caluini.* Secundus error eſt hæreticorum huius temporis, negantium, iuſtos obligari legibus humanis. Vt Lutherus lib. de liber. Chriſtiana, & in arg. & ca. 2. epiſt. ad Galat. & ſerm. de Moyſe, & Caluinus lib. 3. inſtitu. cap. 19. §. 2. 4. & 7. quos ita interpretatur ac refert Vazquez diſp. 166. cap. 1. & Azor to. 1. libr. 5. cap. 6. quæſt. 1. Salmeron in Ep. ad Galat. diſp. 14. vbi impia Lutheri verba recenſet, vt non ſolùm id dixerit de lege humana, ciuili, & canonica, ſed etiam de lege diuina, non quod ſenſerint C non peccare cum legem diuinam violant, ſed quia illis non imputatur peccatum: nam ſi credant, ſeu confidant per Chriſtum illis peccata donari, hoc ipſo ſunt iuſti, & grati Deo, & accepti ad vitam æternam, ſed de lege humana non ſolùm dicunt non obligare iuſtos, verùm neque vllos Chriſtianos, ita vt, etiamſi illam violent, non peccent: quia negant in hominibus eſſe poteſtatem ferendi leges, quæ obligent in conſcientia.

2 Sed ſpecialiter, quod iuſti legibus humanis non obligentur, probant primò ex Gala. 5. *ſi ſpiritu ducimini, eſtis ſub lege*: ſed iuſti ſpiritu Dei ducuntur, in quo clamant, *Abba pater*, Rom. 8. ergo. Et confirmatur ex Vrbano cap. duæ ſunt d. 19. *qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt publica conſtringatur.* *Prima proba. Hæreticorum.*

D Secundò, ex Ro. 6. *peccatum vobis non dominabitur: non enim eſtis ſub lege: ſed ſub gratia.*

Tertiò ex 2. Cor. 3. *vbi ſpiritus Domini, ibi libertas:* Spiritus autem Domini eſt in iuſtis: ergo, & libertas à lege humana: de qua etiam dictum videtur, *vos in libertatem vocati eſtis.*

Quartò, ex 1. Timot. 1. *Iuſto lex non eſt poſita*, ſed *iniuſtis.*

Quintò, ex Galat. 3. *lex propter tranſgreſſionem*, (Azor ſup. legit tranſgreſſores) *poſita eſt*, & cap. 4. *non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit*, & Matth. 17. *ergo liberi ſunt & filij.*

Vetus error fuit, ſaltem perfectos, & eximiè iuſtos exemptos eſſe ab obligatione legis humanæ. Ita Beguardi, & Beguinæ, vt refertur Clem. ad noſtrum de hæreti. Imò aſſerebant iuſtos illos contra nullam legem peccare poſſe: quod de omnibus baptizatis aſſeruit Iouinianus apud Auguſt. hæreſ. 82. & Hiero. 2. contra Iouinian. ſicut & Almaricus damnatus in Conc. Lateranenſi cap. damnamus, de ſum. trin. & fin. cap. dixit, nullum in Charitate conſtitutum peccare poſſe. Perfectos igitur non eſſe ſubiectos humanis legibus dicebant Beguardi: *quia vbi ſpiritus Domini, ibi libertas:* vt refert Clemens V. loco citato.

Hi errores damnantur in Tridentino ſeſ. 6. cap. 3
11. & can. 19. & 20. & ſeſ. 7. can. 8. & Clem. citata. Vide Sotum 3. de nat. & gra. cap. 1. & 1. iuſt. quæſt. 6. art. 7. Salmeron Galat. 5. & 1. Tim. 1. Medinam, quæſt. 96. articulo quinto dub. 1. Valentiam diſputatione ſeptima quæſt. 5. pun. 4. Sayr. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 1. & 2. & alij iuniores hîc qu. 96. art. 5. Vegam 11. in Trid. cap. 6. 7. & 8. Vazquez, & Azor ſuprà, D. Thomam, quæſt. 96. art. 5. & 2. 2. quæſt. 104. art. 1. Auguſtinũ Ep. 50. Breuiter hæreticos confuto, quia Chriſtiani etiam iuſti tenentur præceptis poſitiuis Dei, quod ipſi non negant, & manifeſtum eſt, ex Matth. vlt. *docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis*, & Ioann. 15. *ſi præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione*, & Rom. 3. *legem ergo deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtatuimus:* ergo etiam tenentur præceptis poſitiuis eorum, quos Deus loco ſui cõſtituit in Eccleſia, aut Rep. vt eam gubernent. Item olim fideles etiam iuſti tenebantur præceptis ſuorum ſuperiorum: ergo & modò. Item quia teſtimonia, quibus probatur, Chriſtianos debere obedire legibus Eccleſiaſticis, & ciues legibus ciuilibus, probant de iuſtis etiam perfectis, cùm generatim loquantur, vt Ro. 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit:* ad Titum 3. *admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire.* Hebr. 13. *obedite præpoſitis veſtris* &c. 2. Theſſalon. 3. *ſiquis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum illo*, 1. Petri. 2. *ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum*, &c. Et ſimilia, in quibus nulla fit exceptio, neque vlla eſt ratio, aut cõiectura exceptionis, ſed potiùs ratio ſuadet, nullum excipiendum eſſe: alioqui quiſque poſſet dicere, ſe iuſtum, aut perfectum eſſe, & ita legibus *Hæretici confutantur.*

humanis non teneri: quod eſſet euertere totum ordinem Eccleſiaſticũ, & politicum, in perniciem Eccleſiæ, & Reip. Imò eadem inconuenientia ſequerentur, ſi iuſti, aut perfecti non eſſent ſubiecti legibus, quia Reſp. vel Eccleſia, etiam cùm eſſet neceſſarium, vel valdè vtile, non poſſet illos obligare ad id quod ipſi aliàs non facerent, eo quòd non iudicarent eſſe ita vtile, vel neceſſarium, ſicut ſuperiores iudicant. Item ſi iuſti, & perfecti legibus non tenentur, cùm nemo ſciat vtrùm iuſtus, aut perfectus ſit, ſæpe emergent ſcrupuli; melius ergo eſt, vt omnes legibus ſubiiciantur, & omnibus id prodeſt, vt vel ad officium redeant, vel in officio contineantur, & proficiant, & magis per humilem obedientiam mereantur. Vnde rectè lex à Papiniano l.1.ff.de legibus, appellatur *commune præceptum*. Et quamuis daremus, perfectos non poſſe leges violare, non fieret illis ſubiectos non eſſe: nam Chriſtus, vt homo, fuit ſubiectus legi naturali & poſitiuæ Dei, vt docet Suar.3.p.tom.1.diſ. 43.ſect.2.& 3. & B. Virgo ſubiecta fuit etiam legi veteri, vt docet tom.2.quæſt.37.art.4.in commentaria, & diſp.ſeq.& Sotus 3.naturæ cap.1. At Chriſtus peccare nequiuit, vt docet Suar.tom. 1. diſp. 34.ſect.2.& idem de B.Virgine docet tom. 2. diſp. 4.ſect.4.& de confirmatis in gratia dicam tract.de gratia, non poſſe mortaliter peccare. Deinde Deus primis parentibus legem impoſuit, vt patet Gene. 2. Eccleſ.15. & 17. tamen erant iuſti, vt patet Eccleſiaſtici 7.verſ.30.& in Trid.ſeſſ. decreto de pec. originis, & ſeſſ.6.& Chriſtus, quem pater ſanctificauit Ioann.10.præcepta habuit Ioan. 15. de quo Suar.3.p.tom.1.diſp.43.ſect.2.& 3.& Apoſtoli habuere præcepta Mat.vlt.& Ioan.15. quid ergo mirum, ſi alij iuſti legibus humanis ſubiecti ſint? Cõfirmatur, quia licet beati non teneantur legibus pertinentibus ad ſtatum vitæ mortalis, Ro.7. *lex in homine dominatur, quanto tẽpore viuit*: tamẽ lege Dei tenetur. Auguſt.1.de lib.arbit. cap.6. Alen.3. p. q. 26.mem.8.ar.6.Suar.3.p.to.1.d.43.ſect.1.Vazquez hìc diſp. 166. cap.1. num.8.à qua interdum etiam diriguntur in iis, quę ignorabant: non enim in verbo cognoſcunt omnem voluntatem Dei, vt patet de principib. Dani.10.quos fuiſſe bonos Angelos, dicunt Hieron.Lyra, Carth. & Perer. ibi Greg. 17. mor.cap.8.D.Thom.1.p.quæſt. 113. art. 2.Viegas Apoc.12.commun. 2. ſect. 17. ergo non mirum ſi iuſti hìc legibus humanis ſubdantur.

4 *Soluuntur argumenta hæreticorum, & primum illud ex Gal.5.*

Ad primum teſtimonium pro hæreticis adductum ex Galat.5. *ſi Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Caiet. ibi ait, Paulum loqui de lege veteri, quoad cæremonialia & iudicialia, cui non ſubſunt Chriſtiani, qui quidẽ Spiritu gratiæ Chriſti ducuntur.

Hanc expoſitionem refellit Vazquez diſput.citata c.2.nu.13.quia Paulus loquitur de lege quoad moralia: dixerat enim eod. cap. *Omnis enim lex vno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut teipſum:* & quia loquitur de lege, quam non ſeruabant, qui ſe mordebant murmurationibus, & detractionibus, & ſic Auguſtinus epiſt.19.ad Hieronymum reſpondens epiſtolæ, quæ apud Hieronymum eſt 89.& apud Auguſtinum 11.ait, *Nec enim hoc eum propter circumciſionem arbitror dicere, aut illa ſacrificia, quæ tunc facta à patribus, nunc à Chriſtianis non fiunt*, & cætera huiuſmodi, *ſed hoc ipſum etiam, quod lex iubet. Non concupiſces: quod fatemur certò Chriſtianos debere obſeruare.* Sed facilè poteſt explicari Paulus cum Salmerone Galat. 5. ad 8. quæſt.

A ſeu difficultatem, *qui ſpiritu legis Euangelicæ ducimini, non eſtis ſub lege veteri, nõ ſolùm quoad cæremonialia, & iudicialia, ſed nec quoad moralia, ſeu decalogum, vt à Moyſe actus eſt.* Vnde Auguſt. loco citato putat, Paulum non ſolùm de cæremonialibus, ſed etiam de moralibus loqui.

Alij Græci Patres, & Hieronymus in paruis commentariis cum Chryſoſtomo admittentes, Paulum loqui de lege morali, ſic explicant, *Qui ſpiritum, vt oportet, habet, & per hunc extinguet omnem concupiſcentiam, porrò qui liberatus eſt ab his, non eget legis auxilio, ſed multò factus eſt præceptis illis ſublimior: nam qui non iraſcitur, quid opus habet, vt audiat, non occides?* Itaque ſenſus ſecundùm hos eſt, B qui eſt in lege Chriſti, non indiget veteri: contra quam explicationem nõ procedit ratio, qua Vazquez horum interpretationem reiicit. Cui tamen placet alia expoſitio tradita ab Adamo, & indicata ab Angelo, qui ſpiritu, & gratia Dei ducitur, nõ eſt ſub lege accuſante, puniente, & damnante, quia lex non damnat, nec punit, niſi tráſgreſſores. Eandem expoſitionem tradidit Auguſt. epiſt. 19. poſt medium & Beda Galat. 5. & conſonat Apoſtol. de operãtibus opera ſpiritus, ibi dicẽs, *aduerſus huiuſmodi non eſt lex*, id eſt, non damnantur, nec puniuntur à lege (vt exponit Salmeron ibi, & 1. Timot.1. diſput.2.ad dub.8.) & c. 3. *Omnes, qui ſub lege ſunt, ſub maledicto ſunt: ſcriptum eſt enim, maledictus, qui nõ permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis.* C Hanc etiam expoſitionẽ amplectitur Azor infrà, licet aliam aſſignet, vt referemus. Rebuffus autem in proœmio conſtit.regul. Galliæ nu.53. ad hunc locum, & ad cap. duæ ſunt leges 19. quæſt.2. vbi etiam dicitur, eum qui Spiritu ſancto ducitur, non eſſe ſub lege, reſpondet, in iis, quæ ſunt contra ductum Spiritus ſancti: in aliis verò ſubiectum 1. Pet.2. *ſubiecti eſtote*, &c. Et cap. qui reſiſtit. 11. qnæſt. 3. cap. magnum 11. quæſt. 1. & cap. omnes de cenſib. vnde hunc locum exponit de lege humana, tamquam humanæ non diuinæ legis peritus. Azor autem tom.1.lib.5.cap.4.explicat, non eſtis ſub lege noua tamquam ſub pædagogo minis, & terrore ducente, vt olim Iudæi Gala.3. quia Spiritu cha- D ritatis potius ducimini, quam Spiritus ſanctus infundit vberrimè, licet enim Hieronym. explicet, non eſtis ſub iugo legalium cæremoniarum, tamen magis placet expoſitio Aug. non tamquam ſerui, metu pœnæ, ſed Spiritu charitatis præcepta ſeruatis: nam eſſe ſub lege ad mentem Pauli eſt illa violenter premi, & vrgeri. Aliter verò ſub lege eſſe accipit Paul.1.cor.9. cùm dicit, *factus ſum iis, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem:* ſignificat enim ſubiectionem voluntariam ad legem, quam Iudæi, vt neceſſariam ſeruabant, ſe pro eorum ſalute aſſumpſiſſe: Valentia etiam ſuprà explicat, *ſi Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege quaſi ſub onere, & coactione ipſius.* Eodem modo explicat Sebaſtianus Medicis cap. E erit autem lex d.4.num. 32. num. autem 33. Reſpondet ad confirmationem, quod viri ſpirituales non ſubduntur legi humanæ, quando repugnat legi Spiritus ſancti, ſeu diuinæ.

*Qui eſt in lege Chriſti, non indiget veteri.*

Ad ſecundũ teſtimonium reſp. Vazquez illo ca. 5
2.explicari ab Aug.lib.de contin.cap.3.ita, vt eſſe ſub lege, ſit ſola notitia legis duci ſine gratia: eſſe autem ſub gratia ſit duci Spiritu gratiæ, intus mouentis; & exhortari Romanos ne peccent, cùm non ſint ſub lege, ſed ſub gratia, ipſe

verò

Digitized by Google

verò Vazquez, exponit ibi eſſe ſermonem de lege, id eſt, dominio peccati: vt & cap. 7. *video aliam legem in membris meis.* &c. Et poſſet pro ſe Vazquez adducere Origenem libr. 6. in epiſt. ad Rom. qui de lege peccati exponit.

Ad 3. ex 2. Cor. 3. Ad tertium, reſpondet Vazquez, Paulum ibi loqui de libertate à velamine, & vinculo cæcitatis, quo Iudæi tenebantur. Deducit ex contextu, vt in illo videre poteris. Sayrus verò ſuprà exponit de libertate à velamine legis Moſaycæ: vnde 1. Petri 2. *liberi tamquam ſerui Dei, & non veluti habentes libertatem malitiæ:* qualis eſt illa quam vindicant aliqui à conſtitutionibus, & legibus humanis, contra quos Petrus ibi, *ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum:* ſimiliter debet exponi id Galat. 5. *vos in libertatem vocati eſtis,* & ſimilia, quæ eodem cap. habentur, vt bene explicat Salmeron ibi diſput. 31.

6 Ad quartum teſtimonium ex 1. Tim. 1. iuſto non eſt poſita lex, reſpondet D. Thom. quæſt. 96. art. 5. ad 1. vbi Caiet. Conr. & Med. Sotus, Vega, Valētia. & alij communiter aiunt iuſtum non eſſe ſubiectum legi quoad vim coactiuam, & coërcitiuā per pœnas, quia non operatur præcipuè timore pœnæ ſed amore iuſtitiæ, *& ideo minus indiget comminationibus, quàm alij, ſeu non indiget lege minante, & extorquente legis obſeruationem,* & quia cùm non peccet grauiter non exercetur in illo lex pœnalis, ſeu grauis punitio, ſi tamen grauiter peccaret, & deſineret eſſe iuſtus, afficeretur pœna quam poſſe inferre prælatum conſtat ex 1. Cor. 4. *quid vultis? in virga veniam ad vos,* &c. 2. Cor. 13. *ideo hæc abſens ſcribo, vt non duriùs agam, ſecūdum poteſtatem, quam Dominus dedit mihi.*

In fauorem huius interpretationis adducitur Auguſtinus ſuper id Pſalm. 1. *in lege Domini voluntas eius,* &c. Vbi ita ſcribit, *Iuſto non eſt lex poſita, vt dicit Apoſtolus, ſed aliud eſt eſſe in lege, aliud verò eſſe ſub lege: qui eſt in lege, ſecundum legem agit: qui eſt ſub lege, ſecundum legem agitur,* ſcilicet more ſerui, timoréque ſeruili, vnde ſubdit Auguſtinus *ille ergo liber eſt, iſte ſeruus,* & Chryſoſt. Hom. 2. in 1. ad Timoth. *lex impoſita eſt, vt puniat tranſgreſſores,* &c. Et ibidem, *non ſimiliter legem ſeruat qui ſub lege, & qui ſupra legem eſt,* vide etiam Ambr. in id Pſalm. 36 *lex Dei eius in corde ipſius.* Et Paul. 1. Cor. 9. *factus ſum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: iis, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, (cum ipſe non eſſem ſub lege,) vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem: iis, qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem, cùm ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti,* & Auguſt. lib. de continentia cap. 3. *non quidem ſumus ſub lege bonum quidem iubente non tamen dante: ſed ſumus ſub gratia, quæ id, quod lex iubet faciens nos amare, poteſt liberis imperare:* & ca. 57. *ergo ſi Spiritu ducimini, non adhuc eſtis ſub lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem.* Hanc interpretationem de ſubiectione quoad vim coactiuā, quia iuſtus non operatur timore pœnæ, &c. reiicit Vaſquez illa diſp. 166. c. 2. quia licèt viri perfecti in charitate ducātur Spiritu filiorum, & amoris, & timore pœnæ cruciētur, nec ad ſeruandā legem moueantur: quia perfecta charitas foras mittit timorē: tamen multi iuſti incipientes, aut proficientes, quorum eſt magna pars, Spiritu etiam timoris pœnæ æternæ legem ſeruant, eſt enim etiam donum Spiritus ſancti ſi cū ſpe veniæ coniungatur, vt definit Trid. ſeſſ. 14. c. 4. imò ſecundum ſe eſt donum Dei, & in iuſtis ſæpe reperitur, ſed imprimis hic non agimus de timore pœnæ æternæ: Sed de timore pœnæ temporalis, quam homines imponunt ſuarum legum violatoribus. Deinde licèt etiam eſſet ſermo de pœna æterna, locum haberet prædicta Pauli expoſitio: non enim eſt ſenſus, quod iuſti numquam operantur ex timore, ſed quod magis ducuntur amore, non ſolùm appretiatiuè, ſed etiam extenſiuè quoniam iuſti frequentiùs ex amore Dei, vel proximi, vel honeſtatis operantur, quàm ex timore pœnæ: & præſertim hoc eſt verum de iis, qui ſunt perfecti, de quibus ſolis exponit Valentia: vt de iis, qui permanenter, & perſeueranter ſunt iuſti, qui rarò, vel nunquam peccant mortaliter, vel ſtatim à peccato reſurgūt, & ſe in gratiam Dei reſtituunt: vnde, & Rebuffus, in proœm. conſt. reg. Galliæ gloſ. 1. num. 52. cum Alber. L. Princeps ff. de legib. interpretatur, *iuſto non eſt lex poſita, quia non coactè ſed voluntariè obtemperat.* Eodem modo hunc locum interpretantur Græci patres: Auguſtinus verò, lib. de Spir. & lit. cap. 10. ſic exponit *iuſto; non quâ iniuſtus ad iuſtitiam perducatur, ſed quâ legitimè iam iuſtus vtatur.* Sed hæc expoſitio nihil magni continet, cùm per ſe notum ſit, iuſtum per legē ad iuſtitiā non perduci, quaſi iniuſtū, cùm iam iuſtitiam habeat. Vazques autem diſp. citata nu. 32. exponit, pœna quæ ponitur in lege non comprehendit iuſtos, ſed iniuſtos: tribuit Anſelmo in eum locum dicenti. *Nam iuſto non eſt lex poſita, id eſt, impoſita, vt ſupra illum ſit: in illa enim eſt potius quàm ſub illa, quia non ſua vita viuit, cui coercendi lex imponitur, iniuſtus verò ſub illa eſt, quia ſua vita viuit, cui coercendi lex imponitur,* & paulò poſt, *ſub lege autem quiſque viuit, inquantùm peccator eſt, id eſt, inquantùm à veteri homine non eſt immutatus,* & videtur quadrare contextui. Dixerat enim Paulus, quoſdam aberrantes à documentis, quæ eo capite tradidit, *ne ſcilicet intenderent fabulis & genealogijs interminatis in vaniloquium fuiſſe prolapſos & volentes eſſe legis doctores, neſciiſſe, quæ loquebantur,* ne autem vitium hoc ex lege, cuius doctores ſe eſſe iactabant, proueniſſe quis exiſtimaret ſubiunxit. *Scimus autem, quia lex bona eſt, ſi quis ea legitimè vtatur ſciens hoc quia lex iuſto non eſt poſita, ſed non iuſtis & non ſubditis, impiis & peccatoribus.* Ac ſi dicat vitium hoc non fluit ex lege, quia lex bona eſt, ſi quis ea vtatur rectè & vt ipſa præcipit, ſciens malum, & pœnam, quam lex infert, non eſſe impóſitam, neque comprehēdere iuſtos, ſed malefactores. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 1. legem non eſſe datam propter iuſtos, ſed propter peccatores, vt coerceantur à malo. Galat. 3. *lex propter tranſgreſſionem,* id eſt, tranſgreſſores, *poſita eſt.*

Secundò exponit, legem veterem non ligare iuſtos poſt aduentum Chriſti.

Tertiò, iuſtos non eſſe ſub lege noua tamquam ſub pædagogo quaſi dicat. Si ſpiritu legis Euangelicæ ducimini nō eſtis ſub veteri, vt etiam exponit Sayrus, ſupra minas, & terrorem ducente, vt olim Iudæi, Galat. 3. quia Spiritu charitatis potiùs ducuntur Spirituſancto vbertimè ipſam infundente: quæ expoſitio, vt retulimus, communis eſt, iuxta quam Nazianz. carmine Iambico 15. ait *legis ſoluta vinculis eſt æquitas,* vt legit Billius ibi, qui n. 21. ait, Nazianzenū alludere ad id *iuſto non eſt lex poſita,* quia ſcilicet libenter, hilari animo, non grauatim, & tamquam vi adductus diuinas leges exequitur. Hanc etiam expoſitionem



Digitized by Google

ſequuntur Chryſoſtomus. ho. 2. in 1. ad Timoth. Amb. in id Pſal. 36. *lex Dei eius in corde* ipſius. Driedo 1. de libert. Chriſtia. Sayrus, & Valentia ſuprà. Ioan. Baptiſta Ferretus c. 1. de conſt. n. 68. Salmeró 1. Tim. 1. in ſolutione. 8. dubitationis. vbi etiam B. Tho. lect. 3. ait legem non eſſe poſitã iuſto, id eſt, nó eſſe ei impoſitam tanquam onus, quia habitus internus inclinat eum ad idẽ, ad quod lex, & ideo non eſt ei onus: & ſumpſiſſe videtur ex Auguſtino Galat. 2. ſub finem expoſ. to. 4. circa finem: Bern. ep. ad Carthuſianos, & Guidonem Abbatẽ. nec diſſimile quod ait concione. 11. in Pſ. 118. *lex iuſto non eſt poſita*, eo ſcilicet modo quo eſt poſita populo contumaci in tabulis lapideis.

*Locus Gal. 3.*

7 Ad Quintũ reſp. Vazques eodem. c. 2. n. 24. *Propter*, in eo loco non dicere cauſam finalem, nec enim intentione peccati poſita eſt lex: ſed denotare euentum illius: nam legis occaſione multi peccauerunt: nam lex præcipiebat, vires autem ad implẽda præcepta non dabat; gratia namque copioſa, & ſuperabundans in aduẽtum Chriſti, cuius meritis datur, reſeruata eſt. Particulam autem *Propter* ſiue particulam, *vt*, ſæpe in ſcriptura denotare euentum manifeſtum eſt, vt oſtendit Vazques 1. p. d. 93. ca. 2. illo autem nu. 24. fatetur Chryſoſtomum & alios Græcos interpretari, vt lex ſit poſita propter tranſgreſſionem, id eſt, ad coercendas tranſgreſſiones, ne populus ille in peius quotidie abiret; ſic etiam Auguſtinus & Hieronymus ibi exponunt *gratia tranſgreſſionum poſitam eſſe*: & Azor to. 1. lib. 5. cap. 6. qu. 1. explicat, propter tranſgreſſionem, id eſt, tranſgreſſores poſita eſt, vt coerceantur: tamen ſemel poſita etiam iuſtos aſtringit, quia ſunt de Rep. Chriſtiana, vel ciuili. Pro quo obſerua, in ciuili Rep. maximè conſtitui membra per naturalem originem, l. 1. ff. ad municipalem, l. ciues. C. de incolis lib. 10. in Eccleſia verò per ſpiritualem originem, ſcilicet Baptiſmum, qui eſt Eccleſiæ ianua: in particulari autem diœceſi ſolet quis fieri mẽbrum per domicilium. Sumitur ex l. 1. C. de incolis: in religione per profeſſionẽ; in clero per ordinationem, & ſic proportionaliter in aliis communitatibus, quarum leges ſingula membra obligant, ad quæ leges pertinent, quæcumque enim lex loquitur, ad eos, qui in lege ſunt, loquitur. Rom. 13. qui verò extra communitatem ſunt non obligantur eius legibus. D. Thomas, & alij quæſt 96. art. 5. Summiſtę verbo lex, & ſumitur ex 1. cor. 5. *de iis, qui foris ſunt, nihil ad nos*; ideo præcepta Eccleſiæ non obligant non baptizatos, ſicut nec præcepta Hiſpaniæ Gallos, aut ècontra, nec ſtatuta vnius communitatis, religioſos alterius: nulla enim potentia vltra ſuam ſphæram operatur, membra autem vnius communitatis ſæpe ſunt extra ſphæram legiſlatoris alterius: quia vel eius poteſtas manat à communitate, & ſic non poteſt vltra illam extendi, vt in poteſtate ciuili: vel à ſuperiori Principio, & ſic datur ſuperiori communitatis in ordine tantum ad membra illius: Conformatur, quia lex, eſt actus ſuperioris: nullus autem eſt ſuperior, niſi reſpectu communitatis, cui præpoſitus eſt: extra illam ergo nequit obligare. Facit cap. 2. de conſt. in 6. *extra territorium ius dicenti impunè non paretur*.

*Baptiſmus eſt ianua Eccleſia*

*Præcepta Eccleſia nõ obligant non baptizatos.*

Ad ſecundum locum in 5. argumento citatum reſpondet intelligi de libertate à lege veteri, de qua Galat. 4. qui ſub lege *vultis eſſe*. Ad tertium locum in eod. arg. citatum, reſpondet velle filios naturales regũ exemptos eſſe à legibus tributorum, non ab aliis, nã Chriſtus eſt filius Dei naturalis, vt probat Vazquez 1. de ador. à cap. 6. & Suar. 3. p. tom. 1. diſp. 49. ſect. 2. tamen fuit ſubiectus legibus Patris, & Ionathas legibus Patris Saulis 1. Reg. 14. Alij verò etiam legibus tributorum ſubiecti ſunt, licet ſint iuſtiſſimi Rom. 13. *cui tributum, tributum.*

## SECTIO II.

*Vtrum legiſlator ſuis legibus obligetur.*

Supponimus primò legiſlatorem aliqua ratione teneri ad ſeruandas proprias leges. Hoc extra controuerſiam apud Doctores eſſe docet Vazquez diſp. 167. ca. 1. & hanc eſſe veram, & communem opinionem docet Sayrus tom. 1. libr. 3. cap. 4. num. 3. ita tenet Emmanuel. tom. 1. regul. quæſt. 68. art. 3. D. Tho. 3. polit. lect. 9. & hîc quæſt. 96. art. 5. ad. 3. Caiet. Conrad. & Medi. ibi Hoſtien. in ſumma libr. 5. tit. de excom. §. 6. Pan. cap. 1. de conſt. num. 1. Ancara. num. 1. Ioann. Baptiſta Ferretus num. 50. Andre. ab Exea. num. 192. & 219. & ſequentibus: Benedictus Canophylus, numer. 30. Innoc. num. 1. gloſ. verbo ab omnibus, Felin. num. 24. Decius, num. 14. Glo. & alij l. Princeps, ff. de legibus. Rebuf. in procemio conſti. reg. gloſ. 1. num, 54. latè Franciſcus Patritius. 8. de regno, & regis inſtitutione tit. 6. & alij apud Tiraq. libr. 2. retractus §. 1. gloſ. 14. num. 28. Antonin. 1. p. tit. 17. cap. vni. §. 4. & Ludouicus Gomezius regula de infirmis reſignant quæſt. 1. Syl. lex quæſt. 14. Tabie. nu. 28. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 7. Couarr. cap. Alma. p. 1. §. 1. num. 4. & ſeq. de ſent. excom. in 6. Alpho. Viuald. 4. p. candelab. n. 57. Victo. relect. de poteſt. ciuili, nu. 21. & de poteſt. Papæ, & Concil. nu. 7. & relect. de ſimonia n. 39. Valen. hîc diſp. 7. q. 5. pu. 4. Sylueſt. verb. lex, q. 14. Ant. Auguſtinus lib. de legibus cap. 18. Nauar. cap. ſi quando, de reſcript. except. 1. & apolog. de reditib. quæſt. 1. num. 32. Abulenſis Mat. 23. quæſt. 24. Dominic. Turrec. & alij cap. iuſtum eſt, d. 9. & alij ca. cum omnes, de conſt. Sebaſtian. Medicis cap. erit autem lex, diſt. 4. num. 34. Quo autem iure, & gradu teneatur legiſlator ſuis legibus parere in controuerſia eſt. 8

Secundò ſupponimus, nomine legiſlatoris hîc intelligi, vel Principem, qui ſe ſolo poteſt leges ferre, qualis eſt Rex, vel Imperator, & Duces, qui iure regum præditi ſunt, vel communitatem, cui eadem poteſtas competat, vt modò Reſp. Veneta, Genuenſis, & Lucenſis, & olim Romana, poteſt per ſe condere leges. Nam ſi loquamur de Duce Veneto, & ſimilibus ducibus, aut ſenatoribus conſtat directè obligari legibus, quas ſimul cum aliis condunt, ſicut cæteri, qui de ſenatu nõ ſunt, vnde & puniri poſſunt, ſi eas violent, quia per ſe quilibet eorum eſt ſubditus, & cum aliis tantùm legiſlator. Eodem modo ſi totus populus eſſet legiſlator, quælibet eius pars obligaretur directè, & per ſe eius lege, quælibet enim eſt per ſe ſubiecta communitati, ita habetur cap. cum omnes, de conſt. ſic etiam Epiſcopi, vt ait Medic. & Vazquez ſubiecti ſunt legibus Conciliorum prouincialium, & nationalium, in quibus ipſi ſimul cũm aliis, iudices, & legiſlatores fuerunt, ſinguli enim verè ſunt inferiores toti Concilio. Quod multò veriùs eſt reſpectu generalis Concilij, in quo 9

*Dux Venetus & alij ſimiles legibus ſuis parere tenentur.*

*Epiſcopi ſunt ſubditi legibus Conciliorum.*

Digitized by Google

quo etiam Epiſcopi legiſlatores ſunt. Quamuis Papa, quia ſupra totum Concilium eſt, non poſſit eius legibus obligari, niſi Concilium ſumatur, vt comprehendit Papam, & id intelligatur de eo modo quo Papa poteſt ſeipſum ſuis legibus obligare: Generales verò directè obligantur, legibus Capituli generalis, & earum pœnas incurrunt, ſicut cæteri quos comprehēdunt, licet ipſi in Capitulo, cum aliis patribus leges tulerint. Porro, vt etiam notat Vazquez, Reges aliquorũ regnorum etiamſi abſque conſenſu Palatinorum, aut Comitiorum, vt in regno Aragoniæ, & Poloniæ, leges ferre non poſſunt, tamen poſtquam latæ ſunt, ipſe Rex non manet alio modo ſubiectus illis, quàm ſi ſolus eas tuliſſet, quia reuera ille ſolus fuit legislator, nec illa lex eſt Reip. quæ nullam ſibi reſeruauit poteſtatem gubernatiuam, vnde nec poteſt tranſgreſſores illius legis punire, nec illam abrogare, aut limitare, aut in ea diſpenſare, ſi autem ſibi reſeruaſſet talem poteſtatem, iam lex ipſius potiùs, quàm principis cenſeretur, & poſſet princeps manere ſubiectus directè legi, etiam quoad vim punitiuam, vt diximus de Duce Veneto.

*Generales obligātur legibus Capituli generalis.*

Ex quibus ſequitur, vt infert Medina, Canonicos, qui in ſuo capitulo conſtituunt legem vel ſtatutum, & Doctores in ſuo clauſtro, manere illi ſubiectos, etiam quoad vim coactiuam: idem Azor tom. 1. lib. 5. cap. 11. quæſt. 1.

Tertiò ſupponimus, quæſtionem hîc eſſe de lege, quæ habet materiam, & rationem de ſe vniuerſalem. Nam ſi materia, vel ratio legis nō ſit communis clarum eſt, non comprehendere principem: vt lex prohibens, arma noctu ferre, quę nec decet, nec eſt accommodata ſtatui Regis: ita Vaz. d. 167. num. 23. Sotus, Medina ſupra, Leſſius 2. de iuſt. cap. 35. dub. 5. Emman. ſupra.

10 His ſuppoſitis, de modo, quo princeps ſuis legibus obligetur, vel non obligetur, ſunt variæ opiniones. Prima opinio eſt, principem ſua lege directè obligari ad culpam eodē modo, quo cæteri, licet non quoad pœnam; ſeu directè eſſe ſubiectum ſuis legibus, quoad vim directiuam, licet non quoad vim coërcitiuam. Hāc tamquam communem opinionem ſequitur Vazquez diſp. 167. cap. 3. pro hac opinione referens D. Thomam, Caietanum, Conradum, Sotum, Victoriam, & Syluestrum locis indicatis à nobis in prima ſuppoſitione, ſed in D. Thoma, & Conrado, ſolùm inuenio, quòd princeps ſuæ legi ſubiectus eſt, quantum ad vim dirigentem: non quoad vim cogentem. Hæc tamen verba, *directè, & eodem modo, quo cæteri*, apud ipſos non inuenio, quinimo *aliter ſentire videntur, vt poſtea referam*. Hæc tamen opinio apertè colligitur ex Victoria, & Soto, & inſinuatur ſatis à Syluestro. Item hæc verba, *princeps quoad vim directiuam leges ſuas, non minùs quàm ſubditi obſeruare tenetur:* lege apud Sayrum lib. 3. cap. 4. num. 10. tamen ſtatim num. 15. ait, non eodem modo, quo alij ad legis ſuæ obſeruantiam obligatur; quia ipſe eſt caput communitatis, & auctoritas in eo reſidet. Lege etiam apud Valentiam ſuprà, *ex vi ſua legis obligari, quatenus ea fulcitur, & nititur lege naturali, & æterna:* item, *principem obligari directè ſua lege ſi cùm eam condidit, voluit ſeipſum in ea includere, ſin minus autem tantùm indirectè, & conſequenter*, quod etiam ſentire videtur Caiet. quæſt. 96. art. 5. ad 3. quamuis alibi innuat contrarium. Ait enim, ſi à principio legis, & poſtea voluit ſe eximere à lege, non pec-

*1. Opin. Principem ſua lege obligari, vt cæteros.*

A caret deinceps contra ſuam legem: ſed contra ius naturæ ſicut ſubditus, qui ſine cauſa exemptus à lege à principio vel poſtea fuit.

Hæc ſententia ſuadetur primò authoritate. Nam Innoc. 3. in cap. cùm omnes de conſtit. dicit, *cùm igitur, quod quiſque iuris in alterum ſtatuat, ipſe debeat, vti eo, & ſapientis*, (ſcilicet Catonis in diſtichis) *dictum eſt, patere legem, quam ipſe tuleris, mandamus*, &c. Et l. 1. ff. *quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vti ipſe eodem iure vtatur*. Vlpianus ita ſcribit. *Hoc edictum ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſque indignatione iuſta; quis enim aſpernabitur, idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit?* Sequi-B tur deinde Imperatoris edictum. *Qui magiſtratum, poteſtatémve habebit, ſiquid in aliquem noui iuris ſtatuerit ipſe quandoque aduerſario poſtulante, eodem iure vti debet.* Et l. 4. digna vox. C. de legib. dicitur. *Digna vox maieſtate regnantis, legibus* alligatum ſe principem profiteri, & in l. vlt. Codicis Theodoſiani de appel. imperatores aiunt, ſe non dedignari, ſalua magiſtratus reuerentia ſibi cum priuatis ius eſſe commune, & l. cum hæredis C. qui teſtam. facere poſſunt, dicitur *cùm heredes inſtituuntur, imperator ſiue Auguſta ius commune cum cæteris habeant*. Idem fere habetur inſt. quibus modis teſtamentum infirmetur, in fine, & l. ex imperfecto C. de teſtam. & l. cum multa. C. de bonis, quæ liberis, & in noſtro regno l. 16. partita 1. titul. 1. Iſid. 3. ſent. de ſummo bono, cap. 52. & refertur cap. iuſtum eſt d. 9. *iuſtum eſt principē legibus obtemperare ſuis*, & infrà dicitur, principem teneri ſuis legibus. Bias eum verè principem opinatur, qui patriis legibus, inſtitutiſque ſubiecerit ſe primus, vt teſtatur Cælius Rodig. 8. vel 7. lect. antiq. cap. 1. Stob. Ser. 48. Tidianus quoq. cum Præfectum prætorio deſignaſſet, *gladium in manu porrexit dicens: vtere hoc gladio aduerſus hoſtes meos in iuſtis cauſis: ſin minus iuſtè egero, tum in me ipſum ſtringito*. Antiochus 3. ad ciuitates ſcripſit, ſi quid contra leges per literas facere iuſſerit, ne ſibi tamquam ignaro pareant, vt refert Pluta. in apophtegm. Pyttacus Mitilaneus D apud Oronicum l. princeps ff. de legib. numer. 25. *pareto legi quiſquis legem ſancieris*. Et Pontifex cap. pro illorum de præb. ait. Nobis *legem ponere non debent, quam ipſi negligunt obſeruare:* & Plato. 4. de legibus, paratum, inquit, exitium illi ciuitati video, in qua non lex magiſtratibus, ſed legibus magiſtratus præſunt; ſalutem verò illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur: quod dictum extollit Corraſ. 2. miſcel. cap. 25. Debent principes æqualitatem ſeruare, eſſet autem inæqualitas, niſi, vbi eadem eſt ratio, facerent, quæ aliis imperant, vt prouerb. 20, dicitur, *pondus, & pondus: menſura, & menſura vtrumque abominabile eſt apud Deum*, & Micheæ 6. nunquid iuſtificabo ſtateram impiā, & E ſaccelli pondera doloſa, & ad Valentinianum ſcribit Amb. Ep. 32. cùm leges præſcripſiſti aliis, etiam tibi: leges enim imperator fert, quas princeps ipſe cuſtodiat, & c. non liceat Papæ 12. qu. 2. Pontifex legem facit, qua ſe ipſum comprehendi vult, non liceat Papæ prædium Eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, niſi nomine Papæ Epiſcopum intelligat, videlicet alium à ſe, quia ſibi nihil poteſt præcipere.

*Principē ſuis legibus parere rationi eſt cōſentaneum.*

Vnde Matt. 23. reprehenduntur Scribę, & Phariſæi, quia *dicunt, & non faciunt, aliis grauia onera imponunt:* digito autem ſuo nolunt ea mouere, Dicunt enim, & non faciunt, quamuis illi non erant



Digitized by Google

legumlatores, ſed interpretes, vt notat Vazquez, diſp. 167. num. 25. ſimiliter ergo legiſlatores peccant non facientes, quæ præcipiunt. Eodem modo arguitur ex Rom. 2. *Qui alios doces, teipſum non doces, qui prædicas non mœchandum, mœcharis, &c. Quapropter inexcuſabilis es, ô homo, omnis qui iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. Exiſtimas autem hoc, ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei.* Vnde D. Thomas, & ferè omnes citati, & citandi his locis ad hanc veritatem confirmandam vtuntur.

*Superiores tenentur eodem modo ſeruare ſtatuta quo ſubditi.*

Secundò probatur ratione: quia ſicut ius naturæ præcipit, vt inferiores ſuperioribus obediant, & ſic ſe cōforment cum ſuo capite: ita præcipit, vt ſuperiores obſeruent leges proprias, & ſic ſe conforment ſubditis, turpe eſt enim, caput, & mēbra non conformari: ergo eodem modo, quo ſubiecti tenentur ſeruare leges ſuperiorum, ſuperiores ipſi tenētur ſeruare proprias, ac proinde vtrique directè legibus obligantur.

Confirmatur, quia ratio dictat, quod oneris tibi imponi non vis, id neque debere imponere aliis, qui ſunt eadem conditione qua tu, quantùm ad rem, de qua agitur: & ècontrario, ſi quid oneris aliis imponas, id tibi etiam eſſe ſubeundum: ergo omnes debent eſſe ſubiecti legi, quæ onus quoddā eſt: & ſic ex vi propriæ legis tenetur Princeps facere quod aliis præcipit. Confirmatur etiā, quia auctoritas Principis à Deo eſt, cuius Princeps eſt miniſter: non autem mirum eſt, quòd auctoritate Dei ſeipſum obliget: poteſt ergo legibus propriis eſſe ſubiectus, vt etiā reſpectu Principis verū ſit, quod dixit Ariſt. 3. politic. c. 7. *leges rectè poſitas dominari debere*: vnde Plato dial. 4. de legib. ait, *Paratum interitum illi ciuitati video, in qua non lex magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt*, ſalutem verò illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur, & Demaratus Spartiatarum Rex apud Plut. in Apophteg. interrogatus, cur Rex cùm eſſet Sparta fugeret, reſpondiſſe fertur, *quia illis leges ſunt potentiores*, & authore Diodoro lib. 2. Reges Ægyptiorū non minùs, quàm priuati legibus tenebantur: nec id ægrè ferebant Reges exiſtimantes, ſe parendo legibus fieri beatiores.

*Rex directè non eſt ſubiectus ſuis legibus, tenetur tamen facere quod alijs præcipit,*

11 Secunda opinio eſt, principem non eſſe per ſe, & directè ſubiectum legibus ſuis: ſed ex vi, & pacto inito cum ipſa communitate, teneri ad faciendum, quod aliis præcipit, imò & ſubeſſe pœnis, quæ ſtatui, & dignitati principis non repugnant. Prior pars, in qua hæc ſententia directè aduerſatur præcedenti probatur primò ex l. princeps. ff. de legib. vbi dicitur, *Princeps legibus ſolutus eſt*. Secundò, quia licet quis per promiſſionē, votum, aut iuramentū poſſit ſe obligare: nō tamen per legē ſuā, vel præceptum: quia hæc obligatio poſtulat iuriſdictionem, quam tamen nemo in ſeipſum habet: vnde rectè D. Thomas quæſt. 95. art. 3. (quem ſequitur Conradus) ait *neminē ſibi imperare, aut præceptū imponere. Nullus*, inquit, *propriè ſuis actibus legē imponit*. Quod Caietanus ibi ait notādum eſſe pro difficultate illa, vtrùm Princeps ſubdatur legibus: ergo ſecundùm Caietanum ibi (quicquid alibi dixerit) & ſecundùm Conradum, & D. Thomam, Princeps non per ſe, & directè eſt ſubiectus legibus propriis. Confirmatur, alioqui non ſolùm teneretur legibus propriis, ſicut alij: ſed etiam aliis præceptis generalibus non perpetuis,

A quæ non ſunt leges, imò & particularibus præceptis, in quibus non eſſet maior ratio, cur quæ præcipit, fiant ab alio, quàm ab ipſo, ſaltem, ſicut poteſt præcipere vni alteri, poſſet præcipere ſibi, nihil præcipiendo aliis, quod eſt abſurdum, & inopinatum. Sequela patet, quia is, qui eſt capax præcepti generalis, eſt etiam capax præcepti particularis, & ſingularis, in ipſum ſolùm directi.

Tertiò. Qui non poteſt eſſe obediens, nec inobediens, ſub lege, & præcepto non poteſt includi: nam quicunque violator legis, ſeu præcepti poſitiui eſt verè inobediens legiſlatori, & obſeruator eſt verè obediens: ſed princeps non poteſt B eſſe ſibi obediens, nec inobediens, nec reſpectu ſui exercere vitium inobedientiæ aut virtutem obedientiæ, vt docet Vazquez: ergo non poteſt per ſe, & directè obligari ſua lege, vel præcepto.

Quartò, ſi poſſet per ſe obligari ſua lege ad aliquid faciendum, quod non deroget eius ſtatui, & dignitati: ergo, & ad pœnam ſuſtinendam, quæ ſuo ſtatui non deroget, vt ad ſolutionem certæ pecuniæ, vel ad recitandum aliquid, vel ſecretò ſe verberandum, & ad ſimilia: conſequens nullus admittit: ergo nec antecedens admittere vllus debet. Sequela patet, quia eadem ratio eſt: nihil enim re- C fert, quod aliqui dicunt, opus eſſe per ſe intētum; pœnam verò non, ſicut enim, hoc non obſtante: eodem modo per votum poteſt quis obligare ſe ad opus, & ad pœnam: ita ſi per legem poſſet quis directè ſe obligare ad opus, poſſet etiam ſe obligare ad pœnam ſuo ſtatui non indecentem.

Quintò, quia quando non vult ſe includere in lege non obligatur directè, & per ſe ſua lege: ergo nec quando vult ſe includere. Antecedens meritò concedunt Valent. & Caiet. quia lex non operatur per ſe vltra intentionem præcipientis, vt omnes docent, & ratione conſtat, quia lex totam vim ſuam capit ex intentione ſeu libera voluntate legiſlatoris, & quia legiſlator etiam ſine cauſa poſ- D ſet alium eximere à lege, ergo, & ſe, etiam ſi in ea eſſet incluſus, cū ipſe non ſit deterioris conditionis. Conſequens verò probatur, quia Doctores nunquam hac diſtinctione vtuntur, vt vno modo obligetur legiſlator ſuis legibus, quando voluit ſe in illis includere; aliter quando noluit. Deinde, quia fruſtra ponitur obligatio, quam ipſe poteſt, ſi velit, non imponere, & impoſitam auferre diſpenſando ſecum; nam ſine vlla cauſa poſſet facere vtrumque, ſaltem validè, ſicut poſſet validè aliquē alium in lege non includere, vel incluſum poſtea excipere.

*Deus non poteſt ſe ſuis legibus obligare.*

Sextò, quia Deus nō ſe obligat, nec poteſt obli- E gare ſuis legibus poſitiuis, eo quòd non eſt ſuperior ſeipſo: ergo neque alij poſſunt ſe ſuis legibus obligare; quoad hoc enim par ratio eſt.

Septimò, quia Hieron. Pſal. 50. & refertur cap. totam, de pœnit, diſt. 3. exponit Dauidem dixiſſe *Tibi ſoli peccaui*: quia cùm in terra nullum haberet ſuperiorem, non potuit peccare contra leges humanas, ſed ſolùm contra diuinam: quod falſum eſſet, ſi Princeps propriis legibus directè obligaretur. Confirmatur primò ex cap. cùm inferior, de maior. & obed. vbi dicitur, *ligare & ſoluere pertinet ad ſuperiorem*, ſed idem non eſt ſuperior ſe ipſo, ergo non poteſt ſuis legibus propriè & directè ſe ligare, aut ſecum in ſua lege diſpenſare. Confirmatur ſecundò, quia par in parem non habet imperium;

Digitized by Google

tium, ergo ſicut Princeps non poteſt ſucceſſorem ſua lege directè obligare, ita nec ſeipſum. Tertiò, ex l.ſi de re ſua.ff.de recept.arb.nemo imperare ſibi ipſi, aut prohibere quippiam poteſt. Quartò, quia paterfamilias non obligatur directè præceptis, quæ imponit familiæ, nec dominus præceptis, quæ imponit ſeruis: ergo nec Princeps præceptis, quæ imponit ſubditis. Vnde Principem non ligari ſua lege, abſolutè docet Bald.l.2.nu.40.C.de ſerui. & Emmanuel ſuprà, ait ſimpliciter non ligari ſua lege, ſed ſecundùm quid, quia non ligatur illa ſecundùm totum, quod eſt, de eius ratione, cùm non ligetur illa ſecundùm quod eſt præceptum ſuperioris, ſed ſecundùm quod eſt dictamen rationis.

12 Poſteriorem autẽ partem probant iſti: quia cùm legiſlator, vt dictum eſt, teneatur aliquomodo ad obſeruantiam ſuarum legum: & non ex vi earum, vt probatum eſt: nec ex vi alterius legis poſitiuæ: quia poteſt contingere, vt nullum habeat ſuperiorem, vel quòd ſuperior ei non præceperit, vt propriam legem ſeruaret, & ſi id illi præcepiſſet, non poſſet ſaltem ſine cauſa ſecum diſpenſare licitè, nec validè ſicut cum ſubditis, & ſic eſſet deterioris conditionis. Et maximè hoc procedit, ſi lex diuina naturalis vel poſitiua tale præceptũ haberet, quia in lege diuina, naturali, vel poſitiua, nulla ex cauſa diſpenſare poteſt: ergo tota illa obligatio oritur ex promiſſione, aut pacto inito cum communitate, à qua poteſtatem legiſlatiuam accepit, quo quidem pacto potuit etiam ſe obligare ad pœnam ſuo ſtatui non diſſonam, & re ipſa eſt credibile ſe obligaſſe: nam lex de ſubeunda illa pœna lex eſt propria, & interdum diſtincta à lege de faciendo eo, ob cuius omiſſionem imponitur pœna: omnem autem ſuam legem tenetur aliquo modo ſeruare: quando ratio, & materia eſt communis ipſi, & aliis: ergo etiam legem ſuam merè pœnalem tenetur aliquando ſeruare.

Confirmatur: nam Reges aliquos pœnam legis ſubijſſe, conſtat ex Plutarcho lib. de liberis educandis in principio, vbi refert Lacedæmones Regem ſuum Archidamum pecuniis mulctaſſe, quòd mulierem puſilli corporis ſibi coniunxiſſet contra legem, non quidem ſcriptam, ſed moribus receptam.

*Duplex eſt genus pœna, corporale, & pecuniarium.*

13 Addunt auctores eius ſententiæ duo, teſte Vazquez diſput. 167. cap.1. Alterum eſt, duplex eſſe genus pœnæ, vnum corporale; alterum pecuniarium: ad corporale non obligari principem ſua lege etiam ex contractu, vt ad pœnam capitis, mutilationis, exilij, verberationis ab aliis ſuſtinendæ, aut publicæ: quia talis pœna indecens Principi eſt: contractus autem vt iuſtus eſſet, deberet dignitati Principis non derogare. De pœna verò pecuniaria diſtinguunt: aut enim eſt ſoluenda fiſco, & ad hãc non poſſunt, inquiunt, Principes obligari quia nemo ſibi ipſi ſoluere aliquid tenetur: Rex autem & fiſcus idem ſunt. Si verò illa pœna ſit ſoluenda alicui pro loco, vel peculiari perſonæ, vel denuntiatori criminis, fatentur ad eam principem obligari poſſe & re ipſa obligari. Eadem quoque ratione, qua dicunt, ſæcularem principem obligari non potuiſſe ad pœnam illam corporalem affirmant Pontificem nõ poſſe incurrere excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum aut irregularitatem: quia non minus hæ pœnæ pugnant cum ſtatu Pontificis, quàm corporales cum ſtatu principis. Similiter docent Epiſcopos ex violatione ſua-

*Rex & fiſcus idem ſunt.*

A rum legum has pœnas incurrere non poſſe.

*De quibus legibus intelligatur l. Princeps.*

Alterum, quod addunt, eſt, l. illam principis, ff. de legibus, non intelligi de omnibus legibus, ita vt Princeps omnibus ſuis legibus ſolutus ſit, ſed de iis tantùm, quarum in titulo mentio facta eſt: titulus autem ſic habet. Idem, (ſcilicet Vlpianus) lib. 14. ad legem Iuliam & Papiam: ergo de his tãtùm loquitur. Erant autem duæ illæ leges, Iulia & Papia de caducis legatis, ſeu fideicommiſſis: quæ per mortem legantis ante mortem legatarij, fiebant caduca, hoc eſt, cadebant à legatario, & à ſuis hæredibus, & ab hæredibus teſtatoris & fiſco applicabãtur. Ab his igitur legibus Iulia & Papia, Princeps, hoc eſt Imperator liber erat, & ſolutus, quia B legata ipſius etiam per mortem legatarij non fiebant caduca. Et eodem priuilegio gaudebat Auguſta. Porrò ſolutum aliquem eſſe legibus licet vna tantùm ſolutus ſit, cõſtat ex Plutarcho in vita Caij Marij, quem dicit, legibus fuiſſe ſolutum, dum abſens in Lybia conſul creatus eſt, cùm tamen ſola vna lege prohibitum eſſet, abſentem conſulem creari. Et Liuius lib.10. ab vrbe condita, narrat Fabium legibus ſolutum à populo, cùm ſolùm acceperit priuilegium cõtra legem Fabiam ſic dictam, quia ipſe eam recitauit. Hæc illius legis, Princeps, explicatio magis placet. Vazquez illo cap. 1. & 2. quàm communis, vt Princeps ſit ſolutus legibus C quoad vim coactiuam, non quoad directiuam, & cap.3. num.22. poſteriorem interpretationem tribuit D. Thomæ quæſt. 96. art. 5. ad 3. & Caietano aliiſque recentioribus ibi, Soto. 1. iuſt. quæſt. 6. art. 7. Cuiaceo lib.15. obſeru. iuris. cap.30. & ait, videri ſumptam ex Harmenopolo antiquo Græco collectore in epitome quadam iuris ciuilis. tit.1. & eſſe optimam, ſed priorem ſibi magis probari.

*Solutus legibus dicitur, qui vna tantum lege ſolutus eſt.*

*Confutatio ſecundæ opin.*

Hanc ſecundã opinionem, quatenus ait illã obligationem ex ſolo pacto prouenire meritò reijcit Vazquez: 1. quia, etiam nullo pacto interueniente, indecorũ, & diſſentaneũ rationi eſſet, Principẽ nõ ſeruare ſuas leges, v.g. aliis præſcribẽdo, & taxãdo certum pretium mercium, ſibi autem ſolùm attendẽdo pretium naturale. Secũdò, quia licèt populus conuenire poſſet cum rege de ſeruandis ſuis legibus, etiam quoad pœnas illas pecuniarias: tamen conſtare non poteſt, inter omnes Reges, & Regna interceſſiſſe, imò nunquam vidimus Regem vlla pœna punitum fuiſſe propter ſuæ legis violationem. Rex enim ille Lacedæmonum, non erat Rex cum plena poteſtate, ſed ſicut Duces Venetorum. Vnde Ariſt. 3. Polit. cap. 10. *In Lacedæmoniorum Rep. videtur Rex eſſe maximè ſecundùm leges: nec enim poteſtatem habet omnium: ſed cùm egreditur extra regionem, imperium habet eorum, quæ pertinent ad bellum.* Huiuſmodi autem etiam pœna capitis ob legum violationem poſſent à Rep. puniri. 14

*Rex Lacedæmonum non erat verus Rex.*

E Tertiò, ſi illa obligatio eſſet ex ſola conuentione cum populis, à quibus regnum accipiunt, tenerentur proprias leges ſeruare Pontifices & Epiſcopi, qui non accipiunt poteſtatem à populis, ſed à Chriſto, non tenerentur ſeruare proprias leges: quia nullum pactum cum Chriſto fecerunt. Imò nec Chriſtus vllum eis præceptum impoſuit, vt proprias leges ſeruarent, nec cum eo onere dedit poteſtatem legiſlatiuam: ergo.

Quartò, poſſumus eandem opinionem reiicere; quia ſic communitas poſſet remittere illam obligationem Principibus: item cùm Deus Regem aliquem conſtituit (vt conſtituit Saulem) vel Rex

aliquis iure belli regnum comparat ciuium, quos poſſet mancipia facere, cùm non accipiat ab illis poteſtatem, non tenebitur leges proprias ſeruare, quod videtur falſum.

Quintò, quia ſic peccarét mortaliter contra iuſtitiam principes, qui ſuas leges non ſeruarent, vt ſi Papa non recitaret, non audiret miſſam, non ieiunaret, &c.

Eandem opinionem ſecundam quantùm ad id, quod ait, principem obligari ſuis legibus, quantum ad aliquas pœnas, reiicit etiam Vazquez primò, quia ſic docét omnes: excepto Victoria, qui de hac re nihil dixit: non tamen eſt cur excipiatur Victoria, nam relect. de ſimonia numer. 39. idem dixit.

Secundò, quia vt rectè notauit Caiet. & D.Tho. obligatio ad pœnam eſt coactio quædam, coactio autem omnis eſt actus iuriſdictionis, vnde ſicut nemo poteſt ſibi præcipere: ita nec ad pœnam ſe obligare: quia vtrumque poſcet iuriſdictionem, quam nemo erga ſeipſum habet.

Tertiò, quia pœnæ ſubiacere indecens eſt principi, & ipſum dedecet, decet autem ſubditos, & inferiores: ergo licèt ſit turpe, & diſſonum rationi principem non ſeruare ſuas leges quoad directionem, non tamen quoad pœnas etiamſi pecuniariæ ſint: & ſic poteſt intelligi illa lex, princeps. ff. de legibus. Quartò, hoc idem probat Rebuffus ſuprà, quia nemo poteſt cogi, niſi à ſuperiori: princeps autem non habet ſuperiorem, vt docet Hieron. Pſal. 50. & refertur cap. totam de pœnit. diſt. 3. & Auguſt. de Ancona de poteſt. Eccleſ. quæſt. 44. in fine.

*3. opinio. Princeps non obligatur ſuis legibus directè, ſed indirectè.*

16 Tertia opinio eſt, Principem non obligari directè, ſed indirectè ſuis legibus quoad vim directiuam: quoad punitiuam autem, nec directè, nec indirectè.

Et quidem, quòd Princeps ſuis legibus directè non obligetur etiam quoad vim directiuam iam oſtẽdi circa primam opinionem & ampliùs oſtendam inferiùs, §. ſed optimè Azor. Quòd autẽ obligetur ad fauendum, quod præcipit & non ex pacto, iam etiam oſtendimus: oportet ergo explicare vnde proueniat ea obligatio, & quanta ſit & ad quam virtutem pertineat. Et quidem cùm hæc obligatio indirecta ſit, communiter auctores eam deducunt ex principiis extrinſecis: non tamen bene omnes. Nam quidã dicunt Deum, qui eſt principalis auctor poteſtatis legiſlatiuæ, eam cõcedere ſub iſta conditione, & non aliter, quod Princeps proprias leges ſeruet: & quod Deus ſit principalis auctor poteſtatis legiſlatiuæ Eccleſiaſticæ clarum eſt, quia illam dedit immediatè Petro, & aliis Apoſtolis pro ſe, & ſucceſſoribus ſaltem Petri: de ciuili etiam conſtat illam dare mediante Repub. vnde cùm homo legem fert, gerit ſe, vt miniſter Dei, & diſpenſator. Rom. 13. *miniſter Dei eſt*, &c. Et efficacia legis ad obligandum; magis pendet ex efficacia Dei principalis legiſlatoris. Deus autem non ſolùm, vt auctor gratiæ, ſed etiam naturæ vult legiſlatorem humanum, non aliter habere poteſtatem ad ferendas leges niſi cum vniuerſali obligatione illarum, qua totam Rempub. vt conſtantem corpore, & capite comprehendat: quia id neceſſarium eſt ad commune bonum, ad quod ipſa poteſtas ordinatur: datur enim in ædificationem, non indeſtructionem: ſed iſte modus dicendi diſplicet, quia Deus non dat poteſtatem legiſlatiuam

*Deus eſt auctor omnis poteſtatis Eccleſiaſticæ, & ciuilis.*

A principi, aut Reip. ſæculari, niſi quatenus condit illam cum poteſtate condendi leges per ſe, vel per principẽ ab ea conſtitutum reſultantem ex natura ipſius Reip. vnde ſi per impoſſibile Reſp. non eſſet producta à Deo, eandem poteſtatem haberet, & ideo propriè Deus non fert leges humanas, ſed latè, aut per modum cauſæ vniuerſalis, ſicut efficit omnes alias res, & quamuis ſpeciali, & formali voluntate daret poteſtatem ciuilem, ſicut dedit eccleſiaſticam nunquam explicuit nec inſinuauit ſe dare illã poteſtatem cum eo pacto, & conditione: etſi legiſlator neç formaliter nec virtute ſe vellet comprehendere propriis legibus, imò formaliter vellet ſe excludere, iudicans ſe B nihil ſibi poſſe imperare generatim, aut ſpeciatim, vt verum eſt, & iam ex communi opinione diximus, & oſtendimus, aut quia licèt poſſet, nollet tamen ſe comprehendere: lex eſſet nulla quia non ſeruatur conditio cum qua Deus dedit facultatem ferendi legem, hoc autem eſt abſurdum: ergo non habet facultatẽ eo modo reſtrictam, & coarctatam: ergo tunc lex alios directè obligat, ipſum autem non obligat directè, vnde ergo oritur illa obligatio? Si dicas, licet Deus non dederit facultatem cum ea conditione, vt niſi ſe lege comprehenderet, inualida eſſet, tamen voluit, vt nulla eſſet niſi ſe obligaret ex promiſſione ad illam ſeruandam, quis nouit talem Dei ordinationẽ? quis C talem fecit promiſſionem, cum legem fecit, vel poteſtatem legiſlatiuã accepit, præſertim iure hęreditario ſibi competentem? Si dicas Deum illi præcipere, vt leges ſuas ſeruet, ſtrictiori vinculo illas tenebitur ſeruare quàm ſubditi, nempe diuino præcepto, in quo ſine cauſa ſufficienti non poterit validè nedum licitè ſecum diſpenſare, ſicut in proprio poteſt diſpenſare cum ſubditis. Præterea tale præceptum ſpeciale inauditum eſt, fictũ, & chimericum eſt, & minimè neceſſarium: quia ſi aliqua ratione eſt neceſſarium bono publico, vt ſeruet ſuas leges, præcepto naturali tenebitur illas ſeruare: vnde redundabit poſitiuum, ſaltẽ non erit neceſſarium, ſi autem non eſt neceſſarium D bono communi, vt leges proprias ſeruet, non erit neceſſarium, vt Deus ſpeciali præcepto poſitiuo id ipſi præcipiat, ergo abſque neceſſitate & ſine fundamento fingitur tale præceptum: vnde Caietanus, Sayrus, Valentia, Sotus, Medina, Victoria, & alij communiter ex iure naturali proximè, & immediatè cenſent hanc obligationem oriri, ius autem naturale, vnde oriri putat Sotus hanc obligationẽ, eſt, quod tibi non vis, alteri ne ſtatuas: & Victoria putat iniuſtum eſſe onera aliis imponere, quæ ipſe portare nõ vult: debitum autem vt quiſque portet onera, quæ aliis imponit ſiue præcepto ſiue doctrina: nonnulla enim abſurditas & turpitudo eſt, proprios mores à doctrina, & legibus propriis diſcrepare, vt patet ex locis ſcripturę ſuperius citatis, & ex multis aliis ſcripturæ, & E patrum ac philoſophorum teſtimoniis, vbi reprehenduntur, qui aliter docent vel præcipiunt quàm faciant. Quæ culpa non eſt grauis, ſecluſo ſcandalo & aliis incommodis, & eſt per ſe & neceſſariò adiuncta actibus, quibus legiſlator efficit oppoſitum eius, quod præcipit, & maior eſt in legiſlatore, quàm in mero doctore & magiſtro, quamuis in vtroque ſit leuis. Eſt & alia turpitudo in ſuperiore & capite non ſe conformare cum membris in moribus neceſſariis ipſorũ, ſeu in oneribus legum,

Digitized by Google

legum, ſiue propriarum ipſius capitis, ſiue anteceſſorum æqualium, ſiue ſuperiorum tali capiti, & membris, ſiue Dei, ſiue hominum, turpitudo enim eſt, caput, & membra in pari cauſa non portare onus æquale, & hanc turpitudinem notauit benè Caietanus, quem cæteri poſtea ſecuti ſunt Vazquez, Valentia, Sayrus, & alij ex Auguſtino 3. confeſſ. cap. 8. & refertur cap. quæ contra mores, d. 8. vbi ait, *turpis eſt pars ſuo vniuerſo non congruens*. Vnde obligatio ſeruandi propriam legem, ne oriatur turpitudo hæc, oritur ex iure naturæ, ſeu ex ipſa natura tamquam ex cauſa per ſe proxima, & principali: ex lege autem tamquam ex conditione ſine qua non: & videtur mihi leuis obligatio, ſemper tamen eſt coniuncta cum operibus legiſlatoris, quando ſubditos lex obligaret. Hæc obligatio, cùm ſit per ſe annexa officio ſuo, quia debet ex officio ſubiicere humerum eiſdem oneribus: videtur pertinere ad iuſtitiam commutatiuam, ſed quia ſolatium non magnum eſt ſubditis, non eſt obligatio hæc grauis, ſicut etiam dicemus infrà cum communi opinione, ſi quis ſine cauſa ſufficienti impetret diſpenſationem, & ea vtatur, in legibus humanis peccare venialiter eo quod membra debent conformari in oneribus cum aliis membris eiuſdem corporis. Hinc Simon de Caſſia tract. de iuſto iure dominij dixit, non eſſe iuſtum Regem ſi iuſtam legem poſitam non ſequatur, quidam verò putant hanc culpam eſſe contra iuſtitiam legalem, ex qua caput tenetur conſulere bono communi, cõformando ſe cum membris: contrarium enim per ſe eſſet indecorum.

*Turpe eſt caput & membra in pari cauſa nõ portare onus æquale.*

17 Tertia obligatio eſt, ne eius perſona, & leges vileſcant ſubditis, & ideò leges violentur: nam ſi Rex non ſeruat propriam legem, reddit eam duram, ſubiectam, ſcandaloſam, contemptibilem, & inutilem; quam tamen reddere talem non deberet. Sayr. ſup. num. 10. Card. cap. cum omnes de conſt. not. 2. Butri. ibi Panorm. num. 2. Ioann. Bap. Ferretus, cap. 1. de conſtit. num. 50. fauet Ambroſ. in id Roman. 1. *gratias ago*, &c. dicens, *facilè facit inferior, quod fieri viderit à potiori*, & Sanazarius lib. 1. epigram. ad Federicum Regem, *publica nimirum res tunc ſibi conſtat, & æquum Imperium, cùm Rex quod iubet, ipſe facit*. Claudianus de 4. conſul. Honorij, *in commune iubes ſi quid, cenſeſve tenendum: Primus iuſſa ſubi*. Quam rationem aſſignauit lex illa 16. tit. 1. partita 1. vnde Rebuf. initiò citatus, ait Principem inſtar Zaleuci Regis debere proprias leges ſeruare, ſi ab aliis ſeruari velit: de quo loquitur Valer. maxi. lib. 1. de inſt. & idem Rebu. in procem. concordatæ gloſ. 1.

Et hæc obligatio eſt charitatis, qua quis tenetur conſulere propriæ æſtimationi, & bono ſubditorum, & peccatum contra illam, quatenus concernit bonum ſubditorum, eſt peccatum ſcandali, quo præbetur illis occaſio ruinæ, & violando leges ſuperiorum: cùm videant illos ſecundum ipſas non viuere, vt ſi videant Papam ſine cauſa non ieiunare, non dicere officium, non adeſſe ſacro, &c. Et non ſuſcipere onera, quæ illis imponit.

Non audeo dicere, hîc eſſe etiam obligationem iuſtitiæ, quamuis enim ex officio, prælati Eccleſiaſtici teneantur ſaluti ſpirituali ſubditorum attendere: non tamen videtur, quod ex officio, & iuſtitia teneantur tali bono attendere per hoc, vel alia eiuſmodi exempla, ſed per conuenientia præcepta, vel alia media, & eodem modo tenentur omnes principes attendere bono communi proportionato, cum communitate, quam gubernant.

Quædam tamen ſunt leges propriæ, quas ſi non ſeruet princeps, peccabit contra iuſtitiam, vt taxantes pretia rerum: quia ex iuſtitia tenetur ſeruare pretium iuſtum commune non ſolùm naturale, ſed etiam legale, ſicut multi dicunt clericos non obligari directè legibus ſæcularium, tamen peccare mortaliter contra iuſtitiam ſi pluris vendunt triticum, quàm lege taxatum ſit: ſi autem Pontifex nõ ieiunet, vel non abſtineat à carnibus, vel lacticiniis nõ peccabit mortaliter contra temperãtiam, ſicut alij, nec ſi omittat officium, vel ſacrum in feſto, contra religionem, quidquid dicant aliqui, vt Victoria relect. de ſimon. num. 39. Sotus ſuprà, Vazquez, & Suar. hîc, quia lex humana, non conſtituit medium reſpectu omnium in materia, circa quam verſatur, ſed tantum reſpectu ſubditorum, quibus ſolis imponitur, quoſque directè obligat: cùm igitur ſuperior non obligetur directè ſuis legibus, nec ſibi imponantur, eo quod ſibi nihil poteſt propriè præcipere, efficitur, vt non ſeruans ſuas leges non peccet eo genere peccati, quo peccarent eius ſubditi. Nec ſecluſo ſcandalo peccat mortaliter, ſed venialiter tantùm, vt apertè docet Viualdus 3. p. candelabri cap. 12. in fine, ſic interpretans D. Thom. & Caiet. hîc quæſt. 96. a 5. ad 3. ſed D. Thom. ſolum dicit principem obligati ad ſeruãdas ſuas leges quoad vim directiuam propria voluntate, non verò quoad coactiuam: quod contra aliquos putat Caietanus eſſe verum, ſiue à principio ſine cauſa voluerit ſe eximere à lege, ſiue poſtea: nam ridicula eſſet obligatio, ſi cùm vellet, poſſet eam non ſuſcipere vel ſuſceptam excutere manente lege erga alios, vnde concludit poſſe quidem ſe eximere à lege, & à principio, & poſtea, vt quemcũque alium etiam ſine cauſa, & tunc agendo contra legem, non eſſe reum violatæ legis, & voti, ſicut neque alius ſine cauſa diſpenſatus, agere tamen contra ius naturæ, quia pars iure naturæ debet conformari toti, & caput membris, & quia plus mouent exempla, quàm verba, & princeps non ſolum vt præſit, ſed vt proſit creatur. Sentit ergo Caietanus principem (ſublata ratione exempli) quando ſe eximit ſine cauſa à lege, peccare ſicut ſubditum ſine cauſa diſpẽſatum. De hoc autem poſtea dicemus ex Caietano, & communi ſolum peccare venialiter: ergò idem ſecundùm D. Thom. dicendum eſt de Pontifice in illo euentu: & ſecundum nos ſimpliciter, quia nunquam directè comprehenditur, nec comprehendi poteſt ſua lege. Vnde rectè quidam recentiores dicunt, principem directè, & per ſe non obligari ad culpam ſuis legibus, quia ad hoc requiritur iuriſdictio, quam tamen princeps non habet in ſeipſum; & licet eam haberet, ſe non obligaret; quia præter facultatem requiritur animus, & intentio obligandi, quæ deeſt principi erga ſeipſum. Optimè etiam Medina quæſt. 96. art. 5. dub. 2. ad 2. in 2. ſolu. ait.

*Quædam leges ex iuſtitia à Principe ſeruanda.*

Secundò reſpondeo, & hanc ſolutionem nota, quod fortaſſis lex lata à principe, reſpectu principis, reſpectu principis non habet vim legis propriè loquendo: nam non eſt cauſa immediata, & proxima, à qua princeps in conſcientiam obligatur, ſua lex; ſed eſt conditio requiſita, qua poſita emanat iure naturali obligatio ad ſeruãdam ſuam legem

Digitized by Google

legem. Nam lex naturæ præcipit, quòd caput ſe conformet corpori,& membris, & quòd patiatur legẽ quã ipſe tulerit, malè tamen Med. addit verbum fortaſſis:&malè in ſolutione vltimi argumẽti approbauit in genere ſolutionẽ Caiet. ſed benè (id intelligendo de obligatione indirecta)docuit, principem non poſſe eximere ſe à lege propria, quamuis poſſet alium eximere: nam in principem tamquam in exemplar omnium oculi ſunt coniecti:vnde ſe omnino eximere à lege eſſet in perniciem reipubl. & contra legem naturæ, *patere legem quam ipſe tuleris.*

18 Sed optimè Azor tom.1.lib.5.cap.11.quæſt.1. in hac quæſt. an princeps ligetur ſuis legibus,ait, eſſe duas opiniones:primam D.Thom.Soti,Caiet. obligari ſuis legibus,ſed hos à cæteris,iudicio ſuo, non re ſed verbis tantũ diſſentire: ſecundam,eſſe legibus ſuis ſolutum quamuis naturalibus, & diuinis legibus teneatur, quam tribuit Felino cap. canonum,ſeu 1.de conſt.num. 30. & 31.& vtriuſque iuris interpretibus, & nonnullis Theologis, & ſanè eam tenet Bald. & Oroſc.l. princeps. ff.de legib.Bald.digna vox in prin.& num.1. C. eod.tit. Decius cap.1.de conſt.in 1. lectura n. 48. & 61.& in 2.lectura num.20.& de ſtatutis, & conſuetudinibus ſubditorum diſſerentes:eandem ſententiam tradidêre plures citati à Tiraquello de retractu linagier §.1.gloſ.13.num. 38. pro qua opin.præter argumenta, quæ nos ſuprà fecimus in 1. part. 2. opinionis ipſe Azor adducit l. ex imperfecto ff.de legatis 3.vbi dicitur. *Ex imperfecto teſtamento legata & fidei commiſſa imperatorem vendicare,inuerecundum eſt. Decet enim tantam maieſtatem ſeruare leges, quibus ſolutus eſſe videtur*: item inſt. quibus modis teſtamenta infirmentur ad finem habetur. Diuus Seuerus & Antoninus ſæpiſſimè reſcripſerunt, *licet legibus ſoluti ſimus: attamen legibus viuimus*: & l. ex imperfecto, C.de teſtam. ait Alexander Imperator *ex imperfecto teſtamento nec imperatorem hæreditatem vendicare poſſe ſæpe conſtitutum eſt, licet enim imperij ſolemnibus iuris lex imperatorem ſoluerit: nihil tamen tam propriũ eſt,quàm legibus viuere*: & l.digna vox. C.de legib.poſtquam dictum eſt, *decere maieſtatem imperatoriam profiteri ſe legibus obligari*,ſubditur, *& reuera maius imperium eſt ſubdere legibus principatum.* Adducit etiam Azor quòd Romanus Pontifex habet auctoritatem à Chriſto,non à populo:ergo non poteſt humana poteſtate ligari: & quòd cæteri Principes, vt Imperatores, & Reges licèt habeãt à populis poteſtatẽ,tamen iam populi ipſi poteſtatem à ſe abdicarunt, & in principes tranſtulerunt,vnde lex Imperatoria vel Regia,populum quidem tenet,principem non item:& ſubiungit Azor. Fateor itaque principem eſſe ſuis legibus ſolutũ,quatenus illius leges ſunt: nec enim princeps ſibi imperat, aut ſibi præcepta vel leges dat;ſed iure naturali,(quod ipſa æquitas,& honeſtas rationis præſcribit) princeps ſuas leges ſeruare debet. Et hoc non eſt principem ſuis legibus alligari,ſed iure naturali debere id facere quod ipſa æquitas,&honeſtas rationis poſtulat:hoc enim eſt quod docuit D.Thomas principem ſuis legibus ex honeſtate rationis conſtringi. Quapropter exiſtimo Sotum, Caietanum & alios in hac parte nihil, aut parum diſſentire à Iuriſperitis: nam hi nihil aliud volunt, niſi leges principis, vt ipſius ſunt leges,eum non tenere:illi verò contra volunt principem ſuis legibus ligari, non vi ipſarum le-

*Lex Imperatoria vel Regia populum tenet, principem non item.*

A gum,ſed ex honeſtate ,& æquitate rationis. Nam recta ratio præſcribit, vt ſeruet princeps leges, quas condidit:ita vt graue peccatum non cõtrahat, ſi eas non ſeruet: at ex honeſtate rationis decet principem id facere,quod lege ſua imperat,vt ſuo exemplo alios inuitet, alliciat, flectat ,& moueat: ac ne quiſpiam poſſit occaſionem arripere perfringendi legem.Et quia lex eo ipſo, quòd eſt iuſta,decet maximè principem, vt iuxta eam viuat, quamuis ad eam ſeruandam vi ipſius legis in interiori foro minimè compellatur.

In quibus verbis Azor cõfirmat omnia,quæ di- 19
ximus, ſcilicet principes ſuis legibus directè non B obligari,ſed iure naturali,& hãc obligationẽ non eſſe grauem, aut ſub mortali,quod etiã inſinuant leges modo adductæ,quæ vtuntur verbis decẽtiæ, indecẽtiæ,vel indecori,& verecundi,&c.quæ voces leuem tantùm obligationem indicant,ſcilicet ſecluſo ſcandalo. Vnde paulò poſt idem Azor ad 1.arg. ait. Reſpondemus,in his omnibus locis ſolùm oſtendi debet, principem quadam naturali æquitate,& honeſtate ſuas leges ſeruare: non tamen ita eis teneri, vt ſi non ſeruet, graue peccatũ ſemper incurrat, quale nimirum priuati contrahunt:nec enim qui contra naturalem honeſtatem rationis agit,eo ipſo ſeſe graui peccato obſtringit.

C Vnde non mihi placet,quod aliqui dicunt pec- 20
care mortaliter etiam ſemoto ſcandalo, & aliis circunſtantiis,Pontificem,qui leges ſuas merè poſitiuas non ſeruat, vt ſi non confiteatur ſingulis annis,ſi non communicet in Paſchate,ſi faciat cõtractum iure tantùm humano Simoniacum, & in aliis ſimilibus. Quod tribuitur Victoriæ relect.de Simonia,num. 39. Couarruuiæ cap. alma mater, part.1.num.5.& 7.Decio ca.ſanè, 2.de officio delegati,num.6.

Sed in primis Victoria loquitur cum formidine,ait enim:ſi Papa faciat contractum aliàs Simoniacum de iure poſitiuo grauiter peccaret, quia D princeps tenetur ſua lege quoad vim directiuam, &c.dixi,inquit,*grauiter*:quia fortaſſe,neque à mortali excuſatur, & quia vendit non ſua, & ratione ſcandali,& ratione iniuriæ,quam aliis facit cogẽdo ad ius, quod ipſe tenere non vult, & idem eſt de ſimilibus aliis,quę ſunt iuris poſitiui:& ibidem ait, quod peccaret peccato Simoniæ,ſicut peccaret contra temperãtiam,ſi abſque rationabili cauſa non ieiunaret,quæ ſunt de iure poſitiuo. Deinde oppoſitum eſſe communiorem ſententiam,patet, ex eo quòd ibidem dicit, quamuis Doctores teneant,quòd non peccaret peccato Simoniæ,ſed acceptionis perſonarum,vel auaritiæ,vel alio huiuſmodi,& infra,licet contra huiuſmodi propoſi- E tiones teneat gloſſa illo cap.ex parte,& Antonius de Butrio,Imola & Card.cap.1.de Simonia.

*Pontifex non peccat mortaliter ſuas leges poſitiuas non ſeruans.*

Præterea Caietanus tom.1. op. 15. quæſt. 2. & Sotus 7.iuſt.quæſt.5.art.vlt. dicunt,religioſum factum Epiſcopum ſolùm teneri ad obſeruantias religioſas præter tria vota, ſub peccato veniali, quia ſolùm tenetur quoad vim directiuam. Ergo ſimiliter cùm docent principem teneri ſuis legibus quoad ſolam vim directiuam, deberent ponere tantùm obligationem ſub veniali: & ratio vtrobique eſſe videtur, quia obligatio illa non eſt ex vi legum, vel ſtatutorum, talis enim eſſet grauis in illis ſicut in aliis,ſed ex quadam decentia, & honeſtate.

Decius autem ſuprà, malè pro illa ſententia citatur:

Digitized by Google

*Papa tenetur ad Confeſſionē annuam, ſed non cogitur.*

tatur: non enim ait, Pontificem peccare mortaliter, ſi non confiteatur iuxta cap. omnis vtriuſque ſexus, ſed peccare. Verba eius ſunt: Concluſio ſecundùm Modernos cap. 1. de conſtit. in fine. fall. 4. eſt, quòd Papa tenetur ad confeſſionem, ſed non cogitur confiteri ſecundùm formam, quæ habetur in cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſ. ſed cōſiderandum eſt, quod de rigore iuris nullo modo obligatur cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. l. digna vox, C. de legibus, ſed ſolùm obligatur de naturali æquitate, quæ eſt *patere legem, quam ipſe tuleris* cap. 1. de conſtit. & dixi ibi. Et ex iſta ratione etiam infertur, quòd etiam teneatur ſecundùm formam cap. omnis vtriuſque. Couarruuias etiam ſuprà, nobis non obſtat: nam illo num. 7. inquirit, an Pontifex teneatur confiteri ſemel in anno, & ait de hac re agere Dec. & gl. c. ſane, 2. de offi. dele. gl. c. nemo, 9. quæſt. 3. Dom. cap. iuſtum, d. 9. Ioan. Andr. cap. omnis vtriuſque. Idem & Panor. nu. 14. cap. ſignificaſti, de foro compet. Felin. d. cap. ſanè, & cap. 1. de conſtit. fallen. 4. Sylueſt. confeſſ. 2. q. 6. Theolog. 4. diſt. 17. Nauarrum de pœnit. diſt. 5. in princ. num. 32. & cap. placuit, de pœnit. diſt. 6. nu. 15. & communem reſolutionem, & deciſionem horum eſſe, non teneri confiteri præcisè ſemel in anno: quod etiam tenet Sotus 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 5. Viuald. in candelab. p. 4. cap. 8. num. 57. Henriquez 1. de ſacram. pœnit. cap. 3. num. 2.

Quorum, inquit Couarruuias, opinio in hoc ſenſu mihi placet, vt ratione præcepti humani, ex eius vi cogente non teneatur Pontifex, ſemel in anno præcisè: opinor tamen eum omninò teneri ad hanc confeſſionem ſemel in anno, ex vi illius Canonis directiua, ratione ſanè naturali, quæ docet, principem etiam legibus humanis ſubditum eſſe, & ſtatim ſubiungit, teneri ſub peccato graui, & mortali, quod malè tribuit Decio, ſed num. 7. rem declarans ait. Si non ſumat Euchariſtiam in Paſchate, aut non confiteatur ſemel in anno, grauiſſimè peccare. Primò, quia licet ſummus Princeps non ſubiiciatur legibus humanis, quoad earum vim præcisè cogentem ſeu coactiuam: tamen non eximitur à legibus humanis, quoad vim directiuam, quæ procedit à lege naturali, & eius ratione, & ſimul à lege humana. Ratio enim naturalis dictat, principem teneri ad ſeruandam legem, quam ſubditis indixerit. Secundò, quia licet præceptum confeſſionis aliqua ex parte humani iuris ſit, non omninò diuini, tamen verè eſt iuris diuini limitati per humanum: nam vtriuſque iuris violatio vnum peccatum eſt, quoniam ambo illa præcepta vnicum actum iniungunt: & alterum eſt alterius determinatio: ſemel autem conſtituta lege à Pontifice, vt confeſſio fiat ſemel in anno, non poteſt ſine iuſta, & grauiſſima cauſa ſummus Pontifex ſeipſum, vel alium liberare ab obligatione confitendi ſemel in anno,

*Præceptū Cōfeſſionis eſt diuini iuris, ſed limitati per humanum.*

Sed Couar. quem omninò ſequitur Sayrus libr. 3. cap. 4. num. 14. craſſo modo philoſophatur. Nam ex eo quod princeps teneatur ſuis legibus quoad vim directiuam ratione admixtæ rationis naturalis, non ſequitur obligationē eſſe grauem, & ſub mortali, quoniam ratio ad multa leuiter, & ſub veniali tantùm obligat, ſimiliter, ex eo quod præceptum de confitendo ſemel in anno, vel communicando in Paſchate ſit determinatio iuris diuini, malè colligit violationem eius eſſe peccatum A mortale, quando non violatur, qua parte diuinum eſt, ſed qua parte eſt humanum nempe quoad determinationem temporis, ſi Papa numquam confiteretur, & numquam communicaret, duo peccata committeret, alterum mortale contra præceptum diuinum, quo tenetur aliquando confiteri, & communicare: alterum verò contra præceptum diuinum naturale, quo tenetur propriam legem ſeruare de confitendo, & communicando, priuſquàm obligetur præcepto diuino: & hoc peccatum eſt veniale: quia natura ſolùm ſub veniali obligat, vt princeps propriam legem obſeruet, ne in ſuo opere à ſuis præceptis, & monitis ſine cauſa diſcrepet, & vt corpori, cuius caput eſt, ſe B conformet in oneribus, qui illis prælatus eſt in honoribus.

*Quare Papa teneatur confiteri, & communicare.*

Viualdus in candelabro tract. de confeſſione num. 10. ait, an Papa teneatur confiteri ſemel in anno. Vide Couarr. & numer. 14. vide Nauarrum. Vnde neſcias, cuius ſententiam amplectantur, ſed Suarez 3. p. tom. 4. diſp. 36. ſect. 2. num. 5. ſolùm dicit Pontificē, vi directiua teneri ad confeſſionem annuam, tamen dùm addit, vt rectè Couarruuias ſignificat obligationem eſſe ſub mortali, ſed ibidem refert Richardum 4. d. 17. art. 2. quæſt. 4. ad 5. vbi dicit teneri tantùm ex congruitate iuxta cap. confidimus, & cap. iuſtitia 25. qu. 1. & Scotum ead. d. quæſt. 1. art. 1. inde probantē præceptum con- C feſſionis non eſſe merè Eccleſiaſticum, aliàs non obligaret Papam; refert etiā Nauarrum de pœn. d. 5. in prin. nu. 32. aſſerentem, ſi Concilium generale eſt ſupra Papam, obligari ea lege; ſi autem (vt verum eſt) non eſt ſupra Papam, ſed infrà, non obligari, quia non poteſt obligari ab inferiori, & licet à Papa ſit confirmatum, tamen non poſſe principem à ſe ipſo, vel ab æquali, lege lata obligari, ex quibus auctoribus habemus, principem nec ſub mortali nec directè propriis legibus alligari: & licet hoc concederemus in lege annuæ confeſſionis, malè aliqui idem putant in reliquis omnibus: nam hæc eſt determinatio iuris diuini, non verò reliquæ omnes.

D Rectè autem Leonardus Leſſius 2. de iuſtitia ca. 35. dub. 5. ait, Papam non poſſe incurrere pœnas Simoniæ iure Eccleſiaſtico ſtatutas, quia princeps non ſubeſt ſuis legibus quoad vim cogendi per pœnas, cùm nemo iuriſdictionem in ſeipſum habeat, ſicut nec par in parem. Secundò, Papam, etſi faciat contractum iure humano aliàs ſimoniacum, non peccare mortiferè, modò ſcandalum abſit: quia non tenetur ſuam legem ſeruare, niſi eo iure, quo tenetur ſe conformare ſubditis. Tertiò, licet quidam dicant, ſi iuſta cauſa ſubſit, poſſe ſecum diſpenſare, ſicut cum ſubditis: verius tamen eſſe diſpenſationem hâc locum hîc non habere, quia non obligatur imperio ſuę voluntatis, E ſed iure naturali, in quo non poteſt ſecum diſpenſare, neque verò ea opus eſſe, quia poſita cauſa, ceſſat ea obligatio per ſe, eo quod deſinat illa ratio, ob quam ſe ſubditis debebat conformare. Vnde falsò vel impropriè Syluester verbo lex, quæſt. 14. Caiet. quæſt. 96. a. 3. ad 3. Med. & Valen. ibi Sayr. lib. 3. cap. 4. num. 13. Vaz. & alij principem in ſuis legibus poſſe ſecum veluti cum ſubdito diſpenſare. Iam enim ſuperiùs oſtendimus, principem ſua lege non obligari directè, ſed iure naturali ſuppoſita ſua lege. Rectè autem Syl. verbo Simonia, q. 4. & Sotus. 9. iuſt. quæſt. 5. a. 2. docent

Digitized by Google

*Papa nõ poteſt in Simoniam lege humana prohibitã incurrere.*

cent Papam, non poſſe in Simoniam iuris humani incurrere: nam præceptum generale naturæ de ſeruanda propria lege naturæ, nõ ponit actum principis in eadem ſpecie, in qua eſſet actus ſubditi, qui directè ſubditur legi principis, quæ ſpecialiter pertinet ad materiam talis virtutis, & vitij, & ideò in ea ſpecie vitij violationem legis humanæ conſtituit. Vnde non ſatis conſequenter ad ſua ſuperiora dicta Leonardus cum Vict. relect. de Simo. num. 39. docuit, Papam poſſe eſſe Simoniacum Simonia iuris humani, & principẽ, ſi abſque cauſa non ſeruet ſuam legem peccaturum pro conditione materiæ, & virtutis præceptæ, vt ſi non ieiunet tempore quadrageſimæ, peccaturum contra temperantiam: ſi non ſeruet diem feſtum, contra religionem.

22 Confirmatur noſtra ſententia de obligatione tantùm indirecta, ex Baldo. l. 2. C. de ſeruit. num. 40. & Decio cap. 1. de conſti. lectura 1. num. 15. dicentibus, principem obligari ad ſeruandam ſuã legem; non ex ipſa lege, ſed ex diſcurſu rationis, & æquitate: idem tenet Felin. c. 1. de conſt. nu. 30. & 31. & ait eſſe clarum ex l. princeps, ff. de legib. citat etiam Cardinalem conſil. 2. incip. circa ſtatutum, & Bald. l. 2. C. de ſeruitute, & à qua, colla. 10. vnde idem Baldus cap. filij ſi de feu. ſuc. contro. inter do. & agna. ait, ſi Imperator legitimat ſpurium ſtante legitimo, non habere prę oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis. Et Felin. loco cit. num. 34. & ſequẽtib. refert Ioan. Andr. Pan. Domin. Imol. Aſtenſe. Anto. de Butrio, aſſerentes, Papam nullo iure humano obligari, nec teneri confiteri ſemel in anno ex neceſſitate propter cap. omnis vtriúſque ſexus, ſed ex quadam decentia æquitatis, & rationis naturalis. Sayrus etiam tom. 1. lib. 3. cap. 4. à nu. 4. ait, leges principis vt ab ipſo ſunt, ipſum non obligare, ſed tantùm ratione cuiuſdam æquitatis & honeſtatis.

*Princeps obligatur ad ſeruandam ſuam legem ex diſcurſu rationis*

An verò princeps ſaltem ex ſimili decentia
23 æquitatis, teneatur ſeruare ſtatuta, ſeu leges municipales prouinciarum ſibi ſubiectarum, ſaltem quando in illis moratur, vel peregrinatur? videtur enim teneri ob vniformitatem morum, & vitationem ſcandali. Reſpondeo, tunc non teneri: eſt communis ſententia ex Felino cap. 1. de conſtit. num. 30. referente Cardinalem. conſil. 2. citato, idem tenet Tiraquellus alios referens de vtroq. retractu lib. 1. gloſſ. 1. §. 13. num. 38. Suarez opuſculo de legib.

*Dub. Princeps an teneatur ſeruare leges municipales,*

Probatur, quia talia ſtatuta lata ſunt ab inferiori: ergo nec de æquitate poſſunt principem obligare. Qua etiam ratione dicunt communiter Canoniſtæ, Legatum Pontificis, dum eſt in aliquo epiſcopatu, non obligari peculiaribus legibus illius. Imò addit Tiraquellus ſuprà cum aliis, licèt tale ſtatutum particulare approbatum ſit ab ipſo principe, non obligare illum. Ratio eſſe poteſt, quia non approbat illud pro tota ſua Repub. ſed pro determinato loco: ideò nulla ratio obligat caput totius Reip. vt illi ſubdatur. Quod limitat Suarez, niſi talis locus ſit propria habitatio ipſius, vt Roma reſpectu Papæ, Curia reſpectu Regis: nam quæ ibi generaliter ſeruanda ſtatuuntur, non tantùm ab inferioribus, ſed etiam per ſupremam poteſtatem principis fiunt, & ita eum obligare videntur, quia in eis procedunt omnes rationes, quæ in legibus communibus: & quia ſpeciali ratione

A ſe habet tanquam ciuis, & membrum eius loci. Ex vi autem legum poſitiuarum, nulla eſt obligatio in principe ſupremo, ad ſuas vel ſuorum prædeceſſorum leges ſeruandas: rectè enim Iuſtinianus auth. de conſulibus non longè à fine collat. 4. imperatori, dixit, *Deus & leges ipſas ſubiecit.* Iulius Cæſar leges ſanxit, *quibus etiam reges obtemperarent,* vt refert Cornel. Tacit. 3. annal. cap. 5. quibus legibus, ſenatu ita decernente, primus omniũ Auguſtus Cæſar, deinde alij Imperatores penitus ſoluti ſunt, vt conſtat ex Dione lib. 83. hiſtor. Rom. dicente, Aliud porrò quoddam ius habent, nulli vnquam Romano apertè & in omnibus rebus conceſsũ: legibus enim ſoluti ſunt Imperatores, &c. & in epitome, quam ex multis libris Dionis compoſuit lib. 53. ait, in vrbe ſibi vſurpauerunt Imperatores, quod anteà ciuium Romanorum datum eſt nemini, vt ſoluti legibus eſſe dicantur, hoc eſt (inquit ille author) omnis legis neceſſitate liberati, neque iis quę ſcripta ſunt, ſubiecti. Itaque dempta nominis acerbitate regiam obtinent poteſtatem, & nonnullis interiectis, Senatus Cæſarem (Auguſtum) à quo magno honore afficiebatur cõmunicato ſæpè rerum agendarũ conſilio, mutuò colebat, cumque vt Imperatorem decreto liberauit omnibus legum vinculis: vt ea quæ vellet, faceret, & ab iis, quæ nollet, abſti-
C neret. Ex quibus auctoribus patet, Imperatori Regiam poteſtatem datã, nimirũ qualem Reges ante Seruium Tullũ habebãt, vt illi ſatis inſinuãt, & Auguſtinus 3. ciuit. cap. 21. dicens, Auguſtum Cæſarem ad regale arbitrium cuncta reuocaſſe, & Onuphrius Panuinus 1. Romanorum principum affirmans, illis hoc ſingulare, & ante nemini Ducum conceſſum eſt, vt ipſi legibus omnibus ſoluti eſſent: qua ratione regiam omninò poteſtatem habent, odioſo nomine expuncto, &c. quæ ferè omnia repetit commentario in 2. faſtorum, & Antonius Auguſtinus lib. de legibus, cum de lege Cornelia, & ſoluto legibus diſſerit, & de lege Regia, qua à Senatu, P. Q. R. omnis poteſtas & Im-
D perium ad Remp. gubernandam in Imperatorem tranſlatum eſt. Quamobrem (inquit Ant. Auguſtinus) ſoluti dicuntur ab Vlpiano lib. 13. ad legem Iuliã & Papiã, cuius ſententia refertur l. princeps, ff. de legib. Vnde inde Mend. 1. de pactis, cap. 5. numer. 31. reſtrinxit hanc legem Princeps ad leges Papiam, & Iuliam, quem meritò Vazquez ſuppreſſo nomine reiecit, vt in ſecunda opinione retulimus, conſentit nobis Alciatus libello de Magiſtratuum ciuilium officiis, & alij plures in dict. l. princeps, lege etiam Imperij ſolemnibus iuris Imperatorem ſolutum eſſe conſtat, l. ex imperfecto, C. de teſtam. Vlpianus ergo ſuprà ex generali illa propoſitione, princeps legibus ſo-
E lutus eſt, oſtendere voluit ſolutionem à lege Iulia, & Papia.

Nec refert, quod pro ſe adducit Mendoza num. 24
52. Imperatores nonnullis legibus ſolutos nõ eſſe: lege enim, qua interdictum erat abſentes conſules creari, Iulius Cæſar ſe ſolui rogauit à ſenatu, vt refert Appian. 2. libr. de bellis ciuilibus, lege etiam Falcidia ſolutos non eſſe conſtat ex l. 4. C. ad legem Falcidiã, nec lege Glicia, quæ de inofficioſis teſtamentis loquebatur, vt conſtat ex l. Papinianus §. ſi imperator ff. de inoffic. teſtam. iuncta inſcriptione legis 4. ff. eod. ti. quæ eſt ad l. Gliciam: Nam ſoluti erant lege Voconia, qua definitum erat ne

*A quibus legibus impera-tores ſoluti nõ fuerint.*

qui

Digitized by Google

qui cenſus eſſet, mulierem etiam vnicam filiam, hæredem faceret, vt conſtat ex Auguſtino ſup. & Alexandro 6. dierum genial. cap. 15. & Antonio, Auguſtino libr. de legibus: cùm de Vaconia lege diſſerit, cenſus appellabatur, qui millia nummorum profeſſione detuliſſet, vt Alexander, & Antonius Auguſtinus ſuprà tradiderunt. Hac igitur lege Auguſtum Cæſarē à Senatu ſe ſolui rogaſſe ex Dione affirmat Mendoza ſuprà, quæ omnia non referunt, tum quia cùm Iulius Cæſar ſolui ſe lege illa à Senatu rogauit, rem Romanam adeptus non erat, vt patet ex Suetonio in Iulio Cæſare cap. 26. ex ipſo Iulio Cæſare 1. commentariorum de bello ciuili. Tum quia Falcidia, ex legatis principi relictis, voluntate principum detrahebatur. Alexander enim l. 4. C. ad legem falcidiam, inquit, *in legatis principi datis legem falcidiam locum habere meritò Diuo Adriano placuit. Principum etiam voluntate factum eſt, vt inofficioſum dici poſſet teſtamentum, in quo imperator hæres ſit inſtitutus*: Vlpianus enim in d. l. Papinianus §. ſi imperator ff. de inoffic. teſtam. ait, *ſi imperator ſit hæres inſtitutus, poſſe inofficioſum dici teſtamentum, ſæpiſſimè reſcriptum eſt*. Nec enim opus erat principis reſcripto, ſi res illa certis legibus, quibus imperator teneretur, definita erat, vt ex ipſa voce, reſcriptum, & ex iis quæ Mendoza ſup. num. 15. docet, perſpicuum eſt, cùm enim, inquit Mendoza, grauia negotia, & obſcura ad magiſtratus abſentes deferebantur, conſulebant principes per literas, & principes etiam per literas reſpondebant, &c. nec video cur Mendoza pro ſe referat illum §. ſi imperator ad l. Gliciam de inoffic. teſta. cùm non hæredem ſcriptum, ſed teſtatorem deuinciant leges, quæ de condendis teſtamentis latæ ſunt, & lex Glicia ne verbum quidem dicat de inoffic. teſtamento, in quo imperator hæres inſtitutus eſt, vt ex l. 4. ff. de inoffic. teſtam. patet. Nullo enim alio in loco illius legis mentio fit, vt ait Anton. Auguſtinus ſuprà, legem Gliciam explanans. Denique quod Auguſtus lege Vaconia, & alij Imperatores aliis legibus ſolui ſe à Senatu petierint, apud ſolùm Mendozam legi. Legi quidem apud Dionem lib. 56. Hiſto. Romanæ ex Beſſe Tiberium, ex Triente Liuiam ab Auguſto hæredes inſtitutos: nam Auguſtus (inquit Dio) vt ſuorum quoque aliqua bonorū pars ad Liuiam peruenire poſſet, à Senatu petiuerat, vt tantùm etiam præter legum præſcripta, legare ei poſſet: de Auguſto ait Dionyſius, cūque lege voconia mulieribus prohibetur, ne qua maiorem cētum millibus numûm hæreditatem poſſet adire, ea quoque lege quaſdam ſoluit. Cauſam explicat Couar. 1. pract. cap. 1. num. 3. dicens, Cæſares, vt veteres Reip. Romanæ imaginem referrent, & ne viderentur imperium inuito populo obtinere, magiſtratus ſæpiſſimè petebant, qui plebis electione obtinebantur, tametſi omnia fierent libero Cæſarum arbitrio. Couatruuiæ conſonat Dion libr. 53. dicens. *Hac igitur ſingula cùm legibus fuerint ſtabilita, in Reip. inſtitutione, quæ penes populum, & ſumma rerum imperatores cum ipſis nominibus ſibi ſumunt, vt nihil ſibi à ſubditis habere viderentur*, & Corn. Tacit. 1. annalium cap. 4. de Tiberio ait, *At Germano Cæſar proconſulare imperium petiuit*, & lib. 3. cap. 12. mittit literas ad Senatum, quibus poteſtatem tribunitiam Druſo petebat, cùm tamen ex eodem Cornelio conſtet Tiberium re Romana potiri: nā

Inofficioſum teſtamentum dicitur, in quo Imperator hæres eſt inſtitutus.

A illo c. 4. ait, *Tum ſecundò è cāpo comitia ad patres trāſlata ſunt: nā ad eum diem, etſi potiſſima arbitrio Principis: quadā tamen ſtudiis tribunūm fiebant, neque populus ademptum ius quæſtus eſt.* Eadem etiam ratione cum noui Imperatores creabātur, Senatus eos legibus ſoluebat ipſis petentibus Imperatoribus à Senatu veteris auctoritatis retinendę ſtudio commoto: vt quàm ipſi Imperatores armis occuparāt, aut prædeceſſoris Imperatoris voluntate, vel militum electione, & arbitrio ſupremam in Remp. poteſtatem habebant, Senatus auctoritate, & conſenſu habere viderentur. Hoc enim conſtat ex Corn. Tacito: de Veſpaſiano enim in imperatorem electo lib. 4. cap. 1. ait. *At Romæ ſenatus cuncta* B *principibus ſolita Veſpaſiano decernit.* Quæ verò ſint principibus ſolita, & Veſpaſiano decreta, liquet ex fragmento acephalo illius Senatusconſulti, quod in tabula ærea inciſum Romæ tunc primum inuentum eſt in Baſilica Lateranenſi affixum, nunc autem in Capitolio ſtat, & ad verbum ſcripſit Onuphrius Panuinus 1. Romanorum principum, & commentario in librum 2. faſtorum, Briſo. 2. de formulis antiquis Romanorum, & Anton. Auguſtinus libr. de legibus, regiam legem explanans.

Et quamuis daremus, imperatores antiquis nonnullis Romanorum legibus manſiſſe ſubiectos, quia limitatam poteſtatem acceperint: tamen C ſuis propriis non tenebantur, & principes abſoluti, nullis tenentur, licet ex iure naturæ ſuperiùs declarato teneantur eas ſeruare, & hoc eſt quod vult D. Thom. quæſt. 96. art. 5. in corp. dicens: *eum qui eſt abſolutus à iuriſdictione alicuius, eius legibus non teneri*: ſed princeps in ſe non habet iuriſdictionem, ergo. & ad 3. dicens, quantum ad vim directiuam legis, princeps ſubditur legi propria voluntate, &c. Et quæſt. 93. art. 5. *nullus propriè loquendo ſuis actibus legem imponit*. Et Abul. Matt. 23. quæſt. 24. licet qui condit legem, non teneatur ea, cum par in parem non habeat imperium, & è fortiori idem in ſeipſum: tamen ſi quis condit legem, per quam viuant ſubditi, tenetur ipſe ex quadam D naturali æquitate, & ratione ſecundum eam viuere, & peccat, ſi contra agat ſine cauſa. Idem docet Medina quæſt. 95. art. 5. dub. 2. ad 2. Gratian. §. his ita reſpondetur, qui eſt 25. quæſt. 1. poſt. cap. ideō, Bald. l. 2. num. 40. C. de ſeruit. & aqua, Decius cap. 1. num. 53. in 1. lectura de conſt. Couarr. cap. alma p. 1. §. 1. num. 7. & colligitur ex l. ex imperfecto ff. de legatis 3. vbi vtitur verbo Decet, & verbo, Inuerecundum eſt. Idem tenetur dicere Vazquez diſp. 167. cap. 3. numer. 20. dicens, principem non poſſe ſeruare legem ſuam, ex affectu obedientiæ: quia nullum agnoſcit ſuperiorem, à quo præceptum accipiat, quod etiā ſumi poteſt ex cap. quod autem 4. de pœnit. & remiſſ. vbi dicitur à non ſuo E iudice neminem ligari, vel abſolui poſſe, & cā nobis 2. de ſent. excom. vbi dicitur *hac ſententia non niſi ſubditi obligantur*, & ex Ariſtot. 7. polit. cap. 14. dicente, *Quod oporteat, qui in magiſtratu ſunt, differre à ſubditis indubitabile eſt.* Scilicet quia illi tenentur eius præceptis: ipſe verò non: ſicut ergo nemo poteſt ſeipſum baptizare, abſoluere, &c. quia inter dantem, & accipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis cap. fin. de inſtit. cap. debitum de baptiſmo, ita nec ſeipſum legibus obligare. Pontifex verò cum indulgentiarū particeps effici-

DD

Digitized by Google

tur, nullam in ſe iuriſdictionem exercet, ſed ex theſauro Eccleſiæ eam ſibi partem applicat, quam aliis iuſta de cauſa elargitur, nec propriè ſecum in lege diſpenſat, quia in diuinis cum nullo diſpenſare poteſt, ſub humanis verò non includitur: in votis verò diſpenſat etiam ſe cum auctoritate Dei cedens iuri, quod Deus ex voto acquiſiuit.

*Præceptum particulare princeps non poteſt ſibi imponere.*

Deinde præceptum particulare non poteſt princeps ſibi imponere: ergo nec generale, quod eſt lex. Par in parem non habet imperium, l. ille, à quo §. intempeſtiuum, ff. ad Trebellianum, & capitulo innotuit, de election. ſed princeps non eſt ſuperior ſeipſo: ſed par, vel idem: ergo non poteſt imponere ſibi legem, aut propria lege obligari. Vnde Corraſius lib. 2. miſcellanearum iuris ciuilis, cap. 25. docet duo: primum eſt, principem teneri lege naturæ, iuſtitiæ, & honeſtatis, quocirca infamem, & impuram eſſe vocem Iuliæ nouercæ Antonini Caracallæ, quæ cùm eſſet pulcherrima, & quaſi per negligentiam ſe maxima corporis parte nudaſſet, dixit illi Antoninus, vellem, ſi liceret. Cui illa reſpondit, *ſi libet, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere?* Et melius Platonẽ dixiſſe, 4. de Rep. ſe videre, interitum ei Reipub. paratum, in qua non lex principi, & magiſtratui: ſed legi princeps, ac magiſtratus præeſſet: ſalutem verò illi; vbi lex ſeruiẽtibus magiſtratibus dominatur.

*Quis principis princeps eſt niſi lex?*

Oportet enim legem, vt Chryſippus dicebat, omnium ducem & principem eſſe. Et quis principi princeps erit, niſi lex, vt inquit Plutar. quæ omnium regina eſt, mortalium, & immortalium, vt ait Pindarus: & eſt inuentum deorum, l. 2. ff. de legib. quorum decretis princeps ſolutus non eſt. cap. cum inferior de maior. & obed. nec legibus naturæ, iuſtitiæ, & honneſtatis, l. 1. §. 1. ff. de rebus eorum qui ſub tutela ſunt: ideò Baldus, l. 2. C. de ſeruit. & aqua, dixit, *quantumuis princeps ſolutum ſe legibus dicat: rationis tamen naturalis dictamine tenetur, & obſtringitur: cum ius naturale potentius ſit quàm principatus, aut imperium*, Bald. cap. 1. §. fin. qui feuda. poſſ. Qua etiam ratione conſtat, principem lege conuentionis, & contractus obligari, Bald. l. 1. ff. de conſt. princ. quando nihil magis ſit naturale, & congruum fidei humanæ, quàm pacta ſeruare, l. 1. ff. de pactis: & nihil ſit quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe, cap. inter Claras, C. de ſum. Trin. Secundò ait Corraſius, principem legibus ab alio conditis non teneri, cum par in parem imperium non habeat, l. nam & magiſtratus, ff. de arbit. cap. innotuit, de elect. nec legibus à ſeipſo promulgatis, cùm nemo poſſit ſibi legem imperare, l. pen. ff. de arbit. aut legem talem imponere, à qua non liceat recedere, l. ſi quis in princip. ff. de lega. 3. vnde nec teneri ſolemnitatibus, nam hæ ab illo, vel eius prædeceſſoribus inſtitutæ ſunt. Patet ex l. omnium, C. de teſtam. legibus itaque ſolemnitatis ſolutus eſt princeps, veluti ne teſtando ad teſtamentariam, iudicando ad iudiciariam aſtringatur, l. ex imperfecto, C. de teſtam. cùm eius præſentia ſuppleat omnes ſolemnitates, l. omnium, C. de teſtam.

25 Vnde deceptus fuit Ferdinandus de Mendoza 1. de pactis, cap. 5. à num. 4. qui quamuis fateatur, eſſe ſententiam omnium Theologorum, & iuriſperitorum, principem non eſſe ſuis legibus ſubiectum quoad pœnam; ipſe tamen ait eſſe illis ſubiectum quoad culpam, & pœnam ex pacto inito cum Rep. quod ſuaderi poteſt ex mutuo iuramento, quod Rex, & regnum ſibi præſtant:

*Reges iurare apud omnes natione more comparatum eſt.*

& quidem reges iurare apud omnes nationes more comparatum videmus, vt de veteribus Hebræorum regibus docet Abulenſis 1. Reg. 10. queſt. 3. & de Græcis ex Platone colligitur dial. 3. de legib. non longe à medio, de Lacedemonibus hoc ipſũ docet Stobæus ſer. 44. de legibus, dicens: *Rex ante ſuſceptum imperium iurat, imperaturum ſe iuxta ciuitatis leges.* de Romanis Plinius in Panegyrico ad Traianum: de antiquiſſimis Hiſpaniæ Regibus, Conſil. Toletanum 8. cap. 20. quod & noſtra tempeſtate ſeruatur: propter contractum autem inter Regẽ & regnum lex à Licophronte ſophiſta apud Ariſt. 3. polit. cap. 6. pactio appellatur, & fideiuſſor inuicem iuſtorum, & apud Platonem in Crito Socrates non ſemel inter Reip. ciues & Reges latas, conuentiones, pactioneſq; initas eſſe pronuntiat, & Papinian. l. 1. ff. de leg. legem appellat, communem Reip. ſponſionem: quod etiam ex Demoſthene Martianus ait, l. 2. ff. eodem. Cum igitur ex pacto, & iuramento naturalis oriatur obligatio, l. fin. ff. de liber. cauſa, l. vt iuriſiurandi, & l. ſi quando, ff. de operis libertorum: & fusè oſtendit Mendoza ſup. cap. 4. num. 16. Rex conuentionem iureiurando firmatam non ſeruans, compelli poterit, cum in eo euentu Regnum in Regem iuriſdictionẽ habeat, & maiorẽ poteſtatem, Nec planè otioſa hæc poteſtas in Rep. eſt, cum & ea Lacedemones aduerſus ſuũ Regem Archidamũ vſos fuiſſe Plutar. ſcribat lib. de liberis educand. & Romanos aduerſus Tarquinium ſuperbum Regem, & aduerſus Domitianum Imper. vt ait diuus Thomas epiſt. 20. de regimine principum libſo primo, capite ſexto, & aduerſus Alphonſum Hiſpaniæ Regem cognomento ſapientem eadem poteſtate, violata regni iura Hiſpani vindicarunt: Emanuel Alphonſi frater ſuo, & aliorum procerum nomine publica ſententia in conuentu pronuntiata regno eum priuauit, vt teſtatur Iurita libro quarto, annalium capite decimoquinto.

Accedit Cuiacius, qui lib. 15. obſeruationum iuris ciuilis cap. 30. ex Hermonopolo veteris iuris collectore lib. 1. epitomes iuris ciuilis titu. 1. ſuppreſſo eius nomine mutuatus, legem illam, princeps, ff. de legibus interpretatur de pœna & coercitione legũ, qua princeps ſolutus eſt: quam interpretationem & alij veteris iuris prudentes reddiderunt, vt teſtatur Mendoza ſup. num. 28. & D. Thom. quæſt. 96. artic. 5. ad 3. Caiet. & alij ibi, Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 7. ergo cum hæc ſolutio principis à coercitione, & pœna legis, ex priuilegio illi conueniat lege regia conceſſo, l. 1. ff. de conſt. princip. quæ lex etiam imperij appellatur, l. ex imperfecto, C. de teſtam. vt Salomonius apud Oroſcium, dict. l. princeps aſſeuerat, efficitur, vt leges principem etiam coerceãt & puniant, niſi à Rep. aliter ſit diſpoſitum.

Sed ad hæc reſpondeo, Reges, cùm iurant ſe regni iura, & leges ſeruaturos, non iurare ſe obſeruaturos proprias, vel prædeceſſorum leges: poſſe ad ſeruandas proprias, vel prædeceſſorum leges ex contractu ſe obligare: imò & ad ſubeundam pœnam, ſi Reip. vel ſuas leges, aut conditiones

Digitized by Google

tiones non ſeruaret, & tunc poſſit à Rep. puniri: quam poteſtatem Reip. Solon conceſſit, vt ſcilicet magiſtratuum malefacta corrigeret, vt ait Ariſt. 2. Pol. cap. 10. *niſi enim* (inquit) *populus hanc habeat poteſtatem ſeruus erit & inimicus*, quam Ariſt. & Solonis ſententiã commendat Abulenſis Exod. 18. quæſt. 9. Alij improbant, tum quia in eo monarchiæ principatu, quem Chriſtus in Eccleſia perfectiſſimum inſtituit, ea poteſtas non eſt. *Prima enim ſedes à nemine iudicatur*. §. nemo. 9. quæſt. 3. cap. nemini. 15. quæſt. 4. nec ideò tamen Eccleſia eſt inimica Pontifici, aut onere ſeruitutis oppreſſa. Tum quia etſi Dauid iniuſtè à Saule rege opprimeretur, quem facile poſſet interimere, id non fecit, 1. reg. 26. dicens, *Quis enim intendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit?* Tũ denique quia ex ea poteſtate innumera ſequerentur incommoda Reip. ipſius: nam obedientia erga principes elangueret, & falſis interdum, atque ementitis delictis innocentem Regem opprimerent. Seditiones, & diſcordiæ inter Regem, & regnum orirentur, & ex ſeditionibus ciuile bellum, quò Reſp. funditus euerteretur, vnde eam poteſtatem Reip. non expedire tenet Abulenſis d. 9. quæſt. 46. &. 1. reg. 15. quæſt. 27. & cap. 28. quæſt. 4.

*Solon conceſſit poteſtatem rep. vt poſſet magiſtratuum malefacta corrigere.*

26 Dices: ſi princeps non poteſt ſuis, aut ſuorum prædeceſſorum legibus directè obligari, quomodo in l. princeps, ff. de legibus ſignificatur eſſe priuilegium cùm dicitur. *Auguſta legibus ſoluta non eſt, principes autem eadem priuilegia illi tribuunt, quæ & ipſi habent.*

*Obiectio.*

*Solutio.*

Reſpondeo. Poteſtatem quam dedit ei Reſp. exemptionem à legibus, quibus olim Imperatores ipſi tenebantur appellari priuilegium: & hoc quod ipſe habet ſine priuilegio propriè dictõ, per priuilegium propriè dictum communicat Auguſtæ, vt nulla lege ligetur. Imò ſi legiſlator ipſam vellet comprehendere in omnibus legibus, iniuriam ei irrogaret, vt ſi continerent aliquid regina indignum: Idem eſt reſpectu procerum, & magnatum, & bene Vazquez: diſp. citata num. 25. ſic interpretatur Ariſt. 3. polit. cap. 9. dicentem, *Excellentes in Rep. potentia, opibus, ac virtute non eſſe cum reliquis connumerandos, & cenſendos, fieret enim illis iniuria, ſi pariter atque alij cenſerentur, cùm ſint vſque adeo ſuperiores ſecundùm virtutem ac ciuilem potentiam. Ex quo*, inquit, *manifeſtum eſt, poſitionem legum neceſſariam eſſe circa æquales genere, & potentia: ſed in illos tales non eſt lex: ipſi enim lex ſunt: etenim ridiculus foret, qui illos legibus ſubijcere conaretur.* Ex quibus Ariſtotelis verbis colligere licet, principem ſuis legibus ſubiectum directè non eſſe, cùm ipſe ſit lex viua & animata reliquorum: & cùm primates paucis legibus debeant eſſe ſubiecti: fit vt ipſe nulli prorſus directè debeat ſubiici, nec poſſit etiam ſi velit. Imò Azor ſupra exponit Ariſt. vt velit legibus non ligari Reges, & Principes, ſed ciues, refellit etiam aſſerentes, ante Veſpaſianum omnes Imperatores fuiſſe legibus ſubiectos, ita vt primus ipſe fuerit, in quem hoc beneficium populus contulerit, vt ſuis legibus ſolueretur, & deinde hoc ipſum tribuere cõſueuiſſe cæteris Imperatoribus iuſtis, & bonis: Nam hoc eſt contra dict. l. Princeps, ſi enim ipſe Imperator ſolo priuilegio eſſet ſolutus legibus non poſſet Auguſtam ipſe ſoluere: nam vnus priuilegiatus non poteſt alterũ priuilegiare. Item quia vt dedu- A ci poteſt ex Dione li. 53. & Strabone li. 15. Auguſtus eo anno, quo M. Antonium vicit, obtinuit vt penitus ſuis legibus ſolutus eſſet. Quod deinde cæteri Imperatores habuerunt, ſiue id Auguſtus ſibi tyrannide aſſumpſerit, ſiue conſenſu Populi, idque meritò cõſtituit Auguſtus, quamuis ex natura rei ſequatur ad maieſtatem principis, vt apertè conſtaret, quo pacto tota Reip. poteſtas in Imperatorem fuerit trãſlata: potuit enim populus hac conditione Regem vel Imperatorem creare, vt legibus ſuis teneatur, ſed non ita cum ipſo aut aliis Regibus aut Imperatoribus Chriſtianis factum eſt, negat etiam Azor principem habere præceptum diuinum poſitiuum ſuas ſer- B uandi leges. Quod verò inquit Ariſto. 3. polit. cap. 7. in fine & D. Thom. ibi. lect. 10. leges in Rep. dominari debere, nihil obeſt prædictis, quia non dicunt debere dominari principi, ſed oportere principem legibus alios gubernare: niſi in caſibus particularibus qui lege comprehendi nequeunt, in quibus princeps à ſeipſo gubernari debet.

*Auguſta quomodo legibus non ſubijciatur.*

*Ante Veſpaſianum Imperatores omnes fuerunt ſubiecti legibus.*

*Solutio tacitæ obiectionis.*

Sed iam de vi coactiua diſtinctiùs, & expreſſiùs diſſeramus omnes doctores initio citati docent, principem ſuis legibus non ſubeſſe, quoad vim coactiuam. Hoc probat Ferdinandus Mendoza. 1. de pactis cap. 5. Primò, quia ſic idem eſſet obligans, & obligatus, referretúrque ad ſeipſum, eſſetque agens, & patiens contra Ariſt. 3. C phy. cap. 8. & lib. 8. cap. 4. tex. 40. & contra l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebellianum. Secundò, quia eo ipſo quòd princeps facit contra ſuam legem, videtur illi derogare per aliam: *nam quod principi placuit, legis habet vigorem*, l. 1. ff. de conſti. princip. Tertiò, obligatio & coactio debet eſſe à maiori, vt in illo, §. tempeſtiuum, & l. nam magiſtratum, ff. de arbitris: ſed princeps non habet ſuperiorem: ergo. Quartò, quia princeps habet dominium bonorum ſubditi, ergo nec violando pactum cum illo initum peccat contra iuſtitiam: Antecedens conſtat, ex l. Lucius Titius, ff. de euict. qua ratione Imperatores dicũtur domini D vniuerſi orbis, l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iactu, & notat Bart. l. 1. §. per hanc actionem, nu. 2. ff. de reiuendic. Bald. Ang. Alberic. Salicetus, Iaſon, & reliqui, l. à Zenone ibi: *Cum omnia principis eſſe intelligantur*, C. de quadrienni præſcript. Conſequentia vero probatur, quia iniuſtitia conſiſtit in alieni vſurpatione, ſecundùm Ariſt. 5. eth. cap. 2. 5. probat ex 1. reg. 8. *ius Regis hoc erit*, &c. 6. quia *principem ſolutũ eſſe legibus*, ait Vlpi. l. princeps, 31. ff. de legib. Alex. Imper. l. ex imperfecto, C. de teſtam. Iuſtinia, §. fin. ff. quibus modis teſtamenta infirmentur ſecutus Seueri, & Antonini exemplum. Circa has probationes aduerte E primò, etiam probare, quòd princeps nec quoad vim directiuam directè obligetur ſuis legibus & Mendozam quamlibet obligationem directam in conſcientia appellaſſe coactionem: nec omnino impropriè. Deinde in 5. & 6. probat falſò contineri, quòd princeps ſit dominus bonorum ſubditi, & ideo non eſſe contra iuſtitiam, ſi violet pactum cum illis initum. Meliùs Fortunius, l. 1. fol. 2. verſic. tertio noto, & l. ius naturale, fol. 49. ff. de iuſt. & iure docuit principem ad ſeruanda pacta teneri iure naturæ: non autem poſitiuo, quia nullum habet ſuperiorem, & quòd princeps ad ſeruanda pacta teneatur lege naturæ, communi

27 *Princeps quoad vim coactiuam legibus non ſubſunt.*

conſenſu tradidere iuriſp. Cynus, l. Digna vox, C. de legib. Bal. & Paul. Caſt. l. princeps, ff. de legib. Pan. & Ioan. Andr. c. 1. de prob. & probat Azor to. 1. lib. 5. cap. 11. q. 1. nam ciuis cum principe contrahens, iure naturæ obligatur: ſed contractus non poteſt ex vna parte claudicare: ergo. Item relatorum eadem eſt ratio: ergo ſi vnus contrahens obligatur, naturaliter etiã alter. Tertiò, quia tunc princeps potius habet rationem priuati hominis, quàm publici. Benè etiam docet Fortunius ius gentium eſſe poſitiuum: vt & Nauar. cap. ita quorundam, not. 11. num. 12. 13. & 14. quem malè reprehendit Mendoza ſuprà, tenens omne ius gentium eſſe naturale. Sed de hoc ſuprà de diuiſione legum multa diximus contra Mendozam & alios.

28 Loquendo tamen ſtrictiùs de vi coactiua, ſcilicet per pœnas, id ſciendum eſt, etiamſi princeps in conſcientia ſe obligaret lege ſua ad ſubeundam per ſe aliquam pœnam, non fore in rigore coactionem, ſicut nec quando ſe obligat voto, promiſſione, vel iuramento: quia vt patet ex dictis tractat. 3. & ex Philoſophia coactum eſt, quod fit ab extrinſeco, paſſo non conferente vim. Ab aliis etiam cogi non poſſet, quia non poteſt princeps obligare ſe lege ad permittendum, vt in ipſum inferior violentas manus injiceret, vel bona ipſius inuiti occupare, quia id eſſet indecens. Nec æqualis vi alicuius legis id facere poſſet, quoniam non poteſt dare contra ſe vlli iuriſdictionem, ſaltem per legem quæ erga ſolos inferiores vim habet, ipſe autem ſuperiorem non habet, ergo ex vi nullius legis ſuæ, vel ſuperioris cogi poterit. Dices, ad ſummum hac ratione probari nullum eſſe, qui pœnam in principem, dum princeps manet, exequi poſſit, non verò quod ex vi ſui peccati non ſit illi obnoxius, & ideò ſi contingat fieri ſubditum, puniri poſſe, vt generalis alicuius religionis punitur à generali, cùm poſtea fit ſubditus. Reſpondent quidam, legiſlatorem ita eſſe exemptum à vi coactiua ſuæ legis, vt nullomodo ex violatione ipſius reddatur obnoxius pœnę apud homines, ſed tantùm apud Deum, quia ipſe non intendit ſe ipſum ad pœnam obligare, nec obligatur à Rep. ex vi alicuius contractus, vt patet ex præcedentibus, & quia nullum eſt indicium talis conuentionis, neque à Deo, neque à lege naturæ. Sed melius reſpondeo, illum pro ratione culpæ, quam habuit in obſeruanda propria lege puniri poſteà poſſe, non ex vi illius, ſed ex facultate quam ſuperior habet puniendi ſubditos pro delictis, quę admiſerunt etiam cùm ſubditi non erant: quamuis hæc punitio communiter leuis eſſe poterit, quia communiter legiſlator tantùm tenetur ſub veniali, vt diximus, proprias ſeruare leges.

*Legiſlator nõ obligatur propria lege ad pœnam ſubeũdam, donec legiſlator eſt.*

Probatur deinde, legiſlatorem non obligari propria lege, aut alia ad pœnam ſubeundam, dum princeps eſt: nam pœna ex ſe eſt quodammodo violenta, ſeu valde inuoluntaria: indecens autem eſt, ſupremum principem ad rem valde inuoluntariè patiendam, vel faciendam obligari, & talis obligatio communiter eſſet ſuperflua, & fruſtranea, cùm moraliter non poſſit ad executionem perduci, nam ab aliis cogi per ſententiam, aliáve ratione non poteſt, cùm ſuperiorem non habeat: ante ſententiam autem ſicut alij non obligantur communiter, nec obligari poſſunt ad ſolutionẽ pœnæ, multò minùs ipſe. Deinde talis obligatio ad pœnam ſibi inferendam, vel ab alio ſuſtinendam per ſe eſt indecens maieſtati Regi: ergo nullo iure inducitur. Præterea, ad pœnam excõmunicationis omnes docent, neminem propria lege obligari, quia nemo poteſt excommunicari, niſi à ſuperiori, cap. à nobis 1. de ſent. excomm. ſeu ab eo qui poteſt eſſe iudex in ea cauſa, gloſſ. cap. licet canon, verbo executionem de elect. in 6. nullus autem poteſt eſſe iudex in ſua cauſa: ergo nec ſe excommunicare. Sed eadem aut maior ratio eſt de aliis pœnis: ergo nemo poteſt ſua lege ſe obligare ad illas. Deinde vel executio illius pœnæ futura eſſet publicè, vel ſecretè, ſi primum eſſet indecens ſiue princeps ſe puniret, ſiue ab alio puniretur ex obligatione puniendi ſe, vel permittendi punitionem ab alio: ſi verò ſecundum, illa punitio ad exemplum eſſet inutilis, & periculum eſſet in principe illam omittendi: ergo nullo modo ad pœnam violatæ ſuæ legis princeps obligari poteſt, eſtò ad eius obſeruantiam directè poſſet ſe obligare per ipſammet legem.

*Nemo poteſt eſſe iudex in propria cauſa.*

Si objicias, quia vis directiua, ſine coactiua eſt valdè infirma, & inefficax, & propreteà aliqui exiſtimant non poſſe ſeparari, & ſi ſeparentur, directiuam ſolùm obligare ſub veniali: vnde Caietanus tom. 1. op. 25. quæſt. 2. quem ſequitur Sotus 10. iuſt. quæſt. 5. art. vlt. in fine, dicunt, religioſum factum Epiſcopum non peccare mortaliter non ſeruando præcepta religionis, præter tria vota, licet ante Epiſcopatum obligarent ſub mortali. Rationem reddunt, quia iam non obligantur illis præceptis quoad vim coactiuam, ſed directiuam: ergo idem eſſet in præſenti. 29

*Vis directiua ſine coactiua eſt valde infirma.*

Reſpondent aliqui, certum eſſe, vim directiuam aliquando eſſe ſine coactiua reſpectu aliquarum perſonarum: vt patet de legibus ciuilibus reſpectu clericorum, & de ſtatu innocentiæ, in quo poterant homines obligari præceptis, non tamen pœnis, ſæpe etiam lex obligat ad opus, non ad pœnam, & aliquando ad pœnam non ad opus, quia iſti actus ſunt diſtincti & non ſubordinati, & ideò exerceri vnus poteſt ſine alio. Ad efficaciam ergo legis humanæ ſatis eſt, vt vtramque vim regulariter exerceat, vbi ſpecialis ratio exceptionis non interuenit; in præſenti autem interuenit, quia cùm legiſlator, vel ſimpliciter, vel vt talis, non ſit ſubiectus homini, non poteſt, conuenienter ei ſubdi, quoad vim coactiuam, ſatis ergo eſt, quòd apud Deum poſſit, & debeat timere pœnam.

Sed hæc ſolutio non plenè ſatisfacit, quia de clericis quidam dicunt, ſi nõ fuiſſent per poteſtatem Papæ, vel ceſſionem principum ſæcularium, potuiſſe puniri à principibus ipſis ſaltem in temporalibus, & de ſtatu innocentiæ, quamuis eo durante nulla eſſet pœna, tamen ſicut Deus comminatus eſt pœnam pro tempore amiſſę innocentiæ, poſſent principes illam comminari: & ſic per ſeloquendo coniunctæ ſunt vis coactiua, & directiua, licet exercitia earum disiungi poſſint: ergo ſi princeps non poteſt ſua lege obligari ad pœnã, videtur non poſſe obligari ad opus. Item exemplum de Epiſcopo religioſo incertum eſt, & credo eſſe falſum, & religioſum Epiſcopum nullo modo obligari illis ſtatutis directè, ſed tantùm ex quadam decentia, & honeſtate.

*Pœna ſuſceptio non decet ſupremũ principem.*

Vnde reſpondeo ſecundò, non eſſe ſimile de opere, & pœna in principe, quia obligatio ad pœnam

pœnam dedecet principem ſupremum, non verò obligatio ad opus, imò hæc ſi eſt indirecta, maximè ipſum decet, quia ſic aliis exemplum præbet, vt eius iuſtitiam ſuſpiciant, venerentur, & ſeruent: pœnæ autem ſuſceptio, quia indicaret violationem legis propriæ præceſſiſſe, quamuis vna ratione poſſet eſſe ædificationi, tamen alia ratione poſſet eſſe ſcandalo.

30 Ex dictis patet primò, ſi Papa percutiat clericum, non eſſe excommunicatum, & ſi Rex violet legem ſuam, non incurrere infamiam, nec pœnam periurij, Medina quæſt. 96. art. 5. Sayrus, lib. 3. cap. 4. num. 5.

*Papa nõ obligatur ſuis legibus.*

Secundò, ſequitur diſpoſitionem cap. auaritiæ de elect. lib. 6. vbi electus ante confirmationem adminiſtrationi Eccleſiæ ſe ingerens, eo ipſo priuatus eſt iure, ex electione quæſito, Papam non ligare. Gloſſa ibi verbo Eccleſiarum, Ioãnes And. ibi Gomez, reg. de infirmis reſign. quæſt. 5. in prin. Sayrus, illo num. 5. probatur, quia Papa non obligatur legibus ſuis, vel prædeceſſorum quantùm ad pœnam: & quia Papa electus nullius confirmationem expectare tenetur.

Notat autem Sayrus numer. 9. ex Soto 1. iuſt. quæſt. 6. art. 7. Med. 1. 2. quæſt. 96. art. 5. concl. 3. in fine, Alphõ. Viualdus in candela p. 4. cap. 8. num. 58. hanc exceptionem principis à vi coactiua, & pœnis legis ſuæ, non tam eſſe priuilegium, quàm onus; non tam gratiam, quàm conditionem iniquam. Quia ſubditi, qui non ſolùm lucis lege ducuntur, ſed etiam eius pœnis ſtimulantur, duobus ſubſidijs ad virtutem vtuntur, princeps autem altero deſtitutus eſt, dum nullus ſit, qui illum cogere poſſit, aut reprehendere audeat: imò vix vllus, qui veritatem doceat. Ad hoc afferunt illud Prouerb. 21. *ſicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud.* Hoc eſt, cum priuatorum corda ſic in manu Dei ſint, vt per ſuos iuſtitiæ miniſtros ea gubernet, & cogat: cor tamen regis in ſolis Dei manibus poſitum eſt. Vt ſicut ipſe ſolus poſſet ingentem amnem, & rapidum aliorſum diuertere, quàm alueus duxit: ſic ſolus ipſe regem, qui ſuæ mancipatus eſt voluptati, poteſt, vel temperari, vel in aliam mentem conuertere: ſed hic locus apud Ianſenium, & alios meliores habet expoſitiones, quamuis hæc non ſit contemnenda.

*Legiſlator nec alienas tranſgreſſiones propriæ legis in ſe punire debet.*

Sicut autem legiſlator non debet proprias legis propriè tráſgreſſiones in ſe punire; ita nec alienas. Laudo animũ, ſed nõ factũ Zaleuci relatũ à Sayro ſupra nu. 12. & à Valerio Maximo, lib. 6. & Antonino 1. p. hiſto. tit. 3. cap. 13. §. 16. Qui cùm eius filius de adulterio damnatus, lege ita iubente, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris aliquamdiu repugnaret, ad vltimum victus, ne lex ſua violaretur, ſuo primùm, deinde filij eruto oculo, vſum videndi vtriſque reliquit, ac ſe iuſtum legiſlatorem, & miſericordem patrem oſtendere voluit. Laudo etiam animum, ſed non factum Zaleuci, qui Locris leges conſtituens, cùm ſanxiſſet, ne quis armis obſeptus, ſenatum ingrederetur, & ardente bello armatus ſenatum adiiſſet, ſuclamaſſetque quidam: legem ſoluit Zaleucus; conuerſus non ſoluturum quidem, ſed corroboraturum pronuntiauit, moxque gladio ſe ipſum trãſfodiens, vitam abrupit, quæ pœna tranſgredienti ſancita erat.

## SECTIO III.

*Continens multorum dubiorum circa eandem materiam emergentium reſolutionem.*

31 *Dub. 1.*

*An princeps ſua lege ciuiliter obligari poſſit. Prima ſententia affirmans.*

Sed Dubium primum, an Princeps ex ſuis legibus ciuiliter obligetur.

Referunt aliqui duas ſententias iuriſperitorum: prima eſt Decij aſſerẽtis non poſſe obligari ciuiliter, quia hoc denotat vim coactiuam: ſecunda eſt Felini, & Baldi, poſſe ciuiliter obligari, quia ex lege ciuili obligatio orta ciuilis eſt §. 1. inſtit. de excep. quæ (inquit quidam Theologus) ſimpliciter mihi placet, quamuis poſſet eſſe æquiuocatio, nam obligatio ciuilis interdum eſt obligatio in conſcientia: vocatur autem ciuilis, quia non oritur ex ſola lege naturali, ſed adiuncta ciuili, verbi gratia, ſi ex contractu cum minori inito non acquiritur dominium ratione legis ciuilis, tenetur quis in conſcientia rem reſtituere, illa verò obligatio non eſt ex ſola natura rei: ſed ex ciuili lege; ideò ciuilis dici poteſt. Idem videre licet in præſcriptionibus. Alio modo dici poteſt obligatio ciuilis, ex qua naſcitur actio in foro ciuili contra debitorem: quomodo dicunt Iuriſperiti ex ſtipulationibus, & aliis contractibus oriri obligationem naturalem, & non ciuilem. Priori modo dicunt, principem ſine dubio obligari ciuiliter, quia tenetur in conſcientia ſtare contractui habenti vim, & valorem ex adminiculo iuris ciuilis. Vnde non poteſt ab alio iuſtè auferre rem legitimè præſcriptam iure ciuili, etiamſi anteà fuiſſet ipſiuſmet principis; quia totum hoc naſcitur ex vi directiua legis: quæ in ipſummet principem cadit. De poſteriori autem modo, ſubdiſtinguunt: nam ſi actio in iudicio tendat ad cogendum verè debitorẽ; ſic non poteſt dari aduerſus principem, & ſic dici debet non poſſe obligari ciuiliter. Si verò ſolùm tendat eò, vt per iudicis ſententiam declaretur ius creditoris aduerſus principem, vt iuridicè conſtet ipſum teneri ad ſeruandum illud, nec poſſe ſine iniuſtitia, & tyrannide illud negare: ſic dari poteſt actio contra principem, ita vt in conſcientia teneatur illã admittere: atque hoc etiam ſenſu ciuiliter obligatur ſine coactione. Hæc vera ſunt, modò intelligatur, ex nulla lege ciuili, ſeu humana poſſe directè in conſcientia ſupremum Principem obligari: ſi tamen lex ſit confirmatoria, vel declaratoria iuris diuini, obligabitur ad id, quod in ea præſcribitur, non ex vi legis humanę, ſed ex vi iuris diuini naturalis, vel poſitiui adiuncti. Vide Tiraquellum de vtroque retractu libr. 1. glo. 2. §. 13. num. 39.

*Generales ordinũ tenentur ſuis legibus de iure.*

Vnde intelliges reſolutionem illius quæſtionis, an generalis religionis alicuius teneatur ſuis legibus, quoad vim directiuam, & coactiuam. Reſpondet Emanuel, tom. 1. regul. quæſt. 58. art. 3. teneri ſuis legibus quoad vim directiuam, & hoc ſufficere, vt ad arbitrium iudicis aliqua pœna aſſignetur, quia ex ipſorum obſeruantia pendet obſeruantia aliorum, & reformatio ordinis, & quia ſicut princeps hæres inſtitutus adeundo hæreditatem obligatur omnibus oneribus hæreditariis iuxta l. 1. & 2. ff. de offi. procur. Cæſaris, & hæc obligatio eſt ciuilis l. hæres inſt. ff. de oblig. quæ ex quaſi contract. Fulgos. l. digna vox num. 7. C. de legib. Areti. cap. 1. num. 3. & ibi Felin. num. 1. de prob. ita etiam generales ordinum huiuſmodi conſtitutionibus aſſenſum, & confirmationem præbentes, &

ipſis vim præcepti addentes, videntur ex quaſi contractu ad earum obſeruationem obligari, ita vt in eis deficiẽtes poſſint pœna arbitraria puniri: ſed dico, ſi abſque ſcandalo proprias, vel aliorum generalium leges transgreſſi ſunt, non poſſe grauiter puniri, quia leuiter tantùm peccauerunt, neque vllum pactum fecerunt de ſuis legibus ſeruandis: nec propriè ex illis teneri ciuiliter, quamuis princeps ex pacto poſſit ciuiliter obligari, modo à nobis explicato.

*Dub. 2.*

32 Dubium ſecundum: An princeps ſubdatur ſuæ legi irritanti.

*Irritatio purè pœnalis quæ ſit.*

Reſpondeo, irritatio aliquando eſt propriè, & purè pœnalis, quæ ſolùm in pœnam ſit, vt quando ſimoniacus per ſuum contractum nihil operatur, vel beneficiatius non facit fructus ſuos, quia non recitauit officium; & tunc non comprehendit principem, vt tenet Suarez in op. de legibus, rationem reddens, quia princeps non tenetur ſuis legibus, quoad vim cogentem pœnis. Aliquando verò irritatio eſt per ſe intenta propter honeſtatem morum, vt ſolemnitas teſtamenti requiritur ad valorem eius, vt ſecuriùs ſeruetur iuſtitia, & tunc, inquit Suarez, lex irritans comprehendit Principem, niſi expreſsè derogetur, vel diſpenſetur.

Sed alia diſtinctione opus eſt, nam ſi lex irritans, vel comparatur ad actum Principis, vel cum ipſo contrahentis, vel ad actum alterius non contrahẽtis cũ Principe: primo modo nulla lex irritans operatur circa principẽ, irritando actus ipſius, vel contrahẽtis cũ ipſo, ſiue irritatio ſit pœna, ſiue nõ: quia eo ipſo, quòd princeps vult celebrare aliquẽ cõtractum, qui alioqui eſſet ſua lege irritus, vult à lege nõ irritari, & derogat ſuæ legi erga ſe, & erga contrahentẽ cũ ipſo, quia contractus nõ debet claudicare, & valere ex vna parte, & non ex alia: vnde rectè Leonardus 2. de iuſt. c. 35. dub. 5. contra Adrianum, quodlib. 9. & Ioannem Andream ab Adriano citatum, tenet eum, qui cum Papa celebrauit contractum aliàs ſimoniacum iure poſitiuo, non incurrere pœnas latas contra tales ſimoniacos (quarum vna eſt irritatio contractus) quia eo ipſo, quòd Papa cupit cum aliquo contrahere, cenſetur illũ eximere à lege quantũ poteſt: nõ enim credibile eſt, quòd velit illũ punire pro opere, ad quod inuitat, vel certè in quod conſentit: ſic enim ſeipſum condemnaret. Idem dicit de Epiſcopo, qui ludum aleæ ſub excommunicatione vetuit, & poſteà alium ad ludum ſecum inuitat: eiuſdem ſententiæ eſt Sotus 9. iuſt. quæſt. 5. art. 2. Syluester Simonia quæſt. 4. Paludanus 4. d. 25. quæſt. 4. art. 1. conc. 3. Couarruuias reg. peccatum p. 2. §. 8. num. 9. vnde infert Leonardus, talem ſimoniacum, non teneri ad renuntiandum beneficium emptum, ſeu contractu ſimoniaco obtentum à Papa. De hoc caſu ludẽtis cum Epiſcopo, habes in alio dub. 4. Si verò lex irritat actum factum ab alio, ſine cooperatione principis, irritatio habet locum, etiam ſi actus circa principem, & in eius fauorem verſetur, vt ſi quis ex teſtamento minus ſolemni hæredem, vel legatarium ipſum conſtituat, teſtamentum eſt irritum, ac ſi fieret circa perſonam priuatam. At hoc non eſt propriè, & directè principem ſubdi legi ſuæ, ſed alios.

*Contractus nõ debet claudicare, & valere ex vna parte, & non ex alia.*

*Dub. 3.*

33 Dubium tertium: An Epiſcopi, & cæteri Eccleſiarum antiſtites ſtatutis à ſe conditis alligentur.

Prima opinio, alligari quoad culpam, non

A quoad pœnã: vt ſi ſtatuto interdicit Epiſcopus clericis aleæ ludum ſub excommunicatione lata, & ipſe poſtea ludit, peccat, ſed non incurrit excommunicationem: pro hac ſententia aliquos refert Ioannes Andreas cap. cui licet, de regul. iur. in 6. & videntur intelligere de directa obligatione. Probant primò, quia de ſolo ſupremo principe dicit ius ciuile, eſſe ſuis legibus ſolutum. Secundò, quia iure communi inſtitutum eſt, vt inferiores præfecti, & magiſtratus ſuis ſtatutis alligentur. Tertiò, quia Epiſcopus ſtatutum condit, quatenus perſonam publicam gerit, at verò vt priuatus homo, vnà cum cæteris ſuo ſtatuto tenetur.

*Epiſcopus alligatur ſuis ſtatutis quoad culpam, non quoad pœnam.*

Secunda, & vera opinio eſt Ioann. Andr. ſuprà,
B Azoris tom. 1. lib. 5. cap. 11. quæſt. 2. & communis, non obligari directè ſuis ſtatutis: quia ſicut princeps ſupremus ſuis legibus eſt ſolutus, eo quod nemo ſibi ipſi, vel pari poſſit imperari, ita Epiſcopus, maximè cum nullo præcepto ſuperioris teneatur, ſua ſtatuta ſeruare: nullibi enim extat tale præceptum, quamuis ex quadam rationis naturali æquitate, & honeſtate ſeruare illa debeat, non ita tamen, vt ſi non ſeruet, graue peccatum contrahat, vt docet Azor ſuprà, & conſtat ex iis, quæ de ſupremo principe ſect. præced. dictum eſt.

*Nõ obligatur directè.*

Et quod in illo euentu Epiſcopus excommunicationem non incurrat, præter Ioann. Andream, & Azorem ſuprà, tenet Ancaranus cap. 1. de con-
C ſtit. num. 178. & 179. vbi alios refert, Alexander, Iaſon, & alij, l. 1. ff. quod quiſque iuris. Ludouicus Gomez reg. de infirmis reſig. quæſt. 1. in prin. Sayrus lib. 3. cap. 4. num. 5. & facit lex penul. ff. de arb. & ratio eſt, quia excommunicare eſt actus iuriſdictionis, quam nemo in ſeipſum habet.

Dubium tamen quartum: an is, qui tunc ludit cum Epiſcopo excommunicationem incurrat. 34

*Dub. 4. An qui ludit alea cum Epiſcopo excõmunicationem incurrat.*

Quidam affirmant, vt Ioann. And. reg. cui licet, de regul. iur. in 6. Ancaranus cap. 1. de conſt. num. 183. probant ex cap. propoſito animi 32. quæſt. 5. vbi in actu inſeperabili vnus peccat, alter non: vnus punitur, & alter non, vt patet de eo qui committit adulterium per vim, patiens enim vim
D non peccat: & ibi gloſſa verbo *vnus commiſit*, affert aliud exemplum de eo, qui committit Simoniam, altera parte ignorante. Et idem patet in actu electionis, vbi qui eligunt ſcienter indignum, puniuntur, ſed non ignorantes, cap. ſcriptũ, de electione in 6. cap. ſi aſſecuius, eod. tit. & lib. & cap. ſi compromiſſarius eodem tit. in 6. Limitant iſti, niſi Epiſcopus ſuſpendat effectum ſuæ conſtitutionis. Addunt Ioannes And. & Ancaranus, quòd licet præfatus Epiſcopus ludens cum alio, non ligetur ſententia ſui ſtatuti: ex participio tamen cum illo tertio in crimine crimınoſo ligatur ſententia iuris; quamuis iſta ſententia occaſionaliter cauſetur à ſtatuto, vt colligitur ex cap. nuper de
E ſent. excom. vbi Innoc. & alij: hanc ſententiam ſequitur Sayrus, lib. 3. cap. 4. num. 6.

Alij apud Ioannem Andream ſuprà, contrariam ſententiam ſequuntur, quia exemptio vni conceſſa extenditur ad ſocium, arg. cap. licet de priuileg. in 6. quia actus iſte ludẽdi inter duos eſt indiuiduus; ſed in indiuiduis victoria vnius prodeſt alteri C. ſi vnus ex pluribus l. 2. & 3. ergo.

Sententiæ vtriuſque rationes, ſimiles ſunt. Secunda tamen tenenda eſt, quia eo ipſo, quod Epiſcopus alium ad ludendum inuitat, vel admittit, cenſetur cum ipſo diſpenſare, ſicut Papa contrahens

*Opinio ſecũda tenenda eſt.*

trahens cum alio in caſu aliàs ſimoniaco de iure humano, & de vtroque exemplo dictum eſt dub. 2.

35 Dubium quintum: an mandans alicui legato, vt excommunicet omnes, qui non ſoluerant procurationem ſuam, an dictus mandatarius, qui non ſoluit procurationem legati, excommunicare debeat, aut poſſit, ſeipſum.

*Dub. 5.*

De hoc latè Calderinus, & Ancaranus capit. 1. de conſtitutione numer. 184. & ſequentibus, & rectè dicunt, nec debere, nec poſſe: quamuis enim in illo vniuerſali mandato Mandatarius ipſe de virtute ſermonis includi videatur, eo quòd ſermones vniuerſales vniuerſaliter videntur intelligi, & qui totum, ſeu omne dicit, nihil excludit, ca. 1. d. 19. & ca. ſunt nonnulli 1. quæſt. 1. Nihilominus tamen ex mente auctoris, quæ verbis præferenda eſt, non includitur; quia non eſt veriſimile, quod mandans voluerit mandatario iniungere, quod ſeipſum occideret, vel quod contingit per excommunicationem ca. per venerabilem, qui filij ſint legitimi: vel quòd tam grauem pœnam ſibi ipſi imponeret, ca. ſacro. de ſent. excomm. nulla enim maior eſt pœna in Eccleſia: nam per eam quis traditur Sathanæ in interitum carnis ca. corripiantur 24. quæſt. 3. ca. audi 11. quæſt. 3. Ad hunc ergo caſum tam durum, & difficilem verba mandantis quantuncumque generalia, non debent extendi, ſed reſtringi ad id, quod ciuiliter fieri poteſt, argu. l. ſi cui, de ſeruit. & notatur in ca. ſcienti de reg. iur. in 6. per Dynum quæſt. de poteſtate, &c. Vnde conſequens eſt, mandatum de excommunicando non ſoluentes, non extendi ad mandatarium. Imò ſi expreſsè illi eſſet mandatum, quod ſeipſum excommunicaret, mandatum eſſet illicitum, & nullum, & ſic verba vniuerſalia hunc caſum illicitum non includunt arg. ca. ad noſtram de iure iur. & ca. 1. eod. tit. in 6. Quod enim expreſsè, & ſpecificè mandari non poteſt, in ſermone generali non venit, arg. ca. dilecto de præb. & ca. tria de decimis. Et denique cùm ſeipſum quis abſoluere non poſſit, ca. quod autem, de pœnit. & remiſſ. multò minùs ſe ligare valebit. Nam fauorabilior eſt abſolutio l. Artianus, de actio. & oblig. Et generaliter non poteſt eſſe, idem agens, & patiens: ergo nec excommunicans, & excommunicatus. Hanc ſententiam tenet etiam Sayrus libr. 3. cap. 4. num 7. qui num. 8. meritò addit, ſi aliquibus præceptum ſit, vt denuntient delinquentes in ſuo territorio, & ipſi ſint de eorum numero, non debere ſe ipſos denuntiare, vt ait Ancaranus ca. 1. de conſtit. num. 190. cum Marchagnano de Arzonitis: nemo enim tenetur ſeipſum prodere, ca. cum non deceat, de ele. in 6. & vitæ ſuæ quiſque debet conſulere l. vt vim, de iuſt. & iure, l. 1. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſci. & facit l. nemini timorem quod metus cauſa. Rectè etiam idem Sayrus num. 9. ait, Si Epiſcopus ſtatutum faciat, annullans omnes alienationes factas de rebus Eccleſiarum, ſine eius licentia, & pœnam apponat: contingat autem capitulum Epiſcopo terrulas aliquas ſine alia licentia vendere, non erit locus ſtatuto, nec eius pœnis, quia Epiſcopus non comprehenditur ſuo ſtatuto: & quia Epiſcopus ſic contrahendo conſenſiſſe, & licentiam dediſſe videtur, Ioa. And. reg. qui tacet, de regul. iur. in 6. Ancaranus ca. 1. de conſt.

*Sermones vniuerſales vniuerſaliter intelliguntur.*

*Quod expreſſè & ſpecificè mandari non poteſt, in ſermone generali nõ venit.*

36 Sextum dubium eſt: An Epiſcopus directè ſubdatur legibus in Synodo Epiſcopali latis.

*Dub. 6.*

Reſpondeo negatiuè, quia illæ ſunt leges propriæ ipſius, vt patebit diſp. 20. ſect. 4. quæſt. 4.

Septimum dubium: An Archiepiſcopus directè ſubdatur legibus Synodi Prouincialis.

*Dub. 7.*

Reſpondeo affirmatiuè ex iis, quæ dicentur diſ. 20. ſect. 4. quæſt. 5.

Octauum dubium: An Auguſta legibus ſoluta ſit.

*Dub. 8.*

Reſpondeo ex Corraſio libr. 2. miſcellaneorum iuris ca. 25. ſolutam non eſſe, l. princeps ff. de legib. & l. 1. C. de cond. & proc. præd. de Auguſt. li. 11. ceſſant quippe in Auguſta rationes, quę tantam dederunt principi auctoritatem, illa præſertim condendæ legis, quæ in ſolo principe locum habet l. fin. C. de legib. Aliis omnibus negata eſt, mulieribus maximè, quæ legibus condendis ne quidem intereſſe poſſunt, l. 1. ff. de legib. imbellis enim ſunt, & inconſtantis animi, vt non immeritò veteres voluerint fœminas à ciuilibus, ſeu publicis officiis remouere, l. 2. ff. de reg. iuris, neque vllo iure viris ſuis, quàm in iis, quæ ad lanificium pertinent, operari. Quamquam aliquando vel principum indulgentia vel moribus receptum ſit, vt mulieres ſceptra regia teneant, pro tribunalique ius dicentes ſedeant. Nam & Anglis morem eſſe, vt fœminæ in regno ſuccedant, regnique adminiſtrationem ſuſcipiant, palam eſt, Ioannamque Siciliæ Reginam, in regali ſolio ſedentem, ſententiamque pro tribunali ferentem, Angelus ſe vidiſſe teſtatur. Et in Reginam Francorum aliquando compromiſſum eſſe, legimus ca. dilecti de arbitr. Abbatiſſamque adminiſtrationem habere, & iuriſdictionem dignitati ſuæ annexam, ſcribitur ca. indemnitatibus, de elect. in 6. Planè licèt Auguſta legibus ſoluta non ſit: princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipſe habet, d. l. princeps, & l. fiſcus §. fin. ff. de iure fiſci. Vnde ſicut princeps, ab omnium vectigalium præſtatione immunis eſt, l. licitatio §. fin. ff. de pub. & donatio ab ea procedens, vel in eam collata non eget inſinuatione, l. ſancimus, cum auth. ſeq. C. de don. Et facta inter Auguſtum, & Auguſtam donatio conſtante matrimonio, rata eſt, l. donationes, quas diuus C. de don. inter virum, & vxo. Quibuſque donatur cubicularij principis priuilegiis, donati quoque intelliguntur, qui apud Auguſtam eodem munere funguntur, l. cubicularios, de præpoſ. ſac. cub. libr. 12. C. Horum omnium ratio eſt, quia ſplendent honore mariti vxores l. fœminę ff. de ſenato l. mulieres de dig. lib. 12. C. Et cùm duo ſint in carne vna, ſociique diuinæ, & humanæ domus dicantur, l. 1. de ritu nup. l. aduerſus C. de crimi. expil. hæred. indignum lex exiſtimauit, marito in altiſſimo honoris gradu collocato, vxoris dignitatem pariter non concreſcere l. ſi libertam C. de nup. Quid enim tam humanum eſt, quàm vt fortuitis caſibus, proſperis, vel aduerſis coniugis participem coniugem fieri l. ſi cum dotem §. Si maritus ff. ſoluto matrimonio. Meritò abſurdum veteres putauerunt, aliquid eſſe, quod non inter virum: & vxorem commune ſit. Quia ratione virum ab vxore, contraque vxorem à viro quicquã accipere vetitum Plutarchus in Problem. ſcribit: Iuriſconſultis tamen in aliam rationem abeuntibus lege 1. ff. de don. inter vir. & vxor. Hactenus Corraſius.

*Auguſta legibus ſoluta nõ eſt.*

*Splendent honore mariti vxores.*

## SECTIO IIII.

*Vtrum peregrini, & aduenæ obligentur legibus, & conſuetudinibus loci, in quo verſantur.*

*1. Con. Peregrinus legibus loci, in quo verſatur quomodo teneatur.*

37 DIco primò, ſi peregrinus eò venerit, vt ibi conſtituat domicilium, ſtatim contracto domicilio tenetur legibus, & conſuetudinibus domicilij circa ieiunia, feſta, & alia huiuſmodi, Leonardus Leſſius 4. de iuſt. cap. 2. dub. 7. bene dicens, in hoc conuenire omnes: ita tenet Medina quæſt. 96. art. 5. in fine, ex quo Sayrus lib. 3. ca. 4. nu. 15. hoc certum eſſe docet Sanchez tom. 1. de matr. lib. 3. diſ. 18. num. 3.

Probatur: Nam hoc ipſo, quod ibi conſtituit, vel contrahit domicilium, deſinit eſſe peregrinus, & forenſis, & fit incola, & pars illius Reip. ac proinde incipit obligari illius legibus, & conſuetudinibus, ſicut alij ciues.

Ad contrahendum autem alicubi domicilium, requiritur, vt incipiat ibi habitare cum animo perpetuò manendi, vt ex communi ſententia Doctorũ docet Sylueſter, verbo domicilium nu. 2. & Sancius 3. de matrim. diſp. 23. ac Leonardus ſuprà.

Vnde ſi venias cum animo manendi ſolùm ad tempus aliquot annorum, vt ſtudioſi ad Academias, non contraxiſti domicilium.

*Ex habitatione decennali præſumitur quis habere domicilium.*

In dubio tamen, an ſtatuerit quis manere perpetuò, præſumitur voluiſſe, ac proinde habere domicilium ex habitatione decennali, vt iidem tradunt.

Quòd ſiquis duobus locis viciſſim habitet cum animo ita perpetuò faciendi, in vtroque domicilium habebit, vt Syl. num. 2. Leonardus, Sancius, & alij docent. Vnde legibus, & conſuetudinibus loci, vbi præſens fuerit, tenebitur.

Domicilium autem ſemel contractum, non amittitur animo recedẽdi: ſed requiritur, vt reipſa deſerat, ita vt non dicatur ibi amplius habitare. Vnde non deſinet obligari, donec reipſa recedat. Sed nota, quòd ſiquis expleuit ieiunium quadrageſimæ, vel aliud, & venerit vbi nondum eſt peractum, vt poteſt cõtingere ratione noui calendarij non vbique recepti (licet ibi conſtituat domicilium) non tenetur de nouo ieiunare, vel à carnibus abſtinere (remoto ſcandalo) quia iam præcepto Eccleſiæ ſatisfecit, Leonard. illo dub. 7. num. 52. idemque ait dicendum de celebratione feſtorum, & communione Paſchali. Imò ſi quis in die feſto loci, ad quem trãsfert domicilium, aſtiterit ſacro, vbi anteà habebat domicilium, ſiue ibi eſſet dies ille feſtus, ſiue non, non oportet iterum in loco noui domicilij ſacro intereſſe: ſufficit eodem die alibi interfuiſſe, ſiue intenderit ſatisfacere præcepto, ſiue non.

*2. Con. Quomodo quis parochianus non conſtituatur.*

Dico ſecundò, etiamſi non conſtituat ibi domicilium: ſed ſolùm cogitet manere per maiorem anni partem, tenetur ſimiliter ieiuniis loci, & aliis conſuetudinibus. Hanc credit Leonardus eſſe communem ſententiam: quia plerique etiam ſtrictiùs loquuntur.

Probatur, quia etſi talis habitatio non eſt ſufficiens ad contrahendum domicilium abſolutè; ſufficit tamen ad domicilium parochiale, & ad contrahendum parœciam, quoad omnia ſacramẽta neceſſaria, vt docet Syl. v. domicilium n. 2. Ang. eodem, & vterq. verbo parochia.

Nam hoc ipſo, quod quis cum tali animo incipit habitare alicubi, fit parochianus illius loci, & ſubiectus illi parœciæ. Quod non ſolùm verum eſt, quoad ſacramenta neceſſaria: ſed ſimpliciter, quoad omnia Eccleſiaſtica, vt confirmationem, matrimonium, ſepulturam, diſpenſationem votorum, &c. Præter ſacramentum ordinis (ſub quo intellige etiam Primam tonſuram) vt cum Sancio illa diſ. 23. & plerique recentioribus, tenet Leon. & confirmat vſus.

*Quæſt. 1. opin. 1. arg.*

38 Sed quid, ſi minore tantùm anni parte ſtatuerit ibi manere, Sancius illa diſp. 18 num. 9. probabilius cenſet non teneri, ſi ſcandalum abſit: & illa in loco domicilij non obligent. Primò, quia tali manſione non contrahitur parœcia, ſeu obligatio ſacramentorum in illo loco percipiendorum: ergo nec obligatio legum, & conſuetudinum loci: non enim videtur eſſe maior ratio in his, quàm in illis. Secundò, quia illæ conſuetudines non obligant ibi habitantes: ſed qui ſolùm minore parte anni, ibi verſatur, non cenſetur ibi habitare: ergò. Maiorem docet Ioann. Medina C. de ieiun. quæſt. 10. quæ eſt de neceſſitate ieiunij dicens, non obligari eos, qui aliunde illuc conueniunt ſine animo habitandi. Idem apertè inſinuat Paludanus 4. d. 15. quæſt. 4. art. 3. Speculator rub. de conſt. nu. 7. Ioan. Andre. additio. ad Speculat. tit. de inſtrum editio. §. compendioſè nu. 16. verbo quæſitum, Archid. referens Hoſtien. dicto cap. illa d. 12. v. ſerua. Ant. 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 2. Syl. v. ieiunium, quæſt. 2. num. 7. & 8. Ledeſ. 2. p. 4. quæſt. 17. art. 3. dicto 3. Bartolom. Medina hîc quæſt. 96. art. 5. circa finem, Sayrus li. 3. c. 4. n. 15. Vega, Angles, Palacius, Rozell. Margar. confeſſorum, & multi alij, quos infrà referam.

Quod confirmatur, quia Epiſcopus loci, & magiſtratus non poſſunt obligare, niſi ſuos ſubditos, qui ſunt ſoli incolæ.

Minor probatur, quia à minore parte non fit denominatio, ſed ſolùm à maiore.

Tertiò, quia hęc ſententia eſt media inter eam, quæ requirit domicilium, quæ eſt nimis laxa: & inter eam, quæ ſolùm tranſitum, vel vnius diei præſentiam, quæ eſt nimis ſtricta: nec commodior terminus videtur poſſe aſſignari: quàm is, qui à Doctoribus aſſignatur ad contrahendam parœciam. Nec obſtat verſiculus ille vulgatus.

*Si fueris Romæ, Romano viuito more.*
*Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.*

*Solutio tacitæ obiectionis.*

Nec illud Amb. quod refert Aug. ep. 118. cap. 2. *Ad quamcumque Eccleſiam veneris, eius morem ſerua.* Quia hæc continent non præceptum, ſed bonum conſilium, ſepoſito ſcandalo, vt ex toto Auguſtini diſcurſu, & gloſ. in ca. illa d. 12 (vbi Aug. refertur) colligitur.

*2. opinio.*

39 Leonardus, ſuprà, hanc ſententiam ait eſſe valde probabilem, & videri omninò veram, ſi ſolùm conditio, & natura talium ſtatutorum conſideretur. Hæc enim per ſe, & vi ſua non poſſunt, niſi ſubditos, & incolas cõſtringere. Vnde idem putat dicendum de vagis, qui nuſquam fixam ſedem habent, quod de peregrinis: nam eadem ratio in illis locum habet: nimirum quia non ſunt incolæ, aut inhabitantes, & Doctores generaliter loquuntur, nec diſtinguunt hoc loco inter peregrinos, & vagos; ſed volunt omnes alienigenas, qui veniunt animo non manendi, non teneri. Ita Paludanus, Antoninus, Syluester, & Ioannes Medina ſuprà.

*Vagi, & peregrini non tenentur ſtatutis Epiſcoporũ loci, in quo ſunt.*

Nec

Nec obſtat, quòd poſſint recipere ſacramenta, vbicumque ſe inueniunt: quia illud eſt priuilegium non obligatio. Ad nullam enim in particulari aſtringuntur parœciam: niſi per maiorem anni partem aliquo loco conſiſtere decreuerint.

Neque abſurdum videri debet, eum, qui nuſquam ſiſtit, nullis ſtatutis particularium locorum teneri.

*Cõtraria ſententia videtur verior.*
*1. arg.*

Addit Leonardus, Verum etſi hæc probabilia ſint: Dico tamen, contrariam ſentẽtiam videri veriorem ſpectata conſuetudine fidelium paſſim recepta. Probatur primò, quia fideles, non ſolùm rudes, ſed etiam doctores paſſim vbique putant ſe obligari ad ieiunia, & feſta locorum, vbi ipſos verſari contigerit, ſi conſtituerint ibi ad aliquot dies manere. Adeò, vt ſi quis deprehenderetur veſci carnibus die ieiunij, vel violare feſta, puniretur ab ordinario, tanquam tranſgreſſor, maximè ſi duos, vel tres menſes ibi manſiſſet. Atqui conſuetudo ex tali opinione orta, inducit obligationem, non minùs quàm lex vniuerſalis: non enim alio modo id, quod antè non obligabat, incipit per conſuetudinem eſſe obligatorium, quàm quòd homines putent ſe obligari, & incipiant illud paſſim tamquam obligatorium ſeruare: vt communiter Doctores tradunt. Itaque cùm conſuetudo ſeruandi aliquod ſtatutum, vel conſuetudinem etiam liberam, ex opinione obligationis inducat obligationem, & hæc conſuetudo talis ſit, videtur omninò inducere obligationem. Nec refert, quod hęc conſuetudo orta ſit ad ſcandalum vitandum: quia non reſpicitur, ex qua occaſione, vel cauſa impulſiua inducta ſit, quãdo tanquã abſolutè obligatoria eſt inducta.

*Incõmoda quæ naſcuntur ex prima opinione.*

Secundò, Quia id eſt magis conſentaneum rationi, & moraliter neceſſarium, vt alij præceptum ſeruent: ſi enim peregrini poſſent veſci carnibus, & cœnare, magna daretur occaſio iis, apud quos verſantur, ſi illis cauſa hoſpitalitatis, & amicitiæ adiungendi, & violandi præcepti, idque probat quotidiana experientia, quando aliquis tempore ieiunij accedit foris, vel recedit. Nam ſub prætextu tractandi amici, qui cauſa itineris non obligatur, hoſpes, & domeſtici ſimul comedunt, & præceptum ieiunij violant. Vnde ob hanc cauſam puto (inquit) Epiſcopum loci poſſe etiam peregrinos ibidem, per aliquot dies ſubſiſtentes obligare, vt ſe aliis accommodent.

*Quando quis eſt extra ſuum oppidum, non obligatur ieiuniis, & feſtis oppidi ſui.*

Tertiò, Quando quis eſt extra ſuum oppidum, non obligatur amplius ieiuniis, & feſtis oppidi, vt ſtatim dicemus: ergo par eſt, vt ſubeat obligationem loci, in quo verſatur: *Qui enim ſentit commodum, debet etiam ſentire onus*, reg. 55. de reg. iur. in 6. Hanc ſentẽtiam tenet Driedo 1. de libert. Chriſtia. cap. 17. circa medium § vna eſt. Vbi probat ex Auguſtino ſuprà, vt & alij. Couar. 4. vari. cap. 20. nu. 8. vbi pro ea adducit Imolam, Bonifacium, & Zabarel. Clem. 2. de celeb. miſſ. & Maio. 4. d. 15. quæſt. 5. §. ſed contra, Suarez 3. p. tom. 5. diſp. 44. ſect. 3. §. illud verò, & tom. 5. diſp. 5. ſect. 5. & in opuſculo de legibus. Nauarrus cap. 13. num. 5. in fine, & cap. 23. num. 120. vbi præter dictos adducit Panormitanum addens communi conſuetudine ita ſeruari. Lopez 1. p. inſtructo, cap. 52. Sotus 4. d. 18. quæſt. 4. art. 2. §. & hic tamen notandum, Leonar. ſuprà. Hoſtien. in ſumma tit. de obſeruat. ieiun. §. quando ieiunandum num. 5. Landul. quem refert Card. ſuprà, Guiller. quem refert Imola, Præpoſitus cap. quæ contra d. 8. Alberic. l. 1. num. 28. C. de ſum. trin. Felin. cap. quod clericis de foro compet. Mexia pragm. frumenti con. 5. num. 80. Ledeſm. 1. 4. quæſt. 15. art. 4. dub. 2. Alex. in ſuo Enchirid. 2. p. tit. de ieiunio, Alcozer in ſumma cap. 24. Pedraza præcep. 3. §. 14. Henr. lib. 7. de indulg. cap. 13. num. 8. Philiarcus tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 23. Rodriguez tom. 1. ſummæ cap. 122. num. 1. & in Bulla §. 9. nu. 8. ad finem, quod valde probabile putat Sancius ſup. num. 4.

*Ratione tranſitus peregrinus non tenetur ad ieiunia, & feſta Epiſcopi.*

Hoc tamen non ita ſtrictè intelligendum putat Leonardus, vt ratione ſimplicis tranſitus obligetur: non enim conſuetudo id tam ſtrictè obſeruat. Vnde ſi eodem die, quo venit, vel poſtridie cogitet diſcedere, non tenetur, ſecus ſi integro die, vel pluribus ibi manere ſtatuerit, multoque magis, ſi aliquot hebdomadis, vel menſibus: tunc enim poſtridiè quàm venit, debet ſe conformare: quia talis dicitur ibi manere, & habitare pro tempore: Quòd ſi ab initio non ſtatuit ibi manere, & ſingulis diebus captet occaſionem redeundi, non puto teneri, etiam ſi forte non proficiſcatur, quia non cenſetur ibi vllo die manere: ſed eſſe aſſiduè veluti in tranſitu.

*1. Con.*
*Ratione ſcandali tenetur communi loco ſe conformare.*

40 Pro huius rei declaratione dico primò, Exiſtente ſcandalo, vel imminente, niſi lex, vel conſuetudo loci ſeruetur: quilibet aduena, ſiue peregrinus, tenetur eã ſeruare. Hoc certũ apud omnes eſt, vt docet Sancius illa diſp. 18. n. 3. ſæpe autem poterit nullum eſſe ſcandalum, quia tranſgreſſio ignota erit, vel ſufficienter ſuaderi poterit, nullam eſſe tunc obligationem ſeruandi legem, vel conſuetudinem loci.

*Cõſuetudo patria ſeruanda in loco peregrinationis.*

Dico ſecundò, ſi in loco ſui domicilij eadem ſit lex, vel conſuetudo, quæ eſt in loco peregrinationis, tenebitur peregrinus in loco peregrinationis eam ſeruare, etiam ſi ibi non commoretur per maiorem anni partem.

Hoc inter certa ponit Sancius illa diſp. 18. n. 3. & 24. quia tũc nulla eſt cauſa excuſans: cùm lex vtrobique obliget, quem tamen aliqui reiiciunt: quia cùm Sancius exiſtimet illos nõ teneri legibus proprij domicilij, vt ſect. ſeq. referemus. Item non teneri legibus domicilij proprij, vt docet num 6. nullis ergo: quamuis enim illæ leges vtrique loco ſint communes; tamen ipſa legum communitas cauſa eſſe non poteſt inducendæ obligationis, ſi vnius loci leges non illos attingunt: quia ipſi ſunt abſentes, aliæ verò, quia alieni territorij. Secus ſi eſſet aliqua cõmunis principis, aut Reip. lex, quæ ipſos vtroque in loco comprehenderet. Ratio ſatis apparet, ſed eam ſolues dicendo, licet in aliis caſibus, nec proprij loci, nec alieni teneri, tamen quando concurrunt teneri vtriſque, quia Epiſcopus proprius poteſt illum obligare ad ſeruandas proprias leges extra territorium, ſi ibi ſimiles ſunt, & Epiſcopus alienus poteſt eò aduenientes obligare propriis legibus, cùm in eorum diæceſibus ſimiles ſeruantur: & Papa obligat omnes, ad ſeruanda ieiunia, & feſta propriæ diæceſis cùm verſantur in alia diæceſi, vbi etiam ſeruantur.

*Vagi tenentur legibus loci in quo ſunt.*

Dico tertiò, vagos obligari legibus, & conſuetudinibus loci, per quem tranſeunt, vel in quo obiter reperiuntur: quia cùm nullum certum domicilium habeant, illud ſola habitatione, aut tranſitu videntur acquirere, eſto non habeant animum permanendi, & ita ſemper legibus loci obligantur

Digitized by Google

obligantur ſicut ſubditi. Hoc tenent Sotus 4.d.18. quæſt.4.a.2.v.eſt. Hic tamen Azor to.1.li.5.cap.11. quæſt.13.in fine. Sancius ſupra num.15.&aliqui recentiores putant, id eſſe certum, ſed falluntur: nam oppoſitum tenét Bar.Med.q.96.a.5.in fine,& Sayr.lib.3.c.4.n.15.& valde probabile putat Leon. ſup.ſed Sayr.& Medin.non loquuntur conſequenter, dicunt enim teneri legibus regni, quamuis in illo nullum habeant domicilium:alioqui non eſſet bene conſultum regno:ergo ſimiliter tenebuntur legibus loci, in quo ſunt, alioqui non erit bene conſultum illi.

Dico quartò, etiam qui alibi habet domicilium tenetur legibus territorij, in quo eſt. Oppoſitum tenent Paludanus 4.d.15.quæſt.4. art. 3. Ledeſma. 2.4. quæſt. 17.art. 3.dic.3. Ioann. Med.C. de pœn. quæſt. 10. de neceſſit.ieiunij. Bart.Med. Archidiaconus, Hoſtienſis, Speculator, Ioannes Andreas, Sayr. & Anton. ſuperiùs citati. Pro hac etiam ſententia Sancius illa diſput. 18. num.6. citat Dominicum, Card.Alex. Præpoſitum, & Turrec. dicto cap.illa d.12.item Turrec. cap. quo iure.§. dignitate d. 6. art. 4. num. 8. cum Hugo. ibit per ipſum allegato. Margaritam confeſſorum, quæſt. moralib.fol.165.col.2.Palac.4.d.15.diſp. 8. poſt.6. con. Angles in 4. quæſt. 4. de ieiunio ante dubium 1. diffic.2. Vegá 2.ſummæ caſu 315. eandem probabilem putat Suarez.3. p.tom. 3. diſp. 44.ſect. 3. §. illud verò,& Azor eam tenet tom.1.lib.5. cap.11. quæſt. 3. & dicit eſſe communem omnium ſententiam, quod miror cùm oppoſita ſit communior etiã inter eos, quos ipſe citat, ſed infrà pluribus Azoris ſententiã referemus: imo iſti doctores non excipiunt eos, qui ſunt in eo loco per maiorem anni partem, pro qua opinione adducitur à Sancio, & aliis nonnullis Auguſtinus ep.118. ad Iannar. cap.2. relatus cap.illa.d. 12. vbi obligationem ſeruandi alicuius loci conſuetudinem, ſolùm dicit oriri in exteris hominibus ex obligatione vitandi ſcandalum,& gloſ.in d. cap.illa, verbo *ſocietate*, ait argumentum, quod quilibet tenetur viuere ſecundùm conſuetudinem illorum, inter quos verſatur, vt ſuprà. 8. d. quæ contra & 41. d. quiſquis. Vnde verſus, *ſi fueris Romæ*,&c. Tamen ſtatim in verbo, veneris, ait argumento, quod viatores tenentur ſequi conſuetudinem loci, ad quem veniunt, vt hic,& ſup.d.8.quæ. contra, ſed argumentum contra ff.de iudic. hæres abſens ſolutio, vt in d.cap. quæ contra: quia refert an ſint moraturi, vel citò receſſuri, vel an ſit conſuetudo apparens, vel latens, & in illo cap. quæ contra, ſolùm ait in verbo, *aut peregrini*. Numquid ergo peregrini, & ſcholares tenentur ſequi cõſuetudinem illorum, inter quos commorantur? Arg. quod ſic ex hoc tex. & 12. d.illa, & cap. 2.d. 41. Arg.contra, quia viatores non ſortiuntur forum illius loci per quem tranſeunt, vt ff. de iud.hæres: §.2.& eſt arg. quod ſoli perpetuò habitantes obligantur legibus ciuitatis, vt ff. de pignoribus l. debitor. In quibus verbis gloſſa, licet nihil clarè reſoluere videatur, tamen inſinuat, ſi peregrini, & viatores citò ſint receſſuri, non teneri conſuetudinibus, & legibus loci, in quo verſantur, Secus ſi non ſint citò receſſuri, quomodo poteſt exponi, quod ait in illo cap. quiſquis. Quilibet conformabit ſe ſociis ſuis, in cibis, & in moribus. Fauet etiam gloſſ.l. cũctos populos verbo, quos, C.de ſumma trin. vbi ait, Argumento, quod ſi Bononienſis conueniatur Mutinæ non debet iudicari ſecundùm ſtatuta Mutinæ, quibus non ſubeſt, cùm dicat, *quas noſtra Clementia regit imperium*.

*Argumẽta pro 1. opinione cõtraria. 4. concl.*

Deinde hæc opinio dicitur Auguſtini ep. 112. 41
cap. 2. relatus, cap.illa d. 12. Alia verò, inquit, quæ per loca terrarum, regioneſque variantur, ſicuti eſt, quod alij ieiunant ſabbatho, alij non, &c. totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes, ſcilicet, forenſibus, vt exponit glo. v.*liberas*. Itẽ ſuadetur: nã infidelis tranſiens per regiones Chriſtianorum, non tenetur eorum ieiunia, vel feſtiuitates ſeruare. Imò Paludanus, & Ledeſmius aiunt monachos hic habitantes nõ teneri ad ſeruanda ieiunia ſynodalia, ſicut è conuerſo non tenentur ſæculares ſeruare ieiunia propter ſtatuta religionis, ſimiliter inter religioſos hoſpes non videtur teneri ad ſeruandum ieiunium, vel feſtiuitatem propriam illius prouinciæ, vel loci, in quo peregrinatur, ſi non ſint cõmunia toti religioni: Similiter nouitius non tenetur ſeruare ſtatuta religionis, quamuis ibi actu ad tempus moretur; & ſacerdos Græcus tranſiens per Latinam Eccleſiam non obligatur conſecrare in azimo, nec Latinus apud Græcos in fermentato: Imò Leo. 9. ep. ad Micha. patriar. Conſtantinop. cap. 29. Latinos, & Græcos ſacerdotes monet, vt vnuſquiſque ſecundùm Eccleſiæ ſuæ ritum celebret, licet in alieno ſolo verſetur. Item lex tantùm obligat ſubditos, & partes communitatis pro qua fertur: ſed forenſes non ſunt pars communitatis, in qua verſantur, nec ſubditi eius: ergo non tenentur legibus eius. Nec valet dicere teneri conſuetudine, nam lex, & conſuetudo eandem vim habent: ergo ſi leges loci non obligant peregrinos, neque conſuetudines eos obligabunt. Itẽ in cap. à nobis 1. de ſent, exco. ait, ſententia generaliter excommunicante eos, qui furtum commiſerint, tantùm comprehendi ſubditos, & non alios, ſcilicet etiam in eius territorio exiſtentes alioqui non interrogaretur ea de re, quia de non ſubditis alibi exiſtentibus, nulla quæſtio eſſe poterat.

*Forenſes obligantur conſuetudinibus loci, quando eadem eſt ratio.*

Alia opinio, & vera, iuxta quã conſtituta eſt, quarta conſt. ait, forenſes obligari conſuetudinibus, & legibus loci, quando eadem eſt in illis ratio. Pro qua opinione ſunt iuriſperiti communiter dicto cap. quæ contra mores, & d.cap. illa, & cap 1. de conſt. & l. citata, cunctos populos. Panormitanus cap. à nobis d. 1. de ſent. excommun. num.7.& cap. fin. de foro compet. num. 3. & cap. conſilium de obſeru. ieiunij num.6. Card. Clem. 1. de celebr. miſſ. qu.5. Coua. Nau. Maior. Syl. & alij, quos in 2. opin. retulimus, quam etiam tenet Sa. verbo ieiunium, num.1. his verbis, *ad ieiunium loci, & feſta tenetur, qui illic eo die manet non qui tranſit.* Imò Syl. licet verbo ieiunium, quæſt. 2. num. 7. faciat pro contraria ſententia, tamen pro hac facit ver. excommunicatio 2. num. 5. vbi ait. Sciendum eſt tertiò ad intelligendum, qui ligentur à ſententiis quorũcumque prælatorũ latis per modum ſtatuti, quod vt colligitur ex Panormitano cap. à nobis d. 1. de ſent. excommun. & Geminiano in cap. vt animarum, de conſt. lib.6. ſic diſtinguendũ eſt. Aut enim fit contra ſtatutũ ab exiſtentibus in territorio ſtatuentis, aut extra eius diœceſim: ſi primum, ſiue ſint ſubditi, ſiue forenſes, ſunt excommunicati, ſi ſciunt ſtatutũ, & incurrunt omnem aliam pœnam ſtatuti cuiuſcumque pœnalis



Digitized by Google

nalis. Quod tamen limitat Innocentius, vt ibi refert Panormitanus, quando ſtatutum eſt, aptum comprehendere tam ſubditos, quàm non ſubditos, vt ſi dicat, *quicumque furtum fecerit, ſit excommunicatus*. Si verò non ſit aptum comprehendere niſi non ſubditos, vt ſi ſtatutum Archiepiſcopi dicat, *quicumque archiepiſcopus in prouincia mea crucem ante ſe portauerit, ſit excommunicatus*, ſecundũ Innocentium ſtatutũ non valet, quia nõ comprehendit niſi ſubditos, cùm Archiepiſcopus nõ habeat Archiepiſcopum ſubditum. Hoſtienſis autem hoc impugnat, quia ſequitur; quod contra peregrinos in loco delinquentes nihil ſtatui poſſit, Panormitanus verò dicit hunc articulum eſſe dubium: ſed Hoſtienſi adhæret, &c. pro eadem ſententia eſt Rebuffus, in procem. conſt. regiarum gloſſ. 1. num. 50. vbi ait, Hiſpanos, verbi gratia, in Gallia teneri quibuſdam legibus regni, quando in eo delinquunt, vel negotiantur, ex cap. fin. vbi Doct. de conſt. in 6. Idem latè tenet Suarez opuſc. de legib. item lex 11. in fine titul. 23. partita 1. ibi, *quando alguno fueſe à l'eſcuelas ò à Roma ò à otro lugar, ſe deue accordar en las buenas coſtumbres de aquellos con quien viue*, vbi idem tenet Gregorius Lopez ex d. c. illa. Et planè videtur ſententia Auguſt. 3. confeſſ. cap. 8. ep. 118. ad Ianua. cap. 2. & 3. de doctrina Chriſtia. cap. 12. quæ tria loca referuntur in tribus canonibus, cap. quæ contrà d. 8. cap. illa d. 12. cap. quiſquis ſeu 2. d. 41. & in illa epiſt. citat Ambr. Idem docet Aug. Epiſt. 86. ad Carbiſulanum, relatus in cap. in his, 11. diſtinct. Hi ſancti planè aſſerunt Forenſes teneri ad ſeruandas conſuetudines locorum, vbi inueniuntur: non eſt autem maior vis conſuetudinis, quam legis: imò tunc maximè poteſt conſuetudo obligare, quando à legiſlatore accipit vim legis expreſsè, vel tacitè, vt dicemus diſp. de conſuetud. nec obligatio conſuetudinis fundatur in opinione populi, ſed in voluntate expreſſa vel tacita principis. Ad hæc loca Auguſtini reſpondet Sancius ſuprà nu. 16. intelligi de conſilio: ſed contra, quia in illo loco confeſſionum vocat flagitioſum, & turpe violare illas conſuetudines: quæ omnes voces præceptum, & obligationem grauem indicát, quam etiam probat Auguſtinus, quia turpis eſt pars ſuo vniuerſo non congruens: & partem vocat aduenam, etiam ſi non maneat ibi maiori anni parte, aut multo tempore: vnde illa ep. 118. ait, ad quam fortè venerit Eccleſiam, non in qua manſerit, & in illo loco de doct. Chriſtian. ait flagitioſum eſſe, qui metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedit. Sed de hoc loco Auguſtini, qui corruptè à multis legitur, & ſiniſtrè à gloſſ. 3. cap. quiſquis d. 41. explicatur, dicam poſtea aliquid. Præterea licèt in Gallia, verbi gratia, ſit conſuetudo non abſtinendi à carnibus feria ſexta à natiuitate vſque ad purificationem, vt Paludanus ſuprà refert, non licebit Gallo hic eo tempore exiſtenti, ſeruare conſuetudinem ſuæ patriæ, vt conſtat ex communi vſu hominum, ſed tenebitur ſe conformare conſuetudini loci, & ſimilia exempla poſſunt facilè applicari: ergo. Nec valet dicere, abſtinentiam ſextæ feriæ à carnibus eſſe de vniuerſali lege, & conſuetudine Eccleſiæ, & ideò ſeruandam eſſe ab omnibus, vbi non eſt contraria conſuetudo: neque enim hoc eſt ligari peculiari conſuetudine, vel ſtatuto alicuius loci, ſed lege, aut conſuetudine communi. Nam licet hoc ita ſit, tamen ex eo

A etiam ſequitur, contra aduerſarios, à viatoribus ſeruanda eſſe feſta populi, vbi inueniantur. Nam vniuerſalis Eccleſiæ lex eſt cap. fin. de feriis, vt celebrentur ſolemnitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero, & populo duxerint, ſolemniter venerandas. Idem generalis lex, & conſuetudo Eccleſiæ introduxit in obſeruatione ieiuniorum, vt ſcilicet quiſque ſeruet conſuetudinem, vel legem populi, in quo fuerit, vnde in cap. 2. de obſerua. ieiunij §. Item de illis expreſsè dicitur, in feſtiuitatibus, & abſtinentiis ſeruandam eſſe regionis conſuetudinem, & lex ac conſuetudo abſtinendi à carnibus feria ſexta, vbi non eſt contraria conſuetudo introducta, generalis eſt, B & conſuetudo Gallicana eſt particularis exceptio pro illis ſolis, qui ibi commorantur: & communiter ita receptum eſt, vt forenſes ſeruent in ieiuniis, & feſtis ſtatuta, & conſuetudines populorum, in quibus eſſe contigerit, & ſcandalum, quod ex contrario ſequitur, non eſt fundatum in errore alicuius ignorantis, ſed in communi, & certa perſuaſione hominum de lege, vel conſuetudine ad id obligante. Vnde quòd Aug. ep. 112. cap. 2. dixit, eiuſmodi obſeruationes eſſe liberas, intellige, quia non aſtringitur illis tota Eccleſia: ſed quædam obſeruantur, & obſeruari debent ab exiſtentibus in vno loco, aliæ ab exiſtentibus in alio: vel quia ſunt de rebus non præceptis, nec prohibitis C diuino iure, naturali, aut poſitiuo: vnde Ep. 86. ad Caſulan. relata cap. in his, diſt. 11. in his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit Eccleſia, mos populi Dei, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Cõfirmatur: nam ſubditus extra territorium non obligatur lege municipali: ergo eo ipſo incipit obligari propriis legibus eius prouinciæ, in qua verſatur, quia non debet manere immunis ab obligatione omnium legum prouincialium propter ſuam peregrinationem: & quia ſicut per abſentiam à territorio amittit aliquam actualem ſubiectionem, & ideò deſinit obligari propriis legibus, ita per exiſtentiam actualem in alio territorio acquirit aliquam actualem ſubiectionem ad leges illius. Et quamuis non interueniat communis, & generalis lex, aut conſuetudo principis, D quilibet princeps, qui poteſt leges, vel ſtatuta cõdere, poteſt eis aduenas, & peregrinos comprehendere, modò ſint capaces. Poteſt enim princeps loci ſtatuere quidquid ad pacem, & bonam conſeruationem illius neceſſarium eſt: ſed ad hoc multum refert, vt aduenæ ſe conforment moribus populi: nam ex contrario ſequi poſſunt ſcandala, perturbationes, & diſſidia: ergo eam conformitatem præcipere poſſunt, & ſolùm, & ſic ſuis ſtatutis, & conſuetudinibus per ſe, & directè, & non ſolùm ex vi alicuius generalis legis, vel conſuetudinis, ligant aduenas, præſertim nullibi habentes domicilium, ne omnibus eiuſmodi legibus careant, aut habentes in loco domicilij ſimiles leges, & E conſuetudines ſic non grauantur ex peregrinatione, ſed quaſi in eodem ſtatu permanent, & quod morum vniformitas inter peregrinos, & incolas maximè neceſſaria ſit ad pacem, quietem, & tranquillitatem Reip. patet ex cap. in nouo 16. quæſt. 7. & cap. illud de electio. Facit etiam cap. illa d. 12. §. quod enim. Vbi ex Ambroſio, inquit Aug. ſic etiam tu, ad quam fortè Eccleſiam veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi.

*Poteſt Princeps ſtatuere quidquid ad pacem & conſeruationem illius loci in quo eſt, neceſſarium eſt.*

Ex quo

Digitized by Google

*Corollariũ & ſolutio argumentorũ primæ opinionis.*

Ex quo intelligitur, quomodo leges territorij obligent forenſes ratione ſcandali vitandi: non enim ſolùm obligant, quando ſcandalum in indiuiduo imminet, ſed etiam vbi in indiuiduo ceſſat, quamuis lex ad vitanda ſcandala, quæ communiter acciderent, introducta ſit. Vt ſi propter vitandum ſcandalum ſtatueretur, ne fœminæ hoc, vel illo modo incederent: in quo euentu ſcandalum ſolùm fuit motiuum legiſlatoris, ſic in præſenti vitatio ſcandali, perturbationum, & malorum exemplorum, vt etiam notauit Leonardus, ſolùm eſt motiuum condendi legem, quæ tamen obligat, etiam cùm in indiuiduo ſcandalum ceſſat: & hæc fuit ſine dubio mens Auguſtini, vt patet attentè ipſum legenti. Et cõfirmatur, quia iure naturę, vel gentium Princeps: quilibet punire poteſt aduenas in ſuo territorio delinquentes, & ita dici ſolet, homines ſortiri forum ratione delicti, cap. fin. de foro comp. cap. 1. de raptor. l. fin. ff. de accuſat. auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oporteat, & aliis iuribus citatis à gloſ. cap. fin. de for. compet. verbo. *ratione delicti.* Vide etiam l. quæſtiones C. vbi de delictis agi oporteat: ergo etiam poteſt eos obligare, vt quamdiu ibi ſunt, ſeruent mores, conſuetudines, & leges proprij territorij.

*Ad arg. 1. opi. Qui baptizati nõ ſunt, incapaces ſunt legum Eccleſiaſticarum.*

43 Dixi autem ſuprà, *quarum ſunt capaces:* nam qui baptizati non ſunt, incapaces ſunt legum Eccleſiaſticarũ: & ideo illis non obligantur, ſiue ſint aduenæ, ſiue incolæ: ciuilibus tamen legibus, quibus poſsét obligari, ſi eſſent incolæ, poſſunt obligari, quando ſunt aduenæ: hæ leges ſolùm reſpiciunt homines, vt homines, vel ciues ſunt: ideò poſſunt illos ligare: legibus autem Eccleſiaſticis non obligantur, quia nec ſunt ſubditi per ſe poteſtati Eccleſiaſticæ, nec habent fundamentum illius obligationis, quod eſt fides, & religio, & baptiſmus: quia præcepta ſolent eſſe de actibus religionis, qui ad cultum Dei, & ſalutem animæ ordinantur: ideò ad eos, qui non credunt, nec verè, nec fructuoſè, ſed irriſoriè, & noxiè obſeruabuntur, non diriguntur, ex intentione Eccleſiæ: maximè cùm ea ad fidem, & religionem non poſſit cogere eiuſmodi infideles. Per quod patet reſponſio ad primum exemplum poſitum in fundamentis primæ ſententiæ. Secundum erat de religioſis comparatis ad communitatem ſæcularium, in qua habitant: de quibus in primis dicitur, non rectè in exemplum afferri: nam illi non exiſtunt ibi tamquam peregrini, & aduenæ, ſed ibi ſuam habent habitationem, & domicilium. Deinde quantùm ad leges ciuiles; ſi ſint communes omnibus ciuibus, & non repugnent immunitati Eccleſiaſticæ, obligari poſſunt, vt reliquæ perſonæ Eccleſiaſticę. De quibus dicam ſect. 8. Deinde ſi conſuetudo Eccleſiaſtica ſit ita vniuerſalis, vt ab omnibus cuiuſcumque ſtatus, & conditionis ſeruetur, etiam obligabit illos, quia illi etiam ſunt membra illius Eccleſiaſticæ communitatis, quatenus talis eſt. Si autem lex ſit Epiſcopalis, non obligat illos, quia ſunt exempti, & quaſi extra territorium.

*Ex decentia ſeruandæ ſunt leges politicæ, non diſſentaneæ ſtatui religioſo.*

Excipit tamen duos caſus Tridentinum, ſeſſ. 25. cap. 12. de regularib. præcipiens regularibus, vt obſeruent cenſuras, & dies feſtos diœceſis, quæ obligatio magis nititur iuriſdictioni Concilij, quàm diœceſani, & illamet exceptio firmat regulam in contrarium, quoad alios caſus. Ex decentia tamen ſeruandæ ſunt leges, non diſſentaneæ

A ſtatui, religioſo, & vitanda omnino ſcandala.

Tertium exemplum erat de religioſis, vt ſunt hoſpites in prouinciis, vel domibus, ad quas diuertunt: de quibus Antoninus, & Sylueſter ſignificant religioſos non habere certum territorium, ſed totam Eccleſiam: quia religio vbique eſſe poteſt: ſed licet hoc verum ſit, quoad generales obſeruantias, & regulas totius religionis: tamen quoad particulares, quæ in vna prouincia, vel domo eſſe poſſunt, reuera ſunt forenſes, ideò doctrina data in eis etiam locum habet, quia procedit eadem ratio, & ita tenet Suarez ſuprà.

*Nouitij propriè non ſunt aduenæ.*

Quartum exemplum de nouitiis ſine cauſa

B affertur, quia non ſunt propriè aduenæ: ſed ibi habitationem, & domicilium habent. Dicit ergo Suarez alia ratione non obligari præceptis religionis: quia nimirum deeſt illis fundamentum, & votum obedientiæ, & religionis. Et præcepta, quæ habent vim obligandi ad religioſos feruntur: & quia ex directa, & expreſſa intentione ibi ſunt, vt probentur, non vt habeant æqualem cum cæteris obligationem, cum hoc tamen ſtat, vt habeant aliquem modum obligationis in rebus ſuo ſtatui accommodatis, vt ait Suarez, & ſæpe in hoc tract. de peccatis diximus: ſicut à prælato poſſunt puniri, ita & ad peccatum etiam mortale obligari.

C Quintum exemplum erat de ſacerdotibus Græcis, de quibus ex profeſſo Suarez 3. p. tom. 3. diſp. 44. ſect. 4. §. Illud verò, & cæteri in eadem materia de Euch. malè Ledeſmius 1. p. 4. qu. 15. art. 4. dub. 2. dixit, ſacerdotem Græcum inter nos verſantem teneri in azymo conſecrare, quem refellit Suarez loco hic citato, ex Leone IX. ep. ad Mich. patrem Conſtantinop. cap. 29. & ex Eugenio IIII. in liter. vnio. quæ habentur in Florentino poſt ſeſſ. vlt. & multos Græcos, & Armenos vidimus in Hiſpania in fermentato conſecrantes, & ita expedit ad concordiã inter Latinos, & Græcos ineundã & conſeruandã, & difficillimũ eſſet ſacerdoti peregrinãti nouos ritus addiſcere, & exercere, & conſuetudo

D hæc tam eſt nota, vt nullũ generet ſcandalũ, & varietas eſt decus Eccleſiæ, & delectat. Nũc breuiter dico, illam conſuetudinẽ cum hac limitatione, & moderatione introductam eſſe, tum ad euitanda ſchiſmata, tum etiam, quia eſſet difficile peregrino ſe accommodare in omnibus cæremoniis: nec ex illa varietate ſequitur aliquod incommodum, ſed ſpectat potiùs ad Eccleſiæ pulchritudinem, quando de eiuſdem Eccleſiæ voluntate ſatis conſtat. Neque exemplum hoc eſt ad rem: quia ſacerdotes Latini non ex ſtatuto particularis prælati, ſed generalis, nempe Pontificis, conſecrant in azymo: quod mandatum eſt generale toti Eccleſiæ: ſed cum Græca diſpenſatum ex cauſa fuit, vel

E exceptio poſita. An verò ſicut ſacerdos Græcus in Eccleſia Latina permittitur conſecrare in azymo, ita ſacerdos Latinus in Eccleſia Gręca poſſit celebrare in fermentato, diſcuſſum eſt à nobis, & aliis tract. de Euchariſtia. Vide Suarez ſuprà.

Ad cap. autem à nobis 1. de ſent. excomm. reſpondet gloſſa ibi, forenſes comprehendi illa excommunicatione, non quatenus forenſes ſunt, ſed quatenus ſubditi ratione delicti, & ita intelligit textum de ſubdito quacumque ratione Suarez 3. p. tom. 5. diſp. 5. ſect. 5. & op. de legibus, ſed hoc ſecundùm aliquos eſt euertere reſponſionem Pontificis, & friuolam eam reddere. Nam hoc eſt, 44

quod

A quod ab illo quærebatur, an forenſes fierẽt ſubditi ratione delicti commiſſi in territorio excommunicantis, quoniam de aliis nulla erat difficultas: nomine ergo ſubditorum incolæ ibi intelliguntur, & quæritur, an in illa generali excommunicatione exteri ibi furantes comprehendantur. Deinde in doctrina gloſſæ inuoluitur repugnantia: nam ante delictum debet eſſe ſubiectio, ratione cuius poſſit Epiſcopus prohibere illi delictum: aliqui enim, etiam ſi furetur in eo loco, non eſt contumax, ſeu inobediens Epiſcopo, ſed legi naturæ, & ideo non poterit excommunicari. Ergo alia ſubiectio eſt ibi ante delictum, ſic ille excõmunicationi ſubiacet. Secundò ad argumentũ reſpondent Pan. & alij, per ſubditos ibi intelligi incolas, B forenſes autem in eo euentu non eſſe excommunicatos, nec eſſe eandem rationẽ de ſtatuto, vel lege de qua nos loquimur, & de mandato generali ſub excõmunicatione, de quo loquitur ille textus.

Rationem diſcriminis aſſignat Pan. dict. cap. à nobis, quem ſequitur Armil. excom. num 29. Angel. exco. 1. num. 11. citans Geminianum, idem Syl. excom. 2. num 10. Quia ſententia tunc operatur, quando fertur, vnde ſi tũc non inuenit perſonam habilem, & ſubiectam, quamuis poſtea ſubijciatur, non operatur in illam: ſtatutum autem ſemper manet, & loquitur, ideo ſemper obligat eos, C qui ſucceſſiuè ſubijciuntur, ſeu præſentes ſunt in tali loco: ſed hæc ratio non ſatisfacit, nam licet illud ſit verum de ſententia, quæ fertur pro actu vel præſenti: præterito, a qui ſententia eſt actus legitimus, qui non admittit conditionẽ, vel ſuſpenſionem, iuxta regulam iuris: tamen ſententia, quæ fertur pro futura culpa, in hoc imitatur legem, quod non operatur, donec actus fiat, cum non ſit impleta conditio. Vnde conſideratione iuris tunc propriè cenſetur ferri illa ſententia, quando actus committitur, pro quo ipſa fertur; ergo ſi eo tempore perſona verſatur in illo loco, in quo fertur ſententia, non minori ratione incurret illam, quã ſi eſſet lata per ſtatu- D tum, & ſicut ſtatutum ſemper loquitur etiam poſt mortem ſtatuentis, ita mandatum generale ſemper loquitur vſque ad mortem mandantis: ergo eo tempore qui delinquit, incurrit excommunicationem, ac ſi delinqueret contra ſtatutum.

*Sententia eſt actus legitimus.*

Tertiò alij reſpondent, huiuſmodi ſententiam, verè & reipſa non ferri tunc, quando fit delictum, ſed fictione iuris conſiderari, ac ſi tunc ferretur: & ideò non extendi niſi ad illas perſonas, quæ erant habiles & ſubiectæ eo tempore, quo reuera talis ſententia lata fuit, quia fictio iuris ſupponit habilitatem extremorum: ac forenſes eo tempore non erant ſubiecti, ideò non poterant obligari Ita videtur ſentire Sa verbo excõmunicatio num. E 12. dicens, *Epiſcopus non poteſt excommunicare non ſubiectum ſibi tempore promulgationis edicti, ſeu excommunicationis ab homine: ſecus eſt tamen de ſtatuto, aut lege, quæ poteſt etiam poſtea ſubditum, aut in territorio agentem ligare.* Poſtea tamen remittẽs, ad glo. c. à nobis 1. de ſentent. exco. quod eſt 21. in ordine, videtur primam ſolutionem relatam, quæ eſt illius gloſſæ, opprobare.

Sed nec iſta ſolutio ſatisfacit, quia etiam ſi aduenæ tempore, quo datur generale mandatum, verſentur in territorio mandantis, non ligantur, nec manẽt excommunicati propter delictum poſteà commiſſum, econtrà verò ſi tempore, quo datum eſt mãdatum, non erat in eo territorio, ſi poſteà eò tranſtulit domicilium, & delinquit, manet excommunicatus: ergo non eſt attendenda ſubiectio tempore mandati, ſed ſatis eſt, & requiritur tempore delicti: forenſes autem nullam videntur habere ſubiectionem tempore delicti, & ideò non videntur incurrere excommunicationem, vt Pontifex decernit: ergo idem eſt in ſtatuto.

Ad hoc arg. à nobis reiectis aliis expoſitionibus reſpondet Suar. 3. p. to. 5. diſp. 5. ſect. 5. n. 10. & 15. quia lex imponitur directè ratione territorij: præceptum verò, ſeu ſententia directè ad perſonas dirigitur, quæ ſi nõ ſunt ſubditæ, non reprehendũtur. Hoc impugnant quidã recentiores Theologi; quia ſi forẽſes non ſunt ſubiecti, non obligabũtur legib. quæ iuriſdictionẽ requirãt: ſi verò ſubiecti ſunt, etiam præceptis, & ſentẽtia ligabuntur, vnde ad illud c. reſpõdent, non agere de forẽſibus, quia reuera pro tunc ſunt ſubditi, ſed de ciuibus, vel alijs extra territoriũ exiſtẽtibus, qui non ſunt actu ſubditi: ideò nec legibus, nec præceptis comprehenduntur.

Quartò alij reſpondent, diſcrimen eſſe inter ſtatutum & generale præceptum, quia ſtatutum eſt quid perpetuum & ſtabile, & non ſpirat morti ſtatuentis, vnde cenſetur imponi territorio, tanquam rei ſtabili & permanenti: & ita dixit Pan. ſtatutum eſſe quaſi legem territorij, & ideò etiam non obligat extra territorium, quia non directè ad perſonas, ſed prout in territorio verſantes fertur. At præceptum generale temporale, non eſt præceptum, ſed ſpirat morte mandantis, ideo non cenſetur affixum territorio, ſed perſonis in eo habitantibus actu, & ideò non afficit forenſes, ſiue ſubditos, dum extra territorium ſunt. Sed nec iſta ſolutio placet: quia mandatum generale, licet non ſit perpetuum eo modo, quo ſtatutum poteſt ferri ad quoſcunque exiſtentes in territorio, licet in eo non habeant domicilium, ſicuti & ſtatutum: cur ergo non intelligetur ſic latũ, quando indefinitè loquitur, ſicuti & ſtatutum, & eandem habere vim, quam ſtatutum, nẽpe in omnes & ſolos exiſtentes in territorio, ſiue ſint incolæ, ſiue non? aut ſaltem concedendum erit, ſi Epiſcopus velit mandato generali includere forenſes, verè includi.

*Statutum eſt lex territorij, & non obligat extra territorium.*

Vnde reſpondeo quintò, Epiſcopũ, ſi velit, poſſe generali mandato ſub excommunicatione lata forenſes fures, aut alios delinquentes in ſuo territorio includere: communiter autem non cenſeri id facere, ſicut in ſtatuto. Quia lex cum ſit ſtabilis, & perpetua, facilè à forenſibus cognoſci poteſt, etiam vt ipſos obligans ex conſuetudine ſic illã interpretãte, ideò nullum eſt incõmodum, ſi forenſes obliget, licet indefinitè loquatur. At verò mandatum generale, cùm varietur paſſim, non inducit conſuetudinem, quæ interpretetur etiam ad forenſes extendi, ideò incommodum eſſet, cùm indefinitè loquitur, ad forenſes extendi: eſſet enim oneroſum forenſibus examinare, an in generali mandato comprehendantur. Ita Suarez opuſc. de legibus.

Ad l. autem 19. ſeu hæres ff. de iudic. §. 2. ſeu, 45
proinde, vbi dicitur, viatores non ſortiri forum loci, per quem tranſeunt, forum autem ſortiri, & ad eius ſtatutum obligari, à pari procedunt, vt docent Decius & alij apud Romanum dubio tertio: Reſpõdeo in ea reddi rationem ibi *duriſſimum*



Digitized by Google

*eſt, quotquot locis quis nauigans, aut iter faciens de-*
*latus eſt, tot locis ſe defendere.* iniuſtum ergo eſſet,
ſi gubernatores in illis locis vellent eos iudica-
re de rebus ad talia loca non pertinentibus: non
autem eſt iniquum, vt interim dum ibi ſunt, ſer-
uent honeſtas locorum leges & conſuetudines.
Nota l. iſtam intelligi, cùm is qui cum forenſi cō-
trahit, ſciebat eum confeſtim inde diſceſſurum,
Bartol. illo §. proinde num. 1. & alij, Rodericus
Suar. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori legum limit. 6. Greg.
Lopez l. 32. verb. *en aquella tierra* tit. 2. part. 3.
Simancas in inſt. tit. 9. nu. 145. Ratio autem cur
in eo euentu aduena conueniri non debeat in lo-
co contractus, quamuis in eo reperiatur, cùm iu-
ris ſit communis ratione contractus, forum con-
trahentis ſortiri l. 2. §. legatis, l. hæres abſens.
§. ſi quis tutelas, l. omnem obligationem ff. de
iudic. cap. dilecti & cap. fin. de foro comp. cap.
Romana §. contrahentes eodem tit. lib. 6. l. 8.
tit. 9. part. 1. l. 32. tit. 2. part. 3. ratio, inquam, aſ-
ſignatur à Roderico Suar. & Simanca ſuprà, quo-
niam is, qui cum aduena contraxit, quem confe-
ſtim inde diſceſſurum ſciebat, contractus execu-
tionem deſtinaſſe videtur in locum domicilij ad-
uenæ, atque adeo quoad ſortiendum forum eo
loco cōtraxiſſe videtur, vt Greg. Lop. ſuprà alios
recēſens obſeruauit, & Iulian. l. contraxiſſe ff. de
oblig. & actio. *contraxiſſe*, inquit, *vnuſquiſque in*
*eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret, ſe obligauit.* Eam
verò contrahentium latentem voluntatem opti-
mè deduxit Vlpianus ex naturali æquitate, cui
contrahentes ſtudiuſſe intelligendum eſt; nam
duriſſimum eſſet vbicunque quis nauigans, aut
iter faciens delatus eſt, ſe defendere. Quare ſi cō-
trahens cum aduena confeſtim eum inde profe-
cturum ignorauerit, poterit eum in loco contra-
ctus conuenire, ſi eum ibi conſiſtentem inuenerit,
vt Bartholus ſuprà, & Pan. cap. fin. num. 33. de
foro competenti tradunt, & colligitur ex Vlpiano
& aliis ſuprà: tunc enim cauſa nulla eſt, ex qua
cōtrahentium voluntas de executione contractus
in locum domicilij aduenæ deſtinãda deducatur:
& contra voluntatem contrahentium iniuſtum
eſſet contrahētem tunc cū aduena, ad locū domi-
cilij aduenæ amandare, vt illum cōueniat, quãuis
in loco contractus aduena conſiſtens inueniatur.

46 Si opponas l. exigere ff. de iudic. vbi
in contractu dotis non attenditur locus, vbi fit
contractus: ſed locus domicilij viri: ergo ad-
uenæ non tenentur legibus loci, in quo verſan-
tur, ſed proprij domicilij. Reſpondeo notando,
male aliquos ex illa l. exigere, deduxiſſe, virum
contrahentem matrimonium extra locum domi-
cilij, non teneri in cōtractu dotis legibus illius lo-
ci, in quo contractus celebratus eſt, nam vt ob-
ſeruat Grego. Lop. l. 24. verb. *el caſamiento*, tit. 11.
part. 4. & Siman. ſuprà num. 143. lex illa de facul-
tate conueniendi, quæ poſt contractum matri-
monij oritur, & de exactione dotis loquitur, & ſo-
lū docet dotē à muliere exigendā eſſe, vbi maritus
domiciliū habet, non vbi inſtrumētum dotale cō-
ſcriptum eſt: cauſam ex communi foro omnium
ſententia adſignat Simancas num. 144. plures re-
cēſens, Quia in loco domicilij viri, coniuges do-
tis exactæ ſolutionem deſtinaſſe videntur, in quē
vxor à viro deducēda erat, & cuius forū ſortiri de-
bet, l. cum quædam ff. de iuriſ. omnium iudicum,
& l. fin. ff. ad municipalem, quæ communis ad
A l. exigere interpretatio ibi ab Vlpiano traditur;
*nec enim* ( ait ) *id genus contractus eſt, vt & eum lo-*
*cum ſpectari oporteat, in quo inſtrumentum dotis factum*
*eſt, quàm eum, in cuius domicilium & ipſa mulier per*
*conditionem matrimonij erat reditura.*

An verò quoad lucrandam donationem pro- 47
pter nuptias, & mediam partem bonorum, quæ
conſtante matrimonio ſunt comparata, inſpiciē-
dæ ſint leges eius loci, in quo contractus matri-
monij initus eſt, an verò loci domicilij viri, in
quem à matrimonio vxor deducitur, doctè diſ-
putant Gregorius Lopez & Simãcas ſuprà, Palac.
rub. repet. rubricæ, cap. per veſtras, de don. in-
ter. vir. & vxo. §. 55. num. 12. & alij plures, quos
B diligenter congeſsit Ioan. de Baraona addition.
ad Palac. rub. ſuprà ver. inſpiciendam conſue-
tudinem domicilij mulieris.

Iuxta hæc benè Azor lib. 5. cap. 23. quæſt. 3. 48
ait, cum primùm quis delinquit, etiamſi ſit pere-
grinus, & extraneus, ſubijcitur poteſtati eius, qui
condidit ſtatutum, quamuis tempore, quo condi-
tum eſt ſtatutum, ſubiectus non eſſet. Item extra-
neus ſubiicitur ſtatuto ratione rei ſitæ in loco,
vbi eſt conditum ſtatutum, vel ratione contractus
in eo loco initi. Nam cap. fin. de foro comp. his
tribus modis pertinet quis ad forū, & iuriſdictio-
nem alicuius. Latiùs hæc docuerat capit. 3. q.
11. vbi interrogat, an forenſes ligentur ſtatutis
C & legibus, quibus incolæ. De qua ait agere Cyn.
Din. Bar. Salic. & alios, l. cunctos populos. C. de
ſum. Trin. Inn. Hoſtien, Ioan. Andr. Ancar. But.
Pa. Fel. & alios, c. à nobis, 1. de ſen. exc. Syl. exc. 2.
n. 5. & ſequentibus, Ang. exc. 1. quæſt. 10. & cō-
munem omnium ſententiam eſſe, illis legibus &
ſtatutis non teneri: quia non ſunt ciues, incolæ,
nec municipales. Nam ciues facit origo, manu-
miſſio, vel allectio, id eſt electio ad honorem vel
dignitatem ciuitatis, vel adoptio, l. ciues, C. de in-
colis, lib. 10. incola eſt qui aliunde veniens, vel a-
libi ortus, hîc domicilium collocauit, d. l. ciues:
& l. pupillus §. incola ff. de verbor. ſig. Munici-
D pē facit natiuitas propria, vel paterna, aut manu-
miſſio, vel adoptio, l. municpem ff. ad municipalē.
Ratione tamen delicti peregrinus ſubiicitur legi,
vel ſtatuto imponēti pœnam, vt ſi peregrinus ibi
furetur. Item etiā ſi in patria ſua ſit, ſi hic habet
vina, olíueta &c. ſubiicitur legibus & foro hu-
ius loci, l. actor C. vbi in rem actio, l. for-
ma §. ſi verò ff. de cenſibus, gl. cap. ſanè, de for.
comp. item ſi habet hic domiciliū, & poteſt quis
duo habere, ſi in duobus ſe collocaſſe videatur, l.
aſſumptio §. filius, ff. ad municipalem, gl. cap.
dilectus filius de reſcrip. item externus, vbi con-
trahit, obligatur, & eo loco contraxiſſe quis cre-
ditur, vbi vt ſolueret, aut reſponderet, ſeſe obliga-
uit, l. contraxiſſe, ff. de actio. & oblig. Viatores, &
peregrini ſtatutis & moribus eorum, per quorum
E loca tranſeunt, vel ad quorum loca veniunt, con-
feſtim receſſuri, profecturive non ſubiiciūtur, niſi
ex cauſis ſupradictis: ſed dubiæ quæſtionis eſt, an
teneantur ſtatutis & legibus, quæ ſeruantur circa
ieiunia, & delectū ciborū, & feſta in locis per quæ
trāſeunt, Pan. conſi. de obſer. ieiun. ait teneri, gl. c.
quę cōtra d. 8. & c. illa d. 12. ait, ſi ſtatim ſint receſ-
ſuri, non teneri, ſi cōmoraturi, teneri exiſtimo ra-
tione ſcãdali, licet cōfeſtim ſint receſſuri, ſed ſeclu
ſo ſcãdalo nō teneri, niſi ibi ſint moraturi. Scho
laſtici quoad punitionem ſubſunt Epiſcopo ciui-
tatis,

Digitized by Google

tatis,l. rectori academiæ, aut gymnaſij, gl. auth. ne filius pro patre. Horat. de priuileg. ſcholaſtic. cap. 64. ſed conſuetudine quod ad profeſſores, & magiſtros ſpectat, magiſtratus ciuitatis ſolet eſſe eorum iudex in criminibus. Alicubi Epiſcopus eſt iudex, cũ ſcholaris eſt clericus: cum verò laicus, Magiſtratus ciuilis. Conſuetudo gymnaſij vbique ſeruanda, vt ait Iullius Clarus libro 5. ſentent. recept. in pract. crimi. quæſt. 35. nu. 23. Quoad Sacramenta neceſſaria, ſcholares ſubſunt ordinario loci vbi ſtudent: quoad non neceſſaria, proprio Epiſcopo; vbi etiam ad ordines indigent ſui Epiſcopi dimiſſoriis: & eorum vota, & iuramenta non poſſunt relaxari authoritate Epiſcopi loci, vbi ſtudent: vt cum aliis ait Syl. domicilium, §. 2. & 3. milites de iure in criminibus militaribus puniũtur à duce, & de cõſuetudine etiã in aliis, Iul. Clar. illa quæſt. 35. nu. 24. & quęſt. 34. n. 4. Nullibi habentes domiciliũ, vbi inueniuntur pro quolibet crimine, puniri poſſunt ſecundũ glo. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. quam Couar. ait eſſe communiter receptam, licet ipſe putet eſſe remittendos ad locum, vbi delictum commiſerunt, in pract. cap. 11. num. 7. Clarius ſuprà, q. 39. n. 7.

49 *Ampliatio 1.* Ampliatur primò quarta concluſio, vt forenſes legibus territorij ligentur, etiamſi ad illos ſolos dirigantur, vt contra Innocentium, ca. à nobis 1. de ſentent. excommunic. retulimus dixiſſe. Hoſtien. Pan. & Syl. excom. 2. num. 5. quibus & Suarez ſuprà conſentit: quia princeps prouinciæ poteſt ſtatuere omnia, quæ fuerint conuenientia, ad incolumitatem ſui territorij, vel ad ſuam ſecuritatem, aut debitum honorem, vel quid ſimile, etiam ſi præceptum dirigatur ad ſolos aduenas: vt quod non deferant arma, quod non hoſpitētur in tali, vel tali loco, licet admittãtur. &c.

*Idem titulus eſt ad præcipiendum, & puniendum.* Secundò ampliatur, vt leges territorij non tãtum obligent forenſes quoad vim directiuam, ſed etiam quoad vim coactiuam. Ita citati pro ſecunda opinione, præſertim Bartolus l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. quia idem titulus eſt, ad præcipiendum, & ad puniendum: Et vis directiua ſine coactiua eſſet inefficax, & inutilis. Et ſi forenſes tenentur per ſe in conſcientia ſeruare leges territorij, tranſgrediendo eas, delinquunt in eo, & contra ipſum: ergo ratione delicti ſubduntur punitioni ſuperioris, & iudicis talis territorij, iuxta auth. quæ in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet. Limita, niſi peregrinus ſit ſuperior ſtatuente: quia ſuperior non poteſt ſubdi inferiori, quoad vim coactiuam. Vt ſi Epiſcopus hic ſub excommunicatione lata prohibeat clericis aliquid, Metropolitanus, etiamſi in hoc Epiſcopatu contra talem legem agat, non incurrit cenſuram: notat Syl. excommunicatione 1. num. 9. Nauar. capit. nouit de iudic. ſumitur ex Pan. cap. 1. de raptor. num. 8. & cap. fin. de foro compet. indicat Armil. excomm. numer. 29. intellige de ſuperiore quoad iuriſdictionem: nam ſi ſit ſuperior quoad dignitatem tantùm, vel officium, obligari poteſt. Vt ijdem ſentiunt, quãuis oppoſitum indicet Sotus 4. d. 22. quæſt. 2. art. 2. ſine cauſa tamen: quia illa maior dignitas per accidens eſt, & non repugnat ſubiectioni in aliquo facto, imò Angel. excommunic. 1. numer. 12. ait non ſolum Archiepiſcopum in loco ſuffraganei, ſed etiam ipſum ſuffraganeum, proprio ſtatuto ligari quoad excommunicationem, ſi peccet vt priuatæ perſonæ, ſecus ſi vt Archiepiſcopi, vel Epiſcopi: ſed eſt opinio ridicula, quia nemo poteſt ſe excommunicare: Archiepiſcopum verò ſi poteſt excommunicare, quia furatur, etiam poterit excommunicare, quia facit ordines in loco ſuffraganei, vel alium actum epiſcopalem, iure illi vetitum. Vide Syl. ſuprà.

Tertiò amplia, vt vera ſit concluſio, etiam ſi vno tantùm die quis exiſtat in territorio alieno, vt dixit Sa ſuprà, & hic eſt vſus: neque refert, quod habeat animum diutius ibi manendi, vel alio die recedendi, aut ſuſpenſum, ſeu neutrũ. Nec enim eſt, cur vel ſtatuta particularia, vel leges generales Eccleſiæ de ſeruandis ieiuniis, abſtinentiis, & ſolemnitatibus regionis, in qua quis eſt, reſtringamus ad exiſtẽtes ibi, cum domicilio, vel per maiorem partem anni, aut per aliud determinatum tẽpus, aut cum certo animo.

Et quamuis aliqui Doctores noſtram ſententiam reſtringant, & moderentur aliquo modo, vt ſolus tranſitus non ſufficiat obligare ad ſtatuta, & cõſuetudines loci, ſed requiri, vt ſiſtat ibi, Naua. cap. 13. num. 5. Ludouic. Lopez illo cap. 52. §. nec peccant, Philiarchus eo cap. 23. §. eſt tertiò notandum, Henriquez, lib. 9. de Miſſa cap. 25. nu. 2. in fine, Sa verbo Miſſæ auditio, num. 6. tamen diuerſimodè hoc explicant: Nam Sa ait, tranſiens per locum, vbi eſt feſtum particulare, non tenetur audire ſacrum: ſecus, ſi inde recedat, aut eò accedat. Philiar. ait, peregrinum ſiſtentem in oppido, in quo eſt dies feſtus, vel ieiunij, teneri audire ſacrum, & ibi prandentem teneri à carnibus abſtinere iuxta illius loci conſuetudinem, ſed ſupponit non teneri ſiſtere, vt audiat ſacrum. Hẽriquez autem ait, peregrinum non teneri ad ieiunium, & abſtinentiam carnium priuati ſtatuti, priuatæque conſuetudinis oppidi, per quod tranſit obiter, & addit in commento liter. R. nec teneri audire ſacrum, licet pridie illic dormierit, vt ſequẽti die proficiſcatur: ſed Thomas Sancius illa diſt. 18. numer. 5. ait conformius ſententiæ ſecũdæ (quam nos ſequimur) locutum eſſe Philiarcum. Nam tenendo peregrinos teneri legibus loci, per quem tranſeunt, dicendum eſt, ſi adimpletio legis non requirat ſpecialem moram, teneri peregrinos tranſeuntes obiter, ad eam: vt ad abſtinentiã à carnibus, dum in oppido etiam tranſeuntes ſunt: ſi verò ſpecialem moram requirat, teneri tranſeuntes, quãdo manſuri in oppido ſunt tẽpore proportionato impletioni illius præcepti: quare non teneri audire ſacrum, quando eo ſolo tempore manſuri ſunt, quod ſatis eſt ad cibos ſumendos, quia ea mora non eſt proportionata auditioni ſacri, ſecus ſi toto mane vel magna eius parte illic ſiſtere debeant.

Ego verò rem ſic explicarem, à carnibus abſtinere tenentur toto eo tempore, quo ſunt intra limites oppidi, vbi à carnibus abſtinetur, ſiue ſiſtant intra illos limites, ſiue non. Item ſi cõmodè poſſunt, tenentur antequam fines illius oppidi egrediantur, audire ſacrum, ſi in eo oppido dormierunt, vel per notabile aliquod tempus in eius finibus verſantur, & ad hoc tenentur ſiſtere, ſecus ſi commodè non poſſunt, quia oporteret multo tempore expectare, vt ſacrum audirent. Non enim obligat Eccleſia cum tanta difficultate, præſentim ſi alia incommoda ſumptuum, & ſimilium ex mora ſequerẽtur. Item cum modico tem-



Digitized by Google

pore verſantur intra terminos illius loci, etiam ſi commodè poſſint, non tenentur ſacro intereſſe, quia non cenſentur eo die in tali loco exiſtere: parum enim pro nihilo reputatur. Verbi gratia, ſi tantum per vnam horam intra illos terminos ſint futuri.

51 Sed obijcies: quia qui tranſit, vel breui tempore eſt in aliquo loco, non dicitur moraliter in eo eſſe, arg. l. quæſitum 76. §. fin. ff. de legatis 3. ibi, rebus quæ in fundo ſunt, legatis, non accedũt, quæ caſu illic fuerunt, & l. ſi ita 84. ff. eodem, ibi nec quod caſu abeſſet, minus eſſe legatum, nec quod caſu ibi ſit, magis eſſe legatum, & l. ſi pro patre verſ. in rem autem verſum, ff. de in rem verſo. *Verſum, inquit, ſic accipimus, vt duret verſum*; & l. diuortium ff. de diuortiis: ſi breui reuerſa vxor eſt, nec reuertiſſe videtur, & cap. nã & ego, de verb. ſignif. quod eſt deſumptum ex Hieronymo, vbi quærit, cur Salomon ſe vnigenitum nominet, cùm fratrem vterinum habuerit? & reſpondet, quia, cùm ſtatim obierit, quaſi non natus reputatur, vbi gloſſ. verbo, quaſi ait, non videtur fuiſſe, qui non durauit, quod, probat ex c. ad noſtram de regular. vbi qui triduo fuit regulari habitu indutus, non dicitur habitum induiſſe: quia, vt ait gloſſ. verbo ſtatim, non dicitur factum, quod non durat: quam gloſſam ſequuntur Speculator, tit. de inſtrum. edit. §. cõpendioſè, num. 16. Felin. cap. in præſentia, numero 32. de prob. ſi ergo tranſeuntes vel modico tempore ſiſtentes, non dicuntur eſſe moraliter in eo loco, non aſtringentur eius legibus.

*Non videtur fuiſſe, qui non durauit.*

Reſpondeo, quæ parua, aut modica moraliter ſunt, in ordine ad aliqua negotia: magna eſſe poſſunt in ordine ad alia, quæ non tanti momẽti ſunt: ſic ergo eſſe tranſeuntes, vel breui tempore in aliquo loco: moraliter parum, aut pro nihilo reputantur in ordine ad domicilium, vel habitationem, & negotia, quæ domicilium, vel habitationem requirunt; ſed in ordine ad Miſſæ auditionem, vel ieiunium, vel abſtinentiã à carnibus: quæ facilia ſunt, magnum, & notabile quid exiſtimatur: ideo vſus & conſuetudo, quæ legem Eccleſiæ interpretatur, eſt, vt tales quaſi obligati, Miſſam audiãt, à carnibus abſtineant, ſtatutis, pręceptis generalibus, vel particularibus iuſtis gubernantium ea loca obedient, eorum ſententiæ ſtent, ſi delictum commiſerint, tres dies, aut duo parum quid videtur, nihilominus peccaret numeraliter, qui ordines reciperet, ſi ei deeſſent tres dies, aut duo de tempore, de ætate, quam Eccleſia requirit, ſimiliter qui vna hora ante ortum diem ſine priuilegio celebraret, & ſic in aliis multis. Quod verò attinet ad locũ Hieronymi, ſi eam, quã inſinuat, ſentẽtiam amplectamur, Berſabe ſcilicet præter Salomonem nullum ex Dauid habuiſſe filium, pręter eum quem ex adulterio cõcepit, & qui mox natus ſine nomine deceſſit: reſpondeo eum inter Berſabe filios non numerari, quia ante octauũ diẽ in quo circũcidi, & nomen capere debebat, mortuus fuit, vt liquet 2. Regum 12. verſ. 18. Cenſeo tamen ex Dauid præter Salomonem alios filios habuiſſe, de quo vide interpretes Prouerb. 4. num. 3. nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea. Vnde meritò Sancius illa diſp. 18. n. 8. & 9. reiicit gloſſ. cap. quæ cõtra, d. 8. verbo *aut peregrini*, Speculat. rub. de conſt. num. 7. Archid. ca.

A illa d. 12. Turrec. Hugo, Io. Med. Margar. confeſſorum, Marti. Ledeſ. Palud. Roſſell. Syl. & Palac. qui videntur requirere animum transferendi domicilium in aliquem locum, vel habitandi ibi, vt ſtatutis & conſuetudinibus eius obligentur, & quamuis ipſe dicat ſufficere & requiri animum exiſtẽdi ibi per maiorem anni partem, tamen nos cum Leſſio, & aliis diximus minus tempus ſufficere.

Item Sancius ipſe num. 10. & ſequentibus ſententiæ tenenti, peregrinos non obligari legibus loci, per quem trãſeunt, aut in quo breuiter ſunt, apponit tres exceptiones, quæ ſententiam noſtrã, 52
B & communem confirmant. Prima eſt, quoad cõtractuum, ſolennitatem: nam forenſes, & peregrini tenentur in contractibus ſeruare formam & ſolemnitatem legibus, vel conſuetudinibus loci requiſitas. Quilibet enim forum ſortitur in loco contractus, quantùm ad ipſum contractum, cap. fin. de foro compet. l. ſi fundus ff. de euiction. & tradit Innocentius, rub. de conſued. num. 6. & 7. & ibi Antonius de Butrio num. 2. & cap. 2. de conſt. num. 22. Imola. num. 9. ad finem, Ancaranus, cap. fin. de conſt. in 6. numero 7. oppoſi. 7. & cap. 1. de conſt. num. 208. Pan. cap. 1. de ſponſalib. num. 10. Præpoſi. ca. quæ contra
C d. 8. Cynus lib. 1. C. de ſum. Trinit. vbi Bart. n. 14. Bald. num. 20. Fulgoſ. nu. 18. Salicet. num. 4. Iaſon, in 2. lectura num. 56. Io. Bap. de Sanct. Seuerino nu. 87. Aduenam, ſeu forenſem in contrahendo debere ſeruare formã præſcriptam eo loco, iuxta l. ſi fundus ff. de euictio. docet Greg. Lopez, ex tex. l. 15. tit. p. 1. verbo *poſtura ò yerro*, & l. 34. verb. *el caſamiento*, tit. 11. part. 4. & in teſtamentis ſeruãdam à forenſibus ſolemnitatem legibus regni præſcriptã, Bart. l. de quib. num. 29. ff. de legi. & l. 1. num. 24. C. de ſum. Tri. quem probat, & ab aliis neotericis probari teſtatur Tellin Fern. l. 3. Taur. 2. part. num. 1. & 2. Ciſuitis,
D num. 23. Anto. Gom. num. 20. Moli. to. 1. iuſt. tract. 2. diſp. 127. probat Bart. ſup. quia ſolemnitas actus pertinet ad territorium, vbi actus fit l. 3. in fine, ff. de teſtibus, l. 2. C. quemadmodum teſtamen. aperiantur. Idem Bart. repeti. l de quibus, num. 27. & 29. ff. de legibus, Baldus l. 1. num. 3. C. de contrah. emp. Corneus conſil. 64. volu. 3. Caſſan. conſuetud. Burg. Rub. 4. §. 2. gloſſ. *ou duché*. numer. 3. & gloſſ. *Selon*, num. 10. Anto. Gab. tom. 3. commu. opi. lib. 6. tit. de cõſuetudine, num. 4. & tom. 1. lib. 6. verbo *Forenſis*, Mexia in pragm. frumenti, concilij 5. num. 81. Hinc cõtractus abſolutè initus, cenſetur celebratus iuxta conſuetudines, & ſtatuta loci, in quo fit
E ex l. quod ſi nolit §. quia aſſidua, ff. de ædilit. edicto, & affirmant Bartol l. nemo eſt, ff. de duob. reis, Pan. cap. cum M. nũ. 5. de conſt. Ang. verb. contractus, num. 4. Syl. quæſt. 8. Moli. to. 2. de iuſt. tract. 2. diſp. 260. initio. Ab hac regula excipe contractum dotis per legem exigere, ff. de iudic. in quo ſolum attenditur locus *domicilii viri exigere*, inquit, *dotem illic mulier debet, vbi maritus domicilium habuit: non vbi inſtrumentum dotale ſcriptum eſt*. Decius conſilio 19. Roderic. Suarez ad l. 1. titul. *de las ganancias*, l. 3. fori legum, Grego. Lop. alios referens, l. 14. verb. *del caſamiento*, tit. 11. part. 4. Bart. li. 1. num. 17. C. de Sum. Tri. Fulgos num. 18. Iaſon num. 60. Simanc. cum multis in inſt. tit. 9. n. 141. & duobus ſeqq.

*Prima exceptio Sancij.*

Digitized by Google

ſeqq. de ſolemnitate autem teſtamenti, an adhibenda ſit iuxta leges loci, in quo fit, vel potiùs, in quo bona ſita ſunt, vide Doct. l. 3. Tauri. ibi *ti fuentes*, num. 23. Anto. Go. num. 20. Burg. de Paz. num. 387. Roland. Conſil. 24. Volum. 3. Azebed. 5. compil. tit. 4. lib. 1. num. 5. & ſequẽtibus. Hinc gabellæ ſoluandæ in loco contractus, Bald. l. 1. nu. 3. & 4. C. de contrah. emp. Bertachin. in repert. ver. Gabella per quos ſoluatur, Caiet. verb. vectigal. Syl. gabella 3. quæſt. num. 13. Armilla, eod. verb. num. 11. Medina de reſt. quæſt. 15. §. verum cum in his verſ. per hæc patet, idem eſt de aliis tributis, quando debentur ratione rei exiſtentis in eo loco, vel actionis, quæ ibi fit. Hinc etiam forenſes vendentes triticum in Caſtella, tenentur Pragmaticam frumenti ſeruuare, Io. Medina de reſt. quæſt. 36. Mexia in prag. frum. con. 5. num. 78.

*Gabellæ ſoluendæ ſunt in loco contractus.*

Iuxta hanc exceptionem bene aliqui docent, peregrinos in locis, vbi obligat Tridentinum, non poſſe validè celebrare matrimonium clandeſtinum, quia eſt contractus.

53 Ex eadem exceptione colligitur deciſio illius quæſtionis, an lex, vel ſtatutum loci habeat vim irritandi actus, qui à forenſibus fiunt. De hoc Bartolus, Iaſon, & alij d. l. cunctos populos, Felinus, cap. 1. de ſponſ. Tiraquellus de primogeniis quæſt. 46. & 48. reſpondent affirmatiuè; ſenſus autem eſt, forenſem, qui in hoc loco teſtatur, vel contrahit, debere ſeruare formam præſcriptam per leges ipſius, ac proinde, ſi lex cõtractũ irritet, irritare etiam reſpectu forenſium, quia in cõtractibus ſeruanda eſt forma loci in quo fit. Cõfirmatur, quia actus, qui certam ſolemnitatem requirũt, non habent valorem ſine adminiculo iuris, lege legitima ff. de pactis, tunc autem ius non concurrit, ſed potiùs reſiſtit; ergo, &c. Idem eſt de iudiciis: nam agenda ſunt iuxta formã præſcriptam per leges loci, in quo feruntur, quibus forenſis litigans debet accommodari. Vnde nihil efficiet, ſi legibus loci irritum ſit; ſuppono leges eſſe iuſtas, & reſpicere bona, & actiones in tali loco exiſtentes, aut factas, quia ratione loci ſubduntur iuriſdictioni gubernantis illum, licet perſona ſecundùm ſe, & quoad conditiones perſonales non concernentes illum locum, ſubdita non ſit.

*An lex vel ſtatutum loci poſſit irritare actus, qui à forẽſibus fiũt.*

54 Secunda exceptio, quam ponit Sanchez n. 14. eſt, niſi legum tranſgreſſio cederet in damnum illius oppidi; tunc enim etiam peregrini tenentur: vt ſi prohiberent extrahi aliquid ex eo oppido; vel ne viatores ibi vltra certũ tempus commorentur, &c. Bart. l. 1. numer. 21. C. de ſum. Trinit. Bal. num. 22. Pan. ca. à nobis, 1. de ſent. excom. num. 7. & 9. Præp. ca. quæ contra, d. 8. colu. 2. in medio, Auendamus de exeq. mand. lib. 1. cap. 13. nu. 10. Mexia illa con. 5. 80. n. 83. 84. 85. & 90. Probatur ex l. 12. tit. 12. libro 1. nouæ compil. & libro 5. titul. 10. l. 12. & tit. 18. l. 7. & lib. 6. tit. 18. l. 5. vbi varia forenſibus æquè ac regnicolis præſcribuntur, dum per Hiſpaniam tranſeunt.

55 Tertia exceptio eſt, num. 15. vt non intelligatur de vagis, qui nullibi certam ſedem habent: hi enim tenentur ad leges, & conſuetudines loci, in quo etiam obiter reperiuntur: quia cum nullum peculiare domicilium habeant, illud quoad omnia acquirunt, vbicunque reperiuntur. Item aliàs viderentur exempti ab omnibus ſtatutis, &

*Vagi tenẽtur ad leges & cõſuetudines loci in quo reperiuntur.*

A conſuetudinibus. Quare qui dicunt peregrinos non teneri legibus loci, per quem tranſeunt, loquuntur de habentibus alibi certam ſedem. Sic Sotus 4. d. 18. quæſt. 4. art. 2. verſ. *eſt hic tamen.* ſed certè eadem eſt ratio de vtriſque; quia etiam habentes alibi domicilium, eius legibus non tenentur. Hæc ferè totidem verbis Sancius, quæ libenter amplector, maximè cum ex illis mea & communis ſententia confirmetur, præſertim ex 2. exceptione, quam ponit num. 14. & repetit nu. 16. ad 4. Si enim quoties ſtatuta, & conſuetudines loci diſponunt circa bonum, & vtilitatem illius, ſeruandæ ſunt à quibuſcunque peregrinis, ſemper, aut ferè ſemper ſeruandæ erunt, quia ſemper, aut ferè ſemper eo modo diſponunt: nam leges ſemper feruntur propter bonum commune: B maximè cùm ſemper ſpectet ad pacem, & tranquillitatem, & bonum exemplum Reip. vt peregrini illorũ legibus ſe accommodent, ex contrarióque oriri ſcandala, & perturbationes, pugnæ, ac diſſidia ſoleãt. Qua etiam ratione, ſi locus particulariter ſit interdictus, tenentur clerici peregrini cenſuram ſeruare, & non celebrare: ſi verò interdictũ ſit generale, habeant priuilegiũ, & non tenẽtur omnes peregrini Miſsã non audire, & Eccleſiaſtica ſepultura carent, quæ lex etiam cum infantibus ſeruanda, quamuis Miſſæ aſſiſtere poſſunt, quia non aſſiſtunt humano modo, quæ ſola aſſiſtentia prohibetur interdicto. Quæ omnia Sãcius docet, num. 16. ad 5. cum Couar. c. alma. p. C 2. §. 4. num. 6. ergo veriſimile eſt, in aliis etiam debere peregrinos ſe conformare populi legibus, moribus & ſtatutis.

Hinc primò videbis, non rectè Emanuelem tom. 1. quæſtio. regul. quæſt. 68. art. 4. definiiſſe illam quæſt. vtrũ ſtatuta alicuius Prouinciæ obligent hoſpites aliarum prouinciarum pro tempore, quo in ipſis hoſpitantur, ait hoc definiendum ex iis quæ tradunt doctores de peregrinis, qui in alienis prouinciis verſantur. De quibus dicendum eſt, teneri legibus prouinciæ, in qua verſantur ex dicto c. quæ cõtra mores, & quia certum eſt, quãlibet Rempu. poſſe contrariis ſibi noxiis reſiſtere, vt probat Sotus, 4. iuſt. q. 4. art. 1. qua ratione poteſt Eccleſia coërcere ſibi non ſubditos, puta infideles, qui prædicationem Euangelij quoquo modo impedirent, vt tradit Victoria relect. de Indis, num. 12. At forẽſes turbant regem Reip. in qua commorantur, ſi ciuium moribus non cõformantur: ex illa namque morum diuerſitate inſurgit ciuium ſcandalum, vt colligitur ex ca. illa d. 12. & ſic pſ. 67. extollũtur, *habitãtes vnius moris in domo*, vnde tenentur forenſes abſtinere à carnibus vbi id eſt in præcepto, vt tenent Card. Clem. 2. quæſt. 5. de celeb. Miſſ. Alex. d. ca. illa num. 6. & obſeruare feſta, & ieiunia eiuſdem loci, Alex. d. c. quæ contra mores, nu. 3. quidquid contra dicat Syl. ieiunium, num. 3. & iuxta hanc regulam forenſes violantes ſtatuta, eo ipſo pœnis ſtatutorũ ſubduntur, ac proinde quoad hoc partes Reip. cenſentur. Hoc tamen non procedit, quando aliqua adeſt iuſta cauſa, ob quam ceſſat materia ſcandali: eo namque ipſo poteſtas Reip. non extenditur ad forenſes, & iuxta hæc explica, quæ dicunt gloſſæ communiter receptæ l. cunctos, C. de ſum. Tri. & ca. quæ contra mores d. 8. ver. *aut peregrini*, & Bart. d. leg. cunctos, num. 24. forenſes non eſſe legibus ſubiectos: quòd colligitur 56.

*Forenſes turbant reip. ſtatum, ſi non ſe conforment moribus omnium.*



Digitized by Google

A ex l. 1. C. de emancip. liber. Vnde fratres hoſpites, in aliquibus prouinciis cõmorantes, poſſunt compelli in foro externo ad earũ conſtitutiones ſeruandas in his, quæ ad mores, & cõmune regimen ſpectant. At in foro interiori, ceſſante ſcandalo minimè peccabunt eas transgrediendo, aliqua eos cauſa excuſante. Hæc ille: quæ non cohærẽt: nam ſi violantes cum ſcandalo ſubiacent pœnis, non peccant tantùm ratione ſcandali, ſed per ſe contra leges, & ideo in foro interno tenebuntur eas ſeruare etiam ceſſante ſcandalo, niſi adſit excuſatio, quæ etiam non hoſpites excuſaret.

58 3. Corol. Secundò, hinc intelligas c. quiſquis quod eſt 1. 41. d. & ſumptum eſt ex Auguſtino 3. de doct. B Chriſt. capit. 12. & in operibus Auguſtini, & in Iuone. part. 4. capit. 24. & Pan. lib. 2. capit. 195. & in Gratiano ſic habet. *Quiſquis rebus prætereuntibus reſtrictiùs vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum cum quibus viuit, aut temperans, aut ſuperſtitioſus eſt: quiſquis verò eis ſic vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat, aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt.* Vbi gloſſa putauit legendum, intemperans, & propter illam ſic legitur modò in decreto Gregoriano, vt in ipſo notatur, ſed lectio eſſet abſurda. Quomodò enim qui reſtrictiùs rebus vtitur intemperans eſſe poteſt? ſtultè gloſſa inquit intemperans eſt, nolens conformare ſe aliis; legendo autem temperans, nulla eſt C difficultas: Sed ſolùm manet difficultas in illo verbo partis ſecundæ, *aut aliquid ſignificat.* Quid enim aliquando ſignificat, qui per exceſſum non ſe accommodat bonorum, inter quos verſatur, cõſuetudini? Gloſſ. ex eo fortè quòd habet ventrem inſatiabilem, vel cauſa infirmitatis hoc facit. Non attigit Auguſtini mentem: ſenſus enim eius eſt, flagitioſum eſſe conſuetudini bonorum non ſe accommodare, niſi afflatu ſpiritus ſancti ad aliquid ſignificandum conſuetudini illi aduerſetur, vt Oſeas fecit accedendo ad meretricem iuſſu Dei. Hoc enim exemplo vtitur eo loco Auguſtinus.

D Tertiò inferes, falſum eſſe quod nonnulli dicunt, Mediolanenſem, qui in patria ſua non tenet ieiunare ante dominicam primam quadrageſimę, ſi à die cineris tranſeat per alias terras, vbi ieiunatur, ieiunare non debere, & Maioricenſem poſſe Sabbato vt in ſua patria, ſic in aliis locis comedere carnes, & Caſtellanum extrema animalium, quod aſſeruit Sanchez in illa diſp. 18. num. 7. & alij, citantes pro ſe Palacium, 42. diſp. 8. poſt 6. con. & Pet. Ledeſm. de matrim. quæſt. 45. art. 3. dub. vltim. Oppoſitum meritò docet Rodriguez ſuper Bullam cruciatæ in fine, Henricus lib. 9. de miſſa cap. 25. nùm. 2. in fine, Pan. ca. Conſilium de obſeru. ieiun. Quia ita habet omnium conſuetudo: E & quia abſtinentia à carnibus in illis diebus eſt de lege vniuerſalis Eccleſiæ: conſuetudo autem introducta in vno loco, contra legem communem, eſt priuilegium locale, quod non ſe extendit ad exiſtentes, etiam obiter, in aliis locis, & ita Medina quæſt. 96. art. 5. & Sayr. li. 3. cap. 4. numer. 15. licet docuerint peregrinos non obligari legibus propriis loci, ad quem diuertunt, docent tamen teneri legibus communibus regni, quæ ibi, licet non in ſuo domicilio ſeruentur, alioqui non foret benè conſultum regno.

## SECTIO V.

*Vtrùm ciuis, dum abſens eſt, teneatur ſui oppidi ſtatutis, legibus, aut conſuetudinibus.*

ALiis verbis, An ſubiecti principi, eius legibus extra prouinciam, vel territorium eius verſantes teneantur. 59

Prima ſententia eſt, teneri ſui oppidi, & Principis legibus, conſuetudinibus, & ſtatutis, quamdiu non mutauit domicilium, etiamſi extra prouinciam, vel territorium verſetur. Sic docent Paludanus 4. d. 15. quæſt. 4. art. 3. num. 26. Antoninus, 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 2. in fine, Syluester verbo ieiunium, quæſt. 2. dicto 2. in fine, & Roſella, num. 16. in ſolo caſu de ieiuniis patris tranſeuntes cum Paludano, de quo ſolo ipſe loquitur, ſed generatim: id ſatis probabile putat Sancius to. 1. de Matrim. quæſt. 2. nu. 17. in fine, citat Ioan. Andream additio, ad ſpeculatorem, tit. de inſtrumentorum editione §. compendioſè, num. 16. v. quæſitum. Armilla autem verbo excommu. num. 30. ex Pan. ca. à nobis 1. de ſent. excom. citat Innoc. eodem. Alij citant Præpoſitum ca. illa d. 12. Cynum repet. l. fi. ff. de iuriſ. omn. iud. relatũ à Bartol. l. 1. à num. 47. C. de ſumma Trin. §. ex quibus. Vbi Bart. ait, Cynum aſſeruiſſe, conſtitutionem Bonifacij ca. vt animarum, de conſt. lib. 6. Huic ſententiæ contrariam ex errore Canoniſtarum proceſſiſſe. Cui ſententiæ ex parte ſubſcribit ipſe Bartolus ibidem, nùm. 32. dicens ſtatutũ prohibens minorem viginti quinque annis condere teſtamentum, ne in eius confectione decipiatur, obligare illum extra territorium, & nume. 45. ait, ſtatutum ligare eum, qui extra territorium delinquit, quando diſertis verbis ad eum producitur, ſeu dirigitur, & l. mercatores num. 1. C. de cõmertiis, & mercator. ait, legem imponi poſſe, qua puniatur ciuis extra territorium egrediens. Hanc etiam ſententiam Bartoli multis aliis auctoribus allegatis probat Alex. Conſil. 41. incipiente viſis, quæ ſubtiliter num. 6. lib. 5. conſiliorum, alios referens, & conſil. 111. incipiente, ponderatis verbis num. 1. lib. 1. (licet hìc cum formidine) Hippolit. lib. vlt. ff. de iuriſd. omnium Iud. num. 142. & cum ea opinione Bartoli tranſit Signo. de Homod. l. 1. ſeu cunctos populos. C. de ſum. Trinit. & pleriqué alij, & Rochus Curtius ſcribit de conſuetud. quæſt. 3. omnes Doctores tranſire cum opinione Bartoli, quàm probat Henric. Bottæus tract. de Synod. 3. part. art. 2. nu. 25. in pœna ſtatuti per ſententiam imponenda. Hi etenim, & alij veram eſſe cenſent Bartoli opinionem, vt teſtatur Couar. c. alma mater de ſent. excommunicat. in part. prima §. 10. numer. tertio.

Pro hac ſententia ſunt argumenta non infirma, quæ poſteà proferemus.

Contrariam ſententiam tenent Couar. d. ca. alma, part. 1. §. 10. num. 3. dicens eſſe communem opinionem, vt fatentur Doctores, præſertim Paulus Pariſ. conſil. 159. col. 2. lib. 4. Felin. cap. à nobis, 1. de ſent. excommu. Roch. Curr. ſupra, quæſt. 13. Bottæus ſuprà num. 21. Alex. illo conſilio 111. numer. 1. & 2. imò & Bart. illa lege cunctos populos, verſ. 8. memb. 2. Hanc etiam opinionem amplectuntur Angelus, & Paulus de Caſtro. 60.

Digitized by Google

Caſtro lege vlt. ff. de iuriſdi. omnium iudicum, Nauar. in ſum. cap. 13. num. 5. & cap. 23. num. 120. & in ſumma Hiſpa. num. 128. Sancius tom. 1. de matrim. libro 3. diſput. 18. quæſt. 2. num. 18. Pan. ca. à nobis 1. de ſentent. excommunica. nu. 7. & 11. Fel. n. 6. verſ. circa tertium, Cardin. ibidem, Laudalchus, quem refert, & ſequitur Cardin. clem. 2. de celeb. miſſ. quæſt. 5. & ibi Imola num. 3. Bonifacius, num. 68. Couar. 4. varia. ca. 20. num. 8. Syl. quamuis cum multis limitationibus excommun. 2. num. 5. & ſequentibus, Alexia in pragma. frumenti conclu. 5. nu. 95. Maior 4. diſt. 15. quæſtion. 3. col. 15. arg. 4. Driedo de libert. Chriſtiana lib. 1. cap. 17. §. vna eſt, & in alia editione lib. 1. capite 2. part. 3. a. 2. memb. vlt. §. vna eſt, Marti. Ledeſma 2. part. 4. quæſt. 15. a. 4. dub. 2. verſ. ſequitur ex dictis. Pro hac ſententia citatur Suarez 3. part. to. 3. diſp. 44. ſect. 3. §. illud verò ſed clarius eam docet to. 5. qui eſt de cenſuris, diſp. 5. ſect. 4. & 5. opi. de legib. Henriquez 7. lib. ſum. qui eſt de indul. c. 13. n. 8. & lib. 9. qui eſt de miſſa, capite 25. num. 2. in fine. Pedraza præcepto 3. §. 14. Lopez 1. par. inſtructor. ca. 52. §. vnaquæque ciuitas, Petrus Ledeſma de matrim. quæſt. 45. a. 5. pu. 3. dub. vlt. Philiarc. de officio ſacerdo. tom. 1. part. 2. libro 3. cap. 23. notalib. 3. Emmanuel tom. 1. ſummæ cap. 122. num. 1. Leonard. Leſſius, 4. de iuſt. & virtu. cap. 2. dub. 8. Toletus 1. ſum. cap. 6. num. 4. Sa excommunicatio numer. 12. Tabu. excom. 4. num. 2. Iacob. de Graff. lib. 4. deciſionum ca. 7. num. 37. & 39. Pan. cap. vlt. de foro compe. num. 39. & 40. citans Ioa. de Lignano, Vgolinus de cenſuris tabula, 1. capit. 9. §. 3. numer. 1. & 2. Azor tom. 1. lib. 5. capite 18. quæſt. 14. & capit. 25. quæſt. ſecunda, Armill: excommunica. nume. 30. Domi. & Ioan. Crotta not. vltimo cap. fin. ſeu, vt animarum de conſtit. in 6. §. ſtatuto, Paul. Pariſien. conſil. 159. colum. 1. & ſecunda, libro 4. Bertachin. 4. lib. de Epiſcopo. part. 2. numer. 34. Roſell. excommunica. 7. numer. tertio, & 7. Pan. addiction. ad cap. à nobis 1. de ſenten. excommunica. num. 11. & ca. 1. de raptorib. num. 8. Henric. Bohic. in diſt. cap. à nobis numer. 14. verſ. aut eſt, rationabile, Zabar. prope finem & in repet. cap. perpendimus numer. 20. de ſenten. excommunica. Bald. l. fin. numer. 2. ff. de iuriſ. omnium iudicum, Iaſon ibi num. 3. cum Imo. exemplum ponentes in ſtatuto ſub excommunic. nequis aleis ludat, nam etiam ſi ſpecificet, extra territorium, ibi non ligat.

61 *1. Arg. Non ligari ſententia Epiſcopi ſubditos extra territorium ſuum probatur.*

In hanc ſententiam his argumentis prefati auctores conſpirarunt: primum & potiſſimum ducitur ex capite vt animarum de conſtitut. in 6. vbi Bonif. VIII. ait. *Statuto Epiſcopi, quo in omnes, qui furtum commiſerunt, excommunicationis ſententia promulgatur, ſubditi eius extra eius Diœceſim exiſtẽtes minimè ligari noſcuntur, cùm extra territorium ius dicenti non pareatur impunè.* Quàm rationem ſumpſit Pontifex leg. vltim. ff. de iuriſdiction. omnium iudicum.

Secundum, quoniam iure Pontificio definitum eſt, nullum à non ſuo iudice ligari poſſe, vel abſolui, ca. ad audientiam de conſuetudine, cap. at ſi clerici in princip. de iudic. ca. quod autem de pœnit. & remiſſio. capite à nobis, 1. de ſent. excommunica. conſentit Grego. 11. regiſtri cap. 54. & lege fin. C. ſi à non competenti iudice: ergo cum princeps iudex non ſit ſubditi in aliena prouincia, ſeu territorio verſantis, non poterit ab eo ligari, vel abſolui. Hæc ratio nulla eſt, quia præſes territorij poteſt in illo punire delictum commiſſum extra territorium, vt cum Vgoli. notato ſect. ſeq.

Tertium, quia nemo poteſt iuriſdictionem in alieno territorio exercere, Clem. 1. de foro comp. c. placuit el 2. 7. quæſt. prima, c. Epiſcopum cum duob. ſequentib. 9. quæſt. 2. ca. fin. de conſtit. in 6. l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudicum l. 1. verſ. initio, & lege fin. ff. de offic. præfecti vrbis: vbi dicitur, præfectum vrbis, ſi eius terminos exierit, poteſtatem non habere, quod de aliis magiſtratibus extra ſuum territorium intelligendum quoque eſt.

Quartũ, quia ſicut præſes prouinciæ cùm prouincia exceſſit, priuatus eſt l. præſes prouinciæ, ff. de offic. præſidis, & de legatis Põtificis colligitur, excom. capit. noui, de offic. legati, ſic etiam cum ſubditus extra prouinciam eſt, ſolutus actu eſt legibus Principis in prouincia exiſtẽtis.

Quintum, quia Clemens I. Clem. prima de foro compet. priuilegium illud confert Epiſcopis à ſuis ſedibus proteruia impiorum expulſis, vt in locis inſignibus ſuis Eccleſiis vicinioribus, in quibus poterunt ſecurè morari, iuriſdictionem ſuam liberè exercere poſſint contra ſuos expulſores, & eorum conſiliarios, & fautores, & vt in alienis diœceſibus, in quibus moram traxerint, poſſint ſubditis ius dicere, & ſuam iuriſdictionẽ in ſubditis omnimodã exercere, modò in proprijs diœceſibus id per ſe, vel per alios facere non audeant, vel non poſſint: ergo alioqui id non poterunt, vnde in Clem. Paſtoralis, §. nunquid etiam, de re iudicata, Clemẽs ait, *Vt illud tanquam notiſſimum nullatenus omittamus, quòd regem extra diſtrictum imperij, in regno ſcilicet Siciliæ, notoriè, ac continuè pro tempore ſuprà dicto morantem citare non potuit Imperator, nec citatio, ſi quam forſan de ipſo intra imperij fines fecit, citatum citra imperium conſtitutum arctauit.* *Priuilegium collatum Epiſcopis è ſuis ſedibus pulſis.*

Sextum, quoniam Auguſtinus epiſt. 118. ad Ianuar. cap. 2. & refertur ca. illa diſt. 12. Matre eius Monica dubitante, an Mediolani ſabbato ieiunare deberet, conſultum ab eo Ambroſium reſpondiſſe, cùm Romam venio, ſabbato ieiuno, cum Mediolani ſum, non ieiuno. Sic & tu ad quãcumque Eccleſiam veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, aut quemquam tibi. Hoc cum matri renuntiaſſem (inquit Auguſtinus) libenter amplexa eſt, ego verò de hac ſententia, etiam atque etiam cogitans, ita ſemper habui, tanquam eam cœleſti oraculo ſuſceperim: & cap. 4. de peregrino diſſerens, in cuius patria tẽpore quadrageſimæ ſabbati ieiunium laxabatur, cum in eo loco, vbi verſabatur, ieiunium non ſolueretur, ait Auguſtinus, non, inquit, hodie ieiunabo; quæritur cauſa, quia non ſit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille, niſi conſuetudinem ſuam cõſuetudini alterius præponere conatur. Et nonnullis interiectis, ait, violat ſanè Auguſtinus quietem, & pacem ſuam de ſuperflua quæſtione rixando. Mallem tamen in rebus huius, vt & ille in huius, & hic in illius patria ab eo, quod cæteri faciunt, non abhorrerent. Similia dicit Auguſtinus epiſt. 119. cap. 17. & epiſt. 86. ad Caſulanum, & ſæpe alibi: ſentiunt ergo Ambroſius, &



Digitized by Google

Auguſtinus conſuetudines, & leges patriæ extra illam non obligare, etiamſi quis aliò non tranſtulerit domicilium.

Septimò probatur ex l. 11. titul. 23. partita 1. vbi Alphonſus Rex de Religioſis ait, *Quando alguno de eſtos ſobradichos fueſe à Eſcuella ò à Roma ò à otrô lugar. &c. ſe deue accordar en las buenas coſtumbres de aquellos, con quien viue.* Hoc eſt, *ad eorum viuendi rationem ſe accommodare & conformare debet.* Vt Gregorius Lopez ibi, verbo, *à otro lugar*, interpretatur ergo conſuetudines & leges proprij domicilij extra illud non obligant: Ad idem eſt ille verſicul. *ſi fueris Romæ*, &c.

Octauum argumentum, quia cum peregrini & aduenæ ligentur ſtatutis, legibus, & cõſuetudinib. loci, in quo verſantur: ſi etiam ligarentur legibus, & conſuetudinibus proprij domicilij, nimis graue, & oneroſum illis eſſet, imò eſſet impoſſibile, ſi leges aut conſuetudines eſſent repugnantes, in quo euentu certum videtur ſtandum eſſe legibus, & conſuetudinibus alieni domicilij: ergo ſaltem tunc non obligarentur legibus & conſuetudinibus domicilij proprij.

Nonum, quia leges & conſuetudines cuiuſque domicilij ſunt latæ in bonum communitatis illic degentis, aut exiſtentis actu, & illi accommodatæ: ergo non obligant eos, qui extra illum locũ ſunt, ſed ſunt illi veluti affixæ, & ſolùm ligant actualiter exiſtentes in illo, ſicut leges, & obſeruantiæ religioſæ, non obligant religioſum factum Epiſcopum, aut à religione expulſum: confirmat tom. 5. diſp. 5. ſect. 4. num. 4. nam qui illud delictum committit in aliena diæceſi, ſubditur legibus illius & cenſuris, ſi quæ ſunt propter tale delictum latæ: ergo non debet puniri etiam legibus propriæ diæceſis: quia non punitur idem bis in idipſum.

*Deciſio Auctoris.*

62 Hæc omnia argumenta facillimam, meo iudicio, habent ſolutionem (quæ ex dicendis in eius limitationibus facile colligi poterit) præter illud primum deſumptum ex capite fin. de conſtitut. in 6. cui debuiſſet Sancius, cum priorem opinionem dixit valde probabilem, ſolutionem aliquam probabilem adhibere, quam ſi ego inueniſſem, libentiſſimè illam ſententiam amplecterer, quãuis multò maior Doctorum numerus ſecundam opinionem amplectatur: ſed quia ille textus commodam ſolutionem non habet, à prima opinione recedo, & ſecundam, quæ communior eſt, ſequor, ſed cum multis limitationibus, quas ex variis Doctoribus poſteà aſſignabo.

*1. Corol.*

63 Ex hac autem ſecunda opinione multa corollaria deducit Sanchez illa diſp. 18. quæſt. 2. num. 19. & ſequentibus, quem fere ſequuntur Leonardus Leſſius ſuprà, nonnullique recentiores, aliquid tamen addentes, vel detrahentes. Primum conſectarium his verbis ponit Leonardus, ex hac opinione in fertur, Primò vbi incolæ, vel parochiani poſſunt veſci carnibus, vel ouis, certis diebus, ibidem id poſſe etiam peregrinos; etſi illo tempore in oppido, vel parœcia eorum non liceat, & illi eodem die domum ſint reuerſuri, vel ab ea receſſuri. Vnde Luſitani & Nauarri per Caſtellam iter agentes poſſunt diebus ſabbati comedere extrema & viſcera animalium, quamuis id in patria eorum ſit illicitum. Hoc vltimum de iter facientibus per Caſtellam notiſſimum eſt ex vſu, & conſuetudine generali omnium: idque docent

*Luſitani & Nauarri per Caſtellam iter facientes veſci poſſunt carnibus in Sabbato, quibus non veſcuntur in patria.*

Sancius illo num. 19. & num. 7. Nauar. capit. 13. num. 5. capit. 23. in ſumma latina, num. 120. & in Hiſpan. 128. Palac. 4. diſt. 15. diſp. 8. Pet. Ledeſ. de matrim. quæſt. 45. art. 5. punct. 3. Couarr. 4. var. cap. 20. num. 8. verſ. fuit, & in dicto Pedraza in ſumma præcepto 3. §. 14. Henriquez lib. 9. de Miſſa, capit. 25. num. 2. in fine, aliique auctores Hiſpani, quod verum eſſe credo, etiamſi eodem die homo ille ex Caſtella in patriam ſuam eſſet reuerſurus: Vbi id eſt illicitum, & ſimiliter ſi eadẽ die à ſua domo receſſerit: illa tamen verba, *vel ab ea receſſuri*, non intelligo, niſi ad parœciam referatur: nam in domo ſua non licebit illis veſci, etiamſi eodem die Caſtellam ſint ingreſſuri: imò dubito an ſit licitum ex induſtria, & ſine vlla neceſſitate, vel commoditate propter ſolam carniũ comeſtionem in oppida Caſtellæ concedere animo ſtatim reuertẽdi in proprium: & multo magis dubito, an liceat id facere in vicina parœcia: quãdo verò aliàs eſſet neceſſarium, aut valde vtile manere in oppido, vel parœcia vicina ad veſcendum, licitum erit ibi carnibus veſci.

*2. Corol.*

64 Secundò, infert Sancius, num. 20. Sacerdotem grecum, cui in ſua patria permiſſum eſt in fermẽtato celebrare, tranſeuntẽ per Eccleſiam Latinam poſſe in fermentato, iuxta morem ſuæ patriæ, vel in azymo iuxta morẽ Eccleſiæ Latinæ celebrare: ſimiliter ſacerdotem Latinum per Græciam trãſeuntem, poſſe in fermentato, Græcorum more, vel in azymo inſtar Latinorum cõſecrare. Probatur prior pars ex dictis num. 6. non enim trãſeuntes tenentur ad leges loci tranſitus: poſterior autem pars probatur, quia dum abſũt à patria non tenentur illius legibus, vt probaui nu. 18. Hoc eſt contra Ledeſ. 1. q. 15. ſect. 4. du. 2. aſſerẽtem teneri ſacerdotem Græcũ tranſeũtem per Eccleſiam Latinam in azymo cõſecrare. Sed vtramque partem noſtri corolarij docet, & latiùs probat Suarez, 3. part. tom. 3. diſp. 44. ſect. 3. §. illud verò, & poſſe ſacerdotem Græcum tranſeuntem per Eccleſiam Latinã celebrare in fermentato affirmat Palacius 4. diſt. 15. diſp. 8. fol. 126. col. 1. initio. Si tamen, vt fieri ſolet, inueniãtur inter Latinos aliquæ Græcorum Eccleſiæ, in quibus eorum ritus ſeruantur, & inter Græcos aliquæ Latinorũ, in his templis tenetur vnuſquiſque ſuæ Eccleſiæ vſum ſeruare: quia perinde ſe habet, ac ſi in propria Eccleſia Græca vel Latina celebraret: nec poſſet Latinus in ea Eccleſia Græcorũ inter Latinos exiſtẽti, celebrare in fermentato; quia id eſt quaſi ſpeciale priuilegium Græcis in ea Eccleſia conceſſum, Suarez ibi. Hactenus Sancius, quæ vera eſſe quidam exiſtimant, cùm Eccleſia, Græcorum ritum ſeruans ædificata in prouincia Latinorum moribus conſecrata, ſubiecta eſt iuriſdictioni Epiſcopi illius diœceſis, tunc enim nulla de cauſa Latinus ſacerdos poteſt in Græcorum tẽplo, eorum more ſacra peragere, cùm illud quaſi ſpeciale priuilegium ſit Græcis tantùm conceſſum: cæterum ſi Eccleſia illa Græcorum ſoluta ſit poteſtate, & iuriſdictione alterius ordinarij, immediati Latini, & ſoli Papæ ſit ſubiecta, cenſent, poſſe in eo templo Latinũ ſacerdotem Græcorum more rem ſacram facere, quia etſi reipſa in prouincia Latinorum exemplum illud ſit, moraliter tamen extra illam eſſe iudicatur. Quare Antonius 3. part. sũmæ tit. 24. cap. 75. §. 1. Paludanus 4. diſt. 18. q. 2, art. 2. Gab. ibi quæſt. 1. art. 2. con. 6. Roſella excommun.

*Sacerdos græcus tranſiens per Eccleſiam Latinam poteſt in fermentato celebrare.*

Digitized by Google

excommu. 7. §. 3. Armil. num 30. Glo. verbo non exempto, cap. cum Epiſcopus de offic. ordinarij lib. 6. Archid. & Anhacarr. ibi numer. 2. & An cara. cap. 2. num. 10. de conſt. in 6. Card. verſ. ſi tamen in Clemen. Archiepiſcopo de priuilegiis, Iaſon l. fin. num. 5. ff. de iuriſd. omnium iudic. alios plures allegans, exiſtimant locum exemptum in diæceſi aliqua exiſtentem, moraliter cenſeri quoad iuriſdictionem extra illam eſſe, 16. quæſt. 1. capit. luminoſo, 18. quæſt. 2. cap. cum Epiſcopus, Clem. Archiepiſcopo, ad finem, cap. vnico §. fin. de ſtatu regular. lib. 6. & cap. 2. de priuileg. eod. lib. Hæc recentiores: ſed maximè dubito, an intra Eccleſiam Latinam ſacerdoti Latino, in Eccleſia Græcis conceſſa licitum ſit in fermẽtato celebrare, etiamſi Eccleſia illa ſit ſubiecta immediatè Græco Epiſcopo, vel prælato. Mẽs enim Pontificis ſolùm eſſe videtur, vt ſolis Græcis, vel Latinis apud Græcos verſantibus liceat in fermentato celebrare, ſed vſus erit optimus huius priuilegij interpres. Aduerte etiam ſacerdotem Latinum in Eccleſia Græca non ideò poſſe cõſecrare in Azymo, & Græcũ in Latina in fermentato, quia peregrini non teneãtur leges loci, ad quem diuertunt, ſeu conſuetudines non ſeruare: hoc enim ſuperiori ſect. reiectum eſt: ſed quia Pontifices ſummi id permittunt propter rationes aſſignatas à Suarez ſuprà, quas & nos attigimus ſect. præced.

65 3. Corol. Tertium corollarium hoc modo ponitur à Leonardo. Quando eſt feſtum in vna parœcia oppidi, in altera verò non, poſſe ſubditos parœciæ in qua eſt feſtum, extra limites ſuæ parœciæ laborare. Hi tamen mane debent audire ſacrum iuxta Nauarrum ſuprà, quia præceptum in loco, vbi vim habet, ipſum deprehendit: confirmatur, quia præſcius impedimenti ſuperuenturi, quod ab implẽdo præcepto impediet, tenetur præuenire, vt ſi tempore Paſchali poſterioribus ſeptem diebus à communione es impediendus, teneris in prioribus communicare, vt præceptum impleas: quãdo ſunt oppida diuerſa: ita tenent Sancius diſp. 18. n. 21. Nauar. ca. 13. n. 5. Ludou. Lop. 1. p. inſtructo. cap. 52. §. nec peccant, Emman. 1. tom. ſummæ, cap. 122. num. 1. de parœcia verò in ſpecie non loquuntur, & difficilius eſt, nam vtile eſſet præceptum ſeruandi feſtum in vna parœcia, ſi per tranſitum ad aliam qui tam facilis eſt, neminem obligaret. Propterea lex, vel conſuetudo introducere poteſt, vt in alia parœcia eiuſdem oppidi exiſtentes ab hoc præcepto minimè abſoluantur: nam ſtatim videbimus multos caſus, in quibus ſubditus extra territorium poteſt obligari à prælato. Deinde non ſolùm Nauar. ſed & alij citati dicunt: antequam eant ad locum, vbi laborare licet, debere Miſſam audire, adde vel eſſe cum animo audiendi illam in alio loco, quia per hoc ſatisfacerẽt præcepto ſui territorij.

66. Bene autẽ aduertit Leonardus, etſi hæc ſentẽtia Nauar. ſit tutior, alterã tamen eſſe valde probabilẽ, vt Sãcius ex quibuſdam doctis recẽtioribus teſtatur, nimirum tales non teneri ad ſacrum, ſi durante adhuc commoditate præcepti ſint futuri extra limites loci: nam quamdiu adhuc ſupereſt illa commoditas, non peccant non audiendo; dum verò ſunt extra limites loci, deſinunt obligari. Neque tenentur præuenire audiendo ante abitũ, quia tunc ſolùm tenemur præuenire, quando ma-

A nente vi præcepti, ſeu noſtra ſubiectione, impediendi ſumus, vt cum quis manens in loco, vbi viget præceptum, videt ſe horis poſterioribus impeditum iri, ſecus verò, quando intra tempus implendi deſinet eſſe ſubditus præcepto. Ratio eſt, quia quando præcipitur, vt intra tale tempus hoc vel illud facias, intelligitur tacita conditio, ſi toto illo tempore ſubditus præcepto manſeris, vnde ſi te contigerit, interea eximi à ſubiectione præcepti, ſiue per diſpenſationem, ſiue alio modo, non teneberis tempus exemptionis præuenire. Ex quibus patet reſponſio ad argumenta.

Quartum conſectarium Leonardi, Qui manè 67 4. Corol.
B diſcedit ex oppido domicilij, vbi nõ eſt ieiunium, poteſt comedere carnes, vt alij, etiamſi veſperi, vel meridie peruẽturus ſit ad oppidum domicilij, vbi abſtinetur. Hoc tamen loco non poterit carnibus veſci, quia in loco domicilij ſtatim eius legibus tenetur. Poterit tamen cœnare, quia ieiunio ſemel violato, non tenetur à cœna abſtinere: quod ſi nondum violatum eſt, tenetur illud ſeruare, & à ſecunda refectione abſtinere.

Quintũ Leonardi corollarium, qui diſcedit mane 68 ex oppido domicilij, vbi eſt ieiuniũ, peruenturus ad locũ, vbi non eſt ieiuniũ, non poteſt quidẽ in loco domicilij veſci carnibus, quia quamdiu ibi eſt, obligatur præcepto abſtinendi à carnibus, ſicut alij: poteſt tamen ſumere ientaculum, vt re-
C ctè docet Sancius, ſi certus ſit, ſe peruenturum ad locum, illi præcepto non ſubiectum: quia non tenetur illo die abſtinere à ſecunda refectione, cũ in loco, quo peruenturus eſt, poſſit ſecundò & tertiò comedere: ergo poteſt primam refectionẽ ſumere antequam diſcedat. Quicunque enim poteſt intra diem bis comedere, non tenetur illo die præcepto ieiunij quoad vnicã refectionem, vt dubi. 3. oſtenſum eſt. Hoc conſectarium ſumpſit Leonardus ex Sancio ſuprà num. 22. & 23.

Sextò infert Leonardus, quid dicendum ſit ad 69 6. Corol.
illam quæſtionem, vtrum is, qui durante quadrageſima in oppido, vbi verſabatur, recedit aliò, vbi illa iam eſt trãſacta, teneatur ibi eam perficere. Res
D eſt quæ quotannis accidit ob mutationem Kalendarii, quibuſdam locis non receptam. Vidẽtur teneri, quia hoc præceptum eſt generale: ergo obligat vbique, & vbique impleri debet. Reſpondet tamen, verius dici, non obligari ob rationem illã generalem, quòd poſſit ſe moribus eorum, quibuſcum viuit, accommodare. Confirmatur, quia qui primis quatuor diebus quadrageſimæ veniũt Mediolanum, non tenentur ieiunare, vt communis in Italia eſt opinio, eo quòd ieiuniũ illud ibi nondum ſit inchoatum: ergo etiam qui veniunt aliquò vbi iam eſt tranſactum, non tenentur: ſed poſſunt ſe incolis accommodare. Idem dicendũ de feſtorum celebratione.

E De confeſſione annua, & communione alia eſt ratio: nam qui in Paſchate non impleuit, tenetur poſtea ad primã opportunitatem iuxta veriorem ſententiam: hoc enim onus abſolutè perſonam abſque reſpectu ad locum afficit.

Ad arg. reſpondet, etſi ieiunium quadrageſimæ obliget omnes, & vbique: non tamen omninò abſolutè, ſed ſub tacita conditione, ſi ſit in loco, vbi nondum eſt expletum, ſicut feſta communia. Addit tamen Leonardus, contraria tamen ſententia mihi probatur in praxi, præſertim cùm ſit vtilior ad præcepti tanti obſeruationẽ, & morum honeſta-

Digitized by Google

honeſtatem, quam etiam à viris doctiſſimis noſtræ Societatis Romæ teneri intelligo.

*Limitationes 2. Opin.* Secundæ opinioni aſſerenti, ſubditos extra territorium non obligari legibus, vel cenſuris proprij prælati, apponuntur variæ limitationes, Prima à Bart. l. 1. C. de ſumma Trinit. numer. 45. & 46. vt quando legiſlator intendit ligare ſubditum extra territorium exiſtentem, verè maneat ligatus: vt ſi ſtatutum dicat, ſit excommunicatus, vbicunque ſit. Si autem ſtatutum eſt generale, reſtringitur ad territorium ſtatuentis, vt dicitur in illo cap. 2. de conſt. in 6. de ſubditis committentibus furtum extra territorium ſui Epiſcopi. Hoc reprehendunt Pan. c. à nobis 1. de ſent. excommunic. dicens cum multis legiſtis modernis, l. 1. ff. de iuriſd. omnium iudic. Suarez 3. part. to. 5. diſp. 5. ſect. 5. n. 17. Nauar. cap. 17. num. 272. aut 273. Couar. cap. alma part. 1. §. 10. num. 3. Syl. excómun. 2. notab. 3. nu. 7. qui citant ſum. Piſa. Angelum excom. 1. num. 10. & alios communiter: Quia Pontifex in illo c. 2. ſubiecit, cum extra territorium ius dicenti impunè non pareatur: quibus verbis ſatis indicat non poſſe, etſi velit, ſentẽtiam excómunicationis ferre in ſubditum delinquentem extra territorium, imò & qui ei parerent (intellige, quaſi obligati) peccaturos, tanquam irrogantes iniuriam Epiſcopo talis loci. Talia ergo verba non indicant defectum voluntatis, ſed poteſtatis, vt ex ſe conſtat, & ex l. vltima, ff. de iuriſdict. omnium iudic. ex qua deſumpta ſunt, vbi etiam interpretes in hoc conueniunt. Sic in Philoſophia defectu poteſtatis, extra ſpheram non fit actio.

71 *2. Limitatio.* Secundò, aliter eandem ſentẽtiam limitat Vgolinus libr. de cenſur. tab. 1. capit. 9. §. 3. in fine, ſcilicet, qui delinquit in alieno territorio, non incurrere cenſuram per ſtatutum latam à ſuo Epiſcopo, niſi peccatum inchoauerit in proprio territorio: vt ſi Epiſcopus ſtatuat, *Si quis in ſua Eccleſia per duos menſes non reſideat, excommunicatus ſit*: Tunc enim licet Canonicus per duos mẽſes, aut plures extra diæceſim moretur, incurrit cenſurã: quia licet contumacia conſumetur in alieno territorio, tamen in proprio inchoata eſt. Hanc limitationem probat Vgol. arg. c. propoſuiſti, cum ibi cit. de for. compe. & quia vbi quis quippiam facere debet, & non facit, ibi id non facere dicitur, arg. l. qui non facit ff. de reg. iur. citat etiam pro hac limit. Anto. cap. à nobis 1. de ſent. excomm. quem refert & ſequitur in ſimili Gemin. cap. fin. num. 14. 21. & 26. de conſt. in 6. Eam verò impugnat Suarez tom. 5. in 3. part. diſp. 5. ſect. 4. num. 8. & 9. dicens. Sed in primis exemplum non eſt ad rem, quia ſi attentius conſideretur, peccatũ illud, quantum attinet ad cẽſuras, & ad forum Eccleſiæ, non in alieno territorio, ſed in proprio cõſummatur: nam, vt ex ſuperioribus conſtat, in ordine ad cenſuras & forum Eccleſiæ peccatum cõſummatur in ipſo actu, & effectu externo prohibito; in dicto autem exemplo, quod prohibetur, eſt omiſſio reſidentiæ: hæc autem omiſſio in illa Eccleſia conſũmatur, vbi reſidendum erat ex obligatione; vnde quod dicitur de contumacia inchoata in proprio territorio, & conſummata in alieno, non rectè dictum eſt. Nam ſi illa perſona per duos menſes integros in proprio territorio fuit, & non reſedit ibi, inchoauit, & conſummauit contumaciam, & cenſuram incurrit. Quòd

A verò in alieno territorio diutiùs in ea perſeuerat, impertinẽs eſt. Si autem in proprio territorio exiſtens, non fuit abſens à ſua Eccleſia per duos mẽſes, non inchoauit ibi contumaciam: ſed alibi, vbi terminum illum non reſidendo tranſegit. Nam quando lex præfigit terminum, non inchoatur cõtumacia, donec terminus præfixus compleatur, & ideo in huiuſmodi legibus ſimul eſt inchoari, & conſummari contumaciam. Quamuis autem cõtumacia interior inchoetur, & conſummatur in alieno territorio, tamen quia ipſa exterior tranſgreſsio in proprio conſummatur, ideo in ordine ad cenſuram potiùs cenſebitur delictum illud in proprio territorio committi. Atque hinc tandem B videtur ſine cauſa adhiberi limitatio illa: ſed potius è contrario dicendum foret, ibi committi delictum in ordine ad cenſuram, vbi exterius conſũmatur, licet alibi inchoetur. Vnde ſi quis inchoet delictum in proprio territorio, conſummet verò extra illud, non incurret cenſuram ſtatuti proprij territorij: ſecus verò ſi è contrario, extra inchoet, & intra conſummet. Dico autem in ordine ad cẽſuram, quia in ordine ad alias pœnas, vel effectus, communis eſt doctrina iuriſtarum, quando delictũ in vno loco inchoatur, & in alio conſummatur, delinquẽtem vtrique loco fieri ſubiectum ratione delicti iuxta l. 1. C. vbi de crim. agi oportet, in illis verbis. *Vbi cõmiſſa, vel inchoata ſunt.* Vbi interpretes id docent, & Bart. in l. dominium ff. de C furtis, & Abbas in cap. poſtulaſti, de foro compet. num. 25. & ratio eſt clara; quia is in vtroque loco verè deliquit: ergo ratione delicti fit illius fori quantum ad pœnam, vel iudicium correſpondens tali delicto, prout in ſingulis locis commiſſo. At verò in ordine ad cenſuram intercedit hæc peculiaris ratio, quod illa non contrahitur propter inchoationem delicti, donec cõſummatum ſit: ſupponimus enim ita eſſe latam, & ideò dicimus, præcipuè eſſe attendendum territorium, in quo conſummatur, etiam ſi extra illud inchoatũ ſit. Quod primò probari poſſet eodem exemplo, prout à nobis declaratum eſt, aliaque adhiberi poſſent mo- D ralia, & frequentia. Nam ſi ſtuprum, verbi gratia, eſſet prohibitum in hoc Epiſcopatu ſub cenſura, & quis decipiens virginem, eã traheret extra terminos diœceſis, quamuis per tactus, & oſcula inchoaret hîc delictum: ſi tamen non cõſummaret, donec eſſet in altera diœceſi, non incurreret. Idem intelligi poteſt de homicidio, & aliis ſimilibus. Præterea, ſi quis occidat hominem in Eccleſia exiſtentem, quamuis inchoet delictũ extra Eccleſiam, inde proiiciẽdo ſagittam, incurret cenſuram latam contra homicidam in Eccleſia: ſecus verò eſſet, ſi in Eccleſia inchoaret delictum inde proiiciendo ſagittam, & extra cõſummando de- E lictum, ibi occidendo. Ergo cum proportione loquendum erit de peccato intra, vel extra territorium conſummato. Et ratio reddi poteſt ex ſuperioribus, quia cenſura non incurritur, niſi propter peccatum conſummatum in ea ſpecie, in qua ſub cenſura prohibitum eſt: ergo vbi conſummatur, ibi delinquitur in ordine ad cenſuram contrahendam. Hæc Suarez ſuprà, inter quem, & Vgolinum de re nulla eſt differentia: nam vterque concedit in illo euentu clericum non reſidentem, licet extra territorium proprium ſit, incurrere cenſuram latam ab Epiſcopo proprij territorij, & Sano modo poteſt explicari Vgolinus, vt in eo euẽtu deli-

Digitized by Google

tu delictū conſummetur in territorio alieno,&inchoetur in proprio: non quidem,quia in proprio delinquat,& in alieno delictū cōtinuet, quāuis id contingere poſſit,vt ſi animo non reſidendi vltra duos menſes à territorio recedat, & in alieno formaliter,vel virtute cū eadē voluntate maneat: ſed quia diſcedere ex propria Eccleſia intra proprium territoriū fuit præambulum neceſſariū ad delictū. Quod ea ratione dicitur conſūmari in alieno territorio,quia omiſſio veniēdi, & priuatio reſidentiæ ibi eſt, nō in propria Eccleſia, licet in propria Eccleſia ſit damnum ex ea omiſſione ſecutum: & hac ratione rectè etiam dixit Suarez,delictum cōſummari in proprio territorio, & Angel. excom. 1. num. 10. caſu 3. & Syl. excom. 2. num. 8. caſu 3. dicit in eo euentu delictum cenſeri cōmiſſum in proprio territorio. Vtrumque autem modum loquendi comprehendit Armilla excommunic. n. 30. dicens. Si Epiſcopus excommunicat non facientes reſidentiam,clerici exiſtentes extra,& habentes notitiam de hoc, ligantur, qui habent initium in proprio territorio, vel finem (aliqui legunt, fine.)

73 Vnde rectè etiam Suarez, illa ſect. 4. numer. 10. ait, ſi ſubditus lethaliter vulnerauit alium in propria diœceſi, vbi eſt cenſura annexa homicidio, & vulneratus non ibi moriatur, ſed in alia diœceſi, ad quam diſceſſit,incurri cenſuram. Probat ipſe,quia licet delictum quoad effectum vltimum conſummetur extra territorium, tamen quoad actionem etiam externam intra territoriū conſummatum fuit, vnde licet ille non eſſet ſubditus ratione delicti,poſſet conueniri in illo territorio,vbi deliquit, non ſolùm de vulnere inflicto, ſed etiam de homicidio commiſſo, imò in alio territorio conueniri non poterit, quia ibi non deliquit: ergo à fortiori per ipſammet legem conuenitur,& punitur. Quocirca,licet, vt incurratur cenſura, expectetur effectus conſummatus talis actionis: tamen quòd effectus ſequatur in hoc, vel in illo loco,eſt valde accidentarium & extrinſecum, ſed conſiderandum eſt,vbi reuera delictū commiſſum eſt. Hæc ille:ſed concedi poteſt,tunc delictum non plenè conſummari in diœceſi, nam actio occidendi,& occiſio paſſiua ſimul ſunt,imò ſūt idem motus,& vtraque includit mortē, actio, vt egredientem ab agente, paſſio vt receptam in paſſo & talis occiſio reuera eſt peccatum: licet ſine noua malitia, quando ante mortem hominis homicida non dolet de cauſa homicidij data,ergo tunc plenè conſummatur peccatum homicidij, quando percuſſus moritur, & quamuis percuſſor ante mortem percuſſi doluerit de percuſſione facta, tamen in morte conſummatur peccatum, quoad effectum, ex quo tanquam ex obiecto trahit ſuam malitiam,quę tamen conſummatio non ſufficit, vt percuſſor in eo territorio conueniri poſſit, cum non fuerit ibi tempore delicti,nec delictum ſit ibi conſummatum, quoad malitiam, nec quoad externam actionem, ex qua ſecutum eſt damnum.

*Actio occidēdi & occiſio paſſiua ſimul ſunt.*

Benè etiam Suarez eadem ſect. 4. nu. 11. ſcribit, ſi quis faciat contra ſtatutum Epiſcopi præcipientis ſub cenſura, ne triticum, vel aliquid ſimile, à diœceſi extrahatur,cenſuram incurri. Ratio eius eſt,quia non ſolùm moraliter (vt res penſandæ ſunt) ſed etiam in rigore Phyſico peccatū illud quoad actionem conſummatur in toto terminio diœceſis, ſed opponi huic rationi poteſt, quòd peccatum illud non conſiſtit in extractione materiali, & merè locali, ſed per venditionem, traditionem, & alienationem, hæc autem reuera fit extra diœceſim. Ratio ergo, quare tunc incurratur cenſura non eſt illa, ſed alia, quam poſtea ex eodem Suarez in opuſ. de legibus & ex Couar. aliis poſtea aſſignabimus.

Bene etiam Suarez, ead. ſect. n. 12. ait,ſi Epiſcopus per ſtatutum prohibeat clericis, ne in alia diœceſi Miſſam, vel quid ſimile faciant,& illi ſtatutum non ſeruent, cenſuram incurſuros. Sed addit,hoc ſolùm prohiberi poſſe ab Epiſcopo,imponendo aliquod genus cenſuræ; vt ſuſpenſionis ipſo facto, quæ ſuſpenſio inhæret, inquit, perſonæ, & ideo illā deffert vbicunque ſit, vt infrà latiùs explicabimus. Ego tamen non intelligo,quomodo quod prohiberi ſub cenſura poteſt, non poſſit ſimpliciter,& ſine cenſura prohiberi:nam obligatio ad culpam præuia eſt, & independēs ab obligatione ad pœnā,& ab impoſitione pœnæ,& licet non poſſet Epiſcopus ſine cenſura id prohibere,habemus,quod intendimus, nēpe in caſu illo cenſuram incurri. Cuius rei rationem ex eodem Suarez opuſc. cit. & ex aliis reddam in quarta limitatione.

Tertia limitatio Panormitani cap. 1. de raptor. his verbis num. 7. Quæritur, numquid iudex domicilij poſſit punire ſubditum alibi delinquētem, ſecundùm ſtatuta ſua? Et concluſio ſit iſta: quod aut ſtatutum loci domicilij pœnam imponit ipſo facto,& tunc nō ligat ſubditum, alibi delinquentem,vt not. in cap. vt animarū de conſtit. in 6. aut pœna eſt imponenda per ſententiam, & tunc poterit punire ſecundùm iſtud ſtatutum, dummodò ſtatutum non cauſet delictum de nouo,ſed diſponat circa aliam prohibitionem à iure. Ratio diuerſitatis eſt, quia non poteſt quis inducere delictum de nouo in alieno territorio. Exemplum de nocte paſſionis dominicæ,cōſuetudo eſt,vt Chriſtiani vadant de nocte ad Eccleſiam: Epiſcopus vnius loci ſub certa pœna prohibuit, & ſtante prohibitione ſubditus Epiſcopi, qui prohibuit in diœceſi alterius Epiſcopi,iuit tali nocte ad Eccleſiam, certè tunc non poteſt puniri per iſtum Epiſcopum proprium,quia in illo loco,vbi commiſit, non erat delictum:& hoc nota. Hactenus Panormitanus, cuius doctrinā amplectitur Suarez opuſ. de legibus. Et ego libentiſſimè, quantum ad hoc, quòd ſub excommunicatione, aut alia cenſura ferenda poſſit ſubditis prohibere, ne in aliena diœceſi faciant,quæ alioqui ſunt prohibita, quia tunc non exequitur pœnam, nec imponit nouæ culpæ obligationem in aliena diœceſi,ſed confirmat quę ibidem erat,& ſic nec iniuriam irrogat alteri Epiſcopo,nec nimis grauat ſubditos,quamuis aliquod grauamen illorum ſit: nam ratione illius præcepti non furandi,verbi gratia,etiam in diœceſi aliena ſub pœna excommunicationis ferendæ, poterit rediens ad diœceſim tanquam inobediens, & cōtumax excommunicari: tamen addendum eſt ex dictis,& dicendis eſſe aliquos caſus,in quibus per ſtatutum poteſt excommunicari ſubditus in aliena diœceſi delinquens. 74

*3. Limitatio.*

Quarta limitatio eſt Couar. cap. alma, part. 1. §. 10. num. 3. vt ſtatuto municipali abſens obligari poſſit, ad id quod eſt in vtilitatem municipij, & puniri ſi id non faciat: nec tunc, inquit, punitur 75

*4. Limitatio.*

delictum

delictum commiſſum extra territorium ſimpliciter, ſed offenſa per ſubditum propriæ ciuitati, & patriæ facta. Qua ratione poteſt ſubditus alicui principi eius legibus comprehendi, & puniri propter obligationem, qua is tenetur, patriæ vtilitatem publicam diligenter obſeruare, vel ab ea diſcedere, amiſſa ciuis, & incolę conditione, eiuſque priuilegiis, & iuribus priuatus, aliò domicilium transferre. Sic ait verum eſſe, quod ait Romanus ſing. 516. poſſe ciuitatem, & principē inferiorem lege lata prohibere, ne quis ei ſubditus extra ciuitatem, vel prouinciam mercaturā exerceat, domiciliúmve habeat: idem ait Rochus Curtius de conſuetud. quæſt. 13. limit. 1. quæ quidem lex, inquit Couarruuias, à multis iuſta cenſeri poterit, quæ modò miſſa facimus. Hoc modo poſſet ſententia Bartoli, & aliorum auctorum primæ opinionis defendi, quam ſic intellectam confirmabo poſtea ex l. fin. ff. de decretis ab ordine faciendis, de qua lege tractat Couarruuias ibi. Hanc limitationem ex Couar. ſumptam ponit etiam Suarez, hæc fere addens. Siquis rectè aduertat, per hanc non limitatur in rigore ſuperior doctrina: quia delicta contraria tali legi, non extra, ſed intra territorium fieri cēſentur, nam ſi præceptum ſit affirmatiuum mandans aliquid fieri in proprio territorio, omiſſio eius ibi cenſetur committi, vbi actus fieri debuiſſet, iuxta l. qui non facit, ff. dę regul. iuris, vbi dicitur, *qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ* (aliàs quia) *non facit:* & in l. facere oportere, ff. de verb. ſign. dicitur. *Facere oportere, & hanc ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret:* & colligitur ex gloſſ. cap. 1. de vſuris in 6. & cap. 1. vt lite non conteſt. ſi autem præceptum ſit negatiuum, & commiſſio contra illud cedat in iniuriam territorij, ibi planè conſummatur delictum, vt ſi quis corpore exiſtens extra territoriū regni, aut diœceſis, emiſſa ſagitta occiderit hominē in territorio regni exiſtentem, planè cenſeretur peccare in territorio regni, & ideo contra legem eius ageret, & cenſuram, ſi in eo lata eſſet, incurreret; & ita contingeret, ſi Epiſcopus huius diœceſis faceret ſtatutū, vt omnes ſui ſubditi habentes beneficium in ſuo Epiſcopatu, reſiderent tali tempore ſub cenſura, vel pœna aliqua: obligaret enim illos vbicumque exiſtant, &c. Idem docent doctiſſimi quidam recentiores è noſtris in hac materia, & miror Thomam Sancium nullam omninò ex limitationibus poſitis, aut ponendis attigiſſe.

Quatuor caſus, in quibus limitanda eſt ſecunda opinio, ponunt Angel. excomm. 1. nu. 10. Syluest. excomm. 2. num. 8. quos imitatur Armilla, eodem verb. num. 30.

76 Primus eſt, ſi ſtatutūm originat cauſam in territorio proprio, ex facto negatiuo commiſſo in limitibus alterius territorij: ſicut, ſi ſtatuto caueatur, quòd faciens furtum vbicumque, niſi intra menſem à die commiſſi criminis compareat coram iudice delicti, vel coram nobis, ſit excommunicatus; iſte faciens furtum ligatur non ratione furti facti in territorio alieno, ſed quia non cōparuit in limitibus territorij ſtatuētis. Ratio, quia per edictum ad hoc potuit arctari, vt in ca. ex tuæ, de cler. non reſidente, facit quod notatur cap. 1. de rapt. & capit. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in 6.

5. Limitatio.

6. Limitatio. Secundus eſt, quando ſtatutum principaliter reſpicit rem ſubiectam ſtatuenti: vt ſi Epiſcopus per ſtatutum excommunicet clericos non reſidentes, ratione rei, qua ſubiecti ſunt Epiſcopo, quæ in eius diœceſi ſita eſt, cap. fin. de foro comp. etiamſi perſona ſit extra diœceſim, vt probatur in d. §. cōtrahentes, & per hoc, quod hic ſequitur.

7. Limitatio. Tertius eſt, quia vbi quis tenetur ad aliquid faciendum, & illud non facit, factum delictum videtur, vbi opus facere debebat, vt l. qui non facit, ff. de regul. iur. & cap. 1. de vſur. in 6. & facit quod notat gloſſ. magna, cap. 1. vt lite non conteſt. ſicut, ſi ſtatutum mandat ſub excommunicatione omnes clericos intereſſe capitulo prouinciali in diœceſi tali, qui non interſunt, etiamſi ſint in alia, ligantur.

8. Limitatio. Quartus eſt, quando delictum eſt inchoatum in territorio, licet alibi ſit conſummatum: facit quod notat Ioan. Andr. cap. 1. de priuileg. in 6. de ſagittante in loco nō exempto, cùm ipſe ſit exemptus, vt efficiatur ſubditus iudicis vtriuſque. Vnde religioſus faciens contra ſtatutum excommunicans quemcumque aſſentientem prælationi extra ordinem, niſi priùs reſtitutis libris, eſt excommunicatus, ſi aſſentitur. Quia originatio facti fit in ſubiectione prælati ſtatuentis, licet efficiatur exemptus ab eo poſt præſtitum conſenſum. Et ſic determinant domini de Rota ex notatis per Inno. cap. præterea requiſiti de appell. de eo qui excommunicauit, ſi elegerit. Hæc Syluest. num. 8. vnde infert num. 9. & ideò limita textum dicti cap. vt animarum, quòd ſtatuto non ligantur extra territorium delinquentes, quando delinquens, & res circa quam delinquit, & ipſum delictum ſunt totaliter extra prouinciam, ſeu territorium ſtatuentis. Conſentit Azor tom. 1. lib. 5. cap. 25. quæſt. 2. vbi ait, in certis caſibus ligari ſubditos extra territorium. Primò, quando ſtatutum eſt de re ſubiecta ſtatuenti, vt cùm Epiſcopus excommunicat clericos non reſidentes: nam cap. fin. de foro compet. ratione rei ſitæ in aliquo loco ſubiicitur quis iuriſdictioni illius. Secundò, quando opus cœptum eſt in territorio, licet extra ſit completum: vt cùm quis ex territorio ſtatuentis mittit ſagittam in eū, qui eſt extra. Tertiò tenetur quis ſtatuto, eo quòd non ſe ſiſtat in iudicio, etiamſi extra territorium delinquat: vt ſi ſtatuat Epiſcopus, Quicumque furatus fuerit, vbicumque ſit, niſi intra menſem à die commiſſi furti ſiſtat ſe coram iudice delicti, vel coram nobis, ſit excommunicatus.

Aliam limitationem inueni tract. de mancipiis, 77
9. Limitatio. quam quidam ex Patribus Luſitanis ederet parat. Agens de mancipiis, qui ſe vendunt ait, Quando quis eſt extra territorium Principis, qui tulit legem, ne quis ſe venderet, & eſt alibi, vbi eſt conſuetudo, vt qui vult ſe vendat, poſſe ibi ſe vendere, docet Molina tom. 1. de iuſt. diſp. 33. verſ. ſciēdum eſt item, in fine. Sed oppoſitum dicēdum eſt, quia lex illa comprehendit ſubditos vbicumque inueniantur. Nam licet diſpoſitiones, ſeu cōtractus hominum forenſium, ſeu exterorum quoad ſolennitatem fieri debeāt ſecundùm leges loci, vbi fiunt, tamen quoad ſubſtantiam debent fieri ſecundùm leges loci, & fori ipſius perſonæ, vt docet Anton. Gomez l. 1. Tauri, nu. 20. ex l. 2. C. quemadmodum teſtamēta, & l. 1. C. de emancip. lib. 10. & l. fundus, ff. de euict. & ex doctr. Bart. l. 1. C. de ſumm. Trinit. & fide Catholica num. 24. & quòd conſuetudine alterius loci iuuari nō poſſit, vt ſe ibi vendat, probat à

Digitized by Google

bat à ſimili ex intellectu ordinationis Luſitaniæ A
lib.4.tit.75.inhabilitantis patrem,qui filios habet,
ne teſtari poſſit,niſi de tertia parte bonorum:con-
tra Authen. nouiſſimè,C. de inoffic.teſtam.quam
volunt interpretes non comprehendere exteros
in Luſitania teſtantes, vt in terminis docet Pariſ.
lib.3.conſil.12.num.2.

Ego in dicto caſu credo, venditionem fore va-
lidam, ſi eſſet valida in territorio ſtatuentis, eſto
lex haberet vim extra territorium, tunc enim ad
ſummum haberet vim prohibendi;non autem ir-
ritandi extra territorium:deinde niſi expreſsè pro-
hibeat talem venditionem vbicumque fiat, non
intelligitur prohibere venditionem extra territo-
rium,vbi eſſet liberum ſe vendere, ſi autem id ex-
primeret,crederem illicitam, aut etiam irritam eſ-
ſe venditionem: ac ſi fieret in proprio territorio, B
quia eſt contra bonũ territorij vendere ſe extra il-
lud: & ideo Princeps poteſt talem venditionem
vbicumque fiat,prohibere, vel etiã irritare: rectè
enim Suarez ſuprà, ex Couarr. & aliis dicebat le-
ges, & ſtatuta concernentia commodum proprij
territorij,etiam in alieno ſeruandas eſſe.

*Venditionem ſui Princeps vbicumque fiat,poteſt irritare.*

78 Sed hîc valde notandum eſt, quod ait Suarez
opuſ.citat.de legibus,licet probabile ſit,Epiſcopũ
nec præcepto generali, nec ſtatuto, poſſe extra
territorium obligare proprios ſubditos, mihi au-
tem non ſatisfacit:quia non poteſt in vniuerſum
defendi, quòd territorium ſit omninò neceſſariũ
ad dicendũ quodlibet ius, vel ad quamcũque hu-
manam obligationem. Certum eſt enim, præla- C
tum poſſe excommunicare ſubditum etiam exi-
ſtentem extra territorium, ſuppoſita legitima
cauſa,& abſoluere à cenſura,quia hi actus ex ge-
nere ſuo non requirunt præſentiam, nec fiunt
cum exteriori apparatu & ſolennitate, vt ea de
cauſa requiratur territorium. Certum etiam eſt
poſſe prælatum ſubdito, vbicumque ſit,impone-
re iuſtum præceptum perſonale: ergo eadem ra-
tione poteſt per generale præceptum, & genera-
lem ſententiam ipſum obligare,quia nec ex natu-
ra rei, nec ex aliquo iure poſitiuo eſt maius impe-
dimentum in præcepto generali, quàm in parti-
culari. Item præceptum non reſpicit directè terri-
torium, ſed perſonas: ergo quantùm eſt ex vi, & D
forma præcepti,obligat perſonas ſubditas,vbicũ-
que ſint: quia ſecum ferunt obligationem, ſicut
de cenſuris perſonalibus dici ſolet. Ad cap.autem
vt animarum de ſent. excomm. in 6. vbi dicitur
mandato generali ſub excõmunicatione lata non
cõprehendi ſubditum in alio territorio furãtem,
quia *dicenti ius extra territoriis, non paretur impunè.*
Reſpondeo, intelligendum eſſe de actu dicendi
ius, qui directè reſpicit territorium: cuiuſmodi
eſt promulgatio ſtatuti, & probatio ſententiæ cũ
exteriori ſolemnitate: quæ ex loco pendet. Nam
ſimpliciter de omni dictione iuris verificari non
poteſt: quia non omnis pendet ex loco. Sed for- E
maliter ſumendum eſt illud principium,vt ſit vni-
uerſaliter verum, ſcilicet dicenti ius extra iuriſ-
dictionem ſuam non eſſe parendum: & ſic non
comprehendit caſum præſentem, quia qui præ-
cipit ſubdito, non dicit ius extra iuriſdictionem
ſuam, nec propriè extra territoriũ: nam actus ille
non reſpicit territorium, ſed abſtrahit ab illo.
Iuxta hanc doctrinam poteſt exponi Innocentius
ſuper dict. cap. à nobis 1. de ſent. excom. dicens,
ſuperiorem,ſi id intendat, obligare ſubditos extra

*Prælatus poteſt excommunicare ſubditum exiſtentem extra territorium, ſuppoſita legitima cauſſa.*

ſuum territorium ſuo ſtatuto, quo nomine fortè
intelligit etiam particulare præceptum. Ad idem
poſſet applicari ſententia Bartol. l. 1. C. de ſum.
Trin. Ex quo etiam addi poteſt, hoc præcipuè in-
telligi de poteſtate. Nam vſus pendebit ex inten-
tione, quæ ex verbis iuxta cõmunem vſum intel-
lectis cognoſcenda eſt.Vnde præcepta generaliter
lata,iuxta cõmunem vſum fortè non extenduntur
extra territorium ex intentione ferentis: ſi autem
ipſe velit, & ſufficiẽter exprimat,poſſunt extendi.

Hæc ferè ſunt verba Suarez, & ſimilia di- 79
cit tom. 5. diſp. 5. ſect. 5. in fine: vtrobique au- 1. Prob.
tem ponit diſcrimen inter ſtatutum, & præcep-
tum generale, aut particulare, & de ſtatutis ne-
gat obligare poſſe ſubditum in alieno territorio:
de præcepto autem generali & particulari id con-
cedit, cum tamen eadem ſit ratio de vtriſque, vt
ſect. ſeq. oſtendam, & Innocen. ac Bart. expreſsè
de ſtatutis,& legibus loquantur:idque eſſe verum
probari poſſit. Primò, nam in dict. cap. à nobis
1. de ſent. excommu. ait Pontifex,præceptum ge-
nerale ſub excommunicatione lata ſubditos com-
prehendere.Sed etiam qui verſantur in alio terri-
torio, verè ſunt ſubditi: ergo illo præcepto &
cenſura, ſi prælatus id velit, & exprimat, poſſunt
comprehendi,& in l. fin. ff. de decretis ab ordine
faciendis, & l. 2. C. de eunuchis, in quibus lex
videtur ad eos perducta,qui extra territorium de-
linquunt,nam vt perduceretur,lege ipſa ſtatutum
eſt. Verba prioris legis iuxta vulgarem ex Græco
in Latinum tranſlationem ſunt:*Municipali lege ita
cautum erat,ſiquis extra municipium iudicio agat,pro-
hibeatur, & ſoluat drachmas mille, ſcilicet ne ager de-
beat, vel ſtare, vel aliquam negotiationem excercere
extra municipium.* Ex qua lege quid collegerint
Rochus Curtius,& Romanus, in 4. limit. retuli-
mus:ſed eam lectionem vitioſam eſſe ait Alciatus
lib. 2. diſpunctionum,capit. 18. vnde aliqui cum
Couar. cap. alma part. 1. §. 10. num. 3. dicunt,
ſecundum exemplaria correcta, quæ nunc cir-
cũferuntur, ad Florentinorum Pandectas confor-
mata, ſic legi. *Municipij lege ita cautum erat, ſi quis
extra collegium iudicio experiri voluerit, ipſo collegio
prohibeatur, & ſoluat dragmas mille.* Ex quibus ver-
bis non colligitur,legem eos obligare, qui extra
territorium ſunt legiſlatoris, cùm etiam in muni-
cipio alij extra decurionum collegium neceſſariò
iudices eſſe debebant, ad quos municipij guber-
natio pertineret, & apud quos decuriones iudicio
experiri poſſent. Municipia enim, auctore Aulo
Gellio lib. 16. noct. Atticar. cap. 13. dicta ſunt,
quòd cum omninò ſuis iuribus, & legibus viue-
rẽt,munera tamen honoraria cum populo Rom.
habebant communia:quare apud Scæuolam illius
legis auctorem, dubitatum non fuit, an lex ad
delinquentes extra territorium produceretur; ſed
an pœnam ſuſtinere deberet, qui ignorans, ad-
uerſus decretum fecit. Ex quo colligunt nonnulli
Theologi recentiores,Couar.ſecuti Bartolum an-
tiqua, & corrupta lectione illius legis deceptum,
pro ſua ſententia legem illam attuliſſe. Ad l. au-
tem 2. Cod. de eunuchis reſpondent, non eſſe ad
rem, cùm in ea Leo Imperator ſolùm prohibeat,
ne eunuchi Romani vbique gentium ad dominiũ
cuiuſquam transferantur pœna ſtatuenda & ad-
uerſus emptorem, & aduerſus tabellionem, qui
huiuſmodi emptionis, ſiue cuiuſvis alterius alie-
nationis inſtrumenta conſcripſerit: & aduerſus



Digitized by Google

eum, qui octauam, vel aliquid vectigalis cauſa pro his ſuſceperit, quæ omnia ſatis inſinuant, emptionem eunuchorum, quam Imperator puniendam decernit, factam eſſe in prouincia Imperatori ſubiecta. Sed hæc non omninò extenuāt argumenti vim: nam ſi lege municipali prohiberi potuit, ne quis extra collegiū in eodem municipio experiri vellet, à fortiori, ne extra totū municipiū. Etſi Imperator prohibere potuit, ne eunuchi Romani intra ditionem Romanorum venderentur, à fortiori ne venderentur extra, etiamſi ſubditi imperij extra illud fortè verſarētur. Meritò igitur Bart. pro ſua ſententia vtrâque legem adduxit: maximè cùm lex illa de eunuchis expreſsè dirigatur ad Romanos extra Romanum imperium verſātes. Sic enim habet. *Romanæ gentis homines, ſiue in Barbaro, ſiue in Romano ſolo eunuchos factos nullatenus quolibet modo ad dominium cuiuſque transferri iubemus &c. Barbaræ autem gentis eunuchos extra loca noſtro imperio ſubiecta factos cunctis negotiatoribus, vel quibuſcunque alijs emendi in commercijs, & vendendi, voluerint, tribuimus facultatem.*

80 Facit etiam l. 2. nemo, C. quæ res exportari non debeāt, vbi prohibetur, ne quis Barbaris (hoſtibus Romani populi, vt gl. Accurſij interpretatur) vllo in loco arma vlla vendat, aut ferrum: cuius legis præuaricator ſanè eſſet, qui in eorū terris repertus arma eis venderet: ergo leges extra territorium ſtatuentis ligare poſſunt. Idem argumentum ſumi poteſt ex l. fin. C. de pœnis, vbi agitur de ſcientia fabricandarum nauium, hoſtibus non communicanda, & facit l. vnica, C. de littorum, & itinerum cuſtodia, lib. 12. ſed magis fauet l. emancipari ff. de adoptionibus, l. 2. ff. de officio Proconſulis, vbi dicitur, magiſtratum extra prouinciam verſantem adoptiones, *emancipationes, & manumiſſiones facere poſſe, & quòd proprius ſacerdos ſubditos ſuos vbicumque exiſtentes abſoluere poteſt à peccatis*, vt docet Hoſtienſis in ſumma tit. de pœnit. & remiſſio. §. cui confitendum, & §. quid ſi extra territorium, & Iaſon, l. fin. num. 3. & Ioan. Oroſcius, num. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. & alij plures, quos recenſet & ſequitur Suarez, 3. part. tom. 4. diſp. 25. ſect. 1. num. 17. ergo aliqui actus iuriſdictionis fieri poſſunt extra territorium, erga ſubditos ſimiliter extra territorium exiſtentes: ergo etiam poſſunt illis ibi leges, & præcepta imponi, maximè ſi legiſlator in proprio territorio eſt, quamuis legumlatio actus iuriſdictionis ſit, vt Doctores notant in l. 1. ff. quod quiſquis iuris, & Ancaranus cap. poſtulaſti, nu. 42. de foro compet.

81 Hoc ſpectat celebris diſtinctio iuriſprudentiū, imò & Theologorum, de iuriſdictione, in cōtentioſam, & voluntariam, quam docet Marcianus, l. 2. ff. de officio Proconſul. Accurſius ibi, verbo *contētioſam*, & verb. *non eſt*, in l. emancipari, ff. de adoptio. & verb. *non paretur*, ff. de iuriſ. omnium iud. Socinus, Decius & Oroſcius ibi, & gloſ. clem. 1. verbo iuriſdictionem de foro comp. & Couar. plures alios recenſens, 3. vari. ca. 2. num. 8. Contentioſam iuriſdictionem illam appellat Accurſius illa l. 2. quæ in inuitum redditur, voluntariam verò, quæ inter volentes tantùm redditur, & colligi videtur ex l. inter ſtipulantem, §. 2. ff. de verb. oblig. & l. fin. ff. de offic. eius, cui mand. iuriſdictio. Voluntariam verò, quæ inter volentes tantùm redditur, vt colligi videtur ex l. 2. de

*Contentioſa & voluntaria iuriſdictio quæ ſit.*

A offic. proconſ. ſed voluntaria etiam dicitur, quæ non fit cum ſtrepitu iudicij, etiamſi in inuitum reddatur, vt ſiquis priuatim aliquid præcipiat ſubdito ſub excōmunicatione: appellatur autem tunc voluntaria, quia pendet à ſola volūtate ſuperioris, nō à teſtibus, vel territorio, aut ſolēnitate. Ea igitur omnia, quæ ad voluntariam iuriſdictionē ſpectant, extra prouinciam, & territorium fieri; quæ verò ad contentioſam iuriſdictionem ſpectāt, extra territorium fieri non poſſe à iudice, vel Magiſtratu authores memorati tradiderunt, vno excepto Oroſcio, qui & nonnulla, quæ contentioſæ iuriſdictionis ſunt, extra territorium fieri poſſe B affirmat, & nonnullis iuribus probare contendit, Sed ſanè conſtat, ſi iuriſdictio contentioſa in tribunali exercenda ſit, non poſſe in alieno territorio exerceri, quia in eo nullus poteſt tribunal erigere, vel habere.

Sed hanc communem Iuriſperitorum ſententiam de voluntaria iuriſdictione in alieno territorio exercenda, quidam Theologi leuiter reijciunt. Primò, quia poteſtas politica principis à Rep. emanauit: at Reſp. extra proprios terminos ferri nulla ratione poteſt, ergo nec Princeps: Neganda eſt minor, ſi de terminis & metis corporalibus ſermo ſit, nam Reſp. Veneta, vel Genuenſis oratoribus, vel aliis ſubditis ſuis Romæ, aut alibi agē- C tibus poteſt multa præcipere, ergo ſimiliter Principes, quod & vſus oſtendit. Secundò, quia in l. 2. ff. de offic. proconſulis ea ratione dicitur, apud proconſules ſtatim atque vrbem egreſſi fuerint, manumiſſiones & adoptiones fieri poſſe, quia habent iuriſdictionem non cōtentioſam, ſed voluntariam; apud legatum verò Proconſulis neminem manumittere poſſe, quia non habet talem iuriſdictionem: ergo non ex voluntate eorum, inter quos iuriſdictio voluntaria exercetur, ſed ex publica poteſtate oritur: ergo non poteſt exerceri extra terminos proconſuli deſignatos. Dico, faci- D lè non dici voluntariam iuriſdictionem; quia à voluntate eorum, in quos exercetur, oriatur, ſed quia non exercetur in inuitos, nec præuia contentione, & lite, quæ erectionem tribunalis poſceret, quæ proconſuli non competit Romæ, aut alibi, antequam ingrediatur decretam illi prouinciam: exercet ergo extra ſuam prouinciam, poſtquam Romam egreſſus fuit vbilibet voluntariam iuriſdictionem, vt & ſacerdos abſoluendo pœnitentem vbique terrarum, quia eius poteſtas nullis loci terminis, ſed perſonis tantùm finitur, vt Suarez, & alij tract. de pœnit. tradunt. 82

*Iuriſdictio contentioſa in alieno territorio exerceri nō poteſt.*

Deinde ſententia noſtra confirmatur ex l. quæ- 83 E ſitum, 78. §. fin. ff. de legat, 3. vbi dicitur, *rebus, quæ in fundo ſunt, legatis, accedunt etiam ea, quæ tunc non ſunt, ſi eſſe ſolent*, ex quibus verbis Bartolus ibi deducit, quæ caſu abſunt, abeſſe non videri: cùm ergo omnes ciues quamdiu non mutarunt domicilium, licet caſu abſint, cenſeantur non abeſſe, & ideò inter ciues, & habitatores computentur non ſolùm habitu, ſed etiam actu ſubiecti erunt Principi: & ipſe poterit eos ſuis legibus, & aliis præceptis obligare, & quamuis Sanchez de matrim. libro 3. diſp. 18. num. 24. reſpondeat iuxta hanc legem, caſu abſentem, præſentem æſtimari in fauorabilibus, non in odioſis, vt eſt legibus domicilij eſſe deuinctum: tamen hoc non prodeſt, quia legibus ſubiacere ad bonum commune, & proprium ordinatur: ideo odioſum nō, eſt ſed fauorabile

Digitized by Google

notabile. Quamuis ex illa lege non admodum A efficaciter probetur intentum. Nam bello captus, caſu abeſt à ciuitate tamen non cenſetur ciuis, vnde Aulus Gell. 7. noct. Atticarum c. 28. & Pomponius poſt liminij, ff. de captiuis ait, poſt liminio reuerſis animo remanendi omnia iura reſtitui, quę ante captiuitatem habuerant: ergo in captiuitate non erat ciuis, vt antea, quamuis caſu abfuerit. Deinde lex illa non fundatur in ſolita preſentia, & caſuali abſentia, ſed ea ratione docet, rebus quæ in fundo ſunt legatis, accedere etiam ea, quæ tunc non ſunt, ſi eſſe ſolent, quoniam mens teſtatoris fuit legare ea, quæ in fundo eſſe ſolent licet caſu, tempore teſtamenti, aut mortis teſtatoris abſint: vt colligitur ex l. cùm quidam ff. de inſtru. legat. vbi Iauolenus, *cùm quidam*, inquit, *duos fundos iunctos haberet, & ex altero boues, cùm opus feciſſent, in alterum reuerterentur, vtrumque fundum cum inſtrumēto legauerat. Labeo & Trebatius boues ei fundo ceſſuros putant, vbi opus feciſſent, non vbi manere conſueuiſſent: Caſcellius cōtra, Labeonis ſententiam probo*. Ecce quo pacto iuriſconſulti, ex præſumpta voluntate defuncti definiunt, credēdum eſt enim ei voluiſſe boues legare, cui legauit fundum, cui inſeruiebant, & cuius gratia parati erant. B

*Legibus ſubiacere odioſum non eſt, ſed fauorabile.*

Præterea confirmatur noſtra ſententia quia leges, quæ à principe feruntur circa rem exiſtentem in ſua prouincia, etiam ex ſententia aduerſariorum, abſentes à prouincia obligant, vt cùm C decernit ne fundus, domus &c. Niſi tali forma, aut ſpecialibus perſonis, aut tali pretio vendatur, l. 1. ff. de fundo dotali, & aliis iuribus, quæ adduximus agentes de poteſtate ferendi leges politicas & in ca. ex tuæ de clericis non reſidentibus, præcipitur beneficiariis, ne à propriis Eccleſiis ſint abſentes, ex qua lege, cùm abſunt, redire tenētur: ergo etiam ſimiles leges poſſunt extra territorium exiſtentes obligare.

Quare etiam aduerſarij dicunt, ſi Epiſcopus ſactis imprecationibus deuouerit eos, qui in diœceſanos pignorationes, ſeu repreſalias, vt vocant, exercerent hoc eſt, pro iniuria, & damno illato ab vno, alterius bona vſurparent, aut perſonam caperent, quas vniuerſè interdixit Gregorius X. l. in Concil. generali Lugdunenſi relato, cap. 1. de iniur. in 6. eſſent reipſa excommunicati, qui extra diœceſim exiſtentes, eam legem Epiſcopi violarent. D

*Repreſalia ſunt prohibita*

84 Ad homines etiam eſt argumentum quoniam multi relati ſect. præced. tenent, exiſtentes in aliena prouincia, aut territorio, eius legibus, & conſuetudinibus non teneri, ergo ſi nullis omnino legibus proprij territorij tenentur, ſoluti erunt vtriſq. legib. quod eſt abſurdū ſic enim liberè vagarentur homines, & vxores viris, & filij parētib. orbarentur. Reſpōdet Sancius, 3. de matrim. diſp. 18. quæſt. 2. numer. 24. ad 2. illos teneri legibus, quæ in vtroque loco obligant: licet non teneātur legibus propriis ſui domicilij, nec propriis alieni. E Sed in ſect. præced. oſtendimus, quamuis per accidens concurrant leges proprij domicilij, & alieni: tamen ſi per ſe non obligantur legibus proprij domicilij, nec alieni, nullis obligari. Item *qui ſentit cōmodum ſentire debet & onus*, ca. qui ſentit de regu. iu. in 6. ergo ſi homo, ex peregrinatione ſoluitur omnino à propriis legibus, debet ſubeſſe alienis. Reſpondet idem author ibi ad 3. regulam intelligi, quando onus eſt commodo regulariter annexum, & inſeparabile, vt cui collatum eſt beneficium, debet eius onera ſubire, ſecus in aliis caſibus, nam nouitius religionis gaudet eius priuilegiis, non tamen tenetur eius oneribus, aut præceptis iuxta veriorem ſententiā. Sed obiici poteſt, hoc nos contendere, quòd ſi ex peregrinatione ſentit commodum aliquod, (ſi tamen commodum eſt,) quatenus non ſubeſt legibus proprij territorij, debet ſubeſſe legibus territorij alieni, ne exlex maneat, ſicut Nouitius, quia iam non poteſt obligari aut puniri ab Epiſcopo, poteſt obligari & puniri à prælato, de punitione conſtat, de obligatione id ſæpe docuimus cum Vazques & aliis: multi etiam ſentiunt poſſe ſuperiorem religionis aliquos caſus nouitij ſibi reſeruare, vt in materia de confeſſione docuimus.

## SECTIO VI.

*Quid dicendum ſit de locis exemptis intra territorium ſtatuentis contentis.*

Communis opinio affirmat ſubditum exiſtentem in loco exempto, intra territoriū ſtatuentis non obligari ſtatutis ſui prælati. Azor tom. 1. lib. 5. ca. 25. quæſt. 4. cum Ioan. And. Gemin. & gloſſ. ca. fin. de conſt. in 6. Pan. cap. à nobis, 1. de ſent. excom. dicente ſic ſenſiſſe multos, l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud. Palud. 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 2. Gab. quæſt. 2. Anto. 3. part. tit. 24. cap. 75. §. 1. Armil. excommu. num. 30. Canoniſtæ, cap. cùm Epiſcopus de offic. ordin. in 9. Clem. Archiepiſcopo de priuileg. & Suarez, 3. part. tom. 5. diſp. 5. ſect. 4. & op. de legibus. Probant quia locus exemptus, moraliter intra territorium non continetur, ſeu quoad iuriſdictionem imò eſt extra quia exceptis caſibus expreſſis in iure relatis non poteſt ordinarius talis territorij in loco exempto iuriſdictionem exercere, vt expreſsè dicitur in d. Clem. Archiepiſcopo. Obligare autem per ſtatutum, vel legem in loco exempto, eſt iuriſd. ibi exercere, vt cōſtat ex ca. vt animarum ſeu, 2. de conſt. in 6. Ergo eſt eadem ratio de illo loco, & ibi optimè applicatur illud principium, *extra territorium ius dicenti impune non paretur*, probatur idem ex dicto cap. cùm Epiſcopus, de officio ordinarij & ex cap. 1. de priuileg. in 6. & ex Clem. cit. ad idem eſt, cap. luminoſo: 18. quæſt. 2. & c. vnicum §. fin. de ſtatu regul. in 6. Sed ex iis locis & ex rationibus ad ſummum colligitur non plus poſſe in locis exemptis, quàm in alia diœceſi: Tamen cùm in multis caſibus poſſit obligari ſubditus in aliena diœceſi exiſtēs, non ſolùm præceptis particularib. & generalib. prælati, ſed etiam legibus, & ſtatutis, vt ſuperiore ſectione vidimus, idem de loco exempto dicendum eſt: imò quidam abſolutè dicunt, eius præceptis, & ſtatutis ſubditum in loco exēpto intra diœceſim conſtituto obligari: vt Federicus de Senis conſil. 2. & Marſil. apud Vgol. Sylueſt. Angelus & Roſell. infrà & Inno. ac Bart. apud Azorem ſuprà & quamuis Suarez dicat non obligari ſtatutis, tamen rectè id reſtringit ad locum plenè exemptum à iuriſdictione Epiſcopali: ita vt non poſſit ordinarius in eo leges ferre, incolas illius loci obligātes: & per locum exemptum intelligit, non quidem Eccleſias, aut Monaſteria Religioſorum. 85

*Locus exemptus moraliter intra territorium non continetur.*

*Loca exempta, quæ propriè dicantur.* exemptorum, quæ non niſi ratione talium perſonarum exempta vocantur.

Sed loca exempta propriè putat dici Parochias aliquas, aut oppida, quæ quoad ordinariam iuriſdictionem Eccleſiaſticam exempta ſunt. Nec referre cenſet, quòd ille locus ſit alteri Epiſcopo ſubiectus, vel ſummo Pontifici reſeruatus: quia vtroque modo priuatur iuriſdictione in eum locum prælatus, à cuius poteſtate locus eximitur, qualis Conimbricæ eſt Parochia S. Crucis quæ exempta eſt à iuriſdictione ordinarii, & Priori illius conuentus ſubiecta, iuxta, cap. cum olim, 2. de priuileg. Atque hanc ſentẽtiam quòd ſtatuta Epiſcopi non extendantur ad loca exempta, conſtituta intra ipſius territorium, dicens eſſe communem tenet Vgolinus de cenſur. tab. 1. c. 9. §. 3. num. 3. Ioan. Cald. & alij quos citant, & ſequuntur Gemin. cap. vt animarum de conſt. in 6. Iaſon, l. fin. num. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. Henr. Bohic, cap. à nobis 1. de ſent. excommu. num. 4. verſ. & intelligo, Zabar. cap. perpendimus, nu. 20. de ſent. excomm. Graff. 4. deciſionum, cap. 8. num. 37. Ioan. And. dict. c. vt animarum, Roſel. excom. 7. num. 3. & 4. Angel. excom. 1. num. 15. & 16. & verb. ſtatutum, §. 2. Syluest. excom. 2. num. 12. & ſequentibus gloſ. verb. non exempto. in capit. cùm Epiſcopus, de offic. ordinarij lib. 6. Archid. & Ancar. ibi num. 2. idem Ancar. in cap. 2. num. 10. de conſtit. in 6. Card. verſ. Si tamen in Clem. Archiepiſcopo, de priuileg. & Iaſon, l. fin. num. 5. ff. de iuriſd. omn. iudic. plures allegans: Sa excomm. numer. 12. gloſſ. Clem. quamuis de foro comp. ſed per loca exẽpta iſti planè intelligũt Monaſteria Religioſorum, & monialiũ, vt patet ex dubio ſtatim decidendo quod iidem mouent.

84 *Dub.* Sed Angelus verbo ſtatutum, §. 3. dubitat, nunquid ſi ſtatutum prohibet, ne vadant ad locum exemptum, ligabuntur euntes. Reſpondeo cũ Philippo de Peruſio, cap. vt animarum de conſt. in 6. Quòd ſic, ſi ex cauſa ſtatutum fecerunt, quia ſic facere poſſunt. Facit quod notat Bartolus in l. relegatorum ff. de interdict. Vbi vult, quòd ciuitas propter commodum ciuitatis, vel odium eorum, ad quos non vult, vt vadant, prohibere poteſt ciuibus ſuis, ne vadant ad alteram terram, & notat idem Panormitanus, cap. poſtulaſti, de foro compet. quod bene nota pro ſtatutis Epiſcoporum excommunicantibus accedentes ad Monaſteria monialium, quia ligãt, quando ex cauſa legitima hoc faciunt in odium monialium, & quæ propter ſua ſcelera hoc merentur: ſecus ſi facerent in pœnam illius, contra quem fertur ſententia, quia tunc non poſſunt prohibere ſecundùm Panormitanum ſuprà, niſi habeant iuriſdictionem in loco exempto, puta, quia poſſunt arcere acceſſum, vt in cap. attendentes de ſtatu monach. de quo vide ſuprà, monialis, §. 3. Hæc Angel. Roſelus autem exco. 7. num. 4. ait, ex dictis patet quod dicendum de illa quæſtione & ſtatuto Epiſcopi cauetur nequis accedat ad quæuis Monaſteria monialiũ ſub pœna excommunicationis, an ſit excommunicatus qui accedit ad Monaſteria monialium exempta.

*An ſit excommunicatus qui accedit ad Monaſteria monialium exempta.* Quidam dicunt, quòd ſic, ſi ſine licentia illius, ad quem pertinet, accedunt: quia ſine prædicta licentia, acceſſus eſt prohibitus, vt patet ex cap. 1. de ſtat. reg. lib. 6. & ideò ſi Epiſcopi, vt compeſcant tales acceſſus, addunt pœnam, licitè faciunt:

A & ideo ligantur. Nec dicendum, quòd delictum committitur in loco exempto ſolùm, ſed etiam in non exempto, videlicet cùm accedunt, antequam peruenerint: ſed iſta obſtare videntur dictis in præced. Quæſtione, nam ſi intrantes dicta Monaſteria exempta, & ibi delinquentes, non incurrunt excommunicationem Epiſcopi, quod maius eſt, minus accedentes. Non obſtat, quòd acceſſus ſit prohibitus de iure cõmuni, quia fateor tamen propter hoc non ſunt excommunicati: Nec obſtat quòd Epiſcopi poſſunt compeſcere tales acceſſus & addere pœnam. Hoc fateor, non tamen ſimpliciter, & generaliter prohibendo: ſed quando ſpecialiter prohiberent, nullus vadat ad Monaſteria exempta vel non exempta, nam tunc talis B ligabitur: ſecus autem ſi ſimpliciter diceret, nullus vadat ad Monaſteria vel nullus intret. Nec obſtat ſi diceretur, quòd in hoc caſu delicta manerent impunita, quia reſpondet Gem. dict. cap. vt animarum, quòd talis poterit conueniri ſuper hoc coram ſuo ordinario, 3. quæſt. 6. cap. 1. nec eſt verum, quòd hoc delictum quoad excommunicationem committatur in loco non exempto, ſcilicet antequam peruenerint ad dicta Monaſteria, licet malè faciant accedendo ad Monaſteria prædicta ſine licentia eorum, ad quos pertinet. Quid autem contineatur nomine Monaſterij, Reſpondet Nicolaus Papa, cap. exiit, de verb. ſig. C lib. 6. nomine Monaſterij intelligi clauſtrum domus, & officinas interiores, ideò dicit ibi Pontifex quod ad alia loca, vbi ſæculares vadũt puta ad portam, vel Eccleſiam non eſt prohibitũ accedere. Secus tamen vbi prælatus prohiberet, non ſolùm ingreſſum, ſed acceſſum, quia tunc non liceret accedere ad portam, minùs intrare in Eccleſiam. Addit Roſel. num. 5. cum Decio, dict. cap. vt animarum ſi ſtatutum loqueretur per verba ſpecialia vt dicẽdo, *nullus cõmittat furtum in aliquo Monaſterio exempto, vel non exempto*, vel, *quòd nullus ſubditus vadat ad Monaſteria exẽpta vel non exẽpta:* qui iret ad Monaſterium exemptum, incurſurum excommunicationem: nam ex iuſta cauſa poſſet D Epiſcopus id præcipere & in eo euentu, inquit, n. 6. petendam eſſe ab illo licentiam, ſed ſi ſtatutum generale non ſpecificaret Monaſteria exempta, petendam eſſe ab eorum prælatis. Similia dicunt Armilla & Syl. qui communiter præ manibus habentur.

Ego autem credo cum Suarez, per loca exẽpta 85 non eſſe intelligenda hæc Monaſteria: nam conſuetudo ita interpretatur. Deinde valde probabilem exiſtimo opinionem Federici & Marſilij qui dicunt, ſtatuta Epiſcopi obligare in loco exempto contẽto intra territorium ſtatuentis. Nam textus, qui pro communi opinione affertur, ſolùm probant Epiſcopos in his locis non poſſe exercere E quoſdam peculiares actus iuriſdictionis, aut alios ſimiles concernentes iuriſdictionem contentioſam, & ſolemnem cum auctoritate, & ſtrepitu iudicij, quales ſunt, habere ibi tribunale, publicare ſtatuta, vel edicta, comprehendere reos, & ſimilia de quibus vide cap. cùm Epiſcopus de offic. ordinarij. in 6. & cap. 1. de priuileg. eodem lib. & Clem. fin. de priuileg. exemptio autem, cùm ſit priuilegium quoddam, & odioſa, non operatur vltra expreſſam intentionem priuilegiantis & credo hunc eſſe vſum & conſuetudinem, & communem hominum ſenſum, vt clerici, vel alij in his locis

Digitized by Google

his locis exemptis non minùs cenſeantur obligari ſtatutis, & edictis Epiſcoporum quàm in aliis locis territorij. Ratio etiam maximè ſuffragatur: nam ſtatuta & edicta fruſtrarentur, ſi tam facilè quis poſſet ab eorum obligatione ſe eximere ingrediendo locum exemptum, quem prope ſe haberet. Et eadem ratione dicendum eſſet, habitantes loca exempta non obligari extra illa ſtatutis, & edictis, & præceptis ſuorum prælatorum, quod eſſet abſurdum, maximè ſi per loca exempta intelligerentur etiam Monaſteria non ſubiecta ordinario, omnes enim ſentiunt præcepta ſuperiorum obligare vbique ſubditos Religioſos, & oppoſitum eſſet Religionum pernicies.

*Præcepta Superiorum vbique obligant ſubditos.*

Deinde ſaltem exiſtimo verum, contra Vgolinum, quod ait Ancaranus cap.fin.ſeu, vt animarũ, de conſtit. in 6. opinionem Federici veram eſſe, quando præſes loci exempti non haberet iuriſdictionem epiſcopalem in tali loco. Quæ limitatio ferè coincidit cum limitatione poſita à Suarez de monaſteriis religioſis, nam ibi prælati non ſolent habere epiſcopalem iuriſdictionem. Sed malè Ancaranus & Federicus ſupponunt ſi ſtatuta ordinarij non obligent in loco exempto, non poſſe delinquẽtes ibi puniri ab ordinario in propria diœceſi ob ſua delicta: nam etiam delinquentes extra territorium poſſunt ab ordinario in propria diœceſi puniri, vt docet Vgolinus ſuprà, num.3.& 5.& latiùs cap.2.§.aut ob domicilium, & Henr.Bohic. cap.à nobis, 1.de ſent.excomm.num.14. verſ.dico tamen: non tamen erit delictum, ſecundùm communem opinionem, violare ſtatutum Epiſcopi, ſeu illud non ſeruare, in loco exempto.

86 Quæ opinio licet admittatur, limitanda eſt omnibus limitationib. quibus ſuperiùs limitauimus opinionẽ aſſerentẽ, ſtatuta nõ obligare extra territoriũ ſtatuentis: ad quas reducuntur illæ, quas ponunt Syluest. Ang.& Armil.ſupr.& Azor dicẽs. Si ſtatutũ Epiſcopi præcipiat, ne aliqui ſe cõferant ad locũ exemptũ, eo ſtatuto ligantur ij, qui contrafecerint, vt, teſte Bart.l.cunctos populos. C. de ſum. Trin. ciuitas poteſt ſtatuto imperare ciuibus, ne eant ad certum oppidum, nam in l.mercatores, C. de commerciis, & mercator. prohibentur ciues Romani habere commercium cũ Perſis, quia non erant Romano imperio ſubiecti: & l.fi.ff.de decretis ab ordine facien. ſtatuitur ne quis eat ad commercia extra municipium. Quo fit, vt ſtatutis Epiſcoporum, in quibus excommunicatio conſtituitur in eos, qui ingrediuntur, vel accedunt ad monaſteria ſanctimonialium, teneantur ij, qui contra fecerint. Huiuſmodi enim ſtatuta ponuntur ob cõmune bonum ciuitatis, & diœceſis, vel in odiũ, & pœnam eorum, qui in locis exemptis commorantur. Ex his (addit) apparet, quid ſit dicendum de ſtatuto excommunicante eos, qui ad aliquam adminiſtrationem publicam promouentur extra ordinem, vel religionem, niſi prius libros & cætera, quibus vtuntur in ordine, dimiſerint.

*Romani habere prohibẽtur commercium cũ Turcis.*

## SECTIO VII.

*Vtrum præcepta, & cenſuræ, quæ non ponuntur per leges, vel ſtatuta ligent ſubditos extra territorium præcipientis.*

A VGolinus de cenſur.tab.1.cap.9.§.3. 87
num.4. partem affirmantem docet in excommunicatione lata per ſententiam, & non per ſtatutum: citat Imolam cap.fin.num.9. & Fel. num.24. verſic.in hoc vltim. de foro compet. Zabarel.repet.cap.perpendimus, num.12. & cum ſequentibus, verſ. *ſecunda quæſtio*, de ſent. excommu. Geminia.cap.Romana.§.caueant, num.4.verſi.decima, & Ancaranum num.6.verſ. decimò, de ſent. excommun.in 6.idem Gemin. cap.fin.num.12.de de conſt. in 6. vbi hanc opinionem communem eſſe teſtatur, eandem communem dixit Panormitanus cap.fin.de foro compet. num. 42. & Iaſon l.
B fin.num.17.ff.de iuriſdict. omn. iudic. pro eadem ſententia conſuluit Federicus de Senis conſil. 16. Eam ſequitur Suarez 3. part. tom.5. de cenſuris, diſp.5.ſect.5. & opuſc. de legib. & Panormitanus ſuprà ait: Ita videtur ſentire Ioann.Andr. reg.cum ſunt, de regul.iur. in 6. in mercu. & planè loquuntur de ſententia ſiue generali ſiue particulari, quãuis Suarez ait non declarare, de qua loquantur. Ipſe vt rem explicet, aduertit primò aliud eſſe cenſuram ferri in eum qui extra territorium exiſtit; aliud in eum qui extra territoriũ peccat. Primum commune eſt ſententiæ, & ſtatuto: ſecundum eſt proprium ſtatuti, vt ſi quis extra territorium ſtatuentis percutiat lethaliter hominem, vbicumque
C ille moriatur, hic cenſuram non incurrit: ſecus ſi contra ſentẽtiam ageret. Si verò percutiat in territorio proprio, vbi eſt cenſura lata, ſiue per ſententiam ſiue per ſtatutum, vbicumque percuſſus moriatur, percuſſor manet excommunicatus, ſiue maneat in eadem diœceſi, ſiue ad aliam confugiat, antequàm mors ſequatur. Secundò aduertit Suarez, duobus modis poſſe ſententiam ſine ſtatuto ferri, vno modo pro peccatis præteritis cum ordine ad ſatisfactionẽ, vel reſtitutionem: alio modo pro peccatis purè futuris. Quando priori modo fertur, vt incurratur cenſura, neceſſe eſt, tale delictum eſſe commiſſum in propria diœceſi, vel alia ratione pertinere ad forum iudicis ferentis
D cenſuram, vt quòd à ſubditis delictũ ſit commiſſum, & pars læſa ius ſuum à iudice requirat: nam ſi hæc iuriſdictio in eo non ſupponatur non poterit delictum illud punire, aut emẽdare. Suppoſita verò hac poteſtate, talis ſententia obligabit ſubditos etiam ſi extra territorium ſint, & ibi contumaces eſſe incipiant. Vt, verbi gratia, ſi Epiſcopus hic excommunicet eum, qui tale furtum fecit, niſi intra menſem reſtituat, quamuis reus in alia prouincia verſetur, & ibi incipiat eſſe contumax, excommunicationem incurret, quia ſententia in abſentem ferri poteſt, qui de delicto cognoſcere potuit, & læſo ius reddere, ex cap. propoſuiſti, de foro competenti. E

*Aliud eſt cenſuram ferri in eum qui extra territorium exiſtit, aliud contra eũ qui extra peccat.*

Hæc duo à Suarez notata, quæ latiùs ipſe proponit, clariſſima ſunt, à nullóque negantur: & hoc 88
vltimum etiam eſt verum cùm cenſura fertur per ſtatutum, vt ſi ſtatutum ſit qui in noſtra diœceſi furatus fuerit, & intra menſem non reſtituerit, ſit excommunicatus. Hoc tamen videtur ſpeciale ſententiæ particulari, vt etiamſi delictum à ſubdito fuerit commiſſum extra territoriũ, ſi pars apud iudicem proprium petat ſatisfactionem, poterit illi præcipere ſub pœna excõmunicationis, vt reſtituat, & vbicumque fuerit, ſi non paruerit, incurret cenſuram latã: & ſimiliter ſi apud iudicem



Digitized by Google

accuſaretur, poſſet ei præcipi ſub excõmunicatione vt compareret, & ſi eſſet contumax, maneret excommunicatus. Quia Epiſcopus eſt iudex etiam in ordine ad delicta cõmiſſa extra territorium, vt cum Vgolino. ſect. præced. notauimus, per generale autem edictum, in quo Epiſcopus non ſe gerit vt iudex, ſed vt gubernator, non poſſet ſic ſubditus excommunicari: ſi non poteſt excõmunicari per ſtatutum: quia in tali euentu eadem videtur ratio de vtroque, vt quando excommunicatio ferretur, non ad reſtitutionem rei furto ſublatæ, ſed ad vindicandum furtum: nam de his duobus euentibus par ratio eſt. Sed de ſecundo agamus, in quo omnes doctores citati tenent, ſi Epiſcopus per edictum, vel ſententiam generalem præcipiat ſub excommunicatione, ne quis furetur; eum, qui furatur in alieno territorio, ſi ſit ſubditus præcipientis, incurrere cenſurã: ſi tamen ſtatuto imponeretur, illam non incurrere iuxta definitionem, cap. vt animarum de conſt. in 6. A B

89 Rationem diſcriminis aſſignat Panormitanus, dict. cap. fin. de foro compet. nume. 40. & 42. §. ex prædictis: quia ſtatutum videtur lex territorij: non autem ſententia, ſeu præceptum generale: idem Panormitanus, cap. à nobis 1. de ſent. exco. Zabarella, num. 11. Vgolinus illo, §. 3. num. 1. & 4. quem ſequitur Suarez, 3. part. tom. 5. diſp. 5. ſect. 5. in fine, & op. de legibus, ſed hæc ratio nulla eſt, quia ſi velis ſtatutum eſſe legem territorij & illi affixam, id eſt, datam pro ſolis exiſtentibus in territorio; non verò generale præceptum, petitur principium. Si verò velis ſtatutum eſſe datum ad bonum commune territorij, hoc idem habet præceptum generale. C

Secundò reſpondet Vgolinus illo, num. 4. id fieri, quoniam mitiùs cum lege, quàm cum homine agitur, arg. l. Celſus, ff. de arbitr. Sed hoc non ſatisfacit, quia lex licet ſoleat eſſe mitior in puniẽdo, quàm homo, nihil tamen poteſt præcipi, aut puniri ab homine præſertim præcepto, & edicto generali, quod non poſſit præcipi & puniri à lege, à qua ſolum differt quãtum ad perpetuitatem, nam præceptum generale expirat morte, vel amotione præcipientis, lex autem manet, donec reuocetur. Tertiò reſpondet idem Vgolinus & Panor. ſuprà, quia vbi ſtatutum obligat, ibi tunc eſſe fingitur: at ſi extra territorium eſſet, obligare non poſſet, nec enim extra territorium ius quis dicere poteſt. Sed hæc ſolutio eſt mera fictio, cur enim vbi ſtatutum obligat, ibi eſſe fingitur, & non vbi ſententia ſeu præceptio generalis obligat? vnde Vgolinus illo, num. 4. poſitis his tribus ſolutionibus ſubiungit. His modis reſpondebatur ad hoc argumentum à Federico de Senis eodem conſil. 16. & Panormitano, eod. cap. fin. num. 40. de foro compet: quæ reſponſiones, ac præſertim poſtrema mihi non ſatisfaciũt, nam ſi in alieno territorio cauſas cognoſcere quis non poteſt, cenſuras tamen ferre ſine cauſæ cognitione valet. Vti nos infra, cap. fin. in hac tabulam comprobabimus: ergo & ſtatuta: cùm ſtatim nulla intercedente cauſæ cognitione cenſura obliget. Ego igitur ſic reſponderem. Idcirco ſtatutum extra territorium cenſura ſubditum non obligare: quoniam ſtatuta in primis fiunt, vt territorium tueantur, atque, qui in territorio ſunt, quæ in ibi cauere, quæve facere debeant, non ignorent: arg. l. 2. & l. legis virtus ff. de legib. & cap. nam concupiſcentiam, de conſt. D E

iure igitur extra territorium non operatur, & hoc fortaſſe eſt, quod dixerunt Doctores & Abbates ſtatutum eſſe territorij legem: at ſententia in primis fertur, vt perſonæ contumacia coërceatur atque puniatur: modò igitur ſubditus remaneat, puniri cenſura per ſententiam vbicũque poterit. Sed iſta quarta ſolutio in primam recidit & eodem modo impugnatur: nam idem eſt finis legis, & generalis præcepti temporalis: lex enim etiam pœnis latis, vel ferendis coërcet audacia, & temporale præceptũ ordinatur ad bonũ territorij: ergo non eſt diſcrimen. Confirmatur, quia ſtatutũ pœnale etiam dicitur continere ſententiam, ſicut generale præceptum pœnale: ergo idem de vtroque dicendum eſt, nempe non poſſe ligare ſubditum in alieno territorio delinquentem, & ita dixere nonnulli iuriſperiti quos ſuppreſſis nominibus citat Vgolinus ſuprà, num. 4. id confirmantes, quia ſi Iudex extra territorium cenſuram in ſubditum ferret extra territorium ſententiam exequeretur, & alterius territorium violaret: at hoc eſt contra, cap. poſtulaſti, §. fin. de foro compet. & cap. Romana §. contrahentes, in 6. ergo. Reſpondet Vgolinus, cum Panormit. & Ioan. de Lignano, ſententiam cenſuræ executionem ſecum trahere, vt probatur, cap. paſtoralis in fine, de appel. quæ executio adeo tacita eſt, vt non modò per eam alterius territorium non violetur, ſed nec etiam ſenſu percipiatur. At contra hoc eſt, quod idem in ſtatuto ſub cenſura latè cernitur, ſecum enim affert executionem inſenſibilem, & imperceptibilem. *Sententia cenſura executionem ſecũ trahit.*

Poſtremò illi probabant, quia antequam excõmunicatio in quemquam feratur, citari prius ille debet ob cap. ſacro. de ſent. excom. at in alieno territorio citatio fieri non poteſt, vt probatur in Clem. Paſtoralis de re iudic. ergo nec ferri excõmunicatio. Hæc ratio reijcitur ab Vgolino tum quòd excommunicatio etiam ſine citatione lata valet, vt probatur in cit. cap. ſacro, & vt nos ſuo loco agemus, tum quòd quæſtio noſtra in iudicis domicilio diſputatur, qui ſuum ſubditũ, & in alieno territorio citare poteſt, vt notatur, cap. 2. §. aut ob domicilium, at in cap. paſtoralis, de iudice delicti agitur, qui tantam poteſtatem non habet, vt vidimus in eod. cap. 2. §. aut ob delictum. Atque ita reſpondet Pan. in eodem, cap. num. 42. verſ. nec obſtat. Hæc Vgolinus & quidquid ſit de ipſis, certum eſt excõmunicationem mandati generalis non poſcere citationem, vnde illa ratione omiſſa ad priores recurrendum. *Excommunicatio ſine citatione lata valet.*

Vnde cenſeo, in illis caſibus, in quibus ſtatutũ 90
non poteſt obligare in alieno territorio, neque ſententiam ſeu præceptum generale id poſſe, in cauſis autem in quibus poteſt ſtatutum obligare in alieno territorio, idem poſſe præceptum generale aut particulare vt ſi maximè expediat ad bonum huius territorij obligare ſubditos etiam in alieno territorio exiſtentes. Quod in ſtatuto docuit Couar. c. alma part. 1. §. 10. n. 3. & ſic poſſet intelligi Bart. ſect. 5. in prin. relatus, quorũ ſententiã in præcepto generali, & particulari ſine cenſura, aut cum cenſura verũ eſſe arbitratur, Suar. 3. part. tom. 5. diſp. 5. ſect. 5. in fin. op. de legibus. In vtroque loco addens etiam poſſe imponi præſertim ab Eccleſia, ob bonum priuatum ſubditi, vel aliorum & ſic Epiſcopum poſſe præcipere alicui clerico etiam ſub cenſura, ne extra diœceſim ſacrum *Statutum in quibus caſib. obligare non poteſt in alieno territorio, neque ſententia id poteſt.*



Digitized by Google

crum faciat, vel aliquid ſimile, & in religionibus id faciliùs cõtingere. Poſſet enim prouincialis ſub excõmunicatione pręcipere ſubdito, vt ieiunet ſemel in hebdomada: quod facere tenebitur, etiãſi extra prouinciam verſetur. Et in hoc (inquit) clarè diſtinguitur præceptum territorij, ſeu prouinciæ, à præcepto perſonæ: nam licet in hac prouincia eſſet conſuetudo, aut lex ieiunãdi feria ſexta etiam ſub cenſura, ſubditus, qui extra illam verſatur, non tenebitur illo præcepto, nec incurret cenſuram non ieiunando, quod ſecus eſſet ſi præceptum fuiſſet directè impoſitum perſonæ. Hæc ille. Sed nota, quòd maior cauſa requiritur ad imponendam legem ſe extendentem ad ſubditos in alieno territorio exiſtentes, quàm ad imponendum præceptum generale non perpetuum, & ſimiliter, maior cauſa requiritur ad præceptum temporale, quàm ad particulare: inde tamen non ſequitur numquam poſſe dari cauſam ſufficientem, vt imponatur pręceptum perpetuum, ſeu lex, aſtringens etiam eos, qui in alieno territorio ſint. Similiter maior cauſa requiritur ad ponendam legem, quæ aſtringat exiſtentes in alieno territorio quàm in loco exempto intra territorium.

91 *Sententia Sa examinatur.*

Ex dictis iudicium fiet de ſententia Sa verb. excommunicatio, nume. 12. dicentis. Epiſcopus non poteſt excommunicare exiſtẽtem extra diœceſim, aut in loco exẽpto, aut non ſubiectum ſibi tempore promulgationis edicti, ſeu excommunicationis ab homine: ſecus eſt enim de ſtatuto, aut lege, quæ poteſt etiam poſtea ſubditum, aut in territorio agentem, ligare. Quidam tamen dicunt, non poſſe Epiſcopum pro peccato extra cõmiſſo excõmunicare: ſed pro commiſſo in diœceſis loco non exempto poſſe excommunicare, etiam abſentem. Item ſi abſens non vult reſtituere, aut reſidere. Quæ ego Iuriſperitis diſcutienda relinquo: interim exiſtimo, qui non eſt ſubditus, dum peccat, non poſſe pro eo ab Epiſcopo excõmunicari, niſi fortè per ſtatutum, vt ſi externus in ſuo territorio peccet, de quo vide gloſſ. ca. 21. de ſent. excom. Hæc ille.

## SECTIO VIII.

*An Clerici legibus ciuilibus teneantur.*

92 *Qui ſint clerici, & quæ leges ciuiles de quibus hic ſit mentio.*

Clericorum nomine perſonas Eccleſiaſticas, quæ fori priuilegio, & immunitate gaudent, intelligimus, legum verò ciuilium eas, quæ iuſtæ ſunt, quales non eſſent, quæ cum dignitate, immunitate, aut legibus Eccleſiaſticis pugnarent, & ideo perſonas Eccleſiaſticas non aſtringerent. Patet ex c. lege Imperatoris, diſt. 10. cap. bene quidem, cap. cùm ad verum, cap. ſatis euidenter, cap. ſi Imperator, cap. numquam, 96. diſt. cap. quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. cap. non minus cap. aduerſus, de immun. Eccleſ. cap. nouerint, c. grauiter de ſent. excomm. cap. fin. de immu. Eccleſ. lib. 6. Trid. ſeſſ. 25. decret. de refor. cap. 20. & Pontifices maximi ſingulis annis ſacris imprecationibus deuouent Eccleſiaſticæ libertatis corruptores. Nec ſolùm fieri aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam ſimpliciter prohibetur: ſed etiam irritum eſſe decernitur à Pontificibus ſuprà, & ab Imperatoribus auth. caſſa. C. de ſacroſſ. Eccleſ. auth. Item nulla communitas auth. ſtatuimus. C. de Epiſco. & cler. & à regibus Hiſpaniæ, tit. 6. l. 50. & 56. & l. 19. tit. 9. partita, 1. & l. 1. cum ſequentib. tit. 3. lib. 1. nouæ compil.

Solùm ergo eſt quæſtio de legibus politicis iuſtis, quæ nulla ratione violant libertatem Eccleſiaſticam, qua in re non ſolùm eſt controuerſia cũ hæreticis, ſed etiam cum Catholicis, inter quos etiam ſunt diſcrepantes ſententiæ, quare nonnulli Azorium mirantur qui tom. 1. lib. 5. c. 12. quæſt. 1. aſſerit nemini dubium eſſe, quin clerici ſint à legibus & conſtitutionibus Principum exempti, & liberi: ſed exponi poteſt, vt ſaltem aliquibus non teneantur.

Prima ergo ſententia eſt hæreticorum aſſerentium clericos etiã in cauſis Eccleſiaſticis eſſe ſubiectos legibus ciuilibus & ſæcularium tribunalibus. Caluin. 4. inſt. cap. 11. §. 15. & Petrus Martyr in cap. 13. epiſt. ad Rom. addens nec ex priuilegio principum poſſe clericos in rebus ciuilibus ab obedientia politicorum Magiſtratuum liberari, ab aut eorum legib. ſolui, nam iure diuino illis deuinciuntur. In quam ſententiã, nec rebus Eccleſiaſticis exceptis, conſpirat Brentius in prolegomenis, & Melancthon in locis capite de Magiſtratu. 93

*1. Sent. Hæretici qui dicunt clericos etiam in cauſis ciuilibus ſæcularibus eſſe ſubiectos.*

Inter Catholicos, vt ait Vazquez diſp. 167. ca. 4. num. 28. concors ſententia eſt, aliquo modo legibus ciuilibus obligari, ſed in modo id explicandi differunt.

Secunda ergo communis, & vera ſententia eſt, Eccleſiaſticos directè ſubiici legibus ciuilib. quæ neque cum eorum ſtatu, neque cum legibus Pontificiis pugnant, quales ſunt, quæ ſtatuunt pretia rerum, quæ præſcribunt formam contractibus, quæ prohibẽt arma noctu deferre, & ſimiles, quæ clericos non dedecent. Ita Victoria relect. 1. de poteſt. Eccleſ. quæſt. vlt. prop. ſeu num. 4. Sotus 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 4. & 2. iuſt. q. 6. art. 7. concluſ. 1. Medina 1. 2. quæſt. 96. art. 5. dub. vlt. Cardinalis Bellarminus lib. 1. de cleric. c. 28. prop. 2. Molina, tom. 1. de iuſt. tract. 2. & quæſt. 77. art. 1. controuerſ. 10. diſp. 31. con. 6. Salon, 1. 2. quæſt. 67. art. 1. controuerſ. 2. Emmanuel Rodrigues, tom. 1. regul. quæſt. 6. art. 14. qui tamen in vltimis verbis ſibi aduerſatur dicens, *licet enim Eccleſiaſtici, & regulares obligatione ciuili eximãtur, non tamen eximuntur ab obligatione, ad quam ſecundùm ius naturale, & diuinum tenentur. &c.* & ex iuriſperitis citari ſolet, Antonius de Butrio cap. Eccleſia S. Mariæ num. 17. de conſt. Hic tamen de ſtatutis laicorum loquitur, quæ perſonis Eccleſiaſticis vtilia ſunt, ea ratione cenſet, tacitè à ſede Apoſtolica eſſe approbata: quod non eſſet ligari directè legibus politicis, ſed Eccleſiaſticis. Hãc verò ſententiam apertè docuit Bartolus, l. cunctos populos num. 28. & 29. C. de ſum. Trin. Pan. cap. Eccleſia, S. M. de conſt. num. 13. & ſequentibus: quam ſequuntur Felinus numer. 86. & 88. & 99. Angelus verbo lex, num. 5. Syluester, quæſt. 15. Idem indicat Sa, ibi numer. 12. *hanc opinionem referens, & non refellens, ſed cum ea tranſiens.* Philiarch. 2. part. ſummæ, lib. 3, cap. 2. in fine expreſsè dicit clericos in multis ſubeſſe Regum præceptis, & legibus. Item Suarez op. de legibus con. 2. art. leges ciuiles, quæ generaliter feruntur pro omnibus ciuibus, & honeſtæ ſunt, & pertinentes ad cõmune 94

*Clerici quibus legib. ciuilibus teneantur, ex Catholicorum ſententia.*



Digitized by Google

bonum Reip. obligant Eccleſiaſticos, modò nec directè, nec indirectè, ſint contra immunitatem Eccleſiæ. Tribuit Bartolo, Panormitano Syl. & Angelo, idem ſignificat Sa, verbo clericus, num. 8. dicens, clerici tenentur ſecundùm quoſdam legibus ciuilibus, quæ Eccleſiaſticum officium non impediunt. Expreſsè idem tenent Driedo, 1. de libert. Chriſtiana, cap. 2. parte 3. fol. in quibuſdam libris 103. Nauarrus cap. 23. num. 28. Angles in floribus. Quarti tract. de Sacram. ordi. in fine, Valentia tom. 4. ſeu 2. 2. diſp. 9. quæſt. 5. pun. 4. Thomas Zerula in praxi Epiſcopali tom. 1. verbo pragmatica dub. 2. Viuald. 4. part. candelabri, ca. 9. num. 10. iterum Emmanuel Rodrig. tom. 1. ſummæ, cap. 196. con. 1. Sayrus lib. 3. cap. 4. num. 16. & ſequentibus dicens idem tenere alios communiter, ſed malè citat Caſtrum pro hac opinione, magis enim fauet tertiæ, vt referemus. Idem tenet Azebedo, l. 13. titut. 3. lib. 4. nouæ compil. num. 5. ex ipſo textu, & Grego. Lopez, l. 4. titu. 15. partica. 4. licet ab aliis in oppoſitum citetur, vt ſtatim notabimus. Idem tenet Aluarus Valaſco conſult. 100.

95 Hæc ſententia fulcitur. Primò quia ita habet vſus confirmatus, Pontificum & Patrum authoritate. Nicolaus enim Papa epiſt. ad Michaël. imp. circa fin. Pontificum & Imperatorum poteſtatem ita eſſe à Chriſto diſcretam aſſeuerat, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tãtum modo rerum imperialibus legibus vterentur, refertur, capit. quoniam diſt. 10. leges etiam Imperatorias non eſſe contemnendas, ſed ſeruandas à clericis docent alij Pontifices, cap. de capitulis, cap. quis autem & cap. verum eſt, diſt. 10. & Amb. explicans illa verba Luc. 5. v. 3. *& ſedens docebat &c.* & refertur, capit. magnum 11. quæſt. 1. ait, *& ſpirituale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem regis terreni putet eſſe ſoluendam ſi enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tantus eſt, qui non putet eſſe ſoluendum.* Chryſoſt. ho. 4. de verb. Iſai, *vidi Dominum &c.* de Ochozia Rege Iuda differẽs, ait, ille quidem ea, quæ ſunt in terra, fortitus erat adminiſtranda. (Hoc eſt ciuilia, & temporalia) cæterum ſacerdotis ius è ſuperis deſcendit &c. & infrà, Regi ea, quæ hîc ſunt, cõmiſſa ſunt, mihi cœleſtia. Mihi, cùm dico, ſacerdotem intelligo, & infrà. Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ, & hom, 23. in Epiſtol. ad Rom. explanans illa verba cap. 13. verb. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,* ait, *Facit autẽ Paulus hoc ideo, vt oſtendat, Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, vt politicas euertat; ſed vt ad melius inſtituat,* & nonnullis interiectis ait, *interea eas rationes, quas commemoraui non mouet, ſed eas, quæ poteſtatibus ex debito obedire iubent, oſtendens quòd iſta imperetur omnibus, & ſacerdotibus, & monachis non ſolùm ſæcularibus: id quod ſtatim in ipſo exordio declarat, dicens, omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit, etiamſi Apoſtolus ſis, ſi Euangeliſta, Propheta, ſiue quiſquis tandem fueris: nec enim pietatem ſubuertit iſta ſubiectio.* Augu. cap. ſi quis laicus, 22. quæſt. 5. *Si quis laicus iuramentum violando prophanat, quod Regi, & Domino ſuo iurat* &c. Ergo Rex eſt Rex, & dominus clerici etiam Epiſcopi, & ſic tenetur ei obedire & infrà, *Epiſcopus Presbyter & Diaconus, ſi hoc crimen commiſerit, degradetur.* Ad idem eſt gloſſ. magna in Clem. Paſtoralis, de re iudicata, tex. cum gloſſa Extrauag. quomodo in læſæ Majeſtatis crimine procedatur. Conci. Tolet. 4. c. 75. & 10. ca. 2. & 16. ca. 8. & 9. Facit etiam, cap. ſi vobis 23. q. 8. cap. ſi Epiſcopus 18. diſt. ex Conſil. Emoritẽſi, canone, 5. habetur inter Toletã nuper Collecta à Loayſa. Ad idem eſt, cap. cùm parati, de appell. vbi ſupponitur Epiſcopum debere obedire regi, & nota cum gloſſ. dict. ca. ſi Epiſcopus, & dict. cap. cùm parati, & cum aliis, ſi concurrant præcepta incompatibilia, primò obediendum Papæ, ex ca. illud de maiorit. cap. irreprehenſibile, 23. quæſt. 8. Deinde ſi Metropolitanus præcipiat ire ad Con. non poſſe regem id impedire ex can. 17. 8. Syn. Conſtantinop. ſed ſi occupatur à Rege ſine fraude, excuſatur à præcepto Metropolitani, ex cap. ſi vobis 23. quæſt. 8. præſertim ſi iam erat ſic occupatus à Rege Gloſſ. dict. c. cũ parati Turrecr. d. c. ſi Epiſcopus quia melior eſt cõditio occupantis, l. potior ff. qui potiores in pign. habeantur l. fin. ff. de vſucapio, l. quoties C. de rei vendic. ſed ſi perſona eſſet neceſſaria concilio, & ideo vrgeret Metropolitanus deberet Epiſcopus ei obedire: ſi autem alia de cauſa eum vocet, videndum, quid ſit magis neceſſarium. Innoc. Pan. Præpoſ. & alij: Druedo 1. de libert. Chriſtiana cap. 15.

*Probatur multis argumentis illa ſententia.*

*Regi corpora commiſſa ſunt ſacerdoti animæ.*

Secundò fulcitur authoritate Imperatorum. 96
Valentinianus enim, Valens & Gratianus epiſt. ad Epiſco. Aſiæ, quam refert Theodoretus 4. hiſt. cap. 8. vel 7. de probis & ſtudioſis Epiſcopis ait, Publica ſecundùm leges munia ſubire ſciunt, potentiæ Imperatoris non obloquuntur, ſed ſincerè, & magni Imperatoris, & Dei mandata cuſtodiũt, & noſtris legibus ſubiiciuntur: at vos inobedientes reperti eſtis. Et impp. Theodoſius Magnus, & Valentinianus minor legibus tributorum, quæ ad cauſas publicas & omnibus communes, etiam dignitate præditis imponuntur, clericos eſſe deuinctos recenſuerunt, l. neminem, C. de Sacroſ. Eccleſ. & Honorius ac Theodoſius l. inſtructiones, C. eodem tit. & Iuſtinianus Imperator author. quomodo oporteat Epiſcopos, in prin. collat. 1. ſacerdotium diuinis miniſtrare, imperium verò humanis præſidere affirmat. Erãt autem hi impp. Chriſtiani, & ea de re numquam fuere ab Eccleſia obiurgati. Vide etiam l. 3. noſtri regni titu. 19. partita 2. & l. 20. & 21. tit. 13. part. 2. & l. 13. tit. 3. lib. 4. nouæ compilationis. Ex quibus legibus cõſtat, Reges eſſe clericorum dominos, & clericos teneri venire ad eorum vocationem, & mandatum, & tanquam ſubditos præſtare illis iuramentum fidelitatis, & obedientiæ, & olim in Caſtella, modò autem in Aragonia, Nauarra & Sicilia clerici Comitiis adſunt, tanquam partes Reip. ſubiectæ Regi ſuum habentes ſuffragium deciſiuum. Vide etiam Sanderum, 1. de viſibus Monarch. capite 2.

Tertiò quia ciues gubernatori, & membra capiti debent eſſe ſubiecta: ſed clerici ſunt ciues, & 97
membra Reip. cuius caput, & gubernator eſt Rex: ergo debent eius legibus, & præceptis ſubeſſe. Vnde in regem iurant, & iurare tenentur, vt docet Gregorius Lopez, l. 4. verbo encuyo ſennorio, tit. 15. partita 4. & in Conci. Agath. 2. relato cap. ſi Epiſcopus 18. decretum eſt, vt Epiſcopi prouinciales vocati à Metropolitano ad Concilium Prouinciale, aut ordinationem ſummi Pontificis ad conſtitutam diem, adeſſe non differant, excepta

graui

Digitized by Google

graui infirmitate corporis, aut præceptione regia. Hac etiam de cauſa excuſantur Epiſcopi Prouinciales à præcepto Metropolitani in Cócilio Emeritenſi nuper excuſo inter Concilia Toletana à Garſia Loayſa collecta. Et in Concilio Sardicenſi can.8. & refertur, c. ſi vobis 23. quæſt. 8. Oſius Epiſcopus dixiſſe legitur. Ne Epiſcopi accedant ad Comitatum, (hoc eſt ad curiam regiam vt gloſ. ibi interpretatur) niſi fortè, qui à religioſis impp. vocati vel inuitati fuerint: & l. 24. tit. 2. lib. 3. ordinamenti regij, quæ eſt l. 13. tit. 3. lib. 4. nouæ compilationis à Ioanne ſecundo Hiſpaniæ Rege ſtatutum eſt, vt perſonæ Eccleſiaſticæ ter à rege vocatæ venire reſpuentes, exilio à regno mulctētur, & iure quod regni naturalibus competit, & Hiſpani, temporalitates, appellant, priuentur, boniſque quæ in regno poſſident, temporalibus, vt inobedientes præceptis Regis, ac domini eorum naturalis.

98 Quartò, quia nullo iure diuino, aut humano clerici ſunt ſoluti, ſeu liberi à legib. Principum ſecularium. Nullum enim teſtimonium ex ſcriptura, traditione, aut Eccleſiæ definitione oſtēdi poteſt, quo hæc ſolutio iure diuino facta probetur, quin potiùs vniuersè Paulus Ro. 13. ver. 1. videtur aſſeuerare, *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus &c.* Quæ verba ad clericos etiam producit Chryſoſtomus vt retulimus, & v. 7. *Reddite ergo omnibus debita, cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem, cui honorem, honorem, &c.* & 1. Petri. 2. ver. 13. & 15. *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præcellenti, quia ſic eſt voluntas Dei.* Imo nec quoad forũ, & tributa ſunt exempti iure diuino vt ſect. 11. dicemus & in præſenti eſt multò certius: quia tale ius diuinum, nec veſtigium habet in ſcriptura, aut traditione. Nec verò eſt lex aliqua humana, aut conſuetudo legitimè præſcripta, qua hoc priuilegium clericis a Pontificibus vel Imperatoribus, aut aliis principibus collatum ſit: ergo.

99 Quintò, quia clerici in temporalibus, in quibus omninò cóueniunt cum aliis ciuibus, debent gubernari aliqua directa poteſtate temporali, Prælati autem Eccleſiaſtici non habent directam poteſtatem temporalem: ergo debent ſubeſſe Regibus, & principibus temporalibus & ab eis gubernari: & alioqui omnibus legibus, & ſtatutis temporalibus eſſent ſoluti, ſic enim non tenerentur ſeruare leges taxantes pretia rerum, ſed poſsēt vendere triticum cariùs quàm leges permittant, ſeruato tamen pretio naturali, poſſent etiam extrahere aurum, equos, & alia prohibita, à regno, & arma noctu deferre, & alia facere quæ ſolo iure ciuili ſunt prohibita, modò illa faciant ſine ſcandalo, eorum etiam teſtamenta & contractus eſſent validi, etiam ſi non eſſent facti ſecundùm formã iure ciuili præſcriptam: nec tenerentur in conſcientia ſtare ſententiis datis contra ipſorum bona in tribunalibus ſæcularibus vbi ſunt actores in cauſa ciuili contra laicos. Item præſcriptiones iure ciuili introductæ contra illos non valerent.

Confirmatur, quia ſi ſolùm tenerentur ſeruare eius modi leges, ſententias, aut ſtatuta ex quadam decentia, aut æquitate naturali, ſicut princeps tenetur proprias leges ſeruare: ergo ad ſummum tenerentur ſub veniali, ſicut de principibus diximus, & non poſſent puniri grauiter à iudicibus Eccleſiaſticis pro violatione legum ciuilium. Hoc autem eſt falſum, adeo vt Vaz. diſp. 167. cap. 4. n. 30. putet iudicem Eccleſiaſticũ poſſe clericis violantibus leges ciuiles, eamdem pœnam infligere, quæ laicis ſtatuta eſt, ſi non dedecet ſtatum Eccleſiaſticum: ergo. Confirmatur, nam Vazquez ead. diſp. in extremis verbis ait, obſeruandum tamen eſt, leges ciuiles irritantes contractus, & teſtamenta, niſi tali ſolemnitate & modo fiant, etiam obſeruandas eſſe à clericis, & factum ab eis alio modò, irritum omnino eſſe. Hæ namque irritationes non ſunt pœnæ: ſed diſpoſitiones legũ ad irritandos contractus: quibus non minùs cóprehendi debent clerici, quàm laici, vt pax, & bona gubernatio Reipub. conſtet: alioqui nec litibus, nec fraudibus ſufficienter eſſet prouiſum: eodem igitur iure, quo clerici obſeruare debent leges Reip. quæ aliquid prohibent, aut iubent: debent etiam ſeruare eas, quæ ciuiles contractus & alios actus legitimos irritant. Hæc Vazques: ergo debet dicere, clericos directè eſſe ſubiectos legib. ciuilibus, alioqui non irritarent ipſorum actus.

Sextò, quia Princeps tenetur ex iuſtitia defendere clericos ab hoſtibus, leges facere, quæ alios obligant in bonum ipſorum, punire eos, qui iniuriam illis irrogant, ius illis petentibus dicere: non tenetur autem de iuſtitia proſpicere, niſi ſubditis, & obligatis ad ipſius obedientiam: ergo illi tenētur Principi obedire. Confirmatur, quia ſentientes commodum debent onus incommodum & damnum pati: illi autem ex legibus ciuilibus cómodum ſentiunt, vt quando contra aliquos præſcribunt, quando contractus in fauorem ipſorum irritantur &c. ergo & onus ſentire debent obediendo legibus ciuilibus, ſaltem hoc deberent eis Pontifices præcipere, ne in temporalibus iſtis, ſine vlla lege poſitiua viuerent: cùm ergo id non præcipiant, ſignum eſt id non eſſe neceſſarium: quia leges politicæ ex ſe illos obligant. 100

Tertia ſententia eſt, clericos non teneri directè legibus ſæcularibus, ſed ex ratione naturali dictãte, ſeruandas eſſe leges ſæculares, propter conformitatem cum perſonis ſæcularibus eiuſdem Reip. quæ illis legibus directè ſubiiciuntur: ſicut diximus ſuprà, principem non obligari directè ſuis legibus, ſed indirectè, quia ratio naturalis dictat, vt oneribus, quæ ſubditis imponit, ipſe quoque ſubiaceat. Hanc ſententiã tenet Vazques diſp. 167. ca. 4. qui pro ſe citat Pan. Syl. & Angel: quos meritò nos pro ſecunda opinione retulimus. Quando enim dicunt non teneri legibus laicorum niſi quãdo tenentur idē facere ex lege naturæ: loquũtur expreſsè de legibus latis circa res & bona Eccleſiaſtica, hanc tamen ſententiam tenet Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 12. quæſt. 3. & tom. 2. lib. 9. de Imperatore, cap. 7. quæſt. 8. 9. & 15. & pauci quidam Theologi recentiores; quibus fauēt Ioannes Medina. C. de reſt. quæſt. 36. *§. dubitaret aliquis,* Et Caſtro. 1. de l. pœn. capit. vlt. §. alia fuit, non longè à medio. Sed hi non agũt ex profeſſo de hac re, & ſolùm loquuntur conditionaliter, dicentes, licet clerici non ligentur legibus ciuilibus, tamen peccare mortaliter ſi vendant maiori pretio frumentum quàm ſit illud, quod per pragmaticam, ſeu legem huius regni taxatum ſit, & teneri ad reſtitutionē exceſſus, quia ex iuſtitia, & lege naturali tenentur omnes non exigere quicquam vltra pretium currens & iuſtum ſiue ex lege humana, ſiue aliunde tale pretium conſtitutum ſit: Idémque 101

3. *Sententia. Clerici non tenentur directè legibus ſæcularibus.*

Digitized by Google

que tenent Sayr. & Salon citati pro præced. opin. quod confirmatur ex Paulo 1. Theſſalo. 4. *Et ne quis ſupergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem ſuum.* Quæ verba interpretans Anſelmus ait, ſupergreſſio enim eſt, vbi pro minori pretio illud, quod maioris eſt, elicitur. Circũuentio verò, vbi per dolum frater in ipſa venditione, vel emptione decipitur. Numquam verò Caſtro, aut Ioannes Medina dixerunt clericos nullis legibus ciuilibus obligari. Fauet etiam Gregorius Lopez, l. 54. verbo, *en las calçadas* tit. 6. partita 1. & l. 4. verb. *encuyo ſeñorio.* tit. 15. partita 4. vbi ait licet clerici non dicantur ſubditi regis ratione iuriſdictionis, dicuntur tamen ſubditi ratione domicilij. Sed credo tantùm velle, licet non habeat iuriſdictionem ad puniendum illos, nec ad præcipiendũ illis in rebus Eccleſiaſticis quæ maximè ad ipſos pertinent, tamen ratione domicilij, in aliis poſſe eos ſuis legibus obligare, vnde concedit debere illis obedientiam, & fidelitatem. Malè autem pro hac ſententia citantur Angelus verbo lex, num. 5. Syl. quæſt. 15. Pan. cap. Eccleſia S. Mariæ de cõſt. quia dicunt clericos non teneri legibus ciuilibus ratione legum, ſed ratione iuſtitiæ. Nam iſti expreſsè loquuntur quando lex ſpecificè diſponit ſuper Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, tũc enim cenſent non eſſe illi obediendum, niſi eſſet fundata in ratione naturali, in quo euentu ſeruandũ inquiunt, eſt, non ratione legis, ſed ratione naturali: ipſi tamen ponunt multos alios caſus, in quibus clerici tenentur ſeruare leges principum ſæcularium, vnde à Sayro Suarez & aliis communiter hi Doctores pro priori ſententia citantur.

Pro hac ſententia eſſe videtur Rebuffus in procem. conſtitu. regal. gloſſ. 1. num. 55. vbi ait, leges laicorum clericos non ligare ex cap. certum, diſt. 10. cap. inter hæc 33. quæſt. 2. cap. Eccleſia conſt. Barbatio repet. rub. de Reb. Eccleſ. non alien. col. 16. num. 81. & quia nulla lex, vel ordinatio comprehendit non ſubditum, c. 1. de conſt. iuncta gloſſ. ibi & ca. 2. illo tit. lib. 6. & cap. à nobis, de ſent, excomm. l. cum quædam ff. de iuriſd. omn. iud. Sed clerici non ſunt laicis ſubditi dict. cap. Eccleſia: ergo. Et quia maior non poteſt lege minoris conſtringi, cap. cùm inferior de maiorit. cap. nouit de iudic. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Licet Papa decidat aliquando per leges ciuiles, cap. 1. 2. & 3. de cauſa poſſeſſ. vide cap. ſi in adiutorium & c. de capitulis diſt. 10. & cap. ſuper ſpecula de priuileg. cap. quo iure d. 8. Nec obſtat, (inquit Rebuffus) quòd leges diuinitus per ora principum ſæcularium ſunt promulgatæ, cap. fin. 16. quæſt. 3. l. fin. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum & lex eſt quaſi ſanctiſſimum templum à ſummi numinis liberalitate collatum, l. 1. §. cumque C. de vet. iur. enucleando: Ideò ab omnibus colenda & ſeruanda, l. 2. §. hæc igitur omnia eod. tit. & l. leges ſacratiſſimæ, C. de legibus. Et legum latores à Deo licentiam acceperũt. auth. vt hi qui oblig. ſe habere perhibent res mino. in princ. collat. 6. Nam illæ ſolùm ad ſubditos diriguntur: nec enim debet Rex in alienam meſſem falcem mittere. cap. nouit de iudic. & Deus diſtinxit poteſtatem Eccleſiaſticam & ſecularem, cap. ſolitæ de maiorit, cap. quoniam diſt. 10. Hæc Rebuffus, ſed reuera potiùs eſt pro ſecunda ſententia, nam ſtatim ponit plures exceptiones. Prima, eſt niſi Eccleſia velit leges à clericis ſeruari, c. vt inquiſitionis negotium, de hæret. in 6. Ea enim noſtra facimus, quibus authoritatem impertimur, l. 1. §. omnia. C. de vet. iure enũcl. capit. ſi Apoſtolicæ de præb. in 6. Eas verò approbat Papa, quia optimè prouident humanis negotiis. ca. quo iure diſt. 8. vnde & Papa eas accommodat negotiis Eccleſiaſticis, capit. ex antiquis 54. d. cap. accuſatores. §. cuius in agendo. 3. quæſt. 8. ca. cùm deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. Secunda exceptio. Niſi reſpiciant ordinem procedendi: nam tales ordinationes etiam contra clericos ſeruari debent, gloſ. cap. quod clericis de for. comp. Et eſt regula generalis, in reſpicientibus ordinationem litis attenditur cõſuetudo, vel ſtatutum, vbi cauſa agitur, etiamſi ſit ſtatutum laicorum, l. 3. §. fin. de teſtibus Bart. l. 1. col. 6. verſ. ſexto quæro. C. de ſum. trin. Cuman. conſil. 139. P. laicus, colu. 2. Cald. conſil. 11. an clerici Rub. de conſt. Card. conſil. 44. ſtatuit ciuitas, num. 9. Pan. conſil. 33. præſidio, colu. 2. lib. 2. Probatur quia cùm lex canonica conſentiat in quibuſdam caſibus, quòd cauſa agitetur coram ſæcularibus vt ſecundùm regulam, *actor ſequatur forum rei.* capite cùm ſit generale de foro competen. videtur etiam velle, quòd ſecundùm leges illius iudicij cauſa tractetur, vt docet Ioan. And. additio. ad ſpeculat. tit. de conſt. & Ancaranus reg. ea quæ col. penul. de reg. iu. in 6. Cuma. dict. conſil. 139. Ex qua exceptione infert Rebuffus aliqua corolaria, quæ omitto.

*Cùm res ſunt in territorio Regis, iudicãtur ſecundùm conſtitutiones Regis.*

Tertia exceptio eſt, niſi diſponant in bonis clericorum immobilibus, & in actionibus realibus: quia cùm res ſint de territorio Regis, iudicantur ſecundùm conſtitutiones Regis, vt aſſerit Baldus, capit. cùm veniſſent, col. 2. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruan. facit, cap. cùm ad verum. 96. diſt. ibi, *& Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus vterentur.* Petrus Velluge in ſpeculo Principum, rubrica de Admortiſa, §. nunc videamus, in fine. Barbatius rub. de rebus Eccleſ. non alien. col. 21. nu. 3. & 112. Conſuetud. Burgund. Rub. *des Iuſtices,* gloſſa *de droit, de indire,* in fine, & aliis locis, quæ citat Rebuffus ſuprà. num. 7. Quarta exceptio, niſi ordinatio eſſet rationabilis, & generaliter loquẽs, & fauorabilis, & canonibus non contra dicens: vt quando lex præſcribit formã, & modũm emptionis, & vẽditionis, licèt reis conuentis ſit odioſum: quod non debet attendi. l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi certum petatur. Bald. conſil. 166. Punctus, colu. 2. volu. 5. & l. 1. col. 8. num. 10. C. de ſum. Trin. Probat Rebuffus ex cap. 1. de noui oper. nuntiat. cap. 1. & 2. diſt. 10. capit. 1. de iuram. calum. Panormitano, Antonio, & aliis, dict. capit. Eccleſia, Baldo conſil. 30. volum. 1. Alex. conſil. 131. in fin. lib. 2. & conſil. 121. col. penul. num. 5. & ſeqq. volu. 5. vbi dicit, leges imperiales non afferentes damnum clericis ſeruandas eſſe: ſecus in conſtitutionibus inferiorum; qualis non eſt Rex Galliæ. Idem tenet Baldus conſil. 133. in fine. volu. 3. & 392. col. 2. volum. 4. Vnde leges de tutoribus loquentes, in clericis locum habent. Et qui ſunt infames iure ciuili, regulariter etiam ſunt infames iure canonico. Angel. l. 1. in fine principij. ff. de his, qui notantur infamia: niſi lex canonica infamiam tolleret, vt in ſecundo nubentibus, cap. fin. de ſecund. nupt. leges etiam & ordinationes imponentes pœnam contumaciæ, ſeruari debent à clericis: & quoad temeritatem, vt decidit Panormitanus

*Leges imperiales non inferentes damnum clericis, ſunt ſeruãdæ.*

Digitized by Google

mitanus, cap. dilecti, colu. 3. nu. 12. de arbitr. per legem vnam ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. & cap. 1. de homic. in 6. & l. 2. de Epiſc. aud.

Addit Pan. pœnam conſuetudinariam poſſe exigi etiam à religioſis, vt in cap. dilectus, de offic. ordin. & cap. 1. de delictis puer. modò conſuetudo, vel ordinatio aliàs fuerit rationabilis, per c. fin. de conſuetud.

Quinta, niſi ordinationes afficerent res, vt ſi res non poſſet vendi extraneo, non poſſunt vẽdi clerico extero, etiam ad clericum veniens naturalẽ: & indigeret titulo naturalitatis. Bald. conſil. 174. col. 2. volu. 5. Socin. conſil. 45. volum. 3. per l. placet, & l. iubemus nullam, C. de Sacroſſ. Eccleſ. quia poſtquam res eſt affecta, ſic tranſit in clericum, ſicut in laicum. Vnde conſuluit Aretin. conſil. 25. col. 1. quòd ſi ordinationes loquantur in rem, valebunt; ſecus ſi in perſonam, vt ſi dicant, valeat teſtamentum, vel, non alienentur res extraneo. Pulchrè Ripa libro 1. reſponſorum capite 2.

Sexta, niſi ante clericatum ordinatio cœperit in clerico habere vires, Ioannes Andreas in mercurialibus regula ſine culpa de regul. iuris, in 6. Albertinus Brunus tract. de ſtatuto excludente fœminam art. 6. verſic. nunc & 2. & quæſt. 11. art. 12. dicens, quòd ſtatutum excludens ſecundò genitum à ſucceſſione regni, exiſtente primogenito, excludit ſecundò genitum etiam factum clericũ, eo quòd ſtatutum ante clericatũ vires habuit. Iaſon l. placet. C. de Sacroſſ. Eccleſ. & alia multa adducit Alb. ſuprà, quæ tamen intelligi debent in rebus immobilibus, & non in perſonis clericorum.

Septima, niſi Eccleſiaſtici velint vti legibus, ordinationibus, vel ſtatutis laicorum in fauorem ipſorum factis. Debent enim vti illis eo modo, quo ipſa loquuntur, & cum illo onere illa recipere, Bald. l. 1. C. de contrahen. empt. quæſt. vlt. l. de quibus ff. de legibus quæſt. 6. l. contra, §. fin. ff. de pactis, Pan. conſil. 6. volum. 1. Decius, cap. nouit, num. 16. in gloſſ. quicunque de iud. Aufrer. 2. reg. in fine, de poteſt. ſæculari ſuper Eccleſiaſtic. perſonas.

Octaua, leges, & ordinationes etiam deuiantes à iure canonico, ſi non contineant peccatum, erũt ſeruandæ in foro ſæculari, cap. cum eſſes, de teſt. Gloſſ. cap. 2. verſ. lex ciuilis, de arb. in 6. & in reg. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. Clem. diſpendioſam, de Iudic. Bart. l. priuilegia, C. de Sacroſſ. Eccleſ. Pan. & alij, cap. clerici, de iud. Calderinus conſil. 18. de conſt. fallit in 7. caſibus poſitis à Pan. & aliis c. Eccleſia, de conſt.

Hæc Rebuffus, ex quibus conſtat ipſum cum aliis, quos refert, potiùs eſſe pro nobis, quàm contra nos.

103 *1. Arg. Nemo tenetur directè legib. illius, qui in ipſum non habet iuriſdictionem.*

Hæc ſententia ſuadetur: Primò, quia nemo tenetur directè legibus eius, qui in ipſum non habet iuriſdictionem, vt diſp. 7. & 8. docuimus, & docet D. Thomas quæſt. 96. art. 5. & conſtat ex l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. ſed Princeps politicus non habet in clericos iuriſdictionem, vt patet ex cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. vbi Innocentius III. ait. *Nos attendentes, quòd laicis etiam religioſis ſuper Eccleſiaſticis perſonis, & Eccleſiis nulla ſit attributa facultas imperandi.* Et Eugenius III. in Synodo Rhemenſi relata, cap. decernimus, de iudic. *laicis Eccleſiaſtica negotia tractare, maximè quæ ſpiritualia*

A *ſunt, interdicitur*, & cap. placuit, 16. quæſt. 7. laicis ſtatuendi in Eccleſia omnis aufertur facultas: & in ca. ſæculares, de foro compet. in 6. Bonifacius VIII. nullam ſæcularibus iudicibus contra perſonas Eccleſiaſticas iuriſdictionem competere affirmat. Et Leo X. ſacro approbante Concilio Lateranenſi, ſeſ. 9. in bulla incipiente ſupernæ diſpoſitionis arbitrio &c. de reformatione Curiæ, & aliorum diſſerens ſic ait. *Et cùm à iure tam diuino, quàm humano laicis nulla poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit &c.* Et auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler. inquit, Federicus Imperator, *vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel ciuili trahere ad iudicium ſæculare præſumat contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones.* *Laicis nulla iure in perſonas Eccleſiaſticas nulla poteſtas tributa eſt.*

B Et Honorius III. ca. ſuper ſpecula de priuileg. ait. *Eccleſiam ſæcularium legum non reſpicere famulatum, quæ æquitatis, & Iuſtitiæ veſtigia imitatur.*

Secundò, quia forum ſortiri, & ſtatutis, ſeu legibus fori ligari, à pari procedunt, vt ait Decius cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. num. 18. & alij ab eo relati, & Syluester, & Aldobrandinus in addit. ad Decium, verbo, apparet: clerici autem non ſunt de foro Principum ſæcularium: ſed Eccleſiæ, cap. 2. de foro compet. cap. cùm non ab homine de iudic. cap. clericum, & cap. nullus, 11. quæſt. 1. ergo eorum legibus non ligantur.

C Tertiò, quia cui in alterum iuriſdictio competit, poteſt eum punire, ſi legem tranſgrediatur: iuriſdictio enim ſine coërtione inutilis eſſet, l. fin. ff. de eo, cui mandata eſt iuriſdictio: ſed Princeps politicus non poteſt punire clericos: ergo non habet in eos iuriſdictionem, ac proinde non poteſt ſuis legibus vel præceptis eos obligare: minor patet ex textibus citatis argum. præcedenti, & ex iis quæ adducemus ſect. 11. *Iuriſdictio ſine coercione eſt inutilis.*

Mihi ſecunda ſententia magis placet: ſed tenendo hanc tertiam ad argumenta ſecundæ reſpondendum eſſet. 104 *Deciſio Auctoris.*

D Ad primum argumentum reſpondeo, teſtimonia Pontificum, & Imperatorũ ſolùm conuincere, leges quæ cum Eccleſiæ libertate non pugnant, nec cum Eccleſiaſtici ordinis dignitate, ſeruandas eſſe, id tamen non eſſe intelligendum ex vi ipſarũ legum, ſed ex æquitate naturali, vt toti Reipubl. ſe conforment: & hoc pacto exponi poſſe Ambroſiũ & Chryſoſtomum ſuprà, quamuis quod Chryſoſtomus ait de Apoſtolis, & Euangeliſtis, poſſit intelligi reſpectu poteſtatis Eccleſiaſticæ: nam cæteri Apoſtoli tenebantur obedire Petro, & Petrus Chriſto, & omnes Clerici ſuis Prælatis Eccleſiaſticis, imò ad vitandum ſcandalum omnes tenebantur olim obedire Principibus ſæcularibus; per ſe tamen numquam fuere ipſis ſubiecti, vel ſaltem *Ad 1. arg. 1. ſent.* *Cæteri Apoſtoli tenebantur obedire Petro, & Petrus Chriſto.*

E nunc ſunt exempti ceſſione Principũ ſæcularium, vel conſtitutione Pontif. Et quòd Chryſoſtomus intelligat de obedientia ratione ſcandali vitandi, colligi poteſt ex eodem: nam explanans verba illa Pauli eod. cap. verſ. 2. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit:* ait, plurima quippe tunc circunferebat fama traducens Apoſtolos veluti ſeditioſos, rerumque nouatores, qui omnia ad euertendum leges communes, & facerent, & dicerent. *Ratione ſcandali, Principibus Apoſtoli & alij obediebant.*

Ad ſecundum reſpondeo, Iuſtiniani ſententiam, ſi cum particula exceptiua intelligatur, vt nimirũ ad ſacerdotium tantum ſpectet diuina adminiſtrare, interpretandum eſſe, quando ciuilia, & humana non attingunt perſonas Eccleſiaſticas, aut religio

Digitized by Google

religioſas: his enim Pontifex poteſt leges ciuiles imponere, ciuiles inquam, ratione materię de qua tractant, ſpirituales verò ex parte perſonæ, cui imponuntur: poteſt etiam Pontifex propter Eccleſiaſtici & religioſi ordinis cõfirmationẽ, dignitatem, & honorem ſoluere huiuſmodi perſonas legibus Principum ſæcularium Chriſtianorum, nullas leges politicas illis imponendo. Principes etiam Chriſtiani ſæculares, vel proprio motu, vel iuſſu Pontificis potuerunt hoc priuilegium illis concedere, vt legibus politicis non teneantur, quod & feciſſe videntur: illæ verò leges in arg. commemoratæ, quæ de tributis perſonis Eccleſiaſticis imponendis differebant, & ſimiles, iam abrogatæ ſunt à Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. can. 46. & refertur cap. aduerſus de immun. eccleſ. ab Alexand. IIII. cap. 1. eod. tit. lib. 6. & à Bonifacio VIII. cap. de cenſib. eod. tit. à Clemente V. clem. vnic. de immun. eccleſ. à Benedict. XI. in extrauag. & à Leone X. vbi ſuprà, & ab Imperatoribus initio ſectionis citatis, & in ſpeciali legem illam, ad inſtructiones C. de ſacroſ. eccleſ. abrogatan eſſe docet gloſſa cap. generaliter, verbo collationibus, 16. quæſt. 1. Archid. ibi, Bart. Alciat. & Iaſon communem dicens d. l. in 1. & 2. lectura, Hoſtienſis in ſumma tit. de immunit. eccleſ. §. à quibus verò extraordinaria, retractans contrariam ſententiam, quam in cap. 2. de immun. eccleſ. tenuerat. Panormitanus magis communem dicens cap. non minus num. 18. de immun. eccleſ. Gregorius Lopez l. 55. verb. *pechar*, & l. 54. verb. *en las calçadas*, tit. 6. part. 1. Nauar. in ſumm. cap. 17. num. 201. Medin. C. de reſt. quæſt. 15. Palacius de contract. libr. 12. num. 2. Ludouicus Lopez inſtruct. conſcien. par. 2. cap 40. Syluest. immunitas 1. nu. 20. Leſſ. 2. de iuſt. cap. 33. dub. 3. num. 25. & alij, de quo vide ſect. 11.

Neque ideò negatur, perſonas Eccleſiaſticas teneri lege naturali conſulere neceſſitatibus Reip. & in aliquo euentu ex lege canonica aliquid contribuere, cap. 2. cap. non minus, c. aduerſus de immunit. eccle. extrauag. quod olim eodem tit. inter communes: vide ſect. 11. Quod ſi tanta eſſet neceſſitas Reip. vt ea de re non poſſet Pontifex maturè conſuli, nec eius beneplacitum expectari, poſſet Epiſcopus clericos cogere, Panorm. ſuprà, Gregorius Lopez d. l. 54. verb. *en las calçadas*, arg. legis tutor qui repertorium, ff. de adminiſtr. tutor. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 8. & in eo euentu tenebitur Epiſcopus poſtea ea de re Pontificem certiorem facere, ne eius auctoritas violata videatur, arg. cap. ſi quando, de reſcript. cum aliis.

*Princeps ſæcularis nõ eſt caput clericorũ niſi æquiuocè.*

Ad tertium, negant aliqui, Principem ſæcularem eſſe caput clericorum etiam in Politicis, & ciuilibus, niſi ęquiuocè, vt oculus mortuus, de quo Ariſt. 4. meteor. cap. 12. ſeu vlt. ait non eſſe oculum propriè, ſed æquiuocè ſeu analogicè, quia iam non habet in illos iuriſdictionẽ vt anteà, nec illi ſunt ei iam ſubiecti, ſed per clericatum à legibus eius ſoluti ſunt: vnde nec partes ſunt Reip. ciuiles, nec ciues. Vnde Iulius Clarus 5. receptarum ſententiarum, §. læſæ maieſtatis, cap. 7. ait clericos natos in terra ſubdita alicui Principi laico, dici naturaliter vel originaliter de dominio illius Principis, vt communis doctorum ſententia fert, teſte Gigante de crimin. læſæ maieſtatis, quæſt. 63. num. 2. non tamen poſſe verè ſubditos dici ipſius Principis, vt autem quodammodo ciues dicantur, ſatis eſt ex ea ciuiate patres naturales ducere originem, vt ſumi-

A tur ex l. aſſumptio, ff. ad municipalem: & ex l. ciues, C. de incolis lib. 10. & l. 24. tit. 24. part. 4.

*Principes ſæculares erga ſacerdotes & Epiſcopos quales eſſe debeãt.*

Propterea Principes ſæculares debent ſacerdotes honorare, ac tueri, cap. boni Principis, 96. diſt. & cap. ſacerdotibus, 11. quæſt. 1. reuerenter Epiſcopis, & Archiepiſcopis aſſurgere, & iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignare, cap. ſolitæ, de maiorit. & obedient. videlicet quia eorum dignitas magna eſt, & alioqui non ſunt actu ſubditi, ſed quantum eſt ex vi originis, habitationis, aut domicilij. Quod autem ex Concilio Agathenſi, & Emeritenſi in argum. adducebatur, oſtendit humilitatem, bene-
B uolentiam, & vrbanitatem Epiſcoporum erga Reges: eorum enim voluntatem, qua ab Epiſcopis aliquid fieri volunt, pro imperio habent. Sic etiã ſummus Pontifex Sixtus III. ad orientales Epiſcopos ſcribens, & refertur cap. mandaſtis, 2. qu. 5. ait, *mandaſtis, vt ſcriberem vobis:* & Syluerius Papa epiſt. ad Amatorem Epiſcopum, & refertur capit. Beliſarius (mendosè legitur Guiliſarius) 23. q. 4. Beliſarius patritius noſter mandauit me venire ad ſe pacificè, & Gregor. lib. 4. regiſtri, cap. 75. epiſt. ad Mauricium Imperatorem ait, *in ſereniſſimis iuſſionibus ſuis dominorum pietas*, &c. & ad Conſtantiam Auguſtam ſuprà, ca. 78. *& quidem* (ait de Mauricio Imperatore differens) *ſic religioſum dominum decuit, vt iſta ſacerdotibus præciperet*, & cap. 194. ad
C eundem Mauricium ait, *de quorum mihi in ſuis iuſſionibus dominorum pietas præcipit*, &c. ac Regem nõ eſſe verè & propriè dominum Eccleſiaſticorum patet ex deſcriptione domini, quam tradit l. 1. tit. 25. par. 4. cum ait, propriè dominum appellari, qui poteſtatem & imperium habet in eos, qui ciuitatem incolunt, vel prouinciam, cuius dominium habet: ex vrbanitate ergo Gregor. Imperatorem dominum appellauit, vt Ioan. Apoſt. in epiſt. 2. c. 1. verſ. 2. Electam fœminam dominam appellauit.

Ad quartum, dici poteſt, eodem iure, quo clerici ſunt exempti in temporalibus à foro ſæculari, exemptos eſſe à legibus ciuilibus: quia iſtæ exemptiones connexæ eſſe videntur: vt ex argumentis
D factis pro tertia ſententia colligi poteſt. Qui ergo dicunt exemptionem illam à foro ſæculari eſſe de iure diuino: idem dicere poſſent de exemptione à legibus ſæcularibus. Qui verò tenent illã exemptionem à foro eſſe de iure tãtùm humano: idem dicere poſſunt de exemptione à legibus ſæcularibus. Quo verò iure clerici habeant illã fori exemptionem, tractant Azor ſuprà, Couar. in pract. cap. 31. & nos in hac diſput. ſect. 11.

Ad quintum reſpondeo, clericis ſatis eſſe leges diuinas, & canonicas: nam in merè ciuilibus ſatis eſt obligari ex lege naturæ ad ſeruandas leges ciuiles propter ſolam conformitatem cum religioſis, & ad vitanda ſcandala, & alia incommoda,
E quæ ipſimet paterentur, niſi leges ſeruarent: & quòd attinet ad leges taxantes pretia, modicam habet difficultatem: quia ex lege naturæ ſub mortali, & obligatione reſtituendi tenentur vendere pretio currenti, ſiue ex lege humana ſiue aliunde, quamuis daremus, non poſſe directè obligari humana lege, vt docet Ioan. Medina & Caſtro ſuprà.

De legibus verò, quibus irritantur contractus, hæc opinio deberet fateri, ſi celebrantur inter ipſos clericos, non fore irritos: quia nullus contrahentium eſt directè ſubditus legi ciuili: debere tamen ſic ſe habere quaſi eſſent irriti, non ex directa obligatione legis ciulis, ſed naturalis, qua tenentur

Digitized by Google

tur ſe conformare aliis incolis. Si verò inter clericum,& ſæcularem, erunt irriti, quia ſatis eſt alterum contrahentium eſſe directè ſubditum legi: contractus enim non debet claudicare ex vna parte. Si matrimonium Chriſtianæ perſonæ cum infideli eſt irritum iure canonico, quamuis vnus tantùm contrahentium ſit directè ſubditus Eccleſiæ.

De irritantibus teſtamenta & legata: niſi ſub certa forma fiant, dici poteſt, ſi hæreditatem vel legata deferant ſæcularibus, eſſe nulla: quia per legem ſæculares fiunt incapaces, ſecus ſi aliis clericis.

Tenendo tamen ſecundam ſententiam, quam præferendam diximus, facilius ad argumenta tertiæ reſponderemus.

*Ad 1. argum. 3. opin.*

Ad primum reſpondeo, Principes ſæculares habere iuriſdictionem in clericos, non in rebus Eccleſiaſticis, nec in ordine ad ipſorum punitionem: ſed vt eis præcipiant, quæ nec cum eorum ſtatu, nec cum legibus Pontificiis pugnant, nec Eccleſiaſtica ſunt, ſed merè temporalia.

Ad ſecundum reſpondeo, licet forum ſortiri, & eius legibus ligari à pari procedant, & ideò clerici ſicut non ſortiuntur forum ſæculare, ita nec eius legibus, vel ſtatutis ligentur: tamen ligantur aliis legibus Principum ſæcularium, quæ non pertinēt ad forum ſæculare, ſed ad alia negotia temporalia. Ab his enim legibus nullo iure humano vel diuino exempti ſunt.

*Qui poteſt legem imponere poteſt punire, hoc nō eſt ſemper verum.*

Ad tertium reſpondeo, licet communiter, & per ſe loquendo, qui poteſt alicui legem imponere, poſſit illum punire: tamen iſtæ duæ poteſtates non ſunt adeò connexæ vt nō poſſint ſeparari: ſed ſicut multi poſſunt punire tranſgreſſores legum, qui tamen non poſſunt leges condere: ita iudices ſæculares etiam ſupremi poſſunt clericis leges imponere, quos tamen pro eorum tranſgreſſione nequeunt punire: vel quia puniendi ius ſibi irreuocabiliter abſtulerunt, vel quia Deus, aut ſummus Pontifex illud ipſis abſtulit. Ius autem imperandi illis, quæ cum eorum ſtatu non pugnant, nec ſunt Eccleſiaſtica, non eſt illis ademptum à Deo, vel à Pontifice, vel à ſeipſis, vel ab aliis: ideò eo iure gaudent. Nec inutilia ſunt eorum præcepta, eo quòd ipſi tranſgreſſores punire non valeant. Nam clerici habent ſuos iudices, à quibus punientur, maximè ſi Principes ſæculares id petant, vt petere aliquando debent pro communi bono. Præterea quia clerici communiter magis mouentur ad ſeruandas leges ſæculares amore iuſtitiæ, & publicæ pacis, atque ædificationis, quàm timore & terrore pœnarum temporalium: quare non fruſtrà Principes ſæculares leges illis imponunt, tametſi in eis non poſſint illarum tranſgreſſiones punire.

## SECTIO IX.

*An clerici legum ciuilium violatores puniri à politico magiſtratu poſſint.*

105 *1. Opinio.*

GLoſſa cap. filiis vel nepotibus 16. qu. 7. verbo, Reges, & cap. Principes, verbo intra Eccleſiam 23. quæſt. 5. Carolus de Craſſalis Regaliū Franciæ 2. p. priuilegio 17. & Gigas de crimine læſæ maieſtatis quæſt. 63. affirmant, Eccleſiaſticos à iuriſdictione laica puniri poſſe ob
A crimen læſæ maieſtatis, aut cum à iudice Eccleſiaſtico puniri non valent. Addit Guillielmus Benedictus in repet. cap. Raynutius verbo, in vxorem, deciſione 2. à num. 155. clericum, etiam in ſacris conſtitutum, officium ſæculare gerentem, puniri poſſe à iudice ſæculari in bonis temporalibus, quę poſſidet. Alij verò auctores, quos refert Couar. in pract. cap. 18. num. 8. cenſent, clericum in ferendo teſtimonio coram iudice ſæculari delinquentem, ab eodem puniri poſſe. Et ad ſolutionem eorum, quæ pro cauſis publicis, & cōmunibus imponuntur clericis, poſſe Eccleſiaſticos à iudicib. ſæcularibus compelli, ſaltem per bonorum apprehenſionem, etiamſi beneficiis fructus ſint, ex Platea
B in l. fin. C. quibus muneribus lib. 10. & Rebuffus cap. 1. tit. de ſententiis art. 3. gloſſ. 6. Idem docent Auiles in capitulis prætorum cap. 23. in gloſſ. ad verbum, *Den orden*. Ludouicus Mexia ad pragmaticam frumentariam con. 5. num. 43. Couar. etiam 1. variar. cap. 20. num. 18. ad finem, & ſuprà, nu. 7. exiſtimat, clericum quemcumque arma prohibita portantem poſſe per ſæcularem iudicem, & miniſtrum politicæ iuriſdictionis armis eiuſmodi ſpoliari, & abſque vllo metu excommunicationis priuari, nec à iudice Eccleſiaſtico compelli poſſe, vt arma reſtituat. Cui ſententiæ ſubſcribit Iul. Clar. lib. 5. receptarum ſententiarum §. fin. quæſt. 35. nu. 26. & Plaza 1. de delictis, cap. 8. num. 26. Item Ca-
C rolus de Craſſalis regalium Franciæ, parte 2. priuilegio 17. ait, quòd ſi clericus, vel Epiſcopus conſpiret in caput Regis, vel deſtructionem Reipubl., poteſt eum Rex de regno ſuo bannire. Actius & alij ſentiunt. Colliges ex Guillielmo Benedicto, 2. ca. Raynutius, verbo, vxorem, num. 160. & ſequentib. Gigante de crimine læſæ maieſtat. Iulio Claro lib. 5. §. læſæ maieſtatis num. 7. & §. fin. q. 26. num. 27.

*Probatur iſta ſententia.*

Suaderi hæc poſſunt, primò ex Concilio Toletano 9. cap. 1. relato cap. filiis & nepotibus, 16. qu. 7. vbi definitur, quòd ſi filij vel nepotes, aliiue propinqui eius, qui conſtruxit, vel ditauit Eccleſiam, ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex colla-
D tis Eccleſiæ rebus defraudare cognouerint, Epiſcopo, aut iudici corrigenda denuntient. Si autem Metropolitanus talia gerat, regis hæc auribus intimare non differant: vbi gloſſa ait, his verbis ſignificari, Regi eſſe intimandum, vt Metropolitanum corrigat, ſicut Epiſcopo, vt iudici inſinuetur culpa ſacerdotis, vt eam corrigat.

Secundò, ex Iſidoro lib. 3. ſent. de ſummo bono cap. 51. & refertur d. cap. Principes, vbi ait: *Sæpe per regnum terrenum cæleſte regnum proficit, vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipſamq́; diſciplinam, quam Eccleſiæ humilitas exercere non præ-*
E *ualet*, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat. Ergo auctore Iſidoro, cum clerici corrigi ab Eccleſia non poſſunt, puniri à politico magiſtratu poterunt.

Tertiò ex Conſtantino Magno, epiſt. ad Nicomedienſes, apud Theodoretum 1. hiſtor. cap. 19. ſi quis Epiſcoporum inconſultè tumultuat, hic miniſtri Dei, hoc eſt, mea executione coercebitur: ſic legit Caluinus 4. inſtit. cap. 11.

Quartò ex l. addictos, C. de epiſcop. audien. vbi Arcadius & Honorius dicunt, Addictos ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos



Digitized by Google

Synoditas vocant, per vim, atque vſurpationem vindicare liceat, ac tenere, &c. & nõnullis interiectis, At ſi tanta clericorum, aut monachorum audacia eſt, vt bellum potius quàm iudicium exiſtimetur eſſe futurum, ad clemẽtiam noſtram commiſſa referantur, vt arbitrio noſtro mox ſeuerior vltio procedat. Ex qua l. gloſſ. ibi, verbo vindicetur, obſeruat, poſſe in euentu illius legis iudicem politicum in clericos, & monachos animaduertere: quam ſententiam ex verbis illius legis apertè deduci confeſſum fuit Alberico, Angelo, Baldo, Paulo, Saliceto, Fulgoſio & aliis, quibus non commemoratis eam interpretationem ob immanitatem criminis probat Ioann. Garſia de nobilitate gloſſ. 9. num. 10.

*2. & vera opi. Eccleſiaſtici, qui ſæculari curiæ traditi non ſunt, nulla ratione à magiſtratu ſæculari puniri poſſunt.*

106 Vera tamen ſententia eſt, nulla ratione magiſtratum politicum, Eccleſiaſticos, qui ſæculari curiæ ab Eccleſia traditi non ſunt, pœna aliqua poſſe puniri Soto, 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. con. 5. Vazq. hic diſp. 167. Bellar. 1. de cler. cap. 38. prop. 3. Azor. Gregorius Lopez, l. 3. verbo *capellan traidor*, tit. 9. partita 6. Iul. Clarus lib. 5. recept. ſent. ca. fin. quæſt. 35. communem eſſe dicens ſententiam, & Couarruuias ſuprà ex Ioan. de Platea §. item lex Iulia inſt. de publicis iudiciis, & Ioanne Palacio Rubric. rept. cap. per veſtras dè donatio. inter virum & vxo. not. 1. §. 1. num. 13. aſſeuerat, pœnam lege politica ſtatutam contra ferentes arma prohibita, non poſſe à clerico peti apud iudicem ſæcularem, ſed petẽdam eſſe apud Eccleſiaſticum, etiamſi pecuniaria ſit.

Quæ ſententia non ſatis cohæret cum ſententia, quam ſuprà Couarruuiam tradidiſſe retulimus, & quamuis Vazquez ſupra ipſum interpretetur, vt Couarruuias intelligatur de clerico arma prohibita deferente, quæ nec domi retinere licet, lege interdicẽte, quia Reip. ſunt pernicioſa: in eo enim euentu putat Vazquez ſuprà rectè poſſe iudicem laicum à clerico arma auferre: quia non eſſet pœnam delicto infligere, ſed efficere, vt lex ſeruaretur: hoc tamen aliquibus diſplicet, quia Couarruuias ait, alioqui clerici liberè vagarentur armati, cùm iudex Eccleſiaſticus non habeat miniſtros, qui noctu poſſint clericos armatos capere, armaque ab eis tollere, præſertim quia frequentior eſt in toto orbe Chriſtiano illa conſuetudo, quę obtinet arma non amitti, niſi quis fuerit deprehẽſus armatus, etiãſi conſtet, arma portaſſe. Hactenus Couarruuias: ex quibus illi arbitrantur corruere Vazques interpretationem, cuius etiam ſententiã reiiciunt, quia ad iudices ſæculares non ſpectat propria auctoritate efficere, vt leges ciuiles à clericis obſeruentur: cum nullam in eos iuriſdictionem habeant: fatentur tamen illi, poſſe politicæ poteſtatis miniſtros à clericis, quos noctu armatos deprehenderint, arma auferre: cæterùm ea cùm primùm poſſint, debere iudici Eccleſiaſtico reddere, etiamſi clericis ea domi retinere interdictum lege fuerit, Eccleſiæ fiſco, non politico ab Eccleſiaſtico iudice applicanda.

107 Ego verò exiſtimo, poſſe iudicem Eccleſiaſticũ fiſco regio arma applicare, niſi pœnas generatim teneatur fiſco applicare Eccleſiaſtico ex Epiſcopi ordinatione: deinde miniſtros politicæ poteſtatis non teneri arma reddere iudici Eccleſiaſtico, ſed poſſe reddere parti, niſi inde periculum prudenter timeatur. Si autẽ timeatur ex eo quòd vel illi, vel iudici reddantur, vt ſi iudex Eccleſiaſticus crederetur illi, vel alteri ea daturus &c. poſſe ea dare miniſtris regiis, quibus dantur ea, quibus ſæculares ſpoliantur, reddito tamen pretio æquiualenti, ſi quod haberi commodè poteſt ſine iactura regis, clerico vel Eccleſiaſtico iudici. Sic enim clericus non punietur à politicis miniſtris, & bono communi cõſultum erit: & ſic intelligo Couarruuiam ſuprà, & Sa, verbo clericus, numer. 6. vbi ſic ait. *Clericus portans arma lege ſæculari vetita poteſt à miniſtris iuſtitiæ ſæcularis ſine reſtitutione ſpoliari ſecundùm Couarruuiã*, & quidem, ſecundum Nauar. arma clericorum, niſi ſint monachi, non ſunt res Eccleſiaſticæ.

Non poſſe autem clericum à iudice ciuili vlla ratione puniri, patet primò ex iuribus ſect. 8. initio citatis, quibus vniuerſè laicis interdicitur clericorum cauſas diſcutere, & iudicare, & in eos iuriſdictionem vllam habere. 108

*Probatur clericũ nulla ratione à iudice ſæculari puniri poſſe.*

Secundò, ex Alexandro III. c. at ſi clerici in prin. de iud. vbi ſtatuit, clericum coram ſæculari iudice conuictum, aut confeſſum de crimine, non eſſe ea de cauſa ab Epiſcopo vlla ratione condemnandum: quia ſicut ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet, ita nec facta cõfeſſio coram ipſo, quod etiam ſtatutum eſt cap. cùm non ab homine, & c. qualiter & quando, de iudic. & cap. cùm contingat, de foro compet. & Gregorius 9. regiſtri, cap. 74. ad Bonifac. defenſorem Corſicæ, ait. *Peruenit ad nos, quòd quidam clericorum, te illic poſito, à laicis teneantur, quod ſi ita eſt, tua hoc culpa noueris reputari: quia hoc fieri, ſi homo eſſes, non debuit.* Quæ poſtrema verba referuntur in ca. ſi quis contra clericum, de foro comp. & à Grego. prius ſcripta ſunt ad Romanum defenſorem Siciliæ lib. 9. regiſtri cap. 32. & referuntur cap. peruenit 11. quæſt. 1. & iterum ea ſcribit lib. 11. regiſtri. cap. 54. & referuntur ca. de perſona 11. quæſt. 1.

Tertiò, ex Concilio Pariſienſi relato capit. 2. de foro compet. *Nullus* (inquit) *neque Presbyterum, neque Diaconum, aut clericum* vllum, aut minores Eccleſiæ ſine permiſſu Pontificis per ſe diſtringere, aut condemnare præſumat. Quæ Concilij conſtitutio, & aliorum Romanorum Pontificum, quibus Eccleſiaſticorum libertas, & immunitas ſtabilita eſt, confirmatæ ſunt à Trid. ſeſ. 25. de reform. cap. 20.

Quartò, ex Imperatoribus: nam Iuſtinianus auth. apud quos oporteat cauſas dicere monachos &c. collat. 6. cauſas monachorum, & ſanctimonialiũ ab Epiſcopo decidendas decernit, & auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos eadem coll. 6. ad clericorum ciuiles cauſas Epiſcopos iudices conſtituit, & quamuis criminum, quæ à clericis perpetrantur cognitionem politicis magiſtratibus committat, pœnam tamen à iudice politico infligi interdicit, niſi prius fuerit ab Epiſcopo reus curiæ ſæculari traditus, *Si verò* (inquit) *Eccleſiaſticum ſit delictum egens caſtigatione Eccleſiaſtica & multa, Deo amabilis Epiſcopus hoc diſcernat, nihil communicantibus clariſſimis prouinciæ iudicibus. Nec enim volumus talia negotia omninò ſcire ciuiles iudices &c.* & auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. ſi quis contra aliquem collat. 9. definit, vt qui contra clericum, vel monachum actionem aliquã habet, prius adeat eius Epiſcopum, & Fredericus Imperator auth. ſtatuimus C. de Epiſ. & clericis, ſtatuit, vt nullus Eccleſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad iudicem ſæcularem præſumat contra conſtitutiones Imperiales,& Eccleſiaſticas ſanctiones,& Alphonſus Hiſpaniæ Rex, l. 54. tit. 6. part. 1. de iis rebus diſſerés, *in quibus propter cõmunem vtilitatem clerici,ex ſuis* facultatibus Reip. politicæ conſulere tenentur, ait. *E para eſt hazer no les deuen apremiar las leyes, mas decirles que le hagan,è ſi ellos no lo quiſieren hazer han de moſtrarlo à los Perlados que ſelo hagan hazer.*

Quintò, quam Eccleſiaſticos à laicis puniri turpe eſt, & indecorum, & Eccleſiæ ordinem confundit, vt affirmat Gregorius, dict. cap. peruenit,& Gregorius primus ep. ad Germanum, lib. 8. ep. 21. relatis,cap. quis dubitat 96. diſt. & Imperator Conſtantinus apud Ruffin. 1. hiſto. capit. 2. & Greg. 4. regiſtri, cap. 75. & refertur cap. ſacerdotibus,11. quæſt. 1. Accedit Concil. Hiſpalenſe 2. cap. 9. cui Iſidorus interfuit, & refertur cap. in nouo 16. quæſt. 4. indecorum eſſe affirmans, laicum vicarium eſſe Epiſcopi, & ſæculares in Eccleſia iudicare. Et confirmatur, quoniam eorum crimina à laicis ignorari expedit, & ſi ab illis ſciantur, cooperiri exemplo Conſtantini Magni ſuprà, & filiorum Noé, ca. de ſcripturis 99. d.

Hæc omnia intelligenda ſunt,quando Principes ſæculares non habent priuilegium puniendi clericos,vt ait Vazquez, diſp. 167. cap.vlt. num. 32. quale in regno Galliæ eſt puniendi clericos deferentes arma prohibita,vt refert Nauar. cap. 27. n. 70. An verò huic priuilegio derogatum ſit per bullam cœnæ, non audet definire. Rectè etiam Vazquez in extremis verbis illius diſput. addit: leges ciuiles irritantes contractus, & teſtamenta niſi tali ſolemnitate, & modo fiant, etiam obſeruandas eſſe à clericis,& factum ab eis alio modo, irritum omninò eſſe. Hæ namque irritationes nó ſunt pœnæ, ſed diſpoſitiones legum ad irritandos contractus, quibus non minus comprehendi debent clerici,quam laici, vt pax, & bona gubernatio Reip. conſtet: alioqui nec litibus, nec fraudibus ſufficienter eſſet prouiſum.

109 *Ad 1. arg.* Ad primum argumentum, ex ca. filiis & nepotibus 16. quæſt. 7. omiſſa interpretatione gloſſæ ibi verbo,Regis,aſſerentis Eccleſiaſticum à politico Magiſtratu puniri poſſe, cùm à proprio iudice in officio cótineri nequit, aut Epiſcopus eſt negligens in ipſius punitione: hanc enim gloſſam improbant Archidiaconus & Bellarminus ad illum tex. Panormitanus num. 6. & communis capit. qualiter, & quando de iudiciis: Vbi Innocentius III. ait,*ne pro defectu Iuſtitia clerici trahãtur ad iudicium ſæculare, quod omninò fieri prohibemus*, & ante eum Gregorius 11. regiſtri, capit. 54. eandem rem non leuiter inſinuauit,*ſi dictum,* (inquit) *fuerit, quia nec Metropolitanum habuit nec Patriarcham; dicendum eſt, quia à ſede Apoſtolica, qua omniũ Eccleſiarum caput eſt,cauſſa hac audienda,ac dirimẽda fuerat, ſicut & prædictus Epiſcopus petiiſſe dignoſcitur, qui Epiſcopos alienos habuit omninò ſuſpectos.* Archidiaconus & Panormitanus ſuprà, Metropolitani culpam Regi eſſe denunciandam docét,non vt ipſe Metropolitanum comprimat, ſed vt eum moneat,aut inſtet apud ſuperiorem,aut Metropolitanum contineat. Hanc interpretationem doctiſſimi Iuriſperiti reiiciunt; quia eodem gradu denũtiatur Regi,ſi Metropolitanus collata Eccleſiç à fundatore,vel Patrono bona dilapidet,aut ſibi vſurpet, quo denuntiauerat Metropolitano, ſi Epiſcopus eadem culpa eſſet obſtrictus,ſed Metropolitano denunciatur, vt corrigat: ergo & Regi cum ſub eadem ferè verborum forma & Metropolitano & Regi denunciandum Synodus affirmet, dicens, *Quod ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano eius hac inſinuare procurent: ſi autem Metropolitanus talia ferat, Regis hac auribus intimare non differant.* Quare hi iuriſperiti eam interpretationem probant, quam ad illum textum ibi tradunt Archidiaconus & Bellarminus ſuprà: & Imola dicto capit. qualiter,& quando de iudic. & Azor tom.1.lib.5. ca. 4. quæſt.2. ad finem,vt nimirum procedat ſecundum antiquam illius temporis cóſuetudinem, quo Cócilium Toletanum nonum coactum fuit: iam tamé eam antiquatam, & abrogatam eſſe nouis Romanorum Pontificum conſtitutionibus, vt conſtat ex cap. decernimus, cap. at clerici, capit. clerici, cap. qualiter, & quando de iudiciis. Aliis verò prima interpretatio magis arridet, quia non eodé gradu Regi, & Metropolitano culpa Eccleſiaſtici, dilapidantis Eccleſiæ bona, denuntiari præcipitur:Regi enim denunciatur tamquam impotenti ad cauſas Eccleſiæ iudicandas:Metropolitano verò quaſi potenti eas iudicare:ea verò tempeſtate, qua Concilium nonum Toletanum coactum fuit, non fuiſſe more comparatum, vt Reges politicam iuriſdictionem in Eccleſiaſticos exercerent,ſuadetur. Quoniam habitum eſt anno ſalutis. 655. Tunc autem omnia, quæ pro libertate Eccleſiaſtica habita ex Gregorio produximus conſtituta erant, cùm Iuſtinianus, Gregorium, Gregorius autem ætate præceſſerit Receſuintum Regem, cuius regni anno ſeptimo Concilium illud celebratum eſt,vt ex eius epigraphe conſtat. Et confirmatur; nam Gregorius lib. 9.regiſ.c.54.ad Ianuarium Defenſorem Hiſpaniæ ſcribens Iuſtiniani conſtitutiones de libertate Eccleſiaſtica differentes commemorat. Et 3. Dialogi, ca. 31. Leandro Epiſcop. Hiſpalenſi, Rechаredum Regem ab eius Patre Leouigildo in orthodoxa Religione inſtituendum,traditum fuiſſe aſſeuerat, eamque adeò obnixè coluiſſe, vt nullum, inquit Gregorius, *in ſuo regno militare permitteret, qui regni Dei hoſtis exiſtere per Hæreticam prauitatem non timeret*: quare videtur in Hiſpania ea omnia fuiſſe obſeruata, quæ pro libertate Eccleſiaſtica à Gregorio ſtatuta erant, Leandro procurrante, cui cum Gregorio à ſuperioribus annis familiaritas erat, & coniunctio animorum maxima,vt conſtat ex epiſtolis Gregorij ad Leandrũ, 1. regiſt. cap. 41. & lib. 4.ca.90.nec minori apud Recaredum Leander gratia valuit, cùm Leandri, & Fulgentij præceptis Recaredus confirmatus de reuocanda in Hiſpaniam Catholica Religione ab exordio Regni ſeriò cogitarit, cùm ergo Recaredus obierit anno 601.Receſuintus autem Alhindaſuino Rege eius Patre conſors declaratus ſit annò 648. quis iure affirmauerit Hiſpaniæ mores adeò ab inſtituta Religione, & in Eccleſiam pietate intra breuiſſimum tempus, ſcilicet 47. annorum,qui inter Recaredi Regis obitum,& Receſuinti regni primordia interceſſere, degeneraſſe, vt reges conſuetudine obtinerent Eccleſiaſticorum crimina vindicare? aut Receſuintum, qui eo ſolemni Religionis amplificandæ ſtudio

*Quando Cõcilium Toletanum habitum fuerit.*

*Leander & Gregorius I. Pontifex valde familiares.*



Digitized by Google

flagrabat,ſacerdotum iura, & libertatem violaſſe? Quare præfati affirmāt perſuadere ſibi non poſſe, vt Cōcilij noni Toletani Patres culpā Eccleſiaſticorū Regi enunciandam decernerent,vt pro illius tēporis cōditione vindicaret. Quin potius ſi in ea ſententia Patres eſſent interpretandi, neceſſariò exiſtimarem ab eiſdem patribus Regi eſſe collatam facultatem,vt ſacerdotum dilapidantium bona Eccleſiæ collata, culpas vindicaret, cùm propria authoritate non poſſent.

110 *Ad 2. arg.* Ad ſecundum, tantùm velle Iſidorū, Principes veluti auxiliarios milites,pro Eccleſia eſſe debere, aduerſus inobedientes Eccleſiæ præceptis, politica poteſtate in eos animaduertentes, cum à Prælatis Eccleſię eorum auxilium fuerit imploratum, vt colligitur ex illis Iſidori verbis. Vt per eamdem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant; & paucis interiectis,ipſamque diſciplinam, quam Eccleſiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, virtute poteſtatis impertiat: & ſanè in rebus Eccleſiaſticis authoritatem non habent, niſi patientia, & permiſſione ſacerdotum iuxta Bonifacij VIII. extrauag. vnam ſanctam inter communes de maior.& obed. Extant etiam plures conſtitutiones, quæ de inuocatione brachij ſæcularis differunt, cap. petimus,c. iſtud 11. quæſt. 1. capit. ab Imperatoribus 23. q. 3. cap. 1. de offic. ordina. capit. poſtulaſti de homicid.

Ad tertium reſpondeo, male Caluinum referre ex Theodoreto verba, & hiſtoriam Conſtantini. Conſtantinus Euſebium Epiſcopum Nicomedienſem ob Arianam hæreſim ab Epiſcopatu depoſitum, exilio poſteà mulctauit: deinde dolet Nicomedieſes ob ſocietatem criminis Euſebium vocare, monétque vt dilecto Epiſcopo fideli, & integro ad veram Religionem traducantur. Tandem ſeuerè ſe in plebem Nicomedieſem animaduerſurum affirmat, ſi iterum redire velit ad Epiſcopos hæreticos à Concilio damnatos, & à propriis ſedibus deturbatos. Verba Conſtantini apud Theodoretum hæc ſunt, *quòd ſiquis audacter ad memoriam,& laudem peſtium illarum,* (ſcilicet Epiſcoporum Arianorum,quos Nicæna ſynodus damnauit) *exarſerit, illius ſtatim audaciam, miniſtri Dei, hoc eſt, mea executione coercebitur.*

Ad quartum reſpondent Albericus, Salicetus, & Fulgoſus dict. l. addictos C. de Epiſc. audien. aliique Iuriſperiti legem illam abrogatam iam eſſe nouis Imperatorum conſtitutionibus ſuperius adductis, ſpeciatim à Frederico auth. caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ. & auth. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & clericis:cui ſententiæ communi Doctorum calculo probatæ ſubſcribendum eſſet, ſi verum eſſet, quòd ex illa l. addictos, interpretes deduxiſſe in argumento dicebatur. Cæterum alij putant aliam fuiſſe Imperatorum illorum ſententiam, qui ſic dicunt, Ad Epiſcoporum ſanè culpam, vt cætera, redundabit,ſi quid fortè in capite regionis,in qua ipſi populos Chriſtianæ Religionis doctrinæ inſinuatione moderantur, ex his, quæ fieri hac lege prohibemus, à monachis perpetrata eſſe cognouerint,nec vindicauerint: volunt ergo ad Epiſcopos pertinere illius criminis punitionem. Neque officiunt verba illa, *niſi vſurpatio iſta vindicetur*, & illa, *ac ſi tanta clericorum,aut monachorū fuerit audacia,vt bellum potius,quàm iudicium futurum eſſe exi-*

A *ſtimetur, ad clementiam noſtram commiſſa referatur, vt arbitrio noſtro mox ſeuerior vltio procedat.* Reſpondet enim lege illa vniuersè omnibus interdictum eſſe,nō ſolùm clericis,& monachis, ſed etiam laicis, ne addictos ſupplicio vindicent, aut ad locū pœnę pergentes reos teneant,ac defendant, vt ad l. illā Baldus,& Paulus de Caſtro obſeruarunt: cū igitur laici fuerint, qui addictos ſupplicio vindicant,tunc quidem, niſi vſurpatio iſta vindicetur iudicibus,qui primates officij in illa l. appellātur, Imperatores decernunt plectendos eſſe. Vel ſenſus eſt,reos ipſos à clericis,& monachis defenſos, ſeuerius ab Imperatore plectendos eſſe.

Obſeruant tamen Victoria,& Sotus: Victo. re- 111
B lict. 1. de poteſt. Eccleſ. quæſt. fin. num. 8. Sotus 4. d. 25. quæſt. 2. art. 2. quos citat & ſequitur Molina, tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 31. poſtrema 4. con. Si clericorum libertas in manifeſtam cederet Reip. perniciē, clericis impunè vacantibus in laicorum cædes, ſummique Pontifices admoniti adhibere nollent remedium: poſſe equidem principes ſæculares ſuis ſubditis conſulere, nihil immunitate,& priuilegio clericorum impediente. Quoniam Reſp. ciuilis eſt ſibi ipſi ſufficiens, quocirca quemadmodum propria auctoritate poteſt ſeipſam defendere, & ſeruare indemnem à quacumque alia Rep. ſæculari, ſic etiam ab Eccleſiaſticis. Meritò autem admonent Victoria ſuprà,num. 9.
C Sotus ſuprà: inquit Molina poteſtatem hanc eſſe apud Principem,non verò apud iudices & Magiſtratus, & idcircò nefas illis eſſe propria auctoritate agere contra Eccleſiæ libertatem,& Eccleſiaſticas leges, vel ciuiles ea in re infringendo, aut clericos capiendo, vel malefactores extrahendo de Eccleſiis, vel aliqua alia ratione leges trāſgrediendo, tametſi vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ſuos ab Eccleſiaſticis tutari,ac defendere poſſint.

Idem docent Guillielmus Benedictus,c. Rainutius verbo vxorem num.454. Aufrerius de poteſt. ſæculari ſuper Eccleſiaſticas perſonas, regula 2.
D Nauarr. cap. cum contingat de reſcriptis, remedio 1. verſ. 1. Simancas de Cathol. inſtitutio. cap. 42. num. 32.

Sed caſus iſti ſunt ferè Metaphyſici, & moraliter contingere non poſſunt, quia clerici non habent tantam poteſtatem in Rep. & vel à ſuis iudicibus reprimi,ac puniri poterunt: vel Papa concedet Principibus facultatem, vt per ſuos miniſtros id faciant.

## SECTIO X.

*An Eccleſiaſtici legum ciuilium pœnis ab Eccleſiaſtico iudice puniri debeant.*

E PArs affirmans ſuaderi poteſt, quia rationi conſentaneum videtur, vt quando pœnæ illæ non dedecent clericos, illis à ſuo iudice ſubijciantur, ſic enim quibus ſient ſimiles in culpa, erunt ſimiles in pœna. 112

Nihilominus Vazquez diſp. 167. cap. 4. num. 30. & alij nonnulli Theologi ſecuti Couarruuiam in pract. cap. 33. num. 7. & alios,quos ipſe recenſet, exiſtimant, clericos non eſſe puniendos neceſſariò pœna legibus ciuilibus conſtituta,etiamſi cum

Digitized by Google

cum eorum ſtatu non pugnet, nam lex ciuilis pœnam ordinariam aſſignans, non potuit clericos ad eam obligare: non enim habent laici poteſtatem ſaltem coerciuam, & punitiuam comparatione clericorum. Quamuis Iudices Eccleſiaſtici poſſint, pœnam lege ciuili conſtitutam tranſgreſſoribus clericis infligere. Alij verò prædictam ſententiam, ſi de obligatione ex obedientia intelligitur, veram cenſent: quia clerici non tenentur ex obedientia ciuiles leges ſeruare: ergo nec iudices Eccleſiaſtici tenentur ex obedientia clericos iuxta ciuiles leges punire: ſecus ſi de obligatione naturali: nam cùm ratione naturali teneantur clerici ſeruare leges ciuiles, quæ eorum ſtatum non dedecēt, ita & iudices Eccleſiaſtici tenebūtur pœnas imponere clericis legibus ciuilibus pro communi bono decretis, quæ cum ſtatu clericorū non pugnant, quando per canones nulla pœna decreta eſt: ſi enim decreta eſſet, illa deberet imponi, omiſſa pœna per ciuilem legem ſtatuta. Nā quod à Celeſtino. III. ſtatutum eſt ca. quod clericis de iudic. vt cauſæ pecuniæ clericorum ſecundum iuris canonici decreta, definiantur, hoc idem de aliis cauſis potiori ratione aſſerendum.

*Clerici non ſunt puniendi pœna legibus ciuilibus ſtatuta neceſſariò.*

Ego verò exiſtimo nulla ratione iudicem Eccleſiaſticum teneri ad infligendum clericis violātibus leges ciuiles eaſdem pœnas, quas ille ſæcularibus ipſarum violatoribus imponit, quia decet cum clericis mitius agere ob conſeruationem ſtatus Eccleſiaſtici, & ita vſu ſeruari videmus etiam in pœnis ſtatutis pro violatione legum naturaliū. Adde, ſi verum eſſet, quòd clerici non obligantur directè legibus ciuilibus, quia ſecluſo ſcandalo nō peccarent mortaliter eas violando, non debere illis imponi graues pœnas, vt ſuperiùs dictū eſt.

## SECTIO XI.

*An exemptio, quam Eccleſiaſtici habent quoad forum, tributa, & alia, competat illis iure diuino.*

114 IN primis ſupponendum eſt, Eccleſiaſticos quoad forum, in Eccleſiaſticis & ciuilibus, exemptos eſſe à ciuili iuriſdictione: item à pœnis legum ciuilium, item à legibus ciuilibus, in iis, quæ ad res Eccleſiaſticas pertinēt. Quæ omnia ex ſuperioribus conſtant, & ex tota 11. quæſt. 1.

*2. Suppoſ. Prob. 1.*

Secundò ſupponendum eſt, eſſe etiam à vectigalibus, & aliis tributis impoſitis, & imponendis exemptos: vt patet primò ex cap. quamquam, de cenſib. in 6. & Concilio Viennenſi, Clem. Præſenti, de cenſib. cap. aduerſus, cap. non minùs, de immunit. eccleſ. auth. item nulla, C. de epiſc. & cler. l. ſancimus, 2. C. de ſacroſ. eccleſ.

De quo latè Syluester, & alij ſummiſtæ, verbo immunitas, Leſſius 2. de iuſt. cap. 33. dub. 3. quamquam ſi antequam res aliquæ ad Eccleſiaſticos venirent, onus aliquod certum & inuariabile annexum habebant, verbi gratia, aliquem ſenſum, vel ſeruitutem debitam, vel onus reparandæ viæ publicæ adiacentis, hoc etiam ab Eccleſiaſtica perſona præſtandum eſt, cap. cum non ſit, & cap. paſtoralis, de decimis, Sylueſt. immunitas, 1. num. 19 Leſſius ſuprà.

*Res Eccleſiaſtica quibus ſint oneribus ſubiecta.*

Secundò patet ex bulla cænę, vbi bona clericorum à bonis Eccleſiæ diſtinguuntur, quod contra Nauar. cap. 27. nu. 128. notat Leſſius illa dub. 3. & pro ſe adducit eundem Nauar. cap. 17. num. 202. & rectè explicat Leſſius, quomodò in bulla cænæ excommunicantur, qui à clericis ſponte dantibus tributa accipiunt. Sa autem verbo clericus, nu. 18. ait clerici patrimonium, etiam ad cuius titulū quis eſt ordinatus, non gaudere priuilegio bonorum Eccleſiæ: quidam aiunt, quidam negant, ſunt & qui abſolutè putent gaudere eius bona patrimonialia. Ego dicerem, ſpectandum in his, quid vſu ſit receptum. Hæc Sa.

Notat autem Leſſius & bene, in quibuſdam caſibus clericos non eſſe exemptos. Primò, ſi negotiationem exerceant: tunc enim licitè ex eo quod emunt, vendunt, aut deferunt negotiationis cauſa, poſſunt vectigalia exigi, c. quamquā, de cenſib. quod Eccleſia conceſsit in odium negotiationis clericis ſeuerè interdictæ, à qua ſi ter ab Epiſcopo moniti non deſiſtunt, perdunt quoad bona clericale priuilegium, cap. ex literis, de vita & honeſt. cleric. ex quo gloſſa colligit clericos negotiatores ante trinam monitionem non teneri in conſcientia ſoluere vectigal, quia gaudent priuilegio clericali vſque ad trinam monitionem. Hoc tamen quamuis à Leſſio non limitetur, credo limitandū, vt non teneatur ſoluere de aliis, ſecus de illis, quibus negotiatur. 115

*Clericorum negotiantium pœna.*

Secundò, ſi poſſeſsio aliqua habebat onus aliquod perpetuum, & inuariabile annexum, antequam veniret ad ius Eccleſiæ, vel Eccleſiaſtici, vt ſuprà dictum eſt.

Tertiò, quando contributio facienda eſt æquè primariò in vtilitatem clericorum, ac laicorum, verbi gratia, pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros clericorum, & laicorū inundet. Non poteſt tamen tunc per ſe poteſtas laica clericos recuſantes compellere, ſed per Eccleſiaſticā. Quod ſi id commodè fieri non poſſet, putant quidā non eſſe omninò improbandā realem executionē: quia in tali caſu præſumi poteſt ratihabitio, ſeu tacita licētia ſummi Pontificis: ſed tutiùs cenſet Leſſius, & ego omninò neceſſarium, vt hæc expreſſè ad tales caſus per Principes petatur: vide dicta. ſect. 9.

Ad reparationem autem pontium, viarum publicarum, murorum vrbis & ſimilium, quę primò, & principaliter ſpectant ad communitatem, non tenentur clerici contribuere, vt communiter canoniſtæ docent, quia non tangit illos principaliter: ſed ſolùm ſecundariò, vt ſint membra communitatis. Alioqui nimis anguſtum &, prope nullum eſſet in omnibus publicis priuilegiū clericorum, vt ait Leſſius: Neque obſtat lex ad inſtructiones C. de ſacroſ. eccleſ. *Ad inſtructiones itinerum, pontiumq́, etiam diuinas domos & venerabiles Eccleſias libenter adſcribimus:* quia cùm ſit contra immunitatem Eccleſiæ, vim non habet, niſi ab Eccleſia approbetur, vt communiter doctores Theologi & Canoniſtæ docent, excepto Leſſio ſuprà: & patet ex dictis ſect. 9. & Sylueſtro immunitas, 1. nu. 20. Multi tamen præſertim iuris ciuilis doctores propter l. citatam, contrarium tenent ex canon. Hoſt. gloſ. Card. & Ancaran. cap. non minus, de immun. eccleſ. ſed prior ſententia verior.

Quartò, quando laicorum facultates non ſufficiunt ad ſuccurrendum publicæ neceſsitati, poteſt etiam aliqua contributio imponi Eccleſiaſticis. Ad quod tamen olim requirebatur conſenſus Epiſcopi, & clerici, cap. non minus, de immunit. eccle. nunc verò ſummi Pontificis, vt patet in bulla cœnæ, eundem requirit Innocent. III. cap. aduerſus,



Digitized by Google

de immun.eccleſ.niſi fortè periculum eſſet in mora: tunc enim non deberet Papæ conſenſus expectari, ſed ſufficeret conſenſus Epiſcopi, vt notant Syluester & Leſſius ſuprà, & alij relati ſect.9. Cõſenſus tamen Epiſcopi non poteſt obligare exemptos, vnde neceſſe eſt, vt hi quoque conſentiant. Poſito autem conſenſu prælatorum, quorum eſt conſentire, tributum non exigitur auctoritate laica, ſed Eccleſiaſtica, & ita omnes inferiores illorum tenentur.

*Cõſenſus Epiſcopi non poteſt obligare exemptos.*

116 His ſuppoſitis dico primò, ſummum Pontificem iure diuino eſſe exemptum ab omni iuriſdictione Principum ſæcularium, imò ab omni terrena poteſtate, vt ait Molina tom.1.de iuſt.tract.2. diſp.31.con.4. videtur Driedonis 1.de libert. Chriſtiana cap. 15. docentis, à nulla terrena poteſtate poſſe extra hæreſis caſum iudicari, aut puniri, aut interfici, etiamſi aliorum iudicio velit ſe ſubmittere. Idem videntur ſentire alij, quos afferemus, 2.2.quæſt.1.art.10.aſſerentes extra caſum hæreſis, à nemine poſſe deponi, aut puniri, eo quòd iure diuino ab omnibus ſit exemptus. Conſentit Victor. relect.1.de poteſtate Eccleſiæ: ad finem, ſeu quęſt. vlt.num.9.cum Caiet. op.de poteſt. Papæ, cap.27. aſſerente, iure diuino à nemine pro quocumque delicto poſſe interfici: ergo etiamſi Pontifex non eſſet modò ſupremus dominus temporalis in ſuis terris, ſed earum temporale dominium eſſet, vt olim, in aliquo Principe ſæculari, non poſſet ab illo puniri, aut leges vllas accipere, ſed omninò eſſet ſui iuris. Probatur, quia decentiſsimum erat, vt ſaltem vnum Caput totius Reip. Chriſtianæ, cui ſæculares Principes ſubeſſe debeant, hanc exemptionem haberet ex Chriſti inſtitutione: præſertim cum, vt dicemus, per ſuam poteſtatem eximere poſſet Eccleſiaſticos à poteſtate Principum ſæcularium Eccleſiæ ſubditorum. Confirmatur, quia Chriſtus talem immunitatem habuit, vt Molina ſuperiori diſp.28. oſtendit: ergo veriſimile eſt ſuo Vicario eam reliquiſſe. Quod ſignificatur Mat.17. vbi poſtquam cap.16. ſummum Pontificatum Petro promiſit: publicanis tributum petentibus, Chriſtoque concludente, *ergo liberi ſunt filij*, addidit: *vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum*, &c. *da eis pro me & te*, vbi ſolùm ratione ſcandali iuſſit reddi tributum pro ſe, & Vicario ſuo, reliquorum Apoſtolorum nullam mentionem faciens. Sic colligit Molina. Verum quia ratio illa, *ergo liberi ſunt filij*: ſaltem ad omnes Apoſtolos referenda videtur: ideò ſuperiùs expoſuimus, Apoſtolos fuiſſe à tributis liberos, quia erant de familia Chriſti: ſed hinc etiam colligere concluſionem licet, quoniam, ſi ij qui erant de familia Chriſti, eo ipſo erant diuino iure exempti à tributis, par eſt id credere de quocumque Chriſti Vicario.

*1. Con. Summus Pontifex iure diuino ab omni iuriſdictione Principum ſæcularium, & terrena poteſtate eſt exemptus.*

117 Secundò dico, in cauſis merè Eccleſiaſticis clerici diuino iure exempti ſunt à ciuili, & laica poteſtate, vt in creandis Epiſcopis, & ſacerdotibus, in diſtribuendis diœceſibus, & parœciis, in cauſis inde emergentibus, & denique in iis omnibus, quæ ex ſe ad ſolam ſpectãt Eccleſiaſticam poteſtatem: ita tenet Molina tom.1.de iuſt.tract. 2. diſput. 31. con.2. cum Soto, Victor. & aliis ſtatim referendis, Azor tom.1.lib.5.cap.12.quæſt.1. Probat Molina: quia poteſtas Eccleſiaſtica immediatè eſt à Chriſto tradita, ciuilis autem ortum habet à Deo per Remp. ſolumque ſe extendit ad naturalia: ergo in

*2. Con. In cauſis merè Eccleſiaſticis clerici diuino iure exẽpti ſunt à laica poteſtate.*

A cauſis Eccleſiaſticis, quæ poteſtatis Eccleſiaſticæ ſunt propriæ, clerici iure diuino à poteſtate ciuili exempti ſunt. Vnde Apoſtoli ſine vlla laicæ poteſtatis auctoritate, curam, & adminiſtrationem Eccleſiæ exercebant: eodémque modo perpetuò ſe geſſerunt eorum ſucceſſores. Meritò ergo poſt Vvicleff & Ioan. Hus in Concil. Conſtant. ſeſſ.8.& 15.damnatos à Ioan.XXII. damnati ſunt Marſilius Patauinus, & Ioan. de Ianduno, qui, vt refert Vict. relect.1.de poteſt. Eccleſiæ, quæſt.fin.num.9. Azor to.1.lib.5.cap.12.quæſt.1. aſſerebant, Chriſtum tributum ſoluiſſe non ex liberalitate, ſed ex obligatione & neceſſitate coactum, iuxta illud B Ioan.19. niſi tibi datum eſſet deſuper. Item ad Imperatorem pertinere, Papam corrigere, atque inſtituere: & ab Imperatore emanaſſe ſacerdotem vnum eſſe maiorem alio in auctoritate, poſſeque eam tollere, ſicut eam contulit: neque à Papa, vel tota Eccleſia puniri quemquam poſſe, niſi Imperatoris auctoritate: contra quem Hæreticum vide Pyghium 5. hierarchiæ. Eadem concluſio probatur ex cap. ſi Imperator 96. diſt. vbi Ioan. Papa inter alia ait. *Ad ſacerdotes Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, non ad ſæculi poteſtates*: & ex inſigni illo facto Conſtantini in Concilio Niceno, quod refertur à Ruffi.1.hiſt.ca.2.ſeu lib.10. C Euſeb.lib.2.cap.2. Theodoret.lib.1.cap.7. Niceph. lib.2. cap.10. & 42. & lib.7. cap.32. Sozom.lib.1. cap.16. Greg.4.regiſtri epiſt.75. Nicol.1.epiſtol.ad Michael.Imp. & à Gratiano cap. ſacerdotibus 11. quæſt.1. cùm enim Epiſcopi libellos accuſationis quorundam contra alios ad Conſtantinum detuliſſent, conuocatis illis dixit. *Vobis dedit Deus poteſtatem iudicandi nos, vos verò ab hominibus iudicari non poteſtis*, libelloſque omnes coram omnibus cõbuſſit. Ergo in Eccleſiaſticis clerici iure diuino exempti ſunt à Principibus ſæcularibus. Quocirca ius patronatus, quod quidam habent, à Pontifice acceperunt. Idem eſt de iure ſepulturæ, de iure exigendi penſiones beneficiis impoſitas, & de aliis D huiuſmodi iuribus Eccleſiaſticis. Et licet Caietan. tom.1.op.1.de poteſt. Pap.cap.27. Victoria relect. 1.de poteſt. Eccleſ. quæſt.vlt.num.3. Sotus 4.diſt. 25. quæſt.2. art. 2. Driedo 2. de libert. Chriſtiana cap.2. aſſerant, ſi ſummus Pontifex Eccleſiaſtica poteſtate in Eccleſiæ perniciem abuteretur, conferendo Simoniacè Eccleſiaſtica beneficia, &c. poſſe Principes ſęculares ei reſiſtere, denegareque poſſeſſionem beneficiorum ſic electis. Quod verum, ſed non nimis extendendum ait Molina ſuprà, vide illũ. Vide etiam Azor qui addit, Principem ſæcularem non poſſe clericis præcipere, vt arma tractent, aut alia ſæcularia factitent: quia de E iure diuino eſt, clericos ſacris vſibus conſecratos profanis, & ciuilibus rebus perpetuò implicari non poſſe.

Dico tertiò, non omnis exemptio clericorum 118 eſt de iure diuino, ſed ſecluſa alia exemptione, ita eſſent ſubditi Principibus ſæcularibus, vt Principes non peccarent ſaltem contra iuſtitiam, de cauſis eorum temporalibus cognoſcendo, delicta eorum puniendo, tributaque ab illis exigendo. Eſt communis Theologorum, præſertim recẽtiorum, Molinæ ſuprà, con.3.4.& 5. Vict. relect. de poteſt. ſub finem, ſeu quæſt.6. propoſ.2.num.3. Salon 2.2. quæſt. 67. art.1. controu.1. con.4. Bannes eodem art. Bellarm.1.de cleric.cap.28. Ioan. Medin. C. de reſt. quæſt.15. Soti 4.d.25.qu.2.art.2.con.3.4.& 5.

*3. Con.*

Couar.

Couar.in pract.cap.31.num.2.con.1. & lib. 2. var. A cap.20.cum Pet.Ferra. in practicis de confeſſione §.plenum, Alciat.cap.cùm non ab homine de iud. Innoc. cap.2. de maior.& obed. Nauar.cap.27.nu. 219. Caiet. excommun.cap.31. & 37. Leſſij ſuprà, dub.4.Driedonis 2.de liber.Chriſtia.cap.2.Suarez opuſc.de legib.Ioan.Garſia. de nobilitate, gloſſ.9. num.14.Palac.4.diſt.25. diſp.3.con.3.Ledeſ.2.p.4. qu.20.art.4.verſ.hæſitabis,con.2.& 3.& D.Thom. in id Rom.13.*Ideo enim tributa præſtatis*, ait exemptionem Eccleſiaſticorum à tributis,habere æquitatem, non tamen eſſe de neceſſitate, quaſi ſit de iure diuino. Videtur etiam Henrici quodlib.9.q.1. dicentis,habent clerici immunitatem exactionum ſæcularium ſtatutis Papæ, & Imperatorum. Si crederet eſſe de iure diuino, id non taceret. B

Tametſi Panor. cap.2. de maior.& obed.ac alibi,& quidam alij,clericos quoad perſonas ſuas & bona iure diuino à laica poteſtate exemptos eſſe: ita tenet Azor tom.1. lib.5. cap.12. quæſt.1.citans pro ſe Innoc.cap.2.de maiori.& obed.vbi ait,clericos exemptos eſſe vel Imperatorum priuilegio, vel potius iure diuino,vel ſaltem Pontificio.Vnde ait male citatum Alciatum, in quo primam opinionem ſe non inueniſſe ait Azor,& pro ſua citat etiam Hoſtien.cap.2.de maior. gloſſ. cap.ſi Imperator,diſt.96.verbo diſcuti,& cap.quamquam, de cenſib.in 6.verbo diuino,Ioan.And.Dom.Archid. Ancaran. & Franc.cap.quamquam de cenſib.in 6. C Panorm.Felinum, Decium,Butrium,cap.Eccleſia S.Mariæ,de conſt.Card.cap.perpendimus, oppoſ. 7.de ſent.excommun.Rotam in antiquis deciſ.10. de conſuet.Aufrer.clem.1. de offic. ordin. verſ.ad quæſtionem,Roman.ſing.419.Roch.Curt. cap.ſi. de conſuet.Rebuff.in concordat.Rub. de protect. Almain.de poteſt.eccleſ.cap.8.propoſ.3.ad finem, Angelum immunitas num.33.verſ.11.vbi dicunt, eam ſententiam eſſe veriorem.

119 Concluſionem tamen, eius auctores probant primò,quia nec ex ſacris literis,nec ex traditione, neque ex naturali ratione,neque ex Patrum teſtimonio talis exemptio probari poteſt. Nam quòd aliqui adducunt ex Geneſ. 47. de Ioſeph, qui terram omnem Ægypti tributariam fecit Pharaoni, præter terram ſacerdotum, non eſt ad rem, vt ait Molina: nam beneficẽtia regis poſtulante id recta ratione fuit factũ.Quod verò adducunt ex Matth. 17. *Ergo liberi ſunt filij*, ſolùm probat de Chriſto, vel ad ſummum de Apoſtolis, & de ſummo Pontifice,vt ait Molina, & ſuperiori con. diximus. Id verò Pſal.104.vel 114. *Nolite tangere Chriſtos meos:* ſolùm probat miniſtris Dei iniuriam non eſſe irrogandam, in quibus etiam ſæculares Principes intelliguntur.

*Prob.Concl. 1.prob.*

Secundò probatur concluſio:quia clerici initio naſcentis Eccleſiæ, erant ſubiecti Principibus ſæcularibus,vt colligitur ex Paulo ad Rom.13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, vbi etiam comprehenduntur clerici.Nam vt gloſ. ait, cùm dicitur *omnis anima*,nullus excipitur (ſcilicet præter Chriſti Vicarium) & Chryſoſtomus ibi ait.*Oſtendens iſta omnibus imperari,& ſacerdotibus & Monachis,nõ ſolùm ſæcularibus:quod declarat,cùm dicit,omnis anima:etiamſi Apoſtolus ſis,ſi Euangeliſta,ſi Propheta, ſiue quiſquis tandem ſit:* & Theodoretus, *ſiue eſt ſacerdos quiſpiam,ſiue antiſtes,ſiue monachus,iis cedat,quibus ſunt mandati magiſtratus:* & Theophylactus, *inſtituens omnem animam,ſiue ſacerdos ſit, vel Monachus,vel Apoſtolus, ſubiici Principibus.* Similia dicit Oecumenius.

*2.Probat. Clerici initio naſcentis Eccleſiæ fuerunt ſubiecti terrenis poteſtatibus.*

Nec dici poteſt, id ſolùm vitandi ſcandali gratia præceptum eſſe. Nam Apoſtolus effectum refert in ordinationem diuinam tãquam in cauſam, dicens.*Nam qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*Additque,*eos eſſe Dei miniſtros,& idcircò eis deberi tributa.*Ergo clerici tributa deberent, niſi humana aliqua poteſtate eſſent poſteà exẽpti. Cõfirmatur ex Act.25.vbi Paulus ait: *Ad tribunal Cæſaris ſto,vbi oportet me iudicari,*& 1.Pet.2.legimus debere omnes ſubiici Principibus etiam diſcolis, & Matth.22.*Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,&c.*

Tertiò, quia olim Eccleſia ex agris ſuis tributa ſoluit etiã Imperatoribus Chriſtianis. Vnde Ambroſius cap.ſi tributum 11.quæſt.1. *Si tributum petit Imperator, non ei negamus: agri Eccleſiæ ſoluant tributum.* Et Vrbanus cap. tributum 23. quæſt. 8. *Quod in ore piſcis inuenitur,pro Petro & Domino dari iubetur: quia de exterioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitus eſt,pro pace,& quiete,quæ nos defenſare debent, Imperatoribus perſoluendum eſt.* *3.Probat.*

Quartò,quia Eccleſiaſtici, qui in Repu. infidelium commorantur, tenerentur tributa præſtare Principibus illius Reip. quippè cùm Principes illi non minus in eorũ bonum,quàm aliorum,Remp. adminiſtrarent, ac defenderent, quare cum priuilegio illorum Principum non eſſent exempti, & ſummus Pontifex poteſtatem in eam Remp. non haberet,vtpote Eccleſiæ non ſubiectam, tenentur in foro conſcientiæ tributa ſoluere; Quin potiùs tam in cauſis ciuilibus quàm criminalibus ſubiecti eſſent Principibus illius Reip. vt Albertus Pyghius 5.eccleſ.hierar.cap.7.rectè affirmauit, vt ait Molina ſuprà:ergo nil mirum ſi ſtando in iure diuino ea teneãtur ſoluere Principibus Chriſtianis. *4.Probatio.*

Quarta concluſio, exemptio illa quodammodò,ſeu quadam ratione eſt de iure diuino, quamuis ſimpliciter ſolùm ſit de iure humano, canonico,& ciuili. Ita Molina illa con.4.& 5. Leſſius illa D dubit.4.num.30.Bellarminus,Sotus,Victo.Ledeſ. Palac.Ioan. Med. Salon,Bannes,& Couarr. ſuprà. Probatur, quia Põtifex à Deo immediatè poteſtatem habet faciendi eiuſmodi exemptionem: imò & præceptum illam faciendi, quando commodè fieri poſſit:quod etiam præceptum habent ſæculares Principes, ſunt autem tres cauſæ illius poteſtatis,& præcepti. 120

*Exẽptio hæc quodammodo eſt de iure diuino.*

Prima, quia Eccleſiaſtici peculiari modo ſunt diuinis rebus mancipati,& conſecrati: atqui contra reuerentiam Deo debitam eſt, ſi id, quod ſemel Deo conſecratum eſt,tractetur tanquam profanum. Hinc Dauid ne defenſionis cauſa auſus E vmquam fuit lædere Saulem,quia vnctus erat Domini: quæ tamen vnctio erat in Regem, non in ſacerdotem, & ſolùm erat vmbra vnctionis, & ſanctificationis Eccleſiaſticorum.

Secunda,quia Eccleſiaſtici ſunt paſtores,patres, & iudices ſæcularium in ſpiritualibus: atqui indecorum, & contra reuerentiam eſt,vt quis iudicet ſuum paſtorem,licet in alio genere,& filius patrẽ, & qui fuit reus iudicem, maximè ſi alia commoda ratio iniri poteſt:& hęc in diuerſo genere puniendi facultas occaſionẽ tribuit mutuæ vindictæ ſub prætextu iuſtitiæ, & mater eſſet diſcordiarum & ſcandalorum, dum quiſque in ſuo genere alium punire vellet.

Tertia,& ſi Principes ab iniuria clericos defen-

dant,& curent, vt temporali tranquillitate fruantur: tamen ipſi eos in ſpiritualibus & temporalibus, proſunt ſæcularibus per orationes,ſacrificia, & alia pia ſuffragia, per Sacramenta, prædicationes,lectiones,gubernationem, exempla &c. non mirum ergo ſi ſpiritualia ſeminantes, vt inquit Paulus,temporalia metant:ſi non alligetur os boui trituranti: ſi à tributorum oneribus liberentur: quod maximè procedit in Religioſis, qui ſuas facultates,& ſpes ſæcularibus ipſis reliquerunt.Vnde Conſtantinus & Conſtans concedentes clericis, & Religioſis perpetuam ſecuritatem ab oneribus perſonalibus addunt, ſcientes magis Religionibus, quàm officiis ex labore corporis,vel ſudore, noſtram Remp. contineri,cap. in qualibet, 23. quæſt. 8. maximè autem hoc expedit hac etiã ratione,quia ſi religioſi & clerici tributa penderẽt quod illa via amittunt, deberent ſæculares alia compenſare: vt ſuſtentati poſſent,ſic Deus Num. 18.dedit decimas ſacerdotibus, quibus ſuſtentarentur. Et cùm minus communiter delinquant, quàm ſæculares,& ſuos proprios habeant iudices, non indigent iudicibus ſæcularibus, à quibus coërceantur, & puniantur, & alioqui ad diuerſa tribunalia diſtracti, & ſimul in multis ſe defendentes,non poſſent diuinis rebus liberè vacare,vt eorum inſtitutum poſtulat. Quæ rationes maiorem vim in ſanctimonialibus habent.

*Eccleſiaſtici quantùm proſint ſæcularibus principibus.*

*Ioſeph totam terrã Ægypti fecit tributariam, excepta terra Ægypti.*

Secundò,probatur exemplo Ioſeph, qui totam terram Ægypti fecit tributariã, vt penderet quintam partem fructuum præter terram ſacerdotũ, quibus etiam ex publico cibaria dabantur. Vnde colligit Vrbanus C. tributum 23. quæſt. 8. agros Eccleſiæ non eſſe Imperatoribus ſubiiciendos, & 1.Eſdræ 7.Artaxerxes vult,ſacerdotes,Leuitas, & alios templi miniſtros à vectigalibus eſſe immunes; nam dignitas, & functio ſacerdotum noui Teſtamenti incomparabiliter eſt ſublimior, & Reip. vtilior. Vnde religio, obſeruantia, & gratitudo magis obligat, vt à tributis eximantur, & à tribunalibus ſæcularium. Quod etiam ex illo Cõſtantini facto confirmatur.

*Exemptio clericorum quomodo ſit de iure diuino.*

Et in hoc ſenſu accipiendi ſunt Panormitanus ſuprà,& alij Doctores aſſerentes eiuſmodi exemptionem eſſe de iure diuino, ſcilicet originaliter, primordialiter; ſeu initiatiuè, aut inchoatiuè, quod expreſsè habetur cap. quamquam de cenſibus in 6. & inſinuatur capit. non minus de imm. Eccleſ. cap. Si Imperator diſt. 96. & ca. nimis de iureiurando,vbi Innoc. III. in Conc. Lateran.ait, *nimis de iure diuino quidam laici vſurpare nituntur, cum viros Eccleſiaſticos nihil temporale obtinentes ab eis,ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramenta compellũt,* & Trid. ſeſ. 25. de reform. cap.20.ait, *perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam eſſe.* Quamuis dici poſſet Dei ordinationem in hoc teſtimonio referendam eſſe ad immunitatem in ſpiritualibus,quã diximus,ſimpliciter eſſe de iure diuino. Sic etiam poteſt intelligi Concilium Lateranẽſe ſub Leone X. ſeſ. 9.verſ. *& cùm à iure*,vbi ſic legimus: *& cùm à iure tam diuino quàm humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit.* Vel vtrumque Concilium Lateranenſe intellige, vt laici in clericos iure diuino non habeant poteſtatem ab illis inſeparabilem, & a Romano Pontifice independentem. Pontifex enim, poterit omnem poteſtatem in Eccleſiaſticos laicis auferre. Et iuxta hæc poſſunt explicari cap. continua,cap. præſertim, c. placuit, 3. cap. relatum 11. quæſt. 1. Gratianus, capit. futuram 12.quæſt. 1. capit. conuenior 23. quæſt.8.

Secunda pars concluſionis,nempè clericos re- 121
ipſa exemptos eſſe iure canonico, & ciuili, patet ex iuribus initio citatis,cap. in qualibet,ca.ſecundum canones,cap.Sancitum,23. quæſt. 8. & 11.q. 1. per multa capita,cap.at ſi clerici, cap. clerici,c. qualiter,de iudic. vbi aduerte primò cum Leſſio, Victoria,Soto,Couarr.Molina,& Palac. toto tẽpore, quo Imperatores fuerunt Ethnici, clericos in temporalibus fuiſſe illis ſubiectos, ſicut laicos. Quia neque principes eos eximebant,cum eorum dignitatem non agnoſcerent; neque ſummus Põtifex,cùm non poſſet commodè.Poſtquam autem cœperunt eſſe Chriſtiani, ſenſim eos cœperunt eximere. Primùm Conſtantinus lege lata exemit eos ab oneribus perſonalibus,refertur,c. conuenior 23. quæſt. 8. & à publici cenſus ſolutione, vt teſtatur Sozomenus,1. hiſtor.cap. 8. In cæteris tamen mãſere ſubiecti. Deinde à Iuſtiniano fuerunt exempti in cauſis ciuilibus pro Prima inſtantia ſolùm: in criminalibus tamen reliquit eos ſub iudice ſæculari:vtpatet ex nouella,83.& 123.Vide Gelaſium cap. ſiquis clericum 11. quæſt. 1. Multa tamen vſurparunt ſibi iſti Imperatores in cauſis Eccleſiaſticis,quæ iure diuino ſunt omninò excẽptæ. Idem conceſſit immunitatem à quibuſdam tributis, l. ſancimus, 2. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. à poſterioribus principibus omninò exempti fuere: eaque exemptione multis ſæculis,conſenſu totius orbis ſunt potiti. Et à ſucceſſoribus reuocari non poteſt. Primò, quia fuit abſoluta, & perpetua ex mente concedentium: omnis autem donatio, vel exemptio facta communitati in perpetuum, eſt irreuocabilis. Secundò,quia fuit facta ad remunerãda beneficia ſpiritualia, quæ regna percipiunt ab Eccleſia.Tertiò,quia fuit facta principaliter ad Dei honorem,ſicut donatio agrorum, aut villarũ, quæ offeruntur Eccleſiæ, eiuſque miniſtris. Vnde ſicut eſſet ſacrilegium repetere agros Eccleſiæ donatos: ita infringere clericorum immunitatem. Quartò, quia orbis Chriſtianus, à quo Principes habent auctoritatem, cõſenſit in hanc exemptionem: quòd autem conſenſu regni ſemel eſt alienatum,repeti non poteſt.Quintò, quia Cõcilia & Pontifices, qui ſunt ſuperiores principibus, eam confirmant.

*Imperatores qui & quales immunitatem clericis conceſſerunt.*

Adde, etiamſi principes noluiſſent in hanc exẽptionem conſentire: tamen Pontifices,& Concilia habebant auctoritatem eam inducendi, vt communiter docent Doctores, & probat Couarruuias in practicis, cap. 31. num. 3.& 4. Quia habent poteſtatem à Chriſto ſtatuendi, quod ad bonum hominum ſpirituale,& Dei honorem videatur neceſſarium,aut valde expediẽs,quale eſt hoc: vt patet ex dictis: & quia valde vileſceret ſtatus Eccleſiaſticus,& res diuinæ, quas tractãt, ſi inſtar laicorum ad iudices traherentur; & periret libertas, qua in laicis inſtruendis, & corripiendis vti debent: & laici etiam cauſas Eccleſiaſticas facilè ad ſe pertraherent. Accedit, quòd principes ſunt ſubditi Pontifici,ſicut oues paſtori: atqui ſuperior poteſt aliquem eximere à iuriſdictione ſui ſubditi, præſertim quando recta gubernatio,& honor Dei id poſtulat. Quòd ſi Pontifex potuit clericos eximere à iuriſdictione principum ſæcularium: ergo & à

Digitized by Google

& à tributis: quia tributa ob iuriſdictionem penduntur Ro. 13. *Ideò neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: ideò enim & tributa præſtatis.* A

Exemptione autem gaudent, ait Leonardus Leſſius ſuprà, dub. 5. omnes clerici ſacrorum ordinum, beneficiarij, religioſi, & religioſæ. Eſt cōmunis doctrina, teſte Couar. in practicis cap. 31. num. 5. Nam hi omnes ſtatui Eccleſiaſtico firmiter ſunt addicti, vel actu Eccleſiæ deſeruiunt.

Item clerici minorum ordinum & tonſuræ, ſi non ſunt coniugati, ſecundum canones ſunt à tributis liberi, licet beneficiarij non ſint, neque Eccleſiæ deſeruiant, ex ca. fin. de vita & honeſt. cler. cap. quamquam, de cenſibus, in 6. & l. Presbyteros C. de Epiſcop. & cler. Nec obſtat Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform. quia loquitur ſolùm de priuilegio fori, quo non poſſunt ad tribunal ſæculare pertrahi, quod priuilegium Conciliū non concedit, niſi illis clericis primæ tonſuræ, vel minorū ordinum, qui aut beneficium Eccleſiaſticum habent, aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi deſeruiunt, aut in ſeminario clericorum, vel in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines verſantur: longè tamen conſuetudine contraria clerici primæ tonſuræ, & minorum ordinum, qui nec beneficium habent, nec vlli Eccleſiæ deſeruiunt, videntur hanc exemptionem amiſiſſe, etiamſi coniugati non ſint: quia iam à multo tempore vectigal ſoluunt ſicut laici. Ita Couarruuias num. 9. vbi in fine ait, ſe vidiſſe litteras regias decernentes, vt clerici primæ tonſuræ etiam non coniugati, cogantur ſoluere decimam partem rei venditę. Quod tamen videtur eſſe contra ius Pontificium, cap. quamquam, de cēſibus in 6. Dices, non poteſt vmquam valere præſcriptio, aut conſuetudo contra immunitatem, & libertatem Eccleſiæ, vt expreſsè habetur in nouella Frederici Imperatoris, quæ incipit, Caſſa, & irrita: & colligitur ex cap. cauſam, de præſcrip. ca. clerici de iudi. ergo conſuetudine non potuit hoc introduci. Reſpondeo, non poſſe valere inuito Pontifice, ſecus ex eius libero conſenſu: qui præſumitur, ob commoda Principum hîc interueniſſe. Nam hæc conſuetudo non eſt omninò à ratione aliena, præſertim ob multitudinem talium clericorum, quorum plerique ideò duntaxat clerici fiebant, vt tributis eximerentur, abſque vllo animo ad Eccleſiaſticum ſtatum.

*Clerici primæ tonſuræ & minorum ordinum quam immunitatem amiſerint.*

Quod verò ad priuilegium fori attinet, talibus clericis iuxta canones aliquos, & Tridentini formam competens, non eſt credibile, Eccleſiam cōſentire, aut conſenſiſſe, vt poſſint eo per contrariam conſuetudinem priuari: quia magis per hoc dignitas ſtatus Eccleſiaſtici lęderetur, & principibus nihil commodi accederet.

Clerici coniugati non ſunt exempti à vectigalibus, neque iure canonico, neque conſuetudine: vt rectè Couarruuias: quia duo tantum priuilegia iſtis conceduntur, fori, & canonis, vt patet, capit. vnico, de cler. coniug. in 6. Ad hoc tamen duo requiruntur: primò vt duxerint virginem, & quidem vnicam, ſecundò vt deferant tonſuram, & veſtes clericales. Quibus addit Tridentinum, vt priuilegio fori non gaudeat, niſi ab Epiſcopis alicuius Eccleſiæ miniſterio ſint deputati. Hæc Leonard. Leſſius ſuprà, quæ amplius fortaſſe alio loco elucidabimus.

Quomodò autem percuſſores clericorum ſint excommunicati latè tractant Suarez tom. 5. Hugolinus, & alij agentes de cenſuris, ſeu excommunicatione, nec eſt à nobis hoc loco examinandum.

Sed circa illum locum Mat. 17. *ergo liberi ſunt filij*, quem in ſecunda & tertia concluſione attulimus, nota, ex mente Orige. Hierony. Euthym. Theophylacti ibi, Auguſtini 1. quæſtio. Euang. c. 23. Chriſtum nomine filiorum naturales intelligere, & quia ipſe erat naturalis filius Dei, concludit ſe non debere tributum. Sic etiam interpretatur D. Thom. 2. d. 44. quæſt. 2. art. 2. ad 1. Bon. art. 3. quæſt. 1. ad 1. Dur. quæſt. 4. ad finem ex eodem principio ſcilicet, quòd ipſe erat filius Dei, poſſet probare ſe eximere poſſe Petrum, & alios quoſlibet à tributis, & D. Thom. ac Bonauentura ſuprà docent, Chriſtum probare etiam voluiſſe pauperes, qui omnia propter Chriſtum reliquerūt, ſicut fecerunt Apoſtoli, non teneri ad ſolutionem tributi: nimirum quia nec habent, vnde tributum ſoluant, neque id quærere tenentur: ſic etiam exponunt Richardus 2. diſt. 44. art. 3. quæſt. 1. ad 1. Argentina quæſt. 1. art. 4. Caiet. 2. 2. quæſt. 104. ar. 6. quam expoſitionem probat Azor tom. 1. lib. 5. cap. 12. quæſt. 1. Sed ex ea non rectè infertur, clericos iure diuino eſſe immunes à tributis, neque conuentus habentes proprium. 122

*Chriſtus verè fuit naturalis Dei filius.*

## SECTIO XII.

*Vtrum laici vi conſuetudinis longi temporis poteſtatem iudicandi, & puniendi clericos habere queant.*

DE hac re latè Azor tom. 1. lib. 5. ca. 12. quæſt. 1. §. ſed dubitari poſſet. 123

Quidam affirmant, vbi contra dictam exemptionem clericorum à foro, vel tributis eſt aliqua cōnſuetudo introducta, vim habere: quia *res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.* l. ſecundum naturam ff. de regul. iuris: & quia conſuetudo mixta etiam in Eccleſiaſticis vim habet.

Hanc ſententiam docet Couar. in pract. ca. 31. Ioannes Garſia de nobilit. gloſſ. 9. num. 48. & ſequentibus, ſic Audientia Galleciana cognoſcit via ordinaria de aliquibus cauſis inter perſonas Eccleſiaſticas, vt de poſſeſſione beneficij: huius cognitionis meminit l. 10. lib. 3. nouæ compil. eam defendit Ioan. Garſia ſuprà, num. 49. In Francia etiam clerici conueniuntur in cauſis, & actionibus realibus coram Iudice ſæculari. Defendit Ioann. Faber §. fin. inſt. de ſatiſdatione numer. 20. alios refert Garſia ſuprà, nu. 45. In Sabaudia quilibet clericus perſonaliter citatus coram prælato, poteſt recurrere ad ſenatum, vt cognoſcat de iuſtitia, vel iniuſtitia citationis, vt ſi iniuriam facit, reformetur, deciſ. Pedemontana per totam. Angliæ cum florebat Chriſtiana religio, clerici litigabant coram iudice ſęculari in quibuſcumque cauſis realibus & mixtis, & de perſonalibus ciuilibus refert Couar. ſuprà, nu. 3. & non impugnat Garſia ſuprà, n. 44. In Nauarra an delinquentes gaudeant immunitate iudicat Conſilium Regium. In Caſtella clerici & pręlati miniſtri Regis viſitantur, in tri-

Digitized by Google

in tribunalibus, in quibus miniſtrant, & ſubiecti ſunt iuriſdictioni regiæ, & pro meritis damnantur ad pœnam pecuniariam, & priuationem officiorum, idque in aliis pluribus regnis ſeruatur. Probat Caſſaneus in conſuetud. Burgundiæ, verbo iuſtitiæ in fine, Aufrerius Clem. paſtoralis de offic. ordinar. regul. 1. Fallen. 27. & 28. & in cõtrouerſiis, quæ ſunt inter prelatos & communitates Eccleſiaſticas, & ſæculares: recurritur ad conſilium Regium, & licitum eſſe ex communi cõſenſu & vſu probat Nauar. cap. nouit, de iudic. not. 3. num. 31. Vide Almai. de poteſt. laica cap. 3. & 5. Couar. in pract. cap. 35. num. 3. verſ. 5. Nauar. ca. 27. num. 70. Guilliel. de Benedicto cap. Raynutius verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, deciſione 2. & quidam alij recentiores Hiſpani, & Galli plures afferunt caſus, in quibus aſſerunt ſolere regia prætoria clericorum, & Eccleſiarum cauſas ad ſua tribunalia reuocare, quem vſum plerique eorum nituntur iure probare.

De hac re, quæ magis pertinet ad iuriſp. quam ad Theologos, & ad 2. 2. in materia de iudice, & ad bullam cœnæ, quàm ad præſentem materiam: non vacat modò dicere, interim videatur Azor ſuprà, qui alios refert.

## SECTIO XIII.

*An pueri amentes, & alij ratione carentes, teneantur legibus humanis.*

124 DIco primò, pueros ante vſum rationis nullis legibus teneri, Medina q. 94. art. 1. §. Sed dubium eſt, Victoria & communiter omnes recentiores, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 11. quæſt. 4. dicens inter omnes conuenire, nec legibus aſtringi, nec teneri poſſe: quia non imperamus, niſi iis qui præcepta intelligere, & eis parere poſſunt.

*1. Cor.*

*1. Obiectio. Baptiſmus pueris neceſſarius neceſſitate medij, nõ præcepti.*

Nec obſtat primò, quod infantes ſi non baptizantur, damnabuntur: hoc enim non eſt, quia baptiſmus ſit eis neceſſarius neceſſitate præcepti, ſed medij, vt ait Azor ſuprà, & Sotus 4. d. 5. q. 1. ar. 1. in principio.

Nec obſtat ſecundò, quòd infantes paruuli tempore localis interdicti ſepultura ſacra priuantur. Hoc enim non eſt, quia ipſi violent legem interdicti, ſed quia expedit, vt etiam, qui culpa carent, ſacra tunc ſepultura priuentur, vt illi reſipiſcant, qui cauſam dedere interdicto: conſentit Azor ſuprà. An verò qui pueros carentes vſu rationis tempore interdicti ad diuina officia admittunt, peccent, dicam con. 4.

Neque obſtat tertiò, quod ignorantia non tollit obligationem, & vinculum, licet excuſet à peccato: ergo licet pueri, & amentes non peccent contra leges; ipſis tamen tenentur. Reſpondent Medina, & alij recentiores, pueros eſſe naturaliter per ſe impeditos, ne legẽ cognoſcãt, & ideò lex ad illos nõ dirigitur, neq; illos obligat: obligat tamẽ amentes, dormientes, inuincibiliter ignorantes, & tempore promulgationis abſentes, quia iſti per ſe loquendo legem intelligere poſſunt, & ei parere, quamuis per accidens non poſſint. Sic catulus ante nonum, diem cæcus non dicitur, quia eo tempore per ſe & naturaliter videre non poteſt: ſi tamen nouem diebus elapſis non videat, cæcus dicitur. Aliqui autem præſertim canoniſtæ, aut

A nominales dicunt, nullos iſtorum legibus obligari. Alij verò dicunt, omnes obligari in habitu, vel in actu primo, non verò in actu ſecundo. Quæſtio eſt de nomine, & parui momenti.

Tota difficultas eſt, quando incipiant pueri humanis legibus obligari: Soto 4. d. 12. quæſt. 1. art. 11. col. penul loquens de Euchariſtia ſic ait, *Pueri non obligantur hoc Sacramentum accipere vſque ad duodecimum annum, quando alÿs tenentur Eccleſiæ legibus: etenim licet paulò ante in rationis crepuſculo poſſint illud recipere: tamen ad obligandum ad Sacramentum tam pœnitentiæ, quàm Euchariſtiæ maior ætas requiritur*, & eadem quæſt. art. 9. in fine dixerat Sotus, *poſſe pueros recipere Euchariſtiam cùm poſſunt* 125

*Sotı opinio refertur.*

*Pueri quando ad recipiendã Euchariſtiam teneantur.*

B *diſcernere inter bonum, & malum, atque adeò inter hũc cibum, & alios ſæculares, quod pluribus accidit à decimo vſque ad duodecimum annum. Ita docet Alenſ. 4. quæſt. 49. memb. 5. Paludanus 4. diſt. 9. quæſt. 4. Caiet. 3. part. quæſt. 80. art. 9. Syl. Euch. 3. §. 5. imò ante duodecimum annum poſſet viuaciſſimus puer idoneus eſſe. Citra ſeptennium verò non eſſet permittendus: quia tunc vix rationis aurora ridere aſſolet.* Et d. 18. quæſt. 1. art. 3. in fine ait, *de verbo illo, cap. omnis vtriuſque ſexus poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, nihil opus eſt diſputare, non enim deſignat certum tempus, vt duodecimum aut decimumquartum annum, ſicut ad contrahendum matrimonium. Sed cùm primùm puer fuerit doli capax, ſic ſcilicet, vt inter bonum & malum*

C *diſcernere cœperit, vt prudentium iudicio mortaliter peccet. Et ratio eſt clara: nam cùm neceſſitas præcepti confeſſionis tam diuini, quàm Eccleſiaſtici ex eius neceſſitate ad ſalutem oriatur, cùm primùm homo neceſſitatem ſalutis incurrit, tenetur etiam ad confeſſionem tũ ſemel in anno, tum etiam in articulo mortis. Verum eſt tamen, quòd vſque ad annum ætatis duodecimum Eccleſia per cenſuras neminem ad confeſſionem cogeret: quia licèt nouerit, antea etiam poſſe peccare, vt cap. pueris de delict. 1. puer. decernitur. Nam à ſeptem annis, vbi deſinit infantia, & incipit pueritia, peccare poſſunt, ſuis tamen præceptis & cenſuris non vult ante duodecimum*

D *vel decimumquartum annum cogere, ſed relinquit eos ſub diuino iure*, & 7. iuſt. quęſt. 3. art. 2. col. 4. ait, *ante annos pubertatis non teneri Eccleſiaſticis Sacramentorum & ieiuniorum legibus, ac proinde nec voto, niſi certiſſimè conſtet habuiſſe vſum rationis ſufficientem, quãdo illud emiſit.* Tunc autem iuxta eũdem Sotum, & communem opinionem eſt rationis vſus ſufficiẽs ad votum, cùm ſufficit ad peccatum mortale.

In his locis ſibi non ſatis conſtat Sotus. Nunc enim ait præcepta Eccleſiæ pueros non ligare vſque ad duodecimum, vel decimumquartum annum: nunc autem ſtatim atque peccauerint mortaliter teneri, etiam iure Eccleſiaſtico ad con-

*Sotus refellitur.*

E feſſionem; idque communiter cõtingere à ſeptennio. Nunc à decimo vſque ad duodecimum annũ.

Prætereà non reddit rationem, cur pueri ſtatim ac poſſunt decenter confiteri, & communicare, non obligantur Eccleſię præceptis, vel etiam cenſuris. Nam Eccleſia ſub pœnis quibuſdam præcepit confiteri, & communicare omnes, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, cap. omnis vtriuſque, & Epiſcopi præcepta iſta non obſeruantibus, ſæpe excommunicationem imponunt.

Corduba in ſumma q. 40. Quinque dicit: primò, Eccleſiam pro diuerſis caſibus, & materiis diuerſas ætates deſignaſſe, vt ad recipiẽdos ordines, dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica, ad habendam vocem actiuam & paſſiuam in electionibus, ad 126

*1. Cordub. ex… ſtum.*

contra

contrahenda ſponſalia & matrimonia, ad emittenda vota ſolemnia, & ad alia huiuſmodi, vt verbo ætas, & aliis verbis tractant Syluest. & alij Summiſtæ.

Secundò, puer etiam vltra ſeptennium irregularitatem non incurrit, niſi ſit doli capax, & diſcernat inter bonum, & malum: ſi autem eſt doli capax, licet hîc, & nunc ignoret inuincibiliter occiſionem eſſe illicitam, & ita non peccet occidendo, fit irregularis: citat Syluest. homicidium, 3. qu. 1. part. 5. quæſt. 2. part. 3.

Tertium dictũ, Quando omnes perſonæ vnius populi interdicuntur, ne adſint diuinis officiis, interdicuntur etiam pueri, ſi ſunt doli capaces, & habentes vſum rationis. Si verò non ſunt doli capaces, nec habent vſum rationis, poſſunt deferri, & admitti ad diuina officia in terra non interdicta; non autem in terra interdicta, quia non eſt eis iure conceſſum, ſumpſit ex Syluestro interdictum 2. quæſt. 17. cui non omninò conſentit Couar. cap. alma, part. 2. §. 4. nu. 5. quia non diſtinguit, de terra interdicta, vel non interdicta reſpectu eorum, qui non ſunt doli capaces. Item ait, eos, qui ſunt doli capaces, ſi non intelligant, ad Dei cultum & religionem pertinere Miſſam, & alia officia diuina, poſſe ad illa deferri & admitti: quia tales, quãtum ad hoc cum pueris ratione carentibus deputari debent.

*Pueri interdicti tenore à ſacra ſepultura arcendi.*

De Eccleſiaſtica ſepultura dicunt Cordub. & Couar. ibi, puerum etiam vſu rationis carentem non poſſe in ſacro ſepeliri, vt ſuperius etiam dixit Azor: quia nullo iure excipiuntur à præcepto non tradendi corpora tunc ſacræ ſepulturæ. Vnde Syueſt. interdictum 5. quæſt. 8. excipiens alios, non excipit pueros.

Hæc in tertio dicto contenta intelliguntur de iure communi. Nam ſi pater, mater, vel alius conſanguineus pueri intra quartum gradum bullam Cruciatæ habeat, poterit puer admitti ad diuina officia, ſiue careat vſu rationis, ſiue non: Similiter ſi bulla ſumpta ſit pro illo, poterit admitti ad diuina officia, & in ſacro ſepeliri, vt ſuper bullam docuimus.

Quartum Cordubæ dictum eſt, Puer cùm venit ad vſum rationis, qui communiter in ſeptennio cõtingit, poteſt peccare venialiter, & deinde mortaliter: quia vt docet Victoria relect. 2. de ven. ad vſum ratio. num. 11. prius poteſt puer peccare venialiter, quàm mortaliter, & prius mortaliter in vna materia quàm in alia: tamen ad peccatũ mortale communiter incipit vſus rationis anno decimo vel vndecimo in viris, in fœminis autẽ octauo vel nono, & ita vſque ad hanc ætatem Eccleſia non obligat ſub mortali & excommunicatione ad confeſſionem, communionem, Miſſam, ieiunia, & abſtinentiam à cibis prohibitis: quamuis à ſeptimo anno obliget ius diuinum ad confeſſionem in articulo mortis, & in aliis caſibus. Pro hac ſua ſententia citat Antoninum 2. part. tit. 9. cap. 18. §. 2. Dominicum, Antonium de Butrio, Ancaranum, Sotum 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 11. & diſt. 18. quæſt. 1. art. 4. & 7. iuſt. quæſt. 3. art. 2. ſed quid Sotus his locis aſſerat, iam retulimus.

*Prius puer poteſt peccare venialiter, quàm mortaliter.*

Sed ſtatim Corduba & ſibi, & his auctoribus aduerſatur: Ait enim, quoad confeſſionem veriùs ſibi videri quod cum Richardo & aliis ait Syluester confeſſio 2. quæſt. 5. Nauarrus cap. 21. nu. 33. adueniente vſu rationis, nempe elapſis ſeptem vel

A octo annis communiter teneri pueros, & qui eorum curam habent, interdum ſub mortali, interdũ ſub veniali ad confeſſionem: non tamen incurrere excommunicationem, & alias iuris eccleſiaſtici pœnas vſque ad annum duodecimum. Sic enim ſonat cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. & generalis Eccleſiæ conſuetudo interpretatur. Et quantùm ad communionem placent illi Nauarrus cap. 21. num. 67. Caietanus & alij dicentes, conſuetudinem (quæ generalis videtur in tota Eccleſia) cognitam, & toleratam à prælatis, vt impuberes non communicent ſtatim poſt ſeptennium: ſed fœminæ duodecimo vel decimotertio anno; pueri

B verò decimoquarto, vel decimoquinto, declarare ſic intelligendum eſſe, cap. omnis vtriuſque, quia vſque ad hanc ætatem non habent deuotionem & reuerentiam, quam Euchariſtia requirit, & ſic etiam intelligendum ius diuinum. Itaque ante hãc ætatem, nec in articulo mortis debent Euchariſtiam recipere, niſi paulò ante illam appareant ſigna ſpecialia ſufficientis deuotionis, & reuerentiæ. In quo ſtare debent iudicio gubernantium ipſos, licet iam decimumquartũ vel decimumquintum annum expleuerint: & ait concordare Sotum 4. diſt. 12. art. 9. & 11. Syluest. Euchariſtia, 3. q. 5. & communem doctrinam.

C Sed quoad ieiunia ait Corduba, licet Panorm. Rub. de obſeru. ieiun. & alij canoniſtæ aliter ſentiant, tamen Victoria 2. 2. quæſt. 147. artic. 4. cum Theologis 4. diſt. 15. melius ſentit, ſecundùm conſuetudinem à prelatis & ab omnibus approbatam, qui non expleuerunt vigeſimumquintum annum, non tenentur ſub mortali ieiunare totã quadrageſimam, & vigilias, ſed partem prout magis, vel minus tali ætati appropinquauerint, iuxta Syluest. ieiunium quæſt. 6. Angel. & alios eodem verbo, Nauar. cap. 21. num. 15.

*Qui non expleuerunt vigeſimumquintum annum, non tenentur ieiunare.*

Et quantùm ad eſum carnium in diebus prohibitis, ait Corduba, conſuetudinem vniuerſalem in-

D terpretari, peccare mortaliter qui poſt ſeptimum vel octauum annum edunt, & ratione vtuntur, & non excuſantur ignorãtia præcepti: quamuis iuxta cõſuetudinem patriæ, ouis, & carnibus pueri veſci poſſunt, vt ait Caiet. 2. 2. quæſt. 147. art. 8. Prædictis ait concordare Pedrazam præcepto 3. §. 4. fol. 34. Syluest. verbo ieiunium, quæſt. 5. in fin. & 10. in princ. Pan. & alios Rub. de obſeru. ieiun. Victoria 2. 2. quæſt. 147. art. 4. & 8. dicentes, hos communiter non teneri ſeruare leges diuinas & eccleſiaſticas. Quoad ingreſſum in monaſteria monialium ſeruantium clauſuram, ex voto, vel precepto: credit Corduba pueros, & puellas poſt ſeptimum annum, ſi rationis vſum habent, & prohibitionem

E nõ ignorãt, peccare mortaliter, & incurrere excõmunicationem poſt Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. nam ibi dicitur. *Ingredi autem intra ſeptã monaſterij nemini liceat, cuiuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tunc Epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis, neque alius vllo modo poſſit etiam vigore cuiuſcumque facultatis, vel inducti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi.*

Quintum dictum Cordubæ, probabilius ſibi videri, quòd ſicut pueri ante ſeptennium non peccant ingrediendo monaſteria monialiũ, vel edendo carnes & oua in diebus vetitis: ita neque qui eos introducunt, vel admittunt ad monaſteria, vel eis

eis dant carnes,&c.ſecus ſi poſt ſeptennium, & in his omnibus vim habere conſuetudinem, iuxta Victoriam 2.2.quæſt.147.art.8.

*Auctor. Corduba non ſibi conſentit.*

127 In his videtur Corduba nihil certi reſoluere, & ſibi contradicere, & contrarias ſententias eiſdem tribuere.Iam enim videtur dicere,quòd pueri ſtatim poſt ſeptennium peccant mortaliter,non ſeruando diuinas leges,& eccleſiaſticas.Iam verò negare,iam diſtinguere, vt peccent mortaliter non ſeruando diuinas, non verò peccent mortaliter, nec incurrant excommunicationem non ſeruando eccleſiaſticas.Item durum,& contra conſuetudinem,& communem opinionem videtur, quòd ante annum vigeſimumprimum ſit obligatio ieiunandi partem quadrageſimæ,& vigiliarum,&c. vnde Sa,verbo ieiunium,num.9. abſolutè ait, excuſat à ieiunio ætas minor anno vigeſimoprimo.

*2. Concluſ.*

Dico ergo ſecundò, leges eccleſiaſticæ confeſſionis annuæ,& Paſchalis communionis obligant omnes,cùm ad annos diſcretionis peruenerint,ita Azor tom. 1. lib.7. cap. 41. quæſt. 10. dicens eſſe omnium ſententiam,S.Thom.3.part.quæſt.80.art. 9.ad vlt.& 4.diſt. 9. quæſt.1.art.5. gloſſ.4. Alenſis 3.part.quæſt.11.m.2.art.3.§.1.dub.6. Anton.2.par. tit.9.cap.9.§.1. Palud.4.diſt.12.quæſt.1. art.5.con. 1.Syluest.Euchariſtia 3.quæſt.5.dicto 7.Tabienna communicare num.6.Caiet.verb. communio.vbi Arm. num.3. Sotus,& Cord. ſuprà. Patet quia ita præcipitur in cap.omnis vtriuſque,&c.

Dico tertiò,Hoc non ita eſt intelligendum, vt ſtatim ac puer peccare poteſt, ſeu eſt doli capax, ſeu ratione vtens,teneatur confiteri, & Euchariſtiam recipere, nempe circa ſeptennium, vt videtur tenere gloſſ. d. cap. omnis vtriuſque,quam ſic declarat & ſequitur Palud.4.diſt.12.quæſt.1.art.5. con.1.& probant, quia cap.omnis, generatim de vtroque præcepto ait obligare, cùm ad annos diſcretionis peruenerint; ſed ſeptennium ſolet eſſe tempus diſcretionis:ergo. Quæ tamē ratio nullius momenti eſt, quia Eccleſia ſolùm vult obligare ad ſumendam Euchariſtiam,quando reuerenter,& decenter ſumi poteſt.Sed in ſeptennio non poteſt ſic recipi,quia pueri tunc nō habent diſcretionem ſufficientem ad hoc,licet illam habeant ad alia:ergo tunc non obligantur præcepto Eccleſiæ, nec diuino:vnde conſuetudo interpretatur, tunc non eſſe obligationem communicandi: nam multi pueri,qui tunc confitentur, ad Euchariſtiam non admittuntur. Ita docent Azor, Cord. & Sot. ſupr.

*Pueri communicandi in articulo mortis.*

Si tamen eo tempore contingat mortis articulus, inſtruendi ſunt quantùm fieri poterit, vt cùm aliqua deuotione, & reuerentia communicent, & propter neceſsitatem minor deuotio & reuerentia eſt ab illis exigenda,quàm cum nulla vrget neceſsitas:ſic enim debemus interpretari præceptum Chriſti & Eccleſiæ. Sed cùm decenter & commodè hæc, & alia præcepta Eccleſiæ,quæ certā ætatē nō requirūt impleri poſſunt,maior ætas expectāda non eſt: quia verò communiter decimo, vndecimo, vel duodecimo anno eſt vſus rationis ſufficiens ad Euchariſtiā decenter ſumendam, verum eſſe poterit, quod inquit Sotus ſuprà, à decimo, vſque ad duodecimum annum obligari: non tamen debet generalis regula ſtatui, vt antè id tempus præcepta, & cenſuræ Eccleſiæ non obligent: vt rectè probat Azor ſuprà. Primò, quia S.Thomas,Sylueſter,Tabiena,Paludanus, & Caietanus, locis præallegatis, dicunt, pueros præceptis con-

A feſsionis,& communionis obligari ante duodecimum ætatis annum. Secundò, quia pueri præcepto confeſsionis obligantur ſtatim, ac ſunt doli capaces: & ante duodecimum, imò & decimum ætatis annum coguntur à carnibus, & aliis cibis vetitis abſtinere, & ad ieiunium non coguntur, niſi multò poſt annum duodecimum, & ante hūc annū tenentur Miſſam audire. Et vt tradit Sylueſter,homicidium,3.q.1.§.5.& q.2.§.3.puer,qui eſt doli capax, ſi occidat aliquem, irregularitatem contrahit, Clem.ſi furioſus.de homicidio: de quo latè Villadiego tract.de irregularitate.cap.6.num. 58.& ſequentibus. Et ſi ſcienter & ex ira clericum

B percutiat, incurrit excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente 17.quæſt.4. Et interdicto populo interdicti ſunt pueri,ſi ſunt doli capaces,teſte Sylueſtro,interdictum 2.quæſt.17.& hæc omnia habet communis opinio:pugnat igitur Sotus in hac re cum communi ſententia:præſertim cùm in cap. pueris,de ſent. exco. expreſsè habeatur, pueros ſiue ante,ſiue poſt pubertatem in ſententiam canonis incurrere, & ibi Gloſſa ait, intellige pueros doli capaces. Vnde concludit Azor, pueros cùm primùm perueniunt ad annum decimum, vel vndecimum, ſi rationis compotes fuerint, præcepto Paſchalis communionis obligari cùm S.Tho.Syl. Tab.ſuprà.Sed admonet, in his pueris non ſolùm

C conſiderandā eſſe ætatem, ſed cōſuetudinem,quæ eſt optima legum interpres:non enim ſolet pueri, ſacram communionem recipere,niſi parentum & conſanguineorū iudicio, vt Caietanus,& Armilla tradiderunt:conſiderandum item eſſe rationis iudicium,quo ſacrum Euchariſtiæ cibum à profano diſcernant, & ſacramenti guſtum habeant, vt ſic iuſta,ac debita animi veneratione, & cultu,piè,& religioſè ad illud accedant. Vitandā item aliorum offenſionem,quæ ſi admodum paruulis, quamuis alioqui iudicio pollentibus, publicè conferatur, oriri poſſet.Conſonat Viualdus in candelab.tract. de confeſſ.num.15. dicens, *Licet Viguerius de confeſſ.verſ.14.& alij tenuerint, quod etiamſi puer, vel*

D *puella poſt ſeptennium peccent mortaliter, non tenentur confiteri ex d.c.omnis.ſed ex iure diuino, quia licet habeant annos diſcretionis ad peccandum: non tamen habent annos diſcretionis, quos Eccleſia requirit ad communicādum,qui cenſentur in puella duodecim, in puero quatuordecim, & tunc ligantur præcepto annalis confeſſionis.Sylueſter tamen cum quo communis,& vſus tenet contrarium: imò quòd teneantur poſt ſeptennium, cùm diſcretionem,& rationis vſum habebunt, declarat Soto d.18.quæſt.1.art.3.ad fin. & omnes moderni communiter.* Et tract.de Euchar.num.97. *Ex præcepto Eccleſiæ tenentur omnes,cùm ad debitum vſum rationis peruenerint,communicare in Paſchate,&c.* Et nu.99. *Quando pueri ad hoc dicantur habere vſum rationis,*

*Pueri ante ſeptennium etiamſi diſcretionis annos habeant, non tenentur communicare.*

E *relinquitur arbitrio confeſſoris,ſimúlque illorū, qui pueri curam gerunt, vt ſunt parentes, tutores,domini,&c. ſecundùm morem, atque conſuetudinem regionis. Citat Nauar. c.21. nu.57. Arm. & Caiet. ſuprà Catechiſmū* Romanū pag.278.*& melius*(inquit)Med. 1.Sūmæ, ca. 14.§. 42.Et tract.de Extrema vnct.num.28.ait, *Licet ferè omnes dicant, puerum teneri ad Extremam vnctionem, quando habet vſum rationis ad peccādum, & confitendū,mihi tamen videtur expectandā eſſe ætatem Euchariſtiæ ſumendæ, quia hoc ſacramentū viatico ſuccedit,Soto 4.d.23.q.2.a.2.verſ.quòd ſi quæras.Vnde nota quòd licet aliquis nō eſſet communicaturus in ſanitate,vſque ad 12.vel 14.annum,in quibus indicatur diſcretio*

Digitized by Google

*ſcretionẽ habere: tamen in articulo mortis eſt optimum conſilium, & à viris pijs ſimul & doctiſſimis practicatum etiam in decimo anno illi viaticum prabere, ac conſequenter illum vngere.*

Emmanuel Sa verbo cõfeſſio n. 3. ait, *Etſi quidã putant teneri ad confeſſionem, qui habet vſum rationis, ſcilicet, cum pudet malefacti, tamen Eccleſia non videtur obligare ante pubertatem*, & verb. Euchariſtia num. 12. *Excuſantur pueri etiam poſt annum 12. pracepto parentum prohibentium communicare: parentes verò excuſantur recepta conſuetudine*, & verb. cenſura n. 2. *cenſuram nemo incurrit ante annum 12. nec forte ante annos pubertatis ſecundùm quorumdam probabilem ſententiam.*

*4. Con. Interdicti tẽpore quando poſſunt pueri ad diuina admitti.*

128 Dico quartò, etiam quando interdictum eſt locale, ſeu quando terra eſt interdicta, pueri, qui non ſunt doli capaces, ſeu non habentes vſum rationis, poſſunt admitti ad diuina officia, idem eſt de amentibus. Dico, *qui non ſunt doli capaces*, quia de aliis certũ apud omnes eſt, admitti non poſſe. Hanc concluſionem tenet Couar. c. alma p. 2. c. §. 4. n. 5. illatione 12. Suarez 3. p. to. 5. diſp. 34. ſect. 1. n. 34. contra Cordubam in ſumma Hiſp. q. 60. Armillam interdictum n. 17. Azor lib. 5. c. 11. q. 4. Nauarrum c. 27. n. 169 ſeu 168. ad finem. Qui abſolutè ait, puerum, vel infantem lactentem vbera, eſſe tempore interducti expellendum à diuinis officiis: quod verum eſſe, quãdo non homines, ſed terra eſt interdicta ait Viualdus tract. de interdicto n. 141. vbi male ſic interpretatur Cou. fortè etiam Margallum rub. de celeb. Miſſa. aſſerentem, pueros doli incapaces interdicto nõ comprehendi: eſt etiam hæc concluſio contra Syl. interdictum 1. q. 17. vt illi tribuunt Couar. Viuald. Cord. & alij, & Suar. dicit id colligi ex contextu Syl. quãuis in cõmunib. exẽplarib. deſit particula. Non, qua ſublata nihil ibi dicitur de infantibus.

Noſtra verò concluſio probatur: quia diuina officia non prohibentur, niſi vt celebranda, vel audienda humano modo, ſeu more, ac proinde cum aliqua intelligentia, ad quam requiritur vſus rationis. Ergo qui omnino caret vſu rationis, non excluduntur à diuinis officiis, imò ſi contingeret, alique habere vſum rationis ad alia, non tamen ad humanam & rationalem aſſiſtentiam in diuinis Officiis, vt putat Couar. non eſſet excludendus, vt infert idem Couar. quamuis Suarez meritò non admittit, hunc caſum poſſe cõtingere: nam qui habet vſum rationis ſufficientem ad peccandum, habet etiam illum ſufficientem ad aſſiſtendum diuinis officiis humano modo.

---

## SECTIO XIV.

*An conſtitutio Pontificia generatim, & vniuersè lata obliget Cardinales.*

129 De hac re latè Alba de Cardin. quæſt. 42. priuileg. 13. & Azor tom. 1. lib. 5. cap. 11. q. 5.

Quidam negant ea conſtitutione Cardinales comprehendi: quia Pontifex conſtitutiones condit cum Collegio Cardinalium, ita vt ipſe & Cardinales cõſtitutiones, & leges cæteris imponere videantur, & Pontifex tũc illos appellat fratres. Ita ſenſere Hoſtienſis, Ioan. Monachus, Pet. Ancharanus capit. 1. de Schiſm. Barbatius cap. in noſtra de reſcrip. Oldrad. conſil. 293. Roma. conſil. 498. Iaſon conſil. 117. vol. 4. Alij dicunt eos cõprehendi, quando id quod conſtitutione vetatur, eſt per ſe malum, aut alioqui erat iure communi interdictum: vel quãdo quod imperatur, erat per ſe obligatorium, vel iure cõmuni decretum, ita Archid. Ioan. And. Dom. & Felinus, quos citat Alba ſuprà, probant: quia comprehenduntur c. ſi quis ſuadente, 17. qu. 4. & c. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſio. & cap. pro humani 1. de homic. in 6. & c. nemo deinceps de elect. in 6. & extrauag. iniunctæ de elect. inter communes, & extrauag. excommunicationis de ſent. excom. inter communes, & in cap. canonum de conſt. decernitur, canonum ſtatuta ab omnibus obſeruari debere. Item regulis Cancellariæ alligantur, vt latè oſtendit Ludoui. Gomez in earum proœm. quæſt. 4. niſi quãtùm ad ea, in quibus Cardinales iure communi, vel nouo; vel more, & vſu curiæ excipiuntur: & Felin. capit. ad aures, de reſcrip. dicit, Franciſcum Pauin. auditorem Rotæ retuliſſe, in Rota ſæpe iudicatum eſſe, Cardinales generalibus Romanorum Pontificum conſtitutionibus alligari, & quidem de contentis in corpore iuris communis canonici, vel Cõciliis generalibus nulla poteſt eſſe dubitatio, vt ait Azor ſuprà: quare ſoluti non ſunt iure cõmuni circa multitudinem beneficiorum, circa reſidentiam in ſuis Eccleſiis, &c. Solùm eſt quæſtio de conſtitutionibus, quas Põtifex facit cum Concilio Cardinaliũ. Azor Cardinales non teneri conſtitutionibus latis abſolutè contra clericos, beneficiarios, aut dignitates: quia hoc nomine non comprehenduntur niſi communes clerici, beneficiarij &c. non iſti excellentiſſimi. Vnde vt comprehendatur, ſolet addi, cuiuſcũque ſtatus, conditionis, & dignitatis ſint. Imò putat Azor, nec nomine Epiſcoporum, Archiepiſcorum, aut Patriarcharum comprehẽdi, etiamſi ipſi ſint Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel Patriarchæ. Addit, ſi lex feratur de re, ſiue materia aliqua, in qua Cardinales ſpecialibus gaudent priuilegiis, non obligantur: quia lex generalis non derogat priuilegio, vt habet communis opinio. Item ſi cõſtitutio generatim loquatur de curialibus, non comprehendit Cardinales.

*Lex generalis non derogat priuilegio.*

*Cardinales nõ comprehẽduntur in generalibus cõſtitutionibus quo ad pœnas & odia.*

Sed ſi Pontifex conſtituat, vt omnes, qui Eccleſiaſticos redditus habent, ſoluant certum ſubſidium, ſiue penſionem ad impenſas belli contra Chriſtianorum hoſtes, Alba ait, obligari Cardinales, niſi excipiantur: ſed non obligari iis conſtitutionibus, quibus interdiceretur aliquis contractus abſque certa ſolemni formula, ſi damnaretur ſolùm ob vitandas fraudes. Sed addit Azor, *At id non videtur ſatis firma ratione cõprobare: nam Cardinales debent in cõtractibus à fraudibus procul abeſſe, & non eſt, cur ſuſpecti nomine fraudis haberi non queant. Probabilis igitur eſt opinio Hoſtienſis in generali conſtitutione Pontificia, quod attinet ad pœnas, & odia, non comprehendi Cardinales, niſi exprimantur. An comprehendantur generalibus regulis Cancellaria dubia quaſtionis eſt. Nam Sarnenſis in proœm. earum quaſt. 4. & ſuper regulam Cancellaria de infirmis reſignationibus qu. 3. affirmat, eos comprehendi, & citat pro ſe Felinum, & Franciſcum Pauinum. Sed Mandoſius ſuper eamdem regul. de infirmis, quaſt. 2. negat ipſos comprehendi. Idem ante ipſum ſenſerunt Ancharanus, & Romanus, vt ait Sarnenſis, & hoc eſt probabilius, & verius. Quoniam, vt dixi, generali conſtitutione Pon-*



Digitized by Google

*tificia non cõtinentur, niſi exprimatur, ſiue hoc ſit, quia, vt ait Hoſtienſis, Cardinales cum Pontifice cæteros omnes iudicant, ſiue quia Pontifex non creditur eos velle comprehendere generali ſua conſtitutione, niſi cum id exprimit.*

## SECTIO XV.

*An Græci & Orientales clerici more Græcorum viuentes, teneantur canonicis Latinorum conſtitutionibus.*

130 *Græci quibus Canonibus Latinorum obligentur.*

PAnormitanus cap. canonum de conſt. mittit ad gloſſ. cap. de libellis. d. 20. quæ tamen ſtrictim, & curſim quæſtionem tractat. Beroius dict. cap. canonũ, num. 197. concludit, teneri: quia Rom. Pontifex etiam Græcos regit. Azor autem to. 1. li. 5. c. 11. q. 7. primò ait, iure communi canonico, quo Latini vtuntur, multi canones antiqui continentur, quos edidere generalia Concilia eo tempore, quo Græci, & Orientales clerici nondum erant à Latinis ſeparati, & huiuſmodi canonibus tum Græci, tum Latini tenentur per ſe: nam ex accidenti fieri poteſt, vt Græci, & Orientales ſoluti ſint: quoniam apud ipſos vſu, & conſuetudine multi canones ſunt in totum, vel ex parte abrogati, cum tamen eos Latini adhuc more & vſu retineant. Secundò ait, dubitari non poteſt, quin apud Græcos & Orientales multa ſint vel vſu recepta, vel etiam iure antiquo communi introducta longè contraria iis, quæ apud Latinos iure, vel vſu antiquo ſeruantur. Nam Græci à tẽporibus Apoſtolorum ſabbatum perinde ac dominicam diem piè, ac religioſè colunt: ex cõiugatis aliqui ad ordines promouẽtur: filij Presbyterorum ordinibus initiantur: ter aut quater quotãnis quadragenariũ ieiuniũ ſeruant: in peruigiliis Apoſtolorũ non ieiunant: ante ſacros ordines nullum minorem cõferunt niſi lectoris: aliter diuinas preces recitant; aliter diuini officij penſum exoluunt: in fermentato conſecrant: iis quos Præsbyteri baptizant, Sacramentum confirmationis miniſtrant: Euchariſtiam pueris etiam infantibus præbent: multa alia in ſacrificiis & Sacramentis obſeruant diuerſa à moribus & inſtitutis latinæ Eccleſiæ. Denique negari non poteſt diuiſionem Græcæ, & Orientalis Eccleſiæ à Latina plures extenuare canones, pro ſola Eccleſia Latina editos, vt de electione, præſentatione, promotione, & ordinatione clericorum, de conſtitutione, erectione, vnione Eccleſiarum, & beneficiorum, de ſimonia, de ſent. excõ. de ſuſpenſione, interdicto & irregularitate. Sunt Græci & Orientales iure diuino Romano Pontifici ſubiecti, vnde eis poteſt leges dare, & præcepta imponere: ſed non ſemper vtitur hac poteſtate, nec ad eos leges ferre creditur. Hæc ferè tenens eiſdem verbis Azor.

*In quibus Græci à Latinis diſſentiãt.*

## SECTIO XVI.

*An ſucceſſores eorum, qui poteſtatem condendi leges in Principes tranſtulerunt, eorum legibus teneantur.*

REſpondeo affirmatiuè cum Coua. ca. alma par. 1. §. 10. n. 2. Caſtr. 1. de lege pœn. c. 1. ad finem. Molina, Victoria. Ratio eſt, quia illi non ſolùm potuerũt, & voluerunt tradere poteſtatem legiſlatiuam erga ſe, ſed etiam erga eorum ſucceſſores: natura enim ipſa ad bonum commune dedit eis hanc poteſtatem in poſteros, præſertim cum magna ex parte ſint eorum ciues, & hæredes, vt nõ ſit mirum eos in hoc grauare potuiſſe, & voluiſſe ad ipſorum bonum. Item quia cum illis conſtituũt vnum populum, vnamque Remp. vnde cùm præſens Reſp. ſequentem obligat, ſeipſam obligare cenſetur ad parendum Principibus, & eorum legibus. Sic etiam per contractũ, imò ſecundum aliquos per votum, poteſt populus ſucceſſores obligare, vt in materia de voto vidimus. 131

*Succeſſores eorum qui poteſtatem condẽdi leges principibus tradiderunt eorum legibus tenẽtur.*

DISPV

# DISPVT. DECIMAQVINTA

## DE LEGE POENALI.

### SECTIO PRIMA.

*An lex pœnalis obliget in conſcientia, ad aliquid agendum, vel omittendum.*

1 *Aliqua, ſed non omnes leges debent eſſe pœnales.*

EX iis, quæ de vtilitate, & neceſſitate legum ſuperiùs docuimns, conſtat, expediens eſſe, vt leges aliquæ pœnales conſtituantur, *oderunt enim peccare mali formidine pœna*: & ideò Ariſtot. 10. Ethico. cap. 9. *Multitudo neceſſitati potius, quàm rationi: & pœna, quàm honeſtati paret.* Idcircò ſunt, qui legumlatores oportere cenſent ad virtutem inuitare, ac prouocare honeſtatis gratia: propterea quòd hi, qui probi ſunt, ob conſuetudinem præcipuè obtemperabunt: aduerſus autem inobediẽtes, & hebetiores ingenio caſtigationes, pœnaſque inſtituere, & eos, qui curari, atq. emẽdari nequeũt, extrudere, atq; exterminare. Probũ enim hominẽ, & ad honeſtatem viuentem rationi obtemperatum eſſe inquiunt: improbum verò voluptatem affectantem, dolore afficiendum eſſe, perinde atque iumentum: & Concilium Lugdunenſe ca. exigit, de cenſibus, ait. *Exigit peruerſorum audacia, vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti: ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus*: quamuis non expedit, vt omnes leges pœnales ſint: aliquæ enim propoſitis præmiis, vel vtilitate ipſarũ ſeruabũtur, etiãſi pœnam nullam cõtineant. Vnde Plato 1. de legib. Cicer. & legib. de putãt eſſe perſuadere legis non autem omnia vi, & minis cogere, & Diodorus lib. 1. Biblith. leges Barbarorum reprehendit, quòd magis punire, quàm docere videantur: & Xenophon 1. de vita Cyri, Perſarum inſtituta plurimùm laudat, quòd non vt cæteri, de pœnis ex lege conſtituendis ſolliciti ſint: ſed magis cauent, ne qua apud ipſos crimina perpetrentur.

*Horat in epiſt.*

*Cur pœna legibus addãtur*

2 *Satus quæſtionis Legiſlator poteſt ad pœnam obligare in conſcientia.*

Nec dubitamus, quin legiſlator, quando aliquid ſub pœna ſtatuit, ſi velit in cõnſcientia ad id obligare, poſſit: Nam ſine impoſitione pœnæ poſſet in conſcientia ad id obligare: cõſtitutio autem pœnæ hanc non eripit poteſtatem: ergo ſtatuendo pœnam poteſt obligare ad culpam, & ſi id exprimit, obligatio erit certa: imò etiamſi id non exprimat, ſed tantùm ſe tota ſua poteſtate & auctoritate vti velle: Nam cùm poſſit ad culpam obligare, ſi vult vti plenè, & integrè ſua auctoritate, eo ipſo obligabit ad culpã. Solùm eſt dubiũ, an cùm non ſe explicat, credendum ſit, non velle obligare ad culpã, ac proinde re ipſa nõ obligare.

3 *1. Opinio Nauarri.*

Nauarrus c. 23. n. 55. & ſeqq. ait, leges humanas, etiam præcipientes, præſertim ſæculares, quæ pœnam temporariam conſtituunt, & non ſupponunt æternam, vt quæ excommunicationem imponũt, de quo Nauarrus n. 53. in dubio ad æternam pœ-

A nam, ſeu ſub peccato mortali nõ obligare, id eſt, ſi aliunde non conſtet, legiſlatorem ad æternam pœnam, ſeu ſub peccato mortali obligare velle. Probat primò, quia Imola repet. c. cùm contingat de iure iuran. col. 17. Felin. c. 1. de ſponſal. num. 18. Caietanus verbo, clericus §. Verum, & verb. ieiunium §. quoad quartum, & alij tenuerunt, leges humanas non obligare ad mortale, ſecluſo contemptu, & ſcandalo, quod etiam docuit Calderinus apud Panormitanum rubrica de obſeruatione ieiun. licet à Nauarro non citetur. Vide etiam relatos diſputat. 10. ſect. 8. in principio. *1. Arg.*

Secundò, quia in dubio benignior interpretatio facienda eſt, & lex explicari debet de minori pœna, B cap. in pœnis 49. de regul. iur. in 6. & cap. pœnæ de pœnit. diſp. 1. & l. ſi præſes, l. interpretatione, ff. de pœnis. Tertiò, quia qui ex duobus propoſitis alterum tantùm affirmat, alterum negare videtur, l. cùm prætor, ff. de iud. cap. nonne, de præſumptio. ergo legiſlator (qui ad pœnam temporalem, & æternam poteſt obligare) ſi ſolius temporalis meminit, non videtur intendiſſe obligare ad æternam, vt dixit Matthæus Mattheſillanus in ſuis ſingularibus, notab. 78. cuius hac in parte doctrinam mirabilem appellat Decius, cap. C nam concupiſcentiam, in 2. lectura n. 22. Quartò, quia conſuetudo antiqua ita videtur interpretari, præſertim leges ſæculares, de quarum trãſgreſſione non conſueuit fieri ſcrupulus cõnſcientiæ, neque à doctis, neque ab indoctis, neque à pœnitẽtibus, neque à confeſſariis, neque ab aliis cuiuſuis conditionis, ordinis, vel ſexus hominibus, niſi cũ per eas etiam lex diuina, naturalis, aut reuelata, aut lex canonica perfringeretur. Quintò, quia gẽtiles legumlatores de pœna æterna nihil curarũt, & pauciſſimi ſæculares ex Chriſtianis reperientur, qui dicant ſuam intentionem, quando leges D ferunt, pœnam tẽporalem ſtatuendo, eſſe ad æternam obligare, ad quam diuina, vel naturalis non obliget: actus autem agentium non operantur vltra eorum intentionem, l. non omnis, & l. ſiquis nec cauſam ff. ſi certum petatur, & l. in agris ff. de acqui. rerũ dominio. Sextò, quia lex purè pœnalis non obligat in conſcientia, vt tenet Caſtro, & alij citandi: ergo nec mixta: Nam eadem ratio videtur de vtraque. Septimò, fruſtrà fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora: ſed vt leges ſeruẽtur, & prouideatur bono communi, ſufficit ſtatuere pœnam temporalem: ergo fruſtra adhiberetur æterna. Octauò, ex Nahum 1. *non conſurget duplex* E *tribulatio*, ſeu *non iudicat Deus bis in idipſum*; ergo cui imponitur pœna temporalis, non eſt infligenda æterna. Nonò, quia durum, & inhumanum eſt, velle obligare ad pœnam æternam: ergo non eſt credendum, de humanis legiſlatoribus. *2. Arg.* *3. Arg.* *4. Arg.* *5. Arg.* *6. Arg.* *7. Arg.* *8. Arg.* *9. Arg.*

Pro hac opinione, quatenus ait, legem pœnalem non obligare in conſcientia, Couarruias reg. peccatum, part. 2. §. 5. nu. 2. citat Ludouicum Gomez,



Digitized by Google

cap. 2. de conſtit. in 6. num. 60. Cœpollam conſilio Ciuili 13. col. 2. Decium cap. nam concupiſcentiam lectura 2. de conſtitutio. Matheſellum ſuprà, & ait à plerìſque probari auctoritate Hoſtienſis, & Ioannis Andreæ, cap. relatum de cleric. non reſidentibus: qui idem tenent, & eos ſequuntur Iaſon, l. 2. num. 143. C. de iure emphyt. & §. item ſiquis poſtulante num. 78. Inſtitut. de actionibus, & alii, cap. inuentum 16. quæſt. 7. & c. cognoſcentes, de conſtitutionibus. Hanc opinionem appellat Sotus 1. iuſt. q. 6. ar. 5. errorem vulgi putantis, cum ſua pœna licere cuilibet legem transgredi. Declarat autem Nauarrus cap. fraternitatis 12. quæſt. 2. num. 23. neminem Canoniſtarum aſſeruiſſe, legem pœnalem nō poſſe obligare ad culpam, etiamſi pœnam temporariam imponat, ſed de facto non obligare, niſi in ipſa lege ſit expreſſum: quod rarò, vel nunquam fit: & in illo capit. 23. num. 57. intelligit, etiamſi lex ſtatuat grauiſſimam pœnam, etiam vitæ, modò alia lex prior non iubeat idem ſine pœna.

5 Huic ſententiæ fauet Valentia, diſputat. 7. q. 5. pun. 6. poſt 6. ſignū, 5. alterū ſignū vbi ait, Alterum ſignum, ex quo poſſit colligi legiſlatorem non velle obligare in conſcientia ſub mortali, ponitur à Nauarro cap. 23. num. 55. & ab aliis valdè probabiliter, ſi videlicet legiſlator ciuilis, aut etiam Eccleſiaſticus apponat aliquam pœnam, tantùm temporalem, neque aliunde ex aliquo certo ſigno conſtet, ipſum voluiſſe ſimul in conſcientia per eiuſmodi legem pœnalem obligare ſub peccato mortali, atque adeò ad pœnam etiam æternam. Tunc enim, vt Nauarrus ex communi exiſtimatione populi, & multis aliis rationibus, & auctoritatibus probat: poſſunt ſibi homines perſuadere, legiſlatorem tantùm ad illam temporalem pœnam obligare voluiſſe, quam ſolam expreſſit: putās nimirum eam pœnæ comminationem, fore ſatis ad deterrendum ſubditos ab eo, quod prohibetur. Et quidem, quòd ad legiſlatores ſæculares attinet, minùs videtur de probabilitate huius ſententiæ dubitandum, cum illi, vt Nauarrus etiam notat, rarò intendāt obligare in conſcientia. Itaque cùm aliud non explicant, videntur agere ſolùm de pœna temporali: quod autem attinet ad Eccleſiaſticos legiſlatores, cùm illi poſſent, & ſoleant comminari ſpiritualem pœnam: ſi tantùm temporalem pœnam ſtatuāt, iudicium etiam eſſe videtur, quòd ad eum tantùm obligare velint, præſertim cum odia ſint reſtringenda. Multa alia ad defenſionem, & probationem huius ſententiæ ſubiungit ibi Valentia putans cum Nauarro ſuprà num. 56. nihil referre, quòd lex ſit purè pœnalis, vel mixta, ſed pari probabilitate de vtraque dici poſſe, non obligare in conſcientia, niſi id legiſlator expreſſerit.

*Valen.*

6 Et magis fauet Menchaca 1. controuerſ. ca. 29. dicens, principes ſæculares nec velle, nec poſſe ſuis legibus, vel præceptis obligare ad pœnam æternam, ſeu in conſcientia: & in hoc recipit ſententiam Gerſonis aſſerentis, leges humanas non obligare ad pœnam æternam. Probat, quia principatus ad metam ciuium vtilitatem ordinatur, nec vllus, modò ſanus, id negabit, quin ipſis ciuibus pernicioſiſſimum eſſet, ſi leges, vel præcepta illa ad mortem æternam obligarent, & conuerterentur, contra l. quòd fauore, ff. de legibus, l. non ideò minus C. de procuratoribus, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat. Deinde, quia vt arbiter, qui habet iuriſdictionem ex commiſſione, & conceſſione collitigatorū, ſi ipſi collitigatores eius pręceptis nō pareant, eos punire non poteſt, niſi intra terminos, & menſuram ſibi ab eis commiſſam: & ſic ad eam pœnam tenentur, cui ſe ſubdiderunt, l. cùm antea, cum ibi notatis C. de arbitris: ita quoque Princeps, cui ſe populus commiſit, nec aliunde habet iuriſdictionem, non poteſt ciues punire vltra terminos, & menſuram iuriſdictionis ſibi à populo datæ, vt fusè ſuprà oſtendimus & tradunt omnes Doctores per tex. ibi l. fin, ff. de iuriſd. omni. iudic.

*Menchac. 1. Dictum.*

*1. Arg. pro 1. dicto. Leges humanæ non obligant ad pœnam æternam.*

*2. Arg. Habens iuriſdictionem ex cōceſſione collitigantium, non poteſt eos punire vltra terminos ſibi præſcriptos.*

Tertiò, quia omnis poteſtas eſt propter vſum, vt tradit Sotus 4. iuſt. quæſt. 4. art. 2. ſed Princeps ſæcularis non poteſt infligere pœnam æternam: ergo nec eam imponere; quia ad hoc nec à Rep. nec à Deo media Rep. accepit poteſtatem: vt arbiter non poteſt vltra poteſtatem ipſi cōceſſam mulctare collitigantes, qui illi non parent. Cui exemplo ſimillimum eſt, quòd in §. fin. inſt. de verbor. oblig. qui aliquid ſe facturum, etiam per ſolemniſſimam ſtipulationem promiſit, cùm ad factum præcisè compelli non poſſit, ſecundùm communem opinionem l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus per tex. ibi ff. de verb. obligatio. l. ſi quis ab alio §. fin. ff. de re iud. ad id quod ſtipulatoris intereſſet dumtaxat condemnandus eſt eſt, & id ſolùm tenetur præſtare per dict. §. fin. inſt. de verb. oblig. Vbi Iuſtinianus conſuluit, vt pœna pecuniaria promitteretur, ſi aduerſus illud factum promiſſum quid fieret, ſignificans planè, quòd præterea pœna æterna nulla manet: ergo idem in lege.

Secundò, dicit legem pœnalem in dubio nunquam obligare in conſciētia, etiamſi lex ſit Eccleſiaſtica: quia legum latores tantùm intendunt, vt vel ſubditi legi pareant, vel pœnam ſoluant, itaq. ea obligatio eſt alternatiua, & diſiuncta, non copulatiua & coniuncta, & ſoluta pœna aufertur facti obligatio, iuxta ſimile in l. ſi pacto, quo pœnā. Vbi communiter Doctores C. de pactis, imò tantùm abeſt, vt legiſlator humanus ſubditos ſuos ſub pœna æterna obligare voluiſſe videatur, quòd potiùs omni cura, diligētia, ſtudio, & conatu proſpicit, ne eorum animæ illaqueentur, & omnium legiſlatorum talem eſſe animum, præſumendum eſt, l. quæ ſub conditione in princ. ff. de conditio. inſtit. Vnde tenendum eſt, in dubio, nec legem Eccleſiaſticam pœnalem obligare in conſcientia, ſiue pœna expreſſim ſit definita, ſiue non: quia legis tranſgreſſor ſemper manet arbitrio iudicis puniendus; quia intereſt Reip. vt qui ex contractu promiſit, ſe aliquid facturum, ſi id non faciat, teneatur ad intereſſe aduerſarij, licet ad principale factum præcisè non ſit obligatus ciuiliter, aut naturaliter, ita videntur ſentire omnes mūdi homines illiterati, quibus aſſentiendum: quia vox populi vox Dei: licet aliter communes ſententias ſequuti ſcripſerimus, 1. de ſucceſſio. progreſſ. in præfatione num. 88. inquit, Menchaca, qui latè rem proſequitur.

*2. dictum.*

*Legiſlator ſæcularis omni ſtudio proſpicit, ne ſubditorum animæ pœnis æternis illaqueentur.*

Sed ex ſuperioribus patet, erroneum, aut fortè hæreticum eſſe dicere, leges ciuiles non obligare, nec poſſe obligare in conſcientia, nec argumenta illius vim vllam habent: quia primò, occurrimus dicendo, ſæpe expedire populis 7

*Auctor.*

*Ad 1. arg.*

Digitized by Google

*Manchaca pro 1. dicto.* pulis, vt leges ſæculares quemadmodum diuinæ, & Eccleſiaſticæ obligent ſub pœna æterna: nam eius metu vitãtur legum tranſgreſſiones, licet non ſemper omnes.

*Ad 2. & 3. arg.* Ad ſecundum autem, & tertium reſpondeo, Remp. ex natura rei, & à Deo, vt naturæ auctore habere poteſtatem obligandi, quia illam poſtulat commune bonum: & ſic intelligitur id Prouer. 8. *Per me reges regnant &c.* Vnde quod Caſtro. 1. de lege pœnali cap. 4. dixit, Prælatos Eccleſiæ à Deo habere facultatem obligandi ſub pœna æterna, dicendum ſuo modo de ſæcularibus: licet neutri poſſint eam pœnam exequi. ſed Deus ipſe. De ſecundo autem dicto Menchacæ; quod pertinet ad ſolã legem pœnalem, dicam ſtatim.

8 *2. opinio. Leges pœnales ſunt in duplici differentia.* Secunda opinio ait, leges pœnales eſſe in duplici differentia: Nam quædam ſunt mixtæ: continẽt enim duas partes: alteram, quæ ſimpliciter aliquid præcipit, vel prohibet: alteram, quæ violanti præceptum pœnam ſtatuit, vt in capit. omnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſſion. Primò præcipitur confeſſio ſemel in anno: deinde præceptum hoc tranſgredienti imponitur pœna, ſimiliter in Pragmatica frumentaria &c. Aliæ ſunt leges purè pœnales, quæ ſub hac forma cõſtituuntur, qui fecerit, vel omiſerit hoc, ſoluat, vel patiatur illud, &c. vt l. 2. C. de mendicis validi lib. 10. ſtatuitur pœna in mẽdicantes ex otio, vel cupitate citra egeſtatem. Ait ergo hęc opinio, leges mixtas obligare in conſcientia, & ſub peccato, ad ſui obſeruationem, non verò purè pœnales: ita Caſtro 1. de lege pœnali cap. 8. 9. & 10. Angelus verb. inobediẽtia, §. 1. & Henricus Eſelthe, ſi credimus Caſtro ſuprà, qui etiam citat Caietanum, ſed malè 1. 2. quæſt. 187. art. 5. Nauarrum, & Angelum ſuprà, & Silueſtrum verbo inobediẽtia, in fine, & Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 4. Vazquez infra. Hanc opinionem tribuunt Henrico Gandauenſi quodlib. 3. quæſt. 22. Sed re vera potius tenet tertiam opinionem, vt notat Sayrus lib. 3. cap. 9. num. 6. cum Caſtro ſuprà. Et eodem num. 7. Sayrus tertiam ſententiam tribuit Driedoni: quem malè aliqui pro hac citant, vt & alios.

Pro hac ſententia eſt, quòd lex purè pœnalis nihil ſtatuit, niſi pœnam: ergo ſolùm obligat ad pœnam: vt homo per votũ purè pœnale ſolùm ſe obligat ad pœnã. Huius opinionis videtur Vazq. diſp. 159. cap. 2. & 3. Vbi ait, has leges purè pœnales non eſſe propriè leges, niſi fortè reſpectu iudicũm, qui tenentur pœnam infligere, & hanc ſententiam tribuere videtur Couarruuiæ, Ioanni Medinæ, & Driedoni, qui tamen communiter, & bene pro ſequenti referuntur.

9 *3. opinio. Leges purè pœnales non obligant in conſcientia, ſi legiſlator id expreſſè declaret.* Tertia opinio ait, leges etiam purè pœnales ſimpliciter latas, obligare in conſcientia, niſi legiſlator expreſsè declaret, non eſſe intentionis ſuæ ſic obligare, vt in aliquibus religionibus declaratur, Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 4. & 5. Couarruuias reg. peccatum part. 2. §. 5. nu. 2. & ſeqq. Medin. quæſt. 96. artic. 4. dub. 3. & communiter recentiores ibi Syl. verbo inobedientia in fine, ſeu num. 3. & citat Geminianum, & Gloſſam, Archidiaconum c. vt animarum de conſti. in 6. Innocen. cap. quod ſuper his, de voto, Ioannem Andream ca. relatum, ne clerici vel Monachi, Gemin. cap. vt animarum, de conſtit. in 6. & ca. perpetuò, de electio. in 6. & ibidem Syl. refert ſe ad alia loca, vbi idem docet, idem Victo. relect. de poteſt. ciuili num. 16. Ledeſma 2. 4. quæſt. 17. art. 2. dub. 6. Adrian. quodlib. 6. art. 1. con. 2. Præpoſit. cap. perpetua de elect. in 6. Franc. ibidem, & cap. commiſſæ eod. tit. & lib. Decius in 1. lectu. cap nam concupiſcentiam, de conſtit. Ioannem Medinam C. de reſt. quæſt. 3. poſt 5. requiſitum, & quæſt. 36. ad 2. & ca. de ieiunio quæſt. 7. Caietan. 2. 2. quęſt. 169. cap. 2. ad 2. dubiũ, Palac. 3. dict. 37. col. 28. & 29. Armil. verbo inobedientia §. 2. Vbi diſtinctionem illam de lege purè pœnali & mixta, vt & Syl. ſuprà inutilem arbitratur, & vtramque obligare in conſcientia. Pro hac etiam ſententia eſt Panor. Rubr. de obſeruat. ieiunij, Maior 3. d. 37. quæſt. 16. Sayr. lib. 3. cap. 9. num. 7. & ſeqq. Henric. Gandauenſis quodlib. 3. quæſt. 22. Driedo de libertate Chriſtia. cap. 10. poſt 2. propoſ. Angon. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Salon tom. 2. quæſt. 77. art. 1. contro. 7. & 8. Vitaldus 4. part. candelabr. cap. 9 num. 8. in fine Philiarch. de offic. ſacerd. part. 2. lib. 3. cap. 2. con. 4. Toletus li. de peccat. ca. 20. dub. vlt. Rodriguez tom. 1. ſummæ ca. 195. Corona. part. 1. cap. 1. num. 33. poſt 4. concl. reg. 2.

Dico primò, lex pœnalis ſaltem mixta obligat in conſcientia ad mortale, vel veniale iuxta qualitatem materiæ: oppoſitum cum multis recentioribus doctiſſimis cenſeo improbabile, quòd vt vidimus, errorem vulgi appellauit Sotus, & Couarruuias ſuprà, num. 2. ait iure defendi non poſſe, præterquam quòd ſi verum eſſet, ferè tota humanarum legum vis periret, parumque vtilis eſſet legumlatorum cura, & diligentia, & pœna, quã ipſi legum conditores ad maiorem earum vim addidere, eas imbecillimas redderet. Probatur primò, quia lex humana etiam laica poteſt obligare per ſe ad culpam, ſiue ſolam, ſiue ſimul cum pœna, vt omnes aduerſarij præter Menchacam fatentur: cur enim ſub peccato poterit obligare ad ſuſtinendam pœnam, & non ad id faciendum pro cuius omiſſione imponitur pœna? Aut cur non poterit obligare ſub peccato ad vtrumque, cum iſtæ obligationes non ſint contrarię, aut incompatibiles? id verò intendere legiſlatores communiter, & non contrarium, patet, quia mirum eſſet (vt ait Couar.) legis conditorem, qui pœnam addidit legi ad eius maiorem vim, & executionem, velle legem imbecilliorem ad hæc efficere, auferendo ab ea obligationem in conſcientia. Confirmatur cum Caſtro: Nam inducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. l. legata inutiliter, ff. de adimẽd. leg. l. nõ ideò minus C. de procur. l. quod fauore. ff. de legib. & Bernardi, *quod pro charitate inſtitutum eſt, cõtra charitatem militare non debet:* Sed pœna imponitur, vt ſeruetur lex, iuxta Iſidorum 5. etymol. cap. 21. relatum cap. factæ ſunt leges, diſt. 4. ergo non debet excludere obligationem in conſcientia, ſine qua tantùm ſeruaretur, cùm pœna timeri poſſet; Violaretur autem in aliis euentibus, in quibus pœna timeri non poſſet, vel homines periculum pœnæ contemnerent. Secundò, quia appoſitio pœnæ potiùs indicat obligationem ad culpam: nam pœna propriè dicta ſemper imponitur propter culpã: in his autem legibus non ponitur pro culpa aliena: ergo pro culpa propria. Vnde D. Thom. 1. 2. qu. 87. art. 3. & 2. 2. quæſt. 108. art. 4. Docet, pœnã non infligi niſi ob culpã, & licet hoc art. 4. ad 2. loquẽs de pœna latiùs ſumpta excipiat aliquos caſus, in quibus homo pati debet pœnã ſine propria culpa

HH 3

tamen in illis non includitur iſte, de quo loqui- A mur, quin potiùs ibidem ait D.Thomas, nunquam ſecundùm humanum iudicium aliquis debet puniri ſine culpa pœna flagelli, vt occidatur, mutiletur, vel verberetur. Confirmatur: quia pœna, vt iuſta, ſupponit culpam, Leuit. 18. & Deut. 25. *Iuxta menſuram delicti, erit & plagarum modus.* Item ſignificatur in 2. de conſtit. in 6. & c. non afferamus 24. quæſt. 1. Vnde Auguſtinus 1. retract. c. 9. *Omnis pœna, ſi iuſta eſt, peccati pœna eſt: & ſupplicium nominatur.* Ideò culpam & pœnam correlatiua eſſe dixit Gerſon, de vita ſpirit. lect. 1. Imò & ex aduerſariis ipſe Caſtro 1. de lege cap. 3. Vnde Auguſtinus 4. ciuit. cap. 3. iuſtis quidquid malorum ab iniuſtis dominis irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen, & ſanè quamuis pœnæ pecuniariæ & corporales leues poſſint ſine culpa imponi à legiſlatoribus nolentibus obligare ad culpam, ſed ad ſolas eiuſmodi pœnas, quæ latè tantum tūc dicerentur pœnæ: tamen mors, & mutilatio, & aliæ eiuſmodi, non poſſunt ab hominibus infligi ſine graui culpa, vt modò ex D. Thoma referebamus, & ideò, in ſuperioribus vt vidimus, indicat obligationem ſub mortali, quod etiam docuit Ioannes Medina C. de ieiunio quæſt. 7. & Couarruuias num. 3. addens, ſic & Scotus, 4. dict. 1. quæſt. 6. annotauit in lege Moſaica nunquam ſtatutam pœnā mortis, niſi pro tranſgreſſione mortali: & profectò iniquam cenſerem humanam legem, quæ pœnam mortis, aut mutilationis imponeret, pro trāſgreſſione alicuius legis, quæ ob publicum, leue tamen incōmodum non eſſet digna mortali culpa: tametſi fatear poſſe legiſlatorem humanum aliquid prohibere graui appoſſita pœna, & tamen expreſsè inſinuare ſe nolle obligare tranſgreſſorē ad mortalem culpam: hæc Couarruuias. Confirmatur, quia excommunicatio, quæ dicitur mors ſpiritualis cap. 2. de Maior. & obed. vt omnes interpretantur, teſte Nauarr. ca. fraternitas 12. quęſt. 2. num. 20. non poteſt imponi niſi pro peccato mortali, ergo nec mors corporea, quæ maior pœna eſt: quia inducit damnum irreparabile.

*Numquam quis debet puniri ſine culpa.*

*Excommunicatio mors ſpiritualis dicitur.*

12 Tertiò probatur: quia ſcriptura, & patres paſſim damnant violatores legum humanarum, etiam ſæcularium, quæ tamen ferè omnes ſunt pœnales: ergo etiam harum violatio peccatū eſt. Vnde Auguſtinus ep. 166. & refertur ca. Imperatores 11. q. 3. inter homines pœnas luet, & apud Deum ſortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipſa veritas iuſſit. Ad id eſt c. perpetuæ, & cap. commiſſæ, de lect. in 6. & Rom. 13. *non ſolùm propter iram, ſed etiā propter conſcientiā.* Vbi vides coniungi obligationem culpę & pœnæ: & ridiculū eſſet dicere, has duas obligationes coniungi, quando pœna non taxatur, ſecus quando taxatur: nihil enim ad hoc refert, quod pœna taxetur, vel arbitrio iudicis relinquatur, vt bene dixit Menchaca ſuprà: ergo ſi quando arbitrio iudicis relinquitur, obligatio ad ipſam eſt ſimul cū obligatione ad culpam. Idem erit quando per legem taxatur pœna. Confirmatur: nam ſi priùs non deſignaſſet pœnam, lex obligaret in conſcientia. Sed ſequenti additione pœnæ non tollitur talis obligatio: ergo vtraque manet ſimul. Cur ergo non concedemus ſæpe vtramque imponi, & incipere ſimul? Confirmatur etiam, quia iſtæ obligationes in lege diuina, poſitiua coniunguntur: ergo & in humana, quæ diuinam ſolet imitari, cō-

*3. Prob. Scriptura & Patres violatores legū humanarum paſſim damnant.*

iunguntur. Antecedens patet Gen. 2. *de ligno ſcientia boni & mali ne comedas: in quacumque die comederis, morte morieris*, ſcilicet temporali: ad idem eſt Leuit. 18. & 20. Vbi ſub pœna mortis prohibentur in matrimoniis quidam conſanguinitatis & affinitatis gradus. Confirmatur etiam exemplo Toleti & Sayri, nam cap. fin. de celebr. miſſarum præcipitur, ne Latinus in occidētali Eccleſia conſecret in fermentato, & ſtatuitur pœna priuationis officij & beneficij.

Dico ſecundò, etiam leges, quæ ex forma ſua, & 13
vi verborum nihil videntur ſtatuere, ſed tantùm imponere pœnam, vel quaſi pœnam, obligant in conſcientia ad aliquid, præter paſſionem, vel ſolutionem pœnæ aut quaſi pœnæ, ita tenet tertia ſententia, pro cuius declaratione nota. Si de pœna B propriè dicta ſermo ſit, nullam legē, quæ ad mores aliquos obliget in conſcientia, eſſe purè pœnalem propriè loquendo. Item nullam propriè loquendo eſſe poſſe pœnalem, quæ ad mores non obliget in conſciētia, vel ſupponat obligationem: quia pœna propriè loquendo ſemper reſpondet culpę, & ideò implicat in adiecto, quod lex ſit purè pœnalis, id eſt imponens veram pœnam, non obligando ad culpam: nec ſupponendo culpam: & ſic reiicienda omninò eſt diſtinctio legis in purè pœnalem, & mixtam, vt reiiciatur à Syluestro, Armilla, Soto, Nauarro, & Valentia, ſed ſi nomine legis purè pœnalis intelligatur lex, quæ ſolam pœnam ſtatuit, præſertim C latè dictam, nihil in moribus ſtatuendo, ſed ad ſummum ſupponendo obligationem, inductam alia lege naturali, vel poſitiua, admittenda eſt prędicta diſtinctio cum Hērico (qui tamen non vtitur his verbis) cum Caſtro 1. de lege cap. 9. Sayr. lib. 3. cap. 9. num. 3. Mercado de contract. lib. 3. ca. 10. Salon, 2. 2. tom. 2. quæſt. 77. art. 1. controuer. 7. Philiarc. part. 2. ſummæ lib. 3. c. 2. conclu. 4. Rodriguez, tom. 1. ſummæ ca. 195. con. 1. licet autem hæc diſtinctio in hoc ſenſu ſit admittenta in ſe, non tamen eſt admittēda ad rem, de qua agimus; ita vt omnes leges, quæ ex forma, & vi præciſa verborum videntur purè pœnales, re vera ſint purè pœnales, & non obligent, nec ſupponent obliga- D tionem ad mores aliquos: ſed dicendum eſt, has leges, vel ſupponere aliquam obligationem, vel illam inducere, communiter loquendo ſaltem ex intentione legiſlatoris.

*2. Conc. Etiam leges quæ nihil videntur ſtatuere, ſed tantùm pœnam imponere, obligant in cōſcientia.*

Iam probatur concluſio. Primò, quia illa forma 14
legis ſignificat in legiſlatore animum imponendi veram pœnam: vera autem pœna ſupponit culpam: ergo animus legiſlatoris eſt, ſi aliàs non eſt obligatio, illam imponere.

*Prima proba. concluſionis.*

Secundò, quia ſi contraria ſententia vera eſſet, ferè tota vis humanarum legum periret, parumque vtilis eſſet legumlatorum cura, & diligentia bonis, *etiam, qui magis mouentur virtutis amore, quam formidine pœnæ*, aperiretur via ad E faciendas innumeras fraudes contra finem legum: nam magna pars legum fertur ſub illa forma verborum: quia legiſlatores ſimpliciter procedunt, & putant ſe ſub illa forma obligare: ergo ſi tunc leges non obligant ad opus, vel omiſſionem, cui adiungitur pœna, abſque timore culpæ, ignominiæ, & ſcandali, etiam boni tranſgredientur ſæpe legem, maximè ſi videant, ſe poſſe etiam aliqua via pœnam euadere, & ſic infirmæ erunt leges: quarum tamen vim per appoſitionem pœnæ roborare

Digitized by Google

borare nitebantur legiſlatores. Et quis dubitat, A quin ſi legiſlatores intelligerent illa forma non obligari homines in conſcientia, alia vterentur; ergo intendunt obligare in conſcientia, & ſic arbitrantur obligari ſubditos.

Tertiò, quando pœna talis eſt, quæ non poteſt incurri ſine culpa, vt excommunicatio, vel alia cẽſura, etiamſi legiſlatores vtantur illa forma, intendunt obligare ad culpam, vt etiam Nauarrus, & alij aduerſarij fatentur: ergo par eſt idem credere in aliis caſibus, quia cùm aliud non exprimunt, ſemper vt eorũ leges melius obſeruentur, intendunt obligare, quãtùm poſſunt, & vti planè, & integrè ſua poteſtate.

Quartò, quia non expedit bono communi, vt B pœnæ, quæ communiter ſtatuuntur in legibus, quæ ex forma ſunt merè pœnales, aut mixtæ, ſine culpa incurrãtur: ergo non poſſunt, aut certè non intendunt legiſlatores imponere, niſi poſita, vel ſuppoſita obligatione ad culpam. Antecedens probatur ex cap. ſatis peruerſum 56. diſt. vbi dicitur, *ſatis eſſe peruerſum, vt quis ſuis officiis priuetur, quem ſua culpa, vel facinus à ſuo gradu non deiicit.*

15 Idem notatur l. ſi prætor ff. ad leg. Aquil. Confirmatur primò, quia ſecluſa culpa, nulla res poteſt eſſe ſufficiens, vt quis omnium bonorum, vel magnę partis eorum confiſcationem patiatur, quando ea non ſunt neceſſaria ad bonum commune: ergo cùm leges imponunt hanc pœnam, C vel alias valde graues etiam temporales, obligant ad culpam, aut ipſam ſupponunt. Vnde Cicero 2. de legib. Omnia ſupplicia, quæ à legibus proficiſcuntur, culpæ, aut malitiæ vindicandi cauſa conſtituta ſunt, quod maximè habet locum in pœna mortis, vnde Iob 4. *Quis vmquam innocens periјt, aut quando recti deleti ſunt?* & Clemens, lib. 3. recogn. Certum eſt, quòd non aliam ob cauſam Deus, ſiue in præſenti, ſiue in futuro ſæculo peccatorem punit, niſi quia ſcit ipſum potuiſſe vincere; ſed neglexiſſe victoriam, & ſanè pœnam infligere eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ. Vnde Ro. D 13. Pet. 1. & 2. iudex vocatur vindex: ergo non imponitur, nec infligitur pœna, niſi ſuppoſita culpa. Ac proinde omnes leges pœnales obligant, vel ſupponunt obligationem ad culpam.

16 *Confir. 1.* Confirmatur, quandò in re alioqui non præcepta nec prohibita legiſlatores nòlunt obligare ad culpã, ſolent id exprimere in ipſa lege, vel in aliis, aut aliis modis id inducere: ergo cùm nihil horũ faciunt, intelligendi ſunt velle obligare ad culpã. Antecedẽs patet ex ſtatutis minorum, in quorum pro lege dicitur, vt refert Caſtro ſuprà, cap. 8. & Sayr. num. 7. *Nolumus per hæc, quæcumque noſtra ſtatuta ad peccati vinculum aſtringere, niſi aliàs per ius* E *diuinum, vel humanum fuerint aſtricti.* Et in ſtatutis Prædicatorum hæc habentur verba, vt referunt Caſtro, Driedo, & Sayrus, *Vt vnitati, & paci totius ordinis prouideamus, volumus & declaramus, vt conſtitutiones noſtræ non obligent ad culpam, ſed ad pœnã, niſi propter præceptum, vel contemptum.* Item Caſtro & Sayro referũt Bullam Eugenij IIII. quæ incipit. *Ordinis tui*, vbi declarauit nihil eorum, quæ in prima regula S. Claræ continentur, obligare ad culpam præter quinque illius regulæ vota, quæ ſunt de paupertate, caſtitate, clauſura, & Abbatiſſæ electione, aut depoſitione; & idem declarauit 2. reg. per Vrb. VI. eiſdem religioſis S. Claræ data, & in ordine Caſinenſi, aliàs S. Iuſtinæ de Padua, Eugenij IIII. in priuilegio quodã incipiente, *Regularem* vitam agentibus anno 436. pridie Kalend. Iulij declarauit, quod conſtitutiones capituli generalis, Præſidentis, Viſitatorum, & Rectorum obligant perſonas eis ſubiectas, ſed non ad peccatum, niſi per contemptum appellatione promota, vt refert Sayrus ſuprà: ſimilia referunt D. Thom. 2. 2. quæſt. 86. art. 9. ad. 1. Nauarrus cap. 23. num. 49. & 51. & ſeqq. Soto 1. iuſtit quæſt. 6. art 4. & 5. Palacius, Medic. Arag. Vazquez ſuprà, Syl. verb. lex qu. 8. & 9. verb. præceptum quæſt. 2. & 3. & v. inobedientia, Angel. verb. lex §. 3. Armil. 4. & fere omnes adducti pro ſecunda, & tertia opinione, gloſſ. cap. 3. & cap. per venerabilem, qui filij ſint leg. Panor. ibi & cap. tua de ſponſalibus, & in noſtra Societate I E S V, conſtitutiones declarant, ſe ad culpam non obligare, ob quod Medina, Salon, Aragon, & Soto ſuprà dicunt, eiuſmodi religioſa ſtatuta, & conſtitutiones non eſſe propriè leges, idem cum eiſdem & Caſtro 1. de lege cap. 8.

*In regula S. Claræ quæ obligent ad culpam.*

*Irregularitas quædam non eſt pœna ſed indecentia.*

Docet Sayr. ſuprà, num. 14. de quo ſæpe in ſuperioribus dictum eſt, irregularitas autem bigamiæ, & homicidij liciti facti auctoritate publica, verè non eſt pœna, ſed indecentia, & inhabilitas quædam: & ideò ab illa non poteſt ſacerdos virtute Bullæ Cruciatę abſoluere: ſecus ab irregularitate, quæ eſt pœna, ſecundùm Medinam, & Aragon. ſuprà, Sotum in 4. diſt. 27. quæſt. 3. artic. 1. & alios multos, de quo in expoſitione Bullæ latè egimus.

*Decretum Cardinalium contra religioſos ingredientes monialiũ monaſteria ſub mortali obligat.*

Hinc decretum Cardinalium editum contra religioſos accedentes ad monaſteria monialium, vbi eſt in vſu, obligat ſub mortali: quia ponit pœnam priuationis officij, vociſque actiuę, & paſſiuę. Hinc etiam, vt notant Couarruuias ſuprà, nu. 4. & Sayrus nu. 10. ſub mortali obligant leges de non extrahendis equis de regno tẽpore belli, aut alio: & de non extrahendo frumento, vino, aut alia re ſimili, ne regnum maneat exhauſtum, & graue damnum patiatur: idem eſt, de aliis ſimilibus legibus pœnalibus.

## *Tertia Concluſio.*

*3. Concl. Leges quæ nõ ſunt propriè pœnales, ſed conditionales quomodo obligent.*

17 SVnt verò aliæ leges pœnales, quæ non ſunt propriè pœnales, ſed conuentionales, ſeu potiùs conditionales, & modales, in quibus aliquid ſolùm permittitur, aut conceditur alicui eo pacto, modo, & conditione, vt deprehẽſus in aliquo opere ſoluat certam quantitatem pecuniæ, vel amittat inſtrumenta, aut merces. In hac conueniunt omnes auctores primæ & ſecũdæ ſententiæ, Henricus, Angelus, Driedo, Couarruuias, Ioan. Medina, Vazquez, & alij auctores E tertiæ ſententiæ, etiam Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 5. in fine, ſeu ad 3. & alij communiter, quos ſequitur Sayrus ſuprà, num. 11. Vbi ait, ſi lex dicat, qui frumentum è regno euexerit, illud perdat, aut talem luat pœnam: qui lignum in nemore ceciderit, tali puniatur pœna: inducere obligationem culpæ & pœnæ, quòd etiam expreſsè dicit Sotus: ſi autem dicat, qui vult euehere frumentum, tantùm ſoluat, qui vult in nemore ligna cedere, tantum contribuat: aut dicat, non cædat ligna, vel ſoluat &c. non inducere obligationem in conſcientia: quia lex illa non eſt propriè pœnalis. Sed conceditur euectio frumenti, vel ceſſio lignorum cum illo onere, & conditione in frenum, ne res illa paſſim à quocumque, & pro libito fiat, vel vt

fiat cum communi bono, vtilitate, & commodo Reip. cui pecunia illa cedit.

18 Quod credo eſſe verum ſæpenumerò, etiamſi lex iniungat aliquid nomine pœnæ: nam ex fine legiſlatoris, & qualitate materiæ colligitur, non appellari pœnam propriè, ſed latè: quia ea lex non vult impedire omninò actum, ſed nimiam licentiam frænare, ne magna ſtrages fiat in montibus, ſyluis, paſcuis, &c. Vel ex illis bonis excerpere aliquam vtilitatem pro communibus expenſis, & ſumptibus, eodẽ modo: quamuis Sotus dicat hanc legem, ſi quis mula equitauerit, illam perdat, obligare in conſcientia ad non equitandum mulam, credo non obligare in conſcientia. Idem de pragmaticis veſtimentorum, & de legibus regiſtrandi mulas (vt vocant) & quamuis aliqui dicant, quãdo duo regna ſunt ſub eodem rege, leges prohibentes tranſitum mercium ab vno regno in aliud ſub certa pœna, ſolùm obligare ad pœnam: ſi verò sũt ſub diuerſis regibus, obligare etiam ad culpam. Tamen credo eandem eſſe rationem in vtroque caſu, etſi tranſitus ſit in damnum regni, ex quo extrahitur, obligare ad culpam, alias verò ad ſolam pœnam latè ſuptam: & Sotus ac Sayrus ſuprà fatentur principem poſſe intẽdere, vt illa extractio non ſit prohibita, ſed potiùs permiſſa cum obligatione tamen ad pœnam. Similiter leges vel ſtatuta de non importandis ſimpliciter, vel tali tempore mercibus in ciuitatem, ſic interpretatur conſuetudo, vt ſolùm obligent ad pœnam, in quo aſſentimur Nauarro cap. 23. num. 53. & 61. & Valentiæ ſuprà.

*Quæ leges obligent in conſcientia, prohibentes tractionem ex vno regno in aliud.*

19 Vnde Medina quæſt. 96. ar. 4. & multi recentiores dicunt, ſtatuta, quibus cauetur ſub certa pœna, ne opidani cædant communem ſyluam non obligare in cõſcientia; idem dicunt de legibus ſic prohibentibus venationem propriis ciuibus. Imò quidam hanc doctrinam extendunt ad cædentes vel venãtes in nemoribus, vel fluminibus alienæ communitatis, vel priuatorum dominorum, quãuis aliqui limitent, vt ſi venatio, vel piſcatio certis temporibus, vel inſtrumentis fieri prohibeatur, quia talibus inſtrumentis multi piſces capiuntur, vel quia tali tempore multiplicari ſolẽt, obligare ſub veniali, quia cędit in aliquod detrimentũ communitatis, licet non magnum: & Azor ſuprà ait, multarum legũ violatio non videtur mortalis, vt de lignis communibus non cædendis, de non venando, aut piſcando, de non paſcendis pecoribus in communibus Reip. paſcuis, de non ferendis noctu armis, de non vtendo his, vel illis veſtibus, vel pompa funebri, &c. Valentia etiam illo cap. cap. 2. & 3. ait in ciuitatibus, & oppidis plures ordinationes eſſe circa Syluarum, & paſcuorum cuſtodiam, quæ ſolùm ad pœnam obligãt conſuetudine ita interpretante. Addit de iis, qui paſcunt oues in alienis pratis, & ſcindunt ligna in alienis ſyluis, & nemoribus, dicendum eſt, ſi populus contentus manet pœna, nec vlteriùs damni illati compenſationem exigit: tales conſtitutiones ad ſolam pœnam obligãt: ſi verò exigitur etiã damnum, ſignum eſt remittere noluiſſe illud, ſed deberi in cõſcientia. Intelligit de nemoribus, ſyluis, & pratis communitatum: Nam de priuatis alia ratio eſt: nunc ſatis ſit eiuſmodi leges non obligare in conſcientia ad abſtinendum ab illo, pro quo imponitur pœna. Medina ſuprà, quem alij iuniores ſequuntur, ait, ſtatuta commu- A nitatum de aliquo faciendo, vel omittendo, ſub certa pœna, non obligare ad culpam. Addunt aliqui recentiores, id verum eſſe, etiamſi confratres iurauerint ſtatuta ſeruare, quia iuramẽtum intelligitur de ſtatutis iuxta cuiuſque qualitatem.

*Quæ leges non obligent in cõſcientia iuxta Azorem.*

20 Quia igitur hæc ſtatuta ſolùm intendunt obligare ad pœnam, ſequitur eorum violatorem, ex vi iuramenti ſolùm obligari ad pœnam. Idem docẽt communiter Doctores in tractatu de voto, & iuramento, & ſumitur ex Clem. exiui de verbor. ſign. vbi dicitur, eum, qui vouit ſeruare certam regulam, & contenta in ipſa, ſolùm teneri ad obſeruationem eorum, quæ in ea continentur, iuxta cu- B iuſque qualitatem, ita vt ibi conditor regulæ intendit obligare ſub mortali, veniali, vel pœna, ſit obligatio ex voto, ſub mortali, veniali, vel pœna: ad alia verò non. Ergo idem dicendum eſt in iuramentis Cõfraternitatum, vniuerſitatum, & aliarum eiuſmodi cõmunitatum, præſertim cùm obligatio iurameti, ſecundũ D. Tho. 2. 2. q. 89. a. 8. minor ſit quàm voti. Vnde quod ait Anto. de Padilla, li. de tranſaction. pag. 94. col. 3. n. 2. religioſos, in quorum regula continentur aliqua præcepta, ſub certa pœna tranſgreſſori impoſita, etiamſi regulæ obſeruationem iurauerint, non incurrere periculum, nec peccare mortaliter, ſed ſatis eſſe pœnam C in eos infligi, pro quo citat Hoſtienſem, Ioannem Andream, Iaſonem, Matheſilanum, Decium, & Gomezium, debet limitari, niſi ea pars regulæ, quam quis tranſgreditur, obligaret ad ſui obſeruationem ſub mortali: nam tunc etiam periurium eſſet mortale. Vnde bene Palacius 3. diſt. 37. qu. 7. in dubio poſt ſeptimam cõcluſionem ait, ſcholaſticum, cui præcipitur ſub pœna præſtiti iuramenti, vt vadat ad ſacra votiua, vel ad ſociandum feretrum defuncti ſcholaris, vel ad orandum pro eo, non eſſe periurum, quia eſt materia leuis, ſecus ſi Doctores, & Magiſtri Vniuerſitatis ſub pœna pręſtiti iuramenti conuocantur ad grauiſſima negotia tractanda, cõuenientia Vniuerſitati, maximè D qui poſſunt ſuo conſilio iuuare eius emolumẽta. Idem ſi particularis aliquis vocatur ad aliquid, maximè conueniens ſtudio generali, in quo poſſit ipſe operam ſuam nauare, deinde iuramentum promiſſoriũ in materia leui ſolũ obligare ſub veniali rectè docet Aragõ ſuprà & alij in materia de iuramento, 2. 2. qu. 89. art. 3. ergo licet quis iurauerit ſtatuta alicuius cõfraternitatis, vel communitatis, ſi illa ſolùm obligant ad pœnam, ipſe ex vi iuramenti ſolùm tenetur ad pœnam, ſi verò ſub culpa veniali, ipſe ratione iuramenti ſolùm tenetur ſub culpa veniali.

*Regulæ quæ obligant ſub mortali, vel non.*

*Iuramentum promiſſiorium in materia leui ſolum obligat ſub veniali.*

21 Quidquid autem ſit de aliis extractionibus, ex- E trahere aurum, ſeruum, aut equum ex hoc noſtro Caſtellæ regno, mortale videtur, quia pœnã mortis habet annexã, quæ pro ſola mortali culpa iuſtè infligi poteſt. Quamuis enim Valentia diſp. 7. q. 8. punct. 6. ſignum §. qui eod. loco: Satis probabile putet, quod ait Nauarrus, c. 23. n. 57. & 58. legem pœnalem non obligare ad culpam mortalem, quantumlibet pœna temporalis ſit magna: nam multis Imperatoribus laudi datũ, eſt quòd propter minimum furtum, aut aliquam aliam culpam, nõ mortalem, milites vel ſubditos affecerint extremo ſupplicio, ad exemplum meritò reiicitur. Vnde Vazquez ait, pœnam mortis non poſſe imponi, vel infligi, niſi ob grauem culpam tranſgreſſionis, quamuis enim in bello liceat occidere infantes, &

*Extrahere aurum, ſeruum, aut equum ex regno Caſtellæ mortale eſt.*

innocentes

Digitized by Google

*Infantes & innocentes in bello quando licet occidere.*

innocentes ob finem belli, nempe propter pacem, quando alio modo non poteſt victoria comparari, quia maius bonum eſt pax, & victoria de inimicis, quàm vita innocentum: tamen nulla conſtitutio fieri poteſt ſub pœna mortis abſque vlla obligatione ad culpam. Idem ait de pœna mutilationis. Vnde Doctores cõmuniter aiunt, pœnam mortis, & mutilationis eſſe ſignum obligationis ſub peccato mortali. De pœna autem pecuniaria, vel etiam alicuius infamiæ, vel flagellationis, putat imponi poſſe ſine culpa: nam probabilis opinio fert, non peccare illum, qui vt euitet periculum mortis, frãgit carcerem, licet habeat pœnam verberum iuſtè impoſitam: quia reſponderi non poteſt ſibi prouidere minori cautione, de quo vide Vazquez ead. diſp. numer. 13. 23. & 24. & latiùs diſp. 174. c. 2. Qui ergo tranſgreditur legem, quæ ex forma videtur purè pœnalis, in qua eſt impoſita pœna mortis, vel mutilationis, non ſolùm peccat, vt aliqui dixere cum Nauarro, cap. 23. nu. 57. exponendo ſe temerè periculo mortis, ſed etiã trãſgrediendo legem ſine tali temeritate, quia ipſa per ſe obligat. Pœna autem pecuniaria, & ſimiles imponi, & infligi ſine culpa poſſunt: in quo caſu verificatur regula iuris in 6. Pœna interdum imponitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa: vide gloſſ. cap. 2. de conſt. & de pœna verberum aliqui exiſtimãt imponi non poſſe, niſi ob grauem culpam, vel eius præſumptionem, & ſic impoſitam putant effractori carceris, quia Reſp. præſumit (licet falsò,) grauem iniuriam ſibi in ea re irrogari. Addi poteſt, hos homines, alioqui eſſe dignos verberibus, licet non inferrentur, ſi carcerem non fregiſſent. Vnde Reſp. non peccat eos verberando, licet nec ipſe peccet effringẽdo carcerem, ſimiliter ait Sayrus ſuprà, num. 12. mortem, exilium, vel perpetuum carcerem, infamiam, & confiſcationem omnium bonorum, & priuationem omnium beneficiorum, non poſſe ſine culpa graui imponi. Idem ait de excommunicatione, & interdicto, & ſuſpenſione, & de irregularitate orta ex delicto.

*Pœna imponitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa.*

22 Addit etiam Sayrus num. 12. ſi ex nullis regulis certò colligi poſſit, an lex ſit verè pœnalis, an verò conditionalis, cenſenda eſt conditionalis: quia pœnæ potiùs ſunt reſtringendæ, quàm ampliandæ, arg. ca. pœnæ de pœnit. diſt. 1. reg. odia & reg. in pœnis de regul. iur. in 6. & l. præſes, ff. de pœnis. Credo in dubio legem eſſe cenſendam cõditionalem: quia hîc nõ eſt dubium de pœna certò cognita, an ſic hæc, vel illa maior, vel minor: ſed ex doctrina Sayri ibidem num. 13. contrarium colligitur, & an ad hos, vel illos extendatur, &c. ſed an diſpoſitio ſit verè pœnalis, an ſolùm conditionalis. Vnde eſt dubium iuris, & tract. 8. latè oſtendi, in dubio iuris tutiorem partem eſſe ſequendum, niſi multùm interſit ſequi minùs tutam.

*Lex qua ſciri non poteſt an ſit pœnalis vel cõditionalis, cenſenda eſt conditionalis tantùm.*

23 Ad primum argumentum primæ opinionis reſpõdeo, iam ſuperiùs eſſe reiectam opinionem aſſerentium, leges humanas non obligare ad culpam, niſi ex contemptu, vel ſcandalo, aut niſi in illis expreſsè id dicatur.

*Ad 1. arg.*

Ad ſecundum reſpondeo ex Sayro ſuprà, nu. 13. leges explicandas eſſe à iudice, de pœna minori, quando eſt dubium, an lex imponat pro tali delicto pœnam maiorem, vel minorem, quia ita fieri vult legiſlator, & ſemper eſt ſufficiens cauſa

A ſic interpretandi legem, ne fortè reus maiorem patiatur pœnam, quàm vult legiſlator. At verò quando eſt dubium, an lex obliget ad culpam, & conſequenter ad pœnam alterius vitæ, temporalem, vel æternam, non eſt interpretanda de ſola pœna temporali, quia in dubio iuris tutior pars ſequenda eſt, niſi aliquis vrgeat ad ſequendam partem minùs tutam, vt paulò ante dicebamus: maximè cùm longè probabiliùs, aut etiam moraliter certum ſit, legiſlatores cõmuniter in legibus, quæ ex forma ſua ſunt mixtæ, imò etiam in habentibus formam purè pœnalium, intendere obligare in conſcientia. Sic quando ſimpliciter aliquis excommunicatur, intelligitur de excommunicatio-

B ne maiori, & non de minori, cap. ſi quem, de ſent. excom. de quo vide Couarr. ca. alm. mater, parta 1. §. 8. num. 5. Suarem, 3. part. tom. 5. diſp. 3. ſect. 2. num. 9. & diſput. 8. ſect. 3. num. 3. quia iſta eſt communis vſurpatio excommunicationis. Verborum autem cõmunis vſurpatio eſt magni ponderis ad cuiuſque ſermonis interpretationem, l. labeo ff. de ſuppellectili legata, l. librorum §. quod tamen Caſſius ff. de lega. 3. & cap. quamquam 2. quæſt. 7. & capit. ex literis, de ſponſalibus, licet ex adiunctis verbis, vel circumſtantiis interdum, *excommunico*, interpretandum ſit de minori excommunicatione, vt docet Suares illa ſect. 3. num. 4.

*Verborum cõmunis vſurpatio eſt magni põderis ad interpretationem cuiuſque ſermonis.*

C Ad tertium reſpondeo, qui ex duobus propoſitis alterum affirmat, alterum negare videtur, niſi ſint affinia & conſequentia, ſeu correlatiua, ſicut ſunt culpa & pœna: cùm ergo legiſlator vult imponere pœnam, eo ipſo intendit expreſsè obligare ad culpam, ſi de ea expreſsè cogitet, implicitè autẽ cùm de culpa non expreſsè cogitat, quia tũc intendit obligare eo modo, quo poteſt, & plenè vti ſua poteſtate: cum ergo poſſit obligare ad culpam & pœnam, ad vtramque obligat.

Ad quartum reſpondeo, bonos & doctos viros ſemper exiſtimaſſe eſſe peccatum grauius, aut leuius pro qualitate materiæ, tranſgredi leges humanas, etiam quæ ex forma, & vi verborum vi-

D dentur purè pœnales, ſed præſertim mixtas, aut purè morales.

Ad quintum reſpondeo, licet multi legiſlatores Gentiles de pœna æterna nihil cogitarint, tamen volendo obligare ad culpam, vel vti plenè ſua poteſtate, implicitè voluerunt obligare ad pœnam æternam. Et eam agnouiſſe conſtat ex Homero in Odyſſea, vbi funus deſcribit, & ex Platone in dialogo, qui Minos, vel de lege inſcribitur, & ex Socrate apud Platonem in Gorgia.

*Legiſlatores agnouerunt pœnas æternas.*

Ad ſextum reſpondeo, opinionem Caſtri, licet ſit veriſimilior opinione Nauarri: quia aliquæ leges poſſunt eſſe purè pœnales, ſumendo pœnale latè, ſeu minùs propriè: tamen etiam eſſe fal-

E ſam.

Ad ſeptimum, negatur minor propter rationem ſuperiùs adductam.

Ad octauum reſpondeo, certũ eſſe de fide, quòd licèt iudices, vel Deus ipſe imponat, & infligat delinquentibus pœnas temporales, niſi pœnitentiam agant, patientur æternas: ſunt autem verè delinquentes, qui tranſgrediuntur leges humanas etiam pœnales, vnde non euadent æternas, niſi pœnitentia culpam deleant. Quamuis pœna completa, huius, vel alterius vitæ numquam Deus bis punit.

Ad nonum reſpondeo, ſicut non eſt inhumanũ in Deo,

Digitized by Google

in Deo, velle obligare ad pœnam æternam, ita nec in humanis legiſlatoribus: nam & Deus, & homines in legibus ſuis bonum intendunt, ſed ſubditi delinquentes voluntariè ſibi mortem inferunt. Rom. 7. *lex quidem ſancta eſt, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum: quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit: ſed peccatum operatum eſt mihi mortem*, vide Driedonem 3. de libert. Chriſt. capit. 3. ad 5.

*Ad fund. 2. opinionis.*

*Non poteſt quis obligari ad pœnam, niſi ſit obligatus ad culpam.*

22 Ad fundamentum ſecundæ opinionis reſpondeo, non poſſe aliquem propriè loquendo ſe obligare ad pœnam, quin ſe obliget, vel aliàs ſit obligatus ad culpam: quia pœna propriè ſumpta exigit præuiam culpam: ideò lex, quæ propriè eſt pœnalis, ſemper obligat ad culpam, niſi aliàs homo ſit obligatus. Idem eſt de voto pœnali propriè ſũpto. Quod verò ait Aragon ſuprà, qui emiſit votum pœnale, tantùm obligari ad pœnam, intelligitur de pœnali latè, vel quãdo homo iam erat obligatus: Tunc enim poteſt dari obligatio ad pœnam propriè dictam, ex tali voto ſine obligatione ad culpam ex eodem voto. Ex dictis benè infert Caſtro, eos, qui nolunt ſoluere conſueta vectigalia transferentes merces ex vno regno in aliud, etiãſi lex ſit purè pœnalis, peccare, & eſſe obnoxios reſtitutioni, ſi alioqui vectigalia iuſtè impoſita eodẽ iuſto titulo perſeuerant: quia illa debebantur in conſcientia ex vi prioris legis, & lex, quæ poſteà appoſuit pœnam, non abſtulit, ſed potiùs firmauit priorem obligationem, & Vazquez addit, hoc eſſe verum, licet eadem lege, quæ pœnam ſtatuit primò conſtituta ſunt vectigalia, vnde malè Nauarrus cap. 23. num. 60. in eo euentu putauit non eſſe obligationem in conſcientia ſoluendi tributum: maximè cũ hęc lex ſit, determinatio & taxatio tributi debiti iure naturæ. Vt ergo leges imponentes pretia ſeruandæ ſunt in conſcientia, cum onere reſtituendi, ità hæc.

---

## SECTIO II.

*Vtrum lex poſſit obligare in conſcientia ad ſubeundam pœnam antè iudicis ſententiam.*

23 DE excommunicatione, & aliis cenſuris, atque de irregularitate orta ex culpa: omnes fatentur incurri poſſe ante vllam iudicis ſententiam: nam vſus Eccleſiæ ſufficienter docet, eſſe in Eccleſia poteſtatem ad irrogandas has pœnas independenter ab omni iudicis ſententia. Vt ait Suarez, tom. 5. de cenſuris diſput. 3. ſect. 2.

*1. opinio Soti.*

Sed dubium primum eſt, an id aliquibus aliis pœnis competat? Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 6. præſertim con. 1. & ad. 1. 2. & 4. & lib. 4. quæſt. 6. artic. 3. videtur affirmare, nullam aliam pœnam incurri pôſſe ante ſententiam, Rationem autem diſcriminis aſſignat, quia per excommunicationem non priuatur quis bonis propriis, ſed tãtùm bonis cõmunibus totius Eccleſiæ, quibus per legem ante ſententiam poteſt priuari. Temperat tamen Sotus ſuam ſententiam illo artic. 6. ad vlt. vt aliæ pœnæ incurri poſſint ante ſententiam condemnatoriam ad pœnam, poſt ſententiam tamen declaratoriam criminis: ſed hæc non admodum cohærere videntur, vt notat Vazquez diſput. 1. 68.

*Cur ante ſententiam latam incurrit quis pœnam cenſurarum, non alias.*

capit. 2. numer. 6. quia cur lex poteſt ante condemnationem iudicis infligere pœnam aliquam priuatiuam ipſi reo, & non ante ſententiam declaratoriam iudicis? Poſſe tamen pro Soto reſpõderi, magis aſperum & durum eſſe puniri ante declarationem criminis, quàm poſt ipſius declarationem: & hoc ſecundum eſſe tolerabilius, & ideò poteſtate humana hoc ſecundum, non autem primum fieri poſſe, maximè quòd ſi ante declarationem criminis pœnam incurreret, cogeretur ſæpe ſe ipſum prodere exequendo in ſe pœnam, quæ iudicium eſt criminis. Sed hæc reſponſio non eſt omninò ſufficiens, & deinde aliis rationibus ſententia Soti reiicitur à Suarez ſuprà, nimirum, quia

*Per cenſuras quibus bonis homo priuetur.*

per cenſuram non ſolùm priuatur homo propriis bonis Eccleſiæ, ſed etiam aliquibus bonis communibus omnibus hominibus, vt eſt communicatio ciuilis, ſeu participatio humani conuictus. Priuatur etiam aliquando bonis propriis, ſeu appropriatis reo, quorum diſtributio iam non pertinet ad Eccleſiam: quia iam ſunt facta propria talis perſonæ. Priuatur enim homo libertate ad communicandum cum aliis, & quadam habilitate, vt alij cum ipſo cõmunicent: quia omnia erãt propria illius hominis, qui per cenſuram illis priuatur. Deinde quia leges ciuiles interdum imponunt pœnas ipſo iure, ſeu facto incurrendas, vt l. non poteſt ff. de furtis, & indicat gloſſ. l. ſi quis maior C. de tranſact. Ad quas tamen quid reſpõdeat Soto, & alij, poſteà videbimus. Poſſumus etiã aliter contra Sotum argumentari: quia ſi Eccleſia per cenſuras poteſt bonis ſuis priuare reum ante vllam iudicis ſententiam bonis communibus, ad quæ, vel in quibus ius habebat anteà reus, & quibus non poterat abſque delicto priuari: ergo ſimiliter Reſp. poterit ante vllam ſentẽtiam iudicis priuare reum bonis communibus Reip. ad quæ, vel in quibus homo habebat ius, & quibus abſque delicto priuari non poterat: & ſic aliqua pœna temporalis poterit incurri ante vllam iudicis ſententiam. Vnde fortaſſe meliùs pro ſe Sotus reſpõdere potuiſſet, vel plus poſſe Eccleſiam in hac re, quàm temporalem Rẽp. Potuit enim Chriſtus ei conferre poteſtatem aliquam puniendi abſque iudicis ſententiâ nonnullis pœnis: ne omnia delicta occulta omninò manerent impunita: & vt peccatores occulti poſſent per pœnas aliquas corrigi, & ad officium reuocari: quòd non eſt adeò neceſſarium, aut expediens in temporali Repub. ideò natura hanc poteſtatem illi non dedit, vel non eſſe eandem rationem de his pœnis ſpiritualibus, & de temporalibus: nam temporales per ſe loquendo carẽt remedio: Cenſuræ verò ſunt pœnæ medicinales, à quibus debet iudex omninò peccatorem abſoluere, ſi correctus, & emendatus fuerit. Deinde damna temporalia, quia ſenſibus, & euidentia intellectus percipiuntur, magis ſunt dura, & intolerabilia, quàm ſpiritualia, quæ ſola fide cognoſcuntur, aut ponderantur. Ideò hæc poſſunt induci à lege ante ſententiam iudicis, illa verò non. Adhuc tamen ſentẽtia Soti eſt difficilis, cui tamen fauet Victoria relect. 1. de Indis num. 14. probans priuationem dominij ſuorum bonorum eſſe pœnam, ideò non debere incurri ante condemnationem: & addit, Nec ſatis ſcio, an ius humanem poſſit hæreticũ priuare dominio ſuorum bonorũ ante iudicis condemnationem, quem citat, & ſequitur Durandus 4. diſt. 13. prop. 41. ad medium

*Leges ciuiles imponunt pœnas ipſo facto incurrendas.*

*Cur Eccleſia punire poſſit, ſine ſententia iudicis, non reſpub.*

Digitized by Google

medium. Idem tenet Angles in 4. in quæſt. de iuſt. A legis pœnalis, dicens eſſe Soti, & Ioannis Medinę: faciet etiam Saytus verb. lex num. 11. dicens, lex probās ob peccatum reum iure ſuo poſſe priuari, intelligitur in foro exteriori poſt condemnationem.

2. opinio Caiet.

Vnde eſt ſecunda opinio Caietani 2. 2. quæſt. 62. art. 3. & in ſummā verbo pœna, aſſerentis, nullam legem humanam obligare poſſe ad pœnam ante iudicis ſententiam, ſi pœna requirit executionem aliquam, qualis eſt ſolutio pecuniæ, vel quid ſimile: ſi verò pœna nullam poſtulet executionem, vt inhabilem fieri aliquem ad aliquid, optimè poſſe per legem humanam infligi, nulla expectata iudicis ſentētia. Cum Caietano ſentit Armil. verb. pœna, num. 1. Medina hîc quæſt. 96. art. B 4. Valentia diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6. quæſt. 3. prope finem. Bannes 2. 2. quæſt. 12. art. 2. ad 2. & vltimū Aragon, 2. 2. quæſt. 41. art. 3. & q. 62. art. 3. Idem videtur tenere Saytus, l. 3. cap. 9. num. 27. & ſequentibus, & Simancas in inſtit. tit. 9. num. 199. & 201. aliàs nu. 31. & ſequent. præſertim 44. Vnde hanc ſententiam ei tribuit Vazquez diſp. 168. cap. 1. nu. 2. Sed certè Simancas, vt patet nu. 211. ſentit non poſſe ab homine cōdi legem, quæ obliget ad magnam pœnam ſubeundam in foro conſcientiæ ante ſententiam iudicis conſiſtentem in executione, ſecus ad paruam, vel mediocrem: ſed omiſſo Simanca, citantur etiam Conradus de contract. qu. C 7. Corduba lib. 1. quæſt. 36. qui plures ex Iuriſperitis referunt, præſertim Bartolum l. id quod pauperibus C. de Epiſcop. & cleric. & Ioann. Andr. capit. de homic. in 6. & Ancharanum cap. felicis, de pœnis in 6. Multi tamen ex his non loquuntur generaliter, ſed de vna, aut alia pœna.

Priorem partem de pœna, quæ poſtulet executionem, probat Caietanus, quia vi legis pœnalis nullus ampliùs obligari poteſt, quàm vt pœnam ſtatutam patiatur: lex enim pœnalis tantùm obligat ad pœnam; pœna autem in paſſione conſiſtit: ergo nullus debet ſibi pœnam infligere: hoc enim D non ſolùm eſt pati, ſed etiam agere.

25. Poſteriorem verò partem comprobat Caietanus, quia pœna, quæ requirit executionem, in ſola paſſione conſiſtit, nec vt quis ipſo facto eam patiatur, aliquid in ſe ipſum agere debet, veluti vt inhabilis fiat, aut vt excommunicatus ſit: ergo quiſque eam incurrere poteſt ipſo facto, nulla expectata iudicis ſententia.

Sed hæc diſtinctio inanis videtur: primò quia licet pœna requirat actionem rei, poteſt eſſe moderata & humana: ergo poterit eius obligatio eſſe à lege ſicut à iudice: ſecundò, quia non minus graue, & oneroſum eſt homini ſe priuare aliquibus E actionibus, ad quas habet propenſionem, vel ius, vel ex quibus ſperat fructum, quàm aliquas actiones exercere: ergo ſi ad illud poteſt obligari ante ſententiam, etiam ad hoc eſt licitum. Confirmatur primò, quia ſecundum æſtimationem moralem potiùs eligeret homo certam pecuniæ quantitatem ſoluere, quàm priuari voce actiua, & paſſiua: ſed hanc pœnam poteſt per ſe lex inducere, ergo & illam. Confirmatur ſecundò, quia leges imponentes pœnas priuatiuas, cōſequenter obligant: ad multas actiones inuoluntarias vt ſi excommunicatus ſit in Eccleſia, & inchoetur diuinum officium, tenetur egredi: ſi ei detur beneficium, tenetur reiicere: & priuatus beneficio tenetur illud reſignare, & alium viuendi modum quęrere: ergo etiam poſſet directè obligare ad eas actiones: parum enim refert, quod obligatio ſit directa, vel indirecta.

3. opinio Auctoris.

Tertia ſententia, & vera eſt, legem humanam poſſe obligare ad pœnā ante omnē iudicis ſententiam, ſiue pœna in ſola priuatione conſiſtat, neq; vllam requirat executionem, ſiue eam expoſcat. Ita tenet Caſtro 2. de lege pœnali ca. 5. 8. & ſeqq. & ſecundo, de iuſta hæret. punit. cap. 6. & ſeqq. & Suarez, 3. part. tom. 5. diſp. 3. ſect. 1. Corduba lib. 1. qu. 36. quam malè inquit à nullo vnquam negari potuiſſe: & eandem tenet Vazquez, diſp. 168. ca. 2. & ſeqq. citans Nauarrum, ca. 23. num. 67. & cap. 25. num. 117. aliàs 118. Vbi ait pœnam ipſo facto non incurri ante ſententiam, niſi vbi conſtat de mente legiſlatoris: Et loquitur etiam de pœna requirente executionem: idem ſentit Couarruuias 2. part. de ſponſalibus cap. 6. §. 8. num. 10. & ſeqq. Sylu. verbo Aſſaſſinus, & ver. Emphyteuſis qu. 2.

Non autem omnes eodem modo hanc ſententiam tuentur: nam Caſtro intelligit de omni pœna, quam iuſtè iudex infligere per ſententiam poſſit, ad quam tenet reipſa obligari hominem, nulla expectata ſententia, quoties lex dicit ipſo facto, vel quid ſimile: qui pro ſe citare poſſet, & partim re vera citat Panormitanum, cap. Canonum ſtatuta num. 11. de conſt. & cap. dilecti, de arbitris cap. cum non ab homine, de iudiciis cap. peruenit, de appell. cap. fin. de hæretic. ca. quibuſdam, de pœnis, Rebuffum in procem. conſt. reg. gloſſ. 1. nu. 46. Angelum verbo pœna §. 2. Dominicum de S. Gem. ca. pro humano §. ſacri de homicid. in 6. Felinum, cap. Rodulphus de reſcript. §. declaratoria ſententia num. 44. Barbatium repet. c. Raynaldus de teſta. fol. 11. col. 1. Decium dict. c. Canonum, lectura 1. num. 20. de conſtit. Paulum de Caſtro, l. 1. §. ad beſtias ff. de poſtul. Hoſtien. & Bartolum, apud Barba. ſuprà, Angel. de Peruſio Auth. de inceſtis nup. n. 2. & 5. Decium l. quod à quoque ff. de reg. iur. quem ſequitur ibi Ioann. Ferramont, Iaſon, li. 3. cōſil. 21. qui citat pro ſe Bart. & Bald. Anton. Corſet, in ſuis ſingularibus titulo pœna, verſ. vbicumque pœna, Ludouicum Gomez, cap. 1. nu. 9. de reſcript. in 6. Baldum, l. id quòd pauperibus C. de Epiſcop. & cleric. qu. 9. Tiraquellum, l. 11. vmquam verbo reuertat, C. de reuoc. donat. num. 236. 241. & ſeqq. gloſ. c. quàm ſit in verſ. eo ipſo de electio. in 6. & in Clem. quoniam, verſ. eo ipſo de vita, & honeſtate cler. & Clem. multorum gloſſ. vlt. de pœnis, citat etiam pro ſe Caſtrus D. Thomam 2. 2. quæſt. 98. art. 3. ad 3. Vbi ait, violatorem iuramenti promiſſorij eſſe infamem ipſo iure, & ante ſententiam, & Adrianum in 4. in quæſt. de acquiſitis per ludum, & Ioann. Medinam, Cod. de reſt. quæſt. 1. §. ad propoſitum igitur.

Violator iuramenti promiſſorij eſt ipſo iure infamis.

At verò Nauarrus numer. 67. hanc facultatem concedit in paruis pœnis temporalibus, quaſi dicat, grauiores non poſſe hoc modo per legem imponi, vt ad earum ſolutionem ſentēria non requiratur. Couarruuias verò ait, leges poſſe hoc modo pœnam imponere, ſi rationi viſum fuerit: quod in idem recidit, vt ait Vazquez: nam pœnæ graues incurrendæ ante ſententiā iudicis grauiſſimæ redduntur, & eo ipſo æquitatem excedere poſſunt. Nec enim parum refert ad grauitatem, & acerbitatem pœnæ, ſtatim eſſe ſoluendam ante iudicis ſententiam. Cæteri verò auctores obſolutè loquuntur,

Digitized by Google

quuntur, & eodem modo intelligendi videntur, ait Vazquez, quia ſuam ſententiam ſic explicat, vt lex obligare queat ad aliquam pœnam ante ſententiam, etiamſi pœna executionem requirat, non tamen ad omnem, ſed ad eam ſolùm, quam per ſolum iudicem infligi æquitas non expoſcit. Eodem modo hanc ſententiam docet Suarez ſuprà.

Hanc quoque ſententiam tenet Azor tom. 1. lib. cap. 7. & cap. 8. q. 6. Imò Caiet 2. 2. quæſt. 186. art. 9. ad 2. dubium, vbi docet, teneri ordinis prædicatorum profeſſores ad nonnullas leues pœnas in ſe ipſis exequendas, etiamſi nullus prælatus imponat, & Salcedus in pract. crimina. capit. 66. & 136. Ferdinandus Mendoza 1. de pactis capit. 5. nu. 31. Simancas in inſt. cap. 9. nu. 211. Sarmientus 3. ſelecta. ca. 6. num. 6. citans Panormitanum, & alios, & multi Theologi recentiores, quę mihi eo modo quo, defenditur à Suarez, & Vazquez, ſemper placuit.

Quorum ſententia ſuadetur, primò ex Paulo II. in extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. qui beneficiarios bona Eccleſiæ alienantes punit ea pœna, vt ipſo facto beneficiis, quorum bona alienarunt, priuati exiſtant, illáque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis, quæ priuatæ fuerint) liberè de iure conferri &c.

Quæ pœna, licèt ſolùm priuatiua videatur, aliquam tamen continet executionem: nam ea lege tenetur beneficiarius beneficium relinquere, & renunciare, quòd planè agnouit Sotus 1. iuſt. qu. 6. art. 6. ad 8. §. reſtat igitur. Nec officit, quòd aliqui reſpondent, ſolam beneficij priuationem lege illa humana præſcribi, obligationem autem renunciandi beneficium conſequi ex lege diuina, quia iure naturali nemo poteſt, quod ſuum non eſt, retinere. Quare cùm beneficium ſine titulo, aut canonica inſtitutione obtineri, vel retineri non poſſit, cap. 1. de reg. iur. in 6. cap. relatum de iure patron. cap. 1. de eo qui mittit in poſſeſſ. lib. 6. efficitur, vt qui priuatus eſt titulo beneficij, confeſtim iure naturæ teneatur illud emittere, & renuntiare: non, inquam, officit, quia obligatio illa renũciandi beneficiũ, proximè, & immediatè oritur naturaliter ex priuatione beneficij: ergo lex priuans beneficio moraliter cẽſetur inducere talem obligationem: ergo immediatè etiam poterit obligare ad pœnam conſiſtentem in executione, & in hoc euentu ita tenet Vazquez, diſp. 168. à nu. 29. non quòd ſufficiat dicere ipſo facto, vt putauit Nauarrus, aut ſine declaratione, vt putauit Syluester verb. Aſſaſſinus, quos ſequitur Corduba, lib. 1. quæſt. 36. dicens, ob eas rationes pœnam hanc incurri abſque vlla ſententia, ſed quia addit beneficium ſtatim vacare. Quaſi verò idem ſit beneficiũ amitti ipſo facto ante declarationem, & vacare: Ergo ſi verbum vacare excludit omnem ſententiam, idem erit de verbo ipſo facto ante declarationem. Hãc legem quoad aliqua alicubi non eſſe vſu receptam ait Caietanus, verſ. ex eo. capit. 75. Nullibi autem ait Syluester, apud Nauarrum, qui tamen cap. 27. nu. 150. ait nullibi receptam quoad pœnas, ſed in multis locis receptam quoad alia, præſertim in Luſitania, & Caſtella. Tamen adhuc ex ea putat Vazquez colligi intentum, quia non recipi quoad pœnam, licet inferat non obligare

A ad illam, non tamen infert non potuiſſe obligare.

Secundò, ex Pio V. in Conſt. incipiente ex proximo Lateranenſi Concilio edita Romæ anno 27
1571. 12. Kalend. Octobr. Pontificatus ſui anno 6. relata à Nauarr. cap. 25. num. 122. vbi decernit, vt beneficiarius horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus non recitans, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur, &c. amittat. Quæ pœna etiam poſtulat executionem, ſcilicet reſtitutionem fructuum, & illa conſtitutio eſt declaratio decreti Leonis X. facti in Con-
B cilio Lateranenſi, in quo beneficiarium horas canonicas non recitantem fructus beneficiorum ſuos non facere ſtabilitum erat. Neque obſtat quòd Sotus 10. iuſt. quæſt. 5. artic. 3. §. igitur ait, Decretum illud Cõcilij, nondũ planè, quòd ſciat, vſu, & more receptum: Simancas verò ſuprà num. 208. affirmat, neque enim decretum illud vſu receptum eſt, & vix paucis innotuit. Nam, vt omittam ea de re dubitari non poſſe poſt prædicti Pij V. conſt. eamque moribus eſſe receptam experimento compertum ſit, vt obſeruauit Vazquez ſuprà cap. 4. num. 32. Nullus, quem viderim, neque etiam Sotus, aut Simancas vnquam aſſeuerauit,
C decretum Cõcilij iniuſtum fuiſſe. Hoc enim dicere audaciſſimum eſſet. Sed reſpondeo Simancæ, Beneficium ſub conditione, & onere datum eſſe beneficiario, vt ſuis precibus, & orationibus intercedat pro populo, & ob eam rem dari illi fructus: ergo ſi beneficiarius conditionem non ſeruat, nec id facit, cuius ergò beneficij fructus ei conceduntur, mirum non eſt ſi eos in conſcientiæ foro reſtituere teneatur, etiamſi nulla lege humana ad id obligetur: vt is cui datum eſt prædium ſub ea cõditione, vt aliquid fiat; ſi conditioni non paret, iure naturæ eſt obnoxius reſtitutioni, vt conſtat ex l. 1. cũ ſeqq. ff. de cond. cauſ. data. Quoniam autem hoc reſponſum impugnat Vazquez ſuprà, nu. 34.
D Tum quoniam fructus beneficij, cui cura animarũ annexa eſt, aut adminiſtratio Sacramentorum, aut aliud quoduis officium ſpirituale, non ob ſolam canonicarum horarum recitationem: ſed etiam ob ſpiritualium munerum exercitationem beneficiario dantur: ergo beneficiarius, qui huiuſmodi muneribus exercendis incumbit, fructus, qui ſpiritualibus miniſteriis reſpondent, ſecundum diuinam legem faceret ſuos, quantumuis Horarum recitationem omitteret, cùm & beneficium canonica inſtitutione obtineat, & cauſam habeat fructus comparandi, atque retinendi. Cùm igitur eos etiã
E fructus beneficiarius, qui horas non recitat, reſtituere teneatur, vt ex Leone X. & Pio V. contra Sotum deducere conatur Vazquez, n. 35. efficitur, vt ſola lex humana puniat, eorum fructũ, quos ſuos fecerat, amiſſione. Deinde canonicus, qui choro certis anni diebus interfuit, & ea de cauſa pro more Eccleſiarum Cathedralium magnam aliquam fructuum partem, ſeu veſtiariorum acquiſiuit, ſi horas canonicas non recitauerit, tenetur fructus, qui, ſi per ſingulos dies diuiderentur, ei diei reſponderent, reſtituere. Igitur non ob cauſam non ſecutam, vt Simancas aſſeruit: ſed quia pœna eſt lege Pontificis impoſita, tenetur ante iudicis ſententiam reſtituere.

*Beneficiarius omittens recitare Horas Canonicas fructus ſui beneficij pro rata perdit.*

Secundò, reſpondet Simancas cum Caietano, hanc legem eſſe priuatiuam, ideò incurri ante ſententiam

ſententiam poſſe: ſed certè priuatio hæc infert executionem, hoc eſt, reſti tutionem fructuũ: ergo cenſenda eſt pœna in executione conſiſtens, & nõ ſolius inhabilitatis. Hoc ipſum probat Vazquez, quia qui non recitat, etiam groſſam antè lucratam, & cõſumptam, tenetur reſtituere. Sed credo, ſi contingat eam priùs verè, & abſolutè lucrari, quàm officium omittat, nihil eius debere reſtituere, quia pœna non eſt, vt fructus iam ſuos reſtituat, ſed vt non faciat fructus ſuos.

28 Tertiò, ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 23. in decreto de Reform. cap. 1. decernente, vt ij omnes, qui beneficia cum animarum cura habẽt, ſi à propriis Eccleſiis contra illius decreti diſpoſitionem abſint, pro rata temporis abſentiæ, fructus ſuos nõ faciant, nec tuta conſcientia alia etiam declaratione non ſecuta illos ſibi detineri poſſint: ergo lex humana obligat ante iudicis ſententiam ad pœnam, quæ requirit executionem rei.

Quartò, quia in l. fin. tit. 3. & l. 2. tit. 9. & l. fin. tit. 14. & tit. 15. & tit. 23. lib. 2. ordinam. Regij, & l. 1. t. 28. li. 2. nouæ comp. ſtatuitur, quod earum legũ rei in conſcientia ante omnem ſententiam obligantur ad ſoluendũ pœnam legib. illis præſcriptã.

Quintò, nam Princeps ſpeciali præcepto, aut ſententia ſubditos poteſt ad pœnam in ſeipſos exequendam obligare, cùm ea iuſta eſt, & ad naturalem rationem accommodata: quid enim prohibet, cùm in religionibus hoc receptum ſit, & in Rep. politica ſæpe contingat, reos legis ſententia in eos lata relegatione mulctari ad conſerendam manum cum Reip. hoſtibus, & propugnandum caſtrum, vel ciuitatem, atque ſi ignobiles ſint, ad remigandum obligari?

29 Sextò, quia excommunicationem ſæpe incurri ante vllam iudicis ſententiam conſtat ex cap. non dubium de ſentent. excomm. vbi Alexander III. *non dubium eſſe (ait) in clericos, vel canonicos, aut cuiuſlibet religionis conuerſos violentas manus inycientes ſententiam excommunicationis incurrere, nec niſi in articulo mortis àb alio quàm à Pontifice Romano abſolui poſſe.* Item, *Diaconum rem ſacram facientem, ad ſacerdotis officium promoueri non poſſe.* Vrbanus III. definiuit c. 2. de cler. non ord. miniſtr. ſacerdotem homicidam ab altaris miniſterio abſtinere debere, & ſuſpenſum eſſe decernitur, ca. ſignificaſti 1. de homicid. Interdictum afficere reipſa eum, qui interdicitur, ante omnem ſententiam, liquet ex cap. is cui, de ſentent. excomm. in 6. de priuatione vocis paſſiuæ ex cap. 1. de poſtulat. præl. cap. cum inter, de elect. ca. poſtulaſti in princi. de cleric. excomm. miniſtr. ex ſtatutis Academiæ Salmantiæ à Domino Ioanne de Aſtuminga, eiuſdem Academiæ viſitatore, atque ſupremæ inquiſitionis conſiliario promulgatis, quæ in lucem prodierũt anno 1595. & à Philippo II. Hiſpaniarum Rege conſultatione habita cum Regio ſenatu, confirmata ſunt, titul. 33. de conferendis Cathedris, numer. 20. candidatus cathedræ qui pecuniis datis, aut commodatis, conuiuiis, quauiſue alia re, per ſe, vel per alios ſuffragatores corruperit, ad omnes Academiæ Cathedras inhabilis redditur, eaque pœna in vtroque foro afficitur ante omnem condemnationem, vel declarationem à iudice factã: & ſi forſan cathedram aliquam obtinuerit, decernitur, ne eius cathedræ fructus ſuos faciat, & in conſcientia teneatur eos Academiæ reſtituere: qua etiam pœna afficiuntur ſuprà, num. 22. cathe-

A drarum candid ati, qui alteri eorum, vt obtineat cathedram, in petitione cathedræ cedunt, aut mutuam operam ſibi pollicentur, vel ſuffragatoribus perſuadent, vt pro eo ſuffragium ferant.

De voce autem actiua, cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. ca. fin. de exceſſ. prælato cap. vni, §. 1. ne ſede vacante lib. 6. & in Salmantiæ ſtatutis tit. 33. num. 21. ſuffragator pecuniis, aut quauis alia re, quę pecunia æſtimari poſſit, à cathedræ cãdidatis corruptus ante omnem cõdemnationem, & declarationem, & nullo ei crimen obiiciente ad ferendum ſuffragium inhabilis conſtituitur.

B Inhabilitas ad matrimonium interdum eſt pœna, quæ ipſo facto incurritur: Nam in Tridentino ſeſſ. 24. in doctrina de Sacram. Matrimon. canone 3. & 4. definitur, Eccleſiam potuiſſe cõſtituere impedimenta matrimonij præter ea, quæ in Leuit. ponuntur. Vnum autem ex eiuſmodi impedimentis eſt adulterium, quòd quis fide data de futuro matrimonio cum aliqua commiſit, vt patet capit. ſuper hoc, & cap. ſignificaſti, & cap. fin. de eo qui dux. matrim. quam pollu. per adulter. & capit. ſi quis viuente 31. quæſt. 1. & omnes ſchol. etiam Sotus 4. diſp. 31. 36. & 37. & in cap. tranſmiſſæ, de eo qui cognouit conſang. vxor. inceſtuosè, imponitur pœna, ne contrahere matrimonium poſſit, niſi annuente Pontifice, & ſi eſt coniugatus, ne C poſſit debitum petere, quæ pœnæ ante ſententiam obligant. Sententiam Soti improbabilem cenſet Vazquez, diſp. ſuprà citata num. 9. contra quam etiam argumentatur num. 10. quia lege canonica poteſt aliquis fieri inhabilis ad contrahendum ex propriis bonis in tali ætate, aut ſine tali, vel tali ſolemnitate, & contractus factus contra has leges eſt nullus. Cur ergo propter peccatum non poteſt imponi pœna ſimilis inhabilitatis ad actus alioqui legitimos, ita vt ante ſententiam nulli ſint? & quidem reipſa propter vitium prodigalitatis prodigus inhabilis fit per iudicem ad contrahendum, quando ipſe ſub curatore cõſtituitur: De quo plura dicemus agentes de lege irritante: ergo. De- D inde argumentum factum de excommunicatione vrget: nam certum eſt, excõmunicationem incurri ſine vlla ſententia iudicis, vt docet ipſe Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. art. 6. con. 2. Caietanus ver. pœna, & 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Medina, 1. 2. quæſt. 96. art. 4. Nauarrus, cap. 23. num. 67. Bannẽs quæſt. 62. art. 3. Caſtro, 2. de lege cap. 8. Valentia hic diſp. 6. quæſt. 5. punct. 6. quæſt. 3. ante finem, Sayrus, lib. 3. cap. 9. num. 23. & alij ex cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. cap. pro humani de homicidio in 6. & cap. ad abolendam de hæreticis: ergo etiam poſſunt abſque ſententia iudicis incurri aliæ pœnæ priuatiuæ, & diſcrimen conſtitutum à Soto inter illam, & alias pœnas priuatiuas, reiectum initio ſectionis, & be- E ne impugnatur, à Bannes & Sayro: nam eo ipſo quòd quis per Baptiſmum membrum Eccleſiæ fit, habet ius ad percipienda ſacramenta, & alia bona ſpiritualia ipſius. Deinde quia bona ciuilia eodem modò pertinent ad bonum commune, vt cathedræ ſuffragia, &c. Eorumque diſpenſatio ad eum pertinet, qui gerit curam communitatis: ergo ſicut bonis illis ſpiritualibus per legem priuari poteſt, etiam bonis temporalibus priuari poterit. Vnde Caietanus, Nauarrus, Calderinus, Aragon, Medina, & Valentia dicunt, quidquid ſit de aliis rationibus, excommucationem poſſe incurri abſque ſententia iudicis, quia eſt pœna priuatiua.

*Per baptiſmũ eo ipſo quod quis ſit membrum Eccleſiæ habet ius ad percipienda ſacramenta.*

II

Digitized by Google

Idem eadem ratione dicunt de interdicto, ſuſpenſione, & irregularitate, quę non eſt cēſura, vt falſò, & contra cap. quærenti de verb. ſign. dixit Sotus, nec pœna medicinalis, ſed vindicatiua. Sed de ſuſpenſione, & irregularitate aliam rationem aſſignat Sotus, quia ſcilicet eſt commaculatio, & indignitas ad tractandum ſacra. Sed ratio eſt parui momenti: nam ſi hæc indignitas poteſt induci abſque iudicis ſententia: ergo alia priuatiua. Nec video, cur idem de aliis requirentibus aliquam rei actionem dici non debeat; quod probatur.

30 Septimò, ex legibus noſtri regni, quæ dicunt, ſe ante ſententiam obligare, vt notant Couar. 2. part. de ſponſalibus cap. 6. §. 8. num. 10. Caſtro 2. de lege pœnali, cap. 1. Sot. 1. iuſt. quæſt. 6. art. 6. ad 4. Cord. lib. 1. quæſt. 36. ad Vazquez, diſp. 168. cap. 3. & alij Medin. quæſt. 96. art. 4. Perez, 2. ordinam. legibus citandis. Huiuſmodi erat lex 2. tit. 9. lib. 1. ordin. regal. & l. 34. tit. 5. l. fin. tit. 14. & l. fin. tit. 3. & l. 3. & fin. tit. 15. eod. lib. quibus miniſtri regis munera accipientes non tantùm obligabātur ad reſtituendum, quæ acceperunt (id quòd ſola pœna inhabilitatis fieri poterat) ſed etiam ad reddendum quadruplum: idq ſtatutum erat addita particula, *in conſcientia*, & nulla ſententia expectata. Quæ leges poſteà partim omiſſæ, partim correctæ, & temperatæ ſunt quoad pœnam ſoluendi quadruplum, atque hoc pacto moderatè habentur 2. libr. compil. tit. 5. lib. 6. & lib. 3. tit. 15. l. 14. & l. 4. tit. 23. l. 21. Vbi eadem pœna ſtatuitur, nempè ſoluendi quadruplum: non tamen ponitur in conſcientia ante ſententiam: & quamuis l. 21. tit. 23. lib. 4. compil. & lib. 9. tit. 4. l. 14. decernatur, vt miniſtri iuſtitiæ iuramentum præſtent ſubeundi pœnam ſtatutam per legem: id tamen (inquit Vazquez) non intelligitur ante ſententiam, ſed iuramentum exigitur, vt pœnam ſoluant eo modo, quo per legem ſtatuta eſt: ſolùm exſtat nunc l. 1. tit. 8. lib. 2. compil. contra Regis ſecretarios recipientes munera: quæ ipſos ante ſententiam ad ſolutionem illius quadrupli obligat, cui neſcio an ex hac parte conſuetudine ſit derogatum. Has leges iniuſtas eſſe docet Sotus ſuprà: quia ſentiùs, quàm par eſſet, puniunt delinquentes. Addit, immeritò impoſuiſſe verbum, *in conſcientia,* quia leges ciuiles de obligatione in conſcientia iudicare non debent, in quo quidem, me iudice, Sotus modū exceſſit. Nam licèt legiſlator errare poſſit, putant ſe poſſe obligare in conſcientia, quando non poteſt: at erraſſe, non eſſe ita certè aſſerendum, & Sotus ratione ipſa coactus, tandem conceſſit, 1. iuſt. q. 6. ar. 6. ad 7. hanc legis ſeueritatem admitti poſſe, quādo aduerſus legem proteruè operetur, cōtempta pœna exterioris fori, vel quando nullum aliud eſſet opportunum remedium: ſed putat Sotus id prouenire ex pacto, cum quo officium datum eſt, in quam quis conſentire videtur eo ipſo, quòd officium admittit: vnde alij, cum quibus nullum procedit pactum, putant non poſſe in conſcientia ad pœnæ ſolutionem obligari. Sed mihi videtur, hoc pactum excogitatum eſſe; cùm nūquam miniſtris Regis exprimatur, aut inſinuetur, nec lex ipſa illis proponatur, & non tantùm pro eligendis, ſed etiā pro iam electis conſtituta ſit: cur igitur poteſtas negabitur principibus ſecularibus obligandi ad pœnam ſoluendam ante iudicis ſententiam, maximè cùm competat legibus Eccleſiaſticis &c. Hactenus Vaz. ferè eiſdem verbis. Vtcumque ſit, tenendum eſt cum Medina, Corduba, Perez ſuprà, & aliis recentioribus, illas leges non obligare in cōſcientia ex vi legis pacti, aut iuramenti: quia vel non ſunt iuſtæ, vel numquam fuere vſu receptæ, vel iam abierunt in deſuetudinem, aut vim non habent, cùm non ſint ſaltem eo modo in noua Compil. aut in partitio. & iuramentum ſolùm eſt de ſeruandis legibus, quatenus ſunt in vſu, & vigore, & nulla ratione ſunt reuocatæ: quamuis Couarr. illas num. 10. dicat obligare ad pœnam ante ſententiam: & Simancas, tit. 9. num. 25. dicat, obligare ex vi pacti, & iuramenti: & Sotus ſuprà ad 4. & 8. & Lopez, 2. part. inſtruct. cap. 29. Mercado, 4. de contract. cap. 16. Ouand. 4. diſt. 13. propo. 41. Aragon, 2. 2. quæſt. 11. art. 3. dicant obligare ex vi pacti. Vide in capitulis prætorum prag. 58. cap. 40. Hiſpali anno 1500. Hugonem de Celſo verſ. *derechos*, verſ. *Iuez*, & verſ. *oidores*.

*Quando lex ciuilis obligat in conſcientia ex doctrina Soti.*

*Illæ leges cur in conſcientia non obligent.*

Octauò, probari hæc ſententia poſſet ex cap. pro humani de homicid. in 6. vbi ſtatuitur, eum, qui per Aſſaſſinos aliquem Chriſtianū occiderit, ipſo facto priuari beneficiis, quæ poſſidebat, quā legem obligare ad pœnam ante iudicis ſentētiam putat Corduba, libr. 1. quæſt. 36. & ſumi poteſt ex Nauarro, cap. 23. num. 67. vbi docet, pœnam amiſſionis beneficii, etſi lex dicat, *ipſo facto incurri ante ſententiam, ſicut pœnam excommunicationis.* Sed non obligare ante ſententiam tenet Vazq. diſp. 68. cap. 4. cum Syl. ver. Aſſaſſinus in fine, & Soto 1. iuſt. quæſt. 6. ar. 6. ad 8. ratio Sylueſtri, & Soti eſt, quia non dicit abſque declaratione: ſed potiùs inſinuat debere præcedere. Ait enim, & poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis ſententia requiratur. Sed addit Vazquez, quamuis adderetur abſque declaratione, vel ipſo facto, poſſe benignè interpretari, vt in aliis legibus oſtenditur.

Nonò, probari ſolet ex cap. quicumque §. hæ- 31.
retici, & §. illorum, de hæret. li. 6. vbi electio hæretici ad beneficium Eccleſiaſticum, vel publicum officium, & emancipatio filij ab hæretico eſt irrita ante ſententiam iudicis, ex ca. cùm ſecundum leges de hæretic. in 6. ſed de hoc multa infrà, ex c. quæſitum de cohabit. cleric. vbi ob pœnam fornicationis notoriæ clerici in ſacris conſtituti, ſtatuitur, vt alij ab eo in officiis Eccleſiaſticis abſtineant.

Pij V. contra confidentiam in beneficiis, quam refert Nauarr. cap. 23. num. 110. vbi ponitur pœna amiſſionis beneficij ipſo facto, non ſolum beneficij acquiſiti per confidentiam: ſed etiam antea poſſeſſi: atque idem videtur eſſe de lege Trident. ſeſſ. 22. de reformat. in cap. 16. vbi qui occupat bona beneficiorum, aut iuriſdictiones, aut fructus, ſi laicus ſit, priuatur iure patronatus, ſiverò clericus, ipſo facto priuatur omnibus beneficiis ſuis. Cæterùm ſecūdum ſententiam Sylueſtri, verb. Aſſaſſinus, cùm lex non dicat abſque declaratione, non incurretur pœna ante omnem ſententiam, vt notat Vaz. addens cum Couarr. 2. part. de ſponſal. c. 6. §. 8. num. 8. nullam legem etiam in beneficiis incurri ante ſententiam, etiamſi dicat, ipſo facto. Imò etiamſi dicat abſque declaratione: quia nimis aſperū eſſet omnes leges, quæ eiuſmodi verbis vtuntur (de quibus eadem eſt ratio) ita interpretari: nec ocioſa eſt illa particula, *abſque declaratione*: facit enim, vt pœna retrahatur ad diem

commiſſi

Digitized by Google

cōmiſſi criminis, vt poſteà videbitur, & ſic exponēda eſt lex Bonifacij VIII. confirmata à Gregorio, XIII. quam interpretatur Nauar. lib. de datis & acceptis, vbi ſtatuitur pœna priuationis beneficiorum, quæ anteà poſſidebantur, in eos qui aliquid in curia Romana pro gratia, vel iuſtitia acceperint ametſi lex dicat, *ipſo facto*.

Primò probari poteſt, ca. licet de elect. in 6. vbi ſtatuitur priuatio beneficij, contra eum, qui habēs beneficium curatum, non promouetur intra annū ad ſacerdotium, quam pœnam incurri ante ſententiam putat Nauarr. cap. 25. num. 117. idem ait de ſimili lege: quæ habetur in Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 2. vbi ſtatuitur, vt electus in Epiſcopum, ſi intra tres menſes non conſecretur, ſit ipſo facto priuatus Epiſcopatu: ſed illo cap. 4. num. 27. ait Vazquez in illo euentu hominem incurrere priuationem beneficij ante ſententiam, & ità ſeruari in praxi, nec de hoc poſſe dubitari: non tàm incurri eam priuationem virtute ſoliùs legis humanæ, quàm virtute legis naturalis determinatæ per legem humanam. Nam cum beneficium ex ſui inſtitutione detur propter officium, & officiū Parochi ſine ordine Sacerdotis, officium autem Epiſcopi ſine conſecratione exerceri non poſſint, ſequitur, vt ſine illo ordine, vel illa conſecratione titulus, aut perceptio fructuum conſiſtere non poſſint. Verū quia non poteſt, obligatio hæc ita in momento vim habere, vt ſtatim ſine mora incipiat, iure optimo ab Eccleſia tempus aliquod induciarum ſtatutum eſt, quod alioqui vir prudens arbitrari poterat, ſicut facit lex humana, dū pretia rerum aſſignat, quæ aliàs homines priuati inter ſe aſſignare ſolent. Hoc igitur tempore elapſo cenſet lex humana iam ceſſare titulum iuſtum retinendi beneficium, aut Epiſcopatum: titulo autem deficiente, ipſo iure naturali vacat beneficiū, quia ipſo iure naturali ſine titulo poſſideri non poteſt. Qua etiam ratione diſput. 160. cap. 5. diximus, legem humanam meritò priuare fructibus parochū, qui poſt annum nec ordinem ſuſcepit, nec tale propoſitum ſuſcipiendi ordinem habuit, tametſi alioqui lex humana vi ſua obligare nonpoſſet ad actus interiores, vt ibidem oſtendimus. Hæc Vazquez. Sed obiici poteſt, quia licet beneficium detur propter officium, tamquam propter finem, itēque cum onere illud exercendi ſuo tempore: non tamen datur ea conditione, vt homo intra certū tempus ordines, vel conſecrationem recipiat, aut officium ſuum exerceat, alioqui ſi munus ſuum non exerceret, amitteret non ſolùm fructus, ſed etiam titulum beneficij, ipſo iure naturæ. Item ergo etiam ſi nulla eſſet lex poſitiua, ſi non ordinaretur tempore ſtatuto ab Eccleſia, amitteret ſimiliter titulum ſublato omni ſtatuto Eccleſiæ circa amiſſionem tituli. Imò etiamſi Eccleſia tempus ordinum non determinaſſet, parochus: vel Epiſcopus titulum eo tempore amitteret, vel dicendum erit, nec modò amittere, quia pœna priuationis beneficij numquam de facto incurritur ante latam ſententiam ex vi legis pœnalis. Confirmatur: nam ſi anticipatio illa amiſſionis beneficij incurritur ex vi legis humanæ pœnalis: ergo etiā amiſſio beneficij ſimpliciter poſſet referri in legē pœnalem. Nec opus eſt recurrere ad legem naturæ. Cōfirmatur etiā, alioqui non ſolùm Epiſcopi, qui non conſecrantur intra tres menſes, & parochi, qui non ordinantur intra annum, eſſent ipſo

*Beneficiū datur propter officium ex ſui inſtitutione.*

A facto per legem priuati beneficio, ſed etiam iſti, & omnes alij beneficiarij, qui intra debitum tempus non habent ordinem, & reliqua omnia requiſita ad munus ſuum obeundum, quæ omnia ſunt dura creditu: vel ergo parochus, & Epiſcopus non ſunt ipſo iure ante ſententiam priuati titulis ſuis in illis euētibus, vel id præuenit tāquam pœna ex iure humano, ſicut etiam diximus ſuprà de eo, qui intra annum nec ordinem ſuſcepit, nec animum habuit illum ſuſcipiendi: ex lege humana incurri & non ex ſola lege naturæ.

Primò, probatur hæc ſententia à Suar. quia quòd is, qui deliquit exerceat circa ſeipſum vel circa res ſuas actionem pœnalem, non eſt per ſe malum, imò ex ſe potiùs eſt honeſtum: ergo quod ad talem actionem exercendam per legem obligetur, nec eſt per ſe iniuſtum, nec eſt cur exiſtimetur ſuprà humanam poteſtatem legiſlatiuā, præſertim quādo talis pœna, delicti grauitatem non excedit, nec adeò acerba, & difficilis, vt præter humanam conditionem videri poſſit obligare hominem ad illam in ſe exequendam.

32 *Per ſe non eſt malum delinquentē exercere circa ſeipſum vel res ſuas actus pœnales.*

Et confirmatur: nā hæc res magis eſt moraliter, quàm phyſicè penſanda; at moraliter loquendo perinde eſt obligare hominem ad aliquid agendum, & ad aliquid pœnale agendum. Imò interdū illud difficilius eſt, vt verbi gratia, obligare, vt per diem taceat, aut quòd cum amicis non communi-C cet, difficilius alicui erit, quàm dare eleemoſynā, vel aliquid ſimile facere, & inferius ait, non excedere poteſtatem legis humanæ, vt obliget reum ad exequendam in ſe pœnam ipſa lege latam: ſiue talis executio requirat phyſicam actionem, ſiue carentiam actionis, dummodò talis modus ferendi pœnam prudenter iudicetur expediens ad cōmune bonum, & non excedēs grauitatem delicti, neque ſit in re adeò difficili, vt vel naturæ repugnet, ſicut eſt ſe occidere, vel mutilare, vel moraliter ſuprà humanas vires eſſe videatur, vt ſe publicè flagellare, vel aliquid ſimile facere.

*Conf.* 1.

*Legiſlator nō poteſt ſtatuere vt reus id agat quod natura repugnet vt ſeipſum occidere vel mutilare.*

Confirmatur ſecundò, nam Princeps ſaltem Eccleſiaſticus poteſt indicere ieiunium, ad ſatisfa-D ciendum Deo pro peccatis, ſicut indixit Rex Niniuitis, Ionæ 3. ergo poſſet aliquid præcipere ſub obligatione ieiunij ſtatim incurrenda.

Confirmatur tertiò, nam Reſpub. poteſt transferre dominium, & poſſeſsionem abſq; vlla iudicis ſententia, vt in præſcriptione: vt docet Innocentius, in ca. cura, de iure patronat. Panormitanus, c. vigilanti, de preſcriptio. Ancharanus, reg. poſeſſor de reg. iur. in 6. Decius, cap. 1. num. 8. de conſtitutio. Ergo etiam poterit delinquentem priuare dominio bonorum ſuorum, ſaltem aliquorum, & obligare illum in cōſcientia, vt ea fiſco, vel pauperibus tradat, etiam abſque iudicis ſententia: nec E vt ratio hæc vim habeat, oportet dicere cum Caſtro, legem præſcriptionis eſſe pœnalem, & de finitionem traditam à Panormitano, rubr. de præſcript. num. 1. & probatam ab aliis, quos recenſet Sebaſtian. de Sapia apud Pan. ibi: nam re vera non eſt, vt docent latè Simancas ſuprà, num. 203. & Molina, tom. 2. de iuſt. tract. 1. diſt. 62. ſed diſpoſitiua.

Confir. 4. quia lex diuina poſitiua aliquādo obligauit ad pœnā ſubeundam ante vllā ſentētiā: ergo idem poterit lex humana, etiam laica: quę quidem eſt participatio diuinæ, illamq. imitatur. Antecedens patet in lege illa Exod. 21. vt qui percuſſerit

oculum, aut excuſſerit dētem ſerui, aut ancillæ in pœnam delicti, teneatur ei dare libertatem. Quæ lex, vt aduertunt Caſtro, 2. de lege ca. 4. & Sayrus, lib. 3. cap. 9. num. 27. inutilis ferè eſſet, ſi non obligaret abſque ſententia, quia Dominus poſſet ſeruum domi incluſum tenere, ne eum apud iudicem accuſaret. In pœnam etiam pro variis delictis, varia ſacrificia offerri præcipiebantur, & pœna incurrebatur ſine vlla iudicis ſententia, & in lege Euãgelica, vt patet Matthæi 5. & 19. licitũ eſt debitum negare coniugi fornicanti, qui quamuis non peccet, blandè & humiliter ab innocente debitum petendo, vt ait Sayrus ſuprà, tamen vim inferre illi non poteſt: ergo incurrit pœnam priuatiuam iuris præſcripti ante iudicis ſententiam, potiùs eſt diſpoſitiua, licet obiter etiam negligentibus pœnam ſtatuat, de quo vide Molinam, tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 61. Simancam ſuprà, nu. 208. & Paulum de Caſtro, concil. 293. viſis, & Felinũ, rubr. de pręſcriptio. & colligitur ex ipſa definitione præſcriptionis, & ex l. 1. ff. de vſucapio. & l. fin. C. de longi tempo. præſcrip. & l. 18. tit. 29. par. 3. & cap. vigilanti de præſcriptionibus.

33 Pro hac ſententia facit Couarruuias, de ſponſ. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. in fine, dicens Caſtrum, 2. de lege pœnali cap. 2. eam probare vrgentiſſimis rationibus, & admitti poſſe hunc rigorem, quando iuxta ſubiectam materiam, præfectorum negligentia præſumitur, vel quãdo aduerſus legum præcepta inuerecũdè, & proteruè agitur cõtempta exteriori pœna, vt ita nullum aliud ſit opportunũ remediũ. Sayrus ait, hãc poteſtatem valde eſſe neceſſariã in Repub. ne ſecreta crimina tolerentur, quãdo pœna à iudice imponẽda timeri non poteſt. Vtitur etiam Sayrus cũ multis hac ratione, nõ habet minorem poteſtatem lex, quàm iudex: nam vt ait Cicero 2. de legibus, verè dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. Sed iudex poteſt obligare ad pœnam abſque alia ſententia: ergo & lex: ſed hæc ratio nimium probare videtur, nempe quoties iudex poteſt obligare in conſcientia, poſſe legem abſque vlla ſententia, quod falſum eſt. Vnde dicẽdum eſt, legem ſcriptam, & vocalem idem poſſe. Item idem poſſe præceptum legiſlatoris temporale, vocale, aut ſcriptum, quod poteſt ipſa, quæ eſt mandatum perpetuum: neutrum autem mandatũ poſſe paſſim, & communiter imponere pœnam incurrendam abſque ſententia declaratoria criminis: non enim poteſt communiter Princeps præcipere generatim, vt quicumque tale crimen commiſerit, incurrat ſine ſententia pœnam, nec in particulari poteſt Petro iniungere, vt ſi commiſit tale crimen, incurrat talem pœnam: nam hæc præcepta cõmuniter eſſent nimis rigida, & eò magis acerba, quòd caſus nondum probatos, aut etiã nullo modo probabiles comprehenderint: ſententia autem iudicis extẽſiuè non ita eſt rigida, quia ad ſolum caſum iam probatum ſe extendit, & lex ſiue ſcripta, ſiue vocalis caſum probatũ non ſupponit. Ideò communiter minus poteſt, quàm iudex, agens vt iudex, ſeu cauſa cognita: & quidquid poteſt lex, poteſt legiſlator, ſed non è contra. Simanc. ſuprà, num. 198. ait idem poſſe legem & iudicem, nempè punire reum accuſatum, cõfeſſum, & conuictũ. Sed hoc nihil valet, quia lex non ſic punit, ſed iudex. Alij dicunt, pœnam, ex eo quòd incurratur ante ſententiã, eſſe acerbiorem, quàm ſi

*Magiſtratus eſt lex loquẽs, lex mutus magiſtratus.*

A imponatur declarato per ſententiam crimine: & ideò non quoties poteſt inferri à iudice, poſſe imponi à lege: ſed certè licet mandatum eſſet acerbius, & durius, tamen pœna in ſe eſſet æqualis. Vnde recurrendum ad priorem ſolutionem. Itaq; non quoties iudex per ſententiam poteſt obligare ad pœnam, etiam poteſt lex ad idem obligare ante vnam ſententiam, ſed cùm legem ſic ferri bono communi eſt valdè neceſſarium, quia ſimplicia mandata, vel ſub pœnis aliter incurrendis, non ſufficiunt ad illationem, conſeruationem, vel promotionem communis boni: mandata autem ſub pœnis ſtatim in cõſcientia incurrendis vtilia ſunt, vt eſſe ſolent, quæ ad illos pertinent, qui curam conſcientiæ habere ſolent, vt religioſi, Epiſcopi, & clerici: nam ſæculares raro poſſunt ſic obligari

B ad aliquid agendum, vel omittendum: quia communiter non adeò ſunt ſolliciti de conſcientia, vnde tales leges eſſent pernicioſæ, nempè ſine vllo, aut cum paruo fructu, occaſiones multorum peccatorum præbendo.

Non ergo paſsim, ſed raro, & grauiſsimis de cauſis poſſunt leges ferri, quæ ante ſententiam iudicis obligent ineuitabiliter ad res difficiles, nec debemus iudicare legem ſic obligare, niſi expreſſiſsimis verbis nullum alium ſenſum patientibus id dicãt. Quare leges illæ, quæ dicunt, *ipſo iure, ipſo facto*, non obligant ante ſententiam iudicis, quia paſsim in iure inueniũtur, & res difficillimas iniungunt, & non eſt neceſſariũ, imò nec expediens

C bono cõmuni, vt ante ſẽtẽtiam incurratur. Imò etiam cùm lex dicit, *pœnã incurri abſq; declaratione*, ſi paritur hunc ſenſum, vt non incurratur à die cõmiſſi criminis, ſed ad illũ retrotrahatur, ſic eſt lex interpretãda, vt dicemus de cõfiſcatione bonorũ, quæ præter hæreſim incurritur. Vnde Leſſius, lib. 2. cap. 16. dub. 2. poſtquam retulit legem quãdam reſtituẽdi duplũ, c. exigit, & c. ſequenti de cenſib. addit, notandum eſt hic, legem finalem de duplo obligare ante ſententiã: quod perrarũ eſt, nec vnquã præſumitur, niſi ex modo loquẽdi ſit euidens.

*Non paſſim ſed raro & grauiſſimis de cauſis tales leges ſunt ferendæ.*

Sed obiicit Sotus primò, quia natura abhorret, 34 vt idem in ſeipſum pœnam exequatur, ſitque agens, & patiẽs. Proprium iudicis munus eſt pœ-

D nam infligere, nemo autem in ſeipſum eſt iudex: ergo nullus lege obligatur ſibi pœnam infligere. Secundò, quia ſi pœna poſſet incurri ante ſententiam; ergo poſſet quis obligari ad manẽdum perpetuò in carcere, etiam ſine vlla ſententia: & ſimiliter ad abſtinendum ab omni cibo & potu, donec moreretur: quod eſt abſurdum.

*Obiectiones Soti cõtra ſuperiora.*

Sed ad primum reſpõdetur, naturam etiam abhorrere à pœna poſt ſententiam iudicis patiendã: tamen tunc obligare in conſcientia: eodem ergo modo poteſt lex aliquando ad eam abſque ſententia incurrendam obligare, licet non ſemper poſſet ſic obligare: quia eſſet nimium ſeuera, aſpera, &

E crudelis lex, & ideò non obligaret, vt inquit Vazquez, diſp. 168. cap. 5. num. 39. & ſicut damnatus à iudice tenetur in ſe exequi pœnam ſoluendo pecuniam, vel eundo in locum exilij, & tunc eſſet idem agens, & patiens; ita poſſet aliquando per legem ſolam obligari, vt ſimul ſit agens, & patiẽs, & licet iudex non poſsit dãnare reum, antequam audiatur, tamen lex poteſt damnare aliquem antequam audiatur à iudice, relictus ſuæ conſcientiæ, vt ſi delictum ſe perpetraſſe nouerit, talem pœnã de ſe ſumat, vel agendo, vel abſtinendo ab actione aliqua,

*Ad 1. obiectionem Soti.*

*Iudex non poteſt damnare reum antequam audiatur: lex poteſt, antequam audiatur à iudice.*

Digitized by Google

aliqua, alioqui licita, quod eſt aliquo modo eſſe iudicem, accuſatorem, teſtem, & reum in tali cauſa.

*Ad 2. obiectionem Soti.* Ad ſecundam reſpondeo, leges illas non fore licitas, quia rem duriſsimam, & aſperrimam præciperent, imò nec iudex per ſententiam poteſt obligare ad abſtinendum ſe ab omni cibo, & potu, ſecus ad manendum perpetuò in carcere: ſed in carcere non tenetur quis mortis ſententiam expectare, vt inferius dicemus: vide Vazquez ſuprà, num. 43. & 44.

*Ad fundamēta Caiet.* Ad fundamenta ſecundæ ſententiæ, ſeu Caietani reſpōdeo, legem humanam non ſolùm obligare poſſe ad ſuſtinendum pœnam, ſed etiam ad inferendum eam ſibi: nam licet pœna in ſola paſſione conſiſtat, tamen inde non ſequitur non poſſe legem humanam obligare ad actionem, vnde paſsio pœnalis reſultet in ipſomet agente, quin potiùs præcepta dentur de actibus, vel eorum omiſsione, lex poteſt non ſolùm ad omiſsiones, ſed etiam ad actiones pœnales obligare, quando expediens, & conſentaneum rationi fuerit.

35 *1. Obiectio noua.* Sed adhuc obiicies primò, nam D. Thomas, 2. 2. quæſt. 62. art. 3. in corpore, & ad 3. ait, pœnam à reo non deberi ante ſententiam iudicis: ſubſcribit Molina, to. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 176. §. illud vniuerſim, vbi ſic ait, nullus tenetur ſubire pœnam ante latam ſententiam, & multò minus eam exequi aduerſus ſemetipſum; quam ſententiam omnibus Theologis probari affirmat Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 3. diſp. 53. num. 2. cui & ipſe ſubſcribit num. 6. ad 2. & 3. Idem tenet gloſſa ver. cùm augmento in c. fraternitatis 12. quæſt. 2. Didacus Perez ad legem fi. ver. *que en ellas cayere*, tit. 13. lib. 2. ordinam. Regij, & alij plures auctores, quos recenſet, & probat Antonius Gomez. tom. 3. variar. cap. 14. num. 3. quamuis nullus ex his auctoribus, quos commemoraui, ſpeciatim dicat, reum nullā pœnam ſubire ante ſententiam, & Simancas ſuprà, licet num. 199. dicat, legem, quæ obligaret in conſcientia ad pœnam, fore contrariam iuri naturali, & excedere poteſtatem legiſlatoris: quia forū conſcientiæ quod ad hoc eſt extra eius territoriū, vt docet nu. 193. & 200. Tamen num. 194. & 211. *Lex humana obligare poteſt in conſcientia ad aliquam quantitatem dandam pro expiatione peccati.* legem humanam poſſe obligare in conſcientia ad exiguam aliquam quantitatem dandam pro expiatione peccati, vt olim in lege veteri Exod. 21. ver. 26. & 27. Leuit. 15. ver. 19. & 20. & cap. 22. ver. 14. num. 5. ver. 6. & 7. aliiſque locis citatis à Caſtro ſuprà, num. 5. reſpondeo, D. Thomam, & alios eſſe intelligendos regulariter: nam regulariter lex non obligat ad pœnam incurrendam ante ſententiam, nec dicit verba, quibus intelligatur id legiſlatorem intendere. Vnde Molina, tom. 1. de iuſt. diſp. 88. inquit, nullus regulariter tenetur ante latam ſententiam etiam poſt trāſgreſsionem præcepti, pœnamque commeritam: ergo ſentit aliquando teneri.

Secundò obiicies: nam ſcriptura, canones, & leges ſignificant, iniuſtum eſſe homines indemnatos puniri, Ioan. 7. ver. 51. ait, Nicodemus, *nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?* & Paulus, Act. 16. ver. 37. incuſat eos, à quibus indemnatus punitus erat, *Cæſos nos* (inquit) *publicè indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem, & occultè nos eiiciunt*, & capit. 22. ver. 2. *Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare?* & Feſtus Iudææ Præ-

A ſes, Act. 25. ver. 16. *Non eſt* (ait) *Romanis cōſuetudo, damnare aliquem hominem, priùs quàm is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina*, & cap. inter quatuor de maior. & obed. dicitur. *Iuris ratio poſtulat, vt in eorum præiudicium, quibus eædem Eccleſiæ ſunt ſubiectæ: nihil ordinemus de ipſis, cùm nec citati ſint, nec cōuicti, nec per contumaciam ſe abſentent.* & in cap. 1. de cauſa poſſ. & propr. *nec nos* (inquit Gregor. Magn.) *contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.* *Non licet quemquam in auditum damnare.* Idem habetur cap. nos in quemqam, & cap. iudex 2. quæſt. 1. cap. non oportet, cap. habetur, cap. qui accuſare, cap. abſens verò 3. quæſt. 9. in quo poſtremo cap. Zepherinus Papa ait. *Abſens verò nemo iudicetur, quia & diuina, & humana hoc prohibent le-*
B *ges*, & Clemens V. in Clem. Paſtoralis, §. cæterùm, de re iudicata, defenſionis facultatem nemini, etiā ab Imperatore tolli poſſe docens ait, *Cùm illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtūt*, *Imperatori non licet tollere defenſionem.* & Vlpianus inauditum filium à patre occidi non poſſe definiuit, l. inauditum ff. ad leg. Cornel. de Sicariis, & Martianus, l. 1. ff. de requiren. reis, *Diui* (inquit) *Seueri & Antonini Magni, reſcriptum eſt, nequis abſens puniatur, & hoc vtimur iure, ne abſentes damnentur: nec enim inaudita cauſa quemquam damnari, æquitatis ratio patitur.* Vide etiam l. abſentem ff. de pœnis, & l. abſentem C. de acuſatio. & l. ſi
C quondam C. ad leg. Iul. de adulter. Si abſens, & inauditus damnari non poteſt: ergo nemo ante iudicis ſententiam incurrit pœnam: Confirmatur primò, quia inflictio pœnæ ſupponit criminis declarationem, l. eius qui delatorem ff. de iure fiſci, ibi *Verùm oportet conſtare prius*, & de crimine pronunciare; Gratian. §. in hoc capite poſt cap. ſiue de coniugiis 35. quæſt. 2. *Pœna* (inquit) *nulli eſt inferenda, niſi per iudicem.* Confirmatur ſecundò, nam pœna infligitur, vt conſpectu pœnæ alij ab eiſdem, vel ſimilibus facinoribus perpetrandis deterreantur, l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquiliam, l. locatio, §. quod illicitè ff. de publican. l. aut facta, §. non numquam, & l. capitalium, §. famoſos ff. de pœnis, ſed pœna ſequuta, quàm reus incurreret
D abſque iudicis ſententia, ad hoc non conduceret: ergo nulla pœna incurritur ante iudicis ſententiam.

Ad obiectionem, & primam eius confirmationem reſpondeo, ſcripturę, Pontificum, & Imperatorum teſtimonia ſolùm agere de condemnatione, quæ in externo foro à iudice fit, contra certam perſonam: hæc enim fieri nulla ratione poteſt, niſi legitimis probationibus, & parte audita: fieri etiā conditionaliter, id eſt, dicendo *ſi hoc feciſti, talem pœnam patiaris in conſcientia.* Quamuis Princeps aliquando per legem, aut per temporale mandatum poteſt præcipere: ne quid fiat ſub tali pœna incurrenda in conſcientia ante omnē ſententiam.
E Tamen iudex id non poteſt, imò nec ipſe Princeps poteſt in genere præcipere, vt qui tale delictū iam fecerit ante ipſum mandatum, ſubſtineat in conſcientia talem, vel talem pœnam, præſertim cuius nulla præceſſit comminatio, nec conditionaliter priuatæ perſonæ coram illo accuſatæ præcipere, *ſi feciſti hoc crimen, ſubſtine hanc pœnam.* Sed ſententia debet eſſe abſoluta præuiis probationibus, & reo audito. Excipę excommunicationes, & alias cenſuras, quæ ſi præceſſit comminatio ipſarum, & homo adhuc eſt contumax, inferri poterunt generaliter conditionaliter, *Si quis verò gene-*

*raliter non communicauit in Paſchate ſit excommunicatus, ſeu excommunicamus omnes, qui non communicauerunt in Paſchate*, eò quod cenſuræ ſunt pœnæ medicinales,& correctoriæ,quarum facile eſt remedium:homine enim correcto non poſſunt prælati ipſum non abſoluere.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo,pœnam imponi non ſolùm ad exemplum alienum: ſed etiam,vt omnes eius timore contineantur in officio.

37 Obiicies tertiò, nam ſi pœna interdum incurritur in conſcientia, tenebitur peccator ſeipſum prodere, quia per obſeruationem pœnæ detegetur crimen. Reſpondeo negando conſequentiam: nam ſi ex pœnæ executione occultum crimen eſt aperiẽdum, peccator poterit pœnam non exequi, ne ſeipſum infamet iuxta id Chryſoſtomi homil. 32. in epiſtola ad Hebræos, *Non tibi dico,vt te prodas in publicum,nec vt te apud alium accuſes*.

*3. Obiectio.*

*4. Obiectio.*

Quartò obiicies contra id, quod diximus,non poſſe hominem lege obligari ad omnem pœnam ſubeundam ante ſententiam: namque poteſt quis obligari ad quamcumque pœnam: ergo & lege humana. Reſpondeo negando conſequentiã, nam votum eſt voluntarium,& ideò poteſt ſe extendere ad multa,ad quæ non poteſt lex,vt ad actus internos, ad conſilia Euangelica, &c. leges autem debent eſſe faciles, & tolerabiles,& accommodatæ humanæ conſuetudini,cap.erit autem lex, d. 4. cap.alligant, 26. quæſt.6. vide Nauarrum cõmentario de datis & promiſsis nu.44.

*Leges debent eſſe faciles & tolerabiles.*

38 Ex dictis ergo patet, etiam cùm lex continet ſententiam latam, non teneri communiter reum in ſententia eas pœnas ſubire, quæ in actione cõſiſtunt,vt in carcerem, vel exilium ire, bona tradere fiſco,&c. Colligitur ex D.Thoma 2.2.qu.62. art.3.vbi Caietanus, Aragon, Salon,& alij recentiores:alij ibi quæſt.11.art.3.Bannes quæſt.12.art. 2.Medina hic quæſt.96.art.4. Valentia, Vazquez, Sotus,Corduba, Conradus & Sa ſuprà. Adrianus quodlib.6.art.1.corol.3.lit.I,& ſequentib. & in 4. in materia de reſtitut. quæſt.de ludo, quæ incipit: quia in ſuperioribus §.prima pars,& citat Paludanum 4.diſt.15. quæſt.3. & gloſſam notabilem cap. faternitatis,12.q.2. cui ait ſtare omnes Doctores, Caietan. in ſũma, verbo pœna,vbi Angelus §.3.& verbo inobedientia,in fin.& verbo aſſaſsinus,§.4. Roſella §.1.vbi ait Panormitanum,qui oppoſitum dixit,ab omnibus reprehendi,Armilla verbo conſtitutio, num.7. Driedo 2. de libert. Chriſt. cap.1. propoſ.2.Angles 2.part. 4. quæſt. de reſtitut.legis pœnalis,Ouand.4.diſt.13.propoſ.41.Nauarrus ca. 23.num.66.& cap. Inter verba, corol.54. Palacius 4.diſt.37.quæſt.7.Perez.2.ordinamenti,tit.9.l.2.& & lib.3.tit.vlt.l.4.& aliis locis ibi citatis,Syluester verbo aſſaſsinus, quæſt.5. emphyteuſis quæſt. 2. hæreſis 1. quæſt. 8. pœna. quæſt.25. Tabienna excommu.5.caſu 2.§.1.& verbo,aſſaſsinus,Simancas in inſtit.tit.9. à num. 27. Archidiaconus cap.cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6. Maior 3. diſt. 25. quæſt.3.in fine,Ancharanus cap.fœlicis, col.3. de pœnis lib.6.& cap. pro humani de homicid. in 6. vbi Francus & Ioannes Andreas. Item Ancharanus,& Franciſcus d.cap.cùm ſecundùm leges,Alexander l. ſi quis maior, C. de tranſactio. tentauit id tenere Felinus cap. audiuimus de ſymonia, vt ait Nauarrus ſuprà, tenuit Bartolus, l. ciues qui delatorem,ff.de iure fiſci, Couarruuias cap.alma,

A part.1.§.2.num.9.verſ.5.& 2.part.4. cap.6.§.8. nu. 10.dicens eſſe communem,Menchac. libr.1. controuerſ.cap.28.num.4.& lib.1.quæſt.frequentium cap.7.num.2.& cap.10. num.34. Victoria relect.1. de Indis à nu.9.Ledeſm. 2.4.quæſt.18.art.3. Ioan. Medina C.de reſtit.quæſt.1.dub.3.verſ.aut etiam, & quæſt.22.part.2.ad 6.arg. partis affirm. poſt corol.3. verſ. nec obſtat motiuum, Guillielmus Benedictus c.Raynutius de teſtamen.part.2.num.32. Hippolyt.Marſil. in pract. cauſarum crimin.§.aggredior,num.105.& in rubr. ff.ad leg. Cornel.nu. 24.Alciatus l.cum poſteaquam C.de pactis, & l. ſi quis maior, C. de tranſact. Sayrus libr. 3. capit.9. num.36.

B Probatur, quia communiter homo ſuum crimen manifeſtaret per executionẽ pœnæ, ad quod obligare eſſet duriſſimum, ſi autem ad id nõ obligaretur, lex eſſet inutilis: quia communiter non obligaret.Item quia æquitas non patitur,vt in rebus grauiſſimis homo ſit contra ſe, quaſi iudex, accuſator,& teſtis:nec eſt credibile Rempubl.tradidiſſe Regi tantam obligandi poteſtatem, neque Deum Pontifici, maximè *cùm iugum Chriſti ſuaue, & onus eius leue ſit*, & cùm Chriſtus abſtulerit iugũ duriſſimum veteris legis, de quo Petrus in Actis dixerit. *Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum,quod nec nos,nec patres noſtri portare potuimus*, & lex præſertim humana debeat eſſe moraliter poſſibilis:quod autem adeò eſt difficile, ſit quodammodo impoſsibile 5. Met. cap. 12. Vnde Eccleſia non poſſet præcipere confeſsionem peccatorum,niſi eſſet à Deo præcepta,nec poteſt præcipere alicui,vt religionem ingrediatur,vel vt cõtinentiam ſeruet,nec vt ſe probat,iuxta Chryſoſt. cap.quis aliquando de pœnit.diſt.1. nec iudex etiã ſupremus poteſt, quando lex ſolùm continebat ſententiam ferendam, generaliter præcipere, vt omnis qui inciderit in tale delictum,ſoluat talem pœnam. Vnde Gregor.cap.1. de cauſa poſſeſſ.*Nos contra inauditam partem nihil definire poſſumus*:quod etiam habetur cap. nos in quemquam, & cap.iudex,2.quæſt.1.Poteſtas Eccleſiæ,& Reipu.in ædificationem eſt,non in deſtructionẽ, vt docet Paulus 2.Corinth.15.eſſet autem in deſtructionem, ſi ad grauem pœnam exequendam ante ſententiam poſſet obligare: quia cùm res ſit adeò difficilis, à paucis fieret, & ſic conſcientiæ replerentur peccatis. Sane talis lex magnam præberet occaſionẽ peccandi contra cap.ex parte,de conſtit. & l.conuenire, ff.de pactis dotal. Vide Ancharanum cap. poſſeſſa,num.21.de reg.iur.in 6.& Nauarrum illo num.66. qui hanc veritatem confirmat, quia non eſt credendum, legiſlatorem qui ſemper præ oculis æquitatem habere debet l. 1. quod ſi Epheſ.ff. quod certo loco dare oportet,velle partem facere contra ſeipſam executricem. Confirmatur l.nimis graue,C.de teſtib. & l.humanitatis, C.de excuſatio.tutor. vide Simancam in cathol.inſtit.tit.9. 39

*Aequitas non patitur, vt in rebus grauiſſimis homo ſit contra ſe.*

*Act. 15.*

*Poteſtas Eccleſiæ,eſt in ædificationem, non in deſtructionem.*

C

D

E

Primò ergo ex ſuperioribus aſſero, legem humanam poſſe obligare in conſcientia ante ſententiam ad pœnam paſsiuam,& actiuam,ſi aliunde ſeruetur æquitas. 40

*Auctoris aſſertiones ex quibus ſupra dicta confirmantur.*

Secundò, hunc modum obligationis tantùm habere locum in pœnis moderatis,non in quibuſcumque etiam grauiſsimis, quales ſunt, quæ magnum,& irreparabile, aut ineuitabile damnum in ſe habent,quales non ſunt cenſuræ, quæ facilè remedium habere ſolent:imò neque irregularitates,

neque

Digitized by Google

neque omnes inhabilitates ad aliqua, ideò in his frequentius, quàm in aliis ita leges diſponunt.

Tertiò non eſſe facile præſumendū, quod mens legiſlatoris ſit, obligare ad pœnā ante iudicis ſententiam: præſertim ſi pœnæ ſint grauiores, maximè ſi inuoluant, vel inferant aliquam moleſtam actionem, vel abſtinentiam ab actione grata, vtili, vel iucunda, aut ſi de executione pœnę nullo modo, aut vix conſtare iudicibus poſsit, ſed tota relinquatur conſcientiæ delinquentis: tunc enim rarò lex ſeruatur quantum ad pœnam, ideò inutiliter imponeretur, quod in rebus ſpectantibus ad ſæculares maximè locum habet, qui communiter de conſcientia non ſunt adeò ſoliciti.

## SECTIO III.

*Quibus verbis obligare ſoleant leges ad pœnam ſubeundam ante iudicis ſententiam.*

41 *Pœna irregularitatis incurritur ante ſententiam iudicis.*

DE pœna irregularitatis certum eſt, quomodocumque ponatur, incurri ante ſentētiam iudicis: quia non eſt iudicis, ſed iuris irregularitatem inducere.

Secundò, in aliis verò pœnis cùm nō adhibentur verba, quibus aliqualiter indicetur, pœnam incurri ante ſententiam, non incurritur. D. Thomas 2.2. quæſt. 62. art. 3. vbi Caietanus, Syluester, Angelus, Armilla, Roſella, Tabienna, & alij ſummiſtæ verbo pœna, gloſſa ex ipſo textu, c. fraternitas, 12. q. 2. Rebuff. in procem. conſtit. reg. gloſ. 1. n. 46. & 47. Adrian. quodlib. 6. art. 1. corol. 3. lit. L, & ſeq. quia pœnæ mitius interpretandæ, cap. in pœnis, de reg. iuris in 6. & l. penult. ff. de pœnis: & quia ſi legiſlator voluiſſet magis vigere pœnam, id expreſsiſſet. Vnde quando lex ſolùm dicit ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, non incurritur ante ſententiam iudicis. Quoties ergo pœna ſic imponitur, inſtituitur, vel obligatur iudex, non verò obligatur reus, arg. cap. de cauſis, §. 5. de offic. leg. Vnde cùm lex dicit, *priuetur, excōmunicetur, interdicatur, deponatur*, &c. non incurritur pœna ante ſententiam, vt omnes docent hîc, agentes de cenſuris. Vide Tiraquell. l. ſi vmquam, verbo reuertatur, C. de reuocand. donationib.

Tertiò, quando lex dicit, *ipſo facto*, vel quid ſimile, dicere debemus, particulam eiuſmodi aliquid operari, & non eſſe poſitam ſolùm ad terrorem, vel ad mouēdum iudicem, vt rigidè ſe gerat, alioqui tolleretur efficacia legum, volentium ea particula inducere aliquem effectum.

Quartò, quando poſt particulam *ipſo facto*, ſequitur *confiſcatio omnium bonorum*, non ſignificatur obligatio exſpoliandi ſe ante ſententiam: ſed quid aliud, vt ſect. ſeq. videbimus: idem eſt de confiſcatione, vel amiſsione aliquorum bonorum, quę ante delictum erant delinquentis, niſi addatur, *retineri non poſſint*, vel quid ſimile.

Quintò in cenſuris verba, *ipſo iure*, *ipſo facto ſit excommunicatus*, & ſimilia ſignificant pœnam incurri ante ſententiam iudicis: ita omnes, & confirmat vſus Eccleſiæ. Ratio eſt, quia illæ voces in rigore hoc indicāt, qui neque vſu, neque iure temperatus eſt: ſed confirmatus, & congruentiæ aſsignatæ ſunt ſect. præced. Præcipua eſt, quia iſtæ ſunt pœnæ medicinales, quæ, ſi homo velit corrigi, promptum habent remedium. Vnde nō eſt durum ſic imponi intelligi, & incurri. Item quia per ſe loquendo ſolùm priuant cōmunibus ſuffragiis, ac actiua, & paſſiua communicatione, in ſacramētis, & aliis diuinis, aut ſpiritualibus, & communicatione aliqua non neceſſaria in humanis: ſpiritualia autem præſertim carnales non admodum mouent, ideò hę pœnę minus grauatè ſuſtinentur, & communiter ſeruantur, ſecus alia, quæ viſibilia bona, & magna attingunt, quibus carere moleſtiſſimum eſt, præſertim carnalibus. Hæc Vazquez.

Sextò, in nonnullis aliis pœnis particula, *ipſo facto*, niſi aliud addatur, non indicat ſufficienter pœnam incurri ante ſententiam: ita Sotus, Couarruuias, Cardinalis, Angelus, Armilla, Nauarrus, Simancas, Syluester, & Valentia citati ſect. præced. in tribus ſententiis, Iulius Clarus, lib. 5. quæſt. 73. verb. Notarius, ſignificat gloſſ. Auth. de Tabellionibus, §. penult. coll. 4.

Sed contrà, quia vel talis particula ſufficiens eſt, 42 *Obiectio.* vt lex ſtatim efficiat pœnam, & obligationem, vel non.

Hoc ſecundum dici non poteſt, aliàs nec in cēſuris ſufficeret. Si verò primum, cur non inducit ſtatim effectum? Deinde ſi non ſtatim incurritur pœna, ſuperfluè apponitur illa particula, cùm nihil operetur. Reſpondent aliqui, in his pœnis id operari, vt non ſit neceſſaria ſententia condemnatoria, ſed declaratoria criminis ſufficiat.

Fundatur in illo principio iuris, pœnæ ſunt ſtrictè interpretandę, & temperandæ, quantùm verba patiuntur, & ratio poſtulat, & cōfirmat vſus optimus legum interpres, qui ſic leges aliquas accipit, vt non intelligantur pœnam inducere ante omnē ſententiam, quamuis fortè initio alia fuerit mens legiſlatoris. Vnde & poſteriores legiſlatores in illis caſibus, quando plus intendunt, ſolent addere alia verba, quibus illam, vel alias interpretationes excludant: ergo cùm non addunt, admittunt illas, ſecus in cenſuris propter rationem allatā, & vſum Eccleſiæ. Sed quid, ſi dicat ante ſententiam? vt ca. pro humani de homicid. in 6. Reſpondeo, excludi condemnatoriam, non declaratoriam, Gloſ. Ioan. Andras, Anchatanus, Geminianus, Francus ibi, Tabienna, & Armilla, verb. Aſſaſſinus, vbi Syluester, quæſt. 5. ſeu in fine, & verbo Emphyteuſis qu. 2. Angelus, pœna qu. 3. Alexander, & Imola, quos omnes citat, & ſequitur Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 6. ſed quid ſi addat ante omnem declarationem, vel monitionem? Syluester, verſ. Emphyteuſis, quæſt. 2. & verb. Aſſaſſinus in fine, & Corduba, lib. 1. quæſt. 36. nota. 3. ſuadent, ex Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 1. ibi: *alia etiam declaratione non ſequuta*, & c. licet canon, de elect. in 6. ibi, *nulla monitione præmiſſa*, in quibus locis apertè excluditur neceſſitas declarationis, vel monitionis, vt pœna incurratur: ergo ſtatim incurritur, aliàs illud verbum nihil operaretur, quod eſt contra intentionē legiſlatoris. Oppoſitam ſententiam tenet Didacus Perez, lib. 2. ordinam. tit. 9. l. 2. Henriquez, & Leſſius, & Sa poſtea referendi, Couarruuias, 2. part. 4. cap. 6. §. 8. num. 10. Corol. 3. quem ſequitur Vazquez, hîc diſp. 168. cap. 4. num. 25. 29. & 30. & latiùs, diſp. 170. cap. 4. nu. 20. & ſeqq. Probat, alioqui, cùm in noſtro regno lex 1. tit. 21. lib. 8. compilatio. imponit pœnam confiſcationis propter crimen ſodomiæ ipſo facto ante ſententiam declaratoriam, tenetur reus ſe ſuis bonis ſpoliare, & reddere fiſco ante omnem ſententiam, quod eſt contra communem vſum, & praxim, & contra

communem ſententiam Theologorum, & iuriſperitorum: & quia alioqui lex eſſet iniuſta. Et quoniam illa verba, etiamſi requiratur ſententia, ad executionem poſſunt aliquid operari, vt dicetur: ergo ſic debent exponi, nam pœnæ ſunt ſtrictè interpretandæ, quando fieri commodè poteſt, & ita videtur interpretari Pontifex confiſcationem, quæ fit propter crimen hæreſis, cap. cum ſecundum leges, de hęret. in 6. vt non teneatur ſtatim hæreticus tradere bona ſua fiſco, ſed cùm dãnatus per ſententiam fuerit de crimine. Imò Sa, ver. fiſcus num. 4. ait, etiamſi lex dicat, vt quis teneatur ſtatim bona dare fiſco, non tenetur ante ſententiam iudicis. Vnde ad argumentum reſpondet Couarruuias, verbum illud operari, vt in foro externo aliquis ſtatim incurrat pœnam. Sed hoc pugnãtia inuoluere videtur, quia ante talem ſententiam nec iudex, nec alius poteſt ipſum ſpoliare: ergo in foro externo non ſtatim incurritur pœna. Fortè voluit Couarruuias, incurri in foro externo, quia comparatione fori externi eſt, ac ſi incurriſſet: nam poſt ſententiam retrotrahitur confiſcatio ad diem commiſſi criminis. Vt dicitur in illo ca. cùm ſecundum leges, & eodem ſpectat, quod ait Vazquez, verba illa duos effectus habere, vt obſeruarunt Antonius Gomezius, 3. tom. ſuorum opuſculorum, cap. vlt. & Simancas, in inſt. tit. 9. num. 189. Primus eſt, vt hæredes defuncti, qui deliquit, conueniri poſſint coram iudice in ſolidum etiam lite non conteſtata ante mortem delinquentis. Quod tamen fieri non poſſet, ſi pœna non eſſet impoſita ipſo facto, & vt incurrenda aliquo modo, abſque nulla alia ſententia, vt conſtat ex l. 1. C. de tutelis defunctorum, & l. ex iudiciorum ff. de accuſatio. & ratio eſt, quia à die cõmiſſi criminis manent obligata fiſco, ac ſi eius eſſent, & ideo etiam lite in vita criminoſi non conteſtata contra illos agi poteſt, vt quando crimen fuiſſet in damnum alterius Secũdus eſt, vt omnes alienationes, & contractus, poſt diem criminis, aut nulli ſunt ipſo iure, vt quidam volunt, aut annullandi, vt probabiliter fert opinio.

*Quamuis lex dicat quem teneri ad dandũ ſtatim ſua bona fiſco, nõ tamen debet.*

Iuxta hanc opinionem Couarruuiæ, & Vazquez, ſenſus illorum verborum eſt, vt ipſo facto, & ante omnem ſententiam ſit quaſi priuatus dominio ſuorum bonorum, & illa ſint quaſi fiſci, quia ita illa poteſt vindicare, ac ſi ab illo die ſua fuiſſent.

Hanc ſententiam exiſtimo probabilem, præſertim in pœnis, quæ iniuſtæ, aut crudeles eſſent, niſi ſic explicaretur: in aliis enim meliùs erit planè interpretari, reum omninò incurrere pœnam nulla ſententia expectata, etiã ſi lex ſolũ dicat, *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, & non addat *ante declarationem*, vel alia verba æquiualentia, vt in pœna inhabilitatis ad matrimonium, officium, beneficium, cathedram, electionem, dominij acquiſitionem. Sumitur ex Caiet. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Corduba latè illa, quæſt. 36. Medina, l. 1. 2. qu. 96. art. 4. & Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 4. ait leges, quibus aliqui ipſo facto priuantur voce actiua, vel paſſiua, & aliis commodis in Academiis, Collegiis, religionibus, & Vniuerſitatibus, habere effectum ante ſententiam. Couarruuias, 2. 4. cap. 6. §. 8. nu. 8. vbi loquitur de ſpurio, qui per leges ſit inhabilis ad hæreditatem paternam, quamuis illa non ſit propriè pœna eius, ſed parentis: idem docet, reg. peccatum parte 2. §. 6. loquens de lege pœnali impe-

A diente acquiſitionem dominij, qualis eſt in Tridẽtino, ſeſſ. 22. de reform. c. 3. & ſeſſ. 23. ca. 1. quod exemplum admittit etiam Sotus, 10. iuſt. q. 5. a. 6. reducit tamen illud ad pacta, & conuentiones, quod parum refert, & non eſt neceſſariũ. Eſt optimus textus cap. cum ſingula de præben. in 6. vbi *Ex tunc*, æquiualet illi verbo, ante declarationem: nam excludit omnem futuram actionem, vel ſententiam: & ita etiam omnes intelligunt: ſic etiam iura, quæ dicunt, propter homicidium coniugis, cum machinatione, vel fidem mãtrimonij cum adulterio aliquem ipſo facto fieri inhabilem ad matrimonium, cap. ſignificauit, cap. ſignificaſti, ca.

B ex litteris, de eo qui duxit &c. omnes intelligunt, vt pœna incurratur ante ſententiam: vnde talia matrimonia, ſi fiant, nulla eſſe declarantur, & Valentia, diſp. 7. quæſt. 5. pun. 6. q. 2. in fine, ait, pœnã quæ priuat iure faciendi fructus ſuos, incurri ante ſentẽtiam: idem eſt de inhabilitate ad electionem actiuam, ſeu adferendum ſuffragium in cathedris, vel aliis electionibus, de quo Sotus, 1. iuſt. quæſt. 6. art. 6. & lib. 4. quæſt. 6. art. 3. in fine contendit, quantumcumque, & quibuſcumque verbis ſtatutum inhabilitet ad ſuffragium ferendum, non habere effectum, donec ſententia intercedat, nec obligare in conſcientia, quod etiam tenet Ledeſ. 2. p. 4. q. 18. a. 2. con. 3. quia aliàs lex eſſet nimis ri-

C goroſa, & iniuſta, & nemo eſſt ſeucus in cõſcientia, & quietus de valore electionis: & quia hęc ſtatuta iuxta iuris communis regulas interpretanda ſunt, & auctores eorum, & fundatores ſic ea videntur intellexiſſe: hanc ſententiam probabilem putat Azor tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 2. vt mitiorem, & iuri communi magis conſentaneam, licet contraria ſit probabilior, quia talia iura eligendi actiuè, aut paſſiuè, & ſimilia, data ſunt ſub conditione, ne hoc aut illud faciamus: ergo ſunt leges conditionales potiùs, quàm pœnales. Item quia potiùs impediunt, ne acquiramus, quàm priuent, & ſpolient acquiſitis. Temperat Sotus ſuam ſententiam, vt ſi

D ſcholares laborent infamia, & interrogati negauerint, inhabiles fiant, & voce actiua careant: Contrarium tenet Corduba, & Medina ſuprà, Anton. Gomezius l. vlt. Tauri num. 15. Bonifacius, & Cardinalis clem. vt hi, qui, de ætate & qualitate, Vazq. 1. 2. tom. 2. diſp. 168. cap. 6. vbi ait, ſententiam Soti eſſe improbabilem. Tum quia contra omnes Doctores eſt, tum quia nullo fundamento probabili nititur: tum quia manifeſtè ſolùm pugnat: nam ſi hæc pœna non incurritur ipſo facto, ſed ſententia expectanda eſt, parum refert, quòd quis laboret, aut non laboret infamia, aut non, aut quod interrogetur, vel non interrogetur. Hoc intelligit Vaz-

E quez, etiamſi lex ſolùm dicat *ipſo facto*, vel verba æquiualentia. Suarez autem in ſcriptis de legibus exiſtimat, hanc poſteriorem ſententiam eſſe certam, quando lex dicit, *ante declarationem*, aut alia verba ęquiualentia: at ſi lex tantùm dicat, *ipſo facto*, expectari ſententiam poſſe iuxta ſextum noſtrum dictum. Sed ego credo, in hoc genere pœnarum ſufficere verbum *ipſo facto*, quia leges iſtæ planè intellectæ, vt verba ipſa indicant, nec ſunt inutiles, nec cõtinent grauia incommoda, nec ſunt pernicioſæ, nec conunent iniuſtitiam, nec crudelitatem, aut nimium rigorem: cùm parũ referat ſcholari, ferre, aut non ferre ſuffragium, nec habeat ius vllum ſuffragandi, niſi quod leges, & ſtatuta illi concedunt: ergo non eſt, cur eiuſmodi leges ad

ſenſus

Digitized by Google

ſenſus non proprios trahamus, explicando *ipſo facto* cum additione ſubintellecta, ſcilicet, per ſententiam declarato: nec eſt, cur eas reſtringamus, nec cur, quando ipſæ non diſtingunt, nos diſtinguamus. Sextum autem dictum ſolùm habet verum in pœnis confiſcationis, & ſimilibus, quæ inutilitatem, perniciem, inconuenientia, iniuſtitiam, vel nimiam ſeueritatem, & rigorem continerent, niſi ſic limitarentur. Quod ſi aliquando in legibus inhabilitantibus ad electionem actiuam additur, *ſine declaratione*: non eſt, quia non ſufficiat dicere, *ipſo facto*, ſed ad abũdantiorẽ expreſſionem, vel ad excludendas interpretationes dicentium, non ſufficere, ſi dicant, *ipſo facto*.

44 Sed forſitan quæres, an tunc interrogatus à ſuperiore de impedimento, & inhabilitate, teneatur veritatem detegere. Sotus & Ledeſma reſpondent, ſi impedimentum ſit omninò occultum, & infamia non præcedat, poſſe negare, quia non legitimè interrogatur: ſecus verò ſi præceſsit infamia. Contrarium videtur probabilius, quod tenet Suarez hîc in ſcriptis, Medina, qu. 96. art. 4. Vazquez, diſp. 168. cap. 6. num. 47. hic enim non eſt neceſſaria infamia, vt legitima ſit interrogatio; cuius ſignum eſt, quòd non tantum interrogatur quis de delicto, ſed etiam de alijs conditionibus neceſſariis ad ſuffragium, vt de ætate, ſi neceſſaria ſit, de tempore aſsiſtentiæ, quo audiuit, vel præſens fuit, &c. ad quas conditiones impertinens eſt infamia. Deinde (quod Sotus in alijs reſpondet) ibi interuenit pactum tacitum, vt quæ admittatur ad ſuffragium ferendum, ſi has, vel illas conditiones habuerit, aliàs verò non: ergo quiſque legitimè interrogatur ab habente poteſtatem, an illas habeat? Deinde illa interrogatio non eſt quaſi coacta, & inuita, ſed eſt voluntaria: nam voluntariè quis ſe offert ad ſuffragandum. Ergo hoc ipſo cõſentit, vt iuxta pactus, vel legem interrogatur, ſi infamiam aliquam timet, reſpondendo verè ad interrogata, abſtineat à ſuffragio. Confirmatur: quia lex iuſta eſt, & indifferenter præcipit omnes interrogare, ſiue præceſſerit infamia, ſiue non; ergo omnes legitimè interrogãtur, & tenentur reſpondere ad mentem interrogantis: alioqui daretur bellum iuſtum ex vtraque parte. Præterea interrogatio hæc non tendit ad punitionem, ſed vt actus Reip. legitimè fiant: talis autem interrogatio legitimè fit, etiam de omnino occultis, vt fatetur Sotus, de ſecreto memb. 2. quæſt. 6. con. 3. & tractat latè Nauarrus, cap. inter verba, 11. quæſt. 3. con. 6. Corol. 63. num. 181. & ſeqq. vbi plures refert: ſentiunt etiam Syluester, Angelus, & alij verbo inquiſitio 1. quæſt. 4. part. 2. Angel. eod. verb. num. 1. ſumitur ex cap. multis, cap. cum dilectus, de elect. & cap. vlt. de Clandeſt. deſponſ. ſed addit Vazquez, non fore periurum, etiamſi neget impedimentum occultum, & turpe, de quo non eſt diffamatus, ſi alia via velit lationem ſuffragij declinare. Ratio eſſe videtur, quia tunc ſolùm tenetur reſpondere ad mentem interrogantis, quatenus neceſſarium eſt, vt ſi non habet ius ſuffragãdi, non ſuffragetur; ſed illo non ferente ſuffragium, ſatisfiet huic intentioni: ergo ſatis erit, nolle ferre ſuffragium: ſed alio titulo ſe inhabilem oſtendere, aut ſe à ſuffragio excuſare.

*Interrogatio de omninò occultis quando fieri poteſt.*

45 Quod dictum eſt de inhabilitate ad electionem actiuam, ſcilicet, incurri ante ſententiam, ſi lex dicat, *ipſo facto*, etiamſi non dicat, *ante declarationem*, docet Vazquez, diſp. 168. cap. 6. de inhabilitate ad electionem paſsiuam: & ibidem ait, etiãſi inhabilitas ad cathedram imponatur propter ſubornationes, vel pactiones, vel ſimilia me ignorante facta, inhabilitatem contrahi ante ſententiam, & eam legem eſſe in Complutenſi Academia, iuſtãque eſſe, & non carere vi per non vſum, vt aliqui dixerũt. Azor etiam ſuprà ait, legẽ, quæ priuat voce paſsiua, vel inhabilitat, ad aliquid habere effectũ ante ſententiã. Sed quid de pœna priuationis officij, vel beneficij iam habiti, nũ quid hæc pœna incurritur ante ſententiam? De legibus, quæ priuãt beneficio ipſo facto vide Azor, t. 2. li. 7. c. 16. Suar. hîc dicit, *Si lex tantùm dicat, ipſo facto, expectari poſſe ſententiã: ſi autem addat, ante omnem declarationem, pœnam ante ſententiam incurri. Ita ſentiunt Cordub. & Nauarr. Syluester confeſſor.* 1. *quæſt.* 19. *caſu* 3. & *verb. hæreſis, quæſt.* 8.

Sed in hoc euentu (inquit Suarez) eſt grauis difficultas, an obligandus ſit reus ſtatim renuntiare ſimpliciter, vel, ſi voluerit, in fauorem tertij: durum enim videtur obligare ad actum tam difficilem, & moraliter impoſsibilem, ſaltem ſine infamia magna, vel priuatione omnium bonorum, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt. Ideò Sotus, & ſequaces nullo modo admittunt hanc obligationem, ſed non explicat Sotus, quid operetur illud verbum *ante omnem declarationem*: poſſet explicari iuxta dicta de confiſcatione; nam hæ pœnæ videntur æquiparari in difficultate, & ideò poſſe dici officium, vel beneficium quaſi manere confiſcatum, & confiſcationem retrotrahi iuxta materiæ capacitatem: id eſt, ſi ſit beneficium habẽs fructus, retrotrahitur pœna ad omnes fructus perceptos, à die commiſsi criminis: ſi verò beneficium habens actus, vel effectus, irritabuntur omnes à die criminis. Videtur ſatis probabile, quia ſatisfacit legi ſufficiẽter, & temperat eius rigorem: fauet gloſ. c. licet canon. verb. executionem, de elect. in 6. ſed probabilius cenſeo, dimittendum, per ſe loquendo, officium, vel beneficium, ante ſentẽtiam, vel quærendum ſine mora remediũ, vt titulus beneficij recuperetur. Nã quòd lex interdum priuare poſsit titulo, vel dominio, ſuprà oſtẽdi, ex c. licet canon. cum ſimilibus, & ſunt optima verba extrauagantis, vnicæ ſeu ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. Vbi poſtquam dixit, ipſo facto, addidit, ipſa beneficia abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur: tunc enim vacat beneficium, quando caret domino habente verum titulum: ergo non poteſt retinere beneficium, &, vt verus Dominus, illud adminiſtrare, quia repugnat naturæ, & inſtitutioni talium rerum. Et ratio eſt, quia huiuſmodi officia, & beneficia, non ſunt per ſe inſtituta ob commodum poſsidentium, ſicut ſunt alia bona temporalia, ſed propter commodum Reip. & Eccleſiæ, ad quod multùm ſpectat: vt ea non retineantur, nec adminiſtrentur, niſi ab habente verum titulum; aliàs quantùm eſt ex vi ſua efficeret actus nullos, & quamuis Eccleſia id ſuppleat propter reputatum titulum: tamen ſatis magnum inconueniens eſt, quòd actus non maneant firmi, ſed irritabiles. Item contra iuſtitiam eſt, quòd quis percipiat fructus ſine titulo: ideò in his rebus non habet locum ille modus confiſcationis: quare nullus fortè illius meminit: ergo, per ſe loquendo, eſt obligatio. Et licet videatur durum: tamen ſemper ſupponitur dignitas tantæ pœnæ

*Quando vacat beneficium.*

pœnæ. Si autem id fieri non poteſt abſque eo, A quòd homo ſe infamet, ad hoc non eſt cogendus, ideò ex accidenti excuſatur à tali obligatione. Itẽ ſi neceſſe ſit cadere à ſuo ſtatu,& reum in magna neceſſitate conſtitui, ſuſpendenda eſt executio illius obligationis, & procurandum interim, vt Põtifex, vel Princeps reſtituat beneficium, vel officium. Quod ſecretò, & ſine infamia fieri poteſt. Hæc Suarez: ſed in primis Nauarrus, cap. 25. num. 117.118. & 119.& cap. 23. cap. 67.& 110. ſenſit, etiãſi lex non dicat, *ante declarationem*, ſed ſolùm, *ipſo facto*, incurri ante ſententiam priuationem beneficij anteà poſſeſſi, quod etiam ſentit Valen. diſp.7.quæſt.5. punct.6.quæſt.4. ad finem. Sylueſter autem, verb. Aſſaſſinus, & verb.Emphyteuſis B qu. 2. ſentit non incurri ante ſententiam: ſi lex tantùm dicit, *ipſo facto*, & non addit, *ante declarationem*, idem ait Roſſella, verbo Aſſaſsinus in fine, & verb.Emphyteuſis,§.4.& Ouand.4. d.13. prop. 41. ſic explicantes extrauagantem ambitioſæ de reb.Eccleſ.non alien.& Sotus,1. iuſt.quæſt. 6. art. 6.ad 8.ait, Pontificẽ in hac extrauag. potuiſſe obligare in conſcientia ad relinquenda beneficia ante ſententiam; quia, vt diſpenſator dedit illa ſub ea conditione; dubitat tamen an eam intentionem habuerit,& remittit ſe ad vſum Eccleſiæ: illum ſequitur Ouand.4.d.13.prop.41.

Vazq. autem diſp.178.c.4.n.25.& ſequentibus cum Couar.2.part.de ſponſal.cap.6.§.8.num.8. & C 19. citante alios quatuor vel quinque Doctores, putat, etiamſi lex dicat, *ipſo facto, & ante declarationem*, niſi alia addantur, non incurri priuationem beneficij ante ſententiam,& verba illa operari, ſicut in caſu confiſcationis, quòd retrotrahitur poſteà, per ſententiam effectus ad diem commiſſi criminis: in illo tamen caſu extrauag. ambitioſæ, de reb.Eccleſ.non alien.putat, priuationem incurri ante ſententiam, quia non ſolùm dicitur, *ipſo facto abſque declaratione*, ſed additur, *vacare cenſeantur.*

46 **Auctor. Priuatio & vacatio beneficij idem ſũt.**

Quòd non multùm vrget: quia priuatio & vacatio beneficij idem ſunt, quando alteri beneficiũ D non confertur: ergo ſicut priuatio, *ipſo facto*, & *ante declarationem*, poteſt explicari, vt per ſententiam poſteà retrotrahatur ad diem criminis, ita de vacatione beneficij dicendum, maximè cùm ponatur verbum, cenſeantur, quod indicat non vacare ex tunc: ſed ita ſententiam poſtea ferendam, ac ſi tunc vacaſſent, & ſaltem hoc eſt dicendum, quia illa extrauagans, quoad pœnas nullibi eſt recepta ſecundum Nauarrum cap.27.numer. 150. Et Caietanus, verb.excomm.c.75. abſolutè ait, in aliquibus locis receptã non eſſe. Et generatim exiſtimo priuationem officij, vel beneficij, vel aliorũ bonorum iam poſſeſſorum, ſi notabilia ſunt, ſeu E magni momenti, non incurri ante ſententiam, quamuis lex dicat, *abſque declaratione*, quia lex aliter intellecta iniuſta eſſet, vel ſaltem crudelis, aut nimis rigida: & ſaltem cum in hac re ſint variæ opiniones probabiles, & in dubio ſuſpenſionis, vel opinionis, melior ſit conditio poſsidentis, poterit quis retinere officium, beneficium, vel alia bona, quæ antea legitimè poſsidebat: vnde Sa ver. pœna num. 1. ait. *Pœna impoſita ipſo iure, vel facto non incurritur ſine ſententia iudicis, & executione per ipſum, etiamſi lex dicat, non requiri ſententiam aut declarationem, aut etiam ſoluendam in foro conſcientiæ: intelligitur enim iudice exequente, niſi pœna eſſet eiuſmodi, quæ ſecum traheret executionem, vt excommunicatio, ſuſpenſio inter actum, & irregularitas, aut lex dicat, ſit incapax, aut inhabilis (quidam tamen etiam hîc ſententiam requiri aiunt) aut dicat, non faciat alioqui fructus ſuos: eſt enim conditio, quæ ſeruanda eſt, vt quæ ponitur à teſtatore.* Hæc ille, & v. lex nu. 11. *lex priuans ob peccatum re iure poſſeſſa, intelligitur, in foro exteriori poſt condemnationem.* Et Perez 2. ordin.tit.9.l.2.latè diſputat, an quando lex dicit, aliquem ipſo facto eſſe priuatum officio, vel beneficio, amittatur abſque alia ſententia,& non amitti, etiamſi lex dicat abſque alia declaratione, eſſe dicit probabilius, licet oppoſitum ſit ſecurius.

Et quidem quando lex ipſo facto priuat officio, 47
vel beneficio, non obligare ante ſententiam, docuit ipſe Caſtro, 2.de iuſta hæret. punct. ca.9. quamuis malè addat, vt notat Vazquez, diſp. 172.num.10. fructus prouenientes ex officio, beneficio, aut dignitate, reſtituendos eſſe fiſco ante ſententiam, ſicut cætera bona. Nam infrà videbimus, cætera bona non eſſe reſtituenda fiſco ante ſententiam, ac proinde nec fructus iſtos, qui verò ſunt delinquentis: Sed ad priuationẽ officij,& beneficij reuertamur. Leſsius lib.2.cap.29.dub.8.ait, quando leges ſtatuunt priuationem officij, vel beneficij ipſo facto, propriè loquendo non vacare, nec debere dimitti ante ſententiam, niſi apertè cõſtet, illã fuiſſe legiſlatoris mentem, vt ſi addat, teneri in conſcientia dimittere, vel non poſſe abſolui, niſi dimittat, vel beneficium eo ipſo vacare, ita vt alteri liberè poſſit conferri: vt in caſu, c. dudum 2.de electione, cum quis accipit ſecundum beneficium incõpatibile colligitur ex D.Tho.2.2. q. 62. art.5. Couar. ibi; Soto, 1.iuſt. quæſt. 6.art.6. Adrian. quodlib. 6.art.1. Couar.de matrim.part.2.§.8.nu. 9. & 13. & paſſim recentioribus: vtrum autem vacat, quando dicitur in lege, *ſit priuatus ipſo facto abſque alia declaratione*, dubium eſt, Couar. & Sotus ſuprà, & Henr.de excom.capit.56.& multi alij recentiores tenent, non vacare, ſed requiri ſententiam declaratoriam criminis: illam autem clauſulam, *abſque alia declaratione*, intelligendam de declaratione pœnæ, non criminis. Quæ expoſitio, etſi nonnihil videatur violenta, tamen vſus ipſe eam confirmat: ita enim ſunt receptæ leges huiuſmodi, vt ante declarationem criminis, poſſeſſores non teneantur reſignare. Imò vſus habet, vt niſi executio fiat per ſententiam, ita vt per eam non ſolùm declaretur crimen, ſed etiam reus ipſe priuetur beneficio, vel officio, non cẽſeatur omninò priuatus, vt patet ex Couarruuia ſuprà. Vnde & leges illæ, quæ ſtatuunt, vt beneficium iure ipſo vacet, vt in extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. non videntur receptæ in illo rigore, vt ſponte teneatur ſe reus ſpoliare.

**Quam vim habent conſtitutiones, quibus quis ipſo iure priuatur officio, vel beneficio.**

Petes, quam ergo vim habent eiuſmodi cõſtitutiones, quib. aliquis ipſo iure priuatur officio, vel beneficio, ſiue propter crimen, ſiue propter adeptionem alterius incompatibilis? Reſpondeo, hoc efficere, vt ſtatim amittat titulũ ipſum, ita vt non ſit ampliùs Dominus beneficij: retinet tamen poſſeſſionem, qua priuari non poteſt, niſi cauſa cognita, vt docet gloſſ. ca. licet Epiſcopus, de Præb. in 6. & quamquam illud cap. ſolùm loquatur in caſu adeptionis beneficij incompatibilis: tamen gloſſa & Doctores, quos ibi citat, volunt eſſe eãdem rationem in cæteris, vbi quis ipſo iure priuatur, id enim ad publicam trãquillitatem eſt valde expediens: titulum voco ius illud firmum &c.

Hæc

Digitized by Google

Hæc Leſſius. Sed credo nec dominium amittere, cùm poſsit eodem modo vti illo, ſiue de ipſo diſponere, quo anteà, & aliud eſt, titulum, ſeu dominum infirmari, aliud tolli. Verum hæc quæſtio ferè eſt de nomine. Deinde etiamſi lex non contineret ſententiam latam, ſed ferendam, eſſet titulus infirmus: ergo cùm ſententia eſt lata, plùs aliquid debemus dare, nempe, vt dicebat Suarez ſuprà, per ſe loquendo dimittendum eſſe beneficium, vel manere quaſi confiſcatum, vel, vt dicebāt alij, non requiri ſententiam declaratoriam pœnæ, ſeu condemnatoriam, ſed tantùm declaratoriam criminis: & illud de quaſi confiſcatione beneficij, quæ conſiſtit in retrotractione ſententiæ ad diem criminis, rectè dici poſſet iuxta aliam Leonardi Leſſij doctrinam; nam eodem lib. cap. 35. dub. 27. vbi ait, quādo Symonia confidentialis conuentionalis vtrimque completur ſaltem ex parte, retrotrahi excōmunicationem, & inhabilitatem ad beneficium ad diem pacti, ita vt ex tunc cēſeatur collatio inualida, vt oſtendit Nauar. c. 23. n. 104. aliàs 103. ita enim ſeruat ſtylus curię. Idem cum eodem ait in amiſsione Emphyteuſis, propter non ſolutam penſionem in triennio: poſtea enim ſi Dominus voluerit eſſe amiſſam, amiſſa cenſebitur cum ſuis fructibus à fine triennij, vt ipſe declarauerat ca. 24. dub. 8. Item excommunicatio ob non ſolutam penſionem beneficiariam, cum penſionarius vult eſſe incurſam, retrotrahitur ad diem criminis, quo cœpit eſſe in mora, vt ait Gigas, quęſt. 77. de penſionibus, & Nauarrus, ſuprà, & ſi is qui captus eſt ab hoſtibus, mortuus poſt aliquod tempus fuerit, cenſebitur mortuus ab initio captiuitatis, & ſi poſtliminio reuerſus fuerit, perinde erit, ac ſi ſemper fuiſſet in ciuitate, §. eius qui apud hoſtes iuncta gloſſ. Inſt. quibus non eſt permiſſa facultas teſtandi. Etſi legatum venditum fuerit ab hærede, & legatarius repudiet legatum, valet venditio ſi autem acceptet illud, & velit deſtitui, nō valet ab initio, l. quædā ſunt ff. de reb. dubiis: ſic ergo collatio beneficij per Symoniam illam obtēti, ſi poſteà cōpleatur, cēſetur quaſi inualida ab initio, quāuis re vera fieret valida, quia ſic habet ſtylus Curię, vt adducit Leſsius illo dub. 27. ex Nauarro ſuprà, nu. 104. ergo eodem modo dici poteſt, cum quis ipſo facto priuatus eſt officio, vel beneficio, non eſſe priuatum illo ante ſententiam, ſed per ſententiam retrotrahi priuationem ad diem criminis: quia priuabitur omnibus fructibus, & emolumentis officij, vel beneficij, quæ à die illo habuit, ac ſi re vera ex tunc illud amiſiſſet, vt in confiſcatione bonorum dicemus.

48 Vtcumq. ſit, priuatum ipſo iure beneficio, non teneri ante ſententiam dimittere illud, rectè docet Leſsius, lib. 2. c. 29. dub. 8. c. 34. dub. 34. & c. 35. dub. 26. & 27. & generaliter quoties quis priuatur re ſua iam poſſeſſa, ex gloſſ. communiter recepta, cap. fraternitas 12. quęſt. 2. & quidem quando quis recipit beneficium incompatibile, ipſo facto priuari: primò, tamen priùs reum eſſe audiendum monet Sotus, 1. iuſt. quæſt. 6. art. 6. ad 8. & con. 4. in fine ex cap. licet Epiſcopus, de Præb. in 6. Item 10. iuſt. quæſt. 5. art. 6. de eo, qui beneficium etiam curatum recepit, animo non recipiendi ordines, ſed contrahendi matrimonium, ait, fructus non facere ſuos, ſed titulum non amittere, ac proinde mutato propoſito poſſe beneficiū ſine noua collatione retinere. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 4. A ait, leges quibus clerici priuantur beneficiis, honoribus, dignitatibus, fructibus, habere vim ante ſententiam, ita vt beneficia ipſo iure vacent, ita vt tanquam vacantia impetrari, & conferri queant ante criminis condemnationem: ſed cap. 8. quæſt. 3. ait, etiamſi clericus ipſo iure, vel facto priuatus ſit beneficio, poteſt ipſum retinere vſque ad ſententiam declaratoriā criminis, niſi lex dicat, quòd ſtatim in conſcientia, vel ante declarationem debeat beneficium deponere: citat, Syl. Ang. Tabien. & Armil. reddit rationem, quia licet clericus dominium, vel quaſi dominium, & titulum beneficij amiſerit: non tamen adminiſtrationem, & poſſeſſionem, vnde eius acta valent, & ait, illum clericū B non facere fructus ſuos: addit licèt eius beneficiū ipſo non vocato, poſſit ab alio impetrari, ipſique conferri, non tamen poſſe conferri poſſeſſionem, niſi ipſo vocato & audito. cap. licèt Epiſcopus, de præbend. in 6. ego credo, impetrari ab alio poſſe, eique conferri. Sed ante ſententiam non carere titulo, aut Dominio, & ideò facere fructus ſuos: quando verò beneficiarius vxorem ducit, vel ſit Epiſcopus, quando parochus inſtitutus intra annum ad ſacerdotium non promouetur, quando beneficium accipit incompatibile, concedo Azori non facere fructus ſuos.

*Quando quis recipit beneficium incompatibile prius audiendus eſt, quàm eo priuetur.*

Ex dictis patet, quid dicendum ſit de pœna, quæ 49 in executione delinquentis conſiſtit: de qua qui- C dem ſic loquitur Suarez hìc. *Quando lex directè imponit pœnam, quæ* in actione, *rei conſiſtit, verba debent eſſe luce clariora, vt ſi lex obliget ad executionem etiam ante ſententiam declaratoriam. Quia in hac pœna eſt maior difficultas ex genere ſuo: ideò minor vſus talis impoſitionis: ergo meritò poſtulatur maior claritas. Item quia regulariter hæ pœnæ sūt pecuniariæ, quibus facilè poteſt applicari effectus confiſcationis, qui talem executionem non requirit. Hinc leges ciuiles, quando volunt eo rigore vti, exprimunt obligationem in conſcientia lib. 2. tit. 9. ordin. Reg. Hiſpaniæ, & l. 2. tit. 14. & l. 40. tit. 15. l. 30. t. 21. l. 15. vbi dicitur in quibus pœnis ex nunc eos condemnamus, ita vt in foro conſcientiæ ad eas perſoluendas ante ſententiam teneantur. Quādo* D *lex ſic loquitur, non dubium de obligatione: ſed videndum eſt, an hæ & aliæ eiuſmodi leges ſint receptæ, etiā quoad modum incurrendi, & ſoluendi pœnam, quod in ſimili notat Caietanus excomm. cap. 75. Nauarr. cap. 27. num. 150.* Hæc illæ.

*De pœna quæ in executione delinquentis conſiſtit Suarij ſententia.*

Sed ſi in pœnis priuatiuis bonorum antea poſ- 50 ſeſſorum, teneamus cum Sa ſuprà, etiamſi apponāt prędicta verba, non inducere pœnam ante ſententiā: à fortiori eſt dicendū de pœnis iſtis, quæ non ſolùm continent priuationem bonorum anteà poſſeſſorum, ſed etiam obligationem tradendi ea fiſco, pauperibus, vel aliis.

Exiſtimo autem, illas noſtri regni leges, non eſſe vſu receptas, ſed in pœnis paruis potuiſſe induce- E re obligationem ante ſententiam, non in magnis, nec propterea damnandi earum auctores tāquam iniuſti: nam bona intentione, & ex opinione probabili aſſerentium potuiſſe obligare, ante ſententiam, leges illas ediderunt, aut certè illas intellexerunt, ſicut legem confiſcationis, ita vt effectus retrotrahatur ad diem criminis.

Azor tom. 1. lib. 5. ca. 7. quæſt. 4. inter leges, quæ habent effectum ante ſententiam, numerat eas, quibus iudices, Notarii, Tabelliones priuantur mūneribus, ſi quæ acceperunt à litigantibus, & quibus præcipitur taliter acceptum reſtituendum:

nam

Digitized by Google

nam tales reddunt nullam tranſlationem dominij. Sed penſanda ſunt verba legum, an ſolùm præcipiant non recipi munera, vel recepta reſtitui: tales enim non impediunt dominij tranſlationem: ſiquidem hæc præcepta cum tranſlatione dominij ſtare poſſunt: ſi verò dicant eſſe in talibus, ac ſic comparandum dominium, vel donationem eſſe nullam, non transferetur dominuim.

51 *Pœna conuentionales quæ in collegiis & teſtamentis ponũtur, quando obligant.*

Sed quid de pœnis conuentionalibus, quæ adhiberi ſolent à contrahentibus, & de aliis, quæ in collegiis, & teſtamentis ponuntur, Sotus, & Bartholomæus Medina ſuprà, exiſtimant deberi ſtatim in conſcientia, oppoſitum tribuitur Nauarro cap. 23. num. 63. & 67. & in ſumma Hiſpana cap, 28. additione ad cap. 23. num. 67. vbi ait, ſtatuta collegiorum, quę decernunt, vt *ipſo facto, qui hoc, vel illud fecerit, ſit priuatus collegio*, non inducere pœnam ante ſentẽtiam. Suarez autem hîc exiſtimat, *attendendum, an ſit conditionalis donatio, vel pactio, an propriè pœna: in primo euẽtu ſtatim oritur obligatio impleta conditione, quia diſpoſitio conditionalis deficiente conditione nihil operatur, & ita contingit in teſtamentis, & legatis, per quæ aliquid relinquitur ſub tali onere, quo non impleto res tranſeat ad alium. Idem cenſent aliqui de collegiis, ſed id non ſatis conſtat: nam receptio ad collegium abſoluta eſt, & leges eius aliarum legum pœnalium regulis metiendæ ſunt. Vnde cum Nauarro cenſeo, quotieſcumque pœna conuentionalis eſt vera pœna, & non conditio, nec reſtitutio alicuius damni, vel intereſſe, non deberi ante condemnationem, quamuis non dubium, quin contrahentes poſſint ſe obligare ad eam ſoluendam, etiam antequam petatur; ſi tamen hoc volunt efficere, explicent ſatis clarè, alioqui illa pœna ſequitur naturam aliarum.* Hæc ille. Alij probabiliùs exiſtimant, cùm hę pœnæ conuentionales propriè dictæ nimirum reſpondentes veræ culpæ in violatione pacti commiſſæ, non ſint impoſitæ à publica poteſtate, ſed ex voluntate, & conſenſu contrahentium, non debere ſequi naturam aliarum pœnarum, nec requirere iudicis ſententiam, cum id non exprimitur: ſed deberi eo ipſo, quòd petuntur. Hoc ſentit Sayer. pœna nu. 2. dicens, *ad pœnam conuentionalem tenetur quis, cùm petitur, non eſt autem petenda, ſi culpa abeſt, niſi ob intereſſe damni, aut lucri ceſſantis.* Priorem tamen ſententiam tenet Vazquez diſp. 173. cap. 1. vbi poſtquam retulit Caſtrum, 2. de lege pœn. cap. 1, dicentem, pœnas, quæ apponuntur in teſtamentis, & contractibus, deberi ſtatim in conſcientia, licet in contractu, aut teſtamẽto non dicatur, ipſo facto, ait hanc doctrinam, quantùm attinet ad teſtamenta veram eſſe, vt docet Nauarrus cap. 23. num. 67. Caietanus verb. pœna, Panormitanus, & gloſſ. cap. Raynaldus de teſtam. quia hæ potiùs habent rationem legati conditionalis, quàm pœnæ. Pœnas tamen appoſitas in contractibus non deberi, niſi petantur, etiamſi poſitæ ſint cum particula, *ipſo facto*, vt ſentit Nauar. loco cit. & num. 68. Couarruuias, 2. part. 4. cap. 6. §. 8. n. 11. *Eam verò rationem* (inquit Vazquez) *reddit Couarruuias; quia pœna etiam poſt ſententiam, niſi actu petatur, non debetur: ergo multo minus in contractibus. Hæc tamen ratio mihi non probatur: quia pœna ſtatim poſt ſententiam debetur, nec opus eſt, vt petatur, poſtquam iam alicui applicata eſt. Quare Nauarri ratio mihi efficacior videtur, videlicet, ideò pœnam in contractibus non deberi, antequam petatur, quia hæc eſt communis conſuetudo, & interpretatio mentis contrahentium. Intelligit autem meritò Nauarrus, pœnam appoſitam contractibus non deberi antequam petatur coram iudice, & cõdemnetur.* Hæc Vazquez. Sed Nauarrus non dicit, pœnam poſitam in contractu non deberi ante ſententiam iudicis, ſed non deberi antequam petatur: quod poteſt intelligi de petitione extra iudiciũ, & Rebuffus, in procem. conſtit. regal. gloſſa 1. num. 47. ait, pœnam legis etiam poſt condemnationem non deberi, niſi fuerit petita, & quando quis cadit in commiſſum, ſi dominus ſciat, & non petat, videtur, inquit, commiſſum remittere, & ſic in foro conſcientiæ dicerem adhuc retineri poſſe; quia debitor putare poteſt Dominum eo iure vti nolle: ſicut dicitur de hærede, poſſe legatũ triginta annis præſcribere: arbitratur enim legatarium illud nolle, cùm non petat, teſte Ancharano, cap. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6. Hæc Rebuff.

---

## SECTIO IIII.

*De pœna confiſcationis bonorum.*

53 De hoc fusè Antonius Gomez tom. 3. variar. cap. 14. num. 1. & 2. Simancas de Cathol. inſti. tit. 9. à num. 1. vſque ad 20. Vazquez 1. 2. tom. 2. diſp. 169. & ſequentib. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 8.

Suppono primò, hanc pœnam contra hæreticos poſitam, cap. cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6. vbi etiam dicitur impoſita per leges ciuiles contra reos læſæ maieſtatis, & in Hiſpania poſita eſt contra Sodomitas l. 1. tit. 28. lib. 8. compil. vnde mortuo criminoſo poteſt fiſcus de eius crimine in iudicio agere, vt capiat bona illius, gloſſ. recepta, l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſque iuris, & eſſe communem ſententiam teſtatur Couarruuias 2. 4. cap. 6. §. 8. num. 6. vnde cap. accuſatus, §. penul. de hæret. in 6. & cap. 2. de præſcrip. in 6. hæreticus poteſt poſt mortem cõdemnari, & bona eius, quæ ad hæredes deuenerunt, fiſco addici. *1. Suppoſitio.* *Hæreticus poteſt poſt mortem condemnari, & bona eius fiſco addici.*

Secundò ſub pœna confiſcationis omnium bonorum, comprehendi omnia bona delinquentis, mobilia, immobilia, ſe mouentia, iura, & actiones, etiam iura ſepulchrorum d. ca. cùm ſecundùm leges, ac proinde donata cauſa mortis, quia vſque ad mortem ſunt delinquẽtis, ſicut relicta in teſtamento, & donata vxori, quia omnis donatio inter virum, & vxorem non ſortitur effectum, niſi morte confirmetur, Vazquez diſp. 169. num. 4. ex cap. fin. de don. inter virum & vxor. & l. cùm hic ſtatus, ff. eod. l. 1. & 3. & l. donationes, quas parentes, C. eod. tit. & in Hiſpania l. 4. tit. 11. p. 4. & l. 1. tit. 4. par. 5. l. 1. in princip. ff. de don. Eam autem donationem factam vxori, non confirmari morte hæretici mariti, habetur d. l. cùm hic ſtatus.

Tertiò ex Antonio Gomezio tom. 1. varia. cap. 12. num. 60. triplicem eſſe conditionem. Prima eſt caſualis, vt ſi nauis venerit ex Italia, dabo tibi centum. Secũda poteſtatiua, quæ eſt in poteſtate eius, cui fit promiſſio, ſi feceris hoc, dabo tibi centum. Tertia mixta, vt ſi nupſeris tali viro, dabo tibi centum. Dico ergo cum Gomezio tomo 3. variar. cap. 14. num. 2. Azor ſuprà, & Vazquez diſp. 119. nu. 5. & 6. quæ debentur reo ſub conditione caſuali, vel mixta pertinent ad fiſcum ſub eadem conditione: ſed ſi conditio eſt poteſtatiua, non ſuccedit fiſcus, ſi de *Triplex eſt conditio.*

Digitized by Google

ſi defunctus non impleuit conditionem, quia alij hæredes non ſuccederent in illis bonis, eò quod defunctus cenſetur in culpa fuiſſe, l. ſi decem, ff. de verb. oblig. limitant bene Simancas ſuprà, nu. 11. Couarruuias in pract. cap. 39. Vazquez illo nu. 6. niſi conditio poteſtatiua poſſet æquè bene à fiſco impleri: legata verò mortuo teſtatore, pendente quacumque conditione, non tranſmittuntur ad hæredes legatarij, nec ad fiſcum. Vazquez num. 7. cum Gomezio ſuprà, & in l. 4. Tauri, nu. 4. Simancas ſuprà, num. 62. Similiter, ſi conditio impleta fuerit poſt condemnationem, non pertinent ad fiſcum bona legata, ſicut ſi impleta eſſet poſt mortem teſtatoris, non deferrentur hæredibus legatarij. Si verò ante condemnationem impleatur conditio, confiſcantur, vt dicitur l. 1. C. de caduc. toll. & l. interdicit, ff. de conditio. nam vt rectè notauit Gomezius cap. illo 14. num. 1. bona futura non confiſcantur, ſed præſentia, hoc eſt, tantùm acquiſita ante ſententiam. Hoc in crimine hæreſis admittit Tellius Fernandez l. 4. Tauri, num. 48. ſed in crimine nefando, & aliis, ait ſolùm confiſcari bona acquiſita ante crimen. Sed priorem ſententiam approbat Vazquez num. 8. quia in omnibus his euentibus eodem modo loquuntur.

*Bona futura non confiſcantur, ſed præſentia.*

Quartò, ſi vxor alicuius crimen committat habẽs annexam pœnam confiſcationis, confiſcantur omnia bona eius dotalia, paraphernalia, arrhæ, quas à ſponſo accepit, medietas bonorum, quę conſtante matrimonio lucrata ſunt, vbi hæc bona lucrifacta diuiduntur, vt in noſtro regno iuxta l. 77. & 78. Tauri, in quibus etiam dicitur, alterum coniugem innocentem non amittere medietatem, quæ illi contingere debebat, vt in eandem l. 77. notat Gomezius.

*Filius crimen committens, quæ bona amittat.*

Quintò, ſi filius eiuſmodi crimen committat, confiſcantur omnia eius bona caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia, quoad dominium, & vſumfructũ: imò & aduentitia, quorũ vſumfructum amittit pater, quia propter tale crimen ſoluitur filius à cura patris, ratione cuius pater gaudebat vſufructu.

Sextò, ſi pater ſic delinquit, confiſcantur bona profectitia filij, quia eorum dominium habet pater, & filius ſolam adminiſtrationem.

Septimò, tùm bona alicuius confiſcantur, confiſcatur vſusfructus, quem habet, etiamſi grauatus ſit ex teſtamento poſt mortem alteri reſtituere: quod grauamen etiam tranſit ad fiſcum, & fundus, qui cenſum habet Eccleſiæ, confiſcatur ſaluo iure penſionis. Hæc omnia Simancas, & Vazquez. De bonis, quæ non confiſcantur, agit Vazquez diſp. cit. cap. 2. & Simancas illo tit. 9. à num. 61.

Octauò, depoſitum, commodatum, cõductum, quod penes delinquentem eſt, non confiſcatur, ſed domino reſtituitur.

Nonò, nec dos vxoris hæretici, niſi ſcienter hęretico nupſerit, l. ſi maritus, ff. ſoluto matrimonio, & cap. decreuit, de hæret. in 6. nomine dotis intelliguntur bona, quę congruis probationibus marito tradita eſſe conſtiterit l. 1. C. de dote cauſa non numerata, & l. ſi quis poſthac, C. de bonis damnatorum, quod pręter Simancam, & Vazquez ſuprà, docet Couarruu. 1. variar. cap. 7. vel 3. num. 5. & 6. Quocirca & fiſcus, ſicut hæres vti poteſt aduerſus vxorem delinquentis exceptione non numeratæ dotis, ſi tamen intra annum à morte mariti id faciat.

*Propter delictum mariti*

Decimò, propter delictum mariti non confi-

A ſcantur bona paraphernalia, vel alio titulo vxori quæſita, nec arrhæ, & donationes propter nuptias factæ vxori, niſi vxor ſcienter nupſerit hæretico, quia ille tunc liberè donare non potuit, ſed cum obligatione confiſcationis: ſit etiam in pœnam delicti, ſicut diximus de dote. Si maritus hęreticus conſentiente, & iurante vxore vendiderit agrum dotalem, & fiſcus ob crimen mariti illum vendicet, poteſt vxor repetere, vt aduerit Simancas nu. 75. quia fiſcus cum detrimento vxoris non debet locupletari: limitat Vazquez num. 13. niſi ipſa iam conſcia hæreſis mariti conſenſiſſet, quia tunc eadem ratio eſſet, quæ de dote, quando mulier ſcienter nupſit hæretico. Sed non eſt opus limitatione: tum quia non eſt eadem ratio, cùm nubere
B hæretico ſit crimen: non autem cõſentire in venditionem proprij fundi: tum quia lex pœnalis non eſt extendenda propter ſimilitudinem rationis.

*vxor non perdit bona paraphernalia.*

*Lex pœnalis non eſt extendenda propter ſimilitudinem rationis.*

Vndecimò, donationes factæ vxori à conſanguineis, ob crimen mariti non confiſcantur, niſi factæ eſſent ea conditione, vt marito acquirerentur.

Duodecimò, media pars bonorum lucratorum cõſtante matrimonio, quę cedit coniugi innocẽti, non confiſcatur ob crimen alterius l. 77. Tauri, vbi etiam dicitur, bonorum eiuſmodi augmẽtum fieri vſque ad ſententiam declaratoriam, quod notat Vazquez num. 14. cum Simanca num. 71. Si vxor
C alicuius committat crimen, ob quod impoſita ſit pœna confiſcationis, & maritus id ſciat, reuocãda eſt quæcumque alienatio horum bonorum, quorum adminiſtratio ad maritum pertinebat, ac ſi vxor poſt mortem mariti ob crimen proprium ea alienaſſet, Vazquez ibid. cum Simanca num. 82. & ſequentib. Quòd ſi bona fide maritus alienauerit, non reuocabitur alienatio titulo oneroſo, & ſemper maritus alienaſſe cenſetur bona fide, niſi fiſcus probet contrarium, Vazquez nu. 15. cum Simanca num. 85. ex l. 5. Hiſp. tit. 9. lib. 5. nouæ compila. ſed gratioſæ reuocantur, Vazquez ibi cum Simanca num. 86. Palac. rubr. de don. §. 66. num. 29. Tellius Fernandez l. 19. Tauri, num. 4. quamuis Rodericus
D Suarez in legibus fori tit. de lucris, limit. 8. verſic. *quæro vlterius*, & Anto. Gomez. l. 51. Tauri, num. 4. dicant, nec gratioſas bona fide factas reuocari: quos impugnat Vazquez: quia lex, noſtri regni ſolùm concedit alienare inutilitatem, & augmẽtum rei familiaris: quod ſolùm fit per contractus oneroſos. Non poteſt maritus poſt ſententiam latam contra ipſum alienare medietatem lucrorum, quę vxori contigit, inuita vxore, etiamſi poſteà reconcilietur, ſicut neque dotem, aut paraphernа: quia ipſe ſua culpa ad inopiam peruenit. Simancas nu. 87. Vazquez 16. ſi coniugium contrahatur vbi nõ eſt conſuetudo diuidendi lucra, & vterque transfert domicilium in locũ, in quo diuiduntur, atten-
E di debet in diuiſione lucrorum locus vbi acquiſita ſunt, colligit Simancas ex l. 24. tit. 11. part. 4. quę licet dicat, habendam eſſe rationem loci, vbi contrahitur matrimonium, addit tamen, & loci, vbi acquiritur lucrum: non autem quò transfertur domicilium, quaſi dicat, ſi prius contraxerunt matrimonium in loco, vbi diuidebantur lucra, & fuerunt tempore acquiſiti lucri in eo loco, vel ſimili: ad acquirendum lucrum parum refert, ſi poſteà tranſtulerint domicilium in locum, vbi lucra non diuidũtur, vt videlicet quia ius diuiſionis iam erat vtrique acquiſitum.



Digitized by Google

Decimotertiò, ſi filius committit eiuſmodi crimen, legitima, quam poſt mortem parentum ſperabat, non confiſcatur, ſed poſt mortem parentum eſt deferenda damnato filio: quia nódum eſt eius, imò nec ius ad illam transfertur in fiſcum, quia eſt remotum, & nec legari à filio poterat: ita Vazquez ex Simanca num. 79. & 80.

*Damnato patre, non confiſcatur vſuſfructus, quem habebat in bonis filiis pater.*

Decimoquartò, damnato patre non confiſcatur vſuſfructus, quẽ habebat pater in bonis filij, quia dãnato patre filius efficitur ſui iuris, & ideò vſuſfructus cõſolidatur cum dominio, quod filius habebat. Simancas nu. 81. Vazquez q. 18. Azor ſuprà.

Decimoquintò, bona clerici, etiam beneficiarij, confiſcantur in noſtro regno, quia in eo ſunt clericorum, & de illis teſtari poſſunt. Vnde excommunicatio lata clem. 1. de hæret. & cap. excommunicamus, 1. §. 1. de hæreticis in principes & iudices ſæculares, qui confiſcare præſumpſerint bona clericorum etiam propter delictum, locum non habet in noſtro regno propter antiquam conſuetudinem teſtandi: imò hæc conſuetudo confiſcandi bona clericorum probata eſt per quandam extrauag. Bonifacij, vt docet idem Simancas.

Decimoſextò, bona relicta alicui cum grauamine ea reſtituendi alteri poſt aliquod tempus, vel ſi pater accepit cum hoc eodem onere reſtituendi filio ſuo, non confiſcantur propter delictum illius.

Decimoſeptimò, quãuis ius patronatus, eo quòd tranſit ad hæredes, natura ſua, ſicut alia bona confiſcandum erat: tamen ex conſuetudine extinguitur, vt ſeruitus mancipiorum crimino ſi.

Decimooctauò, bona feudalia non confiſcantur, quia alienari nequeunt ſine conſenſu veri domini, niſi ita liberũ eſſet feudum, vt alienari poſſet; tunc enim confiſcaretur, Vazquez nu. 19. cum Simanca num. 120.

Decimononò, vt ait Simancas num. 121. fiſcus debet prius ſatisfacere creditoribus delinquentis, quia illa tantum cenſentur bona alicuius, quæ deducto ære alieno ſuperſunt. Addit etiamſi fiſcus ex indulgentia concedat tertiam partem, vel quotam aliam bonorum delinquenti, tantùm teneri ad ſolutionem debitorum pro rata l. ſi debitor, l. tutor, l. 1. 2. & 3. C. de ſententiam paſſis. Simancas num. 122. Azor ſuprà.

Sed ait Vazquez num. 21. intelligendum, ſi bona confiſcata erant ſufficientia ad ſoluenda omnia debita: nam ſi non ſufficerent, poſteà ipſe veniens ad pinguiorem fortunam, debet reliquum reſtituere. Soluitur autẽ damnatus ab onere reſtituendi, quæ per bona confiſcata reſtitui poterant, quia fiſcus ſubrogatur loco illius. Eadem ratione ſi cõfiſcẽtur bona tutoris, vel curatoris, ille qui in eius locum ſubſtituitur, debet exigere rationem tutelæ, aut curæ à fiſco: debita enim tutoris, aut curatoris ſubire debet fiſcus, ſicut & cætera, quare ea non confiſcantur. His conſonat Sa, verb. fiſcus, nu. 3. dicens, ad fiſcum tranſeunt bona cum ſuis oneribus, itaque tenetur ſoluere debita. De debitis poſt crimen contractis quomodo ea teneatur ſoluere fiſcus, dicam poſteà.

Vigeſimò, ex bonis confiſcatis extrahi debent alimenta damnati, & filiorum, quando non punitur morte. Simancas num. 63. alioqui eſſet nimium ſeuera ſententia, vt ipſe ait. Hæc apud omnes videntur certa, vt iidem tradunt.

*Hæreticus occultus eſt incapax hæreditatis.*

Vigeſimoprimò, hæreticus exterior quantumcumque occultus, eſt incapax hæreditatis illi de-A latæ. Tellius Fernandez l. 4. Tauri, num. 34. Simancas num. 124. Vazquez num. 22. ex l. fin. tit. 7. par. 6. & l. 4. tit. 3. p. 6. & l. 4. tit. 26. par. 7. & l. Manichæos, C. de hæret. & in nouella conſt. 144. de Samaritanis: vnde hæreditas illa non confiſcatur. Addunt Vazquez, & Simancas, hoc eſſe verum, etiam ſi hæreticus ſit denunciatus, & confeſſus, & iudicum calculis reconciliatus, ſi nondum eſt abſolutus: quia vſque ad abſolutionem ſemper cenſetur hæreticus, vt ſit inhabilis ad hæreditatem, item in aliis criminibus talem hæreditatem non confiſcari, quia non reddunt auctores ſuos inhabiles ad illam.

Vigeſimoſecundò, Emphyteuſis perpetua tranſit ad hæredes, temporalis, non perpetua, Simãcas num. 99. Couarr. 2. variar. cap. 17. Si dominus directus B emphyteuſis perpetuæ ſit Eccleſia, ex ſingulari priuilegio eam poteſt recuperare à fiſco, vel fiſcum, ſi maluerit, in emphyteutã habere; ad deliberandum datur illi biennium: Simancas nu. 104. addens, etiam elapſo biennio Eccleſiam reſtitui poſſe aduerſus fiſcum, quia benignius cum Eccleſia, quàm cum fiſco agendum eſt. Meliorationes factæ ante crimen ad Eccleſiam, quæ habet dominium directum emphyteuſis, pertinẽt, vt ex Simanca num. 108. & Sarmiento 1. ſelect. cap. 4. ait Vazquez num. 24. vnde bene infert non confiſcari; ſecus, inquit, factæ poſt crimen, quantùm ad earum pretium, quia à die criminis omnia bona delinquentis obligata manent fiſco, inter quæ labor C & induſtria, & expenſæ delinquentis, quibus emphyteuſis meliorata eſt, meritò computantur. Sed ego de hoc dubito, quia dominus directus nõ debet cogi ad ſoluendas meliorationes: fortè enim illis non indiget, ſed pretio, nec ex alterius crimine debet damnũ pati, maximè in bonis propriis, qualia reuera ſunt meliorationes, quæ non poſſunt iam vtiliter extrahi à re emphyteutica, nec demoliri ſine maiori damno: & quod ex induſtria, & labore hæretici alicui non confiſcatur, ſed pretium, quod ex induſtria ſua habuit, vel habere debuit: nunquid ſi gratis pro me iter fecit, vel in meo codice hæreticus ſcripſit, debeo ego poſteà pretium reddere fiſco? nequaquã, ſicut nec D debeo ſoluere aliquid religioni, ſi religioſus pro me gratis laborauit.

*Benignius cũ Eccleſia, quã cum fiſco agẽdum eſt.*

Vigeſimotertiò, ſi verò emphyteuſis perpetua erat domini ſæcularis, inter bona poſſeſſoris delinquentis confiſcatur, & fiſcus manet emphyteuta, quia fiſcus ſuccedit loco hæredis ipſi delinquẽti. Si tamen crimen eſſet contra dominum directũ emphyteuſis, illa cum meliorationibus ad directũ dominum rediret.

Vigeſimoquartò, emphyteuſis temporalis non confiſcatur, ſed cũ meliorationibus ad dominum reuertitur, & vſuſfructus cum dominio directo conſolidatur, Sarmientus ſuprà, num. 4. cùm verò confiſcatur emphyteuſis, reſeruatur ius ſuum E integrũ directo domino, Simancas nu. 97. Quando verò pretium, quod melioratione rei alienæ, vel impignoratæ expenſum eſt, compẽſari debeat ex fructibus, fusè Simancas à num. 111. & Couarr. 1. variar. cap. 8.

*Maioratus quomodo confiſcari poſſit vel non.*

Vigeſimoquintò, de maioratuum confiſcatione, vide Vazquez illa diſput. 169. cap. 4. Simancam in inſtit. tit. 9. à num. 252. qui ait, Si maioratus inſtitutus ſit largitione Principis concedentis bona maioratus, & illum inſtituentis, confiſcari poſſe, etiamſi

etiamſi in ſui inſtitutione ex priuilegio Principis concederetur ob crimen hæreſis confiſcari non poſſe: ſed hoc meritò reiiciunt Vazquez, & alij quia tale priuilegium, vt non confiſcetur, aliquid debet operari, ne inutile ſit. Imò addit Vazquez nec immeritò, ſi pœna confiſcationis propter hæreſim applicaretur fiſco Eccleſiaſtico à Pontifice, vt fieri poſſet, etiam maioratum inſtitutū à Principe ſæculari ex propiis bonis, cōfiſcari poſſe, quia priuilegium Principis ſæcularis nō operatur contra legem Pontificiam, nec cenſus Principis ſæcularis eſſe videtur, vt maioratus ille non poſſit confiſcari à Papa, ſed vt non poſſit confiſcari à ſuis miniſtris, vel ſucceſſoribus: qui tamen poſſent hoc priuilegium reuocare, ſed ſi non reuocaretur, non comprehenderetur talis maioratus ſub lege confiſcationis. Si verò maioratus inſtitutus ſit conceſſione legis, ſicut in noſtro regno per legem 27. Tauri vnicuique cōceſſum eſt, vt tertiam & quintam partem ſuorum bonorum cuilibet filiorum relinquere poſſent præter legitimam portionem, cum perpetuo onere eas non alienandi, ſed perpetuo iure ad ſucceſſores tranſmittendas: ait etiam Simancas, cōfiſcari poſſe, etiamſi adderetur clauſula, quæ communiter addi ſolet, *vt ea bona propter nullum crimen confiſcari queant*: quia diſpoſitio teſtatoris non poteſt legi præiudicare. Sed hoc meritò etiam reprehendit Vazquez cum Caſtro 2. de iuſta hæret. pun. cap. 2. poſt med. Tellius Fernandez l. 27. Tauri à num. 17. Sarmientus 1. Selectarū cap. 4. num. 5. Molina 4. de primogeniis cap. 11. nu. 31. etiamſi in inſtitutione maioratus non addatur clauſula illa, vt *propter nullum crimen poſſit confiſcari*; & etiamſi, vt bene dicit Sotus 4. iuſt. quæſt. 1. ar. 1. dicamus, in bonis maioratus poſſeſſorem habere dominium directum: poteſt enim eſſe dominium ſine poteſtate alienandi, vt colligitur ex Galat. 4. *Quandiu hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo*, &c. & cùm res illæ nunquam ſint ſine domino, nec ſit alius dominus, niſi poſſeſſor, ille eſt verus dominus, vt docet Simancas: nihilominùs tamen maioratus ille non confiſcatur, nec fideicommiſſum, propter crimen poſſeſſoris, quia æquum non eſt, vt propter eius crimen alij iure ſuo priuentur, & in bonis ad quæ ex voluntate primi inſtitutoris ius habent, iacturam patiantur, ſicut fatetur Simancas ea bona, in quibus hæreticus non habet dominium, ſed vſumfructum, confiſcari nō poſſe: quia non debet fiſcus cum iactura innocentium locupletari. Sic etiam l. 3. ff. de interdictis, & relegatis dicitur, *quæ verò non à patre, ſed à genere*, à ciuitate, à rerum natura tribuuntur, ea manere filiis incolumia. Et illam clauſulam poſſe apponi ab inſtitutione maioratus probatur ex l. illa 27. Tauri, vbi conceditur facultas illa inſtituēdi maioratum cum facultate imponendi quæcumque onera, & conditiones quaſcumque poſſeſſoribus: ergo poterit ponere grauamen, vt ſi poſſeſſor crimen tale commiſerit *ipſo facto*, trāſeat maioratus ad ſucceſſorem: & clauſulam illàm, *vt non poſſit confiſcari*, ſemper cenſeri appoſitam rectè probat Vazquez cum Molina, & Tellio, quia mens inſtituentis eſt, vt maioratus perpetuò tranſeat ad ſucceſſores, & propter nullum crimen poſſeſſoris extinguatur. Cùm autem clauſula diceret, *ipſo facto*, tranſire maioratum ad ſucceſſorem, intelligenda eſt de facto per ſententiam declarato, vt docet Vazquez: rectè igitur Sa, verbo, fiſcus num. 1. ait, *in prohibitis alienari, non ſuccedit fiſcus*.

*Non debet fiſcus cum iactura innocentium locupletari.*

Addit Sarmientus, nec propter crimen inſtituentis confiſcari hunc maioratum poſſe, ſed tantòm vſumfructum, quem habebat pro vita ſua. Hoc verum eſſe meritò ait Vazquez, quando vinculum eſt inſtitutum donatione inter viuos, ſecus ſi teſtamento: certum etiam eſt quod ait, maioratum inſtitutum poſt crimen, confiſcari. Rectè etiam aduertit cum Molina 4. de primoge. cap. 11. nu. 69. quando maioratus priuilegio Regis inſtitueretur ab aliquo ex bonis propriis vltra tertiam & quintā partē lege conceſſam, non confiſcari ob crimen poſſeſſoris: tū quia conceſſio Regis æquiualet conceſſioni legis, tùm quia in eo caſu ſucceſſores nō à poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore accepturi erāt maioratū: ergo nō eſt æquū, vt propter crimen poſſeſſoris illum amittant.

Sed quid, ſi de maioratus inſtitutione non conſtat? Simancas ait, ſemper confiſcari inter alia bona poſſeſſoris: quia ſemper præſumitur ex donatione, & largitione Principum fuiſſe inſtitutum. Melius autem Vazquez cum Molina ſuprà, num. 70. & cap. 2. num. 18. docet, maioratum, de cuius inſtitutione non conſtat, præſumi inſtitutum ex priuatis bonis, ideò non confiſcari: fortaſſe hac ratione Sa, verb. fiſcus, num. 5. dixit, in dubio tenendum contra fiſcum.

*De maioratibus Regū & aliorum Principum.*

In maioratibus Regum, & aliorum Principum, qui electione populi inſtituti ſunt, Caſtro 2. de iuſta hæret. punit. cap. 7. & Simancas tit. 46. num. 75. dicunt, patre delinquente deuolui maioratum ad filium innocentem, iure hæreditario: quia in prima populi electione omnes ſucceſſores inſtituti, ſunt legitimi hæredes ordine ſuo, ac proinde nullus accipit maioratum à poſſeſſore propinquo, ſed ab ipſo populo, qui elegit, & ita eadem ratio eſt de hoc maioratu, & de aliis ſecundi generis. Vazquez etiam notat, confiſcationem propter alia peccata ad fiſcum Principis ſæcularis pertinere, vt docet Couarr. 2. variar. cap. 9. Simancas tit. 9 num. 127. niſi donatione Principis pertineat ad Duces, Marchiones, &c. Similiter confiſcatio propter hæreſim ad fiſcum Principis ſæcularis pertinet cap. ſecundùm leges de hæret. in 6. licet, vt notat Simancas nu. 132. olim tertia pars dabatur domino temporali, tertia officio inquiſitionis, tertia Romanæ Eccleſiæ. Iam in Hiſpania totum cedit inquiſitioni pro ſtipendiis miniſtrorum, & expenſis neceſſariis. Si bona hæretici ſunt in diuerſis regnis, vnicuique Regi obuenit pars bonorum, quæ in eius regno eſt. Simancas num. 129. De præſcriptione huius pœnæ diſputat Caſtro 2. de iuſta hæreticorum punitione, cap. 4. & alij tract. de præſcript. & Azor ſuprà ait, Hæres criminoſi poteſt contra fiſcum præſcribere, Couarr. cum communi 2. 4. cap. 6. §. 8. nu. 6. Vnde hærédes hæretici, ſi quadraginta annis poſt mortem ipſius bona eius poſſederunt ignorantés fuiſſe hæreticum, vſucapiunt ea bona, nec poſſunt à fiſco vexari, cap. 2. de præſcript. §. ſi poſt mortem, ſecùs ſi nouerint fuiſſe hæreticum: tunc enim hæredes nullo tempore vſucapiunt, vt habetur eod. cap. Addit Couarruuias bona alterius criminoſi poſſe hæredem legitimo tempore vſucapere, etiam cum mala fide hoc eſt etiá ſi nouerit, eum fuiſſe criminoſum. Sed cum poſſeſſio illa fuerit licita, non debet dici malæ fidei, ſed bonæ, & per illam propriè non præſcribitur: quia bona illa verè ſunt hæredis, nemo autem præſcribit in rigore bona propria.



Digitized by Google

54 His ſuppoſitis, quæ parum ad inſtitutum pertinent, Quæſtio, quam præſens locus poſcit, eſt, an pœna confiſcationis obliget in conſcientia ante iudicis ſententiam?

*1. opinio quæ affirmat.*

Prima opinio eſt, eſſe obligationem in conſcientia, ad ſoluendum hanc pœnam, & tradendũ bona fiſco, etiam ſi ſit confiſcatio omnium bonorum, ante vllam iudicis ſententiam, Caſtro 2. de iuſta hæret. punit. cap. 6. & lib. 2. de lege pœn. ca. 8. Vazquez ad 11. Felinus, cap. 1. de conſt. num. 44. 45. & 46. Panormitanus eod. cap. Antonius Gomez tom. 3. opuſc. cap. 2. num. 5. tametſi, vt notat Vazquez, poſteà retractauerit, ca. vltimo: pro eadem citat Caſtro Panormitanum, & alios iuriſperitos. Eadẽ tribuitur Tiraquello, l. ſi vnquam verbo, reuertatur num. 291. vel, 24. & ſeqq. Lod. de reuoc. donatio. qui citat Panormitanum, Felinum, Corſetum, & alios. Quidam horum limitant, vt ſi crimen ſit notorium, reus debeat bona tradere fiſco ante omnem ſententiam; ſi verò ſecus, expectãdam ſententiam. Fundamentum præcipuum eſt, quia lex poteſt obligare in conſcientia ad ſubeundam pœnam ante iudicis ſententiam: vt ſect. 2. oſtenſum eſt: hanc autem intentionem clarè indicant verba, *ipſo facto, ante declarationem*, & ſimilia, quæ in his legibus continentur: ergo.

Item illa, *à die criminis ſunt priuati dominio illorum bonorum*: ergo non poſſunt illa, aut illa retinere: ſed tenentur ea reddere ei, qui dominus eſt: & erit rationabiliter inuitus, ſi illi non reddantur, ſaltem cùm ipſe indiget, vel ſine infamia, aut aliis incommodis reddi ipſi poſſunt.

55 Hæc opinio communi Theologorum, & Iuriſperitorum conſenſu reiicitur; vt notat Azor, tom. 1. lib. 5. capit. 7. quæſt. 2. Vazquez, diſp. 170. num. 37.

*Reiicitur prima opinio.*

Ratio eſt, quia leges iſtæ benigniorem interpretationem patiuntur: vt videbimus, quod ſi illam non paterẽtur, & priuatio eſſet omniũ bonorum, vel bonæ partis eorum, meritò cenſerentur iniuſtæ: vt inquit Vazquez, cui conſonant Victoria. Ouand. & Angles ſect. 2. citati, aliíque multi affirmantes, non poſſe, humana lege tantam obligationem induci, aut in dubium id reuocantes; in dubio autem melior eſt conditio poſſidentis: ergo verò illi poſſunt eiuſmodi bona retinere, etiamſi nulla infamia, aut damna alia in honore, fama, vel corpore, aut anima ſequantur. Et ita tenent Sotus, Corduba, Couarruuias, Angel. Syluester, Adrian. Valentia, Sa, Sayrus, Armilla, Victoria, Ouand. Angles, & Suarez, hîc inter alia aſſerens certum ſibi eſſe, de facto nullam eſſe legem, quæ obliget ad ſpoliandum ſe omnibus bonis, & ſatis probabile eſſe, id non cadere ſub poteſtate humana: nam quod hactenus factũ non eſt, etiam in grauiſſimis & frequẽtiſſimis delictis ſignũ eſt fieri non poſſe, & quod hactenus non fuit neceſſariũ, nec expediẽs ad cõmune bonum, ſignum eſt nũquam futurum, & natura non eſſe tale, nec legi humanæ accommodatum: vt nec materia conſiliorum, quia eſt vltra humanam conſuetudinem, & vtilitatem. Idem tenent Tabienna verbo, aſſaſsinus, & alij referendi. Et vſus, atque conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres illud interpretatur, & alioqui eſſent puniendi, qui non redderent ſtatim bona ſua fiſco, & à concionatoribus & confeſſariis reprehendendi.

56 Secunda opinio eſt, per eiuſmodi leges priuari

A hominem dominio eiuſmodi bonorum, licet non poſſeſſione, & adminiſtratione. Azor ſuprà, quæſt. 2. hanc opinionem ait eſſe Theologorum, & Iuriſperitorum, Ioannis Andreæ, Dominici, Ancharani, Franci, & aliorum, cap. cum ſecundum leges de hæret. in 6. Conradi de contractibus tract. 1. q. 7. con. 2. & 3. Caiet. 2. 2. quæſt. 62. a. 3. in fine, Ioan. Medinæ, Cod. de reſt. quæſt. 1. §. *poſt rerum dominium*. Hanc etiam opinionem tenet Valentia hîc diſp. 7. quæſt. 5. puncto 6. §. ex quo deinde, Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 2. quæſt. 4. Sayrus lib. 3. cap. 9. nu. 10. Roſella abſolutio. 1. nu. 19. & verb. aſſaſsinus, Aragon, 22. quæſt. 11. art. 3. & quæſt. 62. art. 3. Couarruuias, 2. part. 4. cap. 6. §. 8. nu. 9. initio, Canus, & multi recentiores. B Hanc & ſequentem opinionem referens Azor ſuprà, quæſt. 2. nihil determinat, licet in ſequentem inclinare videatur, quia eã ſecũdo loco refert. Hanc probabilem putat Cord. lib. 1. q. 36. opin. 1. quamuis in ſequentem, in fine quæſtionis, magis inclinet. Et Sotus, 1. Iuſt. quæſt. 6. art. 6. non recuſat concedere hanc priuationem dominij, licet abſque illa etiam leges explicet. Hanc ſimiliter dominij priuationem docuere Panormitanus, cap. excommunicamus de hæret. & Dominicus Præt. c. cũ ſecundum leges de hæret. in 6. Gregor. Lopez, l. 4. tit. 2. partita 3.

*Secunda opinio probabilior.*

Fundamentum eſt, quia leges poſſunt id ſeruare, & apertè videntur id intendere, nam in dict. ca. C cùm ſecundum leges, definitur, bona hæreticorum eſſe cõfiſcata ipſo facto ante omnem ſententiam: hoc autem nihil aliud eſt, quàm eorum dominium tranſlatum eſſe in fiſcum, & licet ibi ſtatuatur, ne executio confiſcationis fiat ab vllo iudice ſæculari, donec ſententia in hæreticum feratur à iudice Eccleſiaſtico competente, & in noſtro regno l. 4. tit. 2. partita 7. dicitur, nullam venditionem, donationem, permutationem, aut alienationem factam ab eo, qui reus eſt læſæ Maieſtatis humanæ, validam eſſe: quia etiam ſi habeat poſſeſſionem horum bonorum, iam per delictum amiſit dominium, *Perdido auia ya el ſeñorio por ſu maldad*.

D Hanc opinionem tenet Leſſius, lib. 2. cap. 29. dub. 8. & ſic interpretatur, quod de hæretico dicitur, ca. cùm ſecundùm leges de hæret. in 6. & quod de contrahente inceſtas nuptias dicitur ibid. & auth. inceſtas C. de inceſtis nuptiis, & alia ſimilia iura: permitti tamen ait poſſeſſionem, & vſum vſque ad ſententiam declaratoriam.

Tertia, & vera opinio eſt, in his euentis reum non amittere iuſtitiam, poſſeſſionem, & dominiũ ante ſententiam, licet bona ita maneant obligata fiſco per delictum, vt ſequuta ſententia omnes contractus reſcindi poſsint, aut etiam reſcindantur; Simancas, tit. 9. à nu. 157. Antonius Gomez, tom. 3. ſuorum opuſc. cap. vltimo, Victoriam relect. 1. de indis num. 8. & ſeqq. præſertim. 14. Sotus ſuprà, Vazquez, diſp. 170. cap. 3. indicat Azor ſuprà, Adrianus, quodlib. 6. a. 1. corol. 3. lit. L. & ſeqq. E idem ſignificant Angelus verb. aſſaſsinus, §. vlt. & verb. pœna num. 3. Syluester quæſt. 25. & verb. hæreſis quæſt. 8. & verb. Aſſaſsinus, quæſt. 5. Nauarr. cap. 23. num. 66. ſed expreſsè ſolùm docent reum non obligari in conſcientia ad ſoluendum pœnã ante ſententiam. 57

Clariùs hanc opinionem inſinuat Sa, verb. hæreſis num. 3. dicens. *Hæreticus non priuatur bonis, niſi per ſententiam iudicis, nec poſt eam tenetur dare bona fiſco, niſi id exprimatur in ſententia*: eamdem tenet 58

Digitized by Google

tenet Molina, tom. 1. de Iuſt. tract. 2. diſp. 95. Bãnes 2.2. quæſt. 12. art. 2. dicens eſſe communem inter Thomiſtas Ouandi, part. 4. diſt. 13. prop. 41. Caſtrus 2. de lege pœnã cap. 9. & alij idem tribuunt Archid, cap. cùm ſecundum leges, de hæret. in 6.

*1. Con. Nemo priuatur ante ſententiam poſſeſſione ſuorũ bonorum.*

Sit ergo prima concluſio, nemo ante ſententiam priuatur dominio, & poſſeſsione iuſta ſuorum bonorum, ita vt tunc ea reſtituere debeat fiſco. Hanc probat Vazquez illo cap. 3. quia ſi lex obligaret ad tradenda omnia ſua bona fiſco ante ſententiam, adeò rigida, & ſeuera ea videretur, vt non poſſet obligare, ac proinde eſſet iniuſta: vt ergo lex ſit iuſta, oportet eam intelligi de ſolutione poſt ſententiam. Ideò ſententia Caſtri vel hac ſola ratione meritò ab omnibus exploditur. Alia pro hac concluſione in confutatione primæ opinionis adduxi.

59 *Per leges illas non priuatur homo ſuorum bonorum dominio.*

Secunda concluſio, per leges illas non priuatur reus ante ſententiam ſuorum bonorum dominio. Probatur primò ex præcedenti concluſione, nam ſi reus à die commiſsi criminis careret illorum bonorum dominio, deberet ex lege naturę ea reddere domino petenti, quamuis ipſe in caſu hæreſis non poſsit per vim ea vſurpare, prohibente id lege Eccleſiaſtica, contra quam peccaret, ſic ea occupando, ſed factum teneret, nec deberet reſtituere hæretico, quod non eſt hæretici, ſed ipſius Principis: quia lex non præcipit, Principi reſtitutionem, ſed ſolùm prohibet occupationem. Nec vllam dat facultatem reo retinendi illa bona, ergo ſi illam habet, habet ſanè ratione dominij: nam ex volũtate Principis illam non habet, quin potiùs, ſi Princeps poſſet, ſtatim ea bona occupaſſet, poſſet in genere, vel ſpecie declarare hanc eſſe ſuam volũtatem, vt ſtatim ſibi fiat reſtitutio; quo igitur iure tũc reus bona illa retinebit? Dices iure alimentorum: contra, quia nemo alienis ali poteſt inuito domino, niſi in extrema, aut ſaltem grauiſsima neceſsitate, ſeu propè extrema: ſæpe autem non tanta erit in reo. Deinde ad ſua alimenta ſæpe non indigebit tot bonis: ergo quæ ſuperſunt, debet reſtituere. Et magis vrget argumentum, quando confiſcatio fit lege Principis ſæcularis, qui lege Eccleſiaſtica non prohibetur occupare ſua bona: ergo ſi illa bona ſunt ſua, nulla præcedente ſententia: & hoc illi conſtat, poterit nulla præcedente ſententia occupare ipſa, & ſi ea petat in communi, vel in particulari, rei etiam occultiſsimi tenebuntur ipſa illi reddere, præſertim ſi illis indiget, & rei non ita, quia poſſunt aliter vitam, vel etiam ſtatum tueri: & à fortiori ad idem tenebuntur eorum filij, & hæredes.

Secundò probat Vazquez, quoniam licet fratres minores non habeant dominium rerum vſu conſumptibilium, eo quòd non poſſunt vti illis omni vſu, ſed tantùm ad alimenta, adde & cum dependentia à dominis: tamen hæretici & alij huiuſmodi poſſunt illis vti ſecundum omnem vſum, & ſine dependentia à fiſco: ergo verè habent illorum dominium: ſi quis verò dicat illos habere dominium rerum vſu conſumptibilium, quæ neceſſariæ ſunt ad alimenta, non verò aliarũ: inſtat Vazquez quia nullæ in particulari ſunt neceſſariæ ad alimenta: dominium autem debet eſſe de re determinata: cùm ſit ius determinatum.

Vnde quando res furtiuæ vſu conſumptibiles, vt vinum, oleum, triticum, pecunia &c. miſcẽtur cum aliis rebus ſimilibus ipſius furis, ita vt ſeiũgi non poſsint, fur non eſt tantũ Dominus alicuius partis in particulari: cùm non ſit maior ratio de vna, quàm de alia, ſed omnium: quod verum non eſſet ſi dari poſset dominium rei in communi: quia tũc diceretur, eſſe dominum tertiæ, vel quartæ partis in communi: ergo non datur dominium rei in communi: Bannes hanc ſecundam rationem aliter format, nempè quia in rebus vſu conſumptibilibus vſus non diſtinguitur à dominio: ſed heretici habent earum vſum; ergo & dominium, ac proinde etiam aliarum, quia eadẽ eſt ratio. Sed maior abſolutè eſt falſa: ideò melius hæc ratio à Vazquez propoſita eſt.

Tertiò, probat Vazquez: quia ſi aliqua eſſet vtilitas in hac dominij priuatione ſine poſſeſsionis priuatione ea eſſet, vt poſteà per ſententiam contractus omnes celebrati à die criminis reſcinderentur. Hoc autem æquè bene fieri poteſt abſque dominij priuatione, vt videbimus: ergo nullius momenti eſt hæc dominij priuatio, ac proinde non eſt cur tam difficulter eam defendamus.

Sed aduerte, non multum eſſe diſcriminis inter hanc ſententiam, & præcedentem: quoniam hæc ponit, tam imperfectum, tenue, ligatum, & infirmum dominium, vt dominium non videatur, & illa tam liberam adminiſtrationem, vt videatur dominium, & vtraque opinio facilè defendi poſſet. Sed nos hanc tertiam, tãquam probabiliorem tuemur, & explicamus. 60

*1. arg.*

Sed contra hanc ſententiam argumentatur Caſtro: quia hæreticus per ſolam ſententiam declaratoriam criminis debet ſoluere pœnam ſtatutam per leges, nullo etiam petente, ea ſolùm ratione, quia per ſententiam declaratoriam iam innoteſcit eius crimen: ergo cùm ipſe ſit conſcius ſui criminis, non eget vlla iudicis declaratione, vt debeat ſoluere pœnam legis.

Archidiaconus, cap. cùm ſecundum leges, de hæret. in 6. & Sotus 1. iuſt. queſt. 6. ar. 6. putant ſufficere ſententiam declaratoriam criminis, vt hæreticus teneatur pœnam ſoluere, etiamſi ad eam non condemnetur.

*Sententia definitiua quæ condemnationẽ vel abſolutionẽ non continet, non habetur pro iuſta.*

Contra quos ſic loquitur Vazquez, diſp. 170. cap. 4. num. 13. & 14. cæterum, vt rectè admonet Simancas de inſtit. Catholic. tit. 9. num. 163. nulla ſentẽtia iudicis tam breuis, & Laconica vnquam fuit, vt ſolùm declararet crimen, & non condemnaret reum: imò, vt rectè docet, ipſo iure cenſetur nulla ſententia, quæ cùm definitiua ſit, neque abſolutionem, neque condemnationem continet, vt habetur l. præſes, Cod. de ſen. & interloc. vbi dicitur, præſes prouinciæ non ignorat definitiuam ſententiam, quæ condemnationem, vel abſolutionem non continet, pro iuſta non haberi. Verum concedamus (inquit Simancas) aliquando proferri ſententiam declaratoriam criminis, nihilominus vbicumque iure ipſo appoſita eſt pœna facto, ſententia illa, quæ verbis ſolùm videtur declaratoria eſſe, habebit vim etiam condemnatoriæ: nam dum declarat crimen lege ipſa punitum, hoc ipſo applicat ipſi legem & pœnam, quæ per legem ſtatuta erat in vniuerſum. Adde etiã, quòd quamquam non requireretur cõdemnatoria ſententia, & ſufficeret declaratoria, quæ reipſa ſolùm haberet vim declaratoriæ, non rectè ſequeretur, vt infert Caſtro, fore, vt hæreticus, qui conſcius eſſet proprij delicti, deberet ſtatim bona ſua fiſco deferre. Nam ſententia declaratoria non requi-

ritur, vt crimen ipſi reo innoteſcat, ſed vt publicum omnibus fiat, audita ipſiuſmet defenſione, & antequam hoc modo innoteſcat, non videtur locum habere pœna, ſi lege ipſa neceſſaria ſit declaratoria ſententia: atque potiori ratione obligat pœna poſt hanc ſentétiam, quàm ante illam: quare non rectè argumentatur Caſtro.

*Solutio auctoris. Sententia declaratoria criminis & cõdemnatoria pœnæ diuerſæ eſſe poſſunt.*

61 Ego tamen puto ſeiungi poſſe ſententias formaliter, declaratoriam criminis, & condemnatoriam ad pœnam lege ſtatutam, & priorem ſine poſteriori validam fore, ſaltem quando ſolùm agebatur de ipſo crimine, ſeu eius nota, & infamia, non de bonis fiſco reddendis, maximè quòd prior diceretur formaliter condemnatoria, non ad bona tradenda fiſco: ſed ad notam criminis patrati. Sed ſi ex ſola declaratoria ſententia ſtatim ſequeretur, reum teneri bona illa reddere fiſco, ſaltem petenti, vel fiſcus poſſet ad excuſſionem bonorum procedere, ſententia illa eſſet virtute condemnatoria ad hanc pœnam: verùm exiſtimo ſatis probabile, quòd fiſcus ex vi illius ſententiæ ſine expreſſa, & formali condemnatione ad pœnã, non poſſet procedere ad executionẽ bonorũ, & multò probabiliùs, quod ait Sa ſuprà, reum non teneri ea tradere fiſco, quod etiã ſignificat Adrianus ſuprà, lit. M. vbi ait. *Et ſecunda pars patet, quia l. ſi quis in tantam C. vnde vi, & l. extat ff. quòd metus cauſa & c. placuit 16. quæſt. 6. & cætera huiuſmodi humana iura non priuant hominem ipſo facto, dominio, ſed volunt priuandum eſſe, vt notat gloſ. dicta l. ſi quis in tantam: & vbi ſic diſponerent, quia pœnale eſſet, patet ex ſupradictis, quomodo ante ſententiam ſaltem declaratoriam criminis, tutè ſeruare poſſet, nec fortè vnquam ſine ſpeciali mandato tenetur tradere, ſed ſinere auferri.*

Quin imò probabile puto, etiam poſt ſententiam declaratoriam criminis, & formaliter condemnatoriam ad bonorum amiſſionem, & excuſſionem, requiri ſpeciale mandatum in ſententia, vel extra ſententiam contentum, aut ſaltem petitionem, vt ipſemet teneatur bona ſua offerre fiſco, vel manifeſtare, vt ea capiat. Quod etiam inſinuat Adrianus in verbis citatis: & colligitur ex Rebuffo in proœm. conſt. reg. gloſ. 1. num. 47. vbi, ait. Nemo pœnam, vel mulctam ſoluere in conſcientia tenetur, antequam ad eã fuerit condemnatus, vel ea fuerit declarata. Hoc firmat Adrianus ſuprà, quæſt. 6. &c. Ideo friuolè appellans non tenetur ſoluere emendam 60. librarum, ſi ab eo non fuerit petita, etiam poſt condemnationem: niſi lex pœnã ipſo facto imponeret, vel niſi bona cadant in commiſſum &c. Sed in eo caſu, ſi Dominus ſciat, & non petat, videtur commiſſum remittere, & ſic in foro conſcientiæ dicerem adhuc retineri poſſe: quia debitor putare poteſt dominũ eo iure vti nolle: ſicut hæres poteſt triginta annis legatum præſcribere: arbitratur enim legatarium illud nolle, quia non petit, teſte Anchar. reg. ſine poſſeſſione de regul. iur. in 6. de quo ſcripſi Repet. l. vn. not. 1. num. 54. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, profertur. Hactenus Rebuf.

62 Secundò argumentatur Caſtro: ſi ſciret fiſcus per facti euidentiam, aliquem eſſe hæreticum, poſſet occupare bona illius: & quamuis peccaret contra præceptum, c. cùm ſecundum leges, tamen factum teneret, cùm in eo c. non irritetur factũ, ſed tantùm prohibeatur: ergo etiam hæreticus ante ſententiam tenetur ſua bona tradere fiſco.

A Sed conſequentia eſt nulla, quia ſtat, fiſcũ poſſe capere, & tamen quòd ego non teneat offerre, nec dare, aut manifeſtare, niſi id petat, & præcipiat. Deinde antecedens eſt falſum, vt ait Vazq. ſuprà num. 15. prohibitio enim illa facta à Pontifice fundatur in hoc quòd illa bona ante ſententiam non ſunt fiſci, ſed hæretici, & ideò ante ſententiam non vult à fiſco vſurpari. Imò exiſtimo, dominium non transferri in fiſcum, donec bona ipſa excutiat, vel petat quidem, ſed per iniuriam illi negentur, aut occultentur.

*Explicatur regula iuris à quocumque.*

Nec refert regula iuris, quam pro ſe adducit Caſtro, *à quocumque, nomine pœnæ aliquid exactum eſt, licitè extractum eſt.* Quia hæc regula, vt inquit B Vazquez, intelligenda eſt de eo, quod exigitur nomine pœnæ poſt ſententiam, quia non dicitur exactum nomine pœnæ niſi, quod iam debetur, vt pœna: nos autem negamus bona illa ante ſententiam deberi fiſco, vt pœnam. Deinde Caſtro fatetur fiſcum peccare exigendo: ergo non rectè adducit regulam illam, quæ exactionem licitam eſſe affirmat. Quamuis ſcio quid ad hoc argumentum Vazquez reſpondere poſſet Caſtro: nempè fiſcum peccare per accidens ratione prohibitionis, quæ ſi non eſſet, licitè exigeret pœnam illam, quia iam per legem illi debetur. Vnde non nitor præcipuè huic argumento. Bene autem Vazquez eod. cap. ait, *in eod. ca. cùm ſecundum leges, non fuiſſe* C *conceſſam poſſeſſionem horum bonorum hæretico, dominio eorum fiſco applicato, neque hac ratione rectè defendi, fiſcum non poſſe apprehendere bona hæretici ante ſententiam, vt auctores ſecundæ opinionis contendunt; tum quia poſſeſſio illa bonorum in quemlibet vſum, non poteſt ſine dominio eſſe, vt cap. præced. dicebamus: tum quia ſi propter ſolam conceſſionem illius ca. hæretici haberẽt iuſtam poſſeſſionem ſuorum bonorum, cùm alij eam non haberent, efficeretur, eos, quorum bona propter alia delicta confiſcantur, non habere dominium, nec iuſtam poſſeſſionem eorum, ac proinde ante ſententiam debere ea fiſco deferre: non quidem dominium, quia ipſis legibus ciuilibus imponentibus pœnam confiſcationis priuati eſſent dominio: non poſſeſſionẽ, quia nulla lege Eccle-* D *ſiaſtica, aut ciuili eſſet illis conceſſa poſſeſſio. Nã c. cùm ſecundũ leges, ſolum loquitur de hæreticis: neque videtur penes Pontificem eſſe facultas concedendi hanc poſſeſſionẽ in alijs delictis, quæ non ad ipſum, ſed ad Principis ſæcularis forum pertinent. Quare in crimine læſæ maieſtatis humanæ, conceſſio illa locum non haberet. Adde etiam, quòd conceſſio illa Pontificis ad nouas leges non extenditur: quare cùm in noſtro regno poſtea ſit impoſita huiuſmodi pœna propter peccatum Sodomiæ, ſequeretur, huius criminis reos, nec habere poſſeſſionem, nec dominium ſuorum bonorum, ac proinde poſſet fiſcus ante ſententiam illorum bona occupare. Imò etiã reus deberet, ante ſentẽtiam fiſco illa deferre: quod videtur nimis durum. Dicet aliquis, poſſet Pontifex quidem* E *concedere poſſeſſionem bonorum, nec tanquam iudex, & ſuperior temporalis ita leges ciuiles interpretari, ſed tanquam Pontifex declarare, crudelem, & nimium ſeueram eſſe illam pœnam, quæ dominio, & poſſeſſione ipſo facto priuaret propter maxima quæuis delicta, & ita poſſet eius interpretatio ad antiquas, & nouellas leges extendi. Reſpondeo, poſſe quidem Pontificem ita declarare, ſicut etiam communis ſententia Doctorum fecit: hactenus tamen in omnibus delictis non declarauit. Adde, quòd nullius momenti eſſet, concedere his ſuorum bonorum poſſeſſionem ſine dominio, quia etiam manente dominio ſequuntur omnes effectus poſt ſententiam, ad* quos

Digitized by Google

*quos aliqui neceſſariam exiſtimant priuationem domi-* A
*nij, vt videbimus.*

63 Si opponas, *euidentiam patrati ſceleris non indi-*
*Euidentia patrati criminis non indiget clamore accuſatoris.*
*gere clamore accuſatoris*, cap. euidentia, de accuſa. ergo cùm Principi eſt euidens, hunc commiſiſſe crimen, non eſt illi neceſſaria accuſatio, aut ſententia, vt illum bonis ſuis ſpoliet. Reſpõdet Azor tom. 1. lib. 5. ca. 7. quæſt. 3. ex gloſ. ibi: quando crimen eſt notorium, euidentiam facti ſupplere accuſatorem, quia iudex poteſt ſine accuſatore delictum probare, & ad ſententiam procedere: non verò ſupplere ſententiam. Addit ex Medina qu. 1. de reſt. §. poſt rerum dominium, ſi reus fuerit crimen ſuum in iudicio confeſſus, ius eſſe fiſco capiendi bona: ſed communiter ſententiam requiri; qui expreſſè præcipitur in caſu hæreſis, d. c. cum ſecundum leges, & quia nemo poteſt ſine ſentẽtia iudicis ſpoliari bonis propiis: illa autem ſunt propria vſque ad ſententiam: ergo. B

64 Tertium argumentum, nam ſi reus non tenetur ante ſententiam ſoluere pœnam, ſeu tradere bona fiſco, nihil operatur illa particula *ipſo facto*, vel, *ipſo iure*, quæ ponitur in ca. ſecundum leges, & in aliis, & illa particula, *ante declarationem*, quæ ponitur contra ſodomitas in noſtro regno, l. 1. tit. 21. lib. 8. compilationis.

Ad hoc auctores ſecundæ ſententiæ reſpondẽt, particulam, *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, operari priuationem dominij; Vazquez etiam diſp. 170. cap. 4. nu. 20. tribuit Adriano, & Sylueſtro, id efficere particulam illam, *ante declarationem*, ſeu, *abſque declaratione*. Ego tamen in Adriano nihil inuenio, licet id dicat Syllueſter, verb. Aſſaſſinus quæſt. 5. Nos cum Vazquez, & Sa, verb. pœna num. 1. etiam ſi lex dicat ante declarationem, vel ſententiam, non obligare ad ſolutionem pœnæ in conſcientia ante ſententiam iudicis: vnde verba illa ſolùm operari, quòd ante ſententiam eſt iam quaſi priuatus dominio, eo quòd illud eſt valde attenuatũ, infirmũ, & debilitatum, quia per ſententiam retrotrahenda eſt confiſcatio ad diem commiſſi criminis, & reſcindendi contractus, & alienationes ex tunc factæ, & ſi reus fuerit defunctus, bona excutienda ſunt ab hæredibus, ac ſi teſtatoris non fuiſſet ab illo die, vt ſect. 3. diximus. C D

65 Ad fundamentum ſententiæ reſpondeo, leges non poſſe priuare dominio omnium bonorum ante ſententiam: quia hæc pœna, licet non conſiſtat formaliter in executione, ea tamen lex inferẽs eſt duriſſima, & talis lex eſſet moraliter intolerabilis communitati, & obſeruatu impoſſibilis. Vnde indemnes leges, quæ ſic diſponere videntur, aliter eas debemus interpretari: & huic interpretationi anſam præbet ipſum cap. cùm ſecundum leges, prohibens excuſſionem bonorum fieri ante ſententiam, & non præcipiens reo, vt ante ſententiam tradat bona fiſco: vnde videtur illi relinquere dominium, & adminiſtrationem, licet bona illa obliget, ſeu ſubiiciat fiſco. Et lex noſtri regni pœnam non imponit reo læſæ maieſtatis: ſed declarat, eius contractus ſint nulli, id eſt, quaſi nulli, ſeu annullandi, quia dominium in ea erat nullum, id eſt quaſi nullum, cùm illa bona eſſent ſubiecta, & obligata fiſco. Niſi dicamus cum Vazquez auctorem illius legis ſecutum fuiſſe ſecundam opinionem, quam iudicamus minus probabilem. Quòd in noſtro regno, vel alio, eſſet lex expreſſè intendens priuare dominio ante ſenten- E

tiam manente iuſta poſſeſſione, & libera adminiſtratione, Vazquez ait, fore ineptam, & impoſſibilem: ſi verò ſublata poſſeſſione, & libera adminiſtratione, iniuſtam; quia pœna eſſet nimium ſeuera, & crudelis.

Aduerte hîc primò, licet aliqui apud Couarruuiam, & Tiraquellum dixerint, fructus confiſcatorum non cedere fiſco à die commiſſi criminis, ſed tantùm à die litis cõteſtatæ: oppoſitum tamen eſſe verius, & communius: quod tenent Paul. Caſtrenſis, Salicetus, Imola, Alexander & alij, quos citat, & ſequitur Tiraquellus l. Si vmquam, verb. reuertatur C. de reuoc. don. num. 268. Couarruuias, 2. 4. cap. 6. §. 8. nu. 6. & 7. Azor. tom. 1. lib. 5. ca. 7. quæſt. 5. 66

## SECTIO V.

*An illi, quorum bona per legem fiſco ſunt ipſo facto applicata, poſſint ante ſententiam ipſa alienare: & alia circa confiſcationem.*

Dico primò, ex bonis ſuis alienare poterit ea, quæ neceſſaria videbuntur ad ſuam, & familiæ ſuſtentationem; Antonius Gomez. 3. tom. opuſc. cap. vlt. num. 4. verſ. item poterit, Vazq. diſp. 171. num. 1. dicentes eſſe certum: idem tenet Valentia diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6. quæſt. 4. ad finem, Bannes 2. 2. quæſt. 11. art. 2. poſt medium, Sylueſter hæreſis 1. quæſt. 8. Molina tom. 1. de iuſt. tract. 2. d. 95. Angelus verb. pœna, quæſt. 3. Azor lib. 5. cap. 7. quæſt. 7. cum Archidiacono, Ioanne Andrea, Panormitano, Bartolo, & aliis. 67 *1. Concl.*

Dico ſecundò, ſi ſit periculum publicationis criminis, & conſequenter damni alterius contrahentis, peccaret reus alienãdo bona eiuſmodi cum tali periculo, non manifeſtando illud contrahenti, vt ſæpe continget in contractibus oneroſis: qui enim rem aliquam hoc modo emeret, exponeretur periculo euictionis, quæ ipſi communiter erit noxia: ita docuere Sylueſter verbo hæreticus, q. 8. Angelus verbo pœna, num. 3. Anton. Gomez illo cap. vlt. num. 3. Vazquez illo num. 1. tanquam certum, Simancas in inſti. tit. 9. num. 28. Vict. relect. 1. de Indis Bannes, Azor & Molina ſuprà.

In alienatione verò titulo gratioſo, non eſſet communiter hoc periculum, ideò ex hoc capite damni alterius, ea alienatio non eſſet illicita, vt iidem docẽt. Dixi, *communiter*: nam interdum poſſet ſequi damnum, vt ſi donatarius non eſſet tot ſumptus facturus, vel aliunde bona eſſet acquiſiturus, niſi donationem illam recepiſſet: quia poſtea reſtituta re donata, vel pretio, pauperior manebit, quàm ſi nihil ei donatum fuiſſet. *2. Concluſ.*

Dico tertiò, per ſententiam non ſolùm reuocantur alienationes factæ in fraudem fiſci, poſt commiſſum crimen, ſed etiam anteà, vt ſi quis parabat iam crimen cõmittere, & ne confiſcarentur bona, alienauit ipſa. Vazquez id tanquam certum docet num. 2. ex Gomez. num. 5. Simancas nu. 56. & ex l. fraudem, ff. de iure fiſci. *3. Concluſio.*

Difficultas ergo eſt, an alienationes non neceſſariæ ad ſuæ perſonæ, & familiæ ſuſtentationem, ſint validæ, & licitæ: prima opinio eſt; omnes eſſe irritas, ſiue ſint oneroſæ, ſiue gratioſæ, Caſtro, Conradus, & Ioan. Medin. locis citatis ſect. præcedenti, opin. 1. & 2. Anton. Gomez tom. 3. opuſcul.

KK 4

Digitized by Google

cap.2.nu.2.Sotus 1.iuſt.quæſt.6. art.6.poſt 4.con. Sayrus lib.3.cap.9.num.30. Valentia diſp.7. qu.5. p.6.q.4.ad finem.Roſella abſolutio.1. num. 19. & verbo aſſaſſinus,Simancas in inſtit. tit.9. num.22. & ſequentib. Sayrus tribuit Baldo auth. inceſtas, C.de inceſt.nupt. Ioan.Andr. Anchatano, Dominico,& Franco,cap.cum ſecundùm leges,de hæreticis in 6.

1. Argum. Suadetur primò ex l.ex iudiciorum, verſ.ideò, ff.de accuſat.vbi dicitur. *Ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit,nihil ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe:* & l. donationes in concubinam,§.fin.ff.de donationib.dicitur, *rata donationes eſſe non poſſunt poſt crimen perduellionis.* Idem l. poſt contractũ eod.tit.& ex l.fin.& l.quiſquis.§.emancipatio C.ad legem Iuliam maieſtatis, & ex l. pro oneribus, C.de iure dotium colligi videtur,cõtractum dotis in his eſſe prohibitũ,& nullum: quod etiam videtur verum,cum dos traditur filiæ ad religionem. Demum nullum contractum ex bonis confiſcatis eſſe validum, colligi videtur ex l. emptori duplum,ff.de actio.empti & venditi, & ex l. noſtri regni 4.tit.2.part.7.vbi de contractibus huiuſmodi dicitur,*valere non debent.*

Secundò ſuadent aliqui ex illis auctoribus,quia iſti delinquentes carent dominio,vel etiam adminiſtratione,& iuſta poſſeſſione illorum bonorum: vel ſaltem habent dominium ligatum, & impeditum per leges;& adminiſtrationem limitatam, & reſtrictam ad alienationes non neceſſarias pro ſuſtentatione ſuæ perſonæ,& familiæ: ergo cæteræ alienationes ſunt penitus irritæ.

68 1. Opinio, & 4. concl. Secunda tamen, & probabilior ſententia eſt, omnes eiuſmodi alienationes validas eſſe per ſe, & quantum eſt ex vi legum;ſed reſcindendas.Hãc opinionem latè tradit Victoria relect.1. de Indis, & Vazquez diſp.171.cap.2.Azor & Bannes ſuprà, & videtur Angeli, verbo pœna, num. 8. Syluester hęreſis,1.quæſt.8.& vt probabilem defendit Corduba lib.1.quæſt.30.& ait Vazquez,nõ ſolùm eſſe validas,ſed licitas, & cum validæ ſint, fructus rei alienatæ non pertinere ad fiſcum, ſed ad eum in cuius dominium illa tranſiuit.Dixi,*per ſe,&c.* quia poſſunt eſſe nullæ propter dolum:nam qui vendit eam rem confiſcandam, certò, aut probabiliter non declarato defectu,decipit grauiſſimè emptorem,& ideò venditio eſt nulla, vt ait Bãnes ſuprà: ſecus ſi nullum eſſet periculum confiſcationis, aut leue. Huius ſentẽtiæ probabilitatem probat Corduba,quia probabile eſt,à die criminis,licèt amittatur dominium bonorum, manere tamen iuſtam poſſeſſionem, & adminiſtrationem, ideò contractus de illis factos, validos eſſe. Vazquez autem putat, ideò eſſe validos, quia manet etiam dominium nulla lege impeditum:quod ſi non maneret, nec manere poſſe liberam adminiſtrationem,ideò validos non fore. Confirmat autem ſuam ſententiam dupliciter,primò quia filius hæretici, etiamſi ſit conſcius paterni criminis, accipere poteſt hæreditatem paternam ex teſtamento, vel ab inteſtato,vt fatetur Simancas num.189.& pater poteſt liberè eam hæreditatem relinquere filio alienaturo bona quouis titulo: ergo poterit quolibet modo in extraneos alienare: quia eadem eſt ratio. Et ſi non poſſet in extraneos alienare, vel deberet crimen ſuum manifeſtare filio, vt cum grauamine non alienandi hæreditatem acciperet, aut deberet fiſco ſatisfacere via ſecreta meliori modo, quo

A poſſet: ſaltem non poſſet teſtari in fauorem filij, vel alterius: ſed inteſtatus decedere deberet, & permittere, vt filius ſuccedat in hæreditate, non verò ad id cooperari. Secundò, quia ſi hæreticorũ contractus validi non eſſent,aut ipſi hęretici prohibiti eſſent alienare,nullus poſſet liberè cum hęreticis Germanię,aut Angliæ,&c.cõtrahere:quod intolerabile eſſet, & nullus dicere auderet: & in noſtro regno nemo poſſet contrahere cum eo,qui crimen nefandum commiſiſſet, aut reus eſſet læſæ maieſtatis, aut aliud crimen habens confiſcationẽ annexam:quod dici nequit.

Quod autem neque peccatũ ſit bona iſta alie-
B nare,probat Vazquez cap.3. quia nulla lex præcipit his delinquentibus, ne bona alienent,ſed tantùm agit de firmitate,aut valore cõtractuum,quos faciunt:idem tenet Azor ſuprà,dicens, ad comparanda ſibi, & familiæ neceſſaria alienare poſſe: imò ſi crimen ita eſt occultum, vt ad forum iudiciale deduci nequeat, non peccare aliter alienando,vt dicunt Syluester,& Angelus:quia neminem damno afficiunt.Imò etiam ſi crimen in iudicium adduci poſſit,& probari,non peccabunt, ſi animo & ſpe ſint compenſandi damnum,ſi ſequatur, vel emptorem admoneant de periculo: vt ſi quis rem furtiuam,quam bona fide emerat, vendat alteri,&
C ei manifeſtet vitium rei venditæ,non peccat: quia ipſum nõ decipit. Syluester,Angelus & alij ſuprà. Præterea ſi rem liberaliter donent, vel pro æquali æſtimatione commutent, non peccant: quia donatarius ſolam rem donatam amittet:qui verò cõmutationem facit, vel retinebit, quod ei datum eſt,vel recuperabit,quod dedit,Syluester,Angelus & alij.Qui addunt,ſi cum damno aliorum nõ monitorum alienationes fiant, peccatum eſſe iniuſtitiæ contra illos,numquam verò cõtra fiſcum:quia hic ius non habet in his bonis,niſi poſt ſentẽtiam ex propriis bonis, propter peccatum inſtituentis. Nam ſi nullus donationem acceptaſſet,ſine dubio
D non eſſet ius quæſitum ſucceſſori: & ideò abſque eo, quòd ius aliquod illius læderetur, confiſcari poſſet.

Ad fundamentum primæ opinionis reſpondet 69
Vazquez bene eod. cap.in illis legibus,ſolùm docere contractus illos non eſſe firmos, & ſtabiles, quia ſunt poſteà irritandi, & reuocãdi, niſi ex ſpeciali priuilegio ſuſtineantur, vt de manumiſſione diximus ſect.præced.ſuppoſitione 17.& Vazquez dixerat diſp.169. cap.2. nec aliud eſt bona illa eſſe confiſcata,ſeu obligata fiſco, quàm poſſe ea repetere,vbicumque inuenientur.

Donationes verò factæ ante crimen non reſcin-
E duntur,quia bona illa ante crimen confiſcata non ſunt,& ideò non poteſt confiſcari maioratus propter crimen inſtituentis ex propriis bonis, quoties inſtituens ante crimen donatione facta inter viuos,aliquem ſucceſſorem ſibi deſignauit,in quẽ tranſtulit dominium per traditionem inſtrumenti,vel alia ſolemnitate, vt fieri ſolet, retenta ſibi poſſeſſione per totam vitam, vel ſi donatio facta fuit inter viuos, & acceptata à ſucceſſore, etiamſi res eſſet tradenda poſt mortem, ita Vazquez diſp. 171.num.17.addens,Dico autem,ſi acceptata fuit à ſucceſſore per ſe, vel per aliũ de mandato ipſius. Sic enim iam eſt ſucceſſori ius quæſitum, quod propter peccatum inſtituentis amitti non debet, & in hoc caſu exiſtimarem veram ſententiam Sarmienti, quam retuli diſp.169. cap.vlt. qui docet, non

Digitized by Google

non confiſcari maioratum inſtitutum ex propriis bonis, propter peccatum inſtituentis. Nam ſi nullus donationem acceptaſſet, ſine dubio non eſſet ius quæſitum ſucceſſori: & ideò abſque eo, quòd ius aliquod illius læderetur, confiſcari poſſet.

70 Sed rogas, quando contractus illi reſcindi cenſentur: Valentia diſp.7.quæſt.5.punct.5. ait, hæreticum, aut reum læſæ Maieſtatis non poſſe à puncto commiſſi criminis bona ſua donare, vel alienare: ſed ſolum ei eſſe licitum vſurpare ad neceſſitatem vitæ ſuæ, & ſuorũ, ſicut docet Syluester, v. hæreſis primò, n. 14. vnde omnes alij contractus irritantur, quando profertur poſteà ſententia in eiuſmodi facinoroſos, qui amittunt propter aliquod crimen dominium bonorum ſuorum: ſicut idem Syluester illic docet, & Sotus, lib. 1. de iuſt. quæſt. 4. art. 6. Hæc Valentia cum Syluestro, & Soto, quorum ſententia mihi placet, quia per talem ſententiam retrotrahitur confiſcatio ad diem cõmiſſi criminis, & omnia, quæ fuerunt rei, à tempore illo criminis applicantur fiſco, & cedunt illi: ergo diſſoluuntur contractus omnes, quibus ante ſententiam erant aliorum.

*5. Confir.*

71 Rogas prætereà, an res apud quemcumque inueniatur, cum ſuis meliorationibus cedat fiſco, reſpondeo affirmanter, ſi ſermo ſit de meliorationibus intrinſecis, quas vocant, ſiue illæ accidant ex diuerſa æſtimatione, vt diuerſis temporibus accidere ſolet, ſiue quia cum fundus eſſet iam plantatus, poſteà creuit. Ita Vazquez d.172. cap.1. Probatur, quia cum res illa trãſierit ad alios cum onere cedendi fiſco, & melioratio illa remoueri ab ea non poſſit, nec debeat: illa quoque ad fiſcum pertinet, maximè ſi idem incrementum apud dominum eſſet habitura. Quòd ſi meliorationes factæ ſunt expenſis poſſeſſoris, vt ſi domus, vel nauis eſſet refecta, iuſtum earum pretium dari poſſeſſori debet, vt ait Vazquez: quia æquum non eſt, poſſeſſorem abſque vllo crimine illis priuari.

*6. Confir. Meliorationes intrinſeca cedunt fiſco.*

72 Sed quid de fructibus rei confiſcatæ? Tellius Fernandes, l.4. Tauri num. 45. abſque vlla diſtinctione cenſet cedere fiſco, quia res confiſcata eſt fiſci: res autẽ, apud quẽcumq; ſit, ſuo domino fructifiat. Idem tenet Sayr. ſuprà, ſed iam oſtẽdimus bona illa ante ſententiam iudicis, non eſſe fiſci, ſed rei, vel alterius, in quem dominium tranſtulerit: vnde ſi manent apud delinquentem, cedunt fiſco, vt cætera bona illius: ſi verò apud alium dominũ, ſunt eius, & debent confiſcari, nec dominus rei etiam poſt latam ſententiam contra delinquentem tenetur fructus illos fiſco reſtituere. Rectè quidem ait Vazquez, ſententiam illam Tellij apertè ſequi ex alia, quam tenet, nimirum alienationes illas eſſe irritas, cùm tamen Vazquez teneat eſſe validas: deberet dicere fructus illos domino innocenti cedere, non fiſco.

*1. opinio Fructus rei confiſcata ad quem ſpectet.*

Tenendo tamen alienationes eſſe irritas, vt retulimus tenuiſſe Simancas, non ex defectu dominij: ſed quia per legem erat ligatum, fructus illi eſſent delinquentis: ideò cum aliis bonis eſſent confiſcandi, etiamſi eos feciſſet res, apud poſſeſſorem bonæ fidei. Vnde male idem Siman. eod. tit. 9. num. 58. affirmauit, ſolùm malæ fidei poſſeſſorem, qui conſcius erat criminis, & confiſcationis, debere reſtituere fructus, at poſſeſſorem bonæ fidei, qui crimen ignorabat vẽditoris, aut donatoris rem confiſcatam, non item: niſi malę fidei poſ-

A ſeſſorem vocet eum, qui ſententiam nouit latam contra hæreticum, per quam omnia eius bona, & præſentia, & præterita quæ habuit à die criminis, applicantur fiſco, quod non eſt alienũ ab eius mẽte: ait enim, poſſeſſores bonæ fidei à die latæ ſententiæ, incipere eſſe poſſeſſores malæ fidei.]

Quod videtur intelligẽdum, ſi illam ſciat, nam ſi inuincibiliter eam ignoret, non magis erit poſſeſſor malè fidei, quàm anteà. Quamuis autem eſſet poſſeſſor bonæ fidei, ſi fructus sũt fiſci, debet illos reſtituere fiſco: vel ſi eos conſumpſit, id in quo factus ſit ditior, ſi autem in nullo factus eſt ditior nihil, vt bene docet Vazquez diſp. 172. ex B Couarruuias 1. var. capit. 3. numer. 7. & aliis communiter in materia de reſtitutione, & quamuis Vazquez eo loco, & diſp. 171. ca. 3. num. 16. videatur dicere fructus rei per legem confiſcatæ, etiam ante latam ſententiam eſſe fiſci: tamen ex ead. d. 171. cap. 2. num. 9. apertè colligitur, ſi alienatio fiat ante ſententiam, eſſe eius, cui res eſt vendita, vel donata, quia alienatio fuit valida: ſi verò alienatio facta fuit poſt ſententiam, eſſe fiſci, quia alienatio eſt nulla, & ideò apud quemcumque res inueniatur, fructus eius cedere fiſco. Nec dubium, quin à die reſciſsionis contractus, fructus talis rei ad fiſcum pertineant, quia iam res eſt fiſci, & ideo illi fructificat: iam verò diximus alienationes C neceſſariò reuocari per ſententiam latam contra reum.

73 Sed quæres, an facta reuocatione venditionis factæ ab hæretico, debeat emptori reſtitui pretiũ. Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. artic. 6. ait non eſſe illi reſtituendum pretium, niſi datum fuerit pro alimentis, quia cum delinquens habeat ius emendi ſibi omnia neceſſaria, venditor ius habet, vt pretium de bonis emptoris illi detur.

Sed Antonius Gomez, tom. 3. variar. cap. 2. nu. 2. abſolutè docet, fiſcum poſſe recuperare rem nõ tradito pretio emptori, niſi inter bona delinquentis reperiatur: quam ſententiam cum multis tenet Roſella abſolutio 1. num. 19. & eſſe veram, putat D Vazquez diſp. 172. cap. 2. ſed explicandam ex Simanca, tit. 9. num. 27. & Couarruuia 2. 4. cap. 6. n. 9. Syluestro verb. hæreticus 1. quæſt. 4. Conrado, tract. 1. de contract. cap. 7. Primò, vt qui ſcienter contraxit cum eo, cuius bona erant confiſcata, cõdemnetur in pretio rei, quã ipſe emit, & reſtituat rem emptam. Secundò, vt ſi contraxit bona fide, nempè neſciens confiſcata eſſe bona, quę emebat, reſtituatur ei pretium, quod dedit; ſi extet apud venditorem: dicitur autem extare, quoties verſum eſt in vtilitatem ipſius quia ſcilicet eo ditior effectus eſt. Tertiò, vt ſi venditor non eſt ditior inde effectus, nihil de pretio reſtituendum ſit, quare ſi in medietate tãtùm, verbi gratia, factus eſt ditior, E ea tantùm reſtituenda eſt. Primùm probatur, quia ille, qui ſciens rem eſſe confiſcatam, illam emit, meretur pretium ipſius amittere. Sed ſubiungit Vazquez. *Vtrùm cùm ſuprà à nobis dictum ſit, quemlibet licitè poſſe contrahere cum hæretico, etiam ſcienter, & contractum validum eſſe: ego non video, quare qui emit ab hæretico, perdere debeat pretium, quod dedit, niſi fortè quia præſumitur aliqua culpa eius, quando contraxit, vt ita paulatim occultarentur bona hæretici, & fiſcus non poſſet illa obtinere. Secundum probant, quia qui emit bona fide, ſi pretium extat in bonis venditoris, non eſt cur illud amittat. Tertium verò probant, quia cùm obligatio ad fiſcum antiquior ſit, non debet*

*quicquam*

Digitized by Google

*quicquam de bonis delinquentis amittere, ſed emptor cuius ius eſt minus antiquum, debet pretium amittere.*

Ait autem Simancas, pretium cenſeri conuerſum in vtilitatem venditoris, ſi venditor ex eo pretio emit rem aliam, etiam ſi ea poſteà caſu pereat, & mihi hoc placet, quia cùm fiſcus ex eo contractu non ſit pauperior effectus, non eſt cur rem venditam petat ſine pretij reſtitutione.

Addit Simancas idem eſſe, ſi permutata eſt vna res pro alia æquali: tunc enim non eſt, cur contractus reſcindatur, ſcilicet non reddita illa re, quam hæreticus accepit, nec eius valore. Si enim vellet Simancas permutationem fuiſſe validam, & non eſſe reſcindendam: meritò fuiſſet reprehenſus à Vazquez de inconſtantia, cùm ſentiat alienationes ab hæretico factas, eſſe nullas, vt retulimus, niſi hoc limitet ad eas, quæ non ſunt verſæ in æqualem ſaltem eius vtilitatem. Sed Vazq. multò probabilius putat, quod in vniuerſum cæteros Doctores ſentire ait, omnes contractus reſcindendos eſſe, & pretium tunc tãtùm reſtituendum emptori bonæ fidei, quando extat actu in bonis ipſius venditoris: vt autem dicatur extare, debere attendi tempus reſciſſionis contractus, parumque referre, quòd anteà conuerſum fuerit in vtilitatem, ſi res empta ex illo, iam caſu periit: *Nec in hoc*, inquit, *iniuria fit contrahentibus*, quia cùm anteà bona omnia hæretici ſint confiſcata, & realiter obligata fiſco, non debent per contractus poſteriores minui. Sicut enim per ſententiam applicantur bona illius fiſco, quantùm ad proprietatem & ideò minui non poſſunt per contractus ſubſequentes: eodem modò nec ante ſententiam minui poſſunt, quia per legem ſunt realiter obligata fiſco, idemque ſeruatur in hypothecis cenſuum, vt ſi pretium hypothecæ venditæ extet, hypotheca extrahatur ab emptore ratione obligationis realis, quæ antiquior eſt.

74 Sed mihi hæc doctrina difficilis eſt, cùm enim occaſione contractus ipſe hæreticus, ac proinde & fiſcus, non minus habeat in bonis, non eſt cur cum iactura innocentiũ locupletetur, accepta re, & non reſtituto pretio, & non videretur lex iuſta, quæ obligaret bona delinquentis fiſco, vt ea ratione innocentes, qui cum illo contrahunt, tot damna patiantur, nec eſt ſimile de hypotheca: ſibi enim imputet emptor, ſi rem emat non priùs examinans bene, an ſit hypothecata alteri, at cõmuniter ſciri non poteſt quis ſit, vel non ſit hæreticus, aut ſimili crimine affectus, cui annexa ſit confiſcatio, nec debet id examinari. Nec in omnibus eſt eadem ratio de cõtrahente cum hæretico poſt ſententiam: quia tunc bona fides non præſumitur, & contractus facti ab hæretico, ſunt irriti omninò, quia ſunt de bonis alienis. Vnde quiſque tenetur rem vſu non conſumptibilem reſtituere fiſco, qui tamen tenebitur ei pretium dare, cum occaſione illius contractus nihil minùs in bonis habuerit hæreticus, nec modò ipſe habeat fiſcus, ſed caſu, vel negligentia hæretici. Hîc verò debet explicare, an pretium pro re alteri tradita acceperit, & an verſum ſit in eius vtilitatem, ſed vt cũ Simãca tit. 9. num. 60. admonet Vazquez diſp. 172. ca. 2. num. 11. ſola confeſsio rei aſſerentis non eſſe verſum in eius vtilitatem, non poſset nocere ementi, ſed id aliunde probandum eſt: qua verò ratione probanda ſit bona, vel mala fides in eo, qui emit rem confiſcatam, Iuriſperiti citati fusè tractant.

A Quod autem modò dicebamus de reſtituendo pretio, vel re æquiualente, ei, qui cum hæretico contraxit, apertè docet Azor tom. 1. lib. 5. cap. 7. q. 7. dum cum multis docet, eum qui commutauit cum hæretico rem æqualis æſtimationis, aut rem ab hæretico datam, retenturum, vel aliam æquiualentem recepturum: & ideò nullum damnum paſſurum, & quæſt. 8. ait ſi Petrus Titio criminoſo mutuum dedit ad eius inopiam ſubleuandam, non publicatur, nec pertinet ad fiſcum, ſi verò ex pecunia horreum neceſſarium factũ eſt, vel aliquid ruiturum refectum, vel in funus ſuum, vel ſuorum expenſum, reſtitui mutuanti debet. Idem quando pecunia in res neceſſarias, vel vtiles ſumpta fuerit, B licet poſteà res caſu perierint, vt ſi frumentũ mutuò ſumptum in horreo depoſitum perijt, ſi ſeruum, vel equum neceſſarium emit, qui poſteà mortuus eſt. Si criminoſus rem vendidit, ex communi iuriſperitorum non eſt amptori danda, quia venditio reſcindi poteſt: ſi tamen pretium, vel aliquid loco pretij, vel pars pretij, eſſet in bonis venditoris, reddendum emptori eſſe, Ioann. And. Archid. Dominic. Anchatanus & Francus, cap. cum ſecundùm leges de hæretic. in 6. Hæc Azor.

75 Sed adhuc quæres, an huiuſmodi delinquentes poſſint hæreditati, & aliis bonis ſibi delatis poſt crimen, ſed ante ſententiam, renuntiare, nec confiſcentur. C Tellius Fernandes, l. 4. Tauri numer. 62. putat renuntiationem hæreditatis ſic delatæ validam eſſe: ideò talem hæreditatem non poſſe cõfiſcari, etiamſi hæreditas ſit delata per teſtamentum morte teſtatoris iam confirmatum. Idem tenet Vazquez diſp. 172. cap. 3. & mihi placet. Probatur primò ex l. cum quidam ff. de iure fiſci, vbi dicitur, *Cùm quidam capitis reus emanciparet filium, vt adiret hæreditatem, reſcriptum eſt, nõ videri in fraudem fiſci factum, quod acquiſitum non eſt.* Secundò, quia propter confiſcationem ſolùm reuocantur alienationes factæ titulo oneroſo, vel donatione: iſta autem non eſt alienatio, ſed tantùm non acquiſitio, nec fit titulo oneroſo, ſed gratioſo, nec D demum eſt donatio. Et licet aliquomodo dicatur donatio, tamen non eſt rei qua pauperior fiat, vnde non videtur reuocabilis per confiſcationem, ſicut licet ſint prohibitæ aliæ donationes inter virum & vxorem conſtante matrimonio, hæc tamen prohibita non eſt. Vnde l. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de don. inter vir. & vxorem dicitur. *Si maritus hæres inſtitutus, repudiat hæreditatem donationis cauſa, Iulianus ſcripſit, lib. 17. digeſtorum donationem valere: neque enim pauperiorem fieri, qui non acquirat, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuerit. Repudiatio autẽ mariti mulieri prodeſt, ſi vel ſubſtituta mulier ſit, vel ab inteſtato hæres futura. Simili modo ſi legatũ repudiet, placet nobis valere donationem.* Tertiò, quia E ex multorum ſententia, quam ſequitur ibi Tellius num. 2. & Couarruuias ca. Raynaldus de teſtam. §. 3. num. 12. renuntiatio hæreditatis, & legatorum facta in fraudem creditorum, valet: ergo & facta in fraudem fiſci valebit. Vbi benè aduertit Vazq. debitorem, qui renuntiat hæreditati, vel legato in fraudem creditorum peccare, quia tenetur vndecumque commodè poſſit debita ſoluere, licet renunciationem putet fore validam: quia cùm nõdum habuiſſet ille dominium hæreditatis, & illa fuerit delata ſub ea conditione tacita, ſi non repudietur, ipſo facto tranſit vel ad ſubſtitutum, vel ad hæredes

*An poſt confiſcationẽ delinquens poſſet renuntiare hæreditati ſibi delatæ poſt ſententiam.*

ad hæredes ab inteſtato, ſicut legatum per ius A accretionis deuolueretur ad hæredem inſtitutum, quando à legatario repudiantur. Sed hæc tertia ratio difficultatem habet, quia legata acquiruntur à morte teſtatoris ante acceptionem ſecundùm Antonium Gomez tom.1.opin. cap. 12.num. 22. ergo qui renunciat legato, de ſuo deponit, atque adeò legatum confiſcatur, ſicut cætera bona, quæ delinquens alienauit. Nihilominus Vazq. idem ait de legato, quia renũciatio legati facta in fraudem creditorum valet, vt ait Tellius Fernandez ſuprà, nu.99. ergo & in fraudem fiſci: eadem enim ratio eſt de vtraque renunciatione. Item de renunciatione legati, & hæreditatis: nam, vt ait Tellius Fernandez, legatum non tranſit in dominum B legatarij à die obitus teſtatoris: ſed à die acceptationis: licet fructus, quos res legata fecerit ante acceptationem, cùm ipſa cedant legatario, ſi acceptet legatum, ſi verò repudiat legatum, non cedet illi fructus interim facti à legato: ergo ſignum eſt non acquiſiuiſſe dominium illius. Vnde Vlpianus l.1. §. vt autem ff. ſi quid in fraudem patroni fiat, *Quamuis enim legatum retrò noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen cùm repudiatur, noſtrum non fuiſſe palàm eſt.*

Quartò probatur: quia hæreditas delata per teſtamentum morte confirmatum, niſi adeatur ab hęrede, non tranſmittitur ad hęredes inſtituti per mortem ipſius, ſed ad alios qui ſimul erant hæredes C inſtituti per ius accreſcendi, vel ad hæredes ab inteſtato, l. vnic. §. in nouiſſimis, C. de cadu. tollend. ſed fiſcus eſt veluti hæres delinquentis: ergo ad ipſum non pertinebit hæreditas delata reo, ſi ab ipſo non adeatur.

Quintò, cùm renunciat aliquis hæreditati ſibi delatæ, & ea peruenit ad alios hæredes ſimul inſtitutos, vel ad hæredes ab inteſtato, tunc illi non dicuntur accipere hæreditatem à renunciante: ſed à teſtatore, vel inſtitutore: ergo renunciatio illa nõ eſt donatio, & ita propter confiſcationis legẽ, non reuocabitur.

Hoc limitat Vazquez, vt verum habeat, quando D renunciatio fit abſolutè, ſecus cùm in fauorem & gratiam ſingularis perſonæ, vel collegij, aut vniuerſitatis: quia tunc eſſet verè donatio, ergo reuocaretur: ſicut Tellius l.4. Tauri, à num.57. dixit, renunciationem factam in fraudem creditorum: ſi fiat in gratiam ſingularis perſonæ, nullam eſſe: ſecus, ſi fiat abſolutè. Sed cenſeo, nec in hoc euentu eſſe propriè donationem, quia donatio eſt de re iam propria, renunciatio verò tantùm de appropriãda per acceptationem, ideò Tellius Fernãdez abſolutè, & ſine vlla diſtinctione dixit, hæreditatem, aut legatum renunciatum in fraudem fiſci, non reuocari. E

*Renunciatio nõ eſt propriè donatio.*

Obiicies l. in fraudem fiſci, ff. de iure fiſci, vbi dicitur, *in fraudem fiſci non ſolùm per donationem, ſed quocumque modo res alienatæ, reuocantur, idemq́ iuris eſt, & ſi non quærantur.*

Propter hanc legem gloſſa ibi ait, renunciationem hęreditatis, vel legati factam ab eo, cuius bona confiſcata ſunt, poſt mortem teſtatoris, reuocari poſtea à fiſco, & ſic interpretatur hanc legem; renunciationem verò factam ante mortem teſtatoris nõ reuocari, & ſic intelligit legem cùm quidam: ſed hanc interpretationem rectè reiicit Vazquez, quia lex, cùm quidam, loquitur de eo, qui emancipauit filium, vt hæreditatem ſibi delatam adiret, ex quo factum eſt, vt pater non acquireret vſumfructum in hæreditate delata filio, cùm poſſet: atqui ſi nondum erat confirmatum teſtamentum, nondum erat delata hæreditas, ſed deferẽda, nec vlla vrgebat neceſſitas emancipandi filium, cùm tunc non eſſet adeunda hæreditas: ergo loquitur lex de hęreditate delata ex teſtamento iam confirmato.

Deinde gloſſa explicat legem, vt intelligatur reuocanda renunciatio, qua quis neglexit acquirere fructus ex propriis bonis, & permiſit alteri, vt eos haberet: hãc expoſitionem reiicit Vazquez, quia in hoc caſu, non tam videtur renunciatio, quàm donatio fructuum, lex autem loquitur de renunciatione. Sed facilè dici poſſet, legem in vltimis verbis non agere de renunciatione, nec de donatione, ſed de permiſſione, & velle fructus nõ quidem donatos, ſed permiſſos ab aliis capi, reuocandos eſſe: idemq́ue eſt de aliis bonis, in quorum recuperatione delinquens fuerit negligens, fortè ſciens à fiſco eſſe capienda.

Vazquez approbat aliam interpretationem Alciati, & Tellij, per legem illam eodem modo eſſe puniendam fraudem, quæ fit fiſco in alienatione rerum confiſcatarum, ſiue ius quæratur ei, qui illas accepit, ſiue nõ, ſiue alienatio ſit valida, ſiue non. Sed violenta expoſitio eſt, quia lex non dicit, *quæratur, ſed quærantur*, & non dicit *quæratur ius*, ſed abſolutè, *quæratur*, nec verbum vllum dicit de punitione, aut de valore, vel non valore alienationis. Retinenda ergo ſecunda interpretatio.

## SECTIO VI.

*Quibus modis cognoſcatur, quando lex continet ſententiam latam, aut ferendam.*

VIde Vazquez diſp.73.cap.1. Azor to. 77
1. lib.5. cap.9. Felin. cap. Rodulphus de reſcript. Tiraquellum l. ſi vnquã, verb. reuertatur C. de reuocan. don. à num.20. vſque ad 269. Caſtro 2. de lege pœnali cap.1.

Dico primò, quando lex non dicit, *ipſo iure, ipſo facto*, vel quid ſimile, legem non continere ſententiam latam, ſed ferendam, vt ſi dicat ſub pœna excommunicationis, & priuationis omnium bonorum: gloſ. Ioan. Andr. Hoſtienſis, & alij, ca. dolentes de celebr. miſſ. ſecus ſi addat, *ipſo facto, ipſo iure*, &c. vt in extrauagan. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien. cap. licet. canon. cap. commiſſa de elect. in 6. extrauag. execrabilis. Ioan. XXII. cap. de multa de præbend. cap. pro humani de homicid. in 6. ca. fœlicis de pœnis in 6. extrauag. deteſtabile, inter cõmunes de ſymonia, Caſtro 1. de lege pœnali, ca.1. Vazquez diſp.173. cap.1. & omnes, qui idem dicũt, quando lex dicit, de futuro, *excommunicetur, priuetur bonis, vel ſepultura, reddat quadruplum, &c.* quod bene limitat Caſtro, niſi aliquid concurrat, quod cogat legem aliter interpretari, vt ſi dicat: ſit irregularis: nam irregularitas non poteſt ab homine induci, ſed à lege: aliud exemplum ponit Caſtro in pœna infamiæ, quæ non poteſt imponi ab homine, ſed à iure: ideò cùm in l. improbum, C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, dicitur, *exercentibus vſuras pœnam infamiæ irrogandam eſſe*, intelligendum eſt, infamiam contrahi ante ſententiam. Vnde Azor tom.1 lib.5. cap.7. quæſt.4. ſcribit leges,

*Infames ſunt ipſo iure vſurarij.*

Digitized by Google

bit leges, quibus aliqui redduntur infames, habere ſuum effectum ante ſententiam. At verò Vazquez ſuprà ait, in his euentis irregularitatem, & infamiam induci quidem ab ipſo iure, dependenter tamen à ſententia iudicis, qua crimen declaretur: & hoc modo ait Vazquez, induci irregularitatem propter crimina notoria.

*Duplicatio verborũ quid operetur.*

78 Dico ſecundò, duplicatio verborum, vt, *electio ſic facta caſſabitur, & irritabitur*, non inducit ſententiam latam, ſed ferendam, vt rectè Caſtro, & Vazquez contra aliquos tenent.

Dico tertiò, verbum imperatiui, etiam præſentis temporis non continet ſententiam latam, vt cùm dicit, *expellatis, expellatur, priuetis, priuetur*, niſi verba ſint, quæ non ſignificēt miniſteriũ hominũ, vt, *ſubiaceat, ſubdatur, cõtrahat, amittat, perdat, cadat, incurrat, incidat in excommunicationem, &c.* præſertim ſi addat, *illico, mox, ſtatim, confeſtim, continuò, protinus, incontinenti, ex tunc, &c.* idem ſi dicat, *eſt, vel ſit excommunicatus, ſuſpenſus, &c.* ſi autem dicat, *ſit excommunicandus, priuandus &c.* ſententia eſt ferenda.

79 Dico quartò, ſententiam latam eſſe, ſi lex dicat, *excommunico, anathematizo, ſuſpendo, interdico, relego, priuo, declaro eſſe excommunicatum, ſuſpenſum &c.* vel, *excommunicationem, aut ſuſpenſionem incurrere, eſſe priuatum dominio bonorum, beneficio, vel adminiſtratione, aut amittere beneficium, dominium, adminiſtrationem, vel eſſe infamem, vel ad hæc, aut illa inhabilem, & ineptum, carere iure ferendi ſuffragium, vel eligendi.* Item ſi dicat, *denuntietis, aliter facientes eſſe excommunicatos, ſuſpenſos, priuatos, depoſitos, inhabiles, infames.* Idem eſt, ſi dicat, *ſit irritum, & inane, careat viribus, vires non habeat, non valeat, vel ipſo iure non valebit, nihil agitur,* vel, *agetur, non teneat, nullum ſit factum,* prę̄ſertim ſi addatur aduerbium, *omninò, prorſus, penitus.* Idem ſi lex dicat, *ſit ineligibilis, inteſtabilis, non poſſit eligi, vel eligere, excommunicatur, ſuſpenditur, nouerit ſe ſuſpendi, excommunicari, &c.*

Sed notāt Azor, & Caſtro, ex gloſſa Panormitano, Felino, & Franco, quoties de aliqua lectione in lege pœnali poſita meritò ambigitur, ſignificet, nec ne ſententiam ipſo iure latam, iudicandũ eſſe, non ſententiam latam, ſed ferendam continere: quia iuxta regulas iuris, *odia ſunt reſtringenda, & reus in dubio non eſt damnandus, & in pœnis benignior interpretatio facienda eſt.* Sed Vazquez ſuprà putat in dubiis tutiorem partem ſequendam, tametſi in diuerſitate opinionum alia ſit ſeruanda regula, vt tradit in tract. de conſcientia: vbi & nos latè de eadem re egimus, & communis Iuriſperitorum, & Theologorum, veráque doctrina eſt, in dubio latę̄ dicto ſiue ſuſpenſionis, ſiue opinionis formari poſſe conſcientiam, vt minor pœna intelligatur, ſi maior non poſſit ſine notabili damno, vel incommodo executioni mandari, ſecus ſi maior poſſet ſine tali damno, vel incommodo mandari executioni: in dubio autem ſtrictè in quo nullum eſt iudicium veritatis, aut probabilitatis, non eſt licitum operari.

## SECTIO VII.

*De obligatione legis, quæ continet ſententiam pœnæ ferendam.*

Dico, ex vi legis continentis ſententiam ferendam, non poteſt iudex reuocare alienationes factas poſt crimen ante talem ſententiam. Vt ſi lex dicat ſimpliciter, *ſub pœna confiſcationis, vel amiſſionis omnium bonorum,* non poteſt iudex retrotrahere confiſcationem ad diem criminis, irritando alienationes ex tunc factas: ſed ſolùm poterit confiſcare bona, quæ tempore ſententiæ ſunt ipſius delinquentis (ſic quidam dicũt, retrotractionem non habere locum, niſi fuerit iure expreſſa) alioqui non eſſet efficacior lex continens ſententiam latam, quàm quæ ferendam. Ita docet Vazquez diſp. 173. cap. 1. vbi etiam admonet primùm cum Sarmiento 3. ſelectarum cap. 3. num. 4. læſum non ſolùm poſſe petere apud iudicem, vt ſibi reſtituantur damna: ſed etiam poſſe petere, vt delinquenti inferatur pœna. Secundò monet, ad reſarcienda damna poſſe iudicem reuocare alienationes, quibus debitor factus eſt impotens ad ſoluenda debita. De quo in materia de reſtitutione, & de vſuris dicemus. An verò in puram pœnam delicti, poſſit iudex alienationes reuocare? Credo, poſſe aliquam, vel aliquas iuxta delicti grauitatem reuocare cum conſenſu aliorum: non verò ipſis diſſentientibus, quia ad incõmoda aliis inferenda non habet auctoritatem, niſi cùm per legem continentem latam ſententiam bona fuere ad id obligata propter commune bonum. Imò & tunc ſi reuocatur venditio facta à crimінoſo, reſtituendum eſt pretium emptori bonæ fidei, vt ſuperiùs dicimus. 80

*Iudex non poteſt pœnã confiſcationis retrotrahere.*

Sed prima difficultas eſt, an reus per ſententiam condemnatus, teneatur in ſe pœnam exequi, vel illi cooperari. Couarruuias 2. part. 4. cap. 6. §. 8. num. 10. & 1. variarum ca. 2. ait, teneri eam pati: non tamen illi cooperari, ſeu illam in ſe exequi, videlicet, ne idem ſit actor & reus, agens & patiens. Citat pro ſe Caietanum, & Adrianum. Caſtrus eãdem ſententiam tribuit Caietano. Sed Adrianus quodlib. 6. ar. 1. Corol. 3. lit. I. & ſeqq. ſolùm ait, illum, cuius bona per legem ipſo facto ſunt confiſcata, non teneri ante ſententiam ea offerre fiſco, & Caietanus 2. 2. quæſt. 62. art. 3. neminem ante ſententiam obligari ad pœnam in actione conſiſtentem. 81

*1. difficul. 1. opinio. An reus condemnatus teneatur in ſe pœnã exequi.*

Alij dicunt, reum poſſe per ſententiam obligari ad exequendam in ſe aliquam pœnam, vt exilij, vel ſolutionis pecuniæ: non verò mortis, mutilationis, aut verberum: ſed ſatis eſſe non reſiſtere occiſioni, mutilationi, aut flagellationi ſuæ, Sotus 1. iuſt. quæſt. 6. ar. 6. Caiet. 2. 2. quæſt. 69. ar. 4. Caſtrus 2. de lege pœnali cap. 3. probans: quia nemo eſt dominus vitæ ſuæ, aut membrorum: ergo nemo poteſt ſibi ipſi membrum abſcindere, aut ſeipſum potu veneni enecare.

Quæ ratio non vrget: quia lictor non habet dominium vitæ, aut membrorum delinquentis: tamen poteſt iuſſu, aut facultate iudicis ſẽtẽtiam mortis, vel mutilationis in reum exequi: cur ergo iuſſu, vel facultate iudicis non poterit reus idem in ſeipſo efficere? Licet propria auctoritate mortem ſibi inferre in nullo caſu fas ſit, vt rectè, & latè probant Simancas in Cathol. inſtitu. tit. 18. nu. 21. & ſeq. & Plaza de delictis c. 23. num. 2. & ſeqq. qui alios referunt.

Corduba, lib. 1. quæſt. 36. ad 3. ſecundæ opinionis ait, ſi quis ad mortem ſibi veneno, aut iugulatione

tione inferendam condemnaretur (quod tamen fieri non ſolet) poſſe,& debere eam ſibi inferre, ſicut ex præcepto miniſtri iuſtitiæ tenetur ſcalam aſcendere,& laqueum ſibi applicare, vt ſuſpendatur. Victoria releꝗ.de homic.num.30. de iugulatione ait, hoc eſſe probabile: & de veneni potione verum: quia iugulatio per alium cōmodè fit, non autem veneni applicatio.

82 Vazquez autem diſp.173.ca.3.ait, dānatum ad exilium teneri cooperari eundo in locum deſtinatum,nec poſſe expectare,vt extrahatur,& deferatur: & damnatum ad ſolutionem pecuniæ non poſſe expectare, vt petatur, quamuis contrarium docuerit Couarruuias: & ego non dubito, quin poſſit iudex obligare ad dandam pecuniam, etiāſi non petatur: cōmuniter autem iudex id non præcipit, vnde poteſt reus expectare,vt pecunia petatur,ſicut ſuperius dixi cum Rebuffo, & Couarruuia,imò ipſe Vazquez fatetur,cùm ſciens, & prudens tacet is,cui pœna eſt applicata,non teneri eā offerre: cui videtur creditor pœnam remittere, aut differre. Sed quamuis hoc de illo non præſumeretur,credo,debitorem poſſe expectare, donec petatur. De exilio etiam certum puto, reum non poſſe expectare, vt ad locum exilij extrahatur, & deferatur: quoniam abſolutè ei præcipitur, vt in exilium proficiſcatur; & impertinens, inurbanum & illi met noxium eſſet,violentam delationem expectare, nec eſt inhumanū præcipere,vt ſua ſponte in locum tendat exilij. Vnde bene Sayrus lib. 3. cap.9.num.41. dicit,reum poſt condemnationem non ſolùm teneri non reſiſtere iudici, aut miniſtris pœnam inferentibus: ſed etiam teneri in cōſcientia ad actiones, quæ à ſolo ipſo commodè exerceri poſſunt,vt ait Aragon, 2.2.quæſt. 62. art. 3.Caietanus ibi,& quæſt.69.art.3.Driedo,1. de libert.Chriſtiana cap. 15. circa finem,Sotus 1. iuſt. qu.6.art.6.con.2.Couarruuias 2.5. par.4.ca. 6.§.8. num.10.quia pœnæ illæ iuſtè imponuntur, & inferuntur:ergo reus nequit reſiſtere:vnde Rom.13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*: ſed ad pœnas iſtas ſubeundas ſunt neceſſariæ tales actiones rei: ergo tenetur illas exercere.Itaque tenetur progredi in locum ſupplicij,ire in exilium,ſoluere pecuniam, ſcalas aſcendere. Addunt bene Sotus, Vazq.& alij,poſſe per ſententiā obligari ad aliquā abſtinentiam, vel flagellationem non admodùm duram, vel ignominioſam: vt fit in religionibus, & in officio Sanctæ Inquiſitionis.Pergit Vazquez, & bene ait, reum obligari non poſſe, vt ſeipſum iuguler,vel laqueo enecet: nam crudelitas eſt modum in tormentis excedere, vt ait D. Thom. 2. 2. quæſt.152. art.2.& illa præceptione modus excederetur,& pœna fieret crudelis,& inhumana:quia natura abhorremus, violentas manus nobiſmetipſis inferre. Confirmatur, quia eſt valde contrarium inclinationi naturali ſibi tam graue, & dolorificum malum inferre, etiam cum neceſſe eſt illud:& prætereà non eſt neceſſarium,cùm ab alio poſſit reus iugulari, ſuſpendi, vel mutilari,vt reus id efficiat: ergo non poteſt ad id obligari.Dices, ſi acerbiſſima pœna alicui iuſtè imponi poſſet,nimirum vt in fruſta paulatim concideretur, nonne poſſet ea pœna in id commutari, vt reus ſeipſum ſuſpenderet,vel iugularet: quod minori cū damno,& naturæ horrore fieret?Reſpondet Vazquez, non poſſe: quia hæc ſunt mortis genera inuſitata. Sed obiici poteſt, alicubi eſſe vſitatiſſima, & parū

*Exilii pœna ſponte ſubiri poteſt*

*Crudelitas eſt modũ in tormentis excedere.*

A referre, quòd non ſint vſitata: nā alia genera inuſitata ſi æqualia crimini, & vſitata ſint, poſſunt à Principe,vel Repub.introduci. Vnde credo rationem, ob quam reus non poſſit ad mortem ſio ſibi inferendam obligari,eſſe; quia ſolùm poteſt obligari ad ea, quæ bono communi ſunt neceſſaria, vel non nimis contraria naturali inclinationi: mortem autem ſic ſibi inferre, eſt valde contrariū inclinationi naturali, & non neceſſarium Reip. ideo non poteſt ad id obligari. Qua ratione ſtatim idem Vazquez bene docet,nec poſſe obligari ad abſtinendum à cibo etiam ſibi oblato,vſque ad mortem,nec ad potandum ſcienter lethale poculum: quia ſi oporteret, aliquem damnare,vt fame B pereat,facile id fieri poteſt per cibi ſubtractionem, prouidendo,ne vllus cibus miniſtrari ei poſſit:& ſimiliter, ſi expediret ad vitandum ſcandalum Reip. veneno ipſum occidere, poſſit ei ignoranti propinari:ſed ſi id fieri non poſſet, concedit Vazquez obligari poſſe ad potationē veneni: quia ad obligandum ad genus mortis neceſſarium poteſtatem habet iudex præſertim ſupremus. Idem ait Petrus Ledeſmius tract.8.de iuſti.commut. ca.24. poſt 8.con. Sa etiam verbo iudicialis actus, num. 54.ait,*damnatus ad hauſtum veneni,poteſt bibere*.Sed credo numquam eſſe poſſe tantam neceſſitatem, & ideò nūquam reum obligari poſſe, vt ſibi mortem inferat,actu poſitiuo,vel voluntaria omiſſione C actus,quo poſſet vitam tueri, vt abſtinentia ab omni cibo, &c. Ita tenent D. Thom. Caiet. Aragon,& Bannes 2.2.quæſt.69.art.4.vbi Salon controuer. 4.ſpeciatim loquens etiam de potione veneni. Imò Sa ſuprà,num.53.*damnatus ad inediam, poteſt*,inquit,*oblatum cibum comedere: an vero teneatur,non conuenit inter doctores*. Sayrus etiam lib.3.c. 9.in fine,cuius verba referam difficultate ſequēti, tenet neminem obligari poſſe, vt ſibi mortem inferat: & Victoria releꝗ.de homic.num. 28. fatetur, neminem poſſe obligari, vt abſtineat à cibo neceſſario ſibi oblato, licet nu. 30. putet obligari poſſe ad veneni potionem, vt retulimus. Et Plaza de delictis cap.23.numer. 5. conſtare putat, numquam licuiſſe ſine diuina iuſſione ſeipſum iugu- D lare,aut veneno occidere:ergo ſecundùm Plazam, nec ex præcepto iudicis, aut Principis, poteſt id reus efficere, tantum abeſt, vt teneatur.

Sed eſt ſecūda difficultas,an poſſit,eſto non teneatur reus cooperari ſuæ morti, ad quam iuſtè eſt damnatus. Couarruuias 1. vari.ca. 2. ait, nihil poſſe facere quod per ſe mortem afferat, vt abſtinere à cibo,ſeipſum iugulare,& ſuſpendere ſeipſū: poſſe tamen facere, quod per accidens mortem afferat, vt aſcendere ſcalam ſponte, vt ſuſpendatur, applicare laqueū gutturi, non fugere à carcere, licet rectè poſſit. Ratio diſcriminis manifeſta eſt; quia vnum habet ex natura rei connexionem E neceſſariam cum morte,& ideò id facere eſt ſe occidere, quod non licet: aliud verò non habet talem connexionem: ideò non eſt illicitum.Sed non reddit rationem, cur non liceat ſe occidere eo modo auctoritate iudicis, carnifici verò liceat id facere iudicis auctoritate. Et quòd oblatum ſibi cibum damnatus ad inediam ſumere teneatur,tenet Victoria illo num,28 Driedo 1.de lib.Chriſtiana, cap.6.Caietanus,Aragon,& Bannes 2.2.quæſt.69. art. 4. vbi Caietanus verſ. ad 8. dubitationem id colligit ex D.Thoma:idem tenet Plaza de delictis lib.primo, c.23.num.4.cum Ioanne Lepio, ſuper 83

*2. difficultas. 1. opinio. An poſſit reus ſuæ morti cooperari.*



Digitized by Google

rubricam §.70.num.5. Abbate ca.cum infirmitas, de pœnit.& remiſsion.& cap.non mediocriter, de conſecr.d.5.

*2.opin.*

Tametſi contrarium exiſtiment Maior 4.d.15. quæſt.22.colum.3.Sotus 1.iuſt.quæſt.6.ar.6.Salon 2.2.quæſt.69.art.4.cont.4.Valentia 2.2.diſp.5.qu. 13.pun.4.Sa verbo iudicialis actus n.53.Petrus Ledeſmius tract. 8. de iuſt. cap. 24. poſt 8.con. cum Medina, Orellana, & aliis Thomiſtis: quia id non eſt poſitiuè ſe occidere: ſed ſe non conſeruare: quod ex cauſa iuſta patiendi pœnam, ad quam quis iuſtè condemnatur, licitum eſt. Addit Sotus, non poſſe venenum bibere, ſeipſum ſuſpẽdere, aut iugulare: quia id eſt ſe occidere poſitiuè; quod eſt vetitum lege naturæ. Sed non explicat Sotus, an primum quoque, nempè abſtinere à cibo neceſſario liceret damnato ex falſa præſumptione: iuſtè tamen ſecundùm allegata, & probata.

*Se occidere poſitiuè vetitũ eſt lege naturæ.*

84 *3.opin.*

Victoria relect.de homicid. num 30. Corduba lib.quæſt.36. Sa verbo iudicialis actus num. 54. vt retulimus, docent, hominem damnatum ad venenũ licitè poſſe illud potare: imò Victoria, & Corduba dicunt teneri. Quod etiam docet Aragon 2.2.quæſt.62.art.3.& quæſt.69.art. 4. quia eſt actio, quæ ab ipſo ſolo poteſt commodè fieri. Non tamen tenetur, inquit Aragon, quamuis poſsit, nodum collo aptare, aut gladium in iugulum mittere: quia hæ actiones commodius à miniſtris fiunt. Et cum Caietano ibi dub. 8.tenet, damnatum ad inediam non poſſe abſtinere à cibo ſibi oblato, quia id eſſet ſe occidere propria auctoritate, & non iudicis: Iudex enim non præcipit, nec iuſtè poteſt præcipere, vt cibum oblatum non capiat, ſed prohibet, ne miniſtretur ei cibus, contra quod præceptum peccaret venialiter tantùm præfectus carceris, ſi ei ſemel tantùm, aut iterum alimenta præberet, mortaliter autem ſi pluries. Cæteris autem, etiam iuſtitiæ miniſtris licitum putat, alimẽta præbere damnato: quamuis oppoſitum ipſe Aragon dixiſſe fateatur 2.2.tom.1.quæſt.31.art.2. propter D.Thomam ibi ad 2. id inſinuantem. Sed re, inquit, occulatius inſpecta videtur mihi dicendum cum Caietano in hoc art.& Soto, 5. iuſt. qu. 6.art. 4. licitum illis eſſe alimenta dare damnato. Ad quod adducit rationes & exempla, & reſpondet ad teſtimonia D. Thomæ in contrarium. Valentia etiam 2.2.diſp.5.quæſt. 13. punct.4. ait eſſe licitum ei, cui non incumbit cura exequendæ iuſtitiæ, nec eſt ſpecialiter prohibitum, & Sa illo n. 53. ait, poteſt quidem alius, cui ex officio non eſt prohibitum, ei offerre cibos: non tamen tenetur.

Vazquez autem diſp. 173. à numer.24. docet, quando cooperatio poteſt à iudice præcipi, reum licitè cooperari poſſe; ſecus quando à iudice præcipi non poteſt, vt quando pœna eſſet crudelis, & inhumana ex ſubſtantia, vel modo: vt iugulare ſeipſum, aut bibere venenum extra caſum neceſſitatis publicæ, abſtinere à cibo vſque ad mortem, etiamſi offeratur, abſcindere ſibi membrum. At verò applicare laqueum gutturi, & aſcendere ſcalam, nihil habet crudelitatis, & inhumanitatis, & ita rectè poteſt reus illa facere, licet ad mortem ſuam ſic cooperetur. Addit, poſſe aliquem eligere pœnam mortis abſcindẽdo ſibi venam, vt emiſſo ſanguine moriatur, ſi hac ratione acerbiorem aliã pœnam mortis vitet: quod ait ſe intelligere, ſi reo optio daretur à legitimo Principe, vel iudice; non

*An reus poſſit venam ſanguinis ſibi abſcindere.*

A ſi à tyranno. Hic enim non poteſt reo talem concedere facultatem: intelligit etiam de eo qui ſine falſa præſumptione damnatur ad mortem. Si verò ex falſa præſumptione, quamuis iuſtè ſecundùm allegata & probata ſit damnatus, ait, in publico ad vitandum ſcandalũ debere parere ſententiæ pecuniariæ, exilij, verberũ, & ieiunij: in ſecreto autem, poſſe: ſed non debere. Quia iudex non intendit nec poteſt ad id obligare innocentem. Si verò pœna ſit mortis, non poſſe illam ſibi inferre potione veneni, abſciſsione venæ, ſuſpendio, inedia, &c. Non enim poteſt ſuæ innocentię conſcius directè cooperari ſuæ morti, vel mutilationi: ſicut nec iudex poſſet ipſum damnare, ſi conſcius eſſet innocentiæ ipſius. B Poſſe tamen indirectè cooperari aſcendendo ſponte ſcalam, applicando ſibi laqueũ &c. nec mirum: nam id licet Martyribus, qui per manifeſtã in iuſtitiã morti addicuntur. Huic cõſonat Plaza, 1.de delictis c. 23. n. 7. docens, iuſtè vel iniquè damnatum ad mortem, poſſe furcam aſcẽdere, vt iudici pareat, & illatam mortem pati, & inferenti non reſiſtere, l.1.ff. de bonis eorum, qui mortem ſibi conciuerunt, vbi Bartolus expreſsè id adnotat, ad idem citat cap.innocens 22. quæſt. 4. Maiorem 4.d. 15.quæſt. 22. col. 1. Sic Martyres colla percutientibus ſubmiſere, Hieronymus cap. non eſt noſtrum 23.quæſt.5.

Sed iuxta primam illam opinionẽ Couarruuiæ 85

*Sententia auctorũ.*

C ſentio, nec iuſtè omninò damnatũ ad mortem ſiue veneni, ſiue ſciſſionis venæ, ſiue inediæ poſſe mortem ſibi inferre etiam accedente præcepto, vel facultate ſpeciali iudicis: quia quiſque naturali præcepo tenetur conſeruare propriam vitam, ſi commodè poteſt: ſi verò non poteſt, ſaltem non ſibi mortem inferre. Nec mirum, quòd ex naturali amore ad id teneatur: nam etiam ex amore ad parentes tenetur, non inferre illis mortem, etiamſi eſſent iuſtè ad illam dãnati, & ſpecialiter ipſi concederetur, vel præciperetur executio ſententiæ. Nec ad vitandam mortem acerbiorem propriam, vel parentum liceret mortem ſibi, vel illis inferre abſciſſione venæ &c. Sicut quando iniuſtè eſſent D damnati in re, ſed iuſtè ſecundùm allegata, & probata, minimè id liceret. Vnde Plaza ſuprà num. 6. ait, damnatum iniuſtè ad mortem, teneri, ſi poſſet, ex carcere fugere. Vt ait gloſſa frequentiori doctorum calculo recepta, in clem.paſtoralis, verbo, per violentiam. Cuius meminit Baldus rub. de vita & honeſt.cler.col.2. Panormitanus cap.ſicut n. 3. & 4. & cap. ſi verò num. 8. de iureiur. Ioannes Andreas in ſpeculo rub.de iureiur. Panormitanus cap.inter alia de immun. Eccleſ. ad finem, Hippolytus ſingul. 177. Curtius ſenior rep. l. admonendi col. 69.ff. de iureiur. Anchar. regula peccatum quæſt.3.de reg. iur. in 6 Maior 4.d.15. qu. 22. colum.2. Id vnum Doctores communiter addentes, inquit Plaza, reum ſi iniuſtè veroſimiliter damnandus eſt, E teneri fugam arripere à carcere, nec vtique redire, tametſi iureiurando, ac ſacramento pollicitus ſit. Non enim tenetur quis ſeruare iuramentum, cùm ex hoc fine iuſta cauſa ſe exponit probabili mortis periculo: textus ad hoc celebris, cap.ſi non liceat 23 quæſt.5.gloſſa expreſsè cap. ſi verò de iureiuran. quam ibi Ioannes Andreas, Panormitanus, & plerique alij ſequuntur, quibus accedit Ripa tract. de peſte §. 2. col. 1. ad idem eſt textus cap. negotiatorem clericum 88. d. & Hieronymus epiſt.ad Nepotian. quæ eſt 2.to.1. Vnde peccat

*Nemo poteſt ſibi mortem iuſtè quomodocumque inferre.*

*Dãnatus iniuſtè tenetur ſi poteſt ex carcere fugere.*

Digitized by Google

peccat ille grauiter, ſi ad carcerem redierit, vt ait Maior ſuprà, col. 1. & D. Thomas 2.2. quæſt. 69. art. 4. ad. 2. ſed de eo, qui iurauit redire ad carcerem difficultate ſeptima diſſeremus. Nunc ſolùm dico in nullo caſu licitum eſſe illis modis ſibi reum mortem inferre. Alioqui via aperiretur ad iuſtificandum mortes, quas ſibi barbari inferunt, ne ab hoſtibus ignominioſè interficiantur: neve alia incurrant incommoda. Deinde inter genera mortis quantum ad damnum, nulla eſt differentia: quantùm verò ad dolorem, ſi aliqua eſt, non eſt magni momenti; ergo ſi liceret damnato ad mortem inferre ſibi vnum mortis genus, liceret ſibi inferre aliud: quod communiter non admittitur. ergo in nullo genere admittendum eſt. Concinit Sayrus lib. 3. cap. 9. num. vltimo dicens, tranſgreſſor legis pœnalis poſt condemnationem iudicis, non tenetur eas pœnas ſibi ipſi infligere, quæ commodius à miniſtris, quàm ab ipſo fieri poſſunt, ſeu potius quæ nullomodò licite à ſeipſo exerceri poſſunt; vt sũt, verbi gratia, pœna mortis, & pœna abſciſſionis membrorum, ſuſpendij, verberum, & flagellationum. Itaque non tenetur verbera, vel ſuſpendium ſibi inferre, aut nodum collo aptare, aut gladium in iugulũ, aut ſibi manus quoquo modo inferre. Ratio eſt: quia leges humanæ eatenus habent vim obligandi, quatenus expedit bono communi: ſed ad commune bonum conſeruandum ſatis eſt, quòd reus pœnas illas ab executore Iuſtitiæ illatas patienter ferat, & ſuſtineat: imò verò cùm ſit inhumanum, nullomodo cẽſendum eſt id voluiſſe legiſlatorem, aut iudicem. An verò damnari quis poſſit, vt bibat poculum lethale, alibi dicemus. Hæc Sayrus: qui de ſola morte veneni nihil reſoluit: de aliis verò dicit, non poſſe obligatorium, aut licitum eas ſibi inferre: & hoc placet, non verò quod ait, reum non poſſe ſibi verberum pœnã inferre: nec nodum collo aptare, nec gladium iugulo: hæc enim licita ſunt, vt diximus. Conſonãt etiam noſtræ ſententiæ Caſtrus 2. de lege pœnali cap. 3. Sotus primo iuſt. q. 6. art. 6. & lib. 5. quæſt. 6. art. 4. Petrus Ledeſmius cum Orellana ſuprà, qui negant, damnatũ ad venenum poſſe illud bibere. Quod tenet etiam Bannes 2.2. quæſt. 69. art. 4. & probabile putat Victoria. Fauent etiam alij relati, aſſerentes, non poſſe oblatum cibum recuſari ab eo, qui ad mortem famis damnatus eſt. Quod etiam tenet Nauarrus comment. 3. de regular. nu. 63. & Caſtrus illo cap. 3. ergo multòminus poteſt ſibi aliquis alia mortis genera inferre, quæ magis ſunt acerba, & violenta.

*Cur nefas ſit ſibi ipſi manus inferre.*

86 Partim nobis fauet Leſſius lib. 2. cap. 9. dub. 6. vbi ait, probabile eſſe in aliquo euẽtu licitum eſſe ſe occidere: vt Victoria relect. de homic. num. 30. docet, eum qui damnatus eſt, vt veneno pereat, poſſe illud haurire: imò poſſe ad id obligari, quod etiam docet Aragon 2.2. q. 69. art. 4. & Corduba li. 1. quæſt. 36. addens, eſſe eandem rationem aliarum pœnarum. Verùm mihi, inquit, placet contraria ſententia: tum quia communis Doctorum, tum quia ſicut nemo eſt idoneus executor ſententiæ mortis in parẽtes, ob reuerentiã illius qui eſt principium vitæ debitam, & ob naturalem coniunctionem, ita & multòminus in ſeipſum: eſt enim actio directè pugnans cum inclinatione communis naturæ: nulla enim res ſeipſam vllo caſu perimere intendit. Addit tamen, licitum eſſe aliquid facere, vel omittere, vnde certè ſcitur ſecuturus interitus indirectè, & inter alia exempla ponit, quòd reus poteſt non fugere ex carcere, etſi ſciat ſe morte morte plectendum, de quo infra dicam. Imò poteſt malefactor zelo Iuſtitiæ, & exempli publici ſe offerre iudici puniendũ, vt docet Petrus Nauarra lib. 2. cap. 3. num. 73. & condemnatus ad mortem per famem poteſt abſtinere à cibo clãculum oblato; vt docet Henricus quodlib. 5. quæſt. 31. Sotus lib. 5. quæſt. 6. art. 4. Lopez cap. 63. inſtructo. Quod mirum eſt negari ab Arogon, & Victoria, cum doceant reum teneri bibere venenum, ſi ad hoc condemnetur. Et ſi quis haberet tantum idolothyta in extrema neceſſitate, poſſet his non veſci, vt docet Auguſtinus epiſt. 74. in fine, & Henricus ſuprà. Idem dico, ſi ſolum haberet carnes humanas, quãuis etiam in eo euentu talibus poſſit veſci, vt docet Caietanus quæſt. 148. art. 2. ad. 2. Martini. Hæc Leſſius. Sed mihi regula ſit, neminem poſſe abſtinere à mediis, quibus propriam tueatur vitam, neque ſe periculo mortis exponere, niſi alicuius magni boni conſequendi, vel mali magni vitandi cauſa, in ſe, vel aliis: tale autem bonum non videtur præciſè ſumpta iuſta eius punitio. Solùm igitur, vt iuſtè puniatur non poteſt ſe offerre iudici, nec in carcere manere, nec ab oblato cibo abſtinere. Illud de idolothytis in hoc eodem tract. cum Lorino, & aliis, reiecimus: illud de abſtinentia ab eſu humanarum carnium, quando nullus eſt alius cibus, mihi non probatur.

*Nemo poteſt abſtinere à mediis quibus propriam tueatur vitam.*

Tertia difficultas eſt, an damnato ad mortem liceat ſe defendere, vel fugere. Conſtat, non licere reo dùm capitur, detinetur in carcere, vel eſt iuridicè condemnatus ita ſe defendere à miniſtris iuſtitiæ, vt illis damnum inferat. Ita D. Thomas, & alij communiter. 2.2. quæſtio 69. art. 4. Plaza. 1. de delictis ca. 23. num. 7. Alioqui eſſet bellum iuſtum ex vtraque parte ſine ignorantia excuſante. Addit Vazquez diſp. 174. c. 1. cum Soto 1. iuſtitiæ. quæſt. 6. art. 6. & lib. 5. quæſt. 6. art. 4. innocentem ex præſumptione falſa damnatum ad mortem, poſſe à iudice, & miniſtris ſe defendere eos armis terrendo, non vulnera infligendo, & ſaltem illud non videri graue peccatum: ſed Bannes 2.2. qu. 69. art. 4. cum Victoria ait, ſecluſo ſcandalo poſſe etiam vulnerãdo à miniſtris iuſtitiæ ſe defendere. Idem ſenſere Paris à Poteo, Lucas Penna, & Hippolytus apud Couarr. 1. var. ca. 2. num. 13. Contra quos Leſſius libr. 2. cap. 31. dub. 4. cum S. Thom. 2. 2. quæſt. 69. artic. 4. & Soto ſuprà: ſed quod ait Sotus, non eſſe peccatum ſaltem graue, armis in eo euentu terrere miniſtros iuſtitiæ, ſi hac ratione poſſit innocens periculum mortis euadere, mihi placet, quamuis rarò fieri debet: quia ferè ſemper eſt periculum vulnerum, & ſcandalum ſine ſpe fructus. 87

*Reus condemnatus iuridice non poteſt ſe defendere.*

Quod ſi euidenter conſtaret, iudicem malitioſè procedere, atque velle capere, & damnare innocentem, liceret armis impedire capturam, aut à carcere & iniqua morte ſe liberare, etiam occidẽdo aggreſſorem, niſi bona fide procederet: quia ad ipſum non pertinet examinare, an index bona fide procedat. Ita Vazquez: ſimiliter ſi neceſſariũ eſſet ad vitandam infamiam, ſeu magnæ, & notabilis bonorum partis iacturam, liceret iniuſtum iudicem, ſeu inuaſorem occidere: conſtat etiam, ſi ſẽtẽtia ſit iniuſta, ſe defendere fuga ex carcere poſſe. Si verò iuſta, Salon 2. 2. qu. 69. art. 4. citat Maio-



Digitized by Google

rem 4. d.15.quæſt.21.aſſerentem, nec poſt ſententiam, nec ante illam poſſe fugere. Maiori tamen ead. quæſt. contrariam ſententiam tribuit Vazq. diſp.cit.capit.2. Qui tamen Vazquez hac in re diſtinguit cum Caietano 2.2. quæſt. 69. art. 4. aut enim eſt ſermo de reo detẽto in carcere ante ſententiam latam: aut poſt ſententiam. Si ante ſententiã, poteſt fugere, ſi verò poſt ſententiã vel ad pœnam, quam non tenetur in ſe exequi, & ſic poteſt fugere: ſi verò ad pœnam, quam tenetur in ſe exequi, qualis eſt pœna exilij, aut pecuniaria, non poteſt licitè fugere eo fine, vt pœnam euadat: ſecus pœnam pecuniariam ſoluendo, vel in locum exilij ſibi deſtinatum, ſi quis eſt, tendendo. Idem tenet Caſtro 1.de lege pœn.capit. 3. Sayrus lib. 3. cap.9. num. 41. Driedo 2.de lib.Chriſtiana cap.6. Aragon 2.2.quæſt.69.art.4.Salon ibi controuer.2. vbi refert Maiorem tenentem, quòd reus nec ante ſententiam, nec poſt illam fugere poteſt: quia eſt contra obedientiam: ipſe verò tenet, quacumque ex cauſa ſit in carcere, etiamſi pœnam mortis non timeat, fugere poſſe: quia carcer datur in pœnam, & pœna non debetur. Sed non placet: quia præcipuè datur in cuſtodiam. Melius diceretur, illum non habere præceptum carceris. Sed adhuc magis probo, quod dixit Vazquez, qui addit, ſic illũ, qui ad triremes, vel metalla damnatus eſt, fugere non poſſe: quia iure quodam ſeruitutis tenetur Principi, cuius ſunt triremes, vel auri, aut argenti fodinæ: ergo ſicut ſeruus iniuſtè fugeret: ſic, &c. quamuis ſi alium æquè vtilem ſubſtitueret, vel aliter ſatisfaceret, fortè non peccaret non taliter fugiendo. Et ſeruum bello captum ad ſuos poſſe fugere iure gentium, rectè docet Vazquez cùm Couarruuia 1.var.cap.2.num.10.poſt med. & regi peccatum part.2.§.11.num.6.Salon 2.2.quæſt.69. art.4.contr. 2. Et latiùs, qu.62.art.2.& definitur in noſtro regno.l.23. tit.14.partita 4.vbi decernitur, Sarracenum captum in bello à Chriſtianis iure fieri, & eſſe ſeruum capientis, & dominium hoc numquam amitti, quamdiu ſeruus intra regnum capientis vagatur: ſecus ſi confugiat ad regna Sarracenorum. Ad hoc adducit Couarruuias l. nihil intereſt ff. de captiuis. Sed Vazquez putat, non eſſe ad rem: quia in ea ſolùm definitur, quod attinet ad iura poſtliminij perinde eſſe aliquem liberatum eſſe à captiuitate, dolo, aut fallacia: atque miſſum eſſe à domino. Concedit etiam Vazquez, ſi damnatus ad triremes, vel metalla, iam ſit extra regnum Principis, qui ſententiam tulit, ſolui ab obligatione: quod alij non credunt, niſi ſeruus ſit bello captus: ſed cæteros, vbicumque ſint, obligationem ſententiæ ſecum ferre: & patet, ſi pœna fuit pecuniaria: ab hac enim non liberatur Hiſpanus, ſi in Galliam, vel Italiam ſe conferat.

Si verò quis ſit damnatus ad manendum in carcere, interim dum non patitur mortem, ad quam etiam damnatus eſt, licet Caietanus illo art. 4. dicat, non poſſe fugere; quem ſequitur Valentia 2. 2. diſp.5.quæſt.13.punct 4.ad 3. & à fortiori idem dicit de damnato ad triremes. Tamen rectè Vazquez cum Soto 5.Iuſt.quæſt.6.art. 4. ad argumẽta ait, poſſe fugere: quia nemo damnatus ad mortem poteſt per ſententiam ſpoliari beneficio fugiendi ex carcere: idem tenent expreſsè Salo, Petrus Ledeſmius, & Bannes.

Addunt rectè Valentia, Sotus, & Vázquez ſuprà, & Sayrus lib. 3.cap. 9. num.41. Caietanus, & Ara-

A gon, 2.2. quæſt. 69. art.4. eum, qui ob graue delictum eſſet damnatus ad perpetuum carcerem, fugere non poſſe: quia illa eſſet iuſta ſententia, cui parere teneretur, quãuis Sa, verbo, iudicialis actus num. 52.ait, *damnatus ad ſolum carcerem, non poteſt fugere ſecundùm quoſdam: quibus non aſſentior. Placet tamen mihi quod ſubiungit: certè qui ob debita, quæ non poteſt vllo modo ſoluere, illic tenetur, & fugere poteſt, & ad id iuuari ab aliis.* Nam ille non eſt damnatus ad manendum in carcere, & licet haberet præceptum manendi ibi, tamen tale præceptũ fundaretur in falſa præſumptione, quòd illud eſſet medium vtile ad ſolutionem: ideò non teneretur manere. Probabile quoque eſt, damnatum iuſtè ad perpetuum carcerem (de quo intelligo Sa)

*Damnatus ob debita ad tenendum carcerem fugere poteſt.*

B poſſe fugere: quia perpetuus carcer æquiparatur morti, aut perpetuæ ſeruituti violentæ, qualis eſt bello captorum: ſed hi poſſunt fugere: ergo & illi: vt hac ratione tenet Salon, 2. 2. quæſt. 69. art. 4. controuer. 2. excipit tamen in fauorem fidei reos damnatos à Sancta inquiſitione, & quibus pœna capitis in pœnam carceris eſt commutata. Sed abſolutè damnatum ad perpetuum carcerem poſſe fugere docet Petrus Ledeſmius ſuprà, idem aſſerẽs de damnato ad duriſſimam aliquam ſeruitutem, vel triremes. Vtrumque etiam docet Bannes loco citato, qui carcerem perpetuum æquiparari morti probat ex l. ante penul.ff.de reg.iur.ergo ſicut dãnatus ad mortem, poteſt illam fugere: ita damna-

*Perpetuus carcer morti æquiparatur.*

C natus ad perpetuum carcerem poteſt inde fugere.

Qui verò in carcere ſententiam mortis timet, fugere poteſt, quidquid dicant Bartolus, l. relegatus ff. de pœnis, Panormitanus, ca.1. & ca. ſicut 3.de teſtib.à nobis enim eſt D.Thomas 2.2.quæſt. 69.ar.4.Caietanus, Aragon, Bannes, & alii ibi. Vbi Salon contro.2.Petrus Ledeſmius tract.8. de iuſt. commut.cap.24.poſt.8.con. Henricus quodlib. 9. quæſt.25.Driedo 2.de libert. Chriſ. c.6. Nauarrus commentar.4.de regular.nu.63.Sotus 5.iuſt.qu.6. a.4. Angelus verbo fugere, & Syluester ibi, & verb. accuſatio, & 16. Valentia ſuprà, Leſſius lib. 2.cap.

D 31.dub.5.Caſtro 2.de lege cap.3. Nauarr. cap. 17. num.101.Couarruuias 1.var.cap. 2.num. 7. & 11. Vazquez diſp.cit.cap.2.probans: quia ille nullum habet præceptum manendi in carcere, nec eſt dãnatus ad pœnam pecuniariam, licet ad illam fortè damnaretur: ergo nulli facit iniuriam. Sed limitat Maior ſuprà, niſi damnum immineret cuſtodibus. Hoc tamen meritò reiiciunt Leſſius, Vazquez Nauarrus cap.17.num.101. & 102.Bannes, & alij communiter. Nam ſi cuſtodi ſequitur damnum, ſibi imputet, cùm vigilare teneatur, & alius vtatur iure ſuo, & aſſumat ſuæ vitæ tuendæ medium, ex quo per accidens ſequatur damnum cuſtodis.

E Secus ſi ad ſaluandam vitam neceſſe eſſet, equo fugientem occidere alium iacẽtem in ſtrictiſſima via: tunc enim iniuſtam fore occiſionem ait Vazquez, & alij

Aduerte hîc Leſſium ſuprà videri exiſtimare, quòd ante ſententiam cuilibet detento in carcere licet fugere, & ait eſſe communem opinionem, de quo tamen aliqui dubitant: quia omnes exiſtentes in carcere videntur habere tacitum præceptum manendi ibi: à quo tamen cauſa mortis, & alia cauſa excuſare poſſunt. Dato tamen, quòd cuilibet, per ſe loquendo liceat fugere, rectè admonet Leſſius, conſiderare reum debere, vtrum tanti

*An cuilibet detẽto in carcere præceptũ ſit in eo manendi.*

tanti ſua interſit fugam capeſſere, vt damnum cõmentarienſis, ſeu cuſtodis ſecundùm charitatis legem non ſit curandum. Si enim rei commodum eſt modicum: damnum autem cuſtodis magnum, charitas obligabit ad manendum in carcere. Bene etiam Leſſius docet, damnatum iuſtè ad carcerem temporarium non poſſe fugere. In hoc conueniũt omnes citati. Meritò autem ſubiungit, licet probabile ſit, quod dicunt Caietanus, & Sotus ſuprà, & Couarruuias 1. var. cap. 2. num. 14. damnatum iuſtè ad perpetuum carcerem, non poſſe fugere, ſi carcer eſſet valde grauis, vt ait Salon, quia abſolutè idem ait de damnato ad triremes, vel ad perpetuam ſeruitutem, atque probabile, maximè ſi ſeruitus eſſet valde dura, ſecus ſi tolerabilis. Suarez etiam hîc ait, neminem poſſe obligari, ſi eſt abſens, vt veniat, & includatur in carcere perpetuo. Item nec ad numquam exeundum à carcere, & ad manendum ibi perpetuò, ſi carcer eſſet rigoroſus, & ſtrictus, niſi fide data, ſub peccato aliquis promiſiſſet ſponte ibi manere: nam tunc teneretur ſtare promiſſis. Poſſet etiam obligari ſecundùm Suarez ad non effringendum carcerem. Credit etiam contra Nauarr. infrà cõdamnatos ad triremes poſſe fugere, ſed damnatum, vt maneat perpetuò in carcere, non poſſe fugere præter relatos ſuprà, tenet Nauarrus comment. 4. de regul. num. 63. Couarruuias 1. var. cap. 2. num. 14. Salcedo in pract. cap. 137.

89 *4. Difficul.* Quarta difficultas eſt, an reo exiſtenti in carcere, & damnato ad mortem, liceat confringere fores, & vincula, & rumpere parietes, vt fugiat. Hẽricus, Maior, & Syluester ſuprà, Couarruuias ſuprà, num. 14. Roſella verb. incarceratus, & iterum Syluester, verb. accuſatio num. 12. putant, non licere, ſicut nec lædere miniſtros Iuſtitiæ, vt fugiat: par enim ratio eſt. Vnde qui ſic fugit, grauiter punitur, & tenetur illatum damnum reſarcire: non autem teneretur, inquiunt Henricus, Couarr. & alii, ſi iuſtè eſſet illatum, vt nec tenetur damnum reſtituere, quod ex eius fuga patiuntur cuſtodes, quia iuſtè illatum eſt. Et ſanè reſpondeo, videtur ius habere, vt cum damno directo carceris, vel miniſtrorum non fugiat. Probabilis eſt hæc ſententia: ſed oppoſitam meritò tenent Caietanus, Nauarrus, Sotus, Vazquez, Valentia, Salon, Aragon, Bannes, Petrus Ledeſmius, Leſſius, & alij ſuprà, Driedo loco cit. cap. 6. quia ille ſolùm tenetur fugere ſine iniuria iudicis, & miniſtrorum, & ſine reſiſtentia, ex D. Thoma 2.2. qu. 69. art. 4. ad 2. Hoc autem non eſt reſiſtere; ergo. Item ius habet fugiendi vtendo equo, vel aliis rebus alienis eas deſtruendo, cum onere tamen reſarciendi dãna, cùm poſſit; ergo fugere poteſt, infringẽdo vincula, fores, & parietes: nec enim tanti momenti illud damnum eſt, vt reus propter illud vitandum priuari debeat beneficio tuendi propriam vitam, vel famam. Secus ſi pœnam tantùm leuem paſſurus eſſet in pecunia, vel alia re ſimili. Ius quidem habet reus ad tuendam vitam illo modo, non cùm vulneribus iudicis, aut miniſtrorum: hoc enim maioris momenti eſt. Sic nec liceret ob illum finem ſumptuoſum ædificium ſine ſpe reſtituendi comburere.

*Damnato ad mortem licet effugere cum effractione carceris.*

90 Nec valet, Poſſunt puniri: ergo effringendo carcerem peccauerunt, nam etiam puniuntur qui ſine vlla euidentia, & ruptione euaſerunt: qui tamen non peccauerunt. Et quòd illi poſſint puniri licet leuiùs, quàm effractores, contra Sotum docet Vazquez, & Couarr. ſuprà, Gomezius to. 3. opuſ. c. 9. nu. 11. ex l. 1. ff. de effractoribus, & expilat. vbi dicitur, *De iis, qui carcere effracto euaſerunt, ſumendum ſupplicium, diui fratres reſcripſerunt: Saturninus etiam probat, hos, qui de carcere eruperunt, ſiue effractis foribus, ſiue conſpiratione cum cæteris, qui in eadem cuſtodia erant, capite puniendos. Quod ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint, leuius puniendos.* Sed reſpondet Sotus, legem intelligendam, quando cum aliqua effractione euaſerunt. Hoc tamen eſt vim legi inferre, inquit Vazquez, & omnium interpretationi aduerſari. Melius diceretur, legẽ loqui de iis, quorum fuga non eſſet neceſſaria ad vitandam mortem, vel grauem infamiam: tales enim videntur peccare contra virtuale quoddam præceptum manendi in carcere, & ideò poſſunt puniri: aliàs lex non eſſet iuſta. Et quidem quod in illa continetur ex Saturnino de effractoribus carcerũ, iniquum eſt, ſi illi ad vitandam mortem fugiunt: quia vel non peccant, vt tenet ſecunda ſententia, vel peccant leuiter, vt tenet prima: ergo iniquiſſimum eſſet capite eos punire, niſi fortè, cùm ſunt cauſa, vt multi è carcere fugiant cum iuſtitiæ, vel aduerſarum partium notabili detrimento.

Nec mihi diſplicet, quod Salon, Sotus, & alij 91
dicunt, eos qui ſine vlla violentia miniſtris facta fugerunt, puniri à iudicibus, vel ex præſumpta aliqua violentia: vel quia ſequuntur ſententiam aſſerentium, eos peccare: iuxta noſtram autem, quæ eſt probabilior, puniendos non eſſe. Quamuis probabilius eſt, leuem pœnam impropriè dictam etiã ſine culpa irrogari poſſe propter communem bonum, iuxta reg. 23. de reg. iur. 6. *ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* Imò Vazquez putat ex cauſa ſine culpa grauiter poſſe effractores carcerum puniri. Ad quod etiam pactum implicitum iuuare poſſet, ſcilicet, vt detur illis facultas effringendi carcerem, cum ſua pœna. Item quando ex fuga ſola, vel cũ aliis indiciis cõſtaret de crimine, quãtum ſatis eſſet, ad iuſtè inferendã graué pœnã grauiter puniri poſſent. Vide dicta tract. de peccatis, & Arogonem 2.2. q. 69. art. 4 qui ad argumentum, quo probãt aliqui non eſſe licitum, carcerem effringere: quia id puniunt leges: ergo eſt peccatum; reſpondet primò, quod cùm legum ciuilium conditores non ſint rerum ſpiritualium iudices, vt perpẽdere valeant culpã in foro conſcientiæ, non eſt mirũ, ſi culpam putẽt eſſe, vbi non eſt. Secũdò, Iuriſcõſultum in illis legibus ſequi opinionẽ aſſerentium eſſe culpam mortalem. Tertiò, fundari in falſa præſumptione, quod vis ſit illata cuſtodibus: addit, vltima verba illius legis etiam intelligi de fugientibus effracto carcere: itaque ſolùm velle legem, effractores carceris vi illata cuſtodibus, ſi conſpiratione aliorum id fecerunt, grauius puniendos eſſe, quàm ſi abſque conſpiratione. Quæ expoſitio aliquantulùm violenta eſt: ſed neceſſaria, ne dicamus, deceptum legiſlatorem. Quod verò dicitur l. in eos, ff. de cuſtodia & exhibitio. reorum, quòd *etſi effractores inueniantur poſteà innocentes ex eo crimine propter quod impacti ſunt in carcerẽ, adhuc puniendi erunt:* interpretatur Aragon, ſimiliter fundari in falſa præſumptione violentiæ illatæ: nam qui innocens eſt, proculdubio licitè poteſt vincula dirumpere, & perforare parietes. Petrus etiam Ledeſmius ſuprà, ad has leges reſpõdet, procedere ex falſa præſumptione violentiæ, vel ex

*Legum ciuilium conditores non ſunt rerũ ſpiritualium iudices.*



Digitized by Google

falſa opinione contraria, vel pœnam irrogari poſſe ſine culpa, modò adſit cauſa; eodemque modo leges exponunt Valentia, Leſsius, & Bannes.

*Vnde proueniat reparandi damnũ obligatio effracti carceris.*

Addit Leſſius, obligationem reparãdi damnum effracti carceris prouenire ex tacito contractu: cùm enim rei iuſtè detineantur, videntur tacitè conſentire in compenſationem damni, ſi quod fugiendo inferant directè: idque meritò Reſp. poteſt ab illis exigere: non enim par eſt, vt per fugam ſuã damnum Reip. inferant, ſed etiam ſi nullus eſſet contractus implicitus, concederem obligationem ex natura rei: quæ licentiam effringendi cum hoc tamen onere tribuit. A quo fortè liberantur eo ipſo, quod à iudicibus puniuntur: vnde ſubdit Leſſius. *Puto hanc reſtitutionem vix eſſe in vſu*: nempe quia Reſp. horum punitione contenta eſt, vel quia damnum carceris modicum eſſe ſolet, & ipſi rei pauperes.

Addit quoque Leſſius, ſi occaſione pertuſionis carceris alij vincti fugiant, non teneri reum de damnis, quæ inde actoribus, vel Reipub. eueniunt: quia illorum fuga per accidens ſequitur ex facto licito rei, qui non tenebatur illam impedire, vt rectè Salon 2.2. quæſt. 69. art. 4. non tamen probat Leſſius quod ibidem Salon docet, iniuſtè damnatum, ſi carcerem fregerit, ad eius reparationem teneri. Quia cùm per iniuriam detineatur à miniſtro Reip. poteſt reus carcerem effringere abſque animo compenſandi incommodi, quod Reſpub. patitur. Si verò index vel miniſtri mala fide procederent, ipſi tenerentur damnum reſarcire.

92 *5. Difficultas.*

Quinta difficultas, an poſſit quis opem ferre, vel conſilium dare exiſtentibus in carcere, vt fuga ſibi conſulant.

*Quando fuga eſt illicita.*

Quando fuga eſt illicita, certum eſt, vt ait Vazquez diſp. 174. cap. 3. non eſſe licitum ſuadere illis fugam. Eſt autem illicitum meo iudicio, quando non eſt neceſſaria fuga ad fugiendum mortem, mutilationem, grauiſſimam infamiam, aut ſimile damnum: quia in aliis caſibus præceptum virtuale manendi in carcere illos obligat. Item quando fuga eſſet cum animo non ſoluendi debitam pœnam pecuniariam, nec proficiſcendi in exilium, ad quæ eſt damnatus. Cùm autem reo licitum eſt fugere, & carcerem effringere, licitum quoque eſſe id ei ſuadere ait Sotus 5. iuſtit. quæſt. 6. art. 4. quia conſilium de re licita licitum eſt. Quamuis ſecundùm Sotum illicitum ſit, reum iuuare, aut inſtrumenta ei dare ad effringendum carcerem: quia ex eo quod liceat conſilium ei dare, nulla ſequitur Reipubl. perturbatio; rarò ſiquidem poteſt fuga hac ratione effectum ſortiri. Si autem licitũ eſſet iuuare ad effringendum carcerem, perturbaretur Reſpub. nihilque tutum eſſet: quia ſic facilè multi poſſent è carcere fugere: & ſic nihil eſſet tutum in Repub. nullaque eſſet cuſtodia carceris. Hanc ſententiam Soti in rigore iuris veram eſſe ait Nauarrus cap. 25. num. 38. & optimè defendit Valentia 2.2. diſp. 5. quæſt. 13. punct. 4. Quia ſuppeditare inſtrumenta ad effringendum carcerem, nõ expedit bono communi: ſic enim multi fugerent: crimina impunita manerent: rarò iudicum proceſſus haberent exitus, expenſæ multæ in reis quærendis fierent, &c. conſilium autem non eſt medium tam efficax.

Caietanus tamen 2.2. quæſt. 69. art. 4. quem ſequitur Aragon ibi, & Salon ibi, controu. 3. Petrus Ledeſmius tract. 8. de iuſt. commut. cap. 24. poſt 8. con. cum Medina & Orell. & Vazquez illo cap 3. tria docet; primum, non licere Iudici, aut carceris cuſtodibus, aut aliis iuſtitiæ miniſtris conſilium dare reo, vt carcerem effringat, nedum inſtrumẽta ei præbere, id vt faciat: quia id eſt contra fidelitatem, & obligationem officij ſui, ex quo tenentur malefactores cuſtodire, & pro ſuo quiſque modo ad eorum punitionem iuuare. Secundum, cæteris licitum eſſe conſilium, & inſtrumenta dare reo, vt carcerem effringat: quia ipſe reus, qui eſt principalis cauſa, non peccat id faciendo: ergo nec alij, qui conſilium, vel opem ei præbent, qui ratione officij non ſunt prohibiti. Sed pro Soto facilè reſponderetur, omnes implicitè prohibitos eſſe à Rep. eo ipſo quòd aliquem tenet in carcere, ne inſtrumenta, vel auxilium illi præbeant, vt carcerem confringat: propter incommoda, quæ inde ſequerentur, quæ non ſequuntur, ex eo quòd præbeant conſilium: & ideò hoc non eſt interdictum. Quod confirmatur, ex 3. dicto Caiet. Aragon, Salon, Vazquez & aliorum, quos retuli: ſcilicet, nemini licere præterquam reo effringere carcerem: aut ad effractionem carceris proximè cooperari: ratio, inquit Vazquez, eſt manifeſta: quia non licet priuatæ perſonæ cuſtodiam ciuitatis violare: aliàs nihil eſſet in ciuitate ſecurum, quando cuſtodia carceris mille pateret incurſibus: liceret etiam cuique in bello diruere machinas gerentis iuſtum bellum ad puniendum malefactores, vt ipſos tueretur: quod eſt abſurdum: videtur autem eadem ratio: quia iudex etiam gerit iuſtum bellum cõtra malefactores. Hæc Vazquez. Ex hoc tertio dicto, quod verum eſt, cõfutari videtur ſecundũ dictum, Nam qui præbet inſtrumenta, & conſilium, non minus cauſat moraliter effractionem carceris, & fugam, quàm ipſe exequens, vel proximè adiuuãs: ſed iſte peccat, quia impedit iuſtitię executionem: ergo & ille, qui etiam illam impedit. Sed adhuc probabile eſt ſecundum dictum: quia minus damni poteſt ſequi in Rep. ex eo quòd non ſit prohibitum dare conſilium, & inſtrumenta ad effringendum carcerem, quàm ex hoc, quòd nõ ſit prohibitum cooperari illi. Nam per ſe, etiamſi habeat inſtrumẽta, longè minùs poteſt facere, quàm ſi alij illi cooperentur, qui plura poſſunt habere inſtrumenta, & maiorem poteſtatem, & commoditatem effringendi carcerem. Vide Leſſium lib. 2. cap. 31. dub. 6. qui ſimpliciter docet primum, & tertium dictum Caietani: ſecundum verò ſolùm affirmat eſſe probabile: & Angelus verbo fugere, ait, licere reo ex carcere fugere, & cuicumque fugam illius iuuare, modò fiat ſine iniuria iudicis, & miniſtrorum: & Nauarr. cap. 17. num. 103. ait, non peccare reum, ſi fugiat, neque illum, qui auctor eſt fugę, & Angel. Syluest. ac Nauarr. docent, licere præbere equum reo, vt fugiat. Excipit Nauarr. reum Reip. pernicioſum, ſcilicet, in futurum, vt interpretatur Vazquez: ſed magis fauet Sa, verb. iudicialis actus num. 51. dicens, cùm licitum eſt fugere, licet aliis ad id iuuare, niſi lex prohibeat, aut officij proprij ratio. Salon etiam ait, poſſe leges condi, quæ obligent ad non præbendum his inſtrumenta. Probabile eſt, ſemper eſſe expreſsè, vel tacitè prohibitũ iuuare dando inſtrumenta, ſicut & effringẽdo carcerem, aut vincula: & ideò ſic iuuantes meritò puniri. Quamuis Salon, & Petrus Ledeſmius putent, hanc punitionem fundari in opinione falſa, quòd id ſit peccatum: vel in præſumptione falſa, quòd

*Quibus non liceat fugã dare conſilium.*

ante

Digitized by Google

aliter iuuerint. Quaſi verò non ſint ſæpe euidétia ſigna, quòd tantùm iuuerint præbendo inſtrumenta, & nihilominùs iuuantes puniantur. Bene tamen Salon ait, damnatum ad carcerem propter delicta, ſi nullo modo poſſit ſoluere, fugere poſſe.

*6. Difficultas. Damnatus ad mortem poteſt fugere è carcere.*

93 Alia difficultas eſt, an iuſtè damnatus, vel damnandus ad mortem, poſſit fugere. Pro parte affirmante facit D. Thom. 2.2. quæſt. 69 art. 4. ad 2. dicens, *damnatum ad mortem, non teneri manere in carcere, ſicut, nec damnatus ad mortem famis tenetur abſtinere à cibo ſibi oblato*: Ergo iſti pares ſunt: ſed ſecundus peccaret abſtinendo à cibo oblato: ergo & primus non fugiendo è carcere, & ita tenet Victoria, quamuis cum formidine relect. de homic. num. 29. & ad minùs, putat verum eſſe, quòd ſi latro peccat offerendo ſe carceri, etiam peccat, ſi liberè poteſt fugere, & non fugit. Contrarium tenet Angelus & Syluester verbo fugere, Caietanus 2.2. quæſt. 69. art. 4. ad 6. dubium, Aragon eod. art. & ibidem Salon controuer. 4. in fine, & contro. 2. con. 2. & Bannes eod. art. Sotus 5. iuſt. quæſt. 6. art. 4. ad argum. Simancas in cathol. inſtit. tit. 18. num. 90. Couarruuias 1. variar. cap. 2. num. 7. Vazquez hic diſput. 174. cap. 4. Sa, verbo iudicialis actus, nu. 51. dicens, *ſi iuſtè eſt damnatus ad mortem, & ſi poteſt, non tamen tenetur fugere, ſecus ſi iniuſtè*: idem tenet Leſſius lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 28. imò cum Petro Nauarr. qui lib. 2. cap. 3. num. 73. ait, licitum eſſe malefactori offerre ſe iudici puniendum. Probari hæc ſententia ſolet: quia abſtinere à cibo neceſſario, per ſe infert mortem: ideò ſecūdùm multos eſt illicitū, ſed manere in carcere nō infert illā per ſe, & periculum mortis annexum poteſt licitè ſuſcipi, aut nō vitari, vt exerceatur in ipſo iuſtitia punitiua, communiter vera eſt hæc ſententia: quia fuga ex carcere habet annexos magnos alios labores, & pericula: ſed ob ſolum exercitium in ſe iuſtitiæ punitiuæ ſine vllo alio ſuo, vel aliorū bono non crederem eſſe licitum manere in carcere morte afficiendum, vt nec licitum eſt ob iuſtitiæ punitiuæ in ſe exercitium abſtinere à cibo clanculum oblato, ſicut ſuperiùs diximus: & à fortiori, ſiquis damnatus, vel damnandus eſſet iniuſtè, peccatum eſſet manere in carcere, vt ait Couarr. num. 10. & Vazquez, & multis relatis Plaza 1. de delictis cap. 23. nu. 6. quia temerè, & ſine cauſa fieret. Idem dicunt de eo qui ab iniuſta ſententia non appellaret, cùm vtiliter poſſet. Idem ait Vazquez de eo, qui non declinaret aggreſſorem, cùm commodè poſſet; ſed ait, licitè mortem perpeſſurum, ſi euadere non poſſet, niſi ipſum occidendo, præſertim in mortali: quia tunc non temerè, & ſine cauſa mortem permittit propriam, ſed ne alter moriatur in peccato.

*Sentētia contraria cōmuniter vera eſt.*

*Expectare iniuſtam ſentētiam peccatū eſt.*

Peccatum etiam eſſet prodigalitatis, temerè, & ſine cauſa expectare iniuſtam ſententiam infamiæ: ſed ſi in fuga eſſet magna difficultas, hæc eſſet ſufficiens cauſa expectandi in carcere, vt docet Vazquez.

94 Addit Vazquez, probabile eſſe licere manere in carcere ei, qui ex falſa cauſa, ſed in iudicio probata, damnatus eſſet ad mortem, quia illa eſt iuſta ſententia: ſed de hoc dubito: quia illa ſentētia verè eſt iniuſta ex parte cauſæ, licet iudex excuſetur ob ignorantiam, & ideò etiam eius effectus ſit iuſtus: ergo ille non haberet ſufficientem cauſam expectandi mortem: ſatis eſt ſi id concedamus in eo, qui damnatus, vel damnandus eſt iuſtè in effectu.

A Et mihi non videtur improbabile, hunc debere fugere: nō enim ſine magna vtilitate ſua, vel aliorum debet mortem expectare, ſi poteſt ſine culpa illam vitare: hîc verò non videtur eſſe magna vtilitas alicuius: ergo.

Addit quoque Salon, ei, qui fugit è carcere, licitum eſſe ad eum redire, vt mortem pro ſuis delictis iuſtè inferendam patiatur, ſed hoc moderandum eſt iuxta ſuperiora. Vnde egregiè Caſtro 2. de lege pœnali, cap. 5. ait; damnatum ad mortem famis, peccare ſi cibum ſibi oblatum non ſumat: & ſimiliter, damnatum ad mortem, ſi inueniat apertum carcerem, debere exire, vt euadat mortē, niſi tam graue ſcandalum, aut alia tam grauis neceſſitas

B offerretur, vt pro illa vitanda teneretur, aut ſaltem licitè poſſet homo mortem ſubire: & generatim docet, omnes teneri ad conſeruandam vitam, niſi aliqua grauis cauſa eos excuſet, vide illum omninò.

Alia difficultas eſt, an qui iuramentum præſtitis redeundi ad carcerem, redire teneatur. Reſpōdeo, ſi carcer eſſet iuſtus, & in eo iuſta ſententia expectanda eſſet, teneri redire, ſed ſi carcer eſſet iniuſtus, vel iniuſta ſententia timeretur: eſt difficultas, Sa, verbo iuramentum, num. 11. ſolùm ait: *Iurans redire ad carcerem, tenetur (niſi eſſet iniquè detentus) etiam cum vitæ periculo, quidam tamen etiam ad iniuſtum carcerem redeundum aiunt, niſi iuramen-*

95

*7. Difficultas. Quando quis tenetur redire ad carcerem, vel non.*

C *tum relaxetur per Epiſcopum.* Caietanus 2.2. quæſt. 89. art. 7. ait, teneri redire: quia licitè poteſt redire, & patienter mortem expectare: ergo iuramentum eſt de re licita: ergo ſeruādum. Hoc eſſe verū cùm carcer eſt iuſtus, licet ſententia expectetur iniuſta, tenet Nauarrus cap. 12. num. 18. quia iuramentum de re licita obligat etiam cum periculo vitæ. Hanc ſententiam tenent etiam Sotus 8. iuſt. quæſt. 1. art. 7. Tolet. lib. 4. cap. 22. Leſſius lib. 2. cap. 42. dub. 6. num. 28. iuramentum 5. num. 57. Syluest. iuramentum 4. quæſt. 26. & hoc tenent, etiamſi carcer ſit iniurioſus præter Nauar. qui putat, ſi carcer eſſet iniuſtus, non teneri reum redire, iniuſtam in eo ſententiam expectaturus, quia reditus non eſſet

D licitus.

*Non debet redire in vllo caſu iuxta Vazquez.*

Sed Vazquez putat, in neutro caſu debere redire: quia ſiue carcer ſit iniuſtus, ſiue iuſtus, ſi ſentētia in eo timetur iniuſta, redire eſt illicitum, aut indifferens: ergo ad id non potuit reus obligari iuramento: nam vt iuramentum obliget, debet actus, de quo eſt, eſſe ſtudioſus. Antecedēs probatur: quia ſi ille actus eſſet ſtudioſus, maximè in genere patientiæ, at non eſt vera patientia, cùm quis poteſt commodò vitam tueri, non tueri illam, ſed morti ſe exponere: nec poteſt dici actus veritatis, & fidelitatis: nam iſte ſupponit obligationem fi-

E delitatis, & veracitatis in promiſſione, ac proinde materiam alioqui ſtudioſam, quæ hic nō eſt, alioqui etiam qui ſine iuramento redire promiſit, ad id teneretur: quę rationes æquè procedunt de carcere iuſto, & iniuſto; ſi in eo timetur iniuſta ſententia: tunc enim redire nulla virtus eſt: ergo iuramentum non potuit ad illum reditum obligare.

Addit Vazquez, illum non debere redire ad carcerem, licèt inde damnum immineret cuſtodi carceris participanti culpā iudicis tyranni, quia cùm etiam ipſe cuſtos ſit tyrannus, non debet ei fides ſeruari, vt ſuam tyrannidem exercere poſſit: & ſibi damnum imputet, qui in tyrannide miniſter eſſe voluit. Si verò cuſtos bona fide ductus, & ignorās

peccatum tyranni,aut iudicis iniqui,conceſſit facultatem reo, vt ex carcere exiret, præſtito iuramento,vt rediret,reus debet redire, quia pro euitando damno cuſtodis meritò ſe exponit morti, & ad id potuit iuramento obligari.

*Ad reditum quomodo potuit reus iuramento obligari.*

96 Ego tamen in primis ſentio, etiamſi cuſtos particeps ſit iniuſtitiæ tyranni, ſi tamen ei eſt vtilis reditus, potuiſſe obligari ad reditum,quia reditus ille eſt bonus charitatis fine impediendi illud malum cuſtodis, quamuis iniuſti, maximè cùm bonum corporis,vel honoris, vel diuitiarum, oppoſitum illi damno iuſtè ab eo poſſideatur.

Secundò dico,etiamſi reditus non eſſet neceſſarius, aut vtilis ad impediendum damnum cuſtodis,licitum eſt redire,& ad id ſe potuit ille per iuramentum obligare: nam ad dandas pecunias latroni inuadenti, vel vſuras vſurario poteſt quis obligari iuramento: ergo & ad redeũdum in carcerē iudicis iniqui, & tyranni. Nec enim valet ratio diſcriminis aſſignata à Caietano 2.2.quæſt.89. art.7. & Vazquez ſuprà: quia vnus exercet actum virtutis redimendo vexationem, alius verò non. Nam certè in vtroque euentu eodem modo redimitur vexatio:qui enim eſt in carcere,quia iniuſtè negatur ei licentia exeundi ad ſuas res componẽdas,promittit reditum, vt ſic non vexetur, & poſteà illum reditum dat tanquam pretium facultatis ſibi conceſſæ: ergo in vtroque caſu licitè,& ex obligatione facit, quod ſub iuramento promiſit. Confirmatur, quia vtile eſt poſſe ad reditum aliquomodo obligari:alioqui non permitteretur exire ad ea,quæ ſibi,aut liberis, aut aliis expediũt: ergo capax eſt talis obligationis, nec opus eſt, vt materia ſit de ſe ſtudioſa: ſatis eſt, non eſſe illicitam, ac proinde hìc,& nunc ſtudioſam, cùm non detur actus indifferẽs in indiuiduo,& eſſe vtilem, aut gratam ei,cui iuramentum præſtatur,licèt ipſe ea ſit abuſurus, ad iniuſtam actionem: nec eſt eadem ratio de promiſſione iurata, & de non iurata, quia promiſſio ſimplex iniuſtè extorta, non poteſt inducere obligationem religionis, cùm nõ habeat ad iuſtum iuramentum: neque Iuſtitiæ, quia eſt iniuſtè extorta: Iuramentum autem iniuſtè extortũ poteſt producere obligationem religionis, vt tract. 3. de voluntario & inuoluntario diximus: ergo licet ſimplex promiſſio non obligaret ad reditum, tamen iuramentum obligat. Quod colligitur ex D. Thoma 2.2.quæſt. 89. art. 7. vbi ait, iuramentum coactum inducere obligationem etiam cum damno temporali: & confirmat Leſſius primò, quia iſta promiſſio fuit prudens: nam abſque illa non poterat obtinere exitum ad res ſuas componendas: ergo eius executio eſt licita; licitum enim eſt exequi, quod prudenter promittitur: ſecundò, quia ſuppoſita promiſſione redeundi,iſte reditus non ſolùm eſt licitus,ſed etiam eſt honeſtus, vtpote opus fidei, veritatis, & fortitudinis, vt ex ſenſu omnium gentium conſtat: ergo ſi iuramentum accedat, naſcitur obligatio. Tertiò,quia ſi quis violet tale iuramẽtum, cenſebitur periurus,& iniurius in numen diuinum

97 Sed ſecunda ratio parum habet roboris, nam ante promiſſionem, & iuramentum videtur apprehendi debere bonum obiectum, vt promiſſio, & iuramentum obliget,imò vt liceat:id verò non poteſt eſſe exercere fidelitatem, aut veracitatem, aut religionem in ſeruanda promiſſione:quia hoc

A iam ſupponit promiſſionem, & iuramentum: nec verò eſt,exercere fortitudinem, quia nulla fortitudo eſt redire ad iniurioſum carcerem, vbi expectanda eſt ſententia mortis, niſi iam ſupponatur obligatio, vel ſaltem honeſtas in reditum: ergo quæri debet alia honeſtas præconcepta. Vnde dico illam eſſe redemptionem vexationis præcedentis: item ne videatur homo mendax, & promiſſi,ac iuramenti violator: quæ ratio ſicut in re honeſtat poſteà reditum,ita anteà apprehenſa honeſtare poteſt ipſum iuramentum, & promiſſionem.

Addit Leſſius ibi,dãnatum ad mortem iniuſtè,
B qui iurauit,aut ſimpliciter promiſit non fugere ex carcere,non teneri fugere,& ca.31.dub.5.in principio, eum, qui iurauit ſe permanſurum in carcere, non poſſe fugere. Addit etiam eſſe probabile, & ſecurum in praxi, talem non teneri, nec poſſe redire ad carcerem iniurioſum expectaturus mortem:quia id tenet Nauarrus cap.12.nu.18. Tabienta, verb.iurare §.10.Panor. cap. ſi verò de iureiur. gloſ.communiter recepta Clem. paſtoralis de ſen. & re iud. Ioan.And.Rub.de iureiur. Couarr.1.varic.cap.2.num.7.citans Baldũ,Curtium ſeniorem, Ancharanum,& Maior. 4. diſt. 15.qu.22. quos,& alios citat, & ſequitur Plaza 1. de delictis cap. 23. num. 6.vt retuli diffic. 2.

C Eſt etiam difficultas, an qui eſt cauſa, ne quis cõdemnetur ad pœnam iuſtam, teneatur pœnam reſtituere ei, cui eſſet applicanda. 98

*2. diffic.*

*1. opinio.*

De hoc agitur communiter 2. 2. in materia de reſt. & in materia de iudice, teſte,& reo, ſed quia à Vazquez hîc diſp. 175. & ab aliis tractatur,aliquid de eo dicamus.

Cuſtodes ſyluarum, & ciuitatum,non manifeſtantes crimina, propter quæ eſſet imponenda pœna pecuniaria,teneri ad eius reſtitutionem docuit Medina, C.de reſt. quæſt. 12. § alia hinc oritur, Angelus verb. pœna num. 26.

D De iudice non condemnante ad pœnam lege præſcriptam, idem tenuit Angelus verb. pœna numer. 18. Syluester iudex 1. quæſt. 11. dicto. 5.

*Non condemnantes ad pœnam legibus debitam ad quid teneantur.*

De reo iudice interrogato crimen negante, tenuit Sotus 1.iuſt.quæſt.6.artic.6.poſt 4.con. ſiue lex pœnalis cõtineret ſententiam latam, ſiue à iudice ferendam, idem tenet Bartolus, Medina, & alij Thomiſtæ apud Petrum Ledeſmium, in ſum. Hiſp.tract.8.de iuſt.commut.cap.24.poſt 6.concl. vbi hanc ſententiam cenſet probabilem, licet oppoſitam cenſeat probabiliorem. Salon etiam 2. 2. qu.62.art.4. & 7. & q.70.art.1.in fine,tenet iudices non damnantes ad pœnam, & cuſtodes montium,vinearum,itinerum,&c.non accuſantes,
E teneri ad reſtitutionem pœnarum: licet de reo, & teſte neget. Sed quòd prædicti omnes, qui iniquè ſunt cauſa, ne acquirantur pœnæ, reſtituere teneantur, ſuadetur: nam qui per actionem, vel omiſſionem iniuſtam eſt cauſa damni alterius,tenetur reſtituere:ſed iſti per actionem,vel omiſſionem iniuſtam,ſunt cauſa damni ei, cui erat applicanda pœna: ergo.

Sed de miniſtris non deferentibus crimina ad iudicem, quales ſunt cuſtodes ſyluarum, & ciuitatum, non teneri ad reſtitutionem docet Nauarrus cap.25.num.34.Cordoba in ſum.quæſt. 66. Syl. reſt. 3. quæſt. 5. dicto. 7. Idem non ſolùm de his, ſed etiam de iudicibus tenet Vazquez ſuprà,

cap. 1.

Digitized by Google

cap. 1. vbi reiicit rationem, qua in cuſtodibus illis vtebantur Corduba,& Nauarr. nimirum, quia reus non debet pœnam, antequam condemnetur; vt vidimus: ergo, nec illi miniſtri: nam reus non tenetur de iuſtitia procurare pœnam fiſco,vel parti,cui erat applicanda; ſecus verò cuſtodes illi & iudices. Vnde magis videtur, quòd illi teneantur, quàm ipſe reus. Impugnat etiã meritò aliam quorumdam rationem,ſcilicet cauſa principalior, nẽpè reus non tenetur ad reſtitutionem pœnæ: ergo neque cuſtodes tacentes,aut iudices non cõdemnantes tenentur ad reſtitutionem.Omiſsis autem Vazquez argumentis ea ratio ſic reiicitur: reus ſi non negat crimen iuridicè interrogatus, non eſt cauſa illius damni per actionem iniuſtam, & ideò cauſæ principales iniuſtæ ſunt cuſtodes,non accuſantes,& iudices non damnantes: ergo nil mirum ſi ipſi tenentur,& non reus. Si verò reus negat iuridicè interrogatus,ipſe ſolus eſt cauſa illius damni, & non tenetur reſtituere, quia etſi iniuſtè contra iuſtitiam legalem,neget delictum: tamen non negat contra iuſtitiam erga eum, cui pœna erat applicanda per iudicem: at alij miniſtri contra iuſtitiam erga fiſcũ ſunt cauſa quòd non applicetur fiſco pœna: ergo tenentur illam fiſco reſtituere, ſicut adminiſtrator,aut negotiorum geſtor,qui ex iuſtitia tenetur negotiari pro alio,ſi id non faciat, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem damni emergentis, & lucri ceſſantis. Quare immeritò Ioannes Medina ait, iudicem, & miniſtros in hoc caſu teneri ad reſtitutionem, vt cauſas minus principales: nullum tamen teneri, vt cauſam principalem,quoniam quando ſunt cauſæ prædicti damni,illi ſoli ſunt cauſæ,& principales, & quamuis ſi tacendo, vel non impediendo eos, qui conantur alia damna facere,ſi ea fierent,dicerentur cauſæ minus principales eorum damnorũ tamen tunc cauſa principalis teneretur damna reſtituere: nullum ergo profert caſum, in quo teneatur minus principalis cauſa dãni, & non principalis. Aliam rationem ſecundæ opinionis aſsignant aliqui,quia iudices,& alij miniſtri non manifeſtantes crimen, aut non damnãtes ad pœnam lege præſcriptam, peccant quidem cõtra iuſtitiam legalem, quæ eſt in ordine ad Remp. ſecundùm D. Thom. 2.2. quæſt. 58. art. 6. non autem contra iuſtitiam commutatiuam: quæ reſpicit priuatam perſonam: & ideò non tenentur reſtituere pœnam: obligatio enim reſtituendi ſolum naſcitur ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ.

*Iuſtitia legalis non eſt ſpecialis virtus.*

Hanc rationem reiicit Vazquez: primò, quia iuſtitia legalis nõ eſt ſpecialis virtus,ſed ratio,generica reperta in omni virtute, vt colligitur ex Auguſt. 5. ethic. cap. 1. Vbi ſolùm diſtinguit iuſtitiam in generalem,& peculiarem: tametſi S. Thomas tertiam addat, nempè legalem: cùm igitur miniſtri ex iuſtitia particulari debeant efficere, vt applicetur pœna, id ſi non faciant,peccant contra iuſtitiam commutatiuam: cur ergo non tenebuntur ad reſtitutionem? Secundò, quia etiam ſi iuſtitia legalis diſtingueretur à commutatiua, hæc tamen, & contraria poteſt iniuſtitia eſſe erga Remp. vt quãdo quis inferret illi damnum in bonis communibus, vel violat pactum cum illa initum,vel eſt procurator in eius negotiis, & nõ agit fideliter, vt tenebatur ex officio: Tertiò, quia licet dicamus,eos tantùm debere Reip. ex iuſtitia legali; tamen fiſco debent ex commutatiua: ergo ſi ob earum culpam pœna non applicetur fiſco, tenebuntur ad reſtitutionem.

100 Vnde Vazquez omiſsis his rationibus,aliam adducit pro ſecunda opinione,quam tenet cum hac moderatione,vt intelligatur in iudice, quãdo miniſtri non detulerunt ei crimen, quod ex officio deferre debebant, & ipſe non proceſsit ex officio contra delinquentes, cum deberet: nam ſi ab aliquo delatum eſſet crimen & petita in iudicio pœna, & iudex nollet procedere, tunc deberet reſtituere.Hanc opinionem ſic limitatam probat,quia quamuis cuſtodes, & miniſtri debeant ex iuſtitia crimina deferre,& iudex ex iuſtitia debeat procedere contra delinquentes, eo quòd pactum cum Rep. fecerunt.Hæc tamen obligatio ex pacto illo non oritur erga priuatam perſonam,cui pœna applicari debet,nec erga fiſcum, cui aliquando cedit pœna: ſed erga Remp. ad hoc tantùm, vt puniantur delicta,& pax publica hoc modo conſeruetur, & ad hoc tantùm intelligũtur præſtare fidem ſub iuramento,vt Reſp. à peccatis purgetur: quare niſi procedat iudex, & miniſtri deferant crimina, debebunt reſtituere damna, quæ ipſorum negligentia in Rep. ſecuta ſunt: emolumentum verò pœnæ infligendæ non item.

Quòd ſi crimen delatum ſit ad iudicem,& pœna pecuniaria petita ab eo,cui applicari debet,vel ab alio nomine ipſius, & iudex negligat ſententiam ferre, aut pœnam applicare, reſtituere illam debebit, quia ex officio & iuſtitia debet reddere cuique id quod iuſtè petit in iudicio: ſed quoties pœna eſt aſſignata per legem, pars, cuius intereſt, iuſtè petit eam in iudicio: ergo iudex ex iuſtitia debet illam applicare petenti. Quare ſi fiſcalis procurator cum iudice ſecretò conueniat pro remiſſione pœnæ,quæ ſecũdum legem infligenda erat, & iudex illam non applicet fiſco,aut ei, cui de iure conueniebat,debet illam reſtituere.

Quinimò de fiſcali videtur eſſe peculiaris ratio: cùm enim ille peculiari ratione cõſtituatur, vt curam gerat fiſci,& ei acquirat quidquid vtilitatis ad eum pertinere poteſt, atque multæ ſint pœnæ fiſco applicandæ,ſequitur contra ſpecialem iuſtitiam,quam fiſco debet, peccare, ſi non procurat vt crimina deferantur, ex quibus aliquod emolumentum fiſco aduenire poteſt: ad hoc enim ex officio,& conuentione conſtitutus videtur. Si obiicias S. Thomam 2.2. quæſt. 67. art. 4. ad 3. qui ait, iudicem non punientem nocere communitati, & perſonæ, cui illata eſt iniuria. Reſpõdet Vazquez, S. Thomam, non loqui de nocumento, quod aliquis patitur, ex eo quòd non applicetur ei pœna pecuniar,ia quæ ex delicto alterius applicanda,ſed de pœna, quæ in ſatisfactionem iniuriæ impoſita erat per legem, aut iudex debebat imponere, in quo caſu iudex non puniens reum nocet alteri,cui iniuria erat illata, & cui deberet fieri ſatisfactio per pœnam illam.

De reo verò iuridicè interrogato negante crimen in iudicio, qui ideò non cõdemnatur ad pœnam, tenet Vazquez,cum Nauarro cap. 18. numer. 48. non teneri ad reſtitutionem pœnæ. Sed reiicit rationem Nauarri probantis, quia reus non debet pœnam ante ſententiam. Quia hoc verum eſt, quantùm eſt ex vi ſolius legis deſignantis pœnam: aliud autem eſſe videtur ex vi delicti, quo crimen iniuſtè negat in iudicio. Vnde aliam adducit rationem, nimirum: quia licet quiuis fraude, mendatio, aut

tio, aut metu impedit contra iuſtitiam commutatiuam bonum alterius, teneatur ei reſtituere, vt cùm ſic impedit aliquid donari, aut legari, aut à quærente inueniri: tamen reus non impedit conſecutionem pœnæ contra iuſtitiam commutatiuam, cum negat crimen in iudicio: quia non debet dicere veritatem propter commodum, & vtilitatem illius, ſed propter publicam iuſtitiam, & correctionem delictorum: & ita ſolùm peccat cõtra iuſtitiam debitam Reip. & iudici: ad hoc enim inſtitutum eſt iudicium, non ad ditãdum aliquem ex pœnis impoſitis: ſed hoc ſequitur per accidẽs. Confirmatur: nam, non aliomodo reus debet dicere veritatem, cum pœna eſt pecuniaria, & cum eſt corporalis, non debet dicere veritatem ex obligatione iuſtitiæ erga aliquem, cui ſi negauerit veritatem, teneatur reſtituere aliquid: ergo nec cùm pœna eſt pecuniaria: ſi verò iudex nollet reſcindere contractum ludi, vel factũ à minori, cùm ab eo petitur, tenetur reſtituere damnum.

101 *Auctor.* Hæc omnia ferè eiſdem verbis Vazquez, in quibus difficile videtur diſcrimen de iudice, non procedente, ex officio, & non procedente ad inſtantiam partis; nam in vtroque caſu eodem modo videtur teneri ad imponendum pœnam lege præſcriptam: ergo ſi in vno caſu tenetur reſtituere pœnam, etiam in alio: & ſi in vno non tenetur, nec in alio tenebitur: & hoc videtur veriſimilius: quia etiam ſi pars in iudicio pœnam petat, lege ſibi applicandam, non magis debitam eam facit, donec ſententia pro illo proferatur, quàm anteà: ergo ſi anteà non debebatur ei ex iuſtitia, & ideò iudex illam ipſi non applicans, non tenetur reſtituere: idem erit in ſecundo euentu. Nec eſt verũ, quòd quicquid iuſtè petit ſibi quis in iudicio, ſit reddẽdũ à iudice ex iuſtitia cõmutatiua, poteſt enim iuſtè petere ex iuſtitia ſola vindicatiua, & tunc non peccat iudex contra iuſtitiam cõmutatiuam, ſi illud ei non tribuat: approbo igitur ſententiam Vazq. de iudice, & eius rationẽ, ſed ſine illa reſtrictione, & limitatione, & acquieſco Emanueli Sa, qui verb. reſtitutio num. 46. ait, *nec teſtis falſus tenetur de pœna, quæ alicui obueniſſet, ſi verum dixiſſet: non enim debetur ante condemnationem: nec iudex, qui non condemnauit &c.* & de non accuſante idem docet verb. pœna num. 14. dicens, *non accuſans aliquem, cùm tenetur, non debet pœnam, ad quam ille, ſi ipſe accuſaſſet, fuiſſet condemnatus (pœna enim non debetur ante condẽmnationem) etſi quidam aliter ſentiant.*

Deinde quamuis, quod ait Vazquez procuratorem fiſci teneri ad reſtitutionem pœnæ, quæ ex eius negligentia non applicatur fiſco, quia ex cõtractu ad hoc videtur directè obligatus ipſimet fiſco, ſeu Regi, cuius eſt fiſcus: tamen oppoſitum non eſt improbabile: quia directè ſolùm videtur inſtitutus pro bono communi, vt patiatur delicta, licèt ſecundariò conducat ad bonum fiſci: ſicut cuſtodes vinearum, montium, ſyluarum, & fluuiorum, directè ſunt inſtituti ad impedienda damna, non ad exigendas pœnas, & ideò non tenentur ad reſtitutionem pœnarum, ſed damnorum, vt cum Nauarro tenet ipſe Vazquez.

Prætereà non eſt improbabile, quod ait Petrus Ledeſm. in ſumma Hiſpana, tract. 8. de iuſt. commutatiua cap. 22. poſt 6. con. *Iudex, qui poſt legitimã delicti probationem, non condemnat delinquentem ad pœnam pecuniariam iuxta legem, tenetur ad reſtitutio-* A *nem fiſco, vel parti, cui pœna eſſet applicanda: hocq; docent communiter Thomiſtæ locis citatis, ſpeciatim Sotus, Medina, & Orellana, & Sylueſter, verbo pœna, §. vltimo. Ratio eſt, quia iudex ex proprio officio & ratione ſalarij, ſeu ſtipendij tenetur iuſtitiam facere, & ad illas pœnas condemnare: ergo ſi id non facit, peccat mortaliter cõtra iuſtitiam, & tenetur reſtituere, idem eſt de cæteris miniſtris, qui ex officio tenentur accuſare, & petere talem pœnam, vt fiſcalis, & non petunt: quod docent ijdem Doctores, & eadem ratione communiter.* Sed cap. 23. idem auctor ſic ferè loquitur. *Si rigorem iuris attẽdamus, qui fecit pactum, tenetur reſtituere etiam pœnam, in qua reus eſſet condemnandus, vt fiſcalis non accuſans delicta, propter quæ reus eſſet damnandus ad pœnam pecuniariam, partim fiſco applicandam: idem eſt de iudice non damnante eos, qui extrahunt res prohibi-* B *tas ex regno, vt tenetur ex officio: is enim debet pœnam Reipub. reſtituere, ad quam reus eſſet damnandus: idem eſt de cuſtodibus mõtium, quidquid cum aliis dicat Sylueſter reſtitutio. 3. §. 5. & noſtram ſententiam communiter tenent Thomiſtæ, præſertim Orellana. Nam qui fecit tale pactum, tenetur ex iuſtitia commutatiua accuſare, & facere, quantùm in ſe eſt, vt pœna applicetur ei, cũ quo pactum fecit: ergo ſi id non facit, peccat contra iuſtitiam commutatiuam, & tenetur reſtituere. Hi tamen duplici via poſſent à reſtitutione excuſari iuxta citatos, & præſertim Orellanam. Prima eſt, ſi fecit formale, & expreſſum pactum accuſandi, ita tamen, vt ad reſtitutionem non teneretur. Secunda, ſi de eodem fecit virtuale pactum, aut habuit intentionem virtualem: quod ex qui-* C *buſdam circumſtantiis non reducibilibus ad artem, ſed arbitrio prudentis relinquendis colligere licebit: & ex vſu, & quia rari ſunt, qui has pœnas reſtituant, quando non accuſantur, & confeſſarij rarò ſolent pœnitentes aſtringere ad hanc reſtitutionem.* Hæc Petrus Ledeſmius; ex quo habemus, præter rigorẽ iuris (quem nos contra illum tenemus) non obligare ad reſtitutionem alias duas vias, quibus illi ex pacto implicito, vel explicito à reſtitutione liberantur.

Vnde ſine ſcrupulo poſſumus nõ obligare præ- 103
dictos accuſatores, vel iudices negligentes ad reſtitutionem pœnarum: & de reo non dubito, quin ſit liber à reſtitutione pœnæ, ſi negauit delictum iuridicè interrogatus: quod probabilius cenſet D Petrus Ledeſmius eod. tract. cap. 24. poſt 6. concl. citans Orellanam, & communem Thomiſtarum: idque probat, quia leges pœnales non obligant reum ad pœnam, ante ſententiam iudicis, quomodocumque ea impediatur: iudex autem, & teſtis tenentur reſtituere pœnam: quia iudex paſſiuè ſe habet, nec tenetur ex iuſtitia concurrere ad ſuam punitionem: ſed ex obedientia debita iudici, & ſuperiori, à quo iudice interrogatur: & ideò ſufficit pati, vel ſoluere pœnam, cùm condemnatur: at verò iudex, & teſtis debent ſe habere actiuè tãquam miniſtri iuſtitiæ, ideò ſi iudex ſua negligentia impediat pœnæ exactionem, tenetur ſecundùm probabiliorem ſententiam reſtituere.

E Idem de teſte eſſe probabile, docet ibidem, & 104
cap. 25. poſt 7. concl. diffic. 11. vbi tamen probabilius cenſet oppoſitum, cùm Orellana, Bannes, & communi Thomiſtarum: & probat, quia teſtis tũc non peccat contra iuſtitiam commutatiuam accuſatoris, vel fiſci, cui applicãda eſt pœna, eo quòd pœna illa ſolùm debetur acuſatori ex iuſtitia remuneratiua accuſationis, & reo debet imponi ex iuſtitia vindicatiua: ergo non tenetur ad reſtitutionem: ſicut nec homicida tenetur reſtituere debita

Digitized by Google

bita creditoribus defuncti, quia non tenebatur ex iuſtitia commutatiua erga illos, abſtinere ab homicidio: ſed ex iuſtitia cõmutatiua erga occiſum: iudex autem, & alij miniſtri iuſtitiæ ex iuſtitia cõmutatiua tenentur procurare, vt pœna applicetur fiſco, vel alteri, cui per legẽ aſſignata eſt: & ideò, ſi id omittat, tenentur reſtituere. Hæc in ſumma, & ferè in verbis ait Petrus Ledeſmius, & ſimiliter, quòd iudex per iniquitatem non condemnans in pœnis lege decretis teneatur ad earum reſtitutionem tenet Aragon 2.2.quæſt.62.ar.7.§.his tamen, licet de reo negante crimen, de quo iuridicè interrogatur, contrarium ſentiat, & ſimiliter Bannes 2.2. q.62.art.3.quæſt.67.art.4.q.69.art.2.ait, iudicem & fiſcalem teneri ad reſtitutionem pœnæ, nõ autem reum, vel teſtem, in illis euentibus.

105 Sed probabilius mihi eſt, vt dixi, neminem eorum, de quibus actum eſt, teneri ad pœnæ reſtitutionem. Quod expreſſè tenet Leonardus Leſſius lib.2. de virtutibus cap.13.dub.10. num.72. & 73. vbi ait, *difficultas eſt, ſi pœna ſit conſtituta in eos, qui certo loco venantur, lignantur, paſcunt, aut certas merces exportant, aut important, aut vectigal non ſoluunt, an custodes diſſimulantes, aut non accuſantes, teneantur eam compenſare? Quidam putant, teneri: ita Petrus Nauarra l.3. cap.4. num. 142. Salon quæſt.62. art.7. controuer.5. colligitur ex Soto lib.5. quæſt.6. art.6. in fin. 4. ſolutionis, &c. Hæc ſententia probabilis eſt. Verius tamen videtur, hos custodes non teneri mulctam dependere, quæ delinquentibus irroganda eſſet. Ita Nauarrus cap.25. num.34. Sylueſter reſtitutio.3. quæſt.5. idem tenuit S. Bernardinus teſte Sylueſtro, & Nauarro. Ratio eſt, non quòd pœna non debeatur ante ſententiam, vt velle videtur Nauarrus. Non enim hic agitur de ſolutione pœnæ; ſed de damno dato, vel commodo contra officium neglecto: ſed quia custodes huiuſmodi non tenentur ex iuſtitia accuſare, vt dominus, vel Reſpub. ditetur mulctis, ſed ſolùm, vt damna impediantur, & vectigalia ſoluantur: officium enim illorum non eſt mulctas procurare, ſed vectigalia recipere, & res ſuæ custodiæ creditas indemnes præſtare. Leges quoque pœnales commiſſoriæ non ſunt factæ, vt Reſp. ex pœnis locupletetur, ſed vt leges ſeruentur, & ſubditi officium præstent. Vnde neque procurator fiſcalis non accuſans, neque iudex non condemnans in tali caſu, tenentur ad pœnæ illius compenſationem.*

106 Nona difficultas eſt, an ſtatim poſt latam ſententiam cõfiſcationis teneatur reus illam exequi, & bona deferre fiſco. Ita ſignificat Sotus 1. iuſtit. quæſt.6. art.6. concl.5. Ioannes Medina, Corduba, Simancas, & alij, cùm agunt de confiſcatione. Sed oppoſitum tenet Couarruuias 2.4.cap.6.§.8.num. 10. cum Decio cap.1. de conſt. num.10. contra Felinum ibi num.43. & Baldum l. id quod pauperib. C. de epiſcop. & cler. quæſt.9. Malè Couarr. pro ſe citat Caiet. 2.2. quæſt.62. art.3. & Adrian. quodlib. 6. art.1. corol.3. ipſum tamen Couarruuiã ſequuntur quidam recentiores hîc, probantes, quia illa pœna eſt grauiſſima, & ille modus executionis nimis arduus; & quia in cap. cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6. non imponitur hæc poſitiua obligatio; ſed fiſco datur poteſtas auferendi omnia à die commiſſi delicti poſt ſententiam declaratoriam: & quia hæc eſt communis praxis, & conſuetudo.

Si quis enim ſimpliciter condemnetur ad leuiorem pœnam pecuniariam, ſatis eſt ſoluere, cùm petetur: ſi autem condemnetur, vt ipſe afferat, tenetur ſponte offerre, ſicut tenetur ieiunare, vel quid ſimile facere, cùm ad id per Eccleſiam condemnatur.

Si autem reus ante ſolutionem huius pœnæ moriatur, tenebitur hæres eam ſoluere, Bartolus l. id quod pauperibus, C. de epiſc. & cler. quæſt.9. Caſtro 2. de lege cap.3. ex l. ſi pœna, ff. de pœnis.

*Morte finiuntur delicta quoad humanum forum.*

Si autem reus ante latam ſententiam moriatur, poſteà damnari non poteſt, regulariter loquendo: nam morte finiuntur delicta quoad humanum forum, l. 1. cum ſequentib. C. ſi reus vel accuſator moriatur, l. is qui in reatu ad legem Iuliam maieſtatis, l. contra pupillum, §. is qui ad maius, de re iudic. l. ſi pœna, ff. de pœnis, cap. ex epiſtola, c. quorundam 23. diſt. D. Thom. 2.2. quæſt.104. artic.5. Simancas in Cathol. inſt. tit.18. num.2. In illa autem l. 1. cum ſequentibus excipiuntur aliqua atrocia, & grauiſſima delicta: inter quæ maximè excipi debet hæreſis, vt docet Simancas ſuprà, nu.5. & 6. & Caſtro 2. de iuſta hæret. puni. cap.19. & textus in cap. accuſatus, de hæret. in 6. §. in eo verò: itaque aduerſus hæreticum inquiritur etiam poſt mortem, & ſi de eius hæreſi planè conſtiterit, condẽnatur, ac ſi viuus eſſet, bonaq; illius cõfiſcantur, & ab hæredibus auferuntur, niſi per quadraginta annos ea præſcripſerint, c. ſi quis de præſcr. in 6. declaratus excõmunicatus, & iterum excõmunicatur, quod attinet ad operationes viuentium, vt pro eo non fiant preces, neque oblationes, nec in loco ſacro ſepeliatur, d. cap. accuſatus, §. in eo de hæret. in 6. cap. à nobis, 2. de ſent. excom. cap. ſanè profertur 24. quæſt. 2. l. Manicheos, C. de hæreticis, Caſtro cap. cit. & ſequentib. Simancas illo num.6. qui etiam num.12. dicit, contra memoriam defuncti procedi in effectu non poſſe, niſi per legitimas probationes de eius hæreſi pertinaciter aſſerta cõſtiterit, & pleniorem, atque clariorẽ probationem exigi contra defectum, qui ſe defendere nequit, & num.13. ſi de hæreſi ſuſpectus lite pendente moriatur, ſcilicet cum ſuſpenſione pertinaciæ, iudices poſſe cauſam peragere, vt vel abſoluant eum, & eius hæredes, vel famam & memoriam condemnent. Multa alia in illo reperies.

*Aduerſus hæreticum poſt eius mortem inquiritur.*

## SECTIO VIII.

*Vtrùm lex obliget iudicem ad imponendam pœnam lege præſcriptam.*

SVadetur pars negans, quia pœna ſolùm videtur ſignari in lege ad inſtruendum iudicem, non ad obligandum illum, ſed reum: ergo ſaltem vbi nõ fuerit expreſſa, non erit talis obligatio. Confirmatur, alioqui nõ liceret interpellare pro reo, rogando iudicem, vt remittat pœnam; contra communem vſum timoratorum, & religioſorum: quem fuiſſe à ſanctis Patribus obſeruatum, conſtat ex Sozomen. 1. hiſtor. cap.13. vbi de S. Antonio loquitur, & de D. Ambroſio refert Nicephorus 7. hiſto. cap.24. & de antiquis monachis refert Caſſianus collect.14. cap.4. cõſtat denique ex Auguſtino epiſt.54.127.158. & ſequentib. & refertur in decretis 23. quæſt.5. cap.1. & ſequentib. 106

Reſpondeo tamen, huiuſmodi lege obligari iudicem, vt puniat reum ſufficienter de crimine cõuictum, communis cum D. Thoma 2.2. quæſt.60. art.5. & quæſt.63. art.4. ad 3. Ariſtot. 5. ethic. ca.6. & 5. polit.

Digitized by Google

3.polit.cap.10. Auguſtinus lib. de vera relig.c.31. refertur cap. in iſtis diſt.4. *Non licet*, inquit, *iudici de legibus iudicare, ſed ſecundùm ipſas*. Gregorius cap. ſummoperè 11. quæſt.3. *diuina & humana lex reuoluatur, & ſecundùm quod ibi definitum eſt, feratur ſententia:* ratio eſt, quia lex pœnalis eſt vera lex, & quatenus imponit pœnam, magis refertur ad iudicem quàm ad reum: adeò vt Caſtro ſuprà dixerit, ſolùm habere rationem reſpectu iudicis: quia antequàm ipſe iudicet, non obligat reum in conſcientia regulariter loquendo: ergo neceſſe eſt, vt ſaltem iudicem obliget ad imponendam pœnam, & aliàs in ordine ad hunc effectum valde eſſet inefficax: ergo obligat iudicem, ſiue expreſsè ſiue tacitè, & ex natura rei ad ipſum dirigantur verba. Ante legem ſolùm tenetur iudex æquitatem naturalem in pœna ſeruare: poſt legem tenetur ex legali æquitate taxatam pœnam imponere: ſed ſi pœna ſit impoſita, vt incurrenda ipſo iure, ferenda ſententia eſt declaratoria criminis, & exequendo pœnam: ſi verò non erat ipſo iure incurrenda, condemnando formaliter ad illam, & exequendo: ergo inutilis eſſet condemnatio ſine executione.

Aduerte quòd ſecundùm aliquos, vt in pœnam nō incidat iudex iuxta terminū poſitū à lege, non ſolùm eſt manifeſta obligatio iuſtitiæ legalis, & proprij muneris reſpectu Reip. ſed etiam commutatiuæ reſpectu rei: ergo nō poteſt à reo iuſtè exigi plus quàm debeat, ſicut ab aliis debitoribus: poſita autem lege taxante talem pœnam, reus non ſit debitor maioris: ergo quicquid vltrà inferatur mali, non eſt pœna, ſed iniuria: vnde iudex tenebitur reſtituere damnum, vel nocumentum, quia iuſtitia commutatiua obligat ad reſtitutionem. Dices, lex taxans pœnam non excludit iudicis arbitrium, vt ſi ratione circumſtantiarum viderit reum eſſe dignum grauiori pœna, debet illā augere: quod vſu etiam obſeruari videtur. Reſpondent canoniſtæ ad hoc, præcipuè poni pœnas in legibus, vt non maneant arbitrariæ, ſicut taxantur pretia rerum, vt tollatur arbitraria æſtimatio: ſi tamen delictum habuerit extraordinarias circumſtantias, quæ illud atrox, vel grauiſſimum reddant, poterit iudex illas ſpecialiter punire, quia dignæ ſunt ſpeciali pœna: nec hoc excludi per legē, quæ loquitur de delicto, vt ordinariè committi ſolet: vt non excluditur prudentia ad bonum commune, & aliorum exemplum neceſſaria.

Circa diminutionem verò pœnæ aduerte ſecundò, quando pœna cedit in vtilitatem temporalem fiſci vel alterius, ſecundùm aliquos interuenire obligationem non ſolùm legis: ſed etiam iuſtitiæ ad non minuendum illam, quod maximè verum putant, ſi talis pœna ipſo facto per legem impoſita ſit: nam ſtatim acquiritur ius alteri, maximè poſt ſententiam declaratoriam criminis, idque in iuſtitia illi fit, ſi tali iure punitur. Idem exiſtimant, etiamſi pœna legis nō ſit ipſo facto, quia aliquod ius acquiritur, & iuſtè à iudice poſtulatur, vt illud ſeruet, teneturque ex officio reddere illi ius: ergo in illum iniuſtus eſt, ſi talem pœnam ei non applicet: ſed iam ſuperius vidimus eſſe valde probabile, iudices non teneri ad reſtituendas pœnas, ad quas per iniquitatem non cōdemnant, etiamſi ſint impoſitæ ipſo facto: quādo verò pœna tantùm eſt vindicatiua, vel corporalis, conſtat non intercedere hoc genus iniuſtitię reſpectu tertij, quamuis minuat, non tamen licet: primò quia

A eſt contra commune bonum, atque adeò contra legalem iuſtitiam, quòd delicta maneant impunita, aut non ſatis punita, quia eſt moralis occaſio, vt multiplicentur: ſecundò, quia iudex ex officio ſuo, ac proinde ex iuſtitia tenetur ſeruare leges iuſtas, quæ ad bonum commune ordinantur: imò facere & procurare, vt ſeruentur: lex autem quatenus imponit iuſtam pœnam, iuſta eſt, & ad commune bonum neceſſaria: ergo tandem dici poteſt, Remp. acquirere ſpeciale ius in talem perſonam delinquentem, vt ab illa ſumat iuſtam vindictam: ergo non poteſt voluntate iudicis tali iure puniri.

Solet hæc doctrina limitari, vt locum non ha- 108
B beat in iudicibus ſupremis, Pontifice, Rege, &c. quia illis licitum eſt pœnam remittere; legiſtæ l. nulla iuris ratio ff. de legibus: quod quidem in externo foro facilè admittetur: quia princeps impunè id facit; inferior autem iudex puniri ob eam cauſam poterit, ſi in caſibus non promiſſis faciat: at in foro conſcientiæ videtur difficilis illa differentia, & ita Sotus ſuprà indifferenter de vtroque loquitur; quia vel eſt ſermo de remiſſione ex ſola voluntate ſiue cauſa, vel ex cauſa iuſta: prior etiam principi non licet, quia lege iuſta obligatur quoad vim directiuam; poſteriori autem modo etiam inferior iudex poterit interdū remittere pœnam,
C l. quod ergo §. pœna graui ff. de his qui notantur infamia, vbi gloſſa varias recenſet cauſas legitimæ remiſsionis, quas tractat etiam Felinus c. qualiter, & quando §. ad corrigendos de accuſat. vt ætas ſenectutis, vel pueritiæ ad pœnam tollerandam inſufficiens, l. Diuus Adrianus ff. de termino amato, l. auxilium ff. de minoribus, ibi *niſi miſeratio ætatis ad mitiorem pœnam perduxerit* &c. pœna autem pecuniaria cauſa remiſsionis ſolet eſſe paupertas, l. illicitas §. vlt. ff. de officio præſidis. Multùm etiam refert modus probationis: nam ſi reus non eſt omninò conuictus, temperanda eſt pœna: item conſiderandus modus peccandi, vt ſi ex paſſione, &c. l. abſentem, ff. de pœnis, de qua re la-
D tiſsimè Tiraquellus tract. de pœnis temperandis.

Reſpondeo, vtrumque quidem verum eſſe, ſci- 109
licet & inferiores iudices poſſe iuſtis de cauſis temperare pœnas, & Principes non poſſe mero arbitrio, & ſine vlla prorſus cauſa indulgere peccantibus: nam ſine dubio eſſet magnū Reip. nocumentū: faciliùs tamen hoc poteſt facere Princeps quàm iudex inferior: nam hic ſolùm poteſt in caſibus expreſsis, vel conſuetudine receptis, aut per modum epieiceiæ, quando non eſt facilis recurſus ad ſuperiorem. Princeps verò habet ſupremam poteſtatem & ad interpretandum legem, & ad di-
E ſpenſandum ex cauſa rationabili, vnde inferior vix poteſt minuere pœnam, niſi quando tenetur: Princeps autem ſæpe poteſt diſpēſare, etiamſi non teneatur, vnde aliquando poteſt iuſtè id facere in gratiam ſubditorum, vt ſe illis oſtendat benignū & liberalem, & animos eorum erga ſe conciliet, ſicut dicitur de conceſsione indulgentiarū, & in gratiam alterius Principis id procurantis: nam hæc beneficentia mutua neceſſaria eſt, & redundat in bonum cōmune, & propter vtilitatem perſonæ, & alias ſimiles rationes: poteſt etiam antecedenter concedere priuilegium immunitatis à tali pœna, quod non poſſunt iudices.

Cauendum, ne remiſsio pœnæ redūdet in damnum tertij, vt de pœna pecuniaria dicit, & tunc interce-

intercedendum neceſſe eſt: vt enim dixit Ambroſius 3. off. cap. 9. ſi non poteſt vni ſubueniri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuare, quàm grauare alterum: ideóque ſubdit, in cauſis pecuniariis interuenire non eſt ſacerdotis, quia frequenter fieri non poteſt, quin alter lædatur: ſacerdotis ergo eſt nulli nocere, & prodeſſe velle omnibus, poſſe autem ſolius Dei eſt cap. denique 14. quæſt. 5. vnde Auguſtinus ſuprà in huiuſmodi caſibus inquit, non cum iudice, ſed cum alio tertio intercedendum eſſe, vt remittat pœnam in aliis pœnis, quæ tantùm ad bonum commune ordinantur: habenda eſt etiam ratio boni communis: nam ſi delicta ſunt frequentia, vel delinquẽs obſtinatus eſt, vel incorrigibilis, aut ſcandaloſus, vitanda eſt interceſsio Exod. 23. *Pauperis non miſereberis in iudicio*, ſcilicet contra commune bonum, D.Thomas 2. 2. quæſt. 63. 4. 3. Duo ergo iuſtè poſtulari poſſunt, vnum, vt ſi res fuerit aliquo modo dubia, mitior interpretatio fiat: id enim & rationi, & iuri conſentaneum eſt, cap. in pœnis de regulis iuris in 6. ca. cùm allegatur 26. quæſt. 7. vbi Chryſoſtomus, *melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem*, vbi gloſſa limitat, *niſi reus obſtinatus ſit, & incorrigibilis, & ſpem emendationis non præbeat*: tunc enim etiam in caſu arbitrario rigore potius quàm benignitate vtendum: ſecundò, vt ait Auguſtinus ſuprà, generatim peti poteſt, vt tantùm de pœna remittat, quantùm intra latitudinem iuſtitiæ fieri potuerit, ſiue in grauitate pœnæ, ſiue in modo, aut tempore eius, vel aliis circonſtantiis, quæ frequentius ex voluntate iudicis pendent.

*Sacerdotis eſt nulli nocere & prodeſſe velle omnibus.*

## SECTIO IX.

*Vtrum ignorantia excuſet à pœna legis.*

110 DVpliciter poteſt quis excuſari à pœna legis, vel quoad executionem, vt quando delinquens contraxit tolli debitum pœnæ; ſeu propter paupertatem, vel debilitatem virium, aut alias ſimiles cauſas non mãdatur pœna executioni, ſed remittitur, vel cõmutatur, vt ſectione præcedenti; vel quoad reatum, quod potiſſimè & frequentiùs fit obligatio, de qua multa dicta ſunt in tract. de voluntate, & de bonitate & malitia, & de peccatis. Pauca hîc addam. Ignorantia culpabilis, lata, leuis, & leuiſſima aliter apud Theologos, aliter apud Iuriſperitos interdum vſurpatur, Couarruuias latè regula poſſeſſor, parte 2. §. 7. numero 7.

*1. Reg.* Prima regula, omnis ignorantia, quæ excuſat factum, ne peccatum ſit, excuſat à pœna in vtroq; foro; eſt communis ca. 2. de conſt. Caſtro 1. de lege pœnali cap. 14. Tiraquellus 1. de vtroque retractu. §. 35. gloſſa 4. num. 27. referens alios. Probatur ex dicto cap. 2. de conſt. dicente, *quod culpa caret in damnum vocari non debet*; fauet regula ceſſante cauſa, ceſſat effectus, cap. cum ceſſante de appell. probatur etiam ex cap. penult. de cleric. excomm. miniſtrante, cap. vt animarum de conſt. in 6. capit. propoſuiſti diſt. 13. ignorantibus non eſt venia deneganda, & l. vlt. ff. de decretis ab ordine faciendis, dicitur pœnã non imponi propter ignorantes, ſed propter ſcientes. Ratio à priori, quia lex iuſta

*Quod culpa caret in damnum vocari non debet.*

A non imponit pœnam, niſi ob culpam, qua ablata pœna non eſt pœna: ſtatim verò occurit inſtantia de lege purè pœnali. Reſpondeo, illa pœna eſt impropriè dicta, & prętereà requirit ſaltem actu volũtarium: hæc autem ignorãtia, vt ſufficiat excuſare actum prohibitum, debet illum reddere inuoluntarium; ideò excuſat etiam à pœna. Eadem limitatio adhibenda de irregularitate, vel alio ſimili impedimento, quando non eſt propriè, & in rigore pœna, ſed ponitur in decentiam, tunc enim non requiritur culpa: bene tamen quando actus ſit voluntarius, niſi aliud in lege ipſa ſit expreſſum, vt in materia de irregularitate.

Sed licet hæc regula in ignorantia communiter recepta ſit in vtroque foro: tamen in ignoran-
B tia iuris habet nonnullam dubitationem: nam aliqui negant ignorantiam iuris excuſare, gloſſa cap. quiuis de conſecrat. diſt. 4. num. 8. fauet regula 15. iuris in 6. *ignorantia facti, non iuris excuſat*. Nihilominus regula poſita proportionaliter in ignorantia iuris verum habet, vt latè Caſtro 1. de lege c. 1. ad finem, & lib. 2. ca. 14. Soto 4. diſt. 3. art. 3. & diſt. 22. q. 1. art. 2. Couarruuias regula poſſeſſor parte 2 §. 7. num. 7. Probatur; quia contraria ſententia vel fundatur in hoc, quòd ignorantia iuris nequit eſſe inuincibilis, vel in hoc, quòd etiãſi inuincibilis ſit, non excuſat à pœna: neutrum dici
C poteſt, ergo. Minor quoad priorem partem clara eſt in iure poſitiuo humano, vel diuino, & in iure naturali etiam ſuprà oſtendimus, dari aliquando ignorãtiam inuincibilem. Ratio omnium eſt; quia ſæpe homo per ſe non valet ſcientiam omnium legum ſeu præceptorum conſequi, & ſæpe etiam deſunt occaſiones ad comparandam illam notitiam ſiue hominis culpa & volũtate, ſiue quia non habuit vnde, aut quomodo excitaretur ad illã notitiam procurandam. Altera pars probatur, quia ignorantia inuincibilis etiamſi iuris ſit, excuſat à culpa, quia reddit inuoluntariam tranſgreſſionem legis; ergo & à pœna. Contingit autem eundem actum prohiberi lege diuina & humana, & hanc ignorari inuincibiliter, non illam: tunc probabile
D eſt, ignorantiam non excuſare à pœna legis humanæ: tamen excuſat à parte culpæ, quo ſenſu Scotus loquutus eſt. Ratio eſt, quia lex humana etiam tranſgreſſores diuinæ legis punire intẽdit, ſicque rebaptizans eſt irregularis, licet ignoret legem Eccleſiaſticam de irregularitate, aut etiam prohibentem baptizare. Excipe cenſuras, quæ non contrahuntur, quando lex eccleſiaſtica inuincibiliter ignoratur, etiam ſi actus ſit cõtra legem Dei; quia requirunt contumaciam, ex cap. vt animarum, de conſt. in 6. Igitur illa regula iuris, ſi ſumatur in foro conſcientiæ, debet intelligi regulariter, ſeu frequenter, quia ignorantia iuris rarò eſt inuincibilis, vnuſquiſque enim tenetur ſcire leges ad ſe pertinentes, vt tradit D. Thomas 1. 2.
E quæſt. 76. art. 4. ſumitur ex cap. 1. de conſt. & ex l. leges ſacratiſſimæ C. de legibus, & ex l. conſtitutiones C. de iuris & facti ignorantia. Si autem in foro externo, vt facilius proponitur, intelligitur ſecundùm conſumptionem iuris, & tamen ſi illa ignorantia ſufficienter probetur eſſe inculpabilis, etiam in illo foro excuſabit à pœna propter iura pro aſſertione citata, quæ indifferẽter loquuntur: vnde etiamſi lex ponat pœnam ipſo facto ante omnem declarationem, non tenetur quis illam implere, antequàm per iudicem condẽnetur, quia



Digitized by Google

A deficit in probatione, & ipſe ſit certus in cõſcientia licet, exterius tenetur tamen parere in conſcientia.

111 2. regula. Secunda regula, quando ignorantia non excuſat à culpa graui, propter quam pœna lata eſt, non excuſat ſimpliciter à pœna, niſi in lege addatur verbum, quod ſcientiam aut dolum requirat. Prima propoſitio ab omnibus recepta eſt, Panorm. cap. 2. de conſt. vbi Decius lect. 1. num. 8. Felinus num. 4. Batholus l. quod Nerua ff. depoſiti num. 2. & alij relati, & referendi: ſumitur ex l. 1. ff. de legibus, vbi dicitur, non ſolùm ſcientes, ſed etiam ignorantes eſſe tranſgreſſores legis, quod intellige de ignorantia craſſa, quæ non excuſat omninò B à culpa, ideò nec à pœna. Dixi, ſi non excludat culpam propter quam poſita eſt pœna; quia interdum non excuſat ab omni culpa mortali: nihilominus excuſat à pœna, quia excuſat à ſpeciali grauitate, quam reſpicit pœna; vt ſi quis adulterium inuincibiliter ignorans matrimonium complicis, quamuis ſciat eſſe non ſuam, excuſabitur à pœna poſita contra adulteros; quia non eſt adulter, ſed ſimplex fornicator: ſimiliter ſiquis occidit ſcienter hominem, ignorans eſſe clericum, non incidit in canonem, ſiquis ſuadente, quia non eſt ſacrilegus.

112 Quæres an hîc ignorantia craſſa ſaltem minuat pœnam: eſto, non excuſet à tota. Reſpondeo, C totum damnum reſtituere debet, l. quod Nerua ff. depoſiti, l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, Tiraquellus tract. de pœnis temperandis cauſa 14. quia illa obligatio naſcitur ex iuſtitia commutatiua, quæ reſpicit æqualitatẽ rei ad rem. De pœna verò ſi lege lata eſt, non minuitur ſecundùm aliquos: quia lex ipſa infligit pœnam, & non minuit illam: ergo nec reus auctoritate ſua poteſt diminuere, tum quia ad hoc requiritur poteſtas publica, tum quia exſtat ſuſpectus diſpenſator in propria cauſa: quin potius probabile exiſtimant, quoties lex ponit pœnam ipſo facto, quamuis requirat declarationem iudicis, non eſſe in poteſtate eius diminuere pœnam, ſi abſolutè per ſententiam D declaret ut reum commiſiſſe delictum, quia tunc ipſe non imponit pœnam, ſed legiſlator: & fortè hæc eſt vna de potiſſimis differentiis inter ſententiam declaratoriam, & condemnatoriam, atque ita videmus vſu ſeruari in pœna confiſcationis. At verò quando eſt imponenda per iudicem, poſſet per eundem moderari. Hæc illi: cæterùm exiſtimo, iudices poſſe minuere pœnam lege præſcriptam, etiamſi lex dicat ipſo facto incurri, quia ignorantia excuſat à parte culpæ: ergo debet lex excuſare à pœna, niſi lex dicat etiam ab ignorantibus eam pœnam incurri, aut incurrendam eſſe.

113 E Corol. Ex hac regula colligitur, ignorantiam pœnæ irregularitatis non excuſare eiuſdem pœnæ reatũ: latè Couarruuias ſuprà contra multos (vt ipſe ait) iuriſperitos. Ratio eſt, quia ignorantia pœnæ, quãtumcumque ſit amens, non excuſat à culpa, vt cõſtat: quia, vt lex obliget, non requiritur adiectio pœnæ, ergo nec à pœna: quia non ceſſante cauſa, non ceſſat effectus, & quia illa ignorantia ad ſummum facit, vt illa pœna non ſit voluntaria: hoc autem nihil refert, quia pœna potius poſtulat, vt inuolũtaria ſit. Sic Deus punit æterna pœna, etiam eos qui ignorabunt eam peccatis ſuis deberi, & ab hominibus ſuſpenditur latro, etiam qui pœnam ignorauit.

Dixi regulariter propter cenſuras, præſertim excommunicationis, de quibus eſt magna controuerſia, an ignorantia cenſuræ excuſet illam, quam nolumus nunc definire, nam ratio contumaciæ requiſitæ poteſt ibi eſſe ſpecialis ratio.

Intelligendum hoc per ſe: nam ſi ignorantia pœnæ redundet in obligationem legis: quia nimirum homo putat legem, quæ non imponit pœnam grauem, non inducere grauem obligationem: ignorantia excuſat culpam, ac proinde pœnam.

Secunda pars aſſertionis poſita eſt propter quaſ- 114
dam leges, quæ expreſsè addunt verbum ſcienter, vel aliud æquiualens, quæ dolum requirunt (vt Iuriſtæ loquuntur) vt qui temerariè hoc fecerit, qui præſumpſerit, &c. circa hanc ergo partem errauit gloſſa cap. vlt. de offic. deleg. verbo *ſcientes*, quæ dicit non obſtante tali forma legis incurrere pœnam eius eum, qui ex ignorantia craſſa ipſam violat. Idem Tiraquell. tract. de pœnis temperandis c. 13. num. 22. & alij ex l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, quæ dicit, ignorantiam craſſam æquiparari dolo: ratio poteſt eſſe, quia non excuſat grauem culpam contra talem legem. Sed ſecũda pars aſſertionis certa eſt, & pro cenſuris neceſſaria: quam ſequuntur omnes, præſertim Caietanus, verbo excomm. explicando ferè ſingulas excommunicationes, & Nauarrus capite 27. paſſim.

Probatur, quia pœnæ, vt in iure dicitur, leniendæ ſunt potiùs, quàm exaggerandæ, cap. pœna de pœnit. diſt. 1. ex ſimili l. ff. de pœnis: ſed quando lex addit talia verba, ipſamet moderatur pœnam, nec vult illam incurri, niſi pactum habeat talem circumſtantiam: ergo ſine illa non incurritur. Confirmatur, quia licet ignorantia non excuſet à culpa mortali, tamen excuſat modum, & ſpeciem declaratoriam pacti, quam pœna reſpuit, ſatis eſt, vt excuſet pœnam, quia reuera tollit cauſam eius. Ita verò eſt in præſenti: nam peccare ex certa ſciẽtia eſt circumſtantia, quæ multùm agrauat culpã, vel iniuriam, quam grauitatem reſpicit lex, quando illa verba addit. ergo, &c.

Ita ad rationem in contrarium: ad illam verò Fol. 6.
legem reſpondeo, reuera, & in conſcientia, & quoad grauitatem, ſolam ignorantiam affectatam æquiparari ſcientiæ: quia ſola inducit voluntarium directum, notat gloſſa ex textu ibi ſatis expreſſo, cap. nos de tempo. ord. in 6. lex ergo illa ciuilis intelligenda eſt de æquiparatione non in culpa vel pœna, ſed in obligatione ad reparãdum damnum inde ſubſecutum: nam qui negligenter vel ignoranter craſsè ſeu notabiliter exercet miniſterium ſuum, tenetur reſtituere damna ſecuta, non minùs quàm ſi certa ſcientia feciſſet, quod etiam bene explicuit gloſſa l. in actionibus verbo non etiam ff. de in litem iurando.

Tertia regula, ignorantia, quæ excuſat culpam mortalem, licet non excuſat venialem, excuſat à pœna graui legis, Soto 3. iuſt. quæſt. 1. art. 9. ad finem, Medina quæſt. de neceſſitate ſeruandi ieiunium: quia talis ignorantia tollit cauſam, & fundamentum talis pœnæ, quia pœna grauis non ſolet poni per leges humanas, niſi ob culpam mortalem. Confirmatur, quia ſi ignorantia tollat reatum pœnę, licet non tollat culpam mortalem, impedit pœnã: ergo à fortiori ſi tollit culpam mortalem



Digitized by Google

talem, tamen relinquat venialem. Confirmatur, quia leges humanæ non ſolent ita punire culpas veniales, præſertim illas, quæ non fiunt voluntate directa; quales ſunt, quæ non fiunt ex ignorantia illa: vnde talis actus nec perfectè voluntarius, nec perfectitius eſt: meritò ergo excuſabit à tali pœna; ſecus ſi pœna eſſet leuis poſita ob venialem culpam. De hoc plura in materia de cenſuris, & irreg.

## SECTIO X.

*Vtrum leges de ſoluendis tributis ad modum pœnalium ſeruanda.*

115 De tributis agitur 2. 2. quæſt. 62. & 63. Nota ex Nauarr. infrà, tributum generaliter ſumptum eſſe quemuis redditum, ſeu penſionem, quæ alteri ex iure aliquo ſoluitur, ſiue ius priuatum ſit, ſiue publicum: ex vſu tamen accómodatur ſignificare publicam penſionem, quæ ad regis, vel Reip. ſumptus certa lege perſoluitur: ſicut etiam vectigal & priuatum, & publicum cenſum ſignificare poteſt, l. vectigalia ff. de publicanis, & vectig. cum ſimilibus: tamen communi vſu pro publico ſumitur. Reale dicitur, quod pro rebus immobilibus de facultatibus earũ quotannis ſoluitur: quomodò decimæ Eccleſiæ poſſunt dici tributa realia, quãuis nec tributa dici ſoleant, nec de illis nunc diſſeramus. Solent verò hæc tributa præcipuè ſolui Regibus, & Principibus ex agris, aut terris, quæ ad eorum ſubſtantiam illis à principio applicatæ fuere: ipſi verò in emphyteuſim, aut in feudum aliis ea donarunt ſub certa penſione annua, quæ in iure ciuili ſolet canon appellari, quia certa lege & regula præſcripta erat, l. 1. C. de indict. & hæc tributa, vt inquit Nauclerus, ſunt maximè naturalia, & per ſeſe iuſta, quia ſunt de rebus propriis, & in cõtractu iuſto fundata. Perſonalia tributa dicũtur, quæ ratione tãtùm perſonæ ſoluuntur, & vocãtur cenſus, etiam Mat. 17. & capitationes, quæ præſcriptæ ſoluuntur, vt gabellæ, quæ ſoluuntur de rebus emptis aut venditis: vectigalia de rebus, quę tranſportantur, quæ dicuntur etiam pedagia, guedagia, portoria, & ſimilia: de quibus gloſſa capit. ſuper quibuſdam de verb. ſignif. Syluester gabella, in principio, Nauarrus cap. fraternitatis à num. 41. De his poſterioribus tributis ſub nomine pedagij, dicitur cap. quamquam de cenſibus verb. regulariter, eſſe in iure reprobata: nõ quia ſemper iniuſta ſint, ſed quia ſolent eſſe ſuſpecta. Hæc tributorum varietas quoad præſens ſpectat, materialis eſt; ſumitur enim vel ex rebus ſuper quas imponuntur, vel ex fine, & cauſa impoſitionis: obligatio autem eadem eſt in omnibus, ideò de illis generatim loquamur.

116 His ſuppoſitis de genere, prima opinio, quæ cõmunior videtur, eſt, leges tributorum, quamuis ad pœnam non obligent ante condemnationem, & exactionem, tamen ad ipſa tributa ſoluenda per ſe, ſtatim obligare, etiamſi nec exigãtur, nec petãtur, ſed vltrò offerenda eſſe, Gabriel 4. diſt. 15. qu. 5. art. 2. Antoninus 2. parte tit. 1. ca. 13. Syluester verbo gabella quæſt. 8. Medina de reſtitut. quæſt. 13. & ſequentib. Caſtro 1. de lege pœnali cap. 10. versùs finem, Corduba in ſumma quæſt. 95. hoſtienſis 3. ſumma tit. 1. ca. 13. de cenſibus §. ex quibus cauſis, Panormitanus cum aliis in cap. innouamus de cenſibus, Couarruuias regul. peccatum parte 2. §. 5. num. 5. vbi ideò obligat mercatores vendentes, ementes, & tranſportantes merces ad ſe manifeſtandum, & offerendum publicanis, & exactoribus. Fundamẽtum eſt, quia tributũ non eſt pœna, ſed verum debitũ fundatum in vero titulo iuſtitiæ: quiſquis autem tenetur ſoluere debitum ſine vlla coactione, vel exactione, imò licet occultum ſit, tenetur manifeſtare creditori, vel ſoluere: vnde Math. 17. *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*; ſcilicet tributa, vt omnes intelligunt, & Rom. 13. reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, &c. Item tributa ſunt velut ſtipendium iuſtum, quod Regi datur propter miniſterium, & expenſas neceſſarias ad defendendam, & gubernandam Remp. Dignus autem eſt mercenarius mercede ſua, nec alligandum os boui trituranti: eadem ratione decimæ debentur, licet non petantur, quia ſunt iuſtum ſtipendium & debita ſuſtentatio miniſtrorum; Rex autem eſt miniſter Dei pro Rep. Rom. 13.

117 *2. opinio.* Secunda opinio, leges tributorum non obligare ad ſolutionem antequàm rigoroſè exigantur, præſertim quando ſunt pœnales, vt regulariter ſunt, Angelus pedagium quæſt. 6. inclinat Nauarra ſuprà, quamuis opus illud imperfectum ſit, ideò mentem ſuam non ſatis explicuerit: idem tamen ſentit in ſumma cap. 17. num. 200. Primum fundamentum eſſe ſolet, quia hæ leges ſemper ſolent habere adiunctam pœnam, per quam indicatur non imponi obligationem in conſcientia ad ſoluendum tributum: & ita Couarruuias ſuprà refert pro hac opinione omnes dicentes, legem ciuilem pœnalem non obligare in conſcientia: ſed fundamentum hoc, vt iacitur, ſolidum non eſt, vt ex ſuperioribus patet. Addi ei poteſt eſſe peculiare in his legibus, vt adiectio pœnæ ſit iudicium ſublatæ obligationis in conſcientia, quia ſolùm obligantur homines in conſcientia, ne Rex fraudetur petens iuſta ſibi debita, & adiectio pœnæ compenſatur ſufficienter, quicquid in bonis Regis diminui poteſt: ideò ſubditi non obligãtur ad ſolutionem tributi, donec exigatur. Secundum fundamentum eſt, quia leges tributorum hoc modo explicatæ, ſufficiunt ad finem earum, & ſunt tolerabiles, quod habere debent leges humanæ, & ſic tolluntur multa pericula animarum, & conſuetudo videtur eas ita interpretari.

118 Suppono, leges tributorum, vt præcipiunt ſoluere tributa, non eſſe pœnales, quia tributa non ſunt pœnæ, nec ſupponunt culpam, quæ illis vindicetur; ſed ſunt directiuæ, præcipientes opus oneroſum, ſed iuſtum, & Reip. neceſſarium: frequentius tamen imponunt pœnam non ſoluenti tributum, & ea ratione ſunt pœnales, & ſequuntur conditiones legum pœnalium, & ad ſoluendam pœnam non obligant ante condemnationem.

*Concluſ.* Dico ergo primò, leges iſtæ natura ſua ſpectatæ obligare poſſunt ad ſolutionem tributi ante poſtulationem, quia id iuſtè poſſit præcipi, & eò ipſo quòd aliud non declaratur, hoc videtur intendere legiſlator, cùm tributum imponit: de conditionibus autem ad iuſtam tributi impoſitionem agit Soto 3. iuſt. quæſt. 8. art. 7. Omnes ad tres reducuntur, poteſtatem, cauſam, & proportionem.

Poteſtas eſt in Imperatore, l. 1. & 2. C. ne noua vectigalia imponantur, & l. 3. additur, nec ciuitates habere hanc poteſtatem: in cap. autem innouamus de cenſibus dicitur, ſolos Reges & Principes eam habere. Idem patet in legibus Caſtillæ, & Luſitaniæ. Per Principes intelligo eos, qui habēt merum & mixtum imperium in temporalibus, vt rectè inſinuauit gloſſa cap. ſiquis Romi petas 24. quæſt. 3. Qui recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus, non poſſunt tributa imponere, vt latè Decius conſil. 334. breuius Rebuf. in expoſitione bullæ cœnæ. Ratio eſſe videtur, quia poteſtas imponendi tributa, eſt quid magnum, & totam Rep. attingens, ideò reſeruatum eſt gerenti curam totius Reip. & habēti ſupremam poteſtatem in illa, cui ſoli ad hoc poteſtatem contulit ipſa Reſp.

Aliqui dicunt, Concilium generale habere hanc poteſtatem, quia eam poteſt aliis concedere, vt ſignificatur cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. Dico tamen, Pontificem, quatenus temporalis Princeps eſt, poſſe in ſuis terris tributa imponere, quia ibi eſt ſupremus Princeps temporalis: in aliis verò regnis, quia non habet dominium directum, nec temporalem iuriſdictionem, non poteſt directè, nec Concilium generale: ſi tamen ad ſpiritualem finem eſſet neceſſarium, poſſet Pontifex; Epiſcopi verò non, vt patet, cap. prohibemus de cenſib. Concilium verò in tantum poterit in quantum fuerit à Pontifice ei conſtitutum, vel approbatum. Poteſt etiam Eccleſia declarare, qui Principes temporales poſſint tributa imponere, & prohibere, ne alij imponant, vt fecit Concilium Lateranenſe dict. cap. innouamus, & eſt ſenſus cap. ſuper quibuſdam de verbo ſignif. & ſingulis annis ſub grauiſſima cenſura prohibetur in bulla cœnæ.

Additur verò in dict. cap. ſuper quibuſdam, non ſolùm eſſe iuſta tributa, de quibus conſtat eſſe impoſita à Regibus, & Principibus ſupremis, ſed etiā illa, de quibus non conſtat à quo impoſita ſint, modò ex conſuetudine, de cuius initio non extet memoria, ſoluantur, & bona fide exigantur: tunc enim iuſta præſumūtur, & conſuetudo præſertim immemorialis inducit receptionem, cùm habet coniunctam bonam fidem, quæ in omni præſcriptione requiritur. Sed quia in dicto cap. ſolùm eſt ſermo de exactione antiqui tributi, dubium eſt, an ſit extendendum etiam ad poteſtatem imponēdi nouum tributum conſuetudine pręſcriptum: nam Medina quæſt. 13. affirmat, id colligens ex dict. textu, Caſtro verò illo cap. 10. illius ſententiam reprobat; quia longè diuerſum eſt, exigere & imponere, nec ſequitur, vt qui poteſt exigere propter conſuetudinem, poſſit etiam imponere. Sed non eſt hic punctus controuerſiæ: nam certum eſt, ex vna conſuetudine non rectè inferri aliam: multi enim inferiores Principes exigunt licitè aliqua tributa, quibus tamen non licet ea imponere: difficultas ergo eſt, an poſſit, vel debeat admitti conſuetudo imponendi tributa in eo, qui non eſt Rex, aut Princeps ſupremus, & ratione illius iuſta ſit impoſitio; & in hoc videtur probabilis opinio Medinæ: primò quia ſi conſuetudo exigendi dat ius ad exigendum, cur conſuetudo imponēdi non dabit ius ad imponendum? cùm vtraque debeat pręſumi habuiſſe iuſtum fundamentum. Secundò, quia conſuetudo ſolet dare priuilegium, & iuriſdictionem; ergo poteſt vtrumque dare quoad impoſitionem tributi. Tertiò, quia inferior Princeps, vel Reſp. poteſt imponere tributum de conſenſu Regis, vt conſtat ex legibus ſtatim citādis, ſed vbi eſt talis cōſuetudo, Rex præbet tacitum, & virtualem conſenſum, ergo: &c. Nihilominus etiam in hoc cenſeo probabiliorem ſententiam Caſtri: nā in primis iure Canonico ſimpliciter damnantur omnes, qui tributa imponūt pręter Reges & Principes, in dict. cap. innouamus, vbi nulla fit exceptio, in alio verò cap. ſuper quibuſdam damnantur omnia tributa, quæ ab inferioribus imponuntur, vel exiguntur, & ſolùm fit exceptio eorum, quæ immemoriali conſuetudine recepta ſunt: quæ exceptio firmat regulam in contrarium, vt nulla noua tributa poſſint eſſe legitima, niſi auctoritate ſuprema ſint impoſita: ergo contra hoc nulla cōſuetudo poteſt præualere.

Secundò, quia quod eſt proprium, & intrinſecum ſupremæ poteſtatis, non poteſt ab aliquo ſubdito conſuetudine præſcribi, Panormitanus ca. cùm nobis de reſcriptis, & alij communiter, quos refert, & ſequitur Couarruuias regul. poſſeſſor parte 2. §. 2. n. 8. & in practi. ca. 4. & per ſe eſt valde conſentaneum rationi, quia nec poteſt præſcribi actus ſine poteſtate, nec poteſtas ſuprema poteſt præſcribi manente Rege, vbi illa reſidet: Sed imponere tributa eſt actus maximè proprius, & intrinſecus ſupremæ poteſtatis, vt colligitur ex dicto cap. innouamus, & cap. tributum 23. qu. 8. & ex l. 2. C. noua vectigalia ff. de publicanis, & vectigalibus, & ex lib. 2. ordina. Luſitaniæ titul. 45. & ex legibus Caſtellæ parte 2. tit. 1. & l. 2. tit. 7. l. 9. p. 5. vbi gloſſa dicit, hoc eſſe de reſeruatis Principi: & hoc etiam probant rationes, quibus oſtendimus id pertinere ad Reges. Accedit, quòd res eſt grauiſſima, in qua iuſtitiam ſeruare difficile eſt, vt videbimus: & facilè vergere poteſt in graue damnum communitatis, præſertim pauperum, quibus facilè iniuſta grauamina, & onera imponuntur: & aliunde numquam poteſt eſſe neceſſarium, vt talis impoſitio fiat ſine eo ad quem pertineat ſuprema cura Reip. ergo ius ad talem actum numquam poteſt cōſuetudine præſcribi. Quocircà licet in particulari actu poſſit Rex examinata cauſa, & ratione, dare facultatem ciuitati, aut cōmunitati, &c. vt in terra ſua ponat aliquod tributū: tamen generale priuilegium abſolutè, ex ſuo arbitrio illud imponendi non videtur poſſe concedere: quia eſſet cōtra commune bonum, & valde repugnans ſuæ poteſtati ſupremæ, & curæ boni communis, quam ex officio habere debet. Ideò tale priuilegium, aut ius multominus poteſt conſuetudine præſcribi.

Secunda conditio, ad iuſtitiam tributi neceſſaria eſt cauſa. Quam omnes ita declarant, vt imponatur propter bonum commune, non priuatum Principis. In hoc duo diſtingue; vnum eſt, quod debetur Principi ratione ſui muneris, & laboris: quod dici poteſt pertinere ad vtilitatem eius; nam datur in ſubſtentationē, & quaſi ſtipendiū. Ob hāc vtilitatem Principis iuſtè imponuntur tributa, Ro. 13. *Ideò enim & tributa præſtatis*, miniſter Dei eſt, quòd dicit, ſoluitis eius miniſterium, & debet dari Principi quantum neceſſe eſt, & eius ſtatum decet: & hæc vtilitas non eſt omninò priuata, ſed communis, quia ipſe eſt perſona publica, & ſubſtentare illum, eiuſque ſtatum bonum commune eſt. Imponuntur etiam attributa propter inſurgentes occaſiones,

119 2. Conditio.

occaſiones,& cauſas:de his verum eſt,debere eſſe non in commodum Principis,nec alicuius priuati, ſed communitatis. Secunda ergo cauſa immediata ſpectanda eſt, vna pertinens ad perſonam Principis,vt talis eſt; alia ad communitatem.Hæc poteſt eſſe multiplex,vna & valde communis eſt bellum: ideò Auguſtinus 22. contra Fauſt. cap. 74. tributa ſolui, vt habeat Rex,vnde militibus ſtipendia ſoluat: alia refectio pontium, & viarum, atque earum cuſtodia, & aliæ ſimiles: tributum ergo nequit eſſe iuſtum, niſi aliquo ex dictis modis ad commune bonum pertineat. Nam cum onus tributi communis ſit, fructus etiam debet eſſe communis,alioqui non ſeruaretur æquitas.

120 *3. Conditio.* Tertia conditio eſt, proportio ſcilicet ad cauſam tributi,ſi enim plus imponatur, quàm, ſit neceſſarium ad bonum commune, ille exceſſus non habet cauſam:vnde ſi cauſa eſt perpetua,tributum poteſt eſſe perpetuum, ſi verò temporalis, debet eſſe temporale, niſi alia æquiualens cauſa ſubſtituatur. Item proportio ad perſonas, quæ pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam reſpectu communitatis,redundat in commutatiuam iuſtitiam reſpectu ſingulorum:non enim eſt iuſtum,vt omnes æqualiter ſoluant,ſed iuxta facultatem,& conditionem cuiuſque: plus enim à diuite, quàm à paupere exigendum eſt. Hanc proportionem pertinere ad iuſtitiam diſtributiuã ſumitur ex D. Thoma 2.2.qu. 63. art. 4. Hinc etiam neceſſaria eſt proportio ad res,ſuper quas imponitur tributum.Nam ſi imponatur ſuper rem immobilem, non debet excedere moderatam quantitatem conſideratis fructibus eius, & laboribus, ac expenſis. Si enim tributum quoad hoc ſit nimis oneroſum, planè erit iniuſtũ: ſi autem ponatur ſuper res mobiles, quæ venduntur, vel emuntur, conſiderari debet, ne tales ſint, vt redundet tributum in maius onus pauperum, miſerabilium. Ideò malè audiunt illa tributa,quæ imponuntur in rebus ad cibum, & potum maximè neceſſariis: quia inde maximè ſolent pauperes grauari. Quamuis in hoc non poſſit regula aſſignari, ſed prudentia arbitrio relinquendum: tenentur tamen reges diligentiam adhibere, vt hæc conditio quoad fieri poſſit,ſeruetur.

Quacumque harum conditionum deficiente lex non obligabit,ſaltem quoad exceſſum tributi: malum enim ex quocumque defectu: & quando Rex eſt tyrannus in poſſeſſione,non ſolùm poteſt non ſolui tributum: ſed etiam negari, & defendi, ſi poſſit,vel alia via occulta compenſari.Idem eſt, ſi perſonæ ſint exemptæ, licet ille ſit verus Rex: quia in hoc non ſunt ei ſubditæ:vt perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ non tenentur tributa ſoluere, niſi de licentia Põtificis eis imponãtur. Quomodò autem in multis prouinciis,& regnis huiuſmodi vectigalia à perſonis Eccleſiaſticis exigãtur, mihi non cõſtat: & Nauar. ait eſſe excõmunicatos omnes, qui illa exigunt. Ego ſolùm aſſero, Eccleſiaſticos non teneri ad ſolutionem: ideò non peccare, ſi quibus potuerint mediis ſubterfugiant,modò abſint fraudes, periuria, &c. quamuis ſi in aliquo caſu hæc, & ſimilia adſint, non propterea manebit obligatio reſtituendi: quia actio non fuit iniuſta. Idem quoties conſtiterit tributum eſſe iniuſtum.

*Malum ex quocumque defectu.*

Contingere autem poteſt, ſingula tributa per ſe ſpectata eſſe iuſta,& multitudinem eſſe iniuſtã, quia excedit moralem facultatem ſubditorum,vel cauſam, & redundat in commune detrimentum: vnde in quolibet per ſe ſpectato poteſt ſubditus ſe indemnem ſeruare, & compenſare quod malè ab illo exactum eſt in eodem,vel alio tributo.

Difficillimum autẽ eſt iudicare,iniuſtũ eſſe tributum à legitimo principe ſubditis non exemptis: quia non poſſunt priuati omnes iudicare de cauſa, quæ principem mouit ad imponẽdum tributum: ſæpe enim eſt occulta, & iuſta: ſæpe etiam videri poteſt ceſſaſſe,quia temporalis erat,vel certè quia non mandatur executioni, prout ſtatum, vel promiſſum erat,&nihilominus tributũ non ſtatim eſt iniuſtũ,vel quia alia cauſa exorta eſt:vel quia Princeps aliis actionibus,vel oneribus vexatus cogitur ceſſare ab vno opere, vt aliud magis vrgens efficiatur.Deinde ex defectu ſolius diſtributionis difficile eſt damnare tributum, tum quia vix conſtare poteſt de forma diſtribuendi, quando tributum in aliqua materia ſimpliciter imponitur, &accidentarium eſt ab illis,vel illis vendi,aut emi: tum etiam, quia ſi quid maioris oneris redundet in quaſdam perſonas ex aliquo tributo, ſolet per alia compenſari, vt augendo pretia aliarum rerũ. Vnde ſola incertitudo cauſæ,& aliarum conditionum ad iuſtitiam tributi requiſitarum non ſatis eſt,vt ceſſet obligatio ſoluendi tributum,quia cognitio horũ non pertinet ad perſonas omnes particulares, & Princeps, qui habet prudentiam vniuerſalem ,multis iuſtis rationibus moueri poteſt, quæ non facilè poſſunt cæteris innoteſcere: vnde dico,dubium merè negatiuum per ſe non ſatis eſſe ad excuſandum à ſolutione tributi. Sæpe enim fundatur in ſola ignorãtia rationum vel conditionũ tributi, quæ ſatis non eſt ob rationem factam, & quia in dubio præſumitur pro Principe, niſi aliàs conſtet eſſe tyrannum: & aliàs populares homines obligari non poterunt; quia ex ſe ſemper dubitabunt,niſi in fide maiorum fundentur.

Dico ſecundò, impoſitioni tributi adiungi poteſt pœna cõtra non ſoluentes intra certum tempus,etiamſi non petantur, quæ pœna non auferet obligationem ſoluendi tributum, vt ex ſuperioribus conſtat. Pœna non tollit obligationem in cõſcientia in aliis legibus: ergo nec in iſtis. Declaratur,quia tributum, & pœna ob diuerſos fines imponuntur, tributum per ſe ob bonum commune, pœna quaſi per accidens ratione culpæ, & in vindictam eius:ergo licet tributum ſit iuſtum,& omninò adæquatum fini, nihilominus manente integra obligatione eius poteſt iuſtè ſuperaddi pœna ratione noui debiti, vel reatus: ſicut in contractibus habentibus adiunctam pœnam præter obligationem ſeruandi contractum & reſtituendi dãnũ ex violatione ſecutũ, eſt obligatio ad pœnam. 121 *2. Concluſio.*

Poteſt autem lex ita poni, vt non obliget in cõſcientia ad ſoluendum tributum,donec à miniſtris Principis petatur. Quod duobus modis facilè intelliges: primò,ſi hæc ſit voluntas Principis ſufficienter explicata, & tunc lex ſolùm obligabit ad non reſiſtendum, nec fraude negandum, non tamen ad offerendum tributum,antequàm petatur, Secundò ex neceſſitate quadam, & veluti naturaliter annexa alicui tributo: vt ſi per ſe ſpectatum nimis graue, & oneroſum ſit: adiuncta verò illa moderatione ſit iuſtum. Et hoc poſterius cenſent multi ex citatis, qui ex grauitate aliquorum tributorum inferuntur,leges eorum non obligare in conſcientia ad ſoluendum, donec exigantur.

Bene etiam poſset lex obligare in conſcientia



Digitized by Google

ad ſolutionem tributi ſolum poſt ſententiam, & A aliquando tributum erit nimium, & iniuſtum, niſi ſic ſoluendum ſit; & tunc ſatis erit, illud ſoluere poſt ſententiam maximè ſi etiam pœna ſoluenda poſt ſententiam, ſit: vel niſi ſic intelligatur ſit nimis rigida: ad ſubſtētationem autem Regis, & ad bella, &c. ſufficiant tributa, & pœnæ ſic ſolutæ: compenſatur enim occulta defraudatio ex pœna.

122 Hæc de poſſibili: ſed de facto difficilius eſt iudicium ferre. Duo tamen, ſi ad verba legum & intentionem Principum reſpiciamus, leges tributorum ſiue habeant pœnam adiunctam, ſiue non, obligāt in conſcientia ad ſoluendum ſponte tributum intra tempus præſcriptum. De verbis cōſtat, B quia eodem modo ferūtur, quo aliæ leges de actibus neceſſariis ad bonum Reip. ſolutio autē tributi ex natura ſua eſt de numero talium actuum: de intētione autem, quia legiſlator ſemper vult obligare ſuis verbis, quando aliud non explicat, maximè in his legibus, quia redundant in illorum vtilitatem, & ordinantur ad ſoluenda debita, & quaſi ſtipendia ipſorum.

*Quaſtio. Conditio.*

Sæpe tamen non obligant in conſcientia, niſi ad hoc, vt tributa non negentur per vim, fraudem vel periurium: ſi tamen alia via occultentur, non manebit obligatio ad reſtitutionē. Quæ ſententia hodie eſt receptior, qua ita in praxi vtendū cenſeo, vt ante factum non conſulatur, poſt factū C autem non cogantur facilè homines ad huiuſmodi reſtitutionem. Obſeruanda tamen primò conſuetudo, in qua Nauar. maximam vim facit, & teſtatur eſſe conſuetudinem valde frequentem, & omnes confeſſarios doctores timoratos tollerare illam, neque obligare pœnitentes ad reſtitutionem: quia eſſet onus intollerabile, quæ onera vitanda ſunt, vbi euidens ratio non coegerit. Hic autem non cogit, quia conſuetudo habet vim moderandi legem humanam, nec eſt contra legem naturalem alendi: quia tributa hoc modo ſoluta ſufficiunt ad eorū alimenta, & onera ſuſtentanda: & ideò Principes videntur coniuere, & fortè ſi aliud vellent, eſſet irrationabile, quia leges debent eſſe tolerabiles, & moribus hominum accommodatæ. Secundò conſiderandum, an tribu- D tum ſecundùm ſpeciem ſuam ſit nimis graue reſpectu perſonarum, vel rerū, in quibus imponitur, verbi gratia, ſi penſio ſit impoſita ſuper re immobili, ex qua omnibus pēſatis ægrè ſolui, poſſit: quia homo adhibito in ea toto ſuo labore vix poſſet ex ea ſubſtentari regulariter. Idem applica ad tributa mercium, ſi tam magna ſint, vt videantur Principes maiorem partem mercium, ſeu bonorum eo titulo vſurpare. Ratio, quia ibi eſt exceſſus probabilis vltra æquitatem iuſtitiæ commutatiuæ, qui temperatur aliquomodò non cogendo ſubditos ad vltroneas ſolutiones. Tertiò conſideranda conditio perſonæ: nam tributum quod in ſe E non eſt nimis graue reſpectu perſonæ, poterit eſſe nimis graue ob paupertatem, vel alias cōditiones eius, idque ſatis erit, vt talis perſona non teneatur ſoluere niſi dicto modo, non ſolùm ratione illa generali, quod imperatoria excuſat à reſtitutione, ſed ſpeciali quòd in tributo ſeruari debet iuſtitia diſtributiua, contra quā eſt quòd talis perſona cogatur ad ęqualem ſolutionem. Princeps autem vel miniſter eius, vel non poteſt, vel non habet curam applicādi in particulari tributa ſecundùm formam diſtributiuā, & ideo vbi ratiò eius ſufficienter cōſtiterit, applicari poteſt, præſertim ſi ſubditus non ſit iudex in propria, cauſa ſed viri docti, & prudentis conſilio ducatur. Iuxta has regulas cenſeo, hanc ſententiam eſſe practicè probabilem & in ſolutione eſt habenda Regis, non publicani ratio, vel miniſtri colligentis tributa: quia ipſe ſuſcepit tributa eo modo, quo debentur Regi, & propter contractum eius cum Rege non augetur debitum ſubditorum.

## SECTIO XI.

### *Quas ob cauſas pœna à legibus, & hominibus imponantur.*

Reſpondeo, tres eſſe cauſas imponendi pœnas. Vnam, vt is, qui delinquit, 123 corrigatur, & emendetur: alteram, vt cæteri à ſimilibus peccatis metu pœnæ deterreantur, & emendentur: tertiam, vt ei ſatisfiat, in quem peccatum eſt, Simancas in Catholic. inſtit. tit. 46. num. 1. Sub tertia comprehenditur æqualitas, ſeu proportio, quæ eſt inter culpam & pœnam, pertinens ad decorem vniuerſi, & debitam ipſi vniuerſo, eiuſque auctori, vel etiam Reip. intereſt enim Reip. ne delicta maneant impunita, l. locatio §. quòd illicitè de public. & vectig. cap. vt famæ de ſent. excomm. Quod verum eſt, etiam cum quis nulli eſt iniurius, ſed contra alias virtutes à iuſtitia diſtinctas peccat.

Pœna illa, quæ tendit ad ſolam emendationem eius, qui peccauit, leuior, & occultior vt plurimum eſſe ſolet: cuiuſmodi eſt caſtigatio, quæ à parentibus, maritis, dominis, & magiſtris fit: vel à prælatis, vt ſunt patres, & ab inquiſitoribus, quoties leuiora vel præſentantium ſe illis peccata, occulta pœna puniunt, & coercent, Simancas ſuprà num. 2. ex l. 1. de emend. propinquo. & l. 1. C. de emend. ſeruorum, l. præceptoris ff. ad legem Aquiliam, l. Item quæritur, §. item Iulianus, ff. locati.

Ea verò pœna, quæ ad ſolam punitionem tendit, ad iuſtitiam vindicatiuam pertinet, quæ quodammodò etiam eſt commutatiua pœnæ pro culpa, & non reſpicit punitum indiuiſibile, ſed habet latitudinem iuxta metas rectæ rationis: nam verbera in vno ſunt maior pœna, quàm in alio propter dignitatem perſonæ: vide Scotum 4. d. 19. Hac pœna vindicatiuæ iniuriæ aliquando fit etiā damni compenſatio, vt cum fur cogitur reſtituere rem furto ablatam, vel aliam æquiualentem: & hoc propriè pertinet ad iuſtitiam commutatiuam.

Sed illa cauſa peruagatior eſt, vt vnius pœna metus multorum ſit, nam & in Deuteron. legitur, vt omnis Iſrael audiens timeat: vt audientes cæteri timorem habeant: vt vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat: & in Prouerb. peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit: mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus: nam dum flagellatur peſtilens, etiam innocens aſtutior fit, l. 1. C. ad legem Iuliam repetundarum. Deut. 13. 19. & 21. Prouerb. 19. & 21. Vnde & pœna vnius aliorum documentum, doctrina, & exemplum eſt, Plato in Gorgia, *conuenit, omnem, qui ab aliquo rectè punitur, vel ipſum fieri meliorem, vtilitatemque percipere, vel cæteris exempla dare,*

Digitized by Google

*dare, vt alij pœnas eius conſpicientes meliores ob timorem efficiantur: proſunt enim aliis tanquam exemplũ, monimentũ, & ſpectaculum:* & Iulius Cęſar 6. de bello Gallico, *vt ſint reliquis documento, & magnitudine pœna perterreant alios:* & Seneca 1. de ira, *vt omnium documentum ſint: & qui vita nocuerunt, morte proſint:* & Cyprianus ſer. de lapſis. *Plectuntur quidam, vt cæteri corrigantur: exempla ſunt omnium, tormenta paucorum.* Hieronymus ad Demetriadem: *vt pœna quorumdam ſit doctrina multorum.* Vnde pœnas criminum Latini exempla, Græci paradigmata vocarunt. Vide Gellium, lib. 6. cap. 14. Lælium lib. 6. cap. 14. Bieſium lib. 2. de Rep.

## SECTIO XII.

*An vnus pro alio puniri poſſit.*

ALiqui dicunt, valere ſtatutum, quòd vxor ſeruitute, vel alia pœna puniatur pro culpa mariti, gloſſa ca. cum homo 23.qu.5.verſic. ſupple: quam frequentiſſimo omnium conſenſu [illegible] eſſe exiſtimat Felinus capit. 2. de conſt.

A Eandem gloſſam commendat Romanus conſil. 15. & in ſingular. 128. affirmans, conſuetudine, & moribus induci poſſe, quòd innocens ſeipſum obliget pro alterius crimine ad corporis pœnam: quod ipſum recipit Decius cap. 2. de conſt. & elegànter cap. quæ in Eccleſiarum de conſt.

Sed probabilius eſt, & rationi conformius, vt docuimus tract. de peccatis, quòd innocens pro alio non poteſt corporaliter puniri, ne vxor quidem pro marito. Quam opinionem eſſe commu-
B nem docet Ananias cap. 2. de delictis *puerorum*, Felinus cap. de cognoſcentes 2. de conſt. Couarruuias 2. var. cap. 8. num. 7. Vnde falſum eſt, quod dicitur, l. quiſquis C. ad legem Iuliam maieſtatis, *Filij verò eius*, ſcilicet, qui crimen læſæ maieſtatis commiſit, *quibus vitam Imperatoria ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuentur, &c.* Nam licet filij paterna crimina commiſſuri crederentur, nullomodò licitum eſt
C eos occidere, donec ea crimina committant, vel aggrediantur. Alioqui etiam eſſet licitum alios punire pro criminibus, quæ veriſimile eſſent perpetraturi.

# DISPVT. DECIMASEXTA,

## DE LEGE IRRITANTE.

### SECTIO PRIMA.

*Quid & quotuplex ſit irritatio.*

1 *Quid ſit irritare, & quomodò fiat irritatio.*

QVAMVIS l. 1. C. de feriis dicatur, irritare eſſe, non ratum eſſe velle, vel oſtendere, vel facere: tamen propriè loquendo tertium tantùm eſt irritare. Id verò dupliciter contingit, primò quidem antecedenter, videlicet quãdo lex efficit, vt ſi quid attentatum fuerit, irritum & inane ſit, ſeu factum non teneat, ſitque nullius roboris, & momenti: quomodo Eccleſia irritauit matrimonia inter conſanguineos, vel affines intra quartum gradũ, & matrimonia clandeſtina, & alia multa. Sic etiam in noſtro regno per l. 4. & 5. tit. 11. partita 5. irritantur contractus minorum ſecundum Vazq. diſp. 163. num. 5. & Leſſius lib. 2. ca. 17. dub. 6. præter contractus impuberum: multa alia ſubiicit exempta. Secundò conſequenter, vt ſi contractus, qui modo eſt validus, reſcindatur: ſic Domini irritare dicuntur vota ſeruorum, & parentes vota filiorum. Sic contractus, in quo fuit deceptio vltra medietatem iuſti pretij, irritandus, & reſcindendus eſt, vt patet l. 2. C. de reſcindenda vend. & quidem ſi contractus fuiſſet à principio nullus, omnes fructus à principio recepti reſtituendi eſſent venditori: quando reſcindendus eſt à iudice, tales fructus pertinent ad emptorem, qui ſolùm tenetur reſtituere venditori rem fructiferam, & intereſſe pecuniarum, ſi aliquid illis lucraturus erat venditor: ſi verò læſio, & deceptio fuit citra medietatem iuſti pretij, lex nec reſiſtit, nec aſſiſtit tali contractui, nec læſo cõcedit actionem, vt patet d. l. 2. C. de reſcind. vend. Vtraque autem irritatio dupliciter fieri poteſt, vt tradunt Doct. l. actus legitimi ff. de reg. iur. & cap. actus legitimi eod. tit. in 6. Videlicet explicitè, ſeu verbis formalibus, expreſsè illam ſignificantibus, & implicitè, ſcilicet verbis ęquiualentib. ſeu virtualib. Exẽplum implicitæ irritationis à multis ponitur in legibus, quæ præſcribunt certã formam ſeruandam in cõtractibus, teſtamentis, iudiciis, & aliis actionibus, ca. ſine exceptione 12. quæſt. 2. & Clementina vn. de rebus Eccleſiæ non alienandis; vbi forma præſcribitur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum ſeruanda, cap. quia propter de electione, vbi agitur de forma ſeruanda in electionibus. Ex quibus legibus apparet, actum factum non ſeruata forma, inualidum eſſe, vt communiter docent Canoniſtæ cum gloſſ. cap. cum dilecta de reſcriptis verbo irritum, Panormitanus ibi num. 4. Felin. num. 6. §. geſta contra formam, & c. quia in Eccleſiarum de conſt. idem Panormitanus, & alij cap. nulli de rebus Eccleſ. non alienandis. Decius conſil. 261. nu. 2. & 4. to. 1. conſiliorum, Tiraquellus l. ſi vnquam §. reuertatur num. 67. & 69. C. de reuoc. donat. & l. 16. connub. gloſſ. 4. num. 3. plures alios referens, & Bald. Angel. & Immola l. 1. ff. de lib. & poſthu. Palac. Rubius rubrica de donat. inter virum & vxo. §. 38. num. 16. Vazquez diſp. 164. cap. 3. num. 19. & 36. Ratio eorum eſt; quia forma, ſi ſit ſubſtantialis, dat eſſe rei, 8. met. cap. 4. tex. 12. ideò illa non concurrente non ponitur res: lex autem interdum formam conſtituit moraliter, vt eam efficiat ſubſtantialem: ideóque illa forma deficiente, actio eſt nulla; ſic in dicto cap. cum dilecta de reſcriptis formam mandati excedentibus, &c. Et in ca. vlt. de reſt. ſpoliat. irritus cenſetur actus, quia modus ſeruatus non fuit: ille enim modus ad formam ſubſtantialem pertinebat. Idem ſumitur ex c. examinata, de confir. vtilium ca. tua de his, quæ fiunt à prælato cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. l. cum is §. ſi prætor ff. de tranſact. l. diligenter ff. mandati, l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad exhibendum, l. ſi quis §. quædam ff. ad legem falcid. l. 1. §. ſi quis ita interroget ff. de verb. oblig. & ex c. venerabili de officio delegati, ibi, quia contra mandati noſtri tenorem, &c. Caſſauimus, vbi gloſſa exponit, ideſt, caſſum declarauimus: caſſare enim aliquando eſt, actum, licet anteà eſſet validus, nullum efficere, gloſſ. in c. propoſuit de conceſſ. præbendæ, & ſic accipitur c. accedens 1. verbo caſſauimus, vt lite non conteſtata, quidquid dicat Bernar. ibi, quem reiicit Prateius in lexico iuris, ver. caſſare. Aliquando verò eum, qui iam nullus erat, nullum declarare, Felin. cap. ex parte de teſtibus: & ita accipitur cap. cum dilectus, ad finem de electio. vt notat gloſſa ibi, & Prateius. Similiter ſumitur in Nouella 7. vt notat Accurſius l. & eleganter verſ. Si in hoc ipſo ff. de dolo. Sed quando defectus formæ actum reddat nullum, latè inferius docebimus: & deinceps quãdo aliud non exprimemus, nomine legis irritantis antecedenter irritantem intelligemus.

*Dominus poteſt irritare votum ſerui & pater filij.*

*Forma eſt quæ dat eſſe rei.*

Triplex eſt autem lex antecedenter irritãs, quædam purè moralis, ſeu directiua: alia pœnalis: alia fauorabilis. Aliquãdo enim lex irritat actũ præciſè propter bonũ cõmune, vt quæ irritat matrimoniũ clericorũ, vel religioſorũ, vel inter cõſanguineos, aut affines. Aliquando verò irritat actum in pœnã alicuius delicti, vt in ca. ſi religioſus de electione in 6. ibi & in pœnam præſumptionis ipſius talis electio omninò viribus euacuetur: & cap. diſpendia de reſcriptis in 6. ibi ſimili pœna, ſi contra hoc fecerit, puniendus, & cùm ſermo præceſſerat de irritatione quadam. Simile exemplum eſt in l. Senatus ff. de contrahenda emptione. Interdũ denique irritatio fit in fauorẽ alicuius, vt cùm irritatur profeſſio minoris ſedecim annorum, & iura ciuilia irritant aliquos contractus minorum in fauorem ipſorum. 2

*Lex antecedenter irritãs triplex.*

SECT. II.

## SECTIO II.

*An lex irritans ſit pœnalis necne.*

3 HAnc quæſtionem attigit Innoc. cap. ſi verè de ſent. excomm. num. 2. Latiùs Panormitanus cap. cognoſcentes de conſtitut. num. 5. vbi plures refert, Felin. num. 3.

Reſpondeo ex dictis, interdum legem irritatoriam eſſe pœnalem, interdum verò non: vt in alienatione rerum Eccleſiaſticarum facta contra iuris diſpoſitionem, cap. fin. de rebus Eccleſ. non alienan. Quæ irritatur, non in pœnam, ſed in commune bonum: idem eſt de irritatione matrimonij clandeſtini, vel contracti intra gradus prohibitos. Sic irregularitas aliquando eſt pœna, aliquando verò non. Et ita conciliantur variæ ſententiæ, & iura quæ Felin. refert. Nam gloſſ. verbo proceſſus cap. decet §. ordinarij de immun. Eccleſ. lib. 6. & Bartholus l. turpia Princ. & Iaſon nu. 2. ff. de lega. 1. & Ioannes Gutier. de iuram. confirmator. part. 1. c. 14. nu. 12. affirmant eſſe pœnalem ex l. ſenatus ff. de contrah. empt. l. turpia ff. de lega. 1. l. fin. C. de fide inſtrum. cap. ſuper litteris, de reſcrip. cap. cum ſecundum Apoſtolum de præb. cap. diſpendia de reſcrip. in 6. cap. ſi religioſus de elect. in 6. c. decenter 89. d. alij melius dicunt, non ſemper eſſe pœnalem, Ioannes Andreas cap. fin. de elect. in 6. & reg. odia de reg. iu. in 6. Innoc. Panor. & Felin. ſuprà, Bald. l. non dubium num. 5. cap. de legib. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 3. diſp. 4. num. 9. & Felin. ſup. verſicul. retractatio actus, & vniuersè Pann. Felin. & Sanchez ſuprà, & Burgos de Paza ad l. 3. Tauri num. 1482. Matienzo ad l. 1. gloſ. 10. num. 35. tit. 4. lib. 5. nouæ compil. Azebed. ad l. 1. nu. 13. tit. 5. lib. 5. eiuſdem compilat. & alij, quos Matienzo ſuprà refert, arbitrantur legem, quæ ob formam non ſeruatam actum infirmat, non eſſe pœnalem, & quamuis Sapia ad Panormitan. ſupra ver. nullitas contrarium exiſtimet ex l. fin. C. de liberis præteritis: vbi infirmatio actus propter defectum ſolemnitatis pœna appellatur, tamen ibi hoc non habetur: & licet haberetur, tamen non eſſet cõtra citatos, quia illi non contendunt, legem, quæ ob formam non ſeruatam actũ infirmat, nullomodo eſſe pœnalem, ſed non eſſe purè pœnalem: vnde etiamſi actus fiat ab ignorãte, eſſe irritum, ac proinde tali lege ignorantes quoque affici, vt plures doctores affirmant, quos recenſet Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 3. diſp. 17. numer. 10. de quo ſtatim.

## SECTIO III.

*An ignorantia legis irritantis impediat proprium eius effectum, ſeu irritationem.*

4 DE hac re agunt Canoniſtæ ca. 2. de conſt. preſertim Decius, & Felin. Nauar. cap. 23. num. 44. Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 3. diſp. 17. num. 10. communis reſolutio eſt, non impedire. Sed reſpondeo, quando lex irritans eſt directiua, & moralis, operatur ſuum effectum impediendo valorem actus, etiam ſi per ignorantiam inuincibilem fiat, vt patet cap. 1. de conceſſione

A præbendæ, cap. dudum, & cap. quoddam eod. titul. in 6. eſtque manifeſtum exemplum in matrimonio nunc contracto ſine parocho, aut teſtibus, vbi Concil. Trid. promulgatum, & receptum eſt: quatumuis enim per ignorãtiam fiat, erit nullum: collatio Eccleſiaſtici beneficij facta ignoranti cõuentionem aliorum ſimoniacam, eſt nulla, vt liquet cap. ex inſinuatione, & cap. nobis fuit, de ſimonia. Ratio eſt, quia lex per ſe irritat illum actum ſine vllo ordine ad conſcientiam operãtis: vnde licet ignorãtia impediat culpam, non impedit nullitatem actus. Quando verò irritatio eſt puta pœna, per ignorantiam inuincibilem impedi-B tur, quia ignorantia inculpabilis excuſat à pœna, vt etiam in irregularitate pœnali contingit.

Interdum tamen lex ita deteſtatur aliquod factum, vt in odium illius, & pœnam alterius perſonæ irritet illum, etiamſi perſona, de cuius vtilitate agitur, propter bonam fidem à culpa excuſetur, vt in conſecutione beneficij Symoniacã ex parte dãtis, cum ignorantia inuincibili ex parte recipientis.

De irritatione autem fauorabili dubitari poteſt, an per ignorantiam impediatur: & ratio dubitandi eſt; quia beneficium non confertur in inuitum: ignorantia autem illa cauſat inuoluntarium. Re-C ſpondeo tamen, in eo caſu actum eſſe irritum, vt patet in profeſſione facta per ignorantiam ante decimum ſextum annum: nam ſine dubio nulla eſt, non tantum nunc quãdo Nouitius in hoc non poteſt cedere iuri ſuo; ſed etiam quando poterat renuntiare anno nouitiatus, ſeu probationis: quia etiam hîc lex intendit iſtum effectum ſine ordine ad conſcientiam operantis: & quãuis hîc ſit fauor eius, interdum ſuperior poteſt effectum fauorabilem inducere etiam in inuitum, & repugnantem: ſic enim inuitus poteſt abſolui ab excommunicatione, & aliis cẽſuris, & diſpenſari in irregularitatibus, &c. & quãuis interdum concedatur ſubdito facultas cedendi fauori ſibi conceſſo per legem, D tamen ad hoc etiam requiritur ſcientia: vnde etiã in ignorante iſta lex fauorabilis locum habet, maximè cùm illa ignorantia non faciat inuitum, & inuoluntarium, ſed non voluntarium poſitiuè: qui autem non reiicit fauorẽ, licet non velit poſitiuè illũ, non priuatur illo, ſecus ſi expreſsè velit fauori renuntiare, & ille eſſet fauor merè priuatus. Nam quando lex inducit effectum in fauorem merè priuatum, includit conditionem, niſi ipſe velit fauori renuntiare, vt diſp. de lege concedente priuilegiũ dicemus, & eſt expreſſum in cap. ad Apoſtolicam de regularibus, & ſumitur ex cap. tuis de teſtibus; vbi teſtimonium latum ſine iuramento, ſi partes E renuntient iuri ſuo, validum eſſe perhibetur: & inde etiam orta eſt alia regula, quæ à iuriſperitis aſſignatur, quando lex annullat actum in fauorem alicuius, ſi id cedat in diſpendium eius, impediri effectum. Notat Felin. dict. cap. tuis, cum Romano conſil. 32. & ſumitur ex l. 2. dicente, alienationem factam à pupillo ſine auctoritate tutoris, quamuis annulletur per ius, ſi tamen cedat in vtilitatem pupilli, poſſe & debere ſubſtentari; ſic etiam contractus factos à religioſo ſine licentia prælati per ſe irritatur; tamen quia ille eſt fauor religionis, ſi cedat in vtilitatem eius, valet, Nauar. cõmentario 2. de regularibus n. 32. ſumitq; hoc principium ex reg. 61. Iuris in 6. Quod in fauorem alicuius introductum eſt, non debet in eius diſpendium retorqueri,

5 *Dub.*

*Profeſſio facta per ignorantiam ante 16. annũ nulla eſt.*

*Inuitus poteſt abſolui.*

*Quod in fauorem alicuius introductum eſt, non debet in diſpendium eius retorqueri.*

A torqueri. Ratio ſumitur vel ex præſumpta mente legiſlatoris, vel quia tunc ceſſat finis legis: non tãtùm negatiuè, ſed etiam contrariè, & ideò ceſſat effectus legis.

## SECTIO IIII.

*Vtrum lex humana poſſit actus aliàs legitimos irritare.*

6 RESPONDEO, poſſe, vt docent Vazquez diſp. 163. c. 1. Sanchez to. 1. de matr. lib. 3. diſp. 4. num. 3. plures alios referens, Ferdin. Mendo. lib. de pactis ca. 4. num. 37. B Couarr. infrà, & conſtat ex textibus citatis & citandis, præſertim ex Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. vbi irritatum eſt matrimonium Clandeſtinum quod antea validum erat, & licet ante decretum multi ſentirent, irritari non poſſe, tamen poſt decretum omnes acquieuerunt: neque id difficile videri debuit, cum in iure antiquo innumeri anteà eſſent caſus, in quibus varia perſonarum genera ob delictum vel ratione conſanguinitatis, vel affinitatis, vel alia ſimili facta fuerint inhabilia ad contrahendum: ſicut etiam iure ciuili aliqui contractus ſunt irriti & nulli, & aliquæ donationes, ac diſpoſitiones in teſtamentis, & extra illa. Vide cap. non debet de conſang. C vbi irritatur matrimonium contractum in gradibus prohibitis, & Trid. ſeſſ. 25. de regul. ca. 15. vbi irritatur profeſſio facta ante 16. annum, & ca. 16. renũtiatio facta à Nouitio aliter quàm ibi præſcribitur. Vide etiam ca. fin. de reb. Eccl. non alien. & Clem. 2. eod. tit. & l. 1. cum aliis ff. ad ſenatuſc. Macedonian. & l. inter cætera ff. de liberis & poſthumis, & l. 1. ff. de iniuſt. rupt. & l. non dubium cap. de legibus. Probat autem Couar. hanc cõmunem ſententiam in cap. quamuis pactum parte 2. §. 4. nu. 6. quia quamuis lex humana non poſſit ius naturale tollere quoad principia nec quoad conditiones, quæ ex illis neceſſariò colliguntur, quales ſunt præcepta decalogi; tamen quoad conditiones, quę D ex principiis neceſſariò non oriuntur, frequentius diſponunt leges humanæ prout in vtilitatem vniuerſalem cedere poſſunt: ergo ſi lex eſt iuſta, & illa reſiſtat alicui contractui reddet illum, nullum, licet ſtando in iure naturæ validus eſſet. Sed iam ſuperius vidimus, lege poſitiua ius naturale abrogari, aut diſpenſari non poſſe, etiam quoad conditiones, quæ non neceſſariò ex principiis naturæ deducantur.

Melius ergo probatur hæc veritas, quia lex poſitiua poteſt addere iuri naturali præcipiendo, aut prohibendo quod iure naturali præceptum, vel E prohibitum non eſt: ergo etiam irritando quod iure naturali irritum non eſt, eodem num. 12. eſt de vtroque, cum vtrumque poſſit communi bono expedire. Aliam rationem adducit Leſſius lib. 2. c. 17. dub. 6. quia contrahentes poſſunt conſtituere certas formulas, & conditiones, ſine quibus eorũ contractus in poſterum non valeant, nec obligationem naturalem poſſint inducere: ergo & Reſp. quæ illis ſuperior eſt: & principes, in quos Reſp. poteſtatem transtulit, multoque magis principes Eccleſiæ in iis, quę ipſorum gubernationi ſubſunt, quia poteſtatem à Chriſto habent ſupremo omnium domino. Quod verò dicitur, l. in re mandata, cap. mandati, propriæ vnius cuiuſque rei quilibet eſt moderator, & arbiter, intelligitur cum ſubordinatione ad gubernatores Reip.

## SECTIO V.

*An irritare actus aliquos ſit proprium legis humanæ: an verò legi diuinæ, naturali, ac poſitiuæ conueniat.*

RESPONDEO, non eſſe proprium iuris humani irritare aliquos actus: nam etiam 7 iuri naturę competit, ſic tract. de voluntario cum multis docuimus, contractus, & vota vi, metu, vel dolo facta inualida eſſe iure naturæ, & ſecundum matrimonium factum viuente primo cõiuge iure naturæ nullum eſt: idem eſt de matrimonio inter patrem & filiam, matrem & filium, fratrem & ſororem ſecundum veriorem opinionem, & de aliis multis, & de contractu vſurario quantùm ad auctarium, ſeu acceſſionem vſuratiam; & de omni cõtractu iniuſto quoad exceſſum pretij, vt in materia de vſuris docuimus. Non tamen omnis actus prohibitus iure naturæ eſt eodem iure nullus: Nam ius naturæ prohibet contrahere matrimonium poſt votum caſtitatis, ſaltem cum animo, vel periculo conſummandi, aut inſcia vxore: tamen tale matrimonium validum eſt: cap, nuptiarum 27. quæſt. 1. idem eſt de matrimonio poſt ſponſalia cum altera, & de venditione rei facta vni, poſtquã promiſſa, vel etiam vendita, ſed non tradita eſt alteri, nec ſubiecta periculo ipſius: & de vẽditione rei vltra iuſtum pretium, quod valet, licet exceſſus ſit reſtituendus. Idem docent multi de matrimonio inter fratrem & ſororem, ſcilicet iure naturæ eſſe prohibitum, non tamen irritum, & de aliis nonnullis matrimoniis idem opinantur, vt in materia de matrimonio vidimus.

*Secundũ matrimonium factum viuente coniuge nullũ eſt iure naturæ.*

Ad diſcernendum autem quando acta contra ius naturæ ſint, vel non ſint irrita, ſit prima regula, quando actus prohibetur iure naturæ ob defectum poteſtatis moralis, vel materiæ incapacitatem, irritus eſt eodem iure, vt in ſecundo matrimonio, & in ſecunda venditione facta poſt primam cum traditione, & in donatione rei iam donatæ, & traditæ: in his enim euentibus eſt defectus poteſtatis, quam prior actus abſtulit. Idem in contractu, vel voto facto propter vim, metum, vel dolum grauem: quia iure naturæ homo eſt inhabilis ad ſic transferendum dominium, vel ſe obligandum: idem eſt in matrimonio inter conſanguineos in primo gradu, ſaltẽ lineæ rectæ. Secũda regula à nõnullis traditur, quando actus prohibetur propter indecentiam, & turpitudinem in eo ſemper manentem, vel quæ cauſſam habet perpetuam, irritus eſt iure naturæ. Hæc regula ſumitur à ſimili ex gloſſa, cap. vides d. 10. Decio cap. 2. de teſtibus, & aliis quos refert Couarr. 2. quæſt. cap. 6. in principio num. 6. Sed male colligitur ex l. ſi ſtipulor ff. de verb. obliga. quod leges, inquit, prohibent, ſi perpetuam cauſam ſeruaturum eſt, ceſſat obligatio: veluti ſi ſororem nupturam ſibi aliquis ſtipuletur, nam ibi non dicitur actum prohibitum iure naturæ eſſe eodem iure nullum, ſed promiſſionem, ſeu ſtipulationem talis actus: quia cadit ſuper materiam prohibitam, & ideò gloſſa ibi interpretatur, talem promiſſionem iure naturæ eſſe

*Matrimoniũ inter fratrem & ſororẽ iure naturæ eſt prohibitum, non tamẽ irritum.*

Digitized by Google

eſſe inualidam,& idem eſſet, ſi caderet ſuper materiam prohibitam iure humano,non etiam ad tépus: vnde ibidem ſubiungit textus: quamquam etiamſi non ſit perpetua cauſa,vt recidat (ideſt accidat) in ſorore adoptiua idem dicendum ſit: quia ſtatim contra mores ſit. Deinde regula videtur falſa: nam multa ſunt prohibita iure naturæ propter indecétiam,& turpitudinem perpetuam, quæ tamen facta tenent, vt venditio ſecunda poſt primam ſine traditione,vel promiſſionem factam alteri, & matrimonium cũ vna poſt ſponſalia cũ altera,vel poſt iuſtam prælati,aut principis prohibitionem: præterea iuriſperiti non ſolùm loquuntur de actu prohibito iure naturæ, ſed etiam iure poſitiuo,de quo poſterius diſputabimus, & iſtam regulam latiùs examinabimus: nunc eam vt falſam relinquamus.

## SECTIO VI.

*Vtrum lex irritans inducat obligationem aliquam in conſcientia.*

8 *1. Con. Cum lex irritat, & prohibet actũ quẽdam, obligat ad abſtinendũ ab illo.*

Dico primò, quando lex irritat aliquem actum,quem ſimul prohibet,obligat in conſcientia ad abſtinendum à tali actu, vt conſtat: poteſt tamen illum irritare ſine vlla prohibitione: Sic natura,vel Eccleſia irritat matrimonia, & vota, ſaltem ſolemnia metu graui facta,non verò illa prohibet: non enim peccat etiam qui ſciens contractum eſſe nullum materia, contrahit metu graui extrinſecus illato, vt in materia de matrimonio docuimus.

*2. Con.* Dico ſecundò, quando aliquis actus irritatur, conſequenter obligatur homo ad abſtinendum ab omnibus, quorum honeſtas ab illius actus valore pendet. Hoc ſe ex patet, quia deficiente fundamento deficiunt quæ in eo præciſè fundantur, & confirmatur,quia actus nullus nullum ius confert,ergo ratione illius nihil licet quod antea non liceret. Exemplo declaratur: nam ſi actus fuit intentatum matrimonium, ratione illius nullus actus eſt licitus, qui ſine vero matrimonio licitus eſſe non poteſt,vt copula coniugalis:ſecus tactus, ſi ſaltem vim aliquam habuit ſponſalium, vt in multis caſibus multi docent, Similiter ſi actus fuit alienatio alicuius rei,& alienatio fuit nulla, ea res non poteſt retineri tanquam propria,ab eo in quẽ alius conabatur dominiũ transferre, & inde etiam poteſt oriri obligatio ad reſtituenda damna, vel etiam fructus vero domino, inde etiam poteſt reſultare actio in alio, qui iniuriam paſſus eſt.Vnde falsò Rebuf. in proœm. conſt.reg.gloſ.1.num.44. cum Panor.cap.quia plerique de immunit.Eccleſ. dicit, *licet contractus ſit nullus, tamen rectè poteſt retineri res in conſcientia, donec declaretur nullus*, niſi fortè nullus ſumatur hic pro annullandus,vel niſi nullitas eſſet dubia. Hæc etiam locum habent, quando irritatio eſt in pœnam delicti, tunc enim propter obligationem ad faciendũ quod lex præcipit,& omittendum quod prohibet,eſt obligatio abſtinendi ab iis, quorum honeſtas à valore illius actus pendet. Sed non omnis lex irritans in pœnam, irritat ante omnem iudicis ſententiam, vt ſuperiùs vidimus. Idem quando irritatio eſt in fauorem alicuius, ſi enim verè actus fuit irritus, vel quia ille non poterat renuntiare fauori, vt clericus non poteſt renuntiare fauorẽ fori, vel quia de facto non renuntiauit, tenetur abſtinere ab omnibus, quæ turpia sũt,ſuppoſita inualiditate actus: ſi eſt verò renũciat,validus,quia ſolum irritatur ſub conditione quòd non renunciet fauori ſuo: quod confirmant aliqui ex c. quãuis pactum de pactis in 6. vbi Pótifex inquit, quãuis leges ciuiles improbent pactũ, quo filia cùm nuptui traditur,renũtiat hæreditati paternæ,contenta dote, nihilominus ſi iuramento firmetur,ſeruandum eſſe: quod iſti interpretantur, quia tunc illa renuntiat diſpoſitioni iuris in fauorem eius factæ. Sed hoc non placet: nam ſine iuramento renuntiare poſſet, tamen hic renuntiatio eſſet nulla, ſi eſt valida, non eſt propter renũtiationem,ſed alia ratione:deinde illa diſpoſitio non ſolùm eſt in fauorem filiæ,ſed ob cõmune bonũ,ne mulieres quaſi tenui dote cõtentæ cogãtur renuntiare hæreditati, & poſteà pauperes maneant attenta ſua qualitate,ex quo alia abſurda in Rep. ſequuntur. Vnde non poſſunt validè renũtiare,quamuis iuramentum, niſi relaxetur propter numinis reuerentiam,ſeruandum ſit,vel certè ius permittit renuntiationem cum iuramento factam, & non aliter, aut certè irritat renuntiationem,in qua iuramentum non interuenit, aliàs verò non, ſi contractus aliquis non eſt ipſo iure irritus,ſed irritandus,vt cum minori læſo ob ſui facilitatem,iuſtè poteſt contrahens retinere rem, donec ab eo petatur, niſi ipſe alium circumuenerit, vt ait Rebuf. illo num.44.cum Innoc.cap.quòd ſicut,de electio. Vnde infert,lucrari fructus ante litem conteſtatam, l. cum fundus ff. ſi certum petatur, l. diuus in gloſ. ff. de ſenatuſconſ. Syll. idem docet Rebuf. tract. de reſciſ. contract. in præfa. circa, fin. in 2. tom. ord.

Addit Rebuf. num. ſeq. & l. ſiquis pro eo ff. de fideiuſſor, ſi filius familias ſine fraude mutuum receperit, in conſcientia non poſſe iuuari Macedoniani exceptione, vt ait,etiam Bartholus extrauag.ad reprimendum verbo,per denuntiationem.

Hîc verò notandum eſt, eum qui ſcienter nulla neceſſitate coactus actũ facit inualidum, ad minus 9
peccare peccato otioſitatis,& ſi interueniant verba, quibus ſignificetur ſe velle facere actum validum, interuenit etiam mendacium,ſi verò vtatur ſignis æquiuocis, vel amphibologicis, incurrit peccatum duplicitatis, vel hypocryſis; & interdũ peccatum mortale,quia eſt contra religionem, & reuerentiam rerum ſacrarum, vt cum inualidã data opera efficit confeſſionem propriam, vel profeſſionem, vel contra iuſtitiam, vt cum profert ſententiam nullam in detrimentum vtriuſque vel alterius litigantis, vel Reip. imò in caſu illo profeſſionis poteſt interuenire iniuſtitia: quia fictio illa poteſt eſſe pernicioſa religioni, & ſimiliter in abſolutione inualida,interuenire poteſt iniuſtitia, quia alter priuatur fructu confeſſionis debito ſibi iam de iuſtitia à ſacerdote, & iniuſtè cogitur, ſi ſciat nullitatem abſolutionis, iterum eadem peccata confiteri,ſi erant mortalia, & ſacerdos ille non eſt, à quo inualidè abſolutus fuit. Ex cauſa autem, vt iniquas querelas, aut vexationes alicuius reſcindat,vel impediat,licitè quis poteſt facere teſtamẽtum inualidum defectu ſolemnitatis, vel alia ratione, & idem eſt de donatione: ita dicunt aliqui viri docti, ſaltem tunc non eſſet peccatum mortale contra iuſtitiam, ſed veniale peccatum mendacij, aut duplicitatis contra veracitatem, vel ſimplicitatem.

SEC. VII.

## SECTIO VII.

*Vtrum lex irritans contractum, vel alium actum, obliget in conſcientia, quando fundatur in falſa præſumptione: idem de legibus non irritantibus quæri poteſt.*

10 AXioma ſatis vulgatum Theologis, & iuriſperitis eſt, legem fundatã in præſumptione, quando reuera falſa eſt, & veritati non conſonat, non obligare in conſcientia, Bal. l. cum quis C. de iuris ac facti ignor. col. 7. Iaſon rubrica ff. de acquiren. hæred. colum. penul. Felin. cap. 1. de conſtitut. num. 4. Decius ibi colum. 8. & in capit. ſicut dignum de homicid. Couarruuias, cap. cùm eſſes de teſtam. numer. 9. & alij referendi.

In huius declaratione variant auctores, cúmque leges irritantes teſtamenta minùs ſolennia, videantur fundatæ in pręſumptione, quæ aliquando falſa eſt, nonnulli dixere tunc teſtamentum minus ſolemne validum in conſcientia eſſe, atque in eo foro ſeruandum. Nimirum quando reuera nulla fraus vel violentia interceſſit, ſed ea fuit libera & ſpontanea voluntas teſtatoris: ita Medin. de reſtitut. quæſt. 23. in fine, Adrian. quodlib. 6. art. 2. corol. 2. Syl. hæreditas l. 3. quæſt. 7. & multi iuriſperiti, quos citat Couar. ſuprà, num. 4.

11 *1. Sententia.* Idem eadem ratione de cõtractibus, & aliis actibus dicere debent: vnde ſi alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine ſolemnitate, & tractatu, reuera facta eſt ſine fraude, & violentia, & in vtilitatem Eccleſiæ, in conſcientia valeret, etiamſi ius canonicum huiuſmodi contractum irritet. Hęc ſententia falſa eſt, & relicto alibi diſputando, an leges de teſtamẽtis vtantur verbis irritãtibus ipſo facto, nunc ſolùm oſtendam ex falſitate præſumptionis in qua fundari videntur eiuſmodi leges, non impediri irritationem teſtamenti minùs ſolennis, ſi reuera leges vtuntur verbis irritantibus ipſo facto. Vt certiſſimum eſt, matrimonia contracta ſine ſolennitate aſſignata à Concilio irrita eſſe, etiamſi nulla fraus, nulla violentia, nihilq́ue aliud ſimile D interceſſerit, ob quod concilium ea matrimonia irritauerit. Vnde explicata eſt prædicta propoſitio.

12 *2. Sententia. 1. dictũ Coua. Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia, quando præſumit propter deffectum probationis legitimæ.* Couar. illo ergo n. 9. vt oſtendat, legem quæ teſtamentum minus ſolenne irritat, & videtur in præſumptione fundata, vim in cõſcientia habere, etiamſi fraus, aut vis à lege præſumpta, non interceſſerit, inquit primò, legem fundatam in pręſumptione non obligare in conſcientia, quando præſumit propter defectum probationis legitimæ: tunc enim in foro interno haberi poteſt certitudo actu, ideo non eſt locus legi: lex autem infirmans E teſtamentum defectu ſolennitatis non præſumit fraudem defectu probationis, ſed defectu ſolennitatis, quod omninò diuerſum eſt. Cæterum in quo ſit diuerſitas, non explicat, & ſi eodem modo lex præſumeret fraudem in vtroque caſu, nulla eſſet ratio differentiæ.

*2. dictũ eiuſdem.* Secundò adducit aliam explicationem, & inquit, præſumptionem falſitatis, & fraudis fuiſſe cauſam impulſiuam in legibus teſtamentorum, atque ideò ceſſante fraude, & falſitate, leges permanere in ſua vi, vt conſtat ex l. 1. §. ſexum ff. de

A poſtulationibus: ceſſante enim cauſſa impulſiua non ceſſat voluntas. Rationem verò præcipuam harum legum inquit, fuiſſe, vt vitentur fraudes. *Hæc autem* (dicit ad 1. num. 9.) *numquam ceſſat in communi, quamuis deficiat in caſu particulari.* Ego verò non ſatis intelligo, quomodò in legibus irritantibus contractus, & teſtamenta minus ſolennia, duplex illa cauſſa interueniat, vna impulſiua, altera principalis, quam vocant motiuã: illa enim cauſſa, vt fraudes, vel alia incommoda vitentur, præſumptionem habet: nam ſi nulla fraus, vel incommodum timeretur, nullæ fierẽt leges eo fine, vt fraudes, & alia incommoda vitarentur: ergo illa B cauſſa motiua fundata fuit in præſumptione: præter illam autem nulla videtur alia cauſſa impulſiua fundata in præſumptione.

Anton. Gomez, l. 3. Tauri. num. 123. Burgos de Paz ead. l. parte 5. n. 149. exiſtimant, huiuſmodi leges nullo modo fundari in præſumptione, vel caſu incerto, ſed in caſu certo, & minimè dubio. Exigunt enim certum numerum teſtium, vt voluntas teſtatoris, vel contrahentis melius conſtet: ſed contra, nam ſi in teſtamentis minus ſolennibus nulla fraus præſumeretur, cur tantus numerus teſtium, maiorque quàm in aliis rebus requireretur? Cur contractus minoris habentis curatorem, ſi nulla fraus, aut deceptio præſumeretur, deberent irritari, ſi fiant ſine conſenſu curatoris? 13 *3. Sententia.*

C Quare alij exiſtimant, eiuſmodi leges ſemper fundari in aliqua præſumptione: tamen axioma illud, lex fundata in falſa præſumptione non obligat, non intelligi de omni genere præſumptionis. Duplex eſt præſumptio, altera qua legiſlator præſumit in ſingulis caſibus, & ratione huius pręſumptionis legem ſtatuit. Hanc habuit Pontifex cap. veniens, ſecundo, & c. 15. quidem de ſponſalibus, Vbi ſtatuit, ſponſalia de futuro tranſire in legitimum matrimonium per copulam ſubſecutam, non quia copula ſine nouo cõſenſu matrimoniali, ſufficiat, ſed quia, vt dixit Couar. 1. 4. ca. 4. §. 4. nu. 1. ne Eccleſia præſumat ſponſos concubuiſſe illicitè, præſumit conſenſum legitimi matrimonij, non ſolùm vt implurimum, ſed in quouis caſu ſingulari: quia non eſt maior ratio de vno quàm de alio. Hanc præſumptionem appellat ibi Couarr. num. 2. iuris, & de iure, quia ſcilicet ius ita præſumit, & ex ea præſumptione ita aliquid ſtatuit, vt non admittat probationem in contrarium. An verò confeſſio, & probatio illius, qui pro matrimonio contendit, vel illius tantùm qui contra matrimonium agit, admittenda non ſit, diſputat ibi Couarr. cùm igitur in tali caſu ex præſumptione lex aliquid ſtatuit, illa non obligat in conſcientia, ſi præſumptio non ſubſiſtat: ſimiliter mandatum iudicis fundatum in hac præſumptione non obligat. De hoc genere præſumptionis intelligitur illud axioma. Quare cum aliquis accedit ad ſponſam de futuro ſine affectu coniugali, etiamſi cogatur cum illa habitare, ſi tamen aliam duxit, non tenetur, nec poteſt ad illam accedere, quãuis ante contractum cum ſecunda teneretur cum prima contrahere, ratione promiſſionis, & damni illati. Secunda præſumptio eſt, qua legiſlator non præſumit fraudem, vel quid ſimile in ſingulis caſibus, ſed quia prudenter exiſtimat, magnam, & frequẽtem occaſionem eſſe fraudi, & aliis incommodis, legem conſtituit, qua huiuſmodi fraudes, & incommoda, quoad eius fieri poſſit, impediat. Hæc præſum

14 *4. Sententia.* *Duplex præſumptio.* *Sponſalia de futuro tranſeũt in matrimoniũ per copulam ſubſecutam.*

Digitized by Google

præſumptio fundamentum eſt non ſolùm legis irritantis, ſed etiam præcipientis, & prohibentis: nulla enim lex eſt, quæ non ſit à legiſlatore conſtituta ad euitandum aliquod damnum, quod euenire poſſet in publicum detrimẽtum totius Reip. vel certi generis perſonarum Reip. quod in totam Remp. redundat ſi huiuſmodi præſumptio ſit falſa, lex, quæ in ea fundatur, non obligat: quia deficit ratio, quæ iuſtã efficiebat legem, propter quam lata fuit contra libertatem, & permiſſionem naturalem: tamen quia hanc præſumptionem non habebat lex in ſingulis caſibus, ſed frequentius, etiamſi in hoc vel illo caſu deficiat, ſi tamen vt plurimùm vera eſt, illa eſt firmum fundamentum legis, quia legiſlator iuſtè decernit, vt hoc vel illud teſtamentum, in quo reuera nulla fraus interceſſit irritum ſit propter bonum commune, quia in aliis non rarò fraudes interuenirent, ſi lex de ſolemnitate teſtamentorum non eſſet introducta: eodem modo de aliis actibus aliàs legitimis irritatis philoſophandum eſt. Hæc doctrina eadem eſt cum aſſerente, ceſſante ratione legis in caſu particulari non ceſſare eius diſpoſitionem, ſi ratio legis non ceſſit in communi, & vt implurimum: intelligitur enim quando legiſlator non præſumpſit, aut non conſiderauit rationem motiuam in omnibus caſibus, quare ſi vt plurimùm deficiat id, quod lex præſumpſit, aut ratio motiua legis, diſpoſitio eius ceſſabit.

*Ceſſante ratione legis, in caſu particulari, non ceſſat eius diſpoſitio, ſi ratio legis nõ ceſſat in communi.*

15 *Author.*

Breuius fortaſſe & clarius diceretur, dupliciter legiſlatorem in præſumptione fundari poſſe: primò, ita vt & iuſtè velle poſſit, & reipſa velit, legem etiam cũ in aliquo caſu particulari præſũptio non ſubſiſtit, effectum ſuum habere propter bonum commune quod ex lege ita lata, & intellecta reſultat, & tunc etiamſi præſumptio non ſubſiſtat, lex habebit effectum irritandi, vel obligandi. Secundò ita, vt vel iuſtè velle non poſſit, aut ſaltem reipſa nolit habere effectum in caſu particulari, in quo præſumptio non ſubſiſtat: & tunc ſi præſumptio non ſubſiſtat in aliquo euentu particulari, licet vt plurimum ſubſiſtat, non ſortietur effectum in caſu illo particulari. Quando verò vno vel altero modo lex fundetur in præſumptione in ſingulis legibus, ex variis coniecturis, & argumentis iudicandum eſt. De materia huius ſectionis nonnulla alia habes ad finem ſectionis nonæ & plura diximus diſp. 10. ſect. 4. vide etiam Vazq. diſp. 163. cap. 2. & 3.

## SECTIO VIII.

*Vtrum lex humana ſimpliciter prohibens aliquem actum, eo ipſo illum irritet, aut quidem addere neceſſe ſit.*

16 *Sententia iuriſp.*

COmmuniter iuriſperiti docent, contractus, & alios actus ſimpliciter prohibitos, ipſo iure eſſe irritos, etiãſi lex expreſsè non dicat irritos eſſe, Baldus. l. non dubium, C. de legibus Notab. 4. Iaſon ead. l. col. 5. gloſſa & alij ibi, Sylueſter verbo lex quæſt. 28. Angelus num. 18. Bartholus illa, l. non dubium num. 38. & l. cum lex ff. de fideiuſſorib. num. 4. & 6. Pan. cum aliis cap. nulli de rebus Eccleſ. non alienandis, idem in cap. ad Apoſtolicam de regularibus num. 11. Tiraq. referens plures l. 16. connubiali, gloſſa 4. nu. 5. & 6.

A Caſ. de conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 7. in textu ibi ne. Felin. cap. ſicut colum. 13. de re iudicata. Ioannes Lupi. repet. Rubricæ de donatio. inter virum & vxorem, §. 6. 8 col. 1. & 2. communiter doctores, l. 1. §. ſi vir vxori ff. de acquirenda poſſe. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 16. quæſt. 17. Grego. Lopez l. 28. tit. 11. partita 5. gloſſ. 7. Matrienzo l. 1. gloſſ. 7. tit. 2. lib. 5. compilationis. Couarr. cap. quamuis pactum parte 2. §. 4. Vbi latè diſputat, an ex pacto nudo, quod eſt prohibitum, obligatio oriatur, & num. 7. concludit, contractum, cui lex reſiſtit, nullum eſſe, & ex eo nullam obligationem naturalem oriri, contractum verò, cui lex humana neque aſſiſtit, neque reſiſtit, validum eſſe, & ex illo naturalem obligationem oriri, etiamſi lex non cõcedat B actionem in foro externo. Hoc ita putauit verum nu. 4. & 10. vt docuerit, eod. modo irritum eſſe cõtractum, ſi lex vtatur verbo, *non poteſt*, ſicuti ſi vteretur verbo, *non poſſit*, quod notauit contra Bart. l. cum lex ff. de fideiuſſoribus col. 3. aſſerentem, particulam, *non*, præpoſitam verbo, *poſſit*, facere irritum contractum, præpoſitam verò verbo, *poteſt*, non facere: quam differentiam meritò inanem exiſtimat Couarr. contractum autem ſimpliciter aliqua lege prohibitum, nullum eſſe, etiamſi lex non vtatur verbo expreſsè irritante manifeſtè videtur probare.

*Contractus cui lex reſiſtit nullus eſt.*

Primò l. non dubium, C. de legibus, vbi inter 17
C alia dicitur, *Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos valere volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente, quod ad omnes legũ interpretationes tam veteres quàm nouellas trahi generaliter imperamus, vt legiſlatori quod fieri non vult, tantùm prohibuiſſe ſufficiat, cætera quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere, hoc eſt, vt ea quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia: ſed etiam pro infectis habeantur licet legiſlator prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixit, inutile eſſe debere, quod factum eſt.* Quæ lex canonizata eſt per Gregor. Papam, lib. 7. regiſtri indict. 2. ca. 7. & habetur cap. imperiali 25, quæſt. 2. vbi dicitur, *imperiali conſtitutione apertè ſancitum eſt, vt ea, quæ contra* D *leges fiunt, non ſolùm inutilia; ſed etiam pro infectis habenda ſint*, concordat c. vides d. 10. & c. ſacroſancta de electione, & l. vita ratione C. quãdo prouocare non eſt neceſſe, vbi dicitur, *dubium non eſt id quod cõtra legem factum videtur, firmitatem non tenere, & ſine appellatione poſſe reſcindi*, & l. iubemus 2. 8. ſanè, C. de ſacroſ. Eccleſ. dicitur, *ea quæ contra leges fiunt pro infectis habenda ſunt*, & l. conditiones ff. de conditionibus inſtitutionum dicitur conditiones quæ contra leges &c. teſtamentis ſumptas pro non ſcriptis haberi & perinde ac ſi conditio hæreditati, legatoúe adiecta non eſſe, hæreditas legatumúe capitur, & reg. quæ contra, dicetur, *quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.*

*1. Arg.*

E Secundò probatur, quoniam Eccleſia eo ipſo, quòd prohibet matrimonium in aliquo gradu cõſanguinitatis, vel affinitatis, ipſum irritare cenſetur, & verè irritat ſemperque irritauit: & olim vſque ad Innoc. II. matrimonia religioſorum non prohibebãtur per verba expreſsè irritãtia, ſed ſimpliciter prohibentia: tamen verè erant irrita: ergo ad irritandum ſufficit ſimplex prohibitio ex regula 64. de regulis iuris in 6. vbi dicitur, quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi: & idem ferè dicitur in l. pacta quæ contra, C. de pactis.

*2. Arg.*

*Conf.*

Tertium argumentum ex capit. venientes de

*3. Arg.*



Digitized by Google

iureiurando, vbi dicitur non poſſe iuramentum inferioris obligare contra voluntatem ſuperioris: idem colligitur ex ca.2. de teſtibus, quod præſertim vetum habet in contractibus, & aliis actionibus, quæ ſine adminiculo iuris humani validi non ſunt: nam ius non cooperatur his actibus, qui contra legem fiunt.

*4. Argum.* Quartum argumentum, ex actione pecaminoſa non poteſt aliquis conſequi fructum, nec ex peccato ſuo commodum reportare: ergo actiones prohibitæ eo ipſo ſunt nullius valoris, fructus & momenti.

*5. Argum.* Quintum argumentum, in noſtro regno, & in iure communi ſunt innumeræ leges, quæ prohibent ſimpliciter inſtitutionem alicuius hæredis, vel relinquere maiorem portionem alicui, contra quas ſi fiat, factum erit nullum: ergo lex ſimpliciter prohibens, etiam irritat.

17 Contra hanc Iuriſperitorum ſententiam ita indiſtinctè ſumptam facit alia regula vtriuſq; iuris, multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, cap. ad Apoſtolicam de regularibus, quæ etiam multis exemplis facilè confirmari poteſt, nam matrimonium prohibitum eſt habenti votum ſimplex caſtitatis, tamen ſi fiat, validum eſt, cap. ſi vir, cap. vouentibus, 27. diſt. cap. rurſus qui clerici, vel vouentes, cap. vnico de voto in 6. & aliis iuribus, coniugium factum temporibus ab Eccleſia interdictis ſubſiſtit, vt conſtat ex iure de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ: lege etiam C cauet Eccleſia, ne in diebus feſtis res vendantur, tamen venditio rata eſt: & cap. per catechiſmum de cognatione ſpir. in 6. præcipitur, ne matrimonio copulentur, qui cognationem ſpiritualem cótrahunt per catechiſmum, tamen matrimonium tenet: Eccleſiæ conſecratio ab alieno Epiſcopo facta, licet ſit prohibita, tamen rata eſt, c. Epiſcopus in diœceſi 7. q. 2. promiſi me fundum venditurum vni, vendidi alteri, venditio eſt valida, iuraui me non reuocaturum teſtamentum, reuocaui, reuocatio eſt valida. Idem patet in venditione rei, quam Deo vouiſti: in promiſſione facta meretrici pro vſura corporis, in matrimonio contracto poſt ſponſalia cum alio inita. Ludi aliqui prohibiti ſunt; tamen per illos dominium lucri tranſ- D fertur, vt poſt alios latè Leſſius lib. 2. cap. 26. dub. 5. & alij inferius citandi. Profeſſio ante annum probationis facta olim interdicta: non tamen irrita erat, dicto cap. ad Apoſtolicam: matrimonia clandeſtina olim erant prohibita, cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ. tamen rata fuiſſe definit Trid. ſeſ. 24. de refor. matrim. cap. 1. acceptio munerum prohibita iudici fuit, cap. ſtatutum §. inſuper de reſcriptis in 6. tamen vt eſſet nulla, additum eſt §. ſi quid autem, ad reſtitutionem integram teneri nulla eorum remiſſione, quibus reſtitutio facienda eſt, vllatenus profutura: & cum Sixtus V. in quadam cóſtitutione, profeſsionem ſine forma ibi præſcripta prohibuiſſet, & irritaſſet: Clemés VIII. prohibitionem cófirmauit, ſed irritationem ſuſtilit: ergo multa ſunt prohibita, & non irrita: quod etiam conſtat; nam qui habet votum ingrediendi ſtrictam religionem, prohibitus eſt profiteri in laxiori: ſi tamen faciat, profeſsio eſt valida, cap. penultimo, ſeu poſt votum de regularibus in 6. item prohibitum eſt donare vni rem alteri promiſſam, tamen donatio, ſi fiat, valida eſt; & prohibitum eſt ſententiam ferre ſub códitione,

A ſi tamen feratur, valida eſt, l. 1. §. biduum ff. quádo appellandum ſit, & cap. biduum, 2. qu. 6. & multa ſimilia afferri poſſent, quæ prædicta communis ſentétia non negat, & videre licet apud gloſ. in d. cap. quæ contra, & d. cap. vides, & in l. contra ff. de legibus: Ideo variæ limitationes, & diſtinctiones ab eius auctoribus inuentæ ſunt ad explicandam ſuam aſſertionem, & dictam l. non dubium, quas examinare neceſſe eſt.

Prima limitatio, ſeu explicatio eſt, quoties lex prohibens fertur ſimpliciter, & ſine adiectione pœnæ, irritat actum: ſi autem pœná adiiciat, non irritat, ita Syl. verbo lex, qu. 28. cum Panor. item cum Cardin. Clem. 1. de reſcriptis, & plures refert Felinus ca. 2. de teſtibus. Priorem partem fundant in d. l. non dubium, & aliis adductis pro communi B ſententia: poſteriorem autem in l. vltima ff. de repudiis, vbi ex pœna adiecta colligit iuriſconſultus, actum non eſſe irritum. Affertur etiam l. ſanctio ff. de pœnis. Ratio eſt, quia pœna adiecta indicat mentem legiſlatoris non fuiſſe duplici onere grauare ſubditos, ſcilicet & pœna, & irritatione.

Sed neutra pars diſtinctionis placet, prima quidem propter ea, quæ adduximus contra commu- 18 nem ſententiam, ex quibus conſtat, actum prohibitum ſine adiectione pœnæ ſæpe eſſe validum. *1. Limitatio.* Secunda verò, quia etiam ſæpe actus prohibitus cum adiectione pœnæ eſt irritus, vt notauit Bart. l. prætor ff. de noui operis nuntiatione, num. 3. & communis, cap. 2. de teſtibus, & colligitur ex l. iubemus §. ſanè. C. de ſacroſanctis Eccleſ. & ex l. 1. ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur: indicat Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. decreto de reformatione matrimonij, vbi poſtquàm irritauit matrimonium ſine parocho, vel teſtibus contractum, iubet puniri eos, qui ſic contrahunt, & eadem ratione potuiſſet addere pœnam ipſo facto incurrendam, ſicut etiam Simonia realis ſub multis pœnis prohibita eſt; nihilominus actus, qui per illam fit, eſt irritus. Idem eſt frequens in decretis prohibentibus electiones, collationes beneficiorum, &c. Ratio verò eſt, quia adiectio pœnæ non ſatis indicat actum non irritari, ſi aliàs prohibitio eius ad irritationem ſufficeret. Probatur aſſumptum, primò quia irritatio ſæpe non eſt pœna, vt ſupra diximus, & ideo licet addatur alia pœna, non eſt duplex; nec immoderata pœna, & quamuis ſit duplex onus, ſunt diuerſarum rationum, & habét diuerſas cauſas, ideo meritò coniúgi poſſunt; nam irritatio per ſe loquendo, aut paſsim fit, quia expedit ad bonum cómune, pœna verò imponitur propter culpam. Secundò, quia violans legem irritantem non minus, imò per ſe loquendo grauius peccat, quàm violans legem prohibentem, & non irritantem: ergo retenta irritatione meritò poteſt lex adiicere pœnam: ergo pœna non eſt indicium ſufficiens, E quòd prohibés non irritet, niſi in aliquo caſu ſpeciali, in quo ipſe modus pœnæ ſupponat valorem actus, vt planè contingit in caſu illius legis vltimæ, ſi attentè conſideretur. Addunt aliqui, quando prohibitio legis eſt pœna alterius delicti, non eſſe iudicandum irritare, niſi expreſsis, & euidentibus verbis id declaretur: quia quantùm ad illam prohibitioné lex eſt pœnalis, & odioſa, ideo iuxta regulas legis pœnalis, vt ſic eſt interpretanda: quarum vna eſt, vt pœna mitiori modo exponatur: altera, vt pœna non incurratur ante ſententiam

Digitized by Google

tiam, niſi in ipſa lege ſatis exprimatur: ergo iudicandum eſt, actum ſic prohibitum non eſſe ipſo
19. facto irritum.

*2. Limitatio.*

Secunda limitatio, diſtinctio, ſeu explicatio eſt: ſi cauſa prohibitionis temporalis ſit, legem prohibentem non irritare: ſi autem perpetua, irritare. Prior pars probatur: quia effectus nō excedit cauſam, ideò ſolet actus reſtringi iuxta exigentiā cauſæ, l. ſi ſtipulor, ff. de verb. oblig. ſic lex prohibens matrimonium fieri certis diebus, non irritat, vt conſtat ex titulo de matrimonio contra interdictum Eccleſiæ: quia temporalem habet cauſam, & pro cętero tēpore eſt prohibitio: idem in vēditione facta diebus feſtis, quæ illicita eſt, ſed valida. Poſterior verò pars patet, quia tūc maximè poteſt lex irritare, cum habet cauſam proportionatam, qualis eſt perpetua cauſa prohibitionis. In hac explicatione poſſemus primam partem acceptare, quia fauorabilis eſt, & vera, quando lex ſolùm vtitur verbo prohibente: non tamen eſt vera ex illo fundamēto: quia non repugnat, cauſſam eſſe temporalem, & nihilominus actum lege prohibente irritari. Patet: nam minor ætas temporalis eſt, breui enim diſcurſu tēporis finitur: nihilominus ſunt multæ leges irritantes actus minoris. Annus probationis eſt temporalis cauſa, tamen defectus illius irritat profeſſionem. item adulterium cum fide nuptiarum, & homicidiū cum machinatione, tranſitoriæ cauſæ ſunt: tamen earum ratione ſunt leges irritantes.

*Cauſa temporalis legem non irritat.*

Dices, licet actus fieret tranſiens, impedimentum, quod reliquit, eſt permanens, & perpetuum: ſed contra, quia etiamſi impedimentum ſit perpetuum, poteſt eſſe non dirimens, ſed tantùm prohibens, ſiue impediens. Deinde eſt petitio principij, quia tale impedimentum non eſt ex natura rei, ſed virtute legis humanæ introductum: ergo ex cauſſa temporali poteſt lex irritare actum & reddere perſonam perpetuò inhabilem ad illum. Et ratio eſt, quia actus, licet temporalis ſit, eſt dignus tali irritatione, ſeu effectu per legem introducto: vel certè, quia ſi cauſſa tēporalis non ſit ipſe actus, ſed circumſtantia temporis vel alia; poſſet tamen aliquando expedire, non ſolùm prohibere, ſed etiam irritare actum in tali tempore, vel circumſtantia factum, vt verbi gratia ſententiam die feſto, vel noctis tempore prolatam: ergo an lex irritet nec ne, non ſatis colligitur ex parte cauſſæ temporalis, ſed alia conſideranda ſunt. Secunda autem pars non poteſt indiſtinctè defendi: nam votum ſimplex caſtitatis de ſe perpetua cauſſa eſt, & ſimiliter cognatio, quæ ex catechiſmo contrahitur, nihilominus lex prohibens matrimonium cum his impedimentis, non irritat illud cap. per catechiſmum de cognatione Spirit. in 6. Ratio autem eſt, quia ſola cauſſa etiamſi ſit perpetua, non irritat actum ſine voluntate legiſlatoris, quæ voluntas debet per legem ſufficienter exprimi: non autem exprimitur ſufficienter per ſolam prohibitionem, vt probant exempla adducta, & primum illud, multa fieri prohibentur quæ facta tenent. Vide alia cōtra iſtam diſtinctionem de cauſa temporali, & perpetua, Sect. 5.

Tertia explicatio, vel limitatio eſt, vt lex prohibens cenſeatur irritare actum, quando diuiſæ, & in particulari ſpecie, & abſolutè ratione ſui, & nō propter circumſtantias temporis, aut loci illum prohibet, deinde etiam præcipiendo perſonæ, ne

A ſe tali actui immiſceat. Hæc eſt ferè communis interpretatio Iuriſtarum, qui nullam afferunt rationem, ſed coacti objectionibus tot addunt particulas, & limitationes, quot videntur neceſſariæ ad occurrēdū obiectionibus: & ſic per illā particulā, directè excludunt exempla de voto, & ſimilia.

Sed hæc explicatio ſeu limitatio mihi non 20
probatur, quia relinquit grauiſſimam materiam multis ſcrupulis ſubiectam, & non aſſignat claram, & diſtinctam regulā ad cognoſcendū, quando lex prohibens irritet, vel ſi licet eo modo ſubterfugere, nunquam lex prohibens irritare conuincetur. Deinde lex prohibet ſentētiam ſub conditione ferri, & nihilominus ſi feratur, eſt valida: B & tamen illa lex ſatis directè, & in ſpecie prohibet illum actum, & directè remouet perſonam iudicis, ne illum efficiat: ergo nō ſufficiunt omnes illæ limitationes: reſpondebunt fortè, non ſimpliciter prohiberi actum, ſed ne fiat ſub conditione: contra, quia lex prohibens ne bona minoris alienentur, ſine decreto iudicis, non irritabit actum aliter factum, quia non ſimpliciter prohibetur, ſed ne fiat ſine decreto, & ita vix reperitur aliquis actus prohibitus lege humana, qui non reſpiciat vel modum agendi vel circunſtantiam perſonæ, vel aliquid ſimile, ratione cuius dicatur non ſimpliciter prohiberi, & ideo non eſſe irritum. Vrget etiam argumentum illud de voto: nam licet ex ſo-C lo iure naturæ videatur indirectè tātùm prohibere matrimonium poſt votum caſtitatis, quia id eſt moraliter neceſſarium ad ſeruādum votum: tamen iure Eccleſiaſtico videtur prohiberi directè. Nihil autem refert, quòd prohibeatur ob talem conditionem: nō etiam matrimonium cū conſanguinea ob conditionem conſanguinitatis prohibetur, imo hīc nō prohibetur ſimpliciter matrimonium, ſed ſolùm cum tali: ibi autem prohibetur ſimpliciter, quia voto aſtrictus cum nulla contrahere poteſt. Vnde quoad prohibitionē æqualia ſunt votū ſimplex & ſolenne, vt dicitur cap. rurſus, quòd clerici vel vouentes, nihilominus differunt in irritatione, D quæ per Eccleſiam addita eſt voto ſolenni: ergo ſignum eſt, prohibitionem, vt ſic quantumuis directā, & ſpecificā, non irritare. Præterea ſi rationes communis ſententiæ initio adductæ eſſent validæ, nō multum referret, prohibitionem eſſe directā, vel indirectā; quia vtroq; modo reſiſtit voluntas principis, & actus eſt grauiter malus: ergo vel vterq; modus prohibitionis ſufficit, vel neuter. Itē ſiue prohibitio ſit directa, ſiue indirecta, poteſt habere vel non habere adiunctam irritationem pro volūtate principis: ergo alia cōſideranda ſunt, vt intelligamus irritare, vel non irritare.

Item ludus alearum ſimpliciter & directè, ac ſecundùm ſuam ſubſtantiam prohibitus eſt: tamen E qui lucratur, verè fit Dominus, & ante ſententiam non tenetur lucrum reſtituere, quāuis intra certum tempus detur actio repetendi contra illum, vt docēt communiter Theologi & Iuriſperiti, Gab. 4. d. 15. quæſt. 13. Maior 19. 13. Medina de reſt. quæſt. 22. Caſtro 2. de lege cap. 2. concluſ. Adrianus. tract. de reſtit. qu. de ludo, quæ incipit quoniam in ſuperioribus, Soto. 4. iuſt. qu. 5. art. 2. Vazq. d. 164. ca. 2. Angel. ver. ludus. Couar. regul. peccatum, parte 2. §. 4. nu. 1. Nauar. c. 17. n. 18. lib. 2. c. 16. dub. & probant, quia quamuis ludus ille prohibitus ſit, tamen non eſt irritus humano iure. & certè qui adductus auctoritate illius legis non

dubium, dicunt, contractum ludi irritum eſſe, & lucrum eo acquiſitum reſtituendum nimis rigidam ſentẽtiam ſequeretur,& communiter non receptam,licet aliqui Theologi dixerint, lucrum reſtituendum, non quia contractus irritus fuerit, ſed quia lucrũ fuit turpe, id eſt, lege prohibitum, ideo reſtituendum pauperibus,non priori Domino;exiſtimãt enim ex parte Eccleſiæ turpe lucrum pauperibus reſtituendum. ita D.Thom.2.2.qu.32. art.7.ad 2.& 4.d.15.quæſt.2. art.4. q.4.ad 2. Bon. art.2.quæſt.1.num.67.Palud.quæſt.3.art.5. con. 2. Alen.4.part.quæſt.33.In.2.art.5.Syluest. vel ludus quæſt.13. Armil. num. 5. & 6.ſi autem cenſerent contractum eſſe nullum reſtitutionem cenſerent faciendam priori Domino, ſaltem ſi bona fide luſit putãt eſſe licitum, quare D.Thom. ſuprà aliter loquitur de lucro acquiſito per ludum prohibitũ, & de acquiſito per ludum cum minore. Nam primum ait reſtituẽdum pauperib. ſecũdum minori, quia contractus fuit irritus, & in noſtro Caſtellæ regno lege prohibentur aliqui munera accipere quos, ſi acceperint, non obligamus ad reſtitutionem & iure canonico clerici prohibentur exercere aliquam negotiationem,quæ tamen ſi exerceatur, valida eſt.

21 4. Limitatio. Quarta limitatio, ſeu explicatio eſt Greg. Lopez,ſuprà vt lex ſimpliciter prohibens, tunc intelligatur irritare, quando eius diſpoſitio reſpicit ſolùm agentes contra legem: nam ſi alios reſpiciat, actus erit validus: quare, cùm ſit prohibitum clericis in ſacris exercere officium tabellionis, cap.ſicut te,ne clerici, vel monachi,ſi tamen exerceant, inſtrumentum ab eis cõfectum,validum erit, quia eſt in vtilitatem tertij: Ibi etiam approbat limitationes Baldi illa,l.non dubium, nu. 18. & ſequentibus qui quatuor limitationes ponit: prima, vt lex loquatur non verbis permittentibus, ſed prohibentibus: ſed hæc impertinenter vocatur limitatio cùm ſermo ſemper ſit de lege prohibente.

Secunda eſt, vt intelligatur de iis, quæ habent perpetuam prohibẽdi cauſam,ſed hæc iam reiecta eſt in 2.explicatione.

Tertia, niſi lex poſt verba prohibentia exprimat,contractum eſſe validum: de qua limitatione in 5.explicatione dicemus.

Quarta, vt ſolùm intelligatur de lege prohibẽte ſubſtantiam actus,non ſolam qualitatem,quam limitationem habet etiam Paulus Caſtrẽſis l. non dubium,Cod.de legibus colum.9.& probat Greg. Lopez,ex auth.decernit, C. de arbitris iuxta gloſſam ſecundùm vnum intellectum, ſed de hac dixi in 3.explicatione: modo tantùm reiicio illam explicationẽ de lege reſpiciente ſolùm agentem cõtra legem, vel etiam alios: non conſtat multas leges prohibentes eſſe etiam irritantes, licet alios reſpiciant,vt lex, quæ prohibet contractus minoris ſine decreto iudicis, & alias ſimiles, quamuis fatear cauſſam ſufficientem non irritandi actum ſæpe eſſe quòd ea irritatio in detrimentum aliorum cederet; vt in clerico exercente officium tabellionis, tamen ſæpe expedit etiam cum aliorum detrimento actum eſſe irritum, & ſæpe etiam expedit quamuis irritatio eſſet ſine aliorum detrimento, vt adhuc non ſit irritus: ergo ex eo capite non ſufficienter intelligitur, quando actus prohibitus ſit,vel non ſit irritus: & ſi vera eſſet illa doctrina Gregor.Lopez, ſequeretur nullam eſſe differentiam inter legem, quæ prohibet, nullum tabellionem ſine examine exercere officium ſuum, & eam, quæ vetat clericum in ſacris exercere officium tabellionis: vtrobique enim munus exerceretur in vtilitatem tertij, quem lex non videtur voluiſſe comprehendere, tamen inſtrumentum confectum à tabellione ſine examine, irritum eſt; confectum verò à clerico in ſacris, validum.

Vnde quintò aliqui limitant,ſeu explicant ſemper actum prohibitum eſſe nullum, ſi poteſt à legiſlatore irritari,& ex eadem lege, vel alia, aut ex conſuetudine, quæ vim habet legis, aut alia ſufficienti ratione non colligatur validum eſſe. Hanc limitationem, vt vidimus, ex parte poſuere Baldus, & Gregor.Lopez, & amplectitur Azor tom. 1. l.5.cap.16.quæſt.17. Eam verò impugnant quidam recẽtiores Theologi. Primò, quia excogitata ſine vlla ratione videtur ſolum ad efficiendas difficultates. Secundò, quia ex eadem colligitur, prohibitionem quantumuis abſolutam de ſe non eſſe irritantem, ſed indifferentem, vt ea non obſtante poſſit ſuſtineri actus vel irritari: nam in eadem lege contingit poſt prohibitionem ſubſequi verba,quæ ſuſtinent actum,vt loquitur Bar. addẽs hanc exceptionem in dicta, l. non dubium, & notauit Adrianus in 4. agens de reſtitutione eorum, quæ ludo acquiſita ſunt: & bene Molina tom. 2. de iuſt.diſp.451. Tertiò,quia Eccleſia olim prohibebat matrimonia clandeſtina,ca.aliter,cum multis,30.quæſt.5. & ca.cum inhibitio de clandeſtina deſponſatione: prohibebat autem illa directè, in ſpecie,& abſolutè,& cum omni exaggeratione: ea tamen non irritabat, nec fuerunt irrita vſque ad Trid.vt docent omnes,4.diſt. 28.& alibi: ergo ſola prohibitio etiam cum prædictis circumſtantiis non ſatis eſt ad irritandum. 22 5. Limitatio

Sed hæc parũ vrgent contra hanc 5.explicationẽ: ad primum enim facilè dici poteſt,cùm in illa l.nõ dubiũ, canonizata per Eccleſiam dicatur, omnem actum ſimpliciter prohibitum eſſe irritũ eo quòd hæc ſit,legiſlatoris, non immeritò excipi omnes, quos legiſlator irritare non potuit, aut ex ead. vel alia lege,aut aliquo æquiualenti cõſtat irritare noluiſſe, verbum enim ſimpliciter excludit explicationẽ mentis de irritatione,vel non irritatione in eadem, vel alia lege,aut conſuetudine contentam. Ad ſecundum reſpondeo,conſequens eſſe verum, nec aduerſari auctoribus huius explicationis: ſolũ enim cõtendunt ſemper actũ prohibitũ, eſſe irritũ niſi aliũde aliud ſufficiẽter colligatur,quia ita ſuas leges intelligi voluit ipſe legiſlator. Ad tertium, reſpondet Decius,cap. 2.de conſt.num. 7. à regula illius legis, non dubium,excipiendum eſſe matrimonium: ſed hoc non ſatisfacit,quia deberet reddere rationem cur matrimoniũ & non alia.Poſſet autem ratio eſſe, ſemper Eccleſia voluit matrimonia clandeſtina rata eſſe, ſaltem numquam voluit oppoſitum:quod ipſa ſemper explicuit.cur autem noluerit, fortè ratio fuit, quia olim non erat experta tot incommoda, vel illa non contulerat cum incommodis irritationis,nec iudicauerat eſſe maiora & ſufficientia ad validè & rectè inducendam irritationem donec in Tridentino res eſt vtrinque diſputata,& diligenter diſcuſſa. Quando verò Eccleſia prohibet,nequis cõſecret, baptizet, &c. non ſolùm dicimus ſi contrarium fiat, validũ eſſe, quia Eccleſia explicat ſe irritationem non intendere, ſed quia ſcimus irritationem non poſſe ab

Digitized by Google

ab Eccleſia induci: vnde cap. Epiſcopus in diœceſim, 7. quæſt. 1. dicitur, cùm quis in diœceſi aliena alienos clericos ordinauit licet peccauerit, ordinationem tamen validam eſſe: ſimiliter, c. comperimus 14. quæſt. 6. dicitur conſecrationem quarumdam rerum illicitã fuiſſe, factum tamen tenere, quia nimirũ licet illa conſecratio eſſet prohibita iure naturæ eo quòd erat facta in rebus alienis, dominis rationabiliter inuitis, tamen Eccleſia numquam illam prohibuerat, vel ſaltem nũquam irritauerat: itaque non obſtantibus dictis obiectionibus defendi poſſit, regulam generalem in hac parte eſſe, omnem actum prohibitum lege poſitiua eſſe irritum eadem lege, niſi ex eadem lege, vel alia, aut ex conſuetudine, vel aliquo alio ſufficienti fundamẽto oppoſitum colligatur: quia ſaltem hoc videtur diſpoſitum in illa lege non dubium, ad Canones etiam per Eccleſiam applicata.

Alia tamen ratione præcedens explicatio mihi non placet, nimirum quia illa lex imperatoria in regnis quæ non regitur legibus Cæſaris locum non habet quoad temporalia, & nullibi locum habet quoad ſpiritualia: Eccleſia enim numquam eam legem ad ſpiritualia extendit, & fortaſſe illa lex non irritat actũ ipſo facto, ſed ait eſſe irritandũ, vt poſteà ex nõnullis referemus, & alio modo intellecta, dura videtur, & intolerabilis, & contra bonum commune, non enim videtur expedire, omnia quæ ſimpliciter prohibentur, irrita eſſe.

23 Sextò, Ferd. Mendoza, 1. de pactis, cap. 4. num. 41. exiſtimat ex ſimplici legis prohibitione non eſſe deducendum, actus aliàs validos, & legitimos infirmari in foro conſcientiæ: non enim ſolent leges ciuiles hoc efficere, niſi magno animarum periculo vrgente, vel grauiſſima gubernationis politicæ neceſſitate: & cùm ſimpliciter prohibẽt, vel annullant contractum, ſolum eſt intelligendum in foro externo, & ciuili: idem tenent Pan. cap. ad Apoſtolicam, num. 11. verſ. & per hoc poſſet, de regular. & Syl. v. lex nu. 18. idem dicunt aliqui recentiores Theologi. Eſt cõmunis ſententia Theologorum, quam magis ſupponunt, quã diſputent & probent in hac materia de legibus, & illa ſemper vtuntur in aliis materiis, quoties occaſio occurrit, vt in materia de matrimonio, ludo, & aliis cõtractibus & de receptione munerum contra leges: quia ſi lex expreſsè non irritat, putant impediri tranſlationem dominij, nec oriri obligationem reſtituendi; de quo bene Molina, tom. 1. iuſtitiæ tract. 2. diſp. 88. vnde leges præſertim canonicæ, quando volunt irritare, præter prohibitionem, ponunt verba expreſſa capite ſtatutum de reſcript. in 6. §. ſiquid autem, & in Trid. ſeſſ. 24. de refor. matrim. ca. 1. & ſeſſ. 25. de regul. ca. 15. & 16. reſpondent aliqui, non propterea addunt verba illa, ſed nequis poſſit renuntiare iuri ſuo: nam quando lex prohibet ſine expreſſis verbis irritantibus, poſſunt contrahentes cedere iuri ſuo, & facere contractum validum. Sed hoc gratis dicitur: nam ſi lex non continet fauorem priuatum, renuntiari quoad nullum effectum poteſt, etiamſi non habeat verba irritantia, ſi autem continet fauorem priuatum, etiamſi addatur verbum irritans, renuntiari poteſt, niſi hoc ipſum ſpecialiter prohibeatur.

6. Limitatio.

Item: Sixtus X. præcipit profeſſionem non fieri

A niſi tali modo: Clemens autẽ VIII. reuocauit priorem motũ quoad irritationem, & reliquit integrũ, quoad prohibitionem: ergo ſuppoſuit, prohibitionem non irritare, niſi peculiariter adiungatur: & ratio eſt, quia irritare & prohibere ſunt duo effectus valde diſtincti: ergo vt fiant oportet vtrumque eſſe intentum & expreſſum in lege: quia intentio legiſlatoris ſine expreſſione nihil operatur: ſola autem prohibitio quantumcũq; directa, ſpecifica, & abſoluta, non ſignificat vtrumque effectum: ergo neceſſe eſt addi verbum, quo irritatio ſignificetur. Si dicas, id eſſe verum attenta præciſè ſignificatione illius verbi: ſuppoſita tamen lege, in qua legiſlator dixit, quoties ſimpliciter aliquid prohibet, velle id eſſe irritum, iam verbum illud ſatis ſignificat irritationem. B Hæc replica poſtulat explicationem legis, non dubium, ad quam dicunt primò, non eſſe receptam, ſed vſu reuocatam, vt non malè inſinuat Molina ſuprà; quia lex ſic intellecta erat grauis, & oneroſa valde: nam leges humanæ prohibentes contractus, & alia innumera ſunt. Vnde ſi omnes eſſent irritantes, multũ grauarentur conſcientiæ, eſſetque intolerabile onus.

Secundò, cum Molin. ſuprà, ſenſum illius legis non eſſe, quòd omnis actus prohibitus ſit ipſo iure nullus, ſed quòd per iudicem annullari poſſit, & debeat: quod in c. vides d. 10. his verbis ſignificatur C *quidquid contra leges accipitur, per leges diſſolui meretur*: & in illa lege non dubium dicitur, *pro infectis habeatur, & inutile videri debet, quod factum eſt*, & ſimilia, quæ ſententiam iudicis, vel requirunt, certè admittunt: quod ſatis eſt, vt in mitiore ſenſu rigoroſam legem interpretemur. Nec ab hac expoſitione diſſentit Bart. ibi & Ilarius in l. vniuerſa C. de precibus imperatori offerendis, vbi etiam indicat gloſſa, & idem Bart. in l. ſi ita quis §. ea lege ff. de ver. oblig. vbi idem ſentit Romanus, vt citat Felin. c. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata, num. 4. vnde ſuſpicor iuriſperitos ſolùm in modo loquendi differre à Theologis. D Sæpe enim vocant actum nullum, quem irritabilem appellamus, diſtinguũt autem duplicem actum nullum: ſcilicet ipſo iure, vel ope exceptionis: primus eſt verè nullus eo ipſo quòd ſit: ſecundus autem non eſt nullus, donec in iudicio ponatur exceptio, & per iudicem irritetur. Et de hac nullitate intelligunt legem, non dubium, ſed duæ limitationes addendæ ſunt: prima, vt actus ſit capax irritationis, ſunt enim aliqui actus, qui licet poſſint irritari antecedenter, ne validè fiant, tamen ſi ſemel validi ſint, non poſſunt poſteà irritari humana poteſtate, vt eſt matrimonium, ſaltem cõſummatum, ſecundùm aliquos profeſſio religioſa: E huiuſmodi ergo actus ſi ſolùm prohibeantur, & ipſo iure non irritentur poſtquam facti ſunt, non poſſunt per exceptionem irritari, vt patet de matrimonio contra votum ſimplex, & olim de clandeſtino.

*Quod contra leges accipitur, per leges diſſolui meretur.*

Secunda limitatio eſt, quòd defectus talis actionis non ſit adeo leuis, vt non ſit dignus tanta pœna, vt quando ſolùm prætermittitur accidentalis aliqua circumſtantia, de quo infrà. Et quoad hanc partem poſſunt per probabilem coniecturam applicari nonnullæ exceptiones, quæ ſecũdùm probabiles à quibuſdam adhibitæ ſunt, vt illa de pœna: nam hæc irritatio quæ fit per iudicẽ reuera eſt pœna: ideo ſi lex aliã imponat, & actus contractus non ſit dignus tot pœnis, cenſeri poteſt legiſla-



Digitized by Google

latorem fuiſſe contentum alia pœna abſque irritatione. Conſiderarique debet, an prohibitio cadat directè in ſubſtãtiam actus vel in modum accidentalem: nam in priori modo actus contrarius per ſe eſt dignus irritatione: in poſteriori autem non ita per ſe & intrinſecè, niſi modus ille ſit valdè grauis, & ad commune bonum multùm neceſſarius.

24 *7. Limitatio.* Septimò, recentiores nonnulli, vt defendant pactum nudum validum eſſe, quod tamen prohibitum eſt, l. iuriſgentium §. cum nulla ff. de pactis dicunt legem, *non dubium*, ſolùm loqui de actu commiſſo in fraudem legis vt intelligatur eodem modo prohibitus, aut irritus? quo ſi expreſsè prohibitus, aut irritatus fuiſſet: lex enim lata eſt contra eos, qui in fraudem legis iuxta eius verba, ſed non iuxta mentem legiſlatoris agebant: vnde ſic incipit: *non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem*, nec pœnas inſertas legibus euitabit, quæ ſe contra legis ſententiàm ſalua prærogatiua verborum fraudulenter excuſat: vt nimirum ſe excuſabant quidam curiales, qui cùm prohibiti eſsẽt ad procuratores rerum alienarum accedere, vſurpauerũt ſibi licentiam conducẽdi, quaſi hoc negotiationis genus non eſſe illis prohibitum, cùm expreſsè in lege non continerentur: hanc interpretationem tradit. Ferdin. de Mẽdoza ſupra, & eam cõfirmat ex aliis verbis legis, quæ in integra Epiſto. imperatoris habentur, & refert ex lib. nouellarum eo.

Sed hæc interpretatio ſecundùm aliquos apertè eſt contra text. in quo nõ ſolùm dicitur, quòd ſit in fraudẽ legis, retẽtis tantùm eius verbis: ſed etiã ſimplicem legis prohibitionem contractum eſſe irritũ & inanem: ita vt in caſu illius legis nec locator aduerſus conductorem: nec è conuerſo actionem habeat: vnde in fine illius legis cõcluditur: ſecũdùm itaque prædictam regulam, qua vbicunque non ſeruari factum lege prohibente cenſuimus, certum eſt, nec ſtipulationi huiuſmodi tenere, nec mandatum illius eſſe momenti, nec Sacramentum admitti. Facilè tamèn reſponderi poſſet, hæc poſteriora verba ex prioribus declarãda, quæ diſſerunt de conuentionibus in fraudẽ legis factis.

25. *8. Limitatio, ſeu explicatio.* Octauò alij recentiores, vt Vaſquez diſp. 164. ca. 3. huiuſmodi explicatione notant, quod diſp. 7. Sect. 8. dicimus, leges imperatorias in multis regnis vim non habere, vt in Hiſpania, Gallia, &c. quare lex illa c. *non dubiũ*, de legibus ſolùm habet vim in terris ſubditis imperio, niſi conſuetudine, vel alio modo in aliis recepta ſit, in noſtro autem regno recepta non eſt, inquiunt, in eo ſenſu, vt ſimplex prohibitio vim habeat irritandi. In terris tamen imperij, niſi conſuetudine derogata ſit eam vim habet quoties prohibet ſubſtantiam actus non ſi ſola accidentia, exceptis legibus, quæ iubẽt contractum fieri certa ſolennitate: eæ namque aliter factum irritante, & in ſubſtãtiam actus feruntur, licet accidentia reſpicere videantur. Itaque in terris non ſubiectis imperio quoties lex non prohibet ſubſtantiam actus; ſed aliquas circumſtantias non irritat, vt ſi prohibeatur inſtrumentum fieri in die feſto, vel negotiationem in tempore, aut loco ſacro. Deinde quoties actus prohibetur alicui generi perſonarum intuitu religionis, liberalitatis, vel alterius virtutis quæ iuſtitiæ non ſit, validus eſt, & lucrum ex eo acquiſitum non eſt reſtitutioni obnoxium, niſi aliud lex explicuit,

A Quare cum in noſtro regno nulla lege cautum ſit vt actus ſimpliciter prohibitus, irritus ſit, & leges imperij in eo locum non habeant, talis actus firmus erit, ſi intuitu tantùm religionis, vel liberalitatis prohibitus ſit, vt cum clericis in ſacris, quædam negotiationis genera prohibentur, quia præ ſe ferunt in illis quandam indecẽtiam, & nimiam cupiditatem: & licet leges imperij in terris Pontificis locum habeant in rebus, in quibus Pontifices nihil ſtatuerunt, tamen illa lex, *non dubium*, extendi non debet ad Pontificia decreta, ſed de illis iudicandum eſt, ac ſi talis lex non eſſet eiuſdem rationis. Sunt in noſtro regno leges aliquibus prohibentes munerum receptionem etiamſi gratis,

B & ſpontè dentur, & offerantur: & leges Cæſareæ prohibentes, ne curiales ad procuratores rerũ alienarum accedant: nimia enim ſolicitudo, & cupiditas iudicata eſt in regiis miniſtris: ſi negotia alia exerceant, præter illa, quæ ipſis demandata ſunt. Ad auaritiã quoque pertinet, iudices aliquid etiã datũ gratis accipere, quia occaſio eſſe poteſt violandi iuſtitiã, quare niſi illa lege, *non dubium*, mens imperatoris explicata eſſet, vt ſimplex prohibitio irritet, procuratio rerum alienarũ in curialibus irrita nõ eſſet, etiam in terris imperio ſubiectis, quia nihil eiuſmodi actus contineret contra iuſtitiam, ſed contra liberalitatem: ergo non haberet, vnde

C eſſet irritus. Deinde quando lex pretium cõſtituit, vt non liceat cariùs vendere, cõtractus eſt validus, ſed exceſſus eſt reſtituendus, quia exceſſus eſt cõtra iuſtitiam, ac ſi pretium illud communi æſtimatione fuiſſet deſignatum, in quo euentu ſolus exceſſus reſtituendus eſſet, quia dolus non dedit cauſam contractui, ſed tantùm exceſſui pretij. Neque parum refert contractum validum eſſe, & ſolum exceſſum reſtitui debere: ſic enim pecunia fit vendentis, & merces ementis, & ita emptor in illa pecunia nullũ habet priuilegium, vt illi priùs quàm aliis creditoribus ſolutio fiat, ſi omnibus integra fieri non poteſt, quod ſi exceſſus pecuniæ non eſſet tranſlatus in dominium venditoris, ex illa pecunia integrè reſtituendum eſſet emptori priuſ-

D quã aliis creditoribus, quia dominium illius manet in emptore. Quòd autem transferatur totius pecuniæ dominium in venditorem, etiamſi exceſſus contra iuſtitiam, & nullo iuſtitiæ titulo fuerit acceptus. Probatur, quia cùm contractus ſit validus, neceſſe eſt, vt aliquid pretij pro re vendita in venditorem transferatur: cumque non ſit maior ratio de illa parte pecuniæ, ſequitur totius dominium in venditorem transferri: nam dominium rei incertæ & indeterminatæ penes nullum eſt. Contra hoc ſibi obiiciunt ex §. ſi duorum inſti. de rer. diuiſione, vbi dicitur ſi duorum grana miſceãtur, manere commune dominium. Sed hæc obie-

E ctio non eſt ad rem, quia ſiue dominium ſit commune duabus perſonis, ſiue non: tamen ſemper videtur determinatum ex parte obiecti: eſto daremus nullum illorum hominem ſcire determinatè, cuius partis ipſe ſit dominus: decernere autem quando per confuſionem fiat dominium cõmune plurium perſonarum, vel de quo latè agit Vazquez ſuprà, pertinet ad tract. de dominio, vbi latè diſputatur à Molina, & aliis. Addunt iſti aliam regulam, quoties lex ſimpliciter deſignat certum aliquod genus perſonarum, vt legitimos auctores alicuius actus, ſi contra legem fiat, etiam in terris imperio non ſubiectis irritus eſt. Huiuſmodi ſunt

leges

Digitized by Google

leges teſtamentorum, quæ aſſignant certum aliquod genus teſtatoris, ſeu potentis teſtari vel legitimos hæredes, vel legitimã partem hæreditatis, vltra quam quidquid teſtamento legatur, nullius momenti eſt. Item leges prohibētes certo generi perſonarum alienare, quia tali negotiationi ineptus eſt, vt prodigus, & minor, ſermo eſt de prodigo, qui talis à iudice declaratus eſt, & quaſi minor curatorem à iudice habet.

Ratio eſt, quia dum lex aſſignat partem legitimã alicui, & prohibet maiorem ei relinqui, ideſt, quòd iure ei conuenit tanquam legitima portio; vltra legitimam autem portionē titulo preciſè teſtamēti nihil habere poteſt. Eodē modo cùm quis aſſignatur hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, B contendit lex aſſignare hæredem, ad quem iure ipſo pertineat hæreditas: quare nulli alteri relinqui poteſt. Similiter prohibentur aliqui teſtamentum condere, vt Epiſcopus de bonis Eccleſiæ vel impuberes, ſi teſtamentum faciunt, non transferūt hæreditatem, quia per hanc legem tollitur bonorum adminiſtratio in teſtamento. Quod perinde eſt, atque ei aſſignari legitimum hæredem ab inteſtato. Et cùm quis prohibetur contrahere, vt minor, qui communiter cenſetur non habere ſufficientem, & expedientem prudentiam ad contrahendum, tollitur ei bonorum adminiſtratio, qua ablata, alienatio, & alia ab eo facta ſunt nulla, intelligitur de minori, cui aſſignatus eſt curator. C Nam ſi aſſignatus non ſit, acta eius valida ſunt: tamen in fauorem ætatis cōceditur ei repetitio, quia læſus præſumitur, l. 4. & 5. tom. 11. partita 5. idem de prodigo habente curatorem ſtatuitur, l. 17. to. 16. parti. 6. & cum in l. 15. præſcribatur curatori modus alienandi res minores, omne quod aliter fit, eſt irritum, & inane. Idem iudicandum de iure Cæſareo, quod non cenſet legitimas perſonas ad contrahendum, & teſtandum, niſi ea ratione, quam leges præſcribunt. Addunt denique aliam regulam, quoties lex ſtatuit aliquem certum numerum teſtium, vel tractatuum pro forma contractus, & alienationis, etiãſi non addat verba irritantia, contractus eſt nullus, quia deficiente forma legitimè D contrahendi, perſonæ cenſentur ad contrahendū inhabiles, ſicut minor curatorem habens. Eiuſmodi ſunt alienationes minùs ſolennes, quæ prohibentur, ne aliquid detrimenti ſequatur contrahētibus, qua etiam ratione minori interdicitur alienatio. Quomodò autem iſtæ leges fundentur in præſumptione vera, & non falſa, ſuprà explicatum eſt: obſeruandum eſt tamen maximè, tunc legem in conſcientia obligare, quotiens cognita veritate in iudicio, iuxta ipſam legem iuſtè iudicaretur. Quare ſi iudex cognita veritate iuſtè iudicet irritum fuiſſe contractum, vel teſtamentum minùs ſolenne, ſequitur in conſcientia nullum fuiſſe, quia iudex tenetur ſeruare iuſtitiam inter litigantes: ſi E autem contractus in cōſcientia validus fuiſſet, non poſſet iuſtè pronuntiare irritum fuiſſe à principio, nec expoliare hæredem in teſtamento minùs ſolenni, ſi ipſi conſtaret de veritate per duos aut tres teſtes. Hæc illi recentiores, quæ magna ex parte vera ſunt: vt tamen inter tam varios dicendi modos, quid ſentiam aperiam.

## *Opinio auctoris.*

26 1. Con. Dico primò, non (omnia) quæ humana lege ſimpliciter ſunt prohibita, ſunt irrita. In hac A concluſione, vt credo, cōueniunt omnes, probatur ex iis, quæ contra cōmunem opinionem iuriſperitorum initio obiecta ſunt, & ex variis limitationibus relatis, quæ à doctoribus adhibentur, quas nos ex parte ſaltem approbauimus. Secundò probatur, quia iure naturali multa prohibentur, quæ facta tenent, vt ſect. 5. ergo idem de iure poſitiuo diuino, & humano dicendum eſt: & quādo quod prohibetur non poteſt ſimpliciter, vel in tali euentu à legiſlatore irritari, res clara eſt. *Non omnia quæ lege humana ſimpliciter prohibētur, sūt irrita.*

Similiter quando eadem lex, vel alia, vel cōſuetudo, vel coniecturæ aut indicia ſatis declarant actum non eſſe irritum. Hinc quādo irritatio non eſſet expediens ad bonū cōmune, actus prohibitus non eſſet irritus; quia legiſlator nihil poteſt niſi in ordine ad bonum commune: ſimiliter ſi irritatio eſſet pœna, & illam non mereretur delictum: vel ſi illa ſeorſum meretur delictum, non tamen illam, & aliam pœnam, quam ſimul imponit, cùm enim vtraque ſimul iuſtè imponi non poſsit, ad neutram eſt obligatio in conſcientia donec legiſlator explicet, quam velit omitti, niſi ex verbis legis vel coniecturis ſatis intelligeretur, quæ pœna eſſet alteri præferenda, & tunc ſi irritatio iudicaretur præferenda, actus deberet cenſeri irritus, ſed ad aliam pœnam non relinqueretur obligatio. Si autem alia pœna perferenda videretur, vel probabiliter inferenda eſſet, irritatio locum in foro animæ non haberet: & hoc verum eſt, ſiue illa alia pœna eſſet irritatio alterius actus, ſiue non: communiter autem quando alia pœna explicatur, irritatio verò ipſius actus non, præferenda alia pœna videtur: quia certior eſt. Et quantum ad hoc approbamus, quæ in prima, & 5. explicatione ſeu limitatione continentur, ſi tamen ipſe de facto poſſet vtramlibet excuſare, deberet maiorem ſubire, quia iuſta eſt, & mens legiſlatoris videatur vt ſubeat quidquid fuerit iuſtum in pœnis impoſitis.

Secundò dicimus, ex vi legis, *non dubium*, etiam extra dictos caſus actum prohibitum non eſſe irritum, quando res ſunt ſpirituales, ſeu Eccleſiaſticæ: quia Imperator in rebus ſpiritualibus, vel Eccleſiaſticis nec vult, nec iniuſtè, aut validè poteſt ſe intromittere ad irritandos, vel prohibendos actus. 2. Con.

Tertiò dicimus, ex vi nullius legis, vel conſuetudinis Eccleſiaſticæ omnes actus ſpirituales, ſeu Eccleſiaſticos etiam irritabiles à poteſtate Eccleſiaſtica, eſſe verè irritos eo ipſo quòd ſimpliciter prohibeantur, nulla alia facta declaratione, per eãdem, vel aliam legem, aut conſuetudinem. Probatur quia nulla eſt lex, vel cōſuetudo Eccleſiaſtica, quæ decernat actus ſimpliciter prohibitos eſſe irritos: nec obſtat quod in primo argumēto afferebatur ex cap. imperiali, nam Gregorius in ea epiſt. ſolùm præcipit, vt teſtamentum quoddam, quod ſecundùm conſtitutiones imperiales nullum erat, pro nullo habeatur: nullitatis autē rationem reddit; quia imperiali conſtitutione ſancitum erat ſcilicet, l. non dubium, C. de legibus, vt quæ contra leges fiãt, non ſolùm inutilia, ſed etiam pro infectis habenda ſint, cap. autem, vides, d. 10. ſolùm dicitur quod contra leges accipitur, per leges diſſolui meretur, cap. autem ſacroſancta de electione canonici factam à layco, non tenere, quia laycus non habebat ius eligēdi. Itaque non erat nulla ſolùm, quia prohibita, ſed quiá erat à non habente pote- 27 3. Con.

ſtatem neceſſariam ad valorem actus. Maior difficultas eſt ex illa regula iuris in 6. quæ contra ius fiunt debent pro infectis haberi: ſed neque iſta regula multùm viget: primò enim dicere poſſumus cum aliquibus relatis à Ioanne And. in gloſſa ibi ſolùm habere locum, quando ius prohibet aliquid non ſimpliciter, ſed addendo, ſi fiat non valere. Quam ſolutionem malè impugnat ipſe Ioannes Andreas, quem refert & ſequitur Syl. verbo lex quæſt. 28. ex l. non dubium, C. de legibus, vbi habetur expreſſe, quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, licet non addiderit, ſi contra factum fuerit, non valere. Nam in hac parte ex iure ciuili ad canonicum argumentari non licet. Secundò, dicere poſſumus ex illa regula ſolùm colligi, quæ contra ius fiunt, irritari debere, ſcilicet cum irritari poſſunt, & expedit. Quidam verò, vt ſumma Piſana, ſuppleme. Dyn. & Cyn. apud Syl. ſuprà dicũt indubitanter tenendũ eſſe iuxta dictam regulam, quęcũq; lex prohibet ſimpliciter, & nullo alio in contrarium addito, eſſe ipſo iure nulla, niſi talia ſint, quòd eorum effectus reuocari non poſſit, vt homicidium, quod ſcilicet tenet de facto. Additio autem poteſt eſſe tripliciter: primò addendo verba annullantia, vt dicendo, *Si contra factum fuerit, ſit irritum & inane:* & tunc eſt planum l. mutuo, §. ſub conditi. ff. de tute. Secundò addendo verba exprimẽtia modum, per quem illud factum annullatur, vt dicendo, qui contra fecerit, remoueatur exceptione tali, vel tali, vt Macedoniani, aut Velleiani de dolo, aut huiuſmodi, & tunc valet factum contra legem, id eſt, faciẽ, ſed remouetur exceptione appoſita. Tertiò, addendo verba cõfirmatiua, *ſi contra factum fuerit*, valebit quidem, & tunc valet, l. græca, §. à tutore, ff. de interdictis, & relegatis, & ff. de fideiuſſoris, & l. relegatorum, §. ad tempus, l. 1. §. biduum ff. quando appellandum ſit. Sed contra hanc opinionem obiicit Ioannes Andreas, ſuprà ferè omnia alia, quæ initio obiecimus contra communem opinionem iuriſperitorum. Obiicit etiam de his, quæ fiunt contra ius, & poſteà confirmantur, quæ ipſe allegat, cap. non firmatur de regulis iuris lib. 6. & ſoluit ipſe, Primò, ſecundùm Ioann. Bern. & Accurſium, vt regula illa, *quæ contra ius fiunt debent pro infectis haberi*, intelligatur in his quę habent perpetuam prohibitionis cauſam, contra verò, in his quæ temporalem. Vel ſecundò, inquit, dic hanc regulam eſſe veram, niſi eodem, vel alio iure toleratur, id eſt, ad annullandum certa actio, vel exceptio paratur, vt in his quæ fiunt dolo, vel metu ſecundùm Dynum, quia factum tenet, licet non teneat conſiderato effectu, ff. eodem l. nihil intereſt: & ſic intelliguntur cõtraria. Vel tertiò inquit, dic quòd illa non ſunt contra ius, quia licet ius non aſſiſtat, non tamen plenè reſiſtit. Hæc Ioannes Andreas. Quibus addit Syluester: ſed tu ſi vis tenere primã opinionem, ſolue per primam reſponſionem, Ioannis Andreæ, quòd omnia illa iura tolerantur, quia adduntur prohibitioni verba confirmatiua: vel per tertiam, quæ redit in ſecundam. Deinde Syl. recitat opinionem Panor. cap. in nomine domini de teſtam. dicentis, *ſi diſpoſitio non eſt pœnalis, regulariter actus eſt nullus*, vt in reg. quæ cõtra ius de reg. iuris in 6. & l. non dubiũ, C. de legib. quod intellige, quando lex habet perpetuã cauſam prohibitionis, id eſt ratio prohibendi eſt perpetua, ſecus ſi temporalis.

Quidam dicunt, quòd per appoſitionem pœnæ ſuſtinetur actus, quia lex non videtur tũc ſimpliciter prohibere, ſed vltra proceſſit apponendo pœnam: quòd verum eſt, niſi lex vltra pœnam inducat actus nullitatem, vt in l. iubemus, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in cap. quapropter de electione, & licet hæc opinio, non videatur placere Bart. l. prætor ff. de noui operis nuntiat: quia allegat dictam, l. iubemus, & multa iura, quæ vltra pœnam inducunt actus nullitatem. Tamen reſpõderi poteſt, quia in iuribus illis lex non fuit contẽta pœna, ſed etiam voluit actus nullitatem: Syl. autem ait, ego ſuppono, quia regula non intelligatur in maleficiis, quæ ſcilicet tenent ipſo facto, ſicut occiſus viuere non poteſt, ſed vt dicit Ioannes And. tenet in his, quæ de iure ſortiuntur effectum, id eſt, alias ſortiri poſſunt, nec in habẽtib. tẽporalem cauſam prohibitionis, ſed in habentibus perpetuam, colligendo omnia prædicta, quæ vera ſunt ad rectum ſenſum. Dico, quòd contra ius fit aliquid duobus modis, primò ſimpliciter ſcilicet quando lex prohibet nullo addito, vel addita actus nullitate, & tunc indubitanter non valet. Secundò ſecundùm quid id eſt, aliquo addito, quod eſt prohibere ex parte, & ex parte concedere, vt patebit, & fit tribus modis, & quidem ſi prohibitioni addatur pœna, & factum tenet, niſi expreſsè annulletur, quia ſic prohibetur, nullus emat à tali ſub pœna decem, eſt dicere nullus emat ab illo, & ſi quis vult emere, ſoluat decem, & ſic tenet emptio. Idem eſt, ſi prohibitioni addatur confirmatio actus prohibiti: idem ſi addatur modus annullandi factum; quia iam ſupponitur valuiſſe. Sed aduertendum ſecundùm Pan. non ſemper ex violatione legis induci nullitatem ipſo iure, ſed aliquando irritat ipſo facto, aliquando diſtat cauſam irritandi: ſi enim lex iubet aliquam ſolennitatem adhiberi tempore contractus, ſi aliter fiat, actus eſt nullus ipſo iure, vt in ca. ſiue ex 12. quæſt. 2. & cap. auditus de elect. & d. l. non dubium ff. de legibus, & l. hac C. de teſt. Si verò iubet aliquam ſolennitatem adhiberi poſt contractum, vel alium actum perfectum, tunc ſi ſolennitas illa non interuenit, non inducitur nullitas actus ipſo iure, ſed nõ valet in effectu, quia debet annullari, niſi aliud expreſsè caueatur in diſpoſitione: & hoc videtur probari in l. vniuerſa, C. de precibus imperato. offeren. Exemplum: ſtatutum dicit, de quolibet contractu ſoluatur gabella in decem ſolidis pro libra, certè ſi non ſoluitur, contractus remanet validus, licet poſſit annullari, quod procedit etiam ſi lex dicat, aliàs non valeat, quia debet intelligi, *non valeat*, in effectu, vt in d. l. vniuerſa, ſecus ſi diceret, non valeat ipſo iure vel ipſo facto, ex quibus colligit Syl. in 4. caſibus, valere acta contra ius, id eſt, eſt ſecundùm gloſſam, ca. tua fraternitas, de ſponſ. duo & Ioann. Andr. Bern. & Accurſ. quando cauſa prohibitionis eſt temporalis, & non perpetua, vt in cap. 1. de matrimonio contracto. contra interdictum Eccleſiæ, quæ dicitur temporalis, quando eſt reſtricta ad certũ tẽpus, puta ſi prohibeatur matrimonium propter venerationem certæ diei, vel ſi prohibeatur profeſſio fieri intra annum, vt in cap. ad Apoſtolicam de regul. iuris lib. 6. ſecus ſi prohibitionis cauſa eſt perpetua, puta cum prohibetur aliquid ſecundùm ſe propter malum quod inde ſequi poteſt, vel bonum quod poſſit impediri, vt matrimonium in certo gradu: & ſic intellige dictam,

Digitized by Google

dictam, l. non dubium & cap. vides d. 10. & cap. contradicimus 35. quæſt. 3. & cap. non oportet 33. quæſt. 4. Secundus iuxta Cardin. Clem. 1. de reſcriptis, quando lex punit contra facientem, quia tenet, ſi expreſsè non annulletur factū ſecus quando ſolùm prohibet. Tertius ſecundùm Pan. c. ad Apoſtolicam de reg. quando prohibitio legis cōcernit principaliter fauorē alicuius, quia talis prohibitio habet potiùs vim exhortationis reſpectu illius, pro cuius fauore principaliter fit, qui renuntiare poteſt, pro quo facit 4. d. §. hæc & ſi legibus, & infert per ſe per hoc interpretari: licet ſtatuto caueatur, ne mulier poſſit contractum facere ſine præſentia duorum agnatorum, quòd valeat contractus ſine præſentia eorum, ſi ſtatutum expreſsè actum non annullet, facit, l. ſiquis in conſcribendo, C. de pactis, & d. cap. ad Apoſtolicam, vbi patet obligationem acquiri Deo, licet actus ſit prohibitus à lege fauore volentis profiteri. Quartus ſecūdùm Card. Clem. 1. de iure patron. concordante gloſſa ibi, & Paulo, quando lex dat certam formam ſuper eodem, quod alicui conuenit ex ſua poteſtate: ſicut ſi Epiſcopo, qui abſoluere poteſt ex ſua iuriſdictione ab excommunicatione, quā conditor canonis ſibi non reſeruauit lex mandat; quòd non abſoluat, niſi faciat ſic vel ſic: quia ſi contrarium faciat abſolutio: eius tenet quando dat talem poteſtatem ei qui alias eam non habebat: quia forma non ſeruata nihil fauet.

Hos quatuor caſus ponit etiam Angel. verbo lex, numer. 18. ſed ex ſuperioribus patet hos caſus ſeu exceptiones nec ad l. non dubium, nec ad regulam, quæ contra ius de regulis iuris in 6. rectè accommodari generaliter loquendo. Vnde recurrendum erit ad expoſitionem illius regulæ ſuperiùs adductæ. De l. autem non dubium dicam conditiones 5. quomodo ſit intelligenda in terris Imperio ſubiectis, & in ordine ad temporalia aliquibus tantùm diſponere poteſt.

4. Con. Dico quartò, lex, non dubium, nullam vim habet in terris, quę non reguntur iure Cęſareo, vt in Hiſpania, Gallia, Sicilia, &c. Hæc patet vnde in his terris acta contra ius, valida erunt, niſi aliud obſtat: Ita Vazquez, diſp. 164. cap. 3. & alij recentiores.

28 5. Con. Dico quintò in terris, quæ reguntur iure Cæſareo, ſi lex, non dubium, eſt integrè recepta, de quo dubito, propter ea quæ dicta ſunt in 6. explicatione, dicendum eſt, omnem actum factum contra legem, ſi erat irritabilis in eo euentu à legiſlatore eſſe irritū ipſo facto, quando nec in ea lege, nec in alia oppoſitum exprimitur, nec conſuetudo, aut aliæ coniecturæ id ſuadent. Vt in 5. explicatione dicebatur: & docet Vazquez, diſp. 164. capite 3. cuius ſententiam latè retulimus in 8. explicatione, non autem exiſtimamus eſſe ſufficientem coniecturam, quòd lex apponat aliam pœnam, aut prohibitio ſit ex cauſa temporali, aut, quòd actus ſolùm ſit prohibitus cum tali circumſtantia temporis, vel perſonæ, &c. aut quòd diſpoſitio reſpiciat alios à delinquente, propter ea quæ dicta ſunt in 1. 2. 3. & 4. explicatione.

Hæc concluſio non ſolùm eſt Vazquez, ſuprà num. 19. ſed etiam videtur Thomæ Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 1. diſp. 17. nu. 16. & Azoris tom. 1. lib. 5. cap. 16. vbi vniuersè affirmat, id quod contra legem fit, nullius eſſe momenti, niſi quando ex illa lege, iure vel ratione certa conſtat, illud ratum

A eſſe, & firmum. Idem tenent omnes, qui abſolutè dicūt, actum ſimpliciter prohibitum eſſe ipſo iure irritum, quos ex parte citat Vazquez ſuprà, ca. 1. n. 2. & nos initio ſectionis: quibus adde Bald. l. 1. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. poſſunt, Iaſon l. vniuerſa, Cod. de precibus Imperatori offerendis, Imol. l. 1. ff. de teſtam. & communem iuriſperitorum ſententiam eſſe, agnoſcit Mendoza ſuprà, nu. 38. quam iure optimo colligunt ex d. l. non dubiū, C. de legibus, verba enim illa, nullum pactum, &c. quæ in primo argumento allegaui, & præcedentia ſatis eam indicant: poſtquam enim Imperatores fraudem curialium, ſeu decurionum aduerſus aliam legem, qua cautum erat, ne curiales ad procurationem rerum alienarum accederent, com-

B memorarunt: conducendi enim res alienas ſibimet licentiam vſurpabant, inquiunt. Hac lege perpetuò valitura ſancimus conducendi quoque fundos alienos licentiam curialibus amputari, locatas res viribus fiſci vindicari. Itaque locatori, vel contra locator conductori nulla tenebitur actione: nullum enim pactum, &c. Ergo conductio illa contra legem illam eſt: cum lege illa ſit prohibita; & contra legem faciat, qui id facit, quod lex prohibet, l. contra legem, ff. de legibus, quare conductio illa non poteſt dici in fraudem legis facta cum iuriſconſultis, l. illa, contra legem; dicat

C in fraudem legis facere, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit, & Vlpian. l. fraus ff. eodem, fraus legi fit, vbi id fit, quod fieri nolit, fieri autem non vetuit, ſcilicet expreſsè: cùm igitur lex illa, non dubium, tam ad veteres, quàm ad nouellas conſtitutiones, & legum interpretationes trahenda decernatur, neceſſe eſt, vt lex ſimpliciter actum prohibens, ipſum etiam infirmare cenſeatur, etiamſi in fraudem legis factus non ſit. Conſonant alia iura citata argumento primo l. pacta quæ contra, C. de pactis dicens, *pacta, quæ contra leges, conſtitutioneſque vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati iuris eſt.* Vbi tamen leges Cæſareæ vim non habent, prohibitio non infert irritationem, vt diximus: quia verbum, *prohi-*

D *beo*, ex ſe illam non ſignificat; nec ex aliqua generali lege, quæ omnia prohibita, irrita eſſe decernat: quamuis aliunde intelligi interdum poſſit actum irritari, vel quia forma ſubſtantialis per legem præſcripta omiſſa eſt, vel quia iuſtum rerum pretium lege conſtituitur, aut legitima portio ex rebus propriis, hæredibus relinquenda ſignatur, & neceſſarij hæredes lege declarantur: aut quia leges decernunt, ne ſingulares aliquæ, ac determinatæ perſonæ propria auctoritate contrahant, néue Epiſcopo, ex bonis Eccleſię, aut etiam ex propriis, minoreſue ante pubertatem condere poſſint teſtamentum: in his enim & aliis ſimilibus euentis, quibus ob publicam vtilitatem interdicitur pote-

E ſtas de re aliqua diſponendi, perſpicuum eſt diſpoſitionem fore nullam, vt ſuprà retuli dixiſſe Vazquez diſp. 164. cap. à num. 24.

Neque noſtræ ſententiæ aduerſantur verba illa legis, non dubium, quæ pro ſe affert Mendoza, *Quod ad omnes legum interpretationes tam veteres, quam nouellas trahi generaliter imperamus.* Vbi Mēd. expendit, non dici ad omnes leges, ſed ad omnes legum interpretationes, vt oſtenderent Imperatores ſe non de eo diſſerere, qui contra verba legis ageret, ſed contra eius mentem: eſt enim interpretatio legis tacitus legis ſenſus, non verbis ſed mente,

Digitized by Google

mente, & intentione legiſlatoris compre henſus, vt conſtat l. ita fideicommiſſus, ff. de iure fiſci. Nam Imperatores apertè hanc Mendozæ declarationem eluſerunt: cum enim vniuerſè dixiſſent, *nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente*, ſubiunxerunt, *quod ad omnes etiam legum interpretationes*, coniunctio enim illa, *etiam*, ſatis oſtendit, pactum contra legem, & non ſolùm contra eius interpretationem irritum eſſe: nec mirum cùm magis delinquat, qui contra aperta verba legis facit, quàm qui contra ſolam mentem: ergo ſi huius pactum irritatur, à fortiori pactum illius irritatur.

29 Ex quibus patet ad primum argumentum, quod ſumptum eſt ex illa l. non dubium.

*Ad 1. arg.*

*Ad 2.*

Reſtat tamen pro ſolutione integra, & plena ſecundi argumenti, vt explicemus quæ verba ſatis indicent, mentem legiſlatoris eſſe, vt actus prohibitus, ſit irritus ipſo iure, vel ipſo facto. De qua re multa Felinus, cap. Rodulphus, de reſcriptis à nu. 23. Andreas Siculus, cap. ſi diligenti, de foro competenti, Alexander l. Imperator, ff. de iure fiſci, Tiraq. l. vlt. connub. gloſ. 4. num. 4. & 10.

*Verba irritātia legē quæ.*

Propria verba ſunt, quando lex dicit, *eo ipſo irritus ſit*, aut, *non valeat, pro infecto habeatur*, &c. l. non dubium, C. de legibus, l. ſtipulatio ff. de verb. oblig. Idem eſt, ſi dicat, *careat viribus*, docet Felin. ſup. num. 27. gloſ. cap. ad aures, verb. vires, de reſcriptis, & cap. vnico verb. vacuamus, de his quæ vi, in 6. & colligitur ex his textibus, & ex cap. ne captandæ de conceſſ. præben. lib. 6. Limitat Felinus, niſi aliis iuribus ſtatutum ſit, vt actus non ſit ipſo iure nullus, vt reſcriptũ ſurreptitium ad lites impetratum non eſt irritum ipſo iure, cap. cæterum, cap. ſi autem, ca. plerumque de reſcrip. & docet Felin. ſuprà, & fuſiùs cap. ad audientiam, 2. nu. 17. de reſcrip. idem eſt de illis verbis, *robur, & firmitatem non obtineat*, ca. decet §. ordinarij de immun. Eccleſ. in 6. Verum eſt, illa verba apparere ambigua, quia actus irritabilis non habet omninò firmitatem. Nihilominus gloſ. ibi & omnes intelligunt, verbis illis actum fieri ipſo iure irritum, & ita ſunt communi vſu recepta, docet gloſ. l. certa ratione, verb. non tenere C. quando prouocare non eſt neceſſe. Dominic. cap. cæterum de reſcrip. Felin. cap. Rodulphus, num. 30. & conſtat ex cap. cæterum, & cap. ne captandæ, & l. certa ratione ſuprà allegatis, & cap. decet, §. ordinarij, in 6. Quod, vt ſuperius limitat Felin. ſuprà ex d. cap. cæterum, iuncto ca. ſi autem de reſcrip. & cap. non infirmatur de reg. iur. lib. 6. & idem eſt, de his verbis, *locũ non habeat*, gloſ. cap. præſenti verb. non habere, de ſent. excomm. in 6. Archidiac. & Dominic. ibi Felin. ſuprà num. 24. idem de his verbis, *nullas vires obtineat*, Butrius cap. ad aures, de reſcrip. Andreas Siculus, Clem. 1. de elect. Felin. ſuprà, num. 28. vbi etiam & num. 26. 30. & 32. cum multis idem ait de his verbis, *nullomodo fiat, omnino fieri prohibemus, cõtradicimus, eo ipſo iure, vel ipſo facto non valeat*. Idem eſt, cum lex aufert poteſtatem alienandi, vt l. iubemus, 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. idem eſt de verbis, quæ ſignificant legem impedire tranſlationem dominij, aut iuris, vt, *non faciat ſuum, non poſſit in conſcientia retinere*, & ſimilia.

30 De his verbis, *fruſtra fiet, aget*, &c. non ſignificare factum eſſe ipſo iure irritum, docet Bald. nu. 2. l. 1. C. de non numerata pecun. Domin. ca. 1. nu.

A 13. de iudic. in 6. Marcard. repet. cap. venimus verſ. D. Dominicus, de accuſatio. Ducuntur, quia dicta l. 1. cautio de ſoluenda pecunia credita, fruſtra emiſſa dicitur, ſi pecunia numerata non ſit, & tamen eiuſmodi cautio valet; alioqui non eſſet danda exceptio non numeratæ pecuniæ, vt reipſa datur in d. l. 1. & l. in contractibus C. eod. tit. ſecũdò ex cap. quia fruſtra de vſur. vbi Pontifex affirmat, *fruſtra legis auxilium implorare, qui in legem committit*, & definit, *nullatenus eſſe audiendum, qui vſuras repetit, cùm ipſe quas acquiſiuit, non ſoluat*: quibus in verbis exceptionem dilatoriam concedit aduerſus vſurarium. Concedit Innoc. IIII. ad illum locum.

B Exiſtimat ergo iudicium de repetitione vſurarum valere, alioqui non eſſet neceſſaria exceptio. Verbum ergo, *fruſtra*, nõ ſignificat, iudicium eſſe ipſo iure nullum.

Contrariam ſententiam docet Bald. quem refert, & probat Imola, num. 5. §. circa 14. in l. accuſatores §. ad crimen ff. de public. iudic. ſcilicet, l. quãuis ad finem, C. ad legem Iuliam de adulter. Pan. cap. veniens num. 24. de accuſation. Ioannes Andreas, & Dominicus, num. 9. in cap. 1. de accuſ. lib. 6. quatenus ſignificant, *fruſtra*, ſignificare in caſſum, & Felin. ſuprà num. 30. cuius ſententiæ fundamentum eſt, l. cum ea, l. condemnationes, l. ſi cauſa cognita C. de tranſact. l. fruſtra C. de non

C numer. pecun. & dictus, §. ad crimen: ex quibus apertè liquet, actum, qui fruſtra fieri dicitur, eſſe nullum ipſo iure, & quia, *fruſtra*, ſignificat in caſſum, & inutiliter.

Ad argumentum in contrarium reſpondeo, ex Panor. & Felino ſuprà, in illis iuribus, *fruſtra*, impropriè accipi: quando autem ſic accipiendum ſit, ex materia ſubiecta colligendum eſt. Ergo crediderim propriè etiam in illis iuribus ſumi. Nam propriè dicitur, *inutiliter*, ſeu, *fruſtra*, aliquid petere, cui à iudice non eſt dandum, licet ſi daretur, factũ teneret: ſed, *fruſtra*, non cadit ſuper iudicium, ſed ſuper petitionem: quæ apud iudicem rectè iudicantem nullius eſt momenti.

D De illis verbis, *non poteſt*, aut, *non poſſit*, latè Tiraq. l. 16. connub. gloſ. 4. vbi num. 10. alios refert, 31
quibus adde Couarr. qui alios etiam refert, cap. quamuis pactum par. 2. §. 4. Bart. à n. 4. ergo l. cum lex verſ. ſed iuxta prædicta ff. de fideiuſſoribus ait, ſi lex dicat, *non poſſit*, putat actum cõtra legem eſſe ipſo iure nullum, quia lex abſtulit poteſtatem in futurum: ſi verò dicat, *non poteſt*, actus erit nullus in foro externo: ſed erit validus in foro conſcientiæ; non producet obligationem ciuilem, ſed naturalem: quia lex nullam facultatem ad eum actũ in poſterum efficiendum abſtulit, idem Socin. l. 1. col. 2. ff. de lib. & poſthu. Iaſon, l. frater à fratre in 1. lectura col. 14. verſ. tertià difficultas ff. de

E condict. indebiti, probat ex l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. oblig.

Hanc tamen Bartoli differentiam, vt commentitiam impugnat Iaſon dicta l. ſtipulatio §. alteri, 32
nu. 17. & l. Gallus in princ. in 1. lectura verſ. huic difficultati, & in 2. lectura verſ. contra iſtam regul. ff. de lib. & poſthu. & l. pacta C. de pactis, & alij nonnulli, quos recenſet, & probat Tiraq. ſuprà, n. 9. & Couar. ſuprà num. 4. pugnat enim in primis cum ipſo Bart. qui in l. de his n. 1. ff. de tranſactio. verbum, *non poteſt*, in lege poſitum, cõtractui reſiſtere ait, ex quo infert; nec naturalem, nec ciuilem obligationem cõtractum talem producere, argumento,

Digitized by Google

mento, l. ſi non ſortem in prin. ff. de conduct. indeb. & l. cum lex ff. de fideiuſſor. pugnat etiam cùm gloſ. cap. 1. verb. non poteſt, de reg. iur. in 6. quam ſequitur Bart. ſuprà, num. 4. & l. vlt. ff. de feriis, & alij plures relati à Tiraq. ſuprà, num. 1. qui omnes affirmant, verbum, *non poteſt*, neceſſitatem inducere & potentiam negare: atque adeo actũ cõtra lege factum eſſe ipſo iure nullum, quod confirmat l. non poteſt ff. de lega. 1. Hoc tamen non eſſe vniuersè verum exiſtimat Couar. ſuprà, num. 4. verſ. ſed aduerſus, ait enim frequentiſſimè inducere præciſam neceſſitatem: ergo ſentit, non ſemper: quod apertè docet, n. 10. vnde ait, quando inducat præcisã neceſſitatem, & tollat omnẽ potẽtiam, ex ſubiecta materia intelligendũ, probat ex ca. litteras, de reſt. ſpol. vbi definitur, mulierẽ cui cũ viro conſanguinitas innoteſcit, non poſſe eiuſmodi viro ſine mortali peccato carnaliter commiſceri, & ex ca. quando de præſump. vbi dicitur, *latere te in vicinio non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit*. Adde l. 3. §. ſi in loco communi, & §. quòd ſi ſoliti ff. de noui operis nunti. vbi dicitur, non poſſe ſocium ei, qui in communi loco ædificat, opus nouum nunciare, cum poſſit per prætorem, vel per arbitrum communi diuidundo, eum prohibere, & l. filius ff. de conditionibus inſtitutionum, vniuersè dicitur, quæ facta lędunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, (vt generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt: & Aug. lib. contra mendac. cap. 17. & refertur cap. faciat homo, 22. quæſt. 2. ait, *cum ad hunc articulum peruentum fuerit, vt talis ſaluti, ſcilicet temporali hominum conſulere niſi peccando non poſſit, iam ſe exiſtimet, non habere quid faciat, quando id reliquum eſſe perſpexerit, quod non rectè facit*: ex quibus patet, verba hæc non ſemper excludere potentiã phyſicam, ſed interdum ſolam moralem, ſecũdùm quam id poſſumus, quòd iure poſſumus, & non poſſe, quæ licitè non poſſumus, l. filius qui ff. de condition. inſtitutionum.

*Id poſſumus quod iure poſſumus.*

33 Cõſiderari autem poteſt, an actus de quo lex loquitur, talis ſit, vt poteſtas ad illud validè efficiendum pendeat à lege, vel à legiſlatore; vt eſt, verbi gratia, actus tutoris, vt tutor eſt, aut iudicis vt iudex eſt, &c. tunc enim ſi lex dicit, *non poteſt*, aut, *non poſſit*, probabile eſt, eſſe irritantem: quando verò facultas agendi eſt ſolùm ex priuato dominio, & iure, non videtur illud verbum ſufficiens: vnde Sa verb. lex num. 14. *quando lex præſcribit formam in eo, in quo quis alioqui habet poteſtatem, actum cõtra legem tenet*, nu autem 30. aliam apponit regulam, *non eſt actus irritus ſed irritandus, ſi dicitur, non poteſt, aut, non valeat, quidam tamen dicunt, irritum eſſe ſi dicitur, non poſſit*. Solet etiam irritatio per effectus declarari, vt quando de matrimonio prohibito dicitur, *filij ex eo nati erunt illegitimi*, clarum ſignum eſt nullitatis: & ita inuenitur in legibus ciuilibus prohibentibus matrimonia in certis gradibus, & quia eodem modo prohibent iura canonica, annullantia ſunt. Idem eſt; ſi dicatur, *poterunt coniuges cum aliis contrahere*, quia hoc non eſſet verum, ſi prius matrimonium validum fuiſſet. Idem cẽſeo, ſi poſt matrimonium præcipiat lex matrimonij perpetuã ſeparationem. Optimum exemplum eſt in cap. vt lex 27. quæſt. 1. vbi prius præcipitur ſeparatio, & poſteà redditur ratio, *quia talia matrimonia inualida ſunt*: & ita patet ad exempla de matrimonio in ſecundo argumento poſita, quanquam in illo exẽplo de matrimonio ſacrarum perſonarum aliqui ſentiant, nullitatem eius non cœpiſſe vſque ad dictum cap. vt lex: ſed oppoſitum eſt probabilius, quia multa antiquiora decreta ſeparationem præcipiunt.

Ad confirmationem patet reſponſio ex dictis conditione tertia. 34

*Ad conf.*

*Ad 3.*

Ad tertium argumentum reſpondeo, actum inferioris non præualere cõtra voluntatem ſuperioris, ſi validum ſit, quod efficit, quamuis ſit prohibitum, ſi ſuperior ipſe illud irritare noluit: nec refert quòd ius non aſſiſtat tali actui: ſæpe enim ſatis eſt, non reſiſtere irritando illum, quia tranſlationes dominiorum, & obligationes multæ fieri poſſunt per priuatam poteſtatem, & arbitrium lege non ligatum quoad valorem actus, licet ſit ligatum quoad honeſtatem ipſius, & aliquando ius aſſiſtit actui, quem prohibet, quia vult illum valere, ſicut Deus ſpecialiter aſsiſtit valori, & efficaciæ ſacramenti, etiamſi fiat à miniſtro prohibito. Et ex ſequenti ſectione clarius conſtabit. Vnde etiam nihil refert, quòd talis actus peccatum mortale ſit: adhuc enim poteſt eſſe validus ad plures effectus morales.

*Ad 4.*

Ad quartum reſpondeo, non eſſe inconueniẽs, vt aliquis per accidens ex ſuo peccato interdum reportet commodum aliquod, ſimpliciter enim potiùs reportat damnum, vt ex confeſſione informi colpabili, etiam cum valida eſt.

Ad quintum reſpondeo, non eſſe eandem rationem de illis legibus, & de aliis, proptereaque in octaua explicatione continentur, nimirum quia illæ leges ex communi vſu, & intelligentia limitant poteſtatem teſtandi, & legandi, & dant aut auferunt ius aliquod hæredibus, vel legatariis: & ideò ſi cõtra illas fiat actus defectu poteſtatis, erit nullus: aliæ autem leges non auferunt poteſtatem vllam neceſſariam ad valorem actus, ſed ad honeſtatem ipſius, ideo quòd contra illas fit, validum eſt.

## SECTIO IX.

*Quando lex dans formam actus irritet illum, ſi ea forma non ſeruetur.*

Vide Azor tom. 2. lib. 8. ca. 14. de alienat. rerum Eccleſ. qu. 8. & ſequentibus, & tom. 1. lib. 5. cap. 16. quæſt. 17. certum eſt ex terminis, ſi forma ſit accidentalis, id eſt, non neceſſaria ad valorem actus, actum eſſe validum, ſi verò ſubſtãtialis, id eſt, neceſſaria ad valorem actus, actum eſſe nullum: quo ſenſu dictum eſt ſect. 1. quando non ſeruatur forma præſcripta à lege, actum eſſe irritum. Sed tota difficultas eſt, quando ad hunc ſenſum forma ſit accidentaria, vel ſubſtantialis. Certum etiam eſt, in eadem lege poſſe vtramque formam, ſeu ſolẽnitatem præſcribi, vt in cap. quia propter de electione, factum eſſe notant gloſſa verbo ſanet, & Doctores, & gloſſa cap. 1. de elect. in 6. verbo formam, cum Bern. & Ioanne Andrea. Variæ autem regulæ dãtur à iuriſperitis ad cognoſcendum, quando forma ſit ſubſtantialis ad valorem actus: & quãdo non; vt videre licet in prædictis gloſſis, & in doctoribus, eiſdem locis, & Sylueſter verb. lex quæſt. 28. gloſſa Clem. 1. de iure patronatus, verbo 35

*Ex forma accidẽtali actus eſt validus, ex ſubſtantiali verò nullus.*

verbo inhibentes, Felin. c. Quoniam frequenter, vt lite non conteſtata, n. 4. & in ca. cum dilecta, de reſcriptis, num. 6. & ca. ex parte de conſt. à nu. 3. Tiraq. l. vlt. c. nnub. gloſ. 4. num. 6. & l. ſi vnquam §. reuertatur num. 69. & communiter aliis l. non dubium, C. de legibus. Sa, verbo lex nu. 14. Pan. cap. ex parte de conſtit. circa finem. Syl. verb. cõſilium, q. 3. & alij eod. verbo, & l. non dubiũ, C. de legibus.

36 Prima regula eſt, quando forma præſcripta per legem continet naturalem æquitatem, omiſſio formæ reddit actum nullum, aliàs verò non: exemplum eſſe poteſt in forma iudiciali, quæ habet, vt ſine præcedenti infamiâ contra nullum procedatur de illo particulariter inquirendo, vel quòd accuſatio in ſcriptis fiat, & denuntiatio præcedente monitione, cap. inquiſitiones de accuſatio, cap. licet Heli de Simonia, cum ſimilibus. Sed hæc regula quoad ſecũdam partem, generalis non eſt: nam multa fiunt ſubſtantialia ex efficacia legis poſitiuæ, quæ ex ſola naturali æquitate neceſſaria non eſſent. Prior verò pars; poteſt duplicem habere ſenſum, vnus eſt, vt quando forma illa ſecundùm iuſtitiam, & æquitatem naturalem neceſſaria eſt ad valorem actus, ipſe actus ſine illa ſit nullus: & ſic regula eſt per ſe nota ex terminis: ſed parum vtilis ad rem. Secundus ſenſus eſt, quãdoque forma inſtituta per legem, eſt moraliter neceſſaria ad ſeruandam æquitatem naturalem, vel illam intrinſecè continet eſſe magnũ indicium talem formam præſcribi, vt ſimpliciter neceſſariam ad valorem actus: & in hoc ſenſu eſt valde probabilis iſta pars, & vtilis ad explicandas huiuſmodi leges, etiáſi non ſit infallibilis, nec ſola ſufficiat, quia aliæ cõiecturę ſpectãdę ſunt, vt dicemus.

37 Secunda regula, quando lex ponit in forma ſolennitatem ab ipſamet lege inuentam, ſignum eſt abſolutę neceſſitatis ad valorem actus, ita vt actus ſine illa inualidus ſit: ſecus quando forma noua non eſt, vt formæ Sacramentorum ſunt de ſubſtãtia actus, quia peculiariter fuerunt à Chriſto inſtitutæ, & ab hominibus inuentæ ſunt inſtitutæ variæ alienandi formæ capit. ſine exceptione de alien. & eligendi, cap. quia propter electione, & ſimilibus hæc regula non ſatisfacit, quia tam accidentalis, quàm ſubſtantialis eſt: forma poteſt eſſe denuò inſtituta ab auctore legis, vt patet de ſolẽnitate baptiſmi, & ſacrificij Miſſæ, quando primũ ab Eccleſia inuenta & præcepta eſt, & in cap. 1. de ſententia excom. in 6. & in aliis inſtituitur ſpecialis forma ſeruanda in ferenda excommunicatione, quæ tamen ſubſtantialis non eſt: ita vt excommunicationem reddat nullam, vt probat gloſſa ibi circa principium, & è cõuerſo forma antiqua, quæ antea ſubſtantialis non erat, poteſt per nouam legem ſubſtantialis fieri: vt annus probationis non ita erat de ſubſtantia profeſſionis ante Tridentinum ſicut modò eſt. Poteſt tamen hæc regula in vno puncto eſſe valde vtilis. Nam quando legiſlator, qui inuenit & præcepit formam, dat etiam poteſtatem ad efficiendum actum ſeruata tali forma magni argumenti eſt, & ſecundùm ius ferè neceſſarium, talem formam eſſe de ſubſtantia actus. Significauit hoc gloſſa, Clem. 1. de iure patronatus verbi inhibentes, vbi ait, quãdo à principio datur poteſtas ſub tali forma per defectũ formæ vitiari contractum: quando verò ſupponitur poteſtas, & additur forma, non vitiari: idem ſentit Felinus, d. cap. quoniam frequenter, vbi alia adducit, Syluest. verbo conſilium, quæſt. 3. Panormitanus ca. ex parte de conſtit. circa finem, pro quib. citat, ca. dilectus 1. de præbendis, & gloſſam illam ſingularem, Clem. 1. de iure patronatus, verbo inhibentes, quod etiam aſſerit Sa, verbo lex nu. 1. 4. & in hac materia Suarez, Tabun. verbo conſilium num. 9. Armilla, & Roſſell. num. 5. Angel. num. 3. Et hoc confirmat optimè exemplum ſacramentorum, nam quia poteſtas, quæ in ipſis exercetur, data eſt ab ipſomet auctore formarum, ideo tales ſubſtantiales cenſentur: ſolennitas verò poſteà ab Eccleſia addita, accidẽtalis eſt. Hinc etiam quando poteſtas delegatur, & datur forma procedendi in delegatione, defectus talis formæ vitiat actum, vt probant iura adducta ſect. 1. in principio. Ratio verò eſt, quia poteſtas limitatur iuxta formam præſcriptam ab eo, qui poteſtatem dat, & ideò actus cui deeſt talis forma, eſt nullus, quaſi factus à non habente poteſtatem.

Tertia regula, quando forma renuntiari nequit, 38 ſubſtantialis eſt, non verò ſi renuntiari poteſt, inſinuat gloſ. cap. de cauſis de officio delegati, ſequitur Felin. cap. tuis de teſti. num. 1. vbi refert Baldum, & alios, qui poſteriorem tantùm partem expreſsè ponunt. Ratio eſſe poteſt, quia eſſentia rei inuariabilis eſt, ideo ſi per voluntatem operantis cedentis iuri ſuo poteſt actus valere ſine tali ſolennitate, ſignum eſt illam non eſſe neceſſariam nec ſubſtantialem & è contrariò, quando eſt tam neceſſaria, vt etiam per voluntatem contrahentium auferri non poſſit, ſignum eſt ſubſtantialem eſſe. Sed hæc regula non eſt generalis, nec admodum vtilis: nam multæ ſunt ſolennitates accidentales, quæ non poſſunt licitè omitti etiam ex voluntate operantium, vt conſtat de accidentali ſolennitate Sacramentorum, & Miſſæ, & de forma pro excõmunicatione præſcripta dicto c. 1. de ſententia excomm. in 6. & inde nuntiationibus matrimonij, & olim in præſentia Parochi & teſtium. Ratio eſt, quia etiam præceptum de forma accidentali poteſt non reſpicere priuatum commodum, ſed bonum commune; ideo non poteſt priuatus operans illi renuntiare. Deus quamuis non poſſit ita renuntiare, vt licitè formam omittat, poteſt tamen validè, ſed hoc licet verum ſit, non tamen oſtendit, ſed ſupponit talem formam eſſe accidentalem, & ſimiliter verum eſt, illam formam eſſe ſubſtantialem quam non poteſt operans omittere, quin actus fiat nullus: tamen hoc nullam nobis affert vtilitatem ad cognoſcendum quando forma ſit omninò neceſſaria ad valorem actus. Alteram etiã partem huius regulæ impugnat, Panorm. c. tuis de teſti. quia iuramentum eſt de ſubſtantia teſtimonij iudicialis, dicto c. de teſtib. tamen per partes renũtiari poteſt, d. c. tuis. Reſpondent Felin. & alij, iuramentum quidem eſſe neceſſarium ad valorem teſtimonij ſi partes non renuntient iuri ſuo non tamen eſſe de ſubſtantia, quia abſolutè loquendo ſeparari poteſt ab actu. Sed hæc ſpeculatio parum refert ad rem moralem, hîc enim de ſubſtantia vocamus quidquid tam neceſſarium eſt ad valorem actus, vt hîc, & nunc ſit, vt eius omiſsio reddat actum nullum: atque hoc modo argumẽtũ conuincit aliquam circũſtantiam, poſſe eſſe hoc modo neceſſariam, cui renuntiari poſſit, ſicut erat annus probationis ante Trid. vnde in illo exemplo verum quidem eſt de ſubſtantia teſtimonij aliàs eſſe iuramentum non verò ſi partes renuntient.

Quarta

Digitized by Google

39 Quarta regula communis eſt, quandò ſolennitas præſcribitur, vt ſeruanda in ipſamet effectione actus, eſt ſubſtantialis: quando verò ſupponit actũ iam factum, eſt accidentaria. Hanc differentiam poſuit Bart. l. vniuerſa C. de precibus Imperatori offerendis, ſequitur Panormitan. d. cap. quoniam frequenter num. 10. Felin. num. 4. qui alios refert; alios etiam refert Tiraq. ſuprà, num. 4. præſertim Baldum in Rubri. C. de reſcind. vendit. Idem docet Syluest. ver. lex, qu. 28. dicens aduertendum eſt cum Panor. quòd non ſemper ex non obſeruantia legis inducitur iſpo iure nullitas, ſed aliquando irritat ipſo facto, aliquando pręſtat cauſam irritãdi: ſi enim lex iubet aliquam ſolennitatem adhiberi contractus, ſi actus fiat, actus eſt nullus ipſo iure, vt in cap. ſiue ex 12. quæſt. 2. & cap. auditis de elect. & in d. l. non dubium, & C. de teſt. l. hac cõſultiſſima: ſi verò iubet aliquam ſolennitatem adhiberi poſt contractũ, vel alium actum perfectum, tunc ſi ſolennitas illa non interuenit, tunc non inducitur nullitas actus ipſo iure, ſed non valet in effectu, quia debet annullari, niſi aliud expreſsè caueatur in diſpoſitione, &c. exempla ſunt de ſolennitate requiſita in teſtamento, cap. cum eſſes de teſtament, l. hac conſultiſſima, C. qui teſtamenta facere poſſunt: vbi certus modus, & numerus teſtium ad teſtamentum poſtulatur in ipſomet actu. Idem eſt de ſolennitate requiſita ad electionem, cap. quia propter. Aliquando verò poſtulat lex, vt teſtimonium antea factum inſinuetur, vel quòd ex re vendita talis gabella ſoluatur, aliàs nulla ſit venditio, & talis ſolennitas, ſeu conditio dicitur ſubſequi actum. Ratio prioris partis eſt, quia quando forma in ipſomet actu poſtulatur, & additur, vt aliàs actus non valeat; lex ipſa immediatè reſiſtit valori actus, ideo talis forma ſubſtantialis cenſetur, prout nunc loquimur: alterius verò partis eſt: quia quando eſt poſterior, ſupponit actum factum ſine reſiſtentia legis, conſequenter validũ, ac proinde licet propter ſubſequentem omiſſionem videatur illum irritare, id eſt, per modum cuiuſdam pœnæ, quæ non ſtatim infligitur, niſi expreſſioribus verbis declaretur iuxta dicta de lege pœnali.

Vnde hæc differentia intelligenda eſt, quando lex addit abſolutè verbum, *non valeat*, vel aliud ſimile: quia ſi non illud addat, etiamſi in ipſomet actu ſolennitatem apponat, non ſequitur eſſe ſubſtantialem; nam etiam forma accidentalis interdum requiritur in ipſamet effectione, vt patet de ſolennitate excommunicationis, ca. 1. de ſent. excomm. in 6. & ita loquuntur citati, qui tamen videtur aliud membrum omiſiſſe: nam interdum ſolennitas requiritur ante actum, vt in alienatione rerum Eccleſiaſticarum prærequiritur tractatus, in electione inquiſitio, vel informatio: exiſtimo, tamen iuxta mentem horũ auctorum hanc ſolennitatem antecedentem contineri in primo membro tanquam pertinentem ad ſubſtantiam actus, Bart. ſuprà, & in l. ſi ita quis §. ex lege ff. de verb. oblig. Ancaran. de ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum. Et ratio eſt, quia actus cenſetur moraliter incipere à ſolennitate antecedente, & iam tunc lex reſiſtit actioni, ſi aliter fiat. Hæc ſententia eſt valde probabilis, & quoad ſecundum membrum de conditione ſubſequente eſt fauorabilis, & non indiget noua expoſitione.

40 Quoad primum verò adhuc eſt difficilis: eſt A enim inter Doctores controuerſia, an lex requirẽs in contractu certam ſolennitatem, & addens verba irritantia, reddat actum ſtatim nullum in conſcientia, vel tantùm in foro externo, vel mediante auctoritate iudicis.

Prima opinio affirmat, talem contractum, ſi nihil contineat contra naturalem iuſtitiam validum eſſe, donec reſcindatur: tenent multi, quos refert & ſequitur Couarruuias commentario de alien. rerum Eccleſiaſtic. notab. 11. nu. 19. & comment. de ſpoliis, num. 6. quia tunc lex poſitiua fundatur in præſumptione: ideo ſi veritas non ſubſiſtit, ceſſat efficacia legis: & quia tunc in re factum eſt, quod lex intendit, verbi gratia, vt eligatur dignus, B vel vt alienatio fiat in vtilitatem Eccleſiæ, ergo non eſt veriſimile tunc legem irritare actum. Alia ſententia ait, talem actum ſtatim eſſe in cõſcientia irritum, ita vt inſtitutus in teſtamento minus ſolenni non poſſit tuta conſcientia bona retinere, etiamſi de bonitate teſtatoris illi certiſſimè conſtet, & ſic de aliis. Ita multi, quos refert, & ſequitur Couarruuias, c. cum eſſes de teſtam. nu. 8. quia lex poteſt hoc facere, & per dicta verba ſatis declarat ſuam intentionem, nec habet alia, quibus explicare eam poſsit: nec fundatur in pręſumptione, ſed in morali ratione, quia illa irritatio neceſſaria eſt ad commune bonum, etiam cùm voluntas teſtatoris certiſsimè exiſtat, ne quis eo colore, & C prętextu vſurpet bona, quando voluntas teſtatoris vel non exiſtat, vel certa non ſit, & hanc ſententiam ſecuti ſumus, Sect. 7.

Sunt tamen nonnulli recentiores, qui exiſtimãt 41 in hoc non eſſe conſtituendam generalem regulã, ſed materiam, & verba legum eſſe diligenter expendenda, vt poſsit in particulari iudicium ferri, quod etiam videtur ſenſiſſe Molin. tom. 1. de iuſt. diſp. 81. arbitrantur etiam valde probabilem eſſe diſtinctionem, quòd vel actus eſt publicæ adminiſtrationis, & poteſtatis, vt eſt electio prælati, & alienatio bonorum Eccleſiæ, & ſimiles: vel eſt D actus priuati dominij, & poteſtatis, vt actus condendi teſtamentum: in priori genere actuum, ſi lex addat ſolennitatem cùm verbo irritante, ipſo iure, & in conſcientia actum eſſe nullum, quia in valore ſuo pendet à publica poteſtate, & conſequenter à iure, & à lege: ergo, ſi lex illi reſiſtit etiam quoad valorem, ſtatim eſt nullus in conſcientia, præſertim quia leges expreſsè ponunt irritationẽ, vt ſupponimus, & non ſunt pœnales, nec reſpiciunt bonum priuatum, ſed immediatè bonum commune, & reuera non fundantur in falſa præſumptione: ergo ſtatim efficiunt ſuum effectum, etiam in foro interno: cuius ſignum eſt, quòd quilibet E cõtrahentium poteſt tuta conſcientia recedere à tali contractu. At verò quando lex diſponit de actu, qui per ſe ſolùm pendet ex priuato dominio, ac voluntate, regulariter non ſolet cum tanto rigore actũ irritare, ſed ſolũ auferre illi vires in exteriori foro: & ideò niſi lex fuerit adeò expreſſa, vt aliter interpretari non poſsit, talis actus in cõſcientia, nõ eſt cenſendus irritus: patet in teſtamẽto minus ſolenni, quia non pendet per ſe ex publica poteſtate, nec ordinatur immediatè ad cõmune bonũ. Leges illæ conſulunt priuato commodo cuiuſcumque, ideo non eſt veriſimile velle annullare actum in reipſa, quando repugnat fini eiuſdem legis: ſatis ergo eſt, quòd in exteriori foro neget actionem. Sed horum reſolutio mihi non placet: ſentio



Digitized by Google

verum eſſe id quod reſolui Sectione 7. etiã ſi actus nõ pendeat per ſe in ſuo valore à publica poteſtate, eſſe nullum: ſi lex ponit expreſſa verba irritantia, quia etiam tunc poteſt illum efficere nullum: & ita expedit ad occurrendum fraudibus, & alioquin in exteriori foro eſſet iudicãdus validus, ſi de teſtatoris, vel contrahentium voluntate conſtaret; conſequens autem eſt falſum, ergo. Confirmatur, quia licet ille actus per ſe non pendeat à publica poteſtate, tamen ipſa poteſt limitare, & reſtringere poteſtatem priuatam: nullis autem verbis clarioribus poteſt eam exprimere, quàm dicendo, ſi non ſeruetur forma, actum eſſe nullum: ergo. Cõfirmatur iterum, quia ſi eſſet validus in conſcientia, eſſet ſimpliciter, & abſolutè validus, ergo verba legis ſimpliciter eſſent falſa, ſeu inefficacia eius, quod ſignificant. Quantùm ad hoc, proba dicta à quibuſdam recentioribus in fine explicationis octauæ.

In ſumma ergo, vel dans formam, dat etiam poteſtatem, & tunc etiamſi non addatur ſpecialis tertius irritans, actus ſine forma eſt nullus: vel forma ſupponit poteſtatem, & præſcribit modum vtendi illa & tunc ſi non addat verba irritantia, actus eſt validus: ſi autem addat verba irritantia, forma, ſeu conditio requiſita, ſupponit actum iam factum tunc niſi aliud lex expreſsè declaret, non irritare actũ ante ſententiã iudicis, ſed media illa: ſi verò ſolennitas poſtulatur in ipſo actu vel antecedenter ad illum ſub verbo irritante, actus eſt nullus forma deficiente, ſiue actus per ſe pendeat ex poteſtate publica ſiue ex priuata: & ſunt qui dicant nullam regulam eſſe certam, ſed inſpicienda verba, & circumſtantias, & Doctorum interpretationes.

## SECTIO X.

*An quando lex petit, vt aliquid fiat cum conſilio aliquorum, ſi ſecus fiat, vel contra maiorem conſultorum partem, factum teneat.*

42 VErbi gratia, eſt conſtitutio in religione S. Auguſtini, quæ ſic ait, loquens de Prouinciali, & viſitatore, *cùm ad determinationem viſitationis ventum fuerit, ſi aliquas nouas ordinationes relinquere voluerit cuſtodiendas, debet primò ſuper his cum Priore, & quatuor patribus deputatis conferre, & eorum ſenſui, qui nouerunt plenius ſtatum domus, & patriæ fidem adhibere.* Dubium ergo primò, circa hãc conſtitutionem vtrum ordinatio facta ſine collatione cũ dictis patribus ſit irrita. Secundò, vtrum ſi fiat contra cõſilium maioris partis ſit nulla. Tertiò, an ſaltem extra viſitationem ordinationes factæ ſine tali collatione ſint validæ.

*Reſpõſio quorundam ad primum dubium.*

Ad primum dubium reſpondent quidam eiuſdẽ ordinis religioſi, ordinationes factas in viſitatione ſine prædicta conſultatione, & collatione eſſe irritas: quia vbi requiritur à iure conſilium, niſi adhibeatur, actus eſt nullus. Panormitanus, C. ad Apoſtolicam de regularibus circa finem, & ca. fin. de Eccleſ. ædifica. quod obiter attigit Nauar. tom. 1. de alien. rerum Eccleſ. num. 12. & citat, cap. cum in veteri de electio. ita etiam Azor tom. 1. lib. 12. cap. 5. quæſt. 3. Sylueſter religio 3. quæſt. 13. & verbo conſilium quæſt. 1. Roſella ibi in principio, Scala de conſil. ſapient. lib. 1. cap. 27. & de contractibus & vlt. vol. cap. 11. & videtur ſatis probari ex dicto c. cùm in veteri, vbi electionem quãdam, quam Pontifex præceperat fieri cum conſilio quorumdam, tanquam inualidam irritari præcepit, ex eo quòd facta fuerit ſine tali conſilio. Idem probatur ex cap. nouit de his quæ fiunt à prælato, vbi Pontifex declarat facta aliqua ſine conſilio irrita eſſe: & cauſam reddit, cùm ſecundùm ſanctorum inſtitutiones deberẽt fieri cum cõſilio. Ex quib. capitib. generalem doctrinã ſumpſerunt Doctores citati, quòd vbi requiritur à iure conſiliũ, ſi non adhibeatur, actus eſt nullus. Hoc idem tenet gloſ. ſuper hoc c. inquitq; nullitatẽ hanc ſatis probari ex l. non dubium, C. de legibus, vbi Imperator inutilia & nulla inquit eſſe ea, quæ lege prohibente fiunt, quam legem Sylueſter, verbo lex quæſt. 28. Panormitanus, & Cardin. Clem. 1. de reſcriptis, à quibus non diſcedit Molina, tom. 1. de iuſt. diſp. 88. dicunt intelligendam eſſe, quando legiſlator prohibet aliquid non apponendo pœnam. Quibus adde (cum Syluestro ibi, & Panormitano dict. cap. ad Apoſtolicam, & gloſſa ibidem) & quãdo prohibita habent non tẽporalem, *ſed perpetuam cauſam*, prohibitionis: quæ omnia reperiuntur in noſtro caſu. Si obiicias Syluestrum, verbo conſilium, quæſt. 3. vbi inquit, *quòd ſi lex præcipiat habenti poteſtatem ad aliquid, quòd ad illud faciendum procedat cum conſilio, factum tenet, etiamſi ſine conſilio procedat, ſecus ſi formam præſcribendo tribuat ſimul poteſtatem:* quod etiam docet Panor. cap. ex parte de conſtit. circa finem. Ex quo generaliter docet, quòd ſi mandatur aliàs habenti poteſtatem, vt aliquid faciat ſub certa forma, tenet actus, licet forma nõ ſeruetur: pro quo citat, c. dilectus 2. de præbendis, & allegat pro hoc gloſſam ſingularem in Clem. 1. de iure patronatus. quod etiam aſſerit Sa, verbo lex, num. 14. Sed Prouincialis & Viſitator ſecluſa iſta conſtitutione habent poteſtatem faciẽdi ordinationes: ergo licet fiant ſine conſilio, factæ tenent. Reſpondent illi religioſi, hoc non videri verum, & adhuc eo admiſſo, non vrgere, primum probatur, quia iura citata annullantia id, quod ſecundùm ius fieri debebat cum cõſilio, generaliter loquuntur, & generalem rationem adducunt ad declarandam nullitatem, vt ex cap. nouit iam citat. ſatis patet, ex quo poteſt hæc ratio formari, quia mãdatum, ſiue lex de petendo conſilio debet intelligi ſecundùm iura, at vt conſtat ex iuribus citatis, & ex ratione ipſorum, petitio conſilij in caſu, quo de iure petendum eſt, obligat indiſcriminatim ſub pœna nullitatis: perperam igitur Doctores citati diſtinguunt modo ſupradicto: adde quòd cap. cum in veteri iam citato irrita declaratur electio facta à capitulo, non obſtãte quòd Capitulum alias habebat poteſtatem eligendi, quia non ſeruauit ſpeciale mandatum petendi conſilium.

Nec valet, ſi diſtinguas inter hoc quòd eſt conſilium, requiri ex forma mandati aut ex diſpoſitione legis: quia ratio iuris æquè procedit de omnibus, imò apertiùs quando conſilium petit lex, vt conſtat ex ratione data à Pontifice in dict. cap. nouit. Idem probatur efficaciter ex cap. prouide de elect. lib. 6. vbi non valet confirmatio, inquiſitione illa omiſſa, quæ præmitti debebat, non obſtãte quòd confirmans aliàs habebat iuriſdictionem, & poteſtatem confirmandi. Hoc c. citat gloſſa, Clem. 1. de iure patronatus, & reſpondet quòd ibi ordinarius recuperat iuriſdictionem illam, tamen recuperat,

Digitized by Google

cuperat, ſeu accipit modificatam: vnde ſi modum non ſeruet, deficit iuriſdictio, & ita non valet actus, ſi formam non ſeruet. Hæc tamen ſolutio volũtaria videtur. Idem enim dici poterit de qualibet lege præſcribente formam, quòd ſcilicet per illam recuperatur iuriſdictio, & ita nõ valet actus, ſi formam non ſeruet: quòd præcipuè habet locũ in noſtro caſu, quia per conſtitutiones religionis recuperant ſuperiores iuriſdictionem: re validatur enim per ipſas ipſorum iuriſdictio, atque ita ſi modum non ſeruet, deficit iuriſdictio.

Ad cap. dilectus de præbendis reſpondeo, nihil facere: ibi enim non præcipitur electionẽ fieri ſub certa forma, quod requirebatur ad propoſitum: ſi enim hoc præciperetur, electio eſſet nulla, ex dict. cap. cum in veteri: ſed ſolùm præcipitur, quòd N. eligeretur in canonicum, quod tamen Capitulum non impleuit, & ideò licet eſſet puniendum, valida tamen fuit electio alterius.

*Cõſtitutiones Religionum conferũt poteſtatem ſuperioribus.*

Secundum autem patet, quia conſtitutiones religionum etiam conferunt poteſtatẽ ſuperioribus, licet enim ſuperiores de iure cõmuni habent poteſtatem eo ipſo quòd ſuperiores sũt: hoc tamen eſt in confuſo, atque ita per conſtitutiones dicitur diſtinctè, & in particulari conferri, & quaſi reualidari poteſtas: confertur enim explicando, quomodò & in quibus caſibus illam debent habere, atque ita cùm lex, de qua modo loquimur, continetur in cõſtitutionibus huius religionis, apertè fit, eſſe ex illis quę præſcribendo modum, quo debet exerceri poteſtas, dant ſimul poteſtatem.

Prædicta intellige de nouis mandatis, vt conſtat ex illo verbo, *ſi aliquas nouas ordinationes*, & non de aliis præceptis: poterunt enim hæc denuò imponere ſine conſilio adiectis cenſuris, vel aliis pœnis.

*Ad 2. dubium* Ad ſecundum reſpondent illi religioſi, debere conſilium eorum ſequi, & alioquin factum non tenere: probant ex illis verbis, *fidem adhibere*, non enim præcipit actum internum, ſed ſequelam conſilij.

*Ad 3. dubium* Ad tertium reſpondent primò, ſi ſuperiores in fraudem dictæ conſtitutionis reſeruarent mandatorum ſine conſilio impoſitionem ad tẽpus poſt abſolutam viſitationem, fore nullã, quia facta in fraudem legis non tenent. Vide Syluest. lex quæſt. 29. Si autem fiat ſine fraude, dicũt ſecundò conſtitutionem debere ad hũc caſum extendi, quia ſimilis eſt alteri, & in eo procedit eadem ratio, maximè cùm conſtitutio non ſit pœnalis. Sed in publicam vtilitatem, ne noxia ſuperiores iubeant. Colligitur ex Syl. verbo Argumentum, qu. 1. vbi citat plures, & Sa, lex num. 10. debent ergo ſuperiores ad hæc mandata verbo, vel ſcripto cõſulere ſuperiores per ſe, vel per alios, & aliàs erunt nulla. Vide etiam Nauar. tom. 1. conſil. tit. de conſtitutionibus conſil. 11. Nec obſtat ad hoc, vt conſtitutio ſit fauorabilis, quòd minus principaliter vergat in prę iudicium ſuperiorum, ligando quodammodò eorum poteſtatem, dummodò immediatè, & principaliter reſpiciat publicam vtilitatem, iuxta id quod dicit Nauar. conſilio 31. de regularibus.

Si tamen ex dilatione immineret periculum, imponi poterunt prædicta mandata ſine cõſilio, iuxta ea quæ docet Panormitanus, d. capit. ex parte de conſtit. quod ratò, vel numquam continget.

43 Mihi tamen videtur dicendum: ad primum quidem dubium ordinationes factas validas eſſe, non A ſolùm in vi ſimplicium præceptorum, quæ ſpirare ſolent defuncto, vel amoto latore ipſorum, ſed etiam in vi conſtitutionum, vel legum, quæ etiam defuncto vel amoto latore obligant: prior pars patet, quoniam, vt dicemus, eiuſmodi ſuperiores ſine cõſilio poſſent præcipere extra viſitationem, à fortiori in ipſa viſitatione, in qua maiorem rerũ, & negotiorũ habent cognitionem. Secũda autem probatur, quoniam forma illa ſolùm apponitur tãquam inſtructio quædam, vt rectiùs ordinationes fiãt, alioqui non ſolùm ordinationes eſſent nullæ, ſi conſultatio cum priore, & deputatis non fieret, ſed etiam ſi alios non conſuleret, qui plenius ſtatũ domus, & patriæ nouerunt: vel ſi fidem eis non adhiberet Prouincialis, aut viſitator, etiamſi ſequeretur conſilium Prioris & deputatorum, quia contingit alios eſſe in domo, qui plenius norint ſtatum domus, & patriæ; quia ſunt antiquiores, & fuerũt ſuperiores, vel deputati, &c. Hoc autem eſt abſurdum: ergo illa forma non ponitur tanquam omninò neceſſaria, imò credo nullum eſſe peccatum mortale, imò nec veniale per ſe loquendo illam omittere, ſaltem ex cauſa aliqua, ſed tantùm eſſe de conſilio. Et licet daremus eſſe de præcepto, tamen eius omiſſionem non reddere irritas ordinationes. Probatur, quia non eſt credibile conſtitutiones reſtringere ordinariam poteſtatem Prouincialium, & Viſitatorum, niſi id exprimant, ſicut exprimere ſolent, quando volunt reſtringere, dicendo aliter factum ſit irritum; ſed id non exprimitur, ergo. Item, probatur ex illa regula, quam tradunt Syluester verbo conſilium, qu. 3. Roſella, nu. 5. Armil. num. 5. Angel. num. 3. Tabien. quæſt. 6. nu. 9. Panor. ca. ex parte de conſtit. circa finem, gloſſa, Clem. 1. de iure patronatus verbo inhibentes, Sa, verbo lex num. 14. Felin. cap. quoniam frequenter vt lite non conteſtata, nu. 4. Suarez in materia de legibus, Burſatus conſilio 90. quem citat, & ſequitur Emanuel Rodriguez, tom. 2. quæſtionum regularium quæſt. 45. art. 2. in fine. Quando lex præcipiẽs formam dat ſimul poteſtatem ad efficiendũ actum ſeruatà tali forma, ſi non ſeruetur, actũ eſſe nullum, ſi verò anteà homo habebat poteſtatem, actum ſine tali forma validum eſſe: non enim eſt credibile ſimplici illa appoſitione formæ reſtringi eius poteſtatem, & iuriſdictionem, ſicut quando quis habeat poteſtatem iuriſdictionis ad aliquid faciendum, non ex eo quòd lex, vel ſuperior illud ei prohibeat, factum cõtra talem prohibitionem erit irritum, vt patet ex cap. dilectus 2. de præbendis, vbi electio facta contra præceptum Pontificis, valida fuit, vt patet ex ipſo tex. & gloſſa, & notant auctores proximè citati. Similiter excommunicatio lata contra formam præſcriptam à Pontifice, cap. 1. de ſent. excomm. in 6. valida eſt, vt probat gloſſa ibi ex textu ipſo: & ſimiliter quando ego ſine reſtrictione accepi facultatem audiendi confeſſiones, etiamſi ipſe ſuperior, vel alius mihi pręſcribat modum, vel præcipiat ne audiam cõfeſſiones fœminarum, vel mercatorum, &c. abſolutio à me collata valida eſt: & leges prohibentes ſimpliciter ludum non impediunt tranſlationem dominij, ita vt nulla ſit: ſimiliter leges, quæ prohibent, ne iudices, vel alij miniſtri iuſtitię, aut ſimiles munera à litigantibus recipiant, non irritant factum, & ideò non obligant ad reſtitutionem. Multa etiã ſunt impedimenta matrimonij, non irritantia illud: item prohibitum eſt in Hiſpania emere triti-

*Reſponſio Authoris ad 1. dubium*

*Leges prohibentes ludum non impediũt tranſlationem dominij.*

B C D E

cum ad vendendum, tamen emptio, & ſequens venditio valida eſt: ſic Emanuel ſuprà ait, Generales, & Prouinciales peccare, ſi abſque diffinitorum conſilio ſententiam aliquam grauem contra monachum delinquentem ferant: illam tamen fore validam, ſi illi tantùm habebant votum conſultiuum pro forma ſcilicet ſubſtantiali, non requiſitum: quod probat, quia aliud eſt actum eſſe iniuſtum, aliud nullum. Sicut ſententia alia eſt iuſta, alia nulla, & teſtamentum aliud eſt iniuſtum, aliud nullum, & excommunicatio alia eſt iniqua, alia nulla, vt tradit Couuarruuias cap. alma mater 1. part. §. 7. num. 5. de ſent. excomm. in 6. ergo quauis ſententia lata non petito diffinitorum cõſilio, ſic iniuſta, non tamen ideo erit nulla: ad hoc faciunt multa, quæ dicit Thomas Sanchez tom. 1. de matrimonio lib. 3. diſp. 33. *à la ley*, non dubium C. de legibus reſp. *que non procede en coſas Eccleſiaſticas pues es ley Imperial, ſino eſtato firmada perla igleſia comparece lo eſta, ẽnel cap. Imperiali*, 25. quæſt. 2. *y otros ſi lo eſta.*

44 *Ad 2. dubium* Ad ſecundum dubium dico, etiamſi petitio cõſilij eſſet forma neceſſaria, non tamen eſſet ſimpliciter neceſſarium, vt prouincialis, vel Viſitator ſequatur conſilium, quia ad id non obligatur in prędicta conſtitutione, ſed tantùm admonetur, vt adhibeat fidem iis, qui plenius nouerunt ſtatum domus, & patriæ, vt melius poſſit decernere quid agendum ſit, ſiue illi ſint Prior, & deffinitores, ſiue alij: & Syluester, Roſella, Angelus, Tabienna, Sa, Armilla, & alij ſummiſtæ verbo conſilium cum Hoſtienſi, & aliis, quos citant, tenent, eum, qui iubetur conſilium petere, non teneri conſilium ſequi, & à fortiori valere quòd conſilium faciat, niſi in mandato ſint aliqua verba, quæ videantur ponere tanquam formam ſubſtantialem, non ſolum quòd conſilium petat, ſed etiam quod iuxta conſilium faciat.

*Ad 3. dubium* Ad tertium dubium reſpondeo, quidquid ſit de ordinationibus factis in viſitatione, cætera præcepta, ſaltem quæ non fiunt in fraudem dictę conſtitutionis, valida eſſe, ſed expirare mortuo, vel amoto ab officio ipſo Prouinciali, aut Viſitatore, quia non eſt eadem ratio de aliis præceptis, & de iis quæ in viſitatione fiunt: nam hæc habebũt vim legis, illa non, & ideo plus requirit conſtitutio ad hæc, quàm ad illa.

## SECTIO XI.

*Quando lex irritans, habere hunc effectum incipiat.*

45 QVamuis ſuperiùs de promulgatione legis dictum ſit, tamen quia nonnullę leges irritantes cenſentur in hoc habere aliquid ſpeciale, breuiter explicandum eſt.

Suppono, legem irritantem non habere effectũ donec ſolenniter promulgata ſit: in hoc omnes conueniunt, quia ante talem promulgationem nõ eſt lex, nec habet vim irritandi, ſicut nec obligandi: nam lex etiam vt irritans, eſt regula publica humanarum actionum: ideò debet publicè proponi, vt homines ſciant, quomodò ſuas actiones validè efficiant, alioqui infinita incommoda in communitate ſequerentur, & plura quàm in obligatione, quia ignorantia excuſat à peccato, non verò ab irritatione. Secundò, ſuppono per ſe loquendo, ad irritationem ſufficere vnam promulgationem factam in curia principis, vel in metropoli regni cum proportione hoc aplicando ad leges ciuiles, & canonicas. Probatur, quia nec ex natura rei, nec ex iure poſitiuo aliud leges irritantes poſtulant. Quidam verò moderni ſentiunt, leges canonicas irritantes non irritare ſtatim poſt Romanam promulgationem, donec in ſingulis prouinciis promulgentur. Med. quæſt. 90. art. 4. citatur autem, ſed immeritò Sotus. Fundamentum eſt, quia irritationes Eccleſiaſticæ ſunt de rebus grauioribus, ideo non expedit aliter fieri. Sed hæc ratio probat, ad prudentiam Pontificum pertinere, vt iuxta materiæ qualitatem modum etiam promulgationis in ſua lege requirant, non ex natura rei eſſe neceſſarium, niſi cum aliter irritatio eſſet in commune detrimentum: ſic in Tridentino ſeſſ. 24. expreſsè requiſita fuit promulgatio in ſingulis diœceſibus, vt matrimonium clãdeſtinum fieret irritum, quia materia erat grauiſſima, & niſi ita fieret, communi bono noceret. Tertiò, ſuppono poſt factam promulgationem in curia principis, ſufficere ordinarium tempus duorum menſium, vt poſteà lex irritans incipiat ſuum habere effectum, vt omnes ſentiunt, & colligitur ex auth. vt factæ nouæ conſtitutiones, quod planè loquitur in lege irritante.

Ratio eſt, quia nullum ius poſitiuum poſtulat maius tẽpus in legibus irritantibus, quàm in aliis, nec ex ſola rei natura eſt neceſſarium tempus, quia quod ſufficit ad obligandum, ſufficit ad irritandũ. Vnde illud tempus in his legibus eodem modo, quo in aliis declarandũ eſt: intelligitur enim quoad leges ſupremi principis, & reſpectu earum regionum, ad quas illud tempus ſufficiens eſt, nam ſi lõgiùs diſtent, maius tempus eſt concedendum prudentis arbitrio, quod maximè in legibus irritantibus neceſſarium eſt propter incommoda, quæ ex irritatione ſequi ſolent. Hinc in legibus ciuilibus illud tempus neceſſarium eſt, vt lex actum irritare incipiat. Ita omnes referendi, quia nulla eſt lex etiam ciuilis, quæ ad hunc effectum minori tempore contenta ſit, quin potiùs dictum authenticũ, quod tempus bimeſtre concedit, loquitur de legibus teſtamentorum, quæ irritationem includunt. Item quia ante lapſum illius temporis lex illa non habet vim legis reſpectu talis loci, pro quo illud tempus neceſſarium eſt, vel ſaltem non eſt illi ſufficienter applicata: ergo ſicut non obligat ibi, ita nec irritat. Item ſi lex irritat actum, obligat ad non faciendum illum, ſed ante lapſum illius temporis non obligat, ergo nec irritat.

Sed de legibus canonicis quidam Iuriſp. ſentiunt irritare ſtatim à promulgatione in curia Romana, Panormitanus, & multi alij, ca. 2. de conſt. & cap. nouerit de ſent. excomm. Ioann. And. ſuper datam in fine 6. gloſſa, cap. 1. de conceſſione præbendæ, in 6. Turrecrem. capit. in iſtis diſt. 4. art. 3. Ioan. Staphilus li. de gratiis, & expectatiuis forma 8. num. 8. Fundantur in aliquibus decretis, quæ videntur ſupponere, conſtitutiones Apoſtolicas habere ſtatim hunc effectum, cap. dudum, ca. ſi poſtquàm, cap. cum ſingula de præbendis in 6. Vnde ratio ſolùm eſt, quia Põtifices hoc poſſunt facere, & declarant ſe id velle: ergo faciunt. Nota hanc ſententiam non eſſe intelligendam abſolutè, & ſimpliciter in omnibus legibus canonicis, quia in hoc 46

*Põtifices poſſunt ſtatim obligare.*

Digitized by Google

hoc ſenſu nullo iure probatur, nec iure eſſet conueniens propter rationes ſuperiùs factas, quæ hîc etiam locum habent. Quocirca quando lex Eccleſiaſtica irritat ſimpliciter, & ſine aliqua adiectione, ſufficiẽter excludente illud tempus, non irritat ante lapſum illius tẽporis neceſſarij ad obligandũ in ſingulis prouinciis. Probatur: quia dum lex noua non excludit ius antiquum, neq; illi repugnat, cenſenda eſt ſecundùm illud ferri, quia iuris derogatio vitanda eſt, quod fieri poſſit. Hoc etiam confirmant rationes ſuperiores. Vnde à fortiori conſtat, quando lex canonica expreſsè conceſſerit maius tempus ad obligationem, conſequenter illud concedere ad irritationem, niſi aliud clarè exprimat, quia etiam eſt ordinarium ius, vt lex non priùs irritet quàm obliget.

Prædicta ergo ſententia ad ſummum habet locum in legibus pontificiis habentibus illas particulas, ex nunc & ſimiles: nam tales cenſentur excludere omnem temporis dilationem, aliàs eſſent ſuperfluæ, & ita de illis admittit etiam Sotus, 1. iuſt. quæſt. 1. art. 4. & omnes moderni Theologi, à quorum ſententia recedere non poſſum, quia reuera hæc videtur mens Pontificum.

Leges autem, in quibus hæ particulę apponuntur, regulariter loquendo ſunt de quibuſdam rebus, in quibus Pontifex poteſt liberè diſponere, vt ſunt beneficia, & ideò in his ſæpe inhabilitat perſonas, vel impedit valorem collationis à die promulgationis, vt fecit Clemens VIII. in Luſitania, Sixtus etiã V. hoc fecit, & declarauit in profeſſionibus religioſorum, quia etiam valor profeſſionis pendet ex acceptione ſedis Apoſtolicæ. At in aliis rebus, quę non ita pendẽt ex voluntaria inſtitutione Pontificis, ſed ſupponunt aliquod naturale ius, quod per humanam legem interdum modificatur, id nunquam fit ſine conceſſione ſufficientis temporis ad habendam de lege notitiam, tum quia regulariter noceret bono communi, tum quia videretur aliquomodò repugnare iuri naturæ, vt in l. Concilij irritante matrimonia clandeſtina.

48 Nihilominus quoties lex Pontificis habuerit ſimiles particulas, timenda eſt, & ſtatim ſeruanda, vt actus non fiant contra eius diſpoſitionem, quia periculum morale eſt, ne ſint irriti.

Sed quid, ſi lex ita intellecta videatur nimis rigida, & contraria bono communi, licebitne ſupplicare à ſummo Pontifice, & interim legem non ſeruare? Reſpondeo, licet in reſcriptis particularibus admittatur hoc genus appellationis, vel ſupplicationis, aut ſuſpenſionis, c. ſignificaſti de reſcriptis, cũ iis, quæ ibi notãtur, in leges tamen cõmunes non conuenit, vt notant Doctores, ca. cõſuluit de appellation. & in l. res ff. eodem, & Rebuffus, l. Sceuola §. ſi quæ pœna, ff. de verb. ſig. quia ignorantia, iuris, & boni communis non præſumitur in Pontifice, & lex communis licet in vno loco afferat incommodum, non ideo ceſſat, quapropter in eo caſu ſupplicari quidem poteſt, interim tamen ſeruetur lex, quia ſeruari ſine peccato poterit, licet non ſine incommodo.

---

## SECTIO XII.

*An actus lege humana irritus producat naturalem obligationem.*

SVppono, naturalem obligationem eſſe, quæ eſt in conſcientia, & apud Deum, cuius tranſgreſſio periculum animæ adducit, vt ait Gregorius IX. cap. fin. de conſuet. licet non detur actio in foro externo, vt in emptione citra medietatem iuſti pretij, & venditione vltra, l. 2. C. de reſcin. vend. & cap. cum dilecti, & cap. cum cauſa de empt. & vendit. conſtat enim legem naturalem quamuis auxilio actionis ciuilis deſtituta ſit, obligationem in conſcientia inducere, vt cum multis docet Thomas Sanchez, 1. de matrimon. diſp. 7. num. 14. 49

Ex actu igitur lege humana irrito naturalem oriri obligationem ait Innoc. IIII. c. quòd ſicut de elect. & cap. ſi celebrat, de cleric. excomm. Panor. cap. quia plerique de immun. Eccleſ. & cap. 1. de in integ. teſtit. & alij plures relati à Couarruuia cap. cum eſſes de teſtam. nu. 5. Anton. Gomez, l. 3. Tauri num. 120. Gregorius Lopez, l. 31. ver. acabadamẽte, tit. 14. partita 5. & Iul. Clar. 3. recept. ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt. 90. num. 2. quibus adde Nauarrum commentario de alien. rer. Eccleſ. annot. 11. num. 17. & comment. de ſpol. cler. §. 2. nu. 6. Mendozam 1. de pactis c. 4. num. 42. Adrianus quodl. 6. art. 1. con. 2. §. ſecundo in foro. Syl. alien. §. 13. & hæreditas 3. quæſt. 7. Ioanne Medina de reſt. quæſt. 23. §. inde iterum fit, fauent dicentes, poſt Tridentinum, ex matrimonio clãdeſtino oriri naturalem obligationem ad poſteà cõtrahendum, quos recenſet Sanch. ſup. diſp. 20. num. 2. 1. Opin.

Suadetur primò, quia facta, quibus deeſt certa ſolennitas, irritantur ad occurrendum fraudibus, & dolis, ſolitis interuenire, vt patet l. fin. C. de fideicommiſſis, & §. fin. inſt. de fideicommiſſar. & l. non dubium C. de teſtam. & §. 1. inſt. eod. tit. & l. 3. Tauri, quæ eſt lex 2. tit. 4. lib. 5. nou. cõp. ergo ceſsãte dolore fraude naturalis orietur obligatio. Secundò, quia cum id quod fieri poterat, ſub eo quod fit, cõtinetur, ſi non valet eo modo, quo fit, valet eo modo quo fieri poterat, c. vn. §. idem quoque de deſponſ. imp. li. 6. l. ſi tam anguſti. ff. de ſeruitutibus. Vbi id notarunt Alberic. & alij, quos refert Couarruuias, & probat, de ſponſ. part. 1. cap. 3. num. 3. ergo cùm conſenſus in obligatione naturali, quæ reipſa eſt, vel eſſe poterat, contineatur in obligatione ciuili, l. cum amplius, §. is natura debet, ff. de reg. iuris, actus irritus iure ciuili eo modo, quo fit, firmus erit, eo quo fieri poterat modo, ſcilicet iure naturali: quare ex eo actu naturalis orietur obligatio. Tertiò, quæ lege naturali inſtituta ſunt, humana lege infirmari non poſſunt, l. eas obligationes ff. de capite diminutis, l. iura ſanguinis, ff. de reg. iuris, §. fin. Inſtit. de legitima agnatorum tutela: ſed actus, qui fit pleno conſenſu, eſt validus iure naturali, cum ex natura rei conſenſus producat obligationem, l. conſenſu ff. de obligat. & actio. l. 1. C. de poſtulando, §. 1. inſt. de oblig. §. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſion. ergo. Quartò, res facti humana lege infirmari non poſſunt, l. 1. §. ſi vir ff. de acquir. poſſeſſ. nam quod factum eſt, infectum nulla ratione fieri poteſt, l. in bello §. factæ ff. de captiuis, l. denique ff. ex quibus cauſis maiores: ſed conſenſus ex quo naturalis oritur obligatio, eſt res facti, non iuris, l. pro hærede in prin. ff. de acquiren. hæred. l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet ff. de lega. 1. l. fin. cum gloſ. ibi ff. quãdo dies legati cedat, iũcta, l. fin. de inſtitutioni-



Digitized by Google

bus,& ſubſtitution. ergo cõſenſus,ex quo naturalis oritur obligatio, lege humana infirmari non poteſt. Quintò ex minus ſolenni teſtamẽto oritur naturalis obligatio,l. fin.C.de fideicom.l. in teſtamẽto.ff.de fideicõmiſsis,& l.fideicõmiſſum iuncta gloſ.1.de cõdict.indeb.&obſeruant gloſ.ver.obtineas,Bart.& Doct. l. cum quis C.de iuris, & facti ignor. & gloſ. lege 1. verbo nunc videndum ff. de conduct.indeb.Imola,& alij,cap.vlt. de ſolut. Iul. Clarus lib.3.receptarum ſent.§. teſtamentum, qu. 90.num.2. Ioannes Oroſcius, l. omnes populi nu. 65.& 66.ff. de iuſt. & iure. Cui ſententiæ ſubſcribit Menchaca, 1. de ſucceſſionum creatione §. 2. num. 24. cùm certò conſtat hæredi ab inteſtato teſtatorem voluiſſe, quod in teſtamento minus ſolenni ſcribitur,quare & legatario, qui in poſſeſſione eſt legati ſibi à teſtatore in minus ſolenni teſtamento relicti ius competit retinendi legatũ, l. militis, verſ. veterani ff. de militari teſtam. & l. 31. tit.14.part.5.igitur & ex contractu,aliòve actu lege humana irrito naturalis oritur obligatio. Sexto ex Plinio 2.lib. 2. epiſt. ad Amianum dicente, *Admones me codicillos Attilliani,qui me ex parte inſtituit hæredem, pro non ſcriptis habendos, quia non ſunt confirmati teſtamento; quod ius nec mihi, quidem ignotum eſt: cùm ſit etiam notum iis, qui nihil aliud ſciunt: ſed ego propriam quandam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates etiãſi iura deficerent,quaſi perfectas tuerer: conſtat enim, codicillos iſtos Attilliani manere ſcriptis: licet ergo non ſint confirmati teſtamento: à me tamen*, vt confirmati obſeruabuntur, & lib. 5. ad Caluiſium ſcribit. *Hæc enim,ſi ius aſpicias, irritum, ſi defuncti voluntatem, ratum, & firmum eſt: mihi autem defuncti voluntas (vereor,quam in partem Iuriſcõſulti, quod dicturus ſum,accipiant) antiquior iure eſt.*

*Ex teſtamento minus ſolẽni naſcitur naturalis obligatio.*

50 Alij meritò dicunt ex actu lege humana irrito nullam oriri naturalem obligationem, Sotus, 4.iuſt.quæſt.5.art.3.Martin.Ledeſ.2.part.4.quæſt. 18.art.1.dub.12.Ange.obligatio num. 10.vbi Syl. quæſt.4.Tabienna,quæſt.5. nu. 6.Palac.4. diſt. 28. prope finem verſ.exquiris, Molina tom. 1. de iuſt. tract.2.diſp.81.§. quod verò attinet.Petrus Ledeſma de matrim.quæſt.45.art.5.punct.2.poſt.4.dub. con.1.Emanuel Rodriguez,tom.1. ſum.cap. 220. num.1.Vega 6. ſum. caſu 104.& 122. Thom. Sanchez,lib.1.de matrim.diſp.7.16.& diſp.20.num.3. idem tenuiſſe fertur Victoria 2. 2. initio tract. de reſtitutione ſubſcripſere gloſſa l. cum lex in prin. & ibi Bart.num.4.ff.de fideiuſſ.& l.1.num. 8.ff. de nouationibus,Panormitanus, cap.cum contingat, num.5.de iureiur.Pac.Rub. ca. per veſtras de don. inter vir. & vxor. §. 17. num. 15. & alij, & probat Gregorius Lopez, ſuprà & Anton.de Padilla, l. cum quis num.11.ff.de iuris & facti ignor.Couarruuias, reg.peccatum par.2.§.9.n.3.& 10.& in cap. quamuis pactum,2.part.§.4.nu. 5.& cap.cum eſſes à num.6.de teſtam.Anton. Gomez,l.3. Tauri à nu. 123. Ioan. Gutierrez de iuram. confirmatur 1.par. 1.cap.1.num.39.& cap.5.num.28. & 31.& alij plures, quos refert Sanchez locis citatis.

Suadetur: quia Eccleſia & Reſp. poſſunt contractus,& alia in vtroque foro irritare, quia poteſtate vſa eſt Eccleſia in matrimonio clãdeſtino, adeo vt poſt illud liceat coniugibus aliud celebrare etiam nulla expectata iudicis ſentẽtia, vt docet Nauarr.conſil. 3.de cland.deſponſ.num.2. & conſil.5.n.2. qua in re cum ad Eccleſiæ mores ſpectet, errare Eccleſia non poteſt. Alia ſimiliter omnino irritauit Eccleſia, imò & Reſp. vt colligitur ex l. non dubium,C.de legibus,l. hac conſultiſſima; l. ex infecto,C.de teſtam.§. ex conſtitutionum, quibus modis teſtamenta infirmentur, l.certa ratione C. quando prouocari non eſt neceſſe, l. iubemus 1. §. ſane.C. de ſacroſ. Eccleſ. l. conditiones ff. de conditio.inſtitutionum,cap.quod in dubiis de renunt.& aliis locis,quibus ſuprà oſtendimus in Eccleſia,& Rep.eſſe poteſtatem irritandi acta noſtra, & vſum ipſius,ad quem ſufficit poteſtas,& voluntas: voluntatem autem ſatis in multis Eccleſia & Reſp.explicauit:ergo.Secundò,quia cùm lex actui reſiſtit, nulla oritur naturalis obligatio, l. ſi non ſortem in prin.l.quod pupillus,ff.de cõſt. indebiti, l. 1.§.ſiquis ita interroget,ff.de verb.oblig.l. cũ lex iuncta l.quod enim,&l.fideiuſſor §.fideiuſſor.ff.de fideiuſſor,& l. naturaliter. ff. de condict. indebiti. Quibus conſonat,l.5.tit.12.p.5. ſed lex quę actum irritat, ei reſiſtit: ergo ex illo non oritur naturalis obligatio. Tertiò, ex actu inhoneſto, & turpi nulla oritur naturalis obligatio, l. iuris gentium §. ſi vt maleficium ff.de pactis,l. generaliter,l. veluti, & l. ſi ſtipuler.ff.de verb.oblig.§.quod turpi Inſtit. de inutil.ſtipul.capit. fin. de pactis, capit. in malis 22.qu.4.& de reg.iuris in 6.Sed actus prohibitus, & irritus lege humana eſt inhoneſtus, ergo. Sed hoc argumentum leue eſt, quia ex meretricum, & aliis actibus malis naturalis obligatio oritur,& ſic in multis aliis,niſi actus ſit iniuſtus erga aliquẽ, ex illo enim qua parte iniurius alteri eſt, alter naturaliter non obligatur,vt cernere licet in contractu vſurario, ex vi cuius accipiens mutuum non tenetur naturaliter ad ſoluendas vſuras.

Ad primum argumentum, primæ opinionis, 51 reſpondeo, leges,quæ fundantur in falſa præſumptione,non obligare in conſcientia, vt Sect.7. dictum eſt:tales erant olim leges cap.veniens,2.& c. his qui fidem de ſponſalibus, quæ ex copula inter ſponſ. de futuro præſumebant conſenſum interdũ falsò,& ideò præcipiebãt eos cohabitare,& officia matrimonij exercere. Aliæ verò leges licet ad impediendas fraudes ſint ordinatæ,non fundantur in falſa præſumptione: ſed in vera,& præiudiciali,iudicantes ſolere fraudes in aliquibus interuenire,& vt illis occurrant, irritant actus, quibus tales, vel tales conditiones defuerint: & hoc pacto ſe habere leges, quæ contractus irritant, fatetur Molina ſuprà, quamuis aliam fuiſſe legiſlatorum voluntatem in teſtamẽtis,legatis, & fideicõmiſsis,& aliis huiuſmodi arbitretur: ait enim in §. tertio, legiſlatorum mẽtem fuiſſe,non quidem irritas reddere minus ſolennes vltimas volũtates,aut impediri naturalem obligationẽ, quæ ex natura rei oritur:nec item ex præſumptione falſitatis eas irritas pronũtiare: ſed duntaxat eas non admittere tanquam legitimas ad probandum, eas fuiſſe teſtatorum voluntates. Sed hoc quid aliud eſt, quàm irritare illa teſtamenta,& legata in foro externo,& non interno? ad hoc producit aliquas leges, de quibus ad quintum.

Ad ſecundum argumentum reſpondeo,pronũtiatum illud intelligi, cùm is, qui actum irritum producit, iure poteſt actũ legitimum efficere,qui in irrito continetur, aut ad illum efficiendum diſponit: vt impuberes licet non poſsint contrahere matrimonium, poſſunt tamen contrahere ſponſalia, ideo iuris interpretatione ea intelligantur contrahere, dicto cap. vnico §. idem quoque de

Digitized by Google

de deſponſ.impub.in 6.non verò quia ſponſalia in matrimonio continentur,cū matrimonium expoſcat conſenſum in præſens; ſponſalia verò in futurum:cùm ergo quis facit id quod iure ipſo irritum eſt, ex eo actu nullam ſibi naturalem obligationem imponit,ac ſi ratus eſſet: licet interdum præſumatur voluiſſe ſibi aliam obligationem imponere,ad quam inhabilis non ſit.

Ad tertium reſpondeo, iure naturali conſtitutum eſſe, vt voluntas teſtatoris impleatur, niſi lex humana iuſtis de cauſis diſponat, vt non valeat, niſi ſic vel ſic explicetur.

Ad quartum reſpondeo,Menchaca,lib.3.de ſucceſſionum creatione, §.30.nu. 6.& 12. verſ. aut & 2. eo argumento ductum aſſeueraſſe, leges poſitiuas vtcumque actui reſiſtant, non poſſe impedire, vt ex eo naturalis obligatio oriatur, niſi iure naturæ, vel gentium explicitè aut implicitè vetitus ſit, idque ex defectu poteſtatis vetantis, quæ voluntatem liberam paciſcentium non potuit impedire,quia voluntas res facti eſt, quæ non ſubiaceat legib. poſitiuis. Sed hoc grauis error eſt;nam vt ſuprà vidimus, Eccleſia irritauit profeſſionem, matrimonia,& alia, in quibus non reperiatur certæ conditiones, quamuis non deſit conſenſus: in quibus tamen nulla eſt prohibitio iure naturæ,aut gentium explicita aut implicita: & Vlpian. l.1.§.ſi quis ita interroget ff.de ver. oblig. ait,nec naturalem obligationem oriri niſi interrogatus verbis, verbis quoque annuiſſet, cùm tamen verba non requirantur, iure naturæ, aut gentium in contractibus, ſed alia ſigna ſufficiant, vt patet in matrimonio, cap. cum apud, & cap. tuæ fraternitati de ſponſalibus. Vnde ad argumentum reſpondeo,res facti non ſubeſſe humanæ,nec diuinæ poteſtati,vt infectæ non ſint. Platoni Epigraphe Pythagora, ſeu ſophiſta,Ariſtote. 6. ethic. cap. 2. Vnde Agatho hoc ſolo Deus carere videtur,infectum vt faciat quod factum eſt, atque peractum: cæterùm fieri poteſt,vt quod factum eſt,pro infecto habeatur,id eſt,viribus careat,vt patet ex ſuperiùs adductis,& toto tit. ff. de captiuis,& poſtlim. reuer. ſicut iure ciuili interdictum eſt,vt quod non eſt factum, pro facto habeatur, l. vn. in punct. C. de rei vxoriæ actione.

*Res facti non ſubsūt humanæ, vel diuinæ poteſtati, vt infecta non ſint.*

52 Ad quintum nego ex minus ſoléni teſtamento naturalem oriri obligationem, Bald.l.1. num. 53. C. de ſacroſ. Eccleſ. Imola,& Alex.l.nam poteſt ff. de lega.1.idem Alexan.conſil.7.num.18.volum.2. Gregorius Lopez,l. 31.verb.acabadamente tit.14. part.5.Couar.cap.cum eſſes num.8.de teſtam. Padilla l.cùm quis num. 11.C. de iuris & facti ignor. Ant.Gomez,l. 3. Thauri num 123.& alij nonnulli, quos recenſet Menchaca,1.de ſucceſſionum creatione §.1.nu.22.Probatur:quia illa ſolemnitas non ad probationem, ſed ad valorem teſtamenti deſideratur,vt docet gloſ.1.l.nemo poteſt ff.de lega.1. quam eo loco probat Bald.oppoſ.1. Socin. conſil. 93.num.2.volum.1.& alij, quos refert & ſequitur Couar.Padill.& Gomez ſuprà, & communem teſtatur Rip.d.l.nemo poteſt num. 35. Alciat. lib.5. paradoxarum,cap.17.& probatur, ex l. 1.ff. de teſtam. vbi definitur teſtamentum,vt ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult: iuſtæ enim ſententiæ nomine ſolennem intelligit gloſ.1.& alij ibi:ergo ſine iuris ſolennitate nullum eſt teſtamentum, nullâque naturalem obligationem producere poteſt.Quare §.

A 1.inſtit.de hæred. quæ ab inteſtatò defer. eum inteſtatum decedere definit, qui aut omnino teſtamentum non fecit,aut nón iure fecit. Accedit, ſine iuris ſolennitate non valere teſtamentum, l. ſi quæramus,4.ff. de teſtam. l. ſi poſt diuiſionem C. de iuris & fact. ignor.l. ſi non peculiare,l. ſi vnus, l.teſtandi cauſa,l. non dubium,l. dictantibus, & l. hac conſultiſſima,in princ. & §. ex imperfecto C. de teſtam. cùm igitur ex actu, cui forma ſubſtantialis deficit,nec naturalis oriatur obligatio, ex dicta,l.1.§.ſi quis ita interroget, & ex aliis, efficitur, vt ex teſtamento minus ſoléni nec naturalis obligatio oriatur: & clarum eſt,teſtatorem ex illo non obligari, cùm ſéper ante mortem poſſit illud mutare,l.4.ff.de adimendis lega.& Heb.9. ver. 16. & B 19.neque hæres in teſtamento minus ſolenni ſcriptus naturaliter obligatur ad ſeruandam teſtatoris voluntatem; cùm ex teſtamento hæreditatem adire non poſſit, l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. l. ex teſtamento. C. de fideicommiſsis. Nec hæres legitimus ea naturali obligatione deuincitur,cùm non ex voluntate teſtatoris,ſed ex legis definitione hæreditatem obtineat: ergo,&c. Confirmatur ex d. l. ſi poſt diuiſionem, vbi hæres legitimus ab inteſtato omnium bonorum defuncti ſucceſſionem obtinet nulla conceſſa retentione bonorum, quæ ex teſtamento minus ſoléni hæres in eo ſcriptus poſſidebat: quod non fieret,ſi ex teſtamento C minus ſolenni naturalis obligatio reſultaret. Hæc enim exceptionem parit.l.iuris gentium §.ſed cum nulla verſ. igitur nuda pactio,ff. de pactis,colligitur etiam ex l. hac conſultiſſima §. ex infecto C. de teſtam. vbi ex imperfecto teſtamento inter liberos facto teſtatoris voluntatem firmam fore decernitur: *ſi verò*, (inquiunt Imperatores) *in huiuſmodi voluntate liberis alia ſit admixta perſona extranea,certum eſt, eam voluntatem defuncti quantum ad illam duntaxat perſonam, pro nihilo haberi, ſed liberis accreſcere.* Ergo in liberis ex illo teſtamento nulla oritur obligatio naturalis erga illam perſonam,vt docet Couar. ſup.num.7.Soto 4.iuſt. quæſt.5. art. 3.verſ.4.arguitur Vazquez hîc diſp.164.cap. 4.nu. D 37.In huius confirmationem, expendit Couarruuias ſup.nu.8.caput, cùm eſſes,de teſtamentis,vbi Pontifex in prouinciis temporaliter ſubiectis Eccleſiæ (ſic enim cum communi exponit Couarruuias num. 12.) ſtatuit teſtamentum coram parocho, & aliis duabus, vel tribus perſonis factum, firmum eſſe.Vnde à contrario ſenſu infert Couarruuias, aliter non valere, neque naturalem obligationem producere, leges verò in cótrarium adductas interpretatur Couarruuias, ſuprà nu. 9. & Padilla dicta,l.cùm quis,nu.14. C.de iuris & facti ignor. vt locum habeant quoad repetitionem in- E debiti legati,vel fideicommiſſi: nam licet ex minus ſolenni teſtamēto non oriatur naturalis obligatio ex lege naturali producta,qualis eſt illa,quæ ex pacto nudo producitur, & cuius ergo retentio rei eo modo debitæ poſſidenti competit, & exceptio aduerſus repetentem: oriri tamen aiunt obligationem naturalem ex ipſa morum honeſtate, ſeu æquitate morali conuenientem: quæ repetitionem impedit, quamuis non habeat effectum retentionis, vel exceptionis. In quam ſententiam expendit Padilla legem, cum is, §. ſi in ea opinione, ibi *relinquitur pietatis cauſa*.

Alij verò rectè dicūt,ſe non videre,qua ratione 53
eiuſmodi obligatio naturalis repetitionem impe- *Opinio aliorū*

diat,niſi ope exceptionis, & iure ipſo retentionis: quos omnes effectus ex ſola honeſtate naturali oriri non poſſe putant. Vnde legem illam,cum is, aliter interpretantur,& ad leges in argumento citatas reſpondent aduertendo ex Menochio 3. de ſucceſsionum creatione §.22.limit.18.nu.10.legata,& fideicommiſſa differre:quamuis enim minorem efficacitatem nunc fideicommiſſa habeant, quàm ad legata obligationem aduerſus heredē inducendam,vt liquet ex l. 1. vbi id notarunt interpretes ff.de legatis 1.& §.ſed non vſque adeò Inſt. de legatis:legata enim in ſolo teſtamento relinqui poſſunt,§. præterea ibi,*cum alioqui legata niſi ex teſtamento non valeant*, inſtit. de fideicommiſſar. hæreditatibus,& probatur ex §.1.inſtit.de legatis ibi, *legatum eſt donatio à defuncto relicta, ab hærede præſtanda*: ergo cum hæres inſtitui non poſsit codicillis, ſed teſtamentis,l. non codicillum, C. de teſtam.l.ſi idem C.de codicillis,& §.codicillis, inſt. eodem tit.efficitur, vt legatum in ſolo teſtamento relinqui poſsit. At verò fideicommiſſa non ſolùm in teſtamento,ſed etiam in codicillis relinqui poſſunt, vt conſtat ex §. non tantùm, inſtit. de codicillis. Ex quo & illud efficitur, alia eſſe fideicommiſſa, quæ ex teſtamento; alia verò quæ extra teſtamentum codicillis, aut aliomodo relinquuntur: illa quidem vt valeant, & obligationem ciuilem,vel naturalem inducant, teſtamenti firmitatem,atque adeo ſolennitatem poſcunt:hæc verò quinque teſtibus comprobari debēt, aut eius, cui reſtitutio fideicommiſsi incumbit, confeſsione; cùm eiuſmodi teſtium numerus non pro forma ſubſtantiali fideicommiſsi:ſed probatione tantùm deſideretur.Primum patet ex l.ſi veritas,ibi vel ſolēnitas iuris deeſt. &c. Ad ſolutionem vrgeri non poteſt; eorum ſcilicet, quæ ex teſtamento relicta ſunt,& ex l.ex teſtamento,C.de fideicommiſsis,& l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto, C. de teſta. Vbi Iuſtinianus ait,*ex imperfecto teſtamento voluntatem tenere defuncti, niſi inter ſolos liberos à parentibus vtriuſque ſexus habeatur, non volumus*: ergo omnia fideicommiſſa aliis quàm liberis ex imperfecto teſtament o relicta,nullius ſunt ponderis.Secundum verò probatur ex l. fin.C. de codicillis, & ex l. fin. C.de fideicōmiſsis, vbi apertè definitur, ſatis eſſe quinque teſtium teſtimonium,aut eius, cui fideicommiſſum reſtituere incumbit,confeſsionem ad probandam defuncti voluntatem extra teſtamentum declaratam.

*Legata ſolo teſtamēto relinqui poſsūt, fideicommiſſa verò etiā codicillis.*

54 Cum igitur in lege ex teſtamento,& l.fin.C. de A fideicommiſsis, & l. in teſtamento ff. de fideicommiſſariis libertatibus dicitur, valere fideicōmiſſa ſine ea iuris ſolennitate, quæ ad teſtamentorum firmitatem deſideratur, definitur, cauſa non eſt,quia ex imperfecto, & minus ſolenni teſtamēto naturalis oriatur obligatio; hoc enim etiam comparatione legatorum, & fideicommiſſorum falſum eſſe oſtenſum eſt:ſed quia de fideicōmiſſorum firmitate,quæ extra teſtamentum relinquuntur,ſatis eſt quinque teſtium teſtimonium,aut hęredis ſcripti,vel legitimi,qui rogatus eſt à defūcto fideicommiſſa præſtare fideicommiſſario.

Ad l.verò, fideicommiſſum, C. de condictione indebiti,reſpondent,à ſe eſſe:nā ſi fideicōmiſſum, B quod in lege illa indebitum dicitur, naturali iure debitum eſſet,vt falsò ad l.illam gloſ.1.aſſerit,ceſſaret repetitio: explorati enim iuris eſt, debitum naturale repetitionem ſoluti impedire, l.naturaliter ibi,*repeti non poterit*, & l.quod pupillus ff.de cōdict.indeb. Vbi dicitur, quòd pupillus ſine tutoris auctoritate ſtipulāti promiſerit, eius repetitio eſt; quia nec natura debet. Quid clarius dici poterat contra ſententiam gloſſæ l. cum quis ver. cū quis: Bartholi,& aliorum, quos recenſet, & probat Padilla ibi num.28.C.de iuris,& facti ignor.aſſerentium,debitum naturaliter, indebitum tamen ciuiliter,ſi ſoluatur, repeti poſſe, cum per ignorātiam facti ſolutum eſt? In quam ſententiam perperam inducunt dictam l. cum quis, quæ abſolutè, cùm C quis ignorans indebitam pecuniam ſoluerit,ceſſare repetitionem definit.

Ad l.militis,verſ. veteranus ff. de milit. teſtam, reſpondeo,non fuiſſe minus ſolenne teſtamētum, in quo legatum à milite relictum fuit, vt ex illa l. conſtat, quare lex illa nobis non aduerſatur, ſicut nec lex 31.tit. 14. part.5. quæ apertè differit de iis, qui propria voluntate legata in minus ſolenni teſtamento relicta præſtant legatariis: quos quidam repetere non poſſe,etiamſi iuris ignorantiam profiteantur, quam non habere præſumuntur,nōnullis exceptis, quos lex ibi commemorat, eadem lege meritò definitur.

Ad ſextum argumentum reſpondent aliqui,Plinium D ſecūdum à nobis eſſe, cum planè cognoſcat, minus ſolennem teſtatoris diſpoſitionem irritam eſſe, ac proinde nulla lege etiam naturali hominem ad eius obſeruationem teneri. Alioqui non aſſeruiſſet; *Sed ego propriam legem mihi dixi,vt defunctorum voluntate,etiamſi iura deficerent,quaſi perfecta tuerer*.

DISP.

Digitized by Google

# DISPVT. DECIMASEPTIMA,
## DE LEGE CONCEDENTE PRIVILEGIVM; SEV DE PRIVILEGIIS.

DE hac re Iuriſperiti tit. de priuilegiis in Decretal. Sexto,& Clementinis,Nauarra eodem tit.in conſiliis lib. 5. Azor tom.1.lib.5.cap. 22. & 23. ſummiſtæ verbis , priuilegium , gratia ; exemptio, Antonin.1.par.tit.19.cap. 1. Eman.Rodriguez, tom. 1. regularium, qu. 7.& 8. Vazquez hîc diſp.151.ca.1.nu.2.& 3.& c. 3.nu.19.

### SECTIO PRIMA.

*Quid ſit priuilegium , & an ſemper aliquid ſpeciale operetur.*

1 *Varia vocis Priuilegii acceptiones.* PRiuilegium interdum ſignificat inſtrumentum, quo princeps concedit alicui ſpecialem gratiam;quod etiam interdum vocatur reſcriptum,diploma, & bulla in canonicis priuilegiis, quamuis hæc nomina ad alia quoque inſtrumenta extendantur. Aliquando verò priuilegium ſumitur pro iure, actione, gratia, beneficio, fauore, auxilio,exemptione,prælatione, prærogatiua, aut immunitate , quæ in tali reſcripto , ſeu diplomate continetur, & indultum vocari ſolet, & eſt materia , atque effectus priuilegij priori modo ſumpti, quod quatenus ſignificat voluntatem ſuperioris C volentis talem gratiam , & immunitatem concedere , vocatur etiam lex priuata , ideſt ſingularis: priua enim veteres dixerunt,quæ nos ſingula. Vnde etiam dicitur, mandatum ſpeciale, & conſtitutio perſonalis : vt enim ait Aulus Gellius , lib. 10. cap. 20. *Leges ſunt generalia iuſſa pertinentia ad vniuerſos ciues , priuilegia verò ſunt priuata iuſſa ad ſingulares homines pertinentia , quia veteres priua dixerunt,quæ nos ſingula dicimus.* Ab vna acceptione ad aliam facilè fit tranſitus : reputantur enim idem; quia eundem moralem valorem habent,& ſunt ſicut cauſa & effectus, ſignum practicum, & ſignatum : ſed nos de priuilegio in prima acceptione frequentius loquemur. Priuilegiarij dicuntur,quibus eſt aliquod priuilegium conceſſum,l.ſi ventus ff.de priuileg.credit.l.reſcriptum ff.de pactis,l. ſed an is ff.quòd cum eo,qui in aliena poteſtate. Iidem, etiam priuilegiati dicuntur.

2 Non autem omne priuilegium eſt propriè lex: quia de ratione legis eſt, eſſe perpetuum ; non autem omne priuilegium perpetuum eſt ; ergo illud, quod perpetum non eſt , non eſt propriè lex : ſed, quamdiu durat , per modum legis operatur : ideo etiam de illo hîc agemus: & quia eſt exceptio à lege.

A Ita ergo priuilegium definiri poteſt, Eſt priuata lex aliquod ſpeciale beneficium cōcedens: ex Iſid. 5. ethymolog.cap.18.& cap.priuilegia diſt.3. & ex cap.in his de priuileg.cap. Abbate de verb.ſign.ca. exemplo. 23. quæſt. 3. idem docent Doctores eiſdem locis, & Rubrica de priuileg. Panormitanus, & alij,cap.olim de verb. ſig. ſummiſtæ verbo priuilegium, Anton. Azor , & alij paſſim. Et in hoc ſenſu vtitur nomine priuilegij Cicero 3. de legib. & in paradoxis. Non dicitur autem lex priuata; quia ſemper ſit fauor priuatæ perſonæ, ſæpe enim eſt fauor communitatis, vt patet ex dicto cap. abbate; & gloſ. in cap.priuilegia d.3. ex ca. petiiſti 7. quæſt. 1. Sed quia cum concedatur Collegio , vel communitati , ipſa cōmunitas habet ſe inſtar priB uatæ perſonæ; quia eſt pars maioris communitatis, à cuius legib. hæc pars eximitur. *Collegium, & communitas ſe habent inſtar vnius perſonæ reſpectu totius Reip.* Dixi, ſpeciale beneficium concedens,quia ſi reſcriptum,mandatum,vel ius non ſit fauorabile,licet ſit lex priuata, non erit priuilegium , ſed odium : vt lex pœnalis cōtra hereticos,vel ſimoniacos lata,& ideo Eman. tom.1.regularium,quæſt.7.art.1.in fine, cum Pan. & Barb.ait , priuilegium eſſe conceſſionem gratiosè factam. Hinc rectè in illo c.abbatè,dicitur de ratione priuilegij eſſe, vt cōcedat aliquid ſpeciale, quod ius commune non concedit,& d.cap. in his, priuilegium ita eſſe interpretandum , vt aliquid præter ius commune concedat , aliàs eſſet inutile, cum nihil, inquit , illis conferat memorata indulgentia , ſine qua id liceret, prælatis indulgentibus.

Idem habet Gratian.25.qu.1.§.vlt.inquiens, *Nec enim aliquibus priuilegia conceduntur , ſi præter generalem legē nulli aliquid ſpeciale concederetur,* ad idem eſt lex 1. ff.ad municip. & gloſ.recepta ca.1,de reſcrip.Nauar.conſil.5.de ſtatu monach.num.2.& 5. & aliis locis referendis. Addit Panor.cap. olim de verb.ſig.num.7.quem citat,& ſequitur Azor tom. 1.lib.5.cap.22.quæſt.5.de ratione priuilegij eſſe, vt concedat aliquid contra ius commune: nam ſi ſolùm concedat ſpecialem gratiam , quæ iuri communi contraria non ſit, quamuis per illud non detur , non eſt propriè priuilegium , ſed beneficium principis. Quæſtio eſt de nomine: puto tamen eiuſmodi beneficium ſpeciale principis,quod iure D communi non conceditur,eſſe propriè priuilegiū: quia eſt lex priuata fauorabilis,quę non poteſt ſub alia legis ſpecie contineri , niſi ſub priuilegio ; & ſic religioſi habent multa priuilegia , quæ ſunt merè gratiæ Pontificum , & non ſunt contrariæ iuri communi: ſed aliquid præter illud addunt, vt gratiæ abſoluendi , diſpenſandi , &c. Quamuis ſi rectè res perpendatur,nulla gratia conceditur prę- tęr ius commune,quæ non ſit quodammodo contra illud,quatenus contra ius cōmune eſt;vt ſacer-

dos

Digitized by Google

dos non proprius abſoluat, vel non prælatus diſpenſet, &c. A

Dices, interdum concedi aliqua priuilegia, quæ nihil contra, aut præter ius commune operantur, vt in cap. etſi Chriſtus §. fin. de iureiur. conceditur religioſis, vt poſſint iurare in propriis cauſis, quando deeſt alia probatio, & in cap. quia in cauſis de procur. cóceditur vniuerſitati, vt poſſit procuratorem creare. Reſpondeo cum Azor lib. 5. ca. 23. quæſt. 3. variis ex cauſis ſolere talia priuilegia concedi; primò, vt aliquibus aliquod naturale ius ſeruetur, quod fortaſſe violaretur. Sic Pontifex ca. innouamus de treuga, & pace, admonet, vt peregrini, clerici, monachi, & mercatores congrua ſecuritate lætentur, & tunc non eſt propriè priuilegium conceſſiuum, ſed declaratiuum; quia explicat ſpecialem rationem, quæ in huiuſmodi perſonis eſt, vt nihil mali in itinere patiantur. Secundò hoc fieri ſolet in gratiam petentis, vt exponit ipſe Panor. dicto cap. quia in cauſis de procurator. & túc effectus priuilegij ſolùm eſt, vt quod aliàs fieri poterat vno titulo communis iuris, fiat etiam alio, & ſpeciali Pontificis authoritate. Tertiò, & frequenter hoc fit cauſa tollendi dubia, & ſcrupulos, vt notant Nauarr. illo num. 5. Eman. ſuprà, Panor. cap. 1. num. 1. de commodato, & Doct. dicto capit. cum his, cap. abbate, & cap. gratia de reſcrip. in 6. Clem. grande, eod. tit. ex ipſis textibus, & tunc priuilegium operatur nouam, & maiorem certitudinem, & claritatem: exempla aliqua ponit Nauar. dicto num. 5. Ad priores cauſas pertinet, quod ait Eman. tom. 1. regul. quæſt. 7. art. 1. eiuſmodi priuilegia nihil præter ius commune continentia, concedi, quia ea, quæ generaliter dicuntur, neglecta videntur eſſe, niſi ſpecialiter notentur, vt dicitur l. item apud §. ait prætor ff. de iniur. & magis timentur, quæ ſpecialiter cauentur, quàm quæ generaliter indulgétur, c. quis neſciat 1. d. c. quáquam 22 d. Vnde quartò interdum fit talis conceſſio, non ſolùm, vt aliquid licitè fiat; ſed etiá ne ab inferiorib. prælatis prohiberi poſſit. Sæpe enim poteſt ſubditus, licitè aliquid facere, dú à ſuo prælato proximo nó prohibetur, quod tamen prohiberi ei poteſt: & túc ſi à maiori prælato cóceſſum fuerit, licitè id faciet. Quintò interdú per huiuſmodi conceſſionem reſtituitur quis ad ius commune, quo fuerat priuatus, vt ſi religioſo detur priuilegium ad appellādum; quod eſt veluti ius quoddam naturale, quo priuati ſunt religioſi, quaſi iure ordinario. Simile eſt quod retulimus ex ca. quia in cauſis de procur. De hac vltima ratione vide Azor tom. 1. lib. 5. cap. 23. quæſt. 3. & Panor. cap. 1. de reſcript. ex quo ibi num. 11. citante Bartolum, & Innocentium, & ex Azor, & Felino citante Hoſtienſem, & ex Eman. ſuprà, & ex Sebaſtiano de Medicis tract. de diffinitio. part. 2. §. 17. nota, priuilegium non eſſe ita contrahendum, vt nihil operetur vltra ius commune pręter certitudinem, vel aliquid huiuſmodi, niſi quando iuxta materiæ qualitatem, & verba priuilegij manifeſtè conſtat, non fuiſſe aliam intentionem concedentis. Nam ſi commodè, & ſecundùm proprietatem verborum poteſt aliquid ſpeciale vltra, vel contra ius commune operari, id negandum non eſt; quia etiam ipſa iura ita declarant priuilegia, quando fieri poteſt, vt patet dicto cap. in his cum ſimilibus, & ratio fauoris, & beneficij poſtulat hanc interpretationem, vt infra dicemus, & ſumitur ex l. fin. C. de inoffic. teſtam. & l. eius ff. de vſuris: vſus etiam ita interpretatur priuilegia: vt in bulla cruciatæ conceditur confeſſariis facultas ad vota commutanda: vnde inferunt aliqui, poſſe commutari in aliquanto minus, quia ad commutandum in perfectè æquale non erat neceſſarium priuilegium, quamuis alij ſolùm dari velint ad tollendas dubitationes, & ſcrupulos. De quo in tract. de bulla, & tract. de voto plura dixi. Vnde conſtat communiter, & per ſe efficax eſſe argumétum, ſi aliquid ex priuilegio licet, ſine priuilegio non licere iuxta ca. ſanè de priuileg. vbi dicitur: *nullus debet ſua authoritate præſumere, quòd Romana Eccleſia alicui ſpeciali ratione inſpecta voluit indulgere.* Idem ferè habetur c. petiiſti 7. quæſt. 1. & cap. non exemplo 26. qu. 1. ex regula iuris, quæ habet, *non eſſe trahenda ad conſequentiam, quæ à communi iure exorbitant.* Gregorius etiam lib. 2. epiſt. 54. ſeu cap. 93. indictione 11. apertè ſupponit, priuilegium concedere aliquid vltra commune ius, & conſuetudinem. Quando verò priuilegium conceditur ſolùm in gratiam petétis ad maiorem ſecuritatem, vel certitudinem, nihil aliud operatur: ſed rarius hoc eſt, nec admittendum, niſi apertè conſtet.

Iuxta hæc Azor illa quæſt. 3. ait, ſi priuilegium conceditur, vt Epiſcopus teſtari queat, intelligi 5 de bonis ratione Eccleſiæ, cui præeſt, quæſitis, non de patrimonialibus, de quibus iure communi Epiſcopus teſtari poteſt. Et ſi clauſula dicat, omni appellatione ſemota, non intelligitur de iniuſta: quia ſemota iniuſta, & friuola appellatione poteſt iudex procedere, ſecundùm ius commune. Facultas data Epiſcopo creandi nouam dignitatem in Eccleſia, cenſetur data, vt id faciat etiam ſine conſenſu capituli. Mandatum Pontificis de conferendo beneficio in certa Eccleſia protenditur vſque ad canonicatum, ſi in ea non ſint alia beneficia: ſi princeps concedat alicui iudici ius inquirendi, & animaduertendi in aliquos ſontes, intelligitur de iis, in quos inquirere, & animaduertere alioqui non poterat. Quod ſi cóceditur, vt agnoſcat delicta, quæ alioqui antè poterat, intelligitur, vt de his delictis procedere queat, etiá fama publica non precedéte. Addit Azor, ſatis autem eſt, ſi beneficiú, vel priuilegium aliquid operetur contra, vel præter commune ius, licet id ſit modicum: in reliquis enim reſtringendum eſt, non laxandum contra ius teſte Panor. cap. certificari, num. 10. de ſepultur. Decio cap. 1. de reſcript. colum. 5. num. 16. Nauarr. in ſumma cap. 12. nu. 79. & conſil. 13. de tempore ordin. num. 4. & conſil. 57. de regular. num. 1. & conſil. 5. de obſeruat. ieiun. num. 1. argumento cap. cum dilectus de conſuetudine, & l. ſi quando C. de in officio. teſtam. De quo plura dicemus inferius.

*Quomodo priuilegium teſtandi concedatur Epiſcopo.*

Ex his patet primò, priuilegium circa perſonas, 6 quibus conceditur, operari communiter aliquam facultatem: vt ſic autem non habet rationem legis; quia non obligat, ſed permittit, vt licitè fiat, nec imponit neceſſitatem, ſed tribuit facultatem, qua poteſt quis non vti, renuntiando priuilegio ſuo: obligatio autem non faciendi vltra priuilegium non eſt à priuilegio, ſed à iure communi. Dixi, *regulariter*, quia priuilegia, quæ reſpiciunt commune bonum alicuius communitatis, obligát ſingulos, vt priuilegio ſuo vtantur, nec poſſint illi renuntiare priuata authoritate, vt in ſequentibus patebit: & ita priuilegium habet rationem legis reſpectu priuilegiarij: frequentius autem habet

rationem

rationem legis reſpectu aliorum, cōtra quos operatur: eos enim obligat, vt priuilegium priuilegiato ſeruent, vt in ipſo indulto declarari ſolet. Patet primò, aliàs enim eſſet inefficax, & inutile, & potiùs ex illo orirentur rixæ, ſi alij poſſent iuſtè impedire, quod priuilegium concedit. Secundò, quia priuilegium dat ius, & nemo poteſt ſua authoritate priuare aliquem iure illi à ſuperiore cōceſſo: & quoad hoc, priuilegium habet rationem legis: quamuis dici poſſet, illam obligationem oriri ex ipſo iure naturali, ſuppoſito priuilegio, ſicut ſuppoſita donatione obligat ius naturale ad non priuandum dominum re ſibi donata; ſaltem tamen aliqua priuilegia directè, & per ſe obligant alios, quia directè dant ius contra illos, vt ſi priuilegium ſit præcedentiæ in Concilio, aut proceſſionibus.

7 Circa ius verò ipſum operatur priuilegium quandam veluti diſpenſationem, ſeu partialem ipſius iuris derogationem, ſaltem quando eſt contra ius ipſum, quod derogat: imò Syluest. verbo, priuilegium quæſt. 3. ait tale priuilegium eſſe diſpenſationem. Vnde ſi ſermo ſit de priuilegio cōtinente iuris communis relaxationem, non poteſt licitè ſine cauſa concedi, ſicut nec diſpenſatio: ſecus ſi latè ſumatur, vt cōplectitur gratiam, & conceſsionem, quæ non eſt contra ius. Quomodo intellige Mandoſium in praxi ſignaturæ verbo diſpenſationes verſic. hîc quæri poſſet: & Rodriguez tom. 2. regul. quæſt. 46. art. 2. dicentes, diſpenſationem requirere cauſam, priuilegium verò nō. Porrò inter priuilegium, & legem hoc diſcrimen conſtituit Vazq. diſp. 151. ca. 1. nu. 2. & 3. cum gloſ. ca. erit autem lex d. 4. vt priuilegiū proximè reſpiciat bonum priuatum; lex autem commune. Sed reiicitur hoc à Caſtro 1. de lege pœnali cap. 1. quia leges tributorum proximè, & immediatè ſunt pro ſola vtilitate principis. Facilius diſcrimē eſt, quòd priuilegium eſt exceptio à lege in fraudem priuatæ alicuius perſonæ, vel certarum perſonarum, lex verò non.

---

## SECTIO II.

*Quotuplex ſit priuilegium, & quæ cuiuſque proprietates.*

*1. Diuiſio. Duplex priuilegium, Diuinum & humanum.*

8 PRimò diuidi ſolet priuilegium in diuinum & humanum, vt videre licet in Antonino 1. part. tit. 19. cap. 1. Diuinum appellat, quod alicui à Deo conceditur, vel toti alicui cōmunitati quaſi per generalem diſpenſationem, vt olim ad habendas plures vxores cap. gaudemus de diuortiis: vel alicui perſonæ per Spiritus ſancti ſingularem diſpenſationem, & tunc in iure vocatur priuata lex, vt in cap. duæ ſunt leges 19. quæſt. 2. & in cap. dixit dominus 14. quæſt. 5. & in cap. ſi non licet §. non occides, 23. quæſt. 5. quæ inſpiratio, ſeu priuata lex interdum non repugnat communibus præceptis, ſed ſubleuat hominem ad aliquid perfectius vltra illa operandum, & ſic eſt frequens huiuſmodi lex priuata, & ſine periculo admitti poteſt, quamuis ſemper prudentia neceſſaria ſit: nam etiam ex eo quod per ſe licitum eſt, poſſunt per accidens inconuenientia ſequi. Interdum verò exorbitat à communibus legibus, vt fuit in Sampſone ad ſe occidendum. Et talis lex priuata quamuis interdum dari ſoleat ex dono Spiritusſancti: tamen multùm habet periculi, ſi non examinetur diligentiſſimè, & præſertim per Eccleſiaſticam doctrinā & leges ca. niſi cum pridem de renuntiatione, c. transferunt 24. q. 3. Sed de hac lege priuata alibi: hîc enim ſolùm de lege humana, & conſequenter de humano priuilegio tractamus, quamuis Deus etiam in lege humana diſpenſare poſſet & tunc circa legem humanam daretur priuilegium diuinum.

*2. Diuiſio.*

Secundò, priuilegium humanum diuiditur ab 9
Eman. tom. 1. regularium, quæſt. 7. art. 2. in reale, locale & perſonale: ſed melius diuiditur in reale, & perſonale: nam alia membra ad hæc poſſunt reduci, & hanc diuiſionem ponit Azor tom. 1. lib. 5. ca. 22. quæſt. 2. ex Hoſtienſi in ſumma tit. de priuileg. Angelo, Syl. & aliis verbo priuilegium: & inſinuatur ca. mandata de præſumptio. ibi. *Non loco tribuimus, ſed perſonæ*, & in l. priuilegia ff. de reg. iuris. Priuilegium reale dicitur, quod conceditur intuitu alicuius rei, vel conditionis diſtinctæ à perſona: perſonale verò quod immediatè fertur in perſonam ratione ſui: ſicut diuidi ſolet interdictum in locale, & perſonale. Omne enim priuilegium datur, vt aliquis, vel aliqui eo vtantur, quia quoad vſum, & vſumfructum ſola perſona eſt capax priuilegij, ſicuti & legis: vnde interdum conceditur gratia, vt adhæreat loco, cauſæ, aut dignitati, & ratione illius redundet in perſonam exiſtentem in eo loco, vel habentem talem cauſam, aut dignitatem: & hoc dicitur priuilegium reale. Quod interdū cōceditur rei corporali, vt Eccleſiæ, vel monaſterio, interdum rei, quam vocant incorpoream, vt dignitati Epiſcopali, aut regiæ militiæ, alteriue negotio, aut labori pro Rep. ſuſcepto, aut piæ cauſæ: & tunc perſona non fruitur illo, niſi adiuncta tali dignitati, vel cauſa, &c. Vnde qui eſt Epiſcopus, gaudet tūc priuilegio conceſſo dignitati: ſi tamen deponatur, amittit priuilegium, & ad ſucceſſorem tranſibit, & ſic de aliis.

Priuilegium perſonale dicitur, quod veluti adhæret perſonæ immediatè. Quod multipliciter ſub- 10
diuiditur, vt patet per Anton. Syluestrum, Angelum, Hoſtiēſem, & Azor ſuprà. Nam aliud eſt perſonale tantùm, id eſt, quod perſonis ſingularibus conceditur: & hoc eſt duplex, vel perſonale ſingulare, quod alicui perſonæ in indiuiduo tantùm conceditur expreſſo eius nomine, vt cap. volentes de offic. legati: & hoc in iure abſolutè vocatur perſonale, & cum perſona incedit, durat, & finitur, vt dicitur in iuribus citatis. Aliud eſt perſonale commune, vt quod conceditur abſentibus, vel minoribus, vt in aliquibus caſibus inſtitui poſſint ff. de minoribus & ff. ex quibus cauſis, &c. Et filiofamilias ne ratione mutui ff. & C. ad Macedonianum, & quod datur vxoribus, vt ſint immunes à fideiuſsione ff. & C. ad Velleianum. Quæ omnia etiam ſingularibus perſonis conceduntur: ſed ex ratione communi, & ideo talia priuilegia vocari ſolent mixta: quia & perſonæ, & cauſæ conceſſūtur. Et iuxta hæc intellige quod ait Emanuel ſuprà cum Decio ca. ſanè de priuileg. & l. ſeranios C. qui teſtam. fac. poſſ. & Cuco lib. 1. maior. inſtit. tit. 6. per totum, priuilegium perſonale non tranſgreditur perſonam, & ex cap. priuilegium de reg. iuris in 6. priuilegium perſonale perſonam ſequitur.

Alia priuilegia conceduntur perſonis, non vt 11
ſingulis, ſed vt componentibus vnum corpus myſticum,

Digitized by Google

ſticum, ſeu morale. Hæc vocantur corporalia per- A
ſonalia: ſuntque duplicia: quædam, quæ ita conceduntur communitati, vt ſingulæ perſonæ, quæ ſunt membra eius, illis vti poſsint. Alia verò ſunt, quæ conceduntur communitati, vt ſola ipſa communitas, quatenus talis eſt, illis vtatur. Vt quæ cōceduntur Capitulo ad electiones, vel alios actus capitulares, vel vt non poſsit ſuſpendi, vel ad aliquid ſimile. Et hęc vocantur purè corporalia; quia non deſcendunt ad ſingulares perſonas, & poſſunt etiam realia appellari, quia quodammodo reſpiciunt dignitatem: & ſic intelliguntur diuiſiones, quas adducunt citati Doctores, vt perſonalia, alia ſint ſingulariter, & communiter perſonalia, alia ſingulariter perſonalia: item corporalia, quædam B communiter corporalia, quædam ſingulariter, & communiter corporalia.

12 Id etiam notat Emanuel ſuprà, cum Ruino lib. 2. conſil. 28. num. 2. quando conceditur perſonis priuilegium ratione certæ rei, vel loci, ad aliam rem, vel locum, non prorogari etiam eiſdem perſonis. Vt ſi concedatur exemptio monachis alicuius monaſterij, à Generali, vel Prouinciali, trāſlati ad aliud monaſterium non gaudent eo priuilegio. Vbi etiam ex cap. veniunt, de præſcript. & cap. & ex cap. tuorum, de filiis præsbyt. notat Eman. priuilegium aliud eſſe generale, vt quod conceditur toti religioni: aliud ſpeciale, vt quod conceditur vni familiæ illius. Item priuilegium non debere C extendi de re ad rem, nec de perſona, ad perſonam etiam propter identitatem rationis, c. priuilegium de reg. iuris in 6. Doctores, Clem. 1. de cenſibus, Bart. & alij l. 1. ff. de conſt. princ. Cardin. Clem. 1. de teſtibus, quæſt. 6. Thomas Grammatic. deciſ. 28. num. 31.

*3. Diuiſio. Priuilegium perpetuum quomodo dicatur.*

13 Tertiò diuiditur priuilegium in perpetuum, & tēporale, quibus addi poteſt vitale, quāuis ſub illis cōprehendi poſſit. Non dicitur priuilegium perpetuum, quia finiri non poſſit: ſæpe enim reuocari poteſt. Sed illud dicitur perpetuum, quod adhæret rei de ſe perpetuæ, & ſine limitatione temporis cōceditur, vt duret, quandiu reuocatum non fuerit. Temporale autem variis modis contingit. D *Primò*, quia ad definitum tempus conceditur, quo elapſo finitur, l. quoties, C. de precibus Imper. offeren. *Secundò*, quia conceditur perſonæ tantùm: quale eſt purè perſonale ſingulare. Hoc enim quāuis reſpectiuè poſſit dici perpetuum, quatenus pro tota vita conceditur; quomodò dicitur exilium perpetuum, & ob eandem cauſam vitale dici poſſit: abſolutè tamen temporale eſt, ſicut & vita, qua finita finitur cap. priuilegium de reg. iuris in 6. vbi dicitur, *priuilegium perſonæ perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona*, & l. priuilegia C. eod. Vbi dicitur, *priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam* E *perſonæ, & ideò quædam ad hæredes tranſmittuntur, nimirum ea, quæ cauſæ ſunt, at, quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt*, & l. in omnibus cauſis 2. ff. de reg. iuris dicitur. *In omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat: vbi verò genus actionis id deſiderat, ibi, ad quemuis proſecutio deuenerit, non deficiat ratio auxilij*. Ex quibus iuribus duo colligit Azor tom. 1. lib. 5. cap. 22. quæſt. 6. vnum eſt, priuilegia perſonæ vnà cum ipſa finiri, & extingui; ac proinde ad hæredes, & ſucceſſores non tranſmitti. Alterum eſt, priuilegium rei non cum perſona deſinere; quoniam rei, non perſonæ adhæret, ac proinde rem, non perſonam ſequitur, & eo ipſo ad hæredes, vel ad eos, ad quos res ipſa deuenerit, tranſmittitur, verbi gratia, priuilegium, quod datur patri, patrono, vel militi, vt condemnentur ſolùm in eo, quod facere poſſunt, cū perſona perit, l. ſunt qui in id, l. patronus, l. Item miles ff. de ſent. & re iudicata. Item in l. maritum, & ſequentibus ff. ſoluto matrimonio, mariti hæres extraneus condemnatur inſolidum, non habita ratione, ne egeat, cum alioqui maritus ſolùm condemnaretur in id, quod facere poteſt habita ratione, ne egeat. Quoniam tale priuilegium perſonæ eſt, cum perſona extinguitur: nam corruptis nobis corrumpuntur ea, quæ ſunt in nobis. Vnde ſi priuilegio aliquis potiatur ratione dignitatis, vel muneris, quo fungitur, ad aliam dignitatem promotus priuilegio vti nequit, & priuilegium, quod dignitati adhæret, ad ſucceſſorem tranſit: quod perſonæ eſt, non item, gloſ. cap. priuilegium de regul. iuris in 6.

*Tertiò*, eſt priuilegium temporale, quod ſub conditione datur, quæ lapſu temporis finitur: quia voluntas concedentis non vltra extenditur, & hoc modo poteſt eſſe priuilegium vitale ex parte concedentis. 14

Nam licet abſolutè loquendo priuilegium non finiatur morte concedentis, ſicut nec gratia, nec fauor, cap. gratum, cum ſimilibus de officio delegati; ſi tamen concedens addat, donec deceſſero, ſeu quādiu vixero, finitur per mortem eius. Idem, ſi dicat, vſque ad beneplacitum meum: quia virtute includitur, vt ceſſet priuilegium, quando nullum beneplacitum eſſe poteſt. De quo vide Suarez 3. part. tom. 4. diſp. 26. Sect. 4. dub. 3. & Nauar. conſil. 1. de priuileg. ſecus erit, ſi dicat, ad beneplacitum ſedis: quia ſedes perpetua eſt, & ſemper reuocare poteſt, vnde illud, quandiu non reuocatur, durat.

Vnde vt priuilegium perpetuum ſit, debet abſolutè concedi, vel ſub dicta conditione perpetua: 15
nam tunc ex parte dantis perpetuum eſt, gloſſa Clem. dudum de ſepult. verbo, *ſtatuimus*, Innocentius, cap. quòd tranſlationem de offic. delegati, cōmunis per tex. ibi ca. ſuper gratia, de officio delegati in 6. & cap. ſicut nulla de pręben. in 6. Nauar. illo conſ. 1. & ca. placuit de pœnit. diſt. 6. num. 161. conſonat regula iuris, *decet beneficium principis eſſe perpetuum*, ca. 1. & 2. 25. quæſt. 2. Denique poteſtas & voluntas concedentis adeſt: ergo durat in perpetuum, niſi reuocetur.

Sunt qui hoc limitant, vt locum non habeat in priuilegio conceſſo ab Epiſcopo, vel ab alio, qui ſit inferior Papa: quod tribuitur Panormitano ca. penul. de offic. delegati num. 9. Antonio 3. part. tit. 17. cap. 9. Syl. confeſſor. 5. num. 7. qui ſpeciatim loquuntur de priuilegio, ſeu licentia eligendi confeſſorem: de quo oppoſitum docuit Suarez ſuprà, ſed licet cōcederetur, id eſſet ob aliam rationem, quam ſtatim ex Azor referemus: quare non cenſeo neceſſariam limitationem illam, ſi priuilegiū non excedat poteſtatem inferioris prælati: quæ tamen ſolet eſſe limitata: ſi autem ipſe habet poteſtatem ad concedendū priuilegium perpetuum, ſufficit voluntas dicto modò explicata.

Prædictis magna ex parte conſonat Azor tom. 16
1. lib. 5. ca. 23. quæſt. 4. qui quærens, an priuilegium obitu concedentis finiatur: reſpondet cum Nauarra de pœnit. diſt. 6. cap. placuit nu. 161. & conſil. 1. de

1.de priuileg. Priuilegium obitu concedentis non finiri: nam priuilegia principis ſunt perpetua,cap. 1. & 2.25.quæſt.2.& priuilegium eſt fauor,& gratia: at gratia morte principis concedentis non deſinit,ex cap. ſi cui nulla,de præb.in 6.& ca. ſi ſuper gratia,de offic.iud.deleg.in 6.ſicut etiam gloſ. docet in Clem. dudum de ſepult. §. ſtatuimus. Teſte etiam Innocentio in cap. quod tranſlationem de officio legati,communiter recepto, indulgentiæ à legato conceſſæ,finita eius legatione non deſinũt. Idem eſt de priuilegio, quod Epiſcopus conceſſit Parocho, vt per ſeptennium abeſſe poſſet ab Eccleſia ratione ſtudij,gloſ.cap.cum ex eo, de elect. in 6. verbo, *ſeptennium*, & de facultate ſuſcipiendi ordines à quocunque Epiſcopo malueris, Cardinalis Clem. vlt. de elect. quæſt. 5. & de facultate offerendi ſacrificium Miſſæ in domo priuata. Mandatum verò obitu mandantis extinguitur, l. mandati C.mandati, cap.gratum, & cap. relatum, de offic. iudic. delegati. Similiter facultas ab Epiſcopo data beneficiario in ſua Eccleſia non commorandi,deſinit morte cõcedentis Epiſcopi: quia hanc Epiſcopus non poteſt in perpetuum concedere: quia eſſet cum damno Eccleſiæ. Idem eſt de facultate eligendi confeſſarium alicui conceſſa ab Epiſcopo, ſecundùm Panormitanum cap. vlt. de offic.legati num.9.Anton.3.part.tit.17.cap.9.verſ. vlt.Syluestrum confeſſor.5.quęſt.7.ſecus de facultatibus, quas in perpetuum Epiſcopi concedere poſſunt. Sed ego non video cur Epiſcopus non poſſit concedere perpetuam facultatem alicui, vt cõfiteatur,cui voluerit, ſicut eam poteſt concedere Summus Pontifex: vnde veriſimilius ſemper exiſtimaui, facultatem illam ſine limitatione ab Epiſcopo conceſſam non extingui morte concedentis,ſed manere, dum non reuocatur, niſi ſigna aliqua fuerint de cõceſſione eius ad tempus limitatum vitæ concedentis, vel aliud. Ita ſentit cum aliis Suarez 3. part. tom. 4. diſp. 26. Sect. 4. dub. 3.

Si quæras quid ſit de priuilegio, quo quis autoritate Papæ à iuriſdictione Epiſcopi exemptus eſt, donec ipſe Pontifex illud priuilegium abroget,vel aliud decernat. Reſpondet Azor cum Nauar.conſ. 1. de priuileg. illud non finiri: tum quia Pontifex non abrogauit illud, nec quicquam aliud conſtituit:tum quia priuilegium obitu concedentis non ceſſat.

Secundò, ſi roges, an ſi priuilegium à principe concedatur in hunc modum: *ſis liber, & immunis à tributo*, aut, *facultatem tibi do confeſſarium eligẽdi, vel aliquid aliud faciendi, donec deceſſero*: morte principis finiatur? Reſpondet finiri: quod & nos ſuprà docuimus.

17 Vazquez etiam prædictis conſonat, diſp. 51.ca. 3.num.19.in ſumma dicens, Priuilegium cùm ſit legis exceptio, & quædam lex, non finiri morte concedentis: extingui autem cum perſona,cui cõceditur, quando ipſum eſt perſonale: cum re autem,ſuper quam conceditur, quando eſt reale, vt communiter notant Iuriſperiti: nec eſſe de ratione priuilegij,quòd ſit in fauorem vnius cum damno alterius, & alioqui non fore priuilegium, ſed beneficium, vt falsò putauit Sylueſter & Panormitanus cap.olim,de verb.ſign.id enim nullo iure probatur: & ſi verum eſſet, qui ex conceſsione Pontificis poſſet tempore interdicti Miſſam audire,non diceretur id poſſe ex priuilegio,ſed tantùm ex beneficio principis. Falſum tamen eſt, & malè ex illa Sylueſtri doctrina colligitur decretum,quo aliqui propter defectum aliquem excluduntur ab aliqua congregatione,vniuerſitate,aut religione, eſſe priuilegium, eo quòd ſit in fauorem talis congregationis, licet in dãnum excluſorum. Nam tale decretum non eſt directè, proximè, & per ſe in bonum talis congregationis: ſed primariè reſpicit damnum aliquorum, licèt cedat in bonum ipſius congregationis: ergo non eſt verè priuilegium, ſed lex quædam: ſicut decreta Pontificum, quibus quædam genera perſonarum vel propter delicta,vel propter aliam indignitatem à ſacro ordine arcentur. Alioqui omnia ſtatuta irregularitatis eſſent priuilegia ordinis clericalis: quod eſt abſurdum.Item, nulla eſt lex communis,cuius hęc decreta ſint exceptiones: ergo non ſunt priuilegia. Hæc meritò docuit ibi Vazquez.

Alia conditio ad perpetuitatem priuilegij ne- 18
ceſſaria eſt, vt adhæreat rei perpetuæ: aliàs cum illa finietur, Talis eſt religio, & dignitas per ſucceſſionem perſonarum. Vbi nota, priuilegiũ, quod eſt perpetuum ratione vnius,verbi gratia,dignitatis,vel loci,eſſe temporale ratione alterius,ſcilicet perſonæ. Nam ſi dignitatem amittat, vel locum mutet, amittit etiam priuilegium.

Eſt etiam perpetuum,quod conceditur rei corporali immutabili, vt Eccleſiæ, vel monaſterio. Quia tamen contingit, hunc locum deſtrui, dicũt aliqui,ſi abſolutè id contingat, ita vt extinguatur, priuilegium quoque finietur ca. placuit de conſecra.diſt.1.& cap.hoc dicimus, 16.qu.7.communis cum gloſſa in dicta regula,priuilegium. Innocen. cap.2.de noui oper.nuntia.Sylueſt.priuilegium, q. 2. quia tunc deſtruitur ſubiectum: ad quod comparatur,ſicut priuilegium perſonale ad perſonam. Si verò Eccleſia non extinguatur, ſed in eodem loco reædificetur, priuilegium etiam quaſi conſurgit cap.paſtoralis,7. quæſt. 1.cap. qui ſemel 19. quæſt.3. quia ſemper manet locus quaſi immobilis,in fundamento. Imò, etſi Eccleſia in alium locum,vel ſitum transferatur legitimè, cum illa etiã transfertur priuilegium,ſi illi directè,& quaſi ſub proprio nomine conceſſum eſt: vt & perſonale priuilegium cum perſona incidit, Communis c.1. de ſede vacante,& ca. quia monaſterij, de religioſis domibus:quia illa Eccleſia cenſetur eadem numero: ſimile quid dicit Suarez de indulgentiis, 3. part. tom.4. & de interdicto locali tom. 5. ſed fuſiùs id explicat Azor tom.1.lib.5.ca.22. quæſt.11. cum Innocentio,& gloſ.ſuprà,& Sylueſt.verbo ciuitas,quæſt.2.dicens, *Si ciuitas,aliáve loca ſiue ſacra, ſiue profana, authoritate principis diruantur (ſcilicet legitimè) eorum priuilegia extinguuntur, nec amplius dici poſſunt illius Eccleſiæ clerici, aut illius oppidi ciues, vel municipes,vt colligitur ex d.cap. placuit, & cap. & hoc dicimus, citato. Si verò loca euertantur ab hoſtibus, aut tyranno, vel diruantur, vt iterum ædificentur,aut reparentur, omnia ſua priuilegia retinent, vt colligitur ex d.c.paſtoralis,& d.c.qui ſemel. Idem iuris eſſe videtur ſi authoritate legitima ſuperiorum,loca mutẽtur,aut cum aliis coniungãtur,vt notatur cap.1.de ſede vacante, & cap.quia monaſterium de religioſ. domibus:* Hæc Azor ibi.

Quartò diuiditur priuilegium, in priuilegium 19
affirmatiuum,ad faciendum; & negatiuum,ad nõ 4. *Diuiſio.*
faciendum. Ad faciendum, vt ſi cui facultas concedatur, vt poſſit ingredi domicilia ſacrarum

virginum, vel cõfeſſarium eligere. Ad non faciendum, vt ſi cui detur facultas, ne decimas ſoluat, ne tributa pendat, ne ſubeat onera communia. Priuilegium affirmatiuum opponitur præcepto negatiuo, quia concedit, quod prohibitum erat; & negatiuum præcepto affirmatiuo, quia dat licentiã non faciendi, quod facere tenebatur.

20 *5. Diuiſio.* Quintò diuiditur priuilegium in ſcriptum, & non ſcriptum. Oportet autem vt ſcriptum ſit authenticum, & obſignatum principis ſigillo, &c. & ſcriptum aliquando continetur in corpore iuris, aliquando extra: & hoc facilius reuocatur, vt infrà dicemus, & eſt minus notum multis; ideo minus eos obligabit.

Sed circa priuilegium non ſcriptum diſputant Doctores, an ſcriptura ſit de ſubſtantia, & valore priuilegij? vera, & cõmunis reſolutio eſt, non eſſe de ſubſtantia, aut valore ipſius. Quod non obſcurè colligitur ex Clem. dudum de ſepulturis, ibi, *verbo, vel ſcripto*, vbi gloſſa id aduertit, & Panor. in fine, Sylueſt. verbo priuilegium quæſt. 14. referens Innoc. Archid. Ioan. And. & Panor. Idem tenent cæteri ſummiſtæ, verbo priuilegium, Azor lib. 5. c. 23. quæſt. 11. vnde infert, poſt obitum Papæ, qui priuilegium conceſſerat: ſine litteris tamen ſcriptis, facultatem conceſſam non extingui: ſed iuſtè litteras peti, & impetrari: ac propterea Baldum, Caldericum & Sylueſt. docere: ſi Romanus Pontifex ſolo verbo aliquem compellet Epiſcopum, vel Abbatem, ſtatim eum Epiſcopum, vel Abbatem eſſe; quamuis in foro externo Epiſcopus, vel Abbas, ſiue regularis, ſiue ſecularis per Romanum electus, vel promotus, non habeatur vt talis, niſi litteris impetratis, expeditis, & receptis: alioqui admittentes, & ſe ingerentes, graues pœnas incurrunt, quæ habentur in extrauag. iniunctæ de electione, inter communes. Itaque priuilegium ad ſuum valorem, per ſe loquendo, & in foro interno, ſcriptura non indiget: ſic etiam ſuperius docuimus ſcripturam non eſſe de ratione legis: & nec ius naturale, nec poſitiuum petit, vt lex, vel priuilegium ſit ſcriptum: quippe ad eius valorem ſufficit voluntas principis ſufficienter manifeſtata: poteſt autem ſufficienter aliis ſignis ſine ſcriptura manifeſtari. *Priuilegium ad ſuum valorem ſcriptura non indiget.*

21 Priuilegium non ſcriptum, aliud eſt ab homine ſignato conceſſum: aliud eſt conſuetudine comparatum. Primi generis ſunt, viuæ vocis oracula Pontificia comprehẽdentia gratiam, vel fauorem: quæ per authenticam bullam non expediuntur, etiamſi in alio ſcripto non ita authentico inueniantur, vel ſola relatione fide dignorum teſtium habeantur. De quibus apud omnes certum eſt, vim habere in foro conſcientiæ. Quod Minoribus explicuit Leo X. vt habetur in ſupplemento conceſſione 161. fol. 58. & in aliis compendiis priuilegiorum aliorum ordinum communicãtium cum Minoribus: & vt his priuilegiis vti poſſimus, & in conſcientia ſeruari debeant, ſufficit, quacumque via innoteſcant, vt docet Panormitanus ſuprà, & cap. noſtra de reſcriptis, in fine, & alij ſtatim citandi; aliàs eſſent inutilia.

An verò valeant in foro externo, ſi probentur, & an admittatur probatio, quando deſunt litteræ authenticæ Pontificiæ? Communis negat, per extrauag. iniunctæ, de electione, vbi ſub grauibus pœnis prohibetur, vt nemo admittatur in Epiſcopum ſine litteris, etiamſi aliàs ſufficienter conſtet de conceſſione Pontificis. Vnde eſt ſingularis doctrina Baldi l. ſi Epiſcopi C. de Epiſc. & cler. & aliis locis, quem refert, & ſequitur Panormitan. ſuprà, & Felinus rubrica de conſtit. nu. 5. & ſequentibus, *Epiſcopum per Fiat Põtificis, ſtatim eſſe Epiſcopum: non tamen eſſe Epiſcopum, niſi preſentet litteras*: ergo idem eſt quoad alias gratias, & priuilegia.

Ratio etiam adiungi poteſt: quia valor, & effectus priuilegij pendet ex vera relatione cauſæ, ex proprietate verborum, & aliis circumſtantiis, quæ in ſcriptura formaliter continentur; & per teſtes difficile probantur.

Hæc ſententia vera eſt, & in praxi ſeruatur: In aliquibus tamen caſibus admittitur probatio, inſinuatur cap. cum olim 2. de priuilegiis, præſertim quando ſemel expeditæ fuerunt litteræ, & amiſſæ ſunt. Nam tunc admittitur probatio de expeditis aliquando litteris. Deinde quando non eſt præiudicium tertij, & ſolum intendit quis oſtendere aliquid tuta conſcientia factum, vel cum legitima poteſtate, exiſtimant aliqui, admittẽdam eſſe probationem: quia totum illud videtur pertinere ad completum valorem in foro conſcientiæ; & quia nullum eſt expreſſum ius, quod prohibeat, probationem admitti in illo caſu, & ideo fauor extendendus eſt, quando ſine præiudicio alterius fit.

Sed circa aliud priuilegium non ſcriptum quæſtio eſt; an priuilegium conſuetudine acquiratur? Ratio dubij eſt: quia conſuetudo conſiſtit in actibus ſubditorum: priuilegium autem debet manare à Principe. 22 *Quæſtio.*

Certum tamen eſt, & omnium commune, conſuetudine induci priuilegium, gloſſa & Doctores cap. ſuper quibuſdam §. de verb. ſignif. Innocentius, cap. conſtitutus, de reſcript. Syl. & Felinus ſuprà, qui alios referunt: & colligitur ex l. hoc iure §. ſi aqua, ff. de aqua quotidiana. Id etiam probatur, quia conſuetudo poteſt totam legem abrogare: ergo multò magis poterit diſpenſationem, ſeu priuilegium contra illam inducere. Item, quia cõſuetudo poteſt iuriſdictionem aliquando dare, vt tangit Suarez 5. part. tom. 4. diſp. 26. Sect. 2. num. 2. & diſp. 30. Sect. 2. nu. 1. & ſuprà diximus, poſſe dare ius ad tributa exigenda: ergo multò melius poterit dare aliquod priuilegium.

Quidam dicunt, conſuetudinem non eſſe cauſam, ſed ſignum priuilegij, quia priuilegium manat à voluntate principis, vel Reip. & hanc volũtatem indicat conſuetudo: quæ voluntas frequẽtius eſt tacita, & ideò hoc priuilegium dici putant tacitum, & præſumptum, licèt ſimpliciter ſit priuilegium, & in omni foro ſufficiẽs, vt ait Socinus lib. 2. conſil. 290. Dicendum tamen eſt, conſuetudine non ſolum indicari, ſed etiam fieri priuilegium, ſicut diximus, conſuetudine fieri legem: nimirum mouendo voluntatem principis, vt cõſuetudine annuat, vel ex præcedenti principis voluntate præſcribendo priuilegium. 23 *1. opinio.* *2. op. authoris. Conſuetudo facit priuilegium.*

Quod autem tempus conſuetudinis ſufficit ad inducendum priuilegium, tractant latè Iuriſperiti, l. 1. C. de conſt. princip. & Decius conſil. 496. Sed quia quoad hoc eadem eſt ratio de conſuetudine abrogãte, vel introducente legem: ideò de vtroq; ſimul infrà diſſeremus. Id verò certum eſt, conſuetudinẽ immemorialem habere vim priuilegij, vt docet Sa, verbo conſuetudo, Eman. tom. 1. regularium quæſt. 7. art. 3. cum Iuriſperitis, cap. ſuper quibuſdam

buſdam §. præterea de verb. ſignific. & l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & capite hoc quippe, 3. quæſt. 6. Decio ſuprà, Craueto de antiquit. temporum, Sect. 4. in ca. abſolutis nu. 10. Socino, conſil. 260. aut finali, verſicul. nec obſtat, lib. 2.

24 *6. Diuiſio.* Sextò diuiditur priuilegium in id, quod per ſe primò datur propter bonum priuatum: & in id quod datur per ſe primò intuitu boni communis; quale eſt priuilegium clericorum tam fori, quàm canonis. Hanc diuiſionem attigit gloſſa cap. ſi diligenti, de foro cõpet. & ait priori priuilegio poſſe renuntiare perſonam, in cuius fauorem cõceſſum eſt: non autem poſteriori.

Prior pars expreſſa eſt in ca. ad Apoſtolicam de regular. l. ſiquis C. de pactis l. pactum, & l. paciſci ff. de pactis.

Secunda autem pars probatur ex dicto ca. ſi diligenti, & ex l. ius publicum, ff. de pactis. Vtriuſque autem ratio eſt: *quia beneficium non confertur in inuitum, & quilibet poteſt iuri ſuo cedere & renuntiare, ſi renuntiatio non redundet in commune detrimentum:* non enim debet pendere commune bonum ex cuiuſque voluntate. Doctrina hæc communis eſt, quam locupletant Panormitanus dicto cap. ſi diligenti, num. 7. & Bartolus dicta lege, ſiquis.

*Beneficium non confertur in inuitum.*

Et quidem quoad poſteriorem partem ferè non recipit limitationem, ſed ampliationem propter excellentiam boni communis: & ideò etiamſi tale priuilegium redundet in commodum priuatum, non poteſt quis illi commodo renuntiare, ne præiudicet bono communi. Quod eſt verum, quando ſeparari nequeunt: ſecus, ſiquis ſine præiudicio boni communis poſſet ſe ſuo commodo priuare: quia tũc ceſſaret ratio. colligitur ex l. ſi iudex, cum ibi notatis ff. de minoribus: cenſetur autem pertinere ad bonum commune, non ſolùm id quod reſpicit temporalem vtilitatem, ſed etiam quod pertinet ad bonos mores, vel vt actus cum perfecta libertate fiant: ideò addunt prædicti Doctores, ſi ex renuntiatione priuilegij ſequitur occaſio peruertendi bonos mores, non poſſe renuntiari. Idem eſt, ſi priuilegium ſit datum propter imperfectionem iudicij, vel libertatis, vt eſt de profeſſione facta ante annum probationis, quòd non obliget.

25 In priori verò parte illius doctrinæ limitationes aliquæ adhibentur, ſi enim priuilegium conceſſum in gratiam vnius priuatæ perſonæ, reſpicit etiam commodum alterius, & vnum ab altero non eſt ſeparabile, non poteſt vnus eorum renuntiare iuri ſuo ſine conſenſu alterius: vt vxor, cui datur priuilegium Velleianum, ne obligetur fideiuſſione non poteſt illi renuntiare, ſaltem ſine conſenſu mariti. Idem eſt, ſi priuilegium cedens in commodum vnius, ſit principaliter introductum in odiũ alterius, ſeu in pœnam: tunc enim non habet locum renuntiatio, vt prædicti aiunt: quia non poteſt priuatus impedire principalem finem legis & commune bonum.

Cætera de hac renuntiatione Sect. 13. in fine, & apud prædictos videri poterunt. Vnum in eis non immeritò diſplicet quibuſdam Theologis recentioribus, nimirum hominem poſſe renuntiare iuri gentium, vt dominio iure gentium introducto, licet non iuri naturali: quia hoc immutabile eſt. Si enim loquantur de iure, prout ſignificat legem obligantem, nullus poteſt, præſertim priuata auctoritate, mutare ius gentium, ſicut nec naturale: ſi autem loquamur de iure, vt dicit dominium, ſeu facultatem vtendi re aliqua: ſicut poteſt homo renuntiare iuri gentium, ideſt, iuri acquiſito ex lege gentium: ita & iuri naturali, ideſt, iuri acquiſito per legem naturalem, ſicut renuntiat homo libertati ſuæ, quæ de iure naturæ eſt, & ſimiliter ſuæ famæ, & honori, cuius dominium non iure gẽtium, ſed naturali habet.

Septimò diuidi ſolet priuilegium in ſimplex, & multiplex: ſimplex dicitur, quod vnam tãtùm rem concedit; multiplex quod plures: quæ diuerſitas valde materialis eſt, & propriè datur de priuilegiis ſumptis pro ſcripturis; nam in vno ſcripto ſæpe multa priuilegia continentur: ſed licèt dicantur vnũ ratione vnius datæ vel ſubſcriptionis, tamen reuera ſunt plura: nam quot ſunt clauſulæ concedentes facultates diuerſas, tot ſunt priuilegia. 26 *7. Diuiſio.*

## SECTIO III.

*Quiſnam poſſit priuilegium concedere, & quibus.*

Reſpondeo, Principem ſupremum, vt Regem, Imperatorem, Pontificem, Duces, Marchiones, & Comites, qui in adminiſtratione tẽporalium ſuperiorem nec habẽt, nec agnoſcũt: nam Priuilegio quis à iure communi ſoluitur, & eximitur: at leges, & iura non ſoluit, nec relaxat niſi Princeps, cuius autoritate potuerunt ſanciri. Item priuilegium eſt lex quædam, ergo à ſolo principe dari poteſt, cuius eſt legem conſtituere. 27

Romanus Põtifex poteſt directè in ſpiritualibus priuilegia vbique & omnibus concedere, & in temporalibus, indirectè ſcilicet, quando id fuerit neceſſarium in ordine ad ſpiritualia: directè verò in terris ſibi temporaliter ſubiectis. Reges verò, & Imperatores, aliique principes temporales in temporalibus poſſunt priuilegia cõcedere, non ſolùm laicis, ſed etiam clericis, & religioſis, & generatim Eccleſiaſticis, & generatim conceſſa intelliguntur ad illos extendi: nam beneficia illis concedere in nullo derogat Eccleſiaſticę immunitati. Hoc enim non eſt actus iuriſdictionis in illos, ſed quaſi donationis, & fauoris. Dices priuilegium eſt exẽptio à iure communi, ſed Eccleſiaſtici non ſunt ſubiecti legibus ſæcularium: ergo non poſſunt priuilegium accipere: quo argumento Azor illo cap. 22. quæſt. 4. ait, neminem poſſe priuilegium concedere, niſi ſuis ſubditis.

Reſpondeo ex ſuperioribus, clericos & religioſos eſſe ſubiectos aliquibus legib. Principum ſæcularium, non derogantibus libertati, & immunitati Eccleſiaſticæ, & ideò principem ſæcularem poſſe eis priuilegia concedere, etiam quæ habeãt vim legis reſpectu eorum; qualia ſunt quæ continent fauorem communem, & ſine detrimento cõmunis boni, non poſſunt renuntiari. Adde ad rationem priuilegij non requiri, vt is cui conceditur ſit ſubditus, ſed ſatis eſt materiam curet quam verſatur, & alios homines eſſe ei ſubiectos, quibus præcipere, vt melius ſe habeant cum illis non ſubditis, quàm cum aliis, priuilegium eſt: vt ſi alicubi pręceptum fuiſſet, ne quis permitteretur extrahere equos de regno, & exciperentur clerici in ordine ad proprios vſus, &c. Etiamſi illi clerici eſſent alterius regni, & nullo modo ſubiecti principi ſęcu- 28



Digitized by Google

lari, diceretur priuilegium illis concedere, quia in A eorum gratiam relaxat legem ſubditis poſitam.

An verò inferiores Principes, vel prælati poſſint priuilegia concedere. Rectè reſpondet Azor ſuprà. quæſt. 3. & alij Patriarchas, Primates, Epiſcopos, Magiſtratus, & ciuitates poſſe abſolutè priuilegia concedere contra ſtatuta ab ipſis poſita: contra ius verò commune non, niſi in certis caſibus ipſo iure permiſſis, in quibus poſſunt circa leges ſuperiorū diſpenſare, quod eſt genus quoddam priuilegij. Quod verò dicunt aliqui, nec poſſe priuilegia concedere vltra ius commune, niſi fortè per modum delegationis intra fines ſuæ poteſtatis, quia nec excedere poſſunt ſuam iuriſdictionem, nec impediti ſunt, quominùs eam delegare poſſint, non ſa- B tis intelligo: quia ſi priuilegium non eſt aliquomodo contra ius, non priuilegium eſt.

## SECTIO IIII.

*De quibus rebus, & quibus de cauſis poſſint priuilegia concedi.*

1. Con. *Priuilegium debet eſſe de re licita.*

29 DIco primò, de re malè facienda non poteſt priuilegium dari, nec de bona neceſſaria omittenda: patet, quia priuilegium debet eſſe de re licita, & homo non poteſt habere facultatem C violandi legem naturalem, nec ſuperior ſine ſpeciali commiſſione poteſt diſpenſare in lege poſitiua ſuperioris: quando verò habet talem cōmiſſionem, non dat facultatem faciendi malum, ſed faciendi quod aliàs eſſet malum, iam verò malum non erit.

2. Con. Dico ſecundò, ad priuilegium licitè concedendum neceſſaria eſt cauſa aliqua rationabilis: quia vt actus ſit honeſtus, debet habere cauſam rationabilem, ſeu finem honeſtum: idem aliqui probāt, quia vel priuilegium eſt contra ius, vel tantùm vltra: ſi primo modo, vt ſeruetur iuſtitia legalis, & diſtributiua, requiritur iuſta cauſa, vt conſtabit ex dicendis de diſpenſatione: ſi autem ſecundo modo, non eſt tanta inordinatio, ſi abſque iuſta cauſa concedatur, quia plus habet de gratia quàm de iu- D ſtitia: nihilominus vt non ſit actus prodigalitatis, ſed liberalitatis, cauſa proportionata neceſſaria eſt, præſertim quia priuilegia aliter conceſſa multiplicantur nimis, & contemnuntur, inuidiam generant, pacemque perturbant: Sed iam ſuperiùs, diximus, nullum eſſe propriè priuilegium, quod non ſit aliqualiter contra ius commune.

3. Con. Dico tertiò, hanc cauſſam fortè non eſſe ita neceſſariam, vt eius defectus reddat priuilegium irritum, ſi ex parte petētis non intercedat deceptio, aut iniqua occultatio, de qua poſteà. Probant aliqui in priuilegiis, quæ ſunt pura beneficia, non derogari iuri communi: quia ſi cauſa deſit, nulli E ſit iniuria, ſed tantùm eſt nimia quædam elargitio, quæ facta tenet, licet minùs prudenter fiat: in priuilegiis autem contrariis iuri cōmuni quia auctor legis poteſt validè eam ex parte tollere ſine vlla cauſa ſicut poſſet totam legem validè tollere iuxta communiorem, & probabiliorem opinionem: & vtriuſque ratio eſt, quia obligatio legis humanæ immediatè pendet à voluntate legiſlatoris, ergo quomodocūque ille mutet voluntatem cum cauſa, aut ſine cauſa, ceſſat obligatio legis in toto, vel in parte; & ſic valida ſunt abrogatio, diſpenſatio, & priuilegium ſine cauſſa conceſſa. Secus de indulgentia, quæ eſt veluti diſpenſatio in lege ſuperioris, & diuino iure, ideò ad valorem eius neceſſaria eſt cauſa. Sed hoc exactiùs diſcutietur diſputatione de diſpēſatione, de qua eadem eſt ratio: de abrogatione tamen legis & diſpenſatione non eſt eadem, vt ſuo loco videbimus. Illud verò de priuilegiis non contrariis iuri cōmuni non eſt ſemper verum, quia ſi ſuperior gratiam faciat de bonis tēporalibus, cauſſam habere debet, eo quòd ſuperior non eſt dominus nec diſſipator, ſed diſpenſator illorum bonorum, ſicut & Pontifex indulgentiarū. Secus eſt de aliis priuilegiis.

Dico quartò, ſi ex parte petentis ſit deceptio directè ordinata ad extorquendum conſenſum, priuilegium eſſet nullum ex falſa cauſa narrata: nam & ſimilis deceptio redderet cōtractum nullum, quod ex natura ſua minus voluntarij requirit, nam priuilegium eſt quaſi donatio liberalis, quæ perfectum voluntarium requirit. Concluſio eſt communis, & ſumitur ex cap. ex litteris, cap. ad aures de reſcriptis, cap. non poteſt de præbendis in 6. ca. quia circa de conſang. & affinit. Vbi gloſſa, expreſſiùs Panorm. & in cap. ad audientiam 2. de reſcriptis, imò aliqui ex his textibus abſolutè dicunt, quando falſa cauſa proponitur, priuilegium eſſe nullum: quod verum non exiſtimo, ſi cauſa non ad extorquendum cōſenſum, ſed ob aliorum finem propoſita ſit; textus verò loquitur tantùm de cauſa propoſita ad extorquendū conſenſum, ſeu impetrandum priuilegium. Oportet autem vt illa cauſa, quæ falsò narratur, ſeu proponitur, verè talis ſit, vt moueat Principem: nam ſi abſque illa ſūt aliæ cauſæ, propter quas Princeps concederet priuilegium, etiam ſi alia non exiſtat poteſt aliquando validum eſſe priuilegium non obſtante aliqua falſitate, præſertim ſi ex ignorantia, & abſque dolo miſceatur. Imò exiſtimo ſtando in iure naturæ ſi conſenſus non ſit virtualiter conditionalis, & cauſa falſa ex ignorantia propoſita ſit, non vitiari priuilegium, vel aliam gratiam; eſto nulla alia cauſa ſubſiſtat, quæ Principem moueret, ſæpe tamen conſenſus erit conditionalis, quia ille non vult priuilegium concedere, niſi cauſa ſubſiſtat, aut ſaltem ſit bona fide propoſita. 4. Con.

Dico quintò, quando nihil falſi refertur, ſed narratio eſt diminuta, quia in ea tacetur, & occultatur aliquid, quod ſi Princeps ſciret, priuilegium non concederet, priuilegium eſt nullum ſecūdùm Panor. ſuprà ex cap. 2. de filiis presbyterorum in 6. quia tunc etiam cenſetur Princeps inuoluntarius interpretatiuè. Sed ego cum communi ſententia teneo, id tantùm procedere, quando id tacetur, quod ſecundùm ius eſſet narrandum, vt priuilegium vel gratia valeret. Vt qui poſtulat beneficium aperire debet, an aliud habeat, & in indulgentiis eſt ſimile, vide in materia de matrimonio, & infrà diſputatione de diſpenſatione. Et idem exiſtimo eſſe ſeruandum, quando ex conſuetudine, & ex ſtylo curiæ conſtat, talem conditionem eſſe aperiēdam alioqui verò non nocet: non enim omne inuoluntarium interpretatiuum, ſeu ſecundùm quid vitiat diſpoſitionem ex natura rei ſed quod oritur ex metu, vel dolo directè inductis ad extrahendum conſenſum, vt in materia de voluntario, & inuoluntario dictum eſt. 5. Con.

Dubitant verò aliqui, quænam ſit ſufficiens cauſa ad honeſtandum, & iuſtificandum priuilegium. 30 Dub.

Digitized by Google

gium. Reſpondeo hanc rem non poſſe certis regulis definiri, ſed prudenti arbitrio ſuperioris relinquendam eſſe. Vnde ex parte ſubditi ſi bona fide procedat, & veram ac ſufficiẽtem narrationem faciat, ſi euidenter non conſtiterit rem eſſe iniquã, poteſt licitè vti ſuo priuilegio, quia ſemper debet præſumere pro ſuo ſuperiore: & idem eſt, ſi prælatus ſuo motu proprio priuilegium concedat abſq; petitione ſubditi, vt ſæpe cõtingit: tunc ergo non oportet ſubditum eſſe ſollicitum de cauſa, & an ſuperior ad eam indagãdam ſufficientem diligentiã fecerit, ſed vbi oppoſitum certum non fuerit, ſupponat rem eſſe legitimè factam: quamuis autem conſtaret cauſam fuiſſe inſufficientem in rebus iuris humani proprij concedentis priuilegium ſecundùm probabiliorem ſententiam, aut ſaltem probabiliter, priuilegium erit validum, & eo vti poterit ſine peccato ſaltem mortali, maximè ſi ſubſit cauſa ad vſum, vel non fuerit ad impetrationem.

Nec oportet cauſam concedendi priuilegium pertinere immediatè ad commune bonum, quia priuilegium ex ſua primaria intentione priuatum bonum reſpicit: ideo ſatis eſt, ſi immediatè reſpiciat bonum eius, cui cõceditur, modò mediatè redundet in commune bonum, quia ſemper debet fouere religionem, pietatem, vel iuſtitiam, aut dari in remunerationem virtutis, vel laborum, aut ad conciliandum amorem, & beneuolentiam ſubditorum, vt ſuauius gubernẽtur, &c. de quibus cauſis vide cap. tanta, cap. didici, cum aliis 1. quæſt. 7. & cap. ipſa pietas 22. quæſt. 4.

## SECTIO V.

*An priuilegium habeat vim ante promulgationem, & antequàm innoteſcat priuilegiario.*

31 VIDETVR non habere: quia eſt quædam lex; de ratione autem legis eſt promulgatio; In contrarium eſt, quia in iure vocatur lex priuata; ergo ſufficit priuata notitia illius, imò nec notitia videtur neceſſaria, quia interdum lucratur quis indulgentiam ignoratam: ergo & gaudere priuilegio cuius notitiam nõ habet, vt quòd non poſſit excommunicari, ſuſpendi, interdici, &c.

De hoc multa Iuriſperiti ca. 1. verſ. ex parte de conceſſione præbendæ in 6. verbo vim ſuam habens. Panormitan. Felinus, cap. cognoſcentes de conſt. num. 7. Azor lib. 5. cap. 3. quæſt. 5. & cap. 23. quæſt. vlt.

32 Quidam dicunt, priuilegia, quæ feruntur per modum conſtitutionum, requirere promulgationem, vt quæ habentur Clem. dignum de celeb. miſſ. & Clem. vn. de baptiſmo, & Clem. Archiepiſcopis de priuil. quia ſunt veræ leges: In aliis autem, quæ priuatim conceduntur, aiunt, non requiri, quia non ſunt veræ leges. De his etiam poſterioribus vlteriùs aliqui dicunt, non requiri eorum notitiam, vt habeant effectum in iis, quibus conceduntur: ita ſentit gloſſa 1. citata. Imò Azor & alij dicunt, Felinum, Beroium & Immolam d. cap. cognoſcentes dicere hanc eſſe communem iuriſperitorum ſententiam, & pro ea à Felino, & Beroio citari Innocentium, Hoſtienſem Archidiac. Bart. Vitalinum Abbatem Ioan. Andre. Geminianum & alios multos, qui probant, quia legatum acquiritur abſenti, l. magis puto §. fundum ff. de rebus eorum qui ſub tutela, & l. legatum ita ff. de legatis 2. & l. cum pater §. ſurdo ff. de legatis 2. libertas quoque ſtatim acquiritur, ſi ſeruus abſens ex teſtamento domini manumittitur, & reſtitutio deportati ſtatim abſente acquiritur: ergo & priuilegium, nam gratiæ æquiparantur legatis. In definitione 4. Rotæ parte 1. num. 2. definitum eſt, priuilegium impetratum per nuncium, vel procuratorem, vel literas ad id miſſas ſtatim vim ſuam trãsferre in abſentem à die quo datum eſt, quamuis illud ipſe renuntiare queat, cùm reſciuerit ſibi datum, vt ſi Titium abſentem princeps in ſuum familiarem admittat, item, ſi tibi abſenti conceditur, vt ſis attributo, vel alio onere immunis, aut ne poſſis ab Epiſcopo pœna aliqua puniri.

Alij verò dicunt contrarium eſſe frequentiùs receptum, vt videri, inquiunt, poteſt ex Panormitano, & Felino ſuprà, citantibus Innocentiũ, Bartolum, Baldum, & alios: idemque tenere Cardinalem illo cap. 1. de conceſſione præbendæ in 6. & in dicto proœmio Clement. pro eadem ſententia Azor citat Gloſ. Ioannem Monach. Ioann. And. Ancaranum Domin. cap. 1. de conceſſ. præben. in 6. Cardin. Abbatem, Decium, Albericum, & Iaſonem, quos, inquit, citant & ſequuntur Felinus, & Beroius, d. cap. cognoſcentes de conſtit. qui ſuadent primò, quia beneficium, priuilegiũ, & fauor, quando auctoritate principis alicui concedũtur, conceduntur cum ea conditione, ſi ipſe voluerit acceptare: ergo cum ante notitiam non acceptetur, non erit ratum. Secundò, quia priuilegiũ, inquiunt, non acquiretur abſenti, & ignoranti, l. qui abſenti ff. de acquiren. poſſeſ. & ratio reddi poteſt, quia ad acquirendum requiritur acceptatio: ad acceptandum autem notitia, quia acceptatio eſt voluntatis, quæ non fertur in incognitum. 33

Alij Suar. diſtinguunt de priuilegio, quatenus continet fauorem, & gratiam priuilegiati; vel quatenus habet vim obligandi alios, ne vſum priuilegij impediant. Diſtinguunt item inter promulgationem, & notitiam: poteſt enim ignorari lex iam promulgata, & ſciri, quæ nondum promulgata eſt.

Dicunt ergo primò, vt priuilegiatus gaudeat fructu priuilegij, non eſt neceſſaria publica promulgatio, ſed ſufficit ipſa conceſſio. Ita ſentit cõmunis ſententia, & præter citatos videri poteſt Bart. l. penul. C. de decurionibus & l. omnes populi ff. de iuſt. & iure part. 5. principali quæſt. 1. num. 37. Ratio autem eſt, quia ſub hac ratione priuilegium non habet rationem legis: vnde per ſe loquendo obligationem non inducit, ſed facultatem concedit. Vnde ſi priuilegium tale ſit, quod non conſiſtat in actione ipſius priuilegiati, neque illã requirat, ſed, vt aiunt, ſuam afferat executionem, ſine dubio poteſt operari in abſentem, & ignorantem. Nam & Bart. ſuprà dixit, legem quoad commoda, vt verbi gratia quoad præmia operari etiam circa ignorantes. Ratio eſt, quia tunc ſolus princeps immediatè operatur hunc effectum, & habet voluntatem ſufficientem, vt ſuppono: ergo non pẽdet ex notitia alterius, cùm alter non debeat cooperari ad talem effectum, ſed tantùm recipere illũ. Neque obſtat obiectio de acceptatione, quia in fauorabilibus vnuſquiſque præſumitur acceptare, & in generali voluntate, qua quiſque intendit ſuũ 34



Digitized by Google

commodum, includitur virtualis acceptatio, quæ ſufficit: erit autem magis expreſſa, ſiquis per epiſtolam vel nuntium poſtulauit gratiam: nam tunc in eodem momento, in quo princeps annuit, incipit gratia habere effectum, ſi ita concedatur, quod oportet à principe ſatis declarari. Quia verò priuilegium conceditur etiam non petenti, poteſt Pontifex verbi gratia, ſuo motu proprio ita illud concedere, vt ex tunc habeat effectum, quia licet beneficium non conferatur inuito, confertur nihilominus nihil cogitanti, aut volenti in particulari. Quando verò priuilegium requirit actionem ipſius priuilegiati, neceſſarium eſt etiam in foro conſcientię, vt habeat notitiam illius, quia ad operandũ humano more neceſſaria eſt cognitio, quomodo enim poteſt quis operari in virtute priuilegij, niſi ſciat ipſi eſſe conceſſum? Sed petes, an requiratur notitia formalis, an verò ſufficiat præſumpta: vt ſi quis petiit Romæ priuilegium, & per coniecturas exiſtimat iam eſſe conceſſum, an poſſit ſtatim eo vti, quod in diſpenſationibus, & ſimilibus quæri ſolet. Reſpondeo, non poſſe tuta conſciẽtia regulariter loquẽdo, quãdo actus eſſet ſine priuilegio illicitus: quia exponitur homo probabili periculo violandi legem, quia coniecturæ illæ ſepiſſimè deficiunt: pendent enim ex multis circumſtantiis, ex voluntate principis, opportunitate petẽdi, congrua interceſſione, & aliis, quæ facillimè impediuntur. Item, quia regulariter loquendo hæc eſt voluntas concedentis priuilegium: non enim vult inordinatum vſum illius, ille autem anticipatus vſus communiter inordinatus eſt, ſi verò actus abſque priuilegio eſſet licitus, licet alicuius boni inefficax, non eſſet malum operari ex præſumpto priuilegio ad cõſequendum tale bonum, quia illa ſpecialis intẽtio non vitiat actum, nec exponit operãtem periculo, & actus poteſt prodeſſe, & non obeſſe: quãuis dubium ſuperſit, an tunc factum teneret, ex vi illius priuilegij, ſiue licitè, ſiue illicitè fieret. Ad quod reſpondeo, conſiderandam eſſe formam conceſſionis: nam ſi princeps ſatis declaret, ſe ex tunc concedere gratiam, vel tollere impedimentum, aut dare poteſtatem, factũ tenebit, etiamſi illicitè fiat. Quia ſi de facto, eo tempore conceſſum erat priuilegium, iam concurrunt omnia neceſſaria ad valorem actus, qui ex reipſa pendet, & non ex conſcientia operantis.

35 Secundò dicunt, vt lex concedens priuilegium obliget alios in vi legis, ſeu conſtitutionis neceſſaria eſt ſufficiens promulgatio. Hæc eſt ſententia communis: probatur, quia de ratione legis eſt promulgatio, & ante illam non obligat. Hæc autem lex, vt alios obligat, eſt verè, & propriè lex, ergo dicitur in vi legis, ſeu conſtitutionis, quia vt obliget ex virtute iuſtitiæ, & ex ſola rei natura non videtur neceſſaria ſolennis promulgatio, ſed ſufficit ſcientia vel cognitio moraliter certa de gratia conceſſa, quia per illa in reipſa conceditur ius priuilegiato, ergo ſi de conceſſione conſtat, iuſtitia poſtulat, vt ſeruetur. Quod cum proportione intelligendum eſt de foro interno, ſeu conſcientiæ: nam in externo neceſſarium eſt, vt conſtet publica ſeu iuridica notitia: in conſcientia verò ſatis eſſe videtur, vt quacumque ratione ſufficienter conſtet priuatæ perſonæ, vt alterum non impediat quò minùs vtatur priuilegio ſuo. Multum autem refert, quòd hæc obligatio non oriatur ex legis conſtitutione vt ſic: nam tunc licèt aliqua pœna, vel cenſura imponatur impedientibus vſum priuilegij, non incurritur, donec promulgatio ſufficiẽs facta ſit. Aduertendum autem non eſſe hanc promulgationem æqualiter petendam in omnibus indultis concedentibus priuilegium, ſed iuxta morem vniuſcuiuſque: nam quando conſtitutio directè fertur ad totam Eccleſiam, & in conſtitutione inſeritur priuilegium, tunc neceſſaria erit ordinaria promulgatio, quæ in aliis Eccleſiaſticis legibus, quando verò indultum directè conceditur in fauorem vnius religionis, & poſteà cõſequenter præcipitur, vt ab aliis ſeruetur, ſufficit quòd litteræ ſint expeditæ, & authentica proponantur, quia hæc eſt intentio Pontificis, & vſus ita obſeruat, & ratio etiam inuitat, quia pro qualitate, & modo talis præcepti illa eſt ſufficiens promulgatio.

36 Eman. autem Rodriguez, tom. 1. regul. quæſt. 7. art. 6. ait: Quando ſtatutum continet merum priuilegium ſine præiudicio alterius, cum ſola ſcientia priuilegiati, omnem ſuum effectum operatur, & ſtatim ligat alios ignorantes ſecundùm Bart. l. omnes populi ff. de iuſt. & iure. Hoc autem quod dixi ſtatim ligare ignorantes, intellige, vt priuilegiato ſtatim ius quæſitum eſſe dicatur, vt tenent communiter Doct. l. penul. C. de Decurionib. l. 10. Sed vt omnem ſuum effectum producat, non ligat antequàm innoteſcat priuilegiato, vt tenet Card. in prœm. Clem. ca. 1. de conceſſ. præb. in. 6. Bart. d. l. penul. C. de decurion. lib. 10. exemplum eſt in legatario, cui abſenti ius quæſitum eſt ſtatim, ſed non cum effectu, vt tenet Bart. l. à Titio ff. de furtis, & communis. Suprà dicta omnia tenet Panorm. c. cognoſcentes de conſtit. num. 7. & Iaſon l. fin. de conſt. princip. dicit eſſe communem vtriuſque iuriſperitorum, & tenet Aretin. l. qui habent, de acqui. poſſeſ. licet quando quis per ſe, vel per alium; impetrat priuilegium ne ab ordinario poſſit excommunicari, quale communiter habent regulares ſtatim ac bullatum eſt priuilegium, incipit ſuos effectus habere, etiamſi priuilegiatus illud ignoret, ſi Pontifex dixerit, præſenti per ſe, vel nũtio, *prohibemus omnes, nequis eum excommunicet:* nam tunc iam currit voluntas Papę concedentis, & priuilegiati per nuntium ſuum acceptantis, Syluester priuilegium num. 14. Quando verò quis nec per ſe, nec per nuntium impetrat priuilegium, ſed Papa proprio motu, vel ad inſtantiam alterius ipſum concedit, tunc niſi appareat de contraria voluntate concedentis, priuilegiatus non gaudet beneficio, niſi poſtquam ad eum peruenerit, & ita intelligitur illa communis opinio. Hæc Eman.

37 Alia opinio eſt Azoris lib. 5. cap. 23. quæſt. vltima: vbi inquirens quando priuilegium incipiat vim habere, verbi gratia, Titius per Caietan. à Romano Pontifice impetrat priuilegium, ne à quoquam excommunicari queat, aut à Rege vt ſit à tributo immunis: & reſpondet cum Innocentio & Hoſtien. quos refert Sylueſter, priuilegium qu. 16. Aut Titius abſens priuilegium per literas, procuratorem, nuncium vel alium quemlibet ad id deſtinatũ, ſeu miſſum impetrat, aut proprio motu, & arbitratu à Romano Pontifice, vel alio principe conceſſum acquirit. Si primo modo, ſtatim à die quo princeps id concedit, incipit valere priuilegium, etiamſi Titius ignorat eſſe impetratum. Si ſecundo modo, priuilegium vim non habet niſi poſtquam in Titij poteſtatem peruenerit, cap. autem 3. quæſt. 5. imprimis ſequi videtur ſententiã,

quæ

Digitized by Google

A quæ ait priuilegium à die conceſsionis, etiam ante notitiam priuilegiarij vim habere, ita tamen, vt à principe ſupremo reuocari poſsit priuilegium, quod abſenti, & ignoranti concedit, antequàm priuilegiarius per ſe, vel procuratorem, vel nuncium, vel litteras ratum vel acceptum habeat: cõtrarium cuius dicit tenuiſſe Decium cap. cognoſcentes de conſt. ex cap. ſi tibi abſenti de præben. in 6. Sed reſpondet, in eo cap. ſolùm agi de beneficio Eccleſiaſtico, quod ordinarius in abſentem clericum confert, quo non obſtante ſupremus princeps poteſt priuilegium nondum à priuilegiario acceptatũ reuocare. Addit: Duo ex Doctorib. colliguntur: vnum eſt, quando princeps nutu ſuo, & motu priuilegium concedit alicui abſenti, & ignoranti, prodeſt illi à die, quo datum eſt in eo, in quo alius poteſt priuilegiario nocere: B vt ſi Papa cõcedat Titio, ne in eum poſſit Epiſcopus anathematis ſententiam ferre; vel ſi rex concedat Caio, ne cogi poſsit tributum ſoluere, in carcerem mitti, aut torqueri: non tamen prodeſt abſolutè in cæteris, niſi poſtquàm priuilegiarius conſenſerit. Alterum eſt, quando quis auctoritate principis impetrat priuilegium per litteras ad id miſſas, vel nuncium, vel procuratorem ad id deſtinatum, gaudere priuilegio à die, quo datum eſt: ſecus verò quando abſens, & ignorans aliter impetrat: tũc enim non gaudet, donec ad ipſum peruenerit. Hæc Azor.

38 *1. Con. auctoris.* Mihi verò in primis videtur, priuilegium ad valorem ſuum nullam promulgationem requirere: C nullum enim inuenio auctorem, qui id dicat, & vſus apertè eſt in contrarium, etiam loquendo de priuilegio, vt alios obligat per modum legis, & conſtitutionis ne vſum eius impediant, vt patet in priuilegiis religionum, hoſpitalium, collegiorum, vniuerſitatum, quæ etiam ſub cenſuris præcipiuntur ſeruari, ab aliis tamen nunquam ſolenniter promulgantur, & quæ inſerta ſunt iuri, nunquam ſunt ſolenniter promulgata, niſi fortè per accidẽs, quia cum illis erãt aliæ leges, quæ priuilegia non erant, aut quia ita ſpecialiter voluit Pontifex, vt magis innoteſcerent: & durum eſſet in priuilegiis, quæ innumera ſunt, ſolennes promulgationes requirere, D maximè cùm ipſi priuilegiarij ſua priuilegia ſatis publicare ſoleant, & iis ea proponere à quibus timere poſſunt eorum violationem.

*2. Con.* Secundò, etiamſi ad inſtantiam partis conceſſa ſint eſſe reuocabilia à principe ſupremo quamdiu poſt conceſſionem principis non ſunt acceptata à priuilegiario vel alio, qui pro eo acceptare poſsit, quia omnis donatio, etiam quæ fit poſt petitionem partis, reuocabilis eſt, quãdiu iſto modo non acceptatur. Idem eſt de principe inferiori, niſi à reuocando fuerit impeditus per ſuperiorem, vt in collatione beneficij facta abſenti.

*3. Con.* Tertiò, priuilegium à die conceſſionis habere vim obligandi alios, ne impediant, eius vſum, & hoc etiam per modum conſtitutionis & legis, & E ita violatores incurrere pœnas, etiamſi adhuc priuilegiarij nihil de priuilegio ſciant, niſi ex verbis priuilegij ſubiecta materia, vel circumſtantiis aliud colligatur, præſertim, cùm priuilegia ita ſunt in fauorem vnius, vt alteri non noceant: tunc enim latiſsimè interpretanda ſunt, atque adeò à die cõceſsionis cenſebuntur obligare, niſi peculiaris ratio ſubſit reſtringendi. Hæc ſunt de mente Azoris, & aliorum communiter.

## SECTIO VI.

*Vtrum priuilegium res odioſa, vel fauorabilis potius cenſenda ſit.*

HÆc quæſtio valde neceſſaria eſt ad interpretationem priuilegiorũ, quia 39 *Odia reſtringi, fauores ampliari conueniunt.* iuxta regulam iuris, *odia reſtringi, fauores conuenit ampliari*: & prima quidem facie fauorabile videtur, quia fauorem priuilegiario concedit: & quæ lex fauorabilis erit, niſi quæ concedit priuilegium fauorabilis ſit? nam omnis lex, vt obligationem imponit, odioſa eſt, deinde beneficium principis cenſetur latiſsimi iuris, vt vulgò dicitur à iuriſperitis, priuilegium autem eſt beneficium principis, ergo.

In oppoſitum eſt primò, quia lex exorbitans eſt odioſa, lex autem priuilegij exorbitans eſt. Maior patet ex regula, quæ à iure de reg. iuris in 6. & ex l. quæ contra, cum duabus ſequentibus ff. de legib. & ratione patet, quia lex exorbitans eſt, quæ eſt extra regulas iuris communis, vt ex iiſdem iuribus cõſtat, & eruditè declarat Tiraq. l. ſi vnquam verbo libertis num. 19. Minor autem patet ex l. ius ſingulare ff. de legibus: & quia ius commune præferendum eſt priuato: ergo quidquid à iure communi exorbitat, reſtringendum eſt, tãquam odioſum. Confirmatur, quia priuilegium non ſolùm exorbitat, ſed etiam repugnat frequenter iuri cõmuni: quidquid autem eſt contra commune ius, reſtringẽdum eſt ſecundùm Bartolum communiter receptum repetitione legis ceſſat col. 8. C. de publicanis, & vectigalibus. Imò etiam odioſum affirmant Panormitanus, cap. quia de priuilegiis, cap. olim de verb. ſig. & plures, quos refert Tiraq. de vtroque retract. in præfatione numer. 62. & ratione conſtat, quia abrogatio legis ſiue in toto ſiue in parte odioſa eſt, vt infrà videbimus, ideo eſt commune axioma, ius correctorium reſtringendum eſt, quia correctio iurium vitanda eſt, ca. cùm expediat de elect. in 6. & l. ius autem ciuile ff. de iuſt. & iure, & ideò in cap. dilectus de conſuetudine dicitur, quod communi iuri repugnat, ad illud reduci vel coarctari debere, quoad fieri poſſit. Accedit, quòd priuilegium ferè ſemper diminuit ius aliorum, vel aliquam offenſionem eis affert, ergo ex hoc capite etiam odioſum eſt: nam ius tertij eſt ita fauorabile, vt quoad fieri poſsit, illæſum ſeruandum ſit, cap. ex tuarum de auctoritate, & vſu pallij, & cap. licet in corrigendis de officio ordinarij, l. 1. §. meritò, & §. ſiquis ff. ne quid in loco publico, &c. Vnde in vniuerſum præſumitur, non eſſe mentem principis ius tertij lædere l. Nec C. de emancipatione liberorum. Deinde cap. 1. §. ille verò de filiis præsbyt. in 6. dicitur abſolutè, priuilegium pręſertim diſpenſans, tanquam exorbitans à iure, eſſe ſtrictè interpretandum.

Prima opinio eſſe poſſet, omne priuilegiũ eſſe 40 *1. Opinio.* fauorabile. Suaderi poteſt ex ca. olim §. quia verò cum iis quæ gloſſa, & Doctores, ibi notãt, de verb. ſign. vbi abſolutè dicitur, priuilegium eſſe latè interpretandum: & ex illo recepto principio, lex iudicanda eſt fauorabilis, vel odioſa ex fine, quem directè intendit: nam ſi intendit conferre bonum, fauorabilis eſt, ſi malum inferre, odioſa: priuilegium autem directè fit ad conferendum commodum: ſumitur autem primum illud ex gloſſa cap.



Digitized by Google

ſi propter de reſcriptis in 6.Panor.& Felin.ca.non A dubium de ſentent.exco. gloſſ. etiam quã ibi Domin.& alii ſequuntur in cap.ſciant cuncti de elect. in 6.Nauar.conſil.10.de conſt.& conſil. 31. de regularibus Alex.Bart.Bal.& alij, quos refert Tiraq. præfat. ad retractus num. 56. & ſuadetur, quia ex fine ſumitur ratio cuiuſcunque actionis humanæ: ideò iura etiam Eccleſiaſtica dicũt, in omni actione attendi debere id quod principaliter agitur, l. ſiquis nec cauſſam ff. ſi certum petatur. Item ſuaderi poteſt ex l.beneficium ff.de conſt.principum, vbi dicitur, *beneficium principis latiſſimè eſſe interpretandum.* Sed hæc ſententia non eſt vniuerſim vera: Primò ob rationes initio factas ſecundo loco. Secundò, quia multa iura ſignificant priuilegia B eſſe reſtringenda, cap.ſanè, cap. porrò de priuileg. vbi, & in aliis locis citandis id notant Doctores. Tertiò, quia illud primum non videtur ſolidum: aut enim eſt ſermo de fine vltimo legis, aut de immediato. Primum dici non poteſt: ſic enim quælibet lex quantumuis pœnalis eſſet fauorabilis, & nulla eſſet odioſa, vt rectè argumentatur Nauarrus dicto conſil. 10. quia omnis lex principaliter & vltimatè intendit bonum commune, & cùm ſit iuſta, nunquam in odio præſertim hominis ſiſtit, cõſequens autem eſt ſecundùm ius: ſi autẽ loquamur de fine proximo, magis probabile eſt, illud primũ: adhuc autem eſt falſum, nã interdum lex, quæ immediatè infert aliquod nocumentum, cenſetur in iure fauorabilis, cap. 2. §. 1. de decimis in 6. ibi, *cum non ſit dicendũ*, &c. item diſpoſitio, cap. ſiquis ſuadente, communiter cenſetur fauorabilis tantùm proximè imponit grauiſſimam pœnam, imò Felinus ſuprà, Bart. refert ſtatutum permittens bannitum impunè interfici, eſſe fauorabile: contra verò diſpenſatio immediatè infert beneficium, ab omnibus tamen Doctoribus cenſetur odioſa.

41 2. Opinio. Secunda ſententia, priuilegium non contrarium legi eſſe principaliter fauorabile, ac proinde latè interpretandum; contrarium verò eſſe odioſum, & ſtricti iuris, & reſtringendum, ſeu ſtrictè interpretandum, Panor.cap.olim, & ca.abbate de verb. D ſignifi. cap.quia circa de priuilegiis, gloſſa, & doctores eiſdem locis, Decius ca.1. de reſcriptis Syl. priuilegium quæſt.3.Nauar.cap.12.num.79.

Prima pars fundatur in argumentis primò loco factis, & in reg. illa Beneficium principis latiſſimè eſt interpretandum l. beneficium ff.de conſt. principum, & d.ca.olim.

Secundam verò partem ſuadere videntur rationes ſecundo loco poſitæ. Hanc opinionem docet Azor lib.5.cap.24.quæſt.2. dicens, quando priuilegium non eſt contra iura, ſed ſolùm præter iura, debemus pleniſſimè interpretari: tunc enim potiùs eſt beneficium, fauor, & gratia quàm priuilegium: E & tunc locum habet quod dicitur, l. beneficium ff.de conſt.princ.cap. quia circa de priuileg.cap.dilecti ad finem de donat.ca.olim de verb. ſig.beneficia principum pleniſſimè interpretanda: vbi nihil dicitur de priuilegiis propriè dictis. Ita docent gloſſ. Innoc.Ioan. And. Butrius, & Panor. d.cap. Clem. quando verò priuilegium eſt contra ius commune ſtrictè interpretandum eſt: vt colligitur ex l. quoties C. de precibus Imperatori offerendis, & l.ſi quãdo C.de inofficioſo teſtamento, & cap.1.& 2.de filiis presbyterorum, ca. quòd dilectio de conſanguin. & affinit. & ſic docent Innoc.gloſ.Ioan. And. Butrius & Pan. ſuprà, Ex hac opinione quidã deducunt priuilegium, ſeu diſpẽſationem extendi, quando fit in priuato ſtatuto, vel conſuetudine iuri communi contrariis, quia reductio ad ius cõmune fauorabilis, & ita latè interpretanda, vt docet Syl.priuilegiũ quæſt. 3. part. 2. Item deducunt priuilegia conceſſa communitati, vt religioni: vel publicæ cauſæ latè exponenda eſſe, quia cùm in perpetuum concedantur, vim legis habent, ideo ſicut leges, latè ſecundùm proprietatem verborum intelliguntur. Sed hæc opinio non planè ſatisfacit, quia nec priuilegium eſſe contrarium iuri communi videtur ſemper ſufficere, vt odioſum cenſeatur, nec eſſe tantùm præter ius, vt fauorabile habeatur: talis enim, ac tanta poteſt eſſe cauſſa priuilegii, vt propter illam limitare, & coarctare ius commune, non debeat reputari odium, ſed fauor, vt verbi gratia Eccleſiaſtici ſint exempti à iuriſdictione temporali, & ſimilia, quæ pro religione fiunt: nam vt dixit Iuriſconſultus, l. ſunt perſonæ ff. de religioſis & ſumptibus funerum ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit, & idem erit quotiens ſimilis ratio boni communis interuenerit. Deinde priuilegium licet non ſit cõtra ius, eo ipſo quòd includit ſingularitatem, & præ ſe fert quandam acceptationem perſonarum, nonnihil habet odii, ideo niſi alio emolumento compenſetur, poterit ſimpliciter odioſum C reputari. Sic multi putant fauorem primogeniorum eſſe odioſum: item canoniſtæ dicunt, priuilegium, quod ipſi vocant ambitioſum, etiamſi non ſit contra ius, eſſe odioſum, gloſ.cap. quoniam de præbendis in 6. Panor. d. cap. olim, quia ambitio reſtringenda eſt, præterea licet priuilegium non ſit contra ius commune, ſi redundat in præiudicium tertij, odioſum videtur, & reſtringendum.

Tertia opinio, priuilegium nec omninò fauorabile, nec omninò odioſum eſſe, ſed mixtum, quia 42 3. Opin. licèt concedat alicui fauorem, inde redundat onus aliorum, vel læſio iuris communis. Idem eſt, quod aliqui dicunt, reſpectu vnius eſſe fauorabile, reſpectu aliorum odioſum: nec obſtat quod aliqui obiiciunt, non omne priuilegium eſſe mixtum, aliquod enim videtur illis purum beneficium. Reſpondeo namque nullum priuilegium carere omni odio, quia ſaltem continet aliquam ſingularitatem, quæ odioſa eſt, præſertim ſi in aliis ſit æqua, aut maior ratio fruendi illo priuilegio. Obſtat tamen quòd moraliter loquendo in quolibet priuilegio ratio fauoris, vel odii præualebit, & non erũt hæc in æquilibrio: & ſic priuilegium omne vel erit odioſum, vel fauorabile ſimpliciter, & omnibus prælatis, & alioqui nõ ſciremus quãdo latè, vel ſtrictè eſſet interpretandum: nam quod aliqui dicunt reſpectu vnius, cui priuilegium eſt fauorabile, eſſe ampliandum, & reſpectu alterius, cui eſt odioſum, eſſe reſtringendum, ſæpe inuoluit repugnantiam in praxi, quia illud ipſum quod eſt fauor vnius, eſt incommodum reſpectu alterius.

Quarta opinio, & vera ait, priuilegium poſſe 43 4. Opin. comparari vel ad priuilegiatum vel ad priuilegiãtem, vel alios. Prima ratione non eſſe odioſum, vt conſtat, item nec ſecunda ratione, quamuis cõcedẽs priuilegium det aliquid de ſuo, quod amittat, vt ius aliquod vel reditus, &c. Vnde ſi aliud non interueniat, ſimpliciter eſt fauor, & latè interpretandũ eſt contra concedentem, dicunt cõmuniter Doctores, & eſt proprius ſẽſus illius prouerbii, *beneſi*

Digitized by Google

*neficiũ principis latè interpretãdum eſt*, ratio eſt quia
ille reſpectus eſt intrinſecus in humana liberali-
tate,ideò non imminuit rationem beneficii. Item
quia ad concedentem pertinet ſufficienter expli-
care mentem, ideò in dubio præſumitur conceſ-
ſiſſe,quod præcipuè de animo principis præſumẽ-
dum eſt. Reſpectu verò Iuris cõmunis,quod ſolet
priuilegio derogari odioſum eſt,non debet tamen
ſimpliciter iudicari tale,niſi cauſa priuilegij mora-
liter videatur minoris actionis, quàm ſit illud in-
cõmodum, & iuxta eius quantitatem cõparatione
incõmodi iudicãdum eſt,an priuilegiũ ſit abſolutè
fauorabile,vel odioſum, ampliandũ vel reſtringẽ-
dũ.Prima pars patet rationibus,ſecũdo loco factis,
& patebit magis ex iis,quę inferius de reuocatione
& diſpenſatione legis dicemus:nam vtraque eſt ex
ſuo genere odioſa.Secunda pars probatur ex dictis
circa ſecundam & tertiam opinionem, & declara-
tur exemplo : nam priuilegium conceſſum alicui
per ſe & filiis legitimis, regulariter intelligitur de
legitimis verè,non fictè,id eſt, legitimatis, vt do-
cet Barthol.ex l. omnes populi,ff.de Iuſtitia & iu-
re num. 60. & ſequentibus, & l. vlt. C. de his qui
veniam ætatis impetrant : nihilominus ſi priuile-
gium ſit in fauorem piæ cauſæ, extenditur etiam
ad filios legitimatos, vt docet idem Bart. l.ſi con-
ſtante,ff.ſoluto matrimonio num. 44. ſimilia poſ-
ſunt videri in Tiraq.tract. de pia cauſa: num. 160.
Ratio eſt,quia fauor,vel incommodum, ſeu odiũ
ſunt reſpectiua;ideò neceſſariò comparanda ſunt,
vt abſolutum iudicium feratur : præſertim, quia
præcipuè conſiderari debent in ordine ad com-
mune bonum & ſecundùm prudentiam huma-
nam,in qua illud ſimpliciter iudicatur conueniẽs,
quòd plura habet cõmoda quàm incõmoda : quia
vix inuenitur aliquid,quod omni incommodo ca-
reat; item quia in interpretatione legum, vel pri-
uilegiorum,vbi res eſt dubia, maximè vtimur cõ-
iecturata mente principis, de qua præſumendum
eſt voluiſſe, quod omnibus conſideratis conue-
nientiùs eſt,& magis fauet piæ,aut religioſæ cau-
ſæ, quando illa prępõderat. Idem dicendum eſt
de priuilegio, quarta conſideratione ſcilicet qua-
tenus cedit in præiudicium tertii : nam ea ratione
odioſum eſt,nõ tamen erit ſimpliciter tale, ſi cau-
ſa priuilegii fuerit excellẽs, & ſi ipſa id poſtulaue-
rit,poterit in præiudicium tertii ampliari.Primam
partem tradit Panor. æquiparando hos duos re-
ſpectus cap.certificari de ſepulturis num. 9. & pa-
tet ex ſuperioribus, vt & ſecunda pars; quæ Con-
firmatur. Nam lex pœnalis licèt ſit odioſa delin-
quenti, quando cauſa multùm præualet ſimplici-
ter cenſetur fauorabilis, vt probatum eſt, & opti-
mè docet gloſſa cap. ſciant cuncti verbo alios de
electione in 6. ſimiliter lex exorbitans, & reuoca-
toria interdũ eſt fauorabilis, vt infrà oſtendemus.

44 Iuxta hæc interpretare, & limita textus,& Do-
ctores citatos à principio,& pro tribus opinionib.
præcedentibus, & reſponde ad ea, quæ nobis ad-
uerſari poſſunt; & quidem illud quod aliqui dixe-
re, priuilegium quod non eſt in præiudicium ter-
tii,fauorabile eſſe, & latè interpretandum, meritò
reiicit Felinus cap.poſtulaſti,num.8.verſ. vnde di-
cit,de reſcrip. quia illud ca.1.cit. de filiis præsbyt.
ſolam exorbitantiam à iure adducit tanquam cau-
ſam,vt reſtringatur diſpenſatio: ergo hæc ſufficit,
etiamſi non ſequatur damnum tertii. Confir-
matur, quia diſpenſatio illegitimi ad ordines ſo-
A lùm repugnat iuri communi, tamen ex ſententia
communi Doctorum, quam refert, & ſequitur
Henriquez lib. 14. de irregularit. Sayrus, tom. 1.
ſummæ lib.6. cap. 11.num. 19. Sanchez 7. de ma-
trim. diſp. 1. num. 26. ita erit moderanda, vt ſi ad
ordines abſolutè ſit,ſolùm intelligatur de minori-
bus, vel de illis, quos non habet, ne diſpenſatio
fruſtranea ſit: ſed non debet extendi ad alios,quia
veriſimile eſt, ſi mens Pontificis eſſet diſpenſare
in aliis, id expreſſum ab eo fuiſſe. Similiter etiam
eſt reſtringendum priuilegium ad lites,quia odio-
ſum eſt,eoquòd præbet occaſionem litigãdi,alioſ-
que vexandi:vel ſi priuilegium aliquo modo præ-
beat occaſionem peccandi, vel aduerſari videatur
B iuri naturali,aut diuino,Azor ſuprà cap.23. quæſt.
7. Vnde non eſt vniuerſaliter vera regula Nauarr.
cap.fin.num.5.& 6.de ſimonia,& Couar.1.var.ca.
20.num.7. *diſpenſationem extendendam eſſe ad omnia,
quæ verba propriè ſumpta comprehendunt* : patet in
illo exemplo ordinum: ſed attendenda eſt mens
diſpenſantis, quæ ex materia, & rei qualitatibus,
& circumſtantiis deprehendetur, quæ eſſe ſolet, vt
non lædatur ius tertii, & ne nimis exorbitantia à
iure communi,aut valde inſueta concedantur,niſi
ſpeciatim exprimantur: vnde reg.iuris eſt,in gene-
rali conceſsione non veniunt intelligenda,quæ in
ſpecie veriſimiliter, quis non eſſet conceſſurus.
Extra proprietatem autem verborum diſpenſatio
C nunquam dilatatur,niſi conſtet de voluntate con-
cedentis,vt colligitur ex c.1.ver.ex parte verò tua,
de conceſſione præb. in 6. ſemper tamen ita debet
priuilegium, & diſpenſatio exponi, vt iuri com-
muni aliquid addat, ne ſit fruſtra, Azor illo capite
23. quæſt. 3. & alii adducti à nobis. Sed ſtrictè in-
telligitur quando reuocat ius commune:quia non
eſt præſumendum principem velle nimis deroga-
re legibus,niſi id exprimat. Latè verò cùm præter
ius, ſed non contra ius aliquid concedit. Item
priuilegia religionum latè interpretanda,quia bo-
no communi expedit, vt multa priuilegia religio-
D nibus concedantur.Priuilegia autem cruciatę ſtri-
ctè interpretanda,vt inſinuat Nauarrus lib.2.con-
ſil.3.de iureiur.& tenuere Henr.7. de indulg. cap.
30.num.11.& Sanchez,8.de matrim. diſp.2.

## SECTIO VII.

*Quiſnam & quando poſſit priuilegium interpretari.*

AZor lib.4. cap.23.quæſt.1.diſtinguit 45
cum Hoſtienſi titulo de priuilegiis, *In obſcuris*
nam ſi verba ſunt obſcura, dubia, *eius eſt inter-*
vel ambigua, eius eſt interpretari, *pretari priui-*
E cuius eſt concedere: & interim ne- *legiũ,cuius eſt concedere.*
gotium,vel cauſa differtur l.ſi imperialis,C. de le-
gibus, & cap. inter alias de ſent. excomm. ſi verò
nec ſint obſcura,nec dubia, nec ambigua, priuile-
gij tenor debet diligenter inſpici, & ſeruari, cap.
portio,cap.recepimus,de priuileg. cap.in his,cap.
intelligentia, de verb.ſign. Circa primam partem
huius reſponſionis aduertendum eſt, in eo euentu
ſi commodè poſsit haberi declaratio principis,pe-
tendam eſſe, quia interpretatio ampla priuilegii,
vel iuri cõmuni derogabit, vel cõcedet ſine quod
priuilegio licitũ non erat,vel etiã in detrimentum
aliorum erit : non autem debemus nos ſine cauſa
his periculis exponere, ſed petere declarationem
à principe,quæ authentica erit. Si verò non poteſt
com

Digitized by Google

modè peti declaratio iſta, quia in more erit periculum, vel reſtringet manifeſtè priuilegium amplè conceſſum, vel ille non ſperatur declaraturus, quod maximè contingit in priuilegiis conceſſis à ſuis prædeceſſoribus, quæ omnia declarare moleſtum eſſet. Viri Docti, & prudẽtes declarare priuilegium poterũt, ſed eorum declaratio priuata, non authentica, aut neceſſariò amplectenda erit. Interim verò dum res declaratur, cauſa differetur. Sed quæ res, quando verba aliud per ſe ſonant, aliud verò ex manifeſtis coniecturis conſtat eſſe de mẽte concedentis, an tunc ſit potius mẽti, quàm verbis priuilegii inhærendum. Reſpondet Azor ibi, Sylueſter priuilegium, quæſt. 3. potius eſſe menti inhærendum ex ca. Marcion 1. quæſt. 1. cap. ſedulò d. 38. cap. intelligentia, & cap. in iis de verb. ſign. vbi dicitur, *non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus: & non intentio verbis, ſed verba debent intentioni ſeruire.* Addit Azor qu. 2. cum Syl. priuilegium qu. 3. & Hoſtien. interpretationem priuilegii, ſicut & legis, locum habere, vbi verba ſunt obſcura, incerta, dubia, & ambigua, ibi vero nulla eſt ambiguitas in verbis ſcilicet nec ſecundùm ſe nec ſecundùm circũſtantias ſpectatis interpretatio non permittitur, l. ille, aut ille ff. de legatis 3. & tunc ſanè ſi priuilegium amplè interpretaremur, potiùs eſſet illud extendere, protendere, & ampliare, quod nos non poſſumus, quàm interpretari, quod nobis interdum permittitur.

## SECTIO VIII.

### *Quando priuilegium ſtrictè, aut amplè interpretandum ſit.*

46 *1. Regula*

PRæter illa quæ ſectione 6. dicta ſunt, has regulas obſeruato: prima, reſtrictio priuilegii nunquam debet eſſe tanta, vt reddat illud inutile, quamuis graue, & odioſum appareat, niſi eò perueniat, vt ſit etiam iniuſtum: eſt communis, ex cap. in his, de priuileg. & cap. 1. & cap. cauſa de reſcriptis, quibus locis communiter Doctores præſertim Decius, & Panor. Sylueſter priuilegium, qu. 3. Nauarr. capit. 12. num. 79. Azor lib. 5. capite 23. quæſt. 2.

Probatur, quia voluntas iuſta principis nũquam debet fruſtrari, aut inefficax reddi, ideò etiam de omni lege cautum eſt, vt per interpretationem nõ reddatur inutilis, l. non dubium, C. de legib. quia ſemper, id eſt, contra intentionem principis, qui non creditur otioſè ferre legem: qui autem intentione omiſſa ita adhęret verbis, vt legẽ reddat inutilem, legem deſtruit, & præuaricator legis dicitur l. qui contra, C. de legibus. Idem ob eandem rationem in priuilegio dicendum eſt: ideò ſi ad hoc neceſſe ſit aliquid, quod odioſum videtur, extendere, faciendum eſt, vt colligitur ex l. ſi filius familias in fine ff. ad Macedonianum, vbi priuilegium illud filiorum familias, quod aliàs reputatur odioſum, extenditur, ne inutile fiat: de quo Tiraq. poſt leges cõnubiales gloſſa 5. num. iis. Ita etiamſi neceſſe ſit extra rigoroſam proprietatem verba extendere, nequis defraudetur priuilegio, fieri debet ſecundùm ius, vt in cap. quanto de priuilegiis fit. Hinc ſumptum eſt generale pronunciatum, *Priuilegium debet aliquid operari vltra commune ius*, ſcilicet, vt aliquid liceat quod ſine priuilegio non liceret,

A alias eſſet inutile. Ait tamen Panor. d. cap. certificari de ſepulturis, ſatis eſſe quòd tollat dubitationem, ſed hoc intelligendum eſt iuxta dicta Sectione 1. quando ſecũdùm rationem, plus operari non poteſt, licèt ex verbis, & contextu priuilegij conſtat ad hunc tantùm finem fuiſſe impetratum, & conceſſum, aliàs ita debet intelligi, vt aliquid nouum concedat, quia hęc eſt ordinaria intentio poſtulantis, & concedentis, & magis conſonaneum communi iuri, & fauori, quem priuilegium continet.

47 *2. Regula.*

Secunda regula, verba priuilegij nunquam ſunt à proprietate extrahenda eo fine, vt priuilegium B reſtringatur, niſi ratio Iuſtitiæ cogat: nam ſi priuilegium, vt ſonat, redundat in grauamen iniuſtũ aliquorum, limitandum eſt, ſiquidem numquam eſt credendum cõcedentem voluiſſe iniuriam alicui irrogare, imò nec grauamen notabile imponere, etiamſi verba illud inſinuent: de quo eſt operata deciſio: ca. 2. de decimis in 6. Hinc aliquibus priuilegiis additur hæc particula, *ſalua iuſtitia*, vt in d. cap. certificari, vbi Panormitanus aduertit, licèt non addatur expreſsè, ſemper ſubintelligi, quia ratio id poſtulat: vnde cũ additur, ſolùm eſt ad maiorem claritatem, & iuſtificationem priuilegij vel vt inſinuetur ſeruandam eſſe iuſtitiam, prout in le- C gibus canonicis, vel ciuilibus reſpectiuè conſtituta eſt. In vniuerſum ergo proprietas verborum eſt tenenda in legibus & priuilegiis, niſi neceſſitas cogat aliter interpretari, vt in caſibus de iuſtitia, vel immoderato grauamine, ex quibus colligitur priuilegium eſſe ſtrictè interpretandum, ſi cedat in detrimentum alterius, vt colligitur, ex l. 2. §. meritò ff. nequid in loco: & ſic Azor lib. 5. ca. 23. quæſt. 2. docet cum Innoc. & aliis vnde cùm Pan. alicui priuilegium concedit, non vult, vt eo vtatur cum alieni iuris iactura, & damno, cap. ex tuarum, de auctoritate & vſu pallii, cap. licèt de tranſlatione.

*Proprietas verborum tenenda in legibus, & priuilegiis.*

48 *3. Regula.*

D Tertia, priuilegium numquam eſt extendẽdum ad alias perſonas, vel alios caſus propter ſimilitudinem rationis, gloſſa & Doctores communiter c. priuilegium, de reg. iuris in 6. Card. Clem. 1. de teſtam. qu. 6. Bart. l. 1. C. de conſt. principum. Azor illa quæſt. 2. ſumitur ex cap. ſanè de priuilegiis, & Clem. 1. de cenſibus, & cap. vlt. de præbendis.

Ratio eſt, quia vis priuilegii nec omninò, nec principaliter poſita eſt in ratione, ſed in voluntate concedentis: ergo non ſatis eſt, quòd in alia perſona, vel caſu ſit ſimilis ratio, ſi voluntas principis ad illas non extenditur: non autem extẽditur, ſi non exprimatur, quia inter homines volũtas non operatur niſi, vt ſignificata: ſic in l. pœnali non ſit E huiuſmodi extẽſio, quia pendet ex voluntate imponentis, vt notat Caſtro 1. de lege pœnali, c. 27.

Obiicies cap. cum dilecta, de Confirmatione vtili, vel inutili, ibi, *eiuſdem æquitatis ſimilitudine prouocati*, ex quo multi colligunt, legem exorbitãtem, ſeu excipientem caſum ſingularem communi iure extẽdi ad alios propter ſimilitudinẽ rationis, vt videre licet in Panor. ibi Felin. ca. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata, Nauar. cap. 1. §. laboret, de pœnit. d. 6. num. 1. & comment. de iubilæo num. 124.

Dico tamen, principem optimè facere poſſe illã extenſionem, non verò priuilegiatios, niſi illam extenſionem, & ſimilem poſcat ipſa iuſtitia, & rationalis, quod non contingit in priuilegiis, habent

ita

Digitized by Google

ita vt fauor conceſſus liberaliter vni ſecundùm iuſtitiam debeatur illi, & aliis habentibus eâdem rationem: ſic patet ad textum. Item ſi vnum non poteſt eſſe licitum ſine alio priuilegium extēditur ab vno ad alium, vt ſi alicui concedatur celebrare ſacrum in loco interdicto, miniſtro licebit miniſtrare illi: & ſi alicui nobili concedatur priuilegium audiendi Miſſam tempore interdicti, extenditur ad ſocios & familiares, ſine quibus non poteſt decenter adeſſe ſacro iuxta ſuum ſtatum, Azor lib.5.cap.23.quæſt. 7.cùm Pan.cap.quam ſit de iudæis: & illa non eſt extēſio per ſimilitudinem, ſed per virtualem conceſſionem priuilegium trahitur ad ſocios. Addit Azor, quæſt. 8. cùm Pan. priuilegio cōceſſo formalis alicuius Cardinalis, vel Epiſcopi non gaudere famulum admiſſum per epiſtolam: quia famuli, ſolùm cenſentur illi, qui actu inſeruiunt.

49 Quarta regula in extenſione ſiſtendum intra proprietatem verborum, niſi amplius neceſſarium ſit, vt priuilegium aliquid operetur. Patet ex ſuperioribus: hæc autem proprietas verborum ſumenda eſt in primis ex vſitata ſignificatione vel communi vſu, vel ſecundùm ius priuilegio proportionatum. Vltimum dico, quia ſi priuilegium eſt regium, magis attendendum eſt ius ciuile, ſi Pōtificium canonicum. Syl.verbo priuilegium q. 3.Azor illa quæſt. 2. ſumitur ex Baldo l.ſi quando 1.C.de bonis vocantibus, lib.10. vt ſi priuilegium concedatur Epiſcopo pro ſuis familiaribus, familiares intelligendi ſunt, qui actu ſunt in obſequio, & famulatum eius & non ad alios etiamſi per litteras ad familiaritatem admiſſi ſint, iuxta c. vlt.de verb. ſig. in 6.& notauit Panorm. cap. cum dilectus de cleric.non reſident. Azor lib.5. cap. 23. quæſt.6.item ſi aliquis irregularis per priuilegium fiat habilis ad beneficia Eccleſiaſtica intelligitur, de ſimplicibus, niſi aliud explicetur iuxta cap. vlt. de præben. item ſi detur facultas ad moderandum numerum miniſtrorum, quando minuuntur Eccleſiæ facultates, non intelligitur facultas data ad augendum numerum, etiamſi creſcant reditus, notauit Panorm.ex tex.ibi cap. vltimo de verb. ſign. quia moderari propriè non ſignificat augere: ſic etiam facultas data aſcendendi ad maiorem dignitatem non extenditur ad ęqualem, quia verbi proprietas id non admittit, cap. licet de tranſlatione epi. ſic etiam intelligitur cap. licet de regular. vbi conceditur religioſo tranſitus ad arctiorem religionem: vnde non eſt conceſſus ad æqualem: & ſi alicui detur facultas prouidendi, primam præbendam vacantem per deceſſum, non intelligitur data ad prouidēdum, ſi vacauerit per renuntiationem, ſeu conceſſionem capite ſuſceptum de præbend. in 6.

50 Quinta regula, priuilegium in ambitionem ſapientibus ſtrictè eſt interpretādum: vnde reſcripta, mandata, & priuilegia beneficiis Eccleſiaſticis preſſius, & arctius interpretanda, præſertim cum conceduntur ad plura beneficia obtinenda, Azor illa quæſt.2.cum Panorm.cap.olim de verb.ſignif. gloſſa cap.quamuis de præbend. in 6. Quare cùm alicui illegitimo conceditur facultas ordines ſuſcipiendi locum tantùm habet in minoribus, & cū ſit illi poteſtas, vt ad beneficia Eccleſiaſtica promoueri queat, fieri cenſetur ad beneficia ſimplicia, non ad dignitates, vel ad beneficia curata, vt etiam ſecundùm ſuperiorem regulam dicebamus. Ita Azor eadem quæſtione.

51 Sexta regula, quando priuilegium eſt odioſum, vt ad lites, ſtrictè eſt interpretādum, Azor ibi quia præbet cauſſam litigandi, & alios vexandi, & frequenter minuit, aut reſtringit poteſtatem inferiorum iudicum. Item, ſi priuilegium aliqua ex parte peccandi occaſionem afferat ſtrictè eſt interpretandum, ponit Azor exemplum in priuilegio eligendi confeſſarium, qui abſoluat à caſibus, & cenſuris reſeruatis, non debet extendi ad incurrenda, & contrahenda, ſeu futura, ſed ad præterita: quia ſic cauſa præberetur facilius, & liberius peccandi. Hoc tamen non eſt generatim verùm, vnde in materia de confeſſione & in explicatione cruciatæ docuimus pro bulla dari facultatem eligendi cōfeſſarium, qui abſoluat à peccatis reſeruatis committendis, etiam ex confidentia bullæ, quia hoc omnibus penſatis magis expedit ad ſalutem animæ, ne in peccatis ſordeſcat: vnde hoc priuilegiū tanquam fauorabile extendendum, niſi aliud conſtet de mente concedentis. Cùm autem datur facultas, vt lis, vel cauſa ad certos iudices deferatur omni appellatione remota, ſtrictè oportet eam interpretari, quia adimit ius, quod quiſque habet ſeſe defendi, ac proinde appellandi appellatione iuſta, & rationabili, ergo interpretari debet, remota omni appellatione iniuſta, friuola, & inani. Sic etiam cùm conceditur priuilegium, ex quo aliorū offenſio timetur, ſtrictè eſt interpretandum. Vnde Pontifex cap. quòd dilectio de conſang. & affin. non vult, vt priuilegium à ſe conceſſum vim habeat, eoque loci cōſuetudini cum offenſione multorum aduerſari dicebatur.

52 Septima regula, priuilegium quod non derogat iuri communi, ſed tantùm conſuetudini, vel ſtatuto in aliquo loco recepto, pleniſſimè eſt interpretandum, ſi nulla inde aliorum offenſio exiſtat. Ioannes Andreas capit. olim de verb. ſignif. Azor illa quæſt.2.

Octaua regula, priuilegia cōceſſa ratione fidei, & religionis gratia religioſorum, aut etiam miſerabilium perſonarum, ſunt pleniſſimè interpretanda, quia ſunt valde fauorabilia, vt patet ex dictis, Sect. 6.

Nona regula, priuilegia, quæ non ſunt in præiudicium tertij, latè ſunt interpretanda, Sayrus lib. 6.cap.11.num.119.

## SECTIO IX.

*Quæ praxis ſeruanda in interpretatione priuilegiorum.*

53 MVlta canoniſtæ, præcipuè Panor.ca.peruenit de immut. Eccleſ. & cap. licet de cenſibus & toto titulo de priuileg. quæ in ſummam redigit, Syl. verbo priuilegium, quæſt.5.

Sed illi ad multa ſingularia deſcendunt, quæ ad nos non pertinent: ſolùm eſt generatim notandū, quando verba priuilegij ſunt clara, non eſſe reſtringenda, nec extendenda, ſed tenorem, & formam priuilegij eſſe ſeruandam iuxta, cap. recepimus, & cap. porrò, de reſcriptis, ſumitur ex l.ille ff. de legat.3. quando verò verba ſunt ambigua, tunc principaliter quærenda eſt, & omnibus modis cōiectanda intentio concedentis, iuxta cap. intelligentia & cap. in his de verb. ſignific. cap. ſedulo

ſedulo d.38. cum ſimilibus. A

Patet, quia ex voluntate concedentis pendet tota virtus priuilegij. Ad hanc coniecturam faciendam in primis eſt ſupplicatio ſpectanda: nam illi ſolet princeps conformari ca. inter dilectos.§. cæteri de fide inſtrum.ibi.Felin.& alij.Deinde initium ipſius indulti attétè conſiderandum eſt: nam iuxta illud ſolent adiūgi omnia ſubſequētia,vt ſumitur ex l.vlt.ff.de hæred.inſtituen.& notat Bart. l.ambitioſa,C.de decretis ad ordinem faciendis,& Panor.cap.aduerſus de immun.Eccleſ.num.2.ſpectanda etiam materia ſubiecta: nam ad illam ſolent verba accommodari: & propriè conſiderandum,an ſit materia ambitioſa, vel etiam periculoſa; ex quo poſſit ſumi occaſio ad multiplicandas B lites,vel peccata, niſi verba coarctentur: ac denique circunſtātiæ omnes cauſarum,& perſonarum diligenter attendendæ. Nam omnia conferunt ad ſignificationem verborum, & mentem principis intelligendam.Quòd ſi adhuc res fuerit dubia, & per receptam doctrinam definiri probabiliter non poſſit, conſulendus eſt princeps, niſi ſit aliquod periculum in mora, nam tunc prudenti arbitrio vti licebit, de quo vide Hoſtien. lib. 5. ſum.titulo de priuilegiis,& quæ Sect.7.dicimus.

*Bart. l.ex militari, ff. de milit. quem ſequitur Azor lib. 5. & 23.q.2.priuilegia ſunt interpretanda iuxta conditionem perſonæ cui conceduntur.*

## SECTIO X.

*An priuilegium extendatur extra territorium concedentis.*

54 DE hoc Nauarr. in conſiliis tituli de priuileg.conſil. 15. in prima impreſſione,& 16.in 2.& ponit argumenta pro vtraque parte, nil verò reſoluit: quia tamē ſecūdo loco ponit ea,quæ ſuadent partem affirmatiuam, ideò aliqui putant, illam fuiſſe mentem Nauarri,quam & ſequūtur,vt Azor lib.5.ca.23.q.6.tamen auctor eiuſdem ſcholij circa illud cōſilium aduertit illud eſſe imperfectum, & ipſe exiſtimat in eo caſu de libris partem negantem eſſe probabilem. Hæc quæſtio non habet locum in priuilegiis Pontificiis: nam vſus illorum numquam eſſe poteſt extra territorium cōcedentis, quia totum mundum complectitur, ſed ſolùm in priuilegiis aliorum. Dicunt ergo aliqui recentiores & bene,aut priuilegium datur ad actū prohibitum in alterius territorio per propriam legem vel ſtatutum illius, aut ad actum non ſic prohibitum. In hoc ſecundo euentu priuilegium ſe extendit ad alienum territorium,vt ſi parochus habet priuilegium ſtudendi, poteſt intra vel extra regnum ſtudere: ſimiliter habent priuilegium ad eligendum confeſſorem, poteſt vbique illum eligere,gloſ. ca.placuit de pœnit.d.6. Nauar.& Azor locis citatis.

Ratio eſt, quia priuilegium quaſi adhæret perſonæ,& cum illa incidit,vt ſuprà ex iure diximus, & nihil eſt, quod tunc impediat vſum eius in tali loco,ergo: Confirmatur,quia licet dare priuilegiū ſit actus iuriſdictionis, tunc tamen iuriſdictio non exercetur in alieno territorio,ſed tātùm circa perſonam ſubiectā,& ad quendam vſum,ad quem impertinens extrinſeca, & omninò accidentaria eſt exiſtentia in hoc,vel illo loco,ſicut ſuprà dicebamus, præceptum perſonale poſſe extra propriū territorium obligare.

Addunt, licet iuriſdictio inuoluntaria cum ſtrepitu iudicij,ſeu iudiciali cauſę cognitione nō poſſit exerceri in alieno territorio, vel extra territorium, ff. de iuriſdictione omn. iudicum; voluntariam tamen poſſe:vt abſolutio à peccatis,& cēſuris in foro interno & ſine ſtrepitu iudicij,vt eſt communis iuriſperitorum doctrina. Per priuilegium autem quatenus concedit fauorem, exercetur iuriſdictio voluntaria: nam vſus eius pendet ex volūtate ſubiecti, ergo habebit locum extra territorium,ſi aliud non repugnet. Vnde obiter dicunt,ſi vſus & obſeruantia priuilegij ex aliis pendeat, quoad illos non poſſe priuilegium habere efficaciam extra territorium,quia nullus poteſt lege ſua obligare homines alterius territorij, cùm non ſint ei ſubditi,ſicut nec poteſt facultatem dare prędicandi in aliena Parochia, vel ſacra conferendi extra diœceſim, iis qui ſibi ſubiecti non ſunt. Dicunt autem, niſi actus ſit prohibitus ſpeciali lege alterius territorii,quia non obſtabit,ſi ſit prohibitus iure communi ſeu Pontificio: inferior enim non poteſt concedere priuilegium contra ius cōmune, niſi per modum diſpenſationis, quæ in tali caſu iuſtam cauſam requirit ad ſuum valorem, ſi ergo ſubditus habeat à ſuo proprio Prælato huiuſmodi priuilegium, vel diſpenſationem contra ius commune,poterit ſine dubio illo vti extra territorium,vt in priuilegio comedendi lacticinia in C quadrageſima, vt tenent Naua.& Azor ſuprà,quia illud ius non pendet ab hoc,vel illo loco,& in illo iuſtè diſpenſatum eſt: ergo vbique licet vti illa diſpenſatione per ſe loquendo:itē quia in vtroque loco præceptum illud obligat ex vi eiuſdem iuriſdictionis, & voluntatis ſcilicet Pontificiæ,in hoc autem diſpenſatum eſt propter poteſtatem à Pontifice conceſſam; aliter enim fieri non potuiſſet: ergo pro omni loco valet diſpēſatio.Si verò actus ſit prohibitus ſpeciali lege, & ſtatuto alterius territorii, non poteſt quis vti priuilegio ſui ſuperioris aduerſus tale ſtatutum; niſi accedat conſenſus Prelati alterius territorij tacitus vel expreſſus:quia ſtatutum loci obligat aduentus: Prælatus autem D vnius territorij non poteſt in ſtatuto alterius territorij diſpenſare, cum ſupremam iuriſdictionem non habeat.Cōfirmatur, quia ſubditus priuilegiatus in alieno territorio exiſtens quoad talem actū non ſe gerit,vt ſubditus proprij Prelati,ſed reuera eſt ſubiectus Prelato alieno: ergo non poteſt vti priuilegio proprij Prelati contra leges alieni territorij.Pr. Gran. ait,qui poteſt in proprio domicilio non ieiunare,vel edere lacticinia,vel legere libros prohibitos, poteſt vbique, niſi ſpecialiter ab alio ſuperiori vel principe prohibeatur.

Vnde in caſu de priuilegio legendi libros prohi- 56
E bitos probabilius exiſtimāt iſti,non licere vti illo, extra territoriū propriū, quia prohibitio illa ſolet eſſe ſpecialis in vnoquoque territorio. Eſt optimum exemplum de priuilegio ferendi arma prohibita per leges regni: nam ſiquis habens tale priuilegium in vno regno vellet vti illo in alio regno,non permitteretur,quod etiam ex praxi conſtat,ergo ſimiliter,&c.

Dices, ergo poſſet quis vti priuilegio de lacticiniis,vel de non ſeruando ieiunio,in alieno territorio pro diebus pręceptis ab Eccleſia,& non pro diebus ſpecialibus illius territorij ſi qui eſſet,quod videtur abſurdū. Negant conſequentiam,ſecundo moraliter, & ſecundùm communem vſum quia quando

Digitized by Google

quando particularis Epiſcopus ſtatuit ſpecialem dië ieiunij, non intendit plus obligare quàm obligent communia ieiunia Eccleſiaſtica: ideo virtute vult, vt eo modo, quo aliquis eſt iuſtè diſpenſatus ad Eccleſiaſtica ieiunia; etiam ad illa ſpecialia eſſe intelligatur. Vnde bene Azor, & Nauarrus generaliter docent, diſpenſatum in ieiunio, vel lacticiniis in vno territorio, poſſe vbique vti tali diſpenſatione ac priuilegio.

Dices, Epiſcopus non poteſt excommunicare ſubditos ſuos in alieno territorio, ergo nec dare poteſtatem ad legendos libros in alieno territorio prohibitos in proprio. Antecedens probatur, ex cap. 2. de conſt. in 6. vbi excommunicatio lata non afficit furem extra eius diœceſim furantem. B Reſpondeo ſecundùm Azor ſuprà, ſi excommunicatio lata fuit mandato generali latæ ſententiæ ſine cauſæ cognitione, comprehendere illum furem, ſecus ſi cum cauſæ cognitione & ſtrepitu iudicij.

## SECTIO XI.

*Vtrum priuilegium patri conceſſum tranſeat in filios.*

57 Reſpondet Azor lib. 5. cap. 23. quæſt. 9. cum Panorm. ca. licet de cenſibus, & Cyno l. 2. C. de Epiſ. & cler. Syluest. priuilegium qu. 5. priuilegium aliquando concedi ratione dignitatis, C ſiue nobilitatis innatæ: aliquãdo ratione muneris, aliquando cauſa neceſſitatis. Si primo modo fuerit conceſſum, transfertur in filios: vnde ſi patri ius nobilitatis concedatur, nobiles efficiuntur filij. Secundo modo conceſſum deriuatur in filios viuente patre. Tertiò modo conceſſum, in filios non tranſit etiam viuente patre: vt ſi ratione neceſſitatis ſit liber à muneribus, vel tributis perſonalib. & extraordinariis, non eo ipſo filij eius ab eiſdem liberantur, & ius ciuitatis, quo quis donatur, non communicatur cum hæredibus, Romanus in ſingularib. ex l. libertus, §. patres, ff. ad municipalem. Sed quid ſi princeps Titio dicat, immunitatem, concedo tibi & filiis tuis? Reſpondet Bart. l. Gal- D lus, §. quã rectè, ff. de lib. & poſthu. citatus ab Azor & Syl. ſuprà, ea immunitate non gaudere filios viuente patre.

58 Sed, quid ſi Titius concedat Caio ius hauriendi aquam, aut deferẽdi ad fundum, vel quò voluerit? Romanus, quẽ ſequitur Syl. ſup. reſpondet, huiuſmodi ſeruitutem cum ſit perſonalis, ad hæredes minimè tranſire, vt colligitur, ex l. Lucius ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. vbi habetur. Quæritur an ex hac ſcriptura, *do tibi vſum aquæ in domũ tuam, aut vbicúmque volueris*, ad hæredes Caij etiam pertineat? Paulus reſpondet, vſum aquæ perſonalem ad hæredes Caij quaſi vſuarij tranſmitti non oportere. E

## SECTIO XII.

*An priuilegium datum ei, qui factus eſt ciuis, eo pacto ne munera ſubeat, nec onera ſuſtineat, ſeruandum ſit.*

59 Azor lib. 5. ca. 23. quæſt. 10. cum Panor. ca. peruenit de immun. Eccleſ. ait, ſeruari debere, quia eſt priuilegium ex contractu ortum: & hoc priuilegium poteſt princeps concedere etiam nihil minuendo A de tributis, quæ ciuitas debet ſoluere. Vt ſi ciuitas cẽtum quotãnis ſoluere cõſueuit, & princeps aliquẽ eximit, ad quem pertinebant, decem adhuc ciuitas tenetur, cẽtum ſoluere. At inferior magiſtratus licet aliquem poſſit eximere, non tamen cum detrimento ciuitatis, vt ſi Titio ſoluenti, decem priuilegium nihil ſoluendi concedat, iure non poteſt à ciuitate, centum exigere ſed tantùm nonaginta; Syluester priuilegium, quæſt. 9. ex Bart. & Panormitano: ſed vellem videre, in quo fundetur iſta magiſtratuum poteſtas.

## SECTIO XIII.

*Quibus modis finiatur, vel tollatur priuilegium abſque abrogatione.*

Sicut in naturalibus interdum res deſinit defectu ſubiecti, vel cauſæ conſeruantis, interdum verò actionibus contrariis: ita in priuilegiis dicẽdum eſt. Deſinunt autem ſponte ſua, & ſine contrario quatuor modis. Primò per lapſum temporis, pro quo priuilegium conceſſum eſt, l. quoties, C. de precibus imperatori offerendis, de quo modo Panorm. cap. cum acceſſiſſent de conſt. & alij ibi. Secundò per lapſum cõditionis, ſub qua conceſſum eſt, vt ſi datum eſt ad vitam alterius, qui iam defunctus eſt: & iſte modus quadam tenus ratione etiam dici poteſt per lapſum temporis: de hoc Couar. 3. variat. cap. 15. Molina tract. 2. iuſt. diſp. 298. in his duabus cauſis deeſt etiam cauſa efficiens, cõſeruans ſcilicet voluntas priuilegiantis, qui pro certo, & deſignato tempore, vel ſolùm quandiu cõditio certa duraret, voluit priuilegium durare. Ad hos duos modos reducitur ille, quem poſtea ponemus per vſum totalem priuilegij. Tertiò ceſſante cauſa finali propter quã principaliter, vel omninò datum eſt, vt ſi priuilegium incipiat eſſe ei pernitioſum, in cuius bonum eſt datum, Panor. ſuprà ex cap. ſuggeſtum de decimis. Azor lib. 5. capite 22. quæſt. 14. ex cap. ceſſante de appell. & cap. quòd per nouale de verb. ſign. & ex regula iuris. *Quod in gratiam alicui conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.* Ad hunc modũ reducitur, quoties in materia, vel rebus tanta mutatio facta eſt, vt priuilegium deſinat eſſe iuſtum. Quartò ad deſitionem ſubiecti, cui veluti inhæret priuilegium reg. priuilegium de reg. iur. in 6. quos modos, Sectione 2. circa diuiſionem priuilegij in temporale, & perpetuum, & Sect. 11. ſatis explicuimus. 60

Per actionem autem contrariam deſinit priuilegiũ duobus modis: Primò per actionem intrinſecã, ſcilicet renũtiationem, quia priuilegiatus priuilegio renuntiat, vel per vſum eius completum & totalem, vel per non vſum, vel per vſum contrarium, vel per abuſum: in omnibus enim his euentibus moraliter, & latè loquendo eſt actio contraria deſtructiua priuilegij: nam etiam omiſſio actio appellari ſolet. Secundò per abrogationem. De modo deſinendi per abrogationem Sect. 14. 1. argum. de aliis verò hîc dicemus. Ad modum deſinendi per vſum completum, & totalem pertinet, quod dicunt aliqui, priuilegium interdum finiri, & amitti per vnum actum, videlicet quia ad vnum tantùm actum datum eſt: de hoc tractat Felinus cap. 2. de treuga & pace. Nauarr. ca. placuit 61



Digitized by Google

de pœnit.d.6.num.166. Azor lib.5.cap.23.quæſt.5. A
Rochus de iure patronatus, verbo honorificum, quæſt.10. qui variis diſtinctionibus vtuntur, & in ſumma Felinus & Azor dicunt in odioſis, & litigioſis ac pœnalibus priuilegium finiri vnica actione, nō autem in fauorabilibus. Sic etiam Bart. l. vltima, ff. de conſt. principum dixit, priuilegium ad agendum in iudicio finiri vnico iudicio: ad excipiendum verò eſſe perpetuum. Sed quamuis ex materiis priuilegiorum nonnulla coniectura fiat; exiſtimo tamen nullam regulam ſumptam ex materia eſſe generalem, ſed verba priuilegij ſpectanda eſſe: nam in omni materia poteſt dari ad vnicum actum, vel ad plures, vel ad operandum ſimpliciter, aut cum limitatione. Vide diſp. de diſpenſ. Sect. 21. B

62 Sed in certis caſibus, ſic ſentire debemus. Dotis promiſſio pro primis tantùm nuptiis intelligitur, Felinus, & Azor ſuprà, ex l. dotis promiſſio, ff. de iure dotium, & ex eo quod habeatur in l. boues, ff. de verb. Signif. hoc ſermone, *dum nupta erat*, primæ nuptiæ ſignificātur. Cum datur facultas alicui, vt duo ſimul beneficia obtinere queat, ad duo tātùm prima protenditur, ca. non poteſt de præbend. in 6. Cum datur facultas, vt veniat in v[illegible] qui publicè proſcriptus eſt, ſemel tantùm [illegible] poteſt. Bart. l. 1. ff. ad l. Iuliam de adulteriis: poteſtas arbitrio data in compromiſſo de prorogando termino compromiſſi, in prima prorogatione deſinit. C Poteſtas ingrediēdi in cœnobium ſanctimonialiū primo ingreſſu finitur, Azor ſuprà: Facultas data patrono layco, qua poſſit poſtquam vnum clericum nominauit, alium nominare, vno actu finitur ex cap. quod autem de iure patron. Calder. conſil. 16. de iure patron. Felin. ca. omnes leges de treuga & pace. At ſi alicui ſit data facultas confeſſarium eligendi, vno actu extinguitur ſecundùm Palud. 4. d. 17. quæſt. 3. & Nauar. quamuis oppoſitum ſenſerit Felinus, ſed ſecundùm Azor Felinus, intelligit de ſimplici facultate ſine priuilegio, quæ datur alicui, vt confiteatur cui voluerit. Nauarrus verò de facultate in modum & formulam priuilegij: & ita vterque verum docet; ſed de hoc latè agunt Suarez, & alij, vt & nos egimus in materia de pœnitentia. D Facultates legendi libros prohibitos, edendi cibos illicitos, & dicendi Miſsā in domo priuata, vno actu non finiuntur. Quando res natura ſua, vel more poſtulat iterationem, facultas illam faciendi vno actu non finitur, vt ſi teſtator percipiat hæredi veſtire, vel alere viduam, non ſufficit ſemel veſtire: ſiquis legauerit alimēta vxori Titij, intelligitur etiā legaſſe ſecundæ vxori; ſecus ſi Titius vxori ſuæ: nam intelligitur legatum tantummodo reliquiſſe vxori, quam tunc habebat ſiquis inſtituat poſthumum, intelligitur inſtituiſſe plures, ſi fuerint. Si teſtator reliquit domū ſuam, vt in ea habitaret filia ſua vidua, intelligitur etiamſi poſteà nupta ſecūdò in viduitatem deuenerit. E Hęc Felin. & Azor addēs, Si facultas data ſit ad certum tempus, non finitur in primo facto intra illud tēpus, vt ſi relinquitur vſusfructus alicui, dum vixerit. Si data fuerit facultas eundi, & redeundi, dum pax & concordia inter aliquos ſit, vel procuratori, vt appellet, dum lis non componitur, nec dirimitur: vel vt diuinis officiis intereſſe queat tempore interdicti, non finitur vno actu. Facultas data Patribus Concilij generalis de eligendo loco, in quo Concilium cele[illegible] prima electione finitur. Siquis emit fructus, qui ex prædio aliquo percipiūtur, intelligitur emiſſe primos tantùm, Bald. quē ſequitur Felin. ſuprà. Poteſtas data arbitrandi ſenſetur data ad ſemel, Felin. Si teſtator inſtituit, vt eleemoſyna erogaretur in die S. Laurentij, ſemel tantùm danda eſt. Felin. cum Bartol. Facultas data monacho, vt poſſit procurator eſſe, prima procuratione extinguitur, vt & facultas data, vt quis abeſſe à loco poſſit. Si promitto dare in Kalendis, intelligitur de proximè venturis: ſi princeps conferat priuilegium tibi & hæredi, in primo hærede extinguitur, Felin. ſi promitto me molendinum reparaturum, intelligitur ſemel tantùm. Si Epiſcopus priuilegium habeat, cùm primùm poſſeſſionem nactus eſt Eccleſiæ, nominandi vnum in canonicum inſtituēdum, & nominauerit vnum, qui inſtitutus eſt, ſed poſteà canonicatum depoſuit, iure priuilegij alterum nominare nequit: locator, qui tacitè cenſetur iterum locaſſe, quoniam conductorem ſcienter in re conducta reliquit: intelligitur locaſſe iterum ſub iiſdem conditionibus, ſed ſemel tantùm ſenſetur locationem renouaſſe, Felin. cùm Panorm. Princeps promiſit premium ei, qui vexillum hoſtibus eripuerit, creditur promiſiſſe ei, qui primus vexillum detraxerit hoſtibus. Titius promittit iudici ſe hoc, aut aliud exhibiturum illi, putatur promiſiſſe, ſemel tātùm exhibiturum. Promitto me daturum tibi quidquid iactu retis cepero, intelligitur de primo iactu. Hæc omnia Felinus, & Azor ſuprà.

## *An priuilegium per non vſum amittatur.*

63 IN priuilegiis datis ad aliquid agendum ſeu affirmatiuis, regula eſt; amitti non vſu continuato per decennium, l. 1. ff. de nundinis. Vbi ciuitas priuilegium de nundinis faciendis amittit, ſi per decennium eo non vtatur, & ibi id obſeruant Bar. & alij: & in l. falſo, C. de diuerſis reſcriptis. Vbi Iaſon idem tenet citans gloſſam, Cynum, Salicetum, Bart. Panorm. & alios iuris ciuilis, & canonici interpretes, gloſſa, Innoc. Panorm. & alij cap. cum acceſſiſſent de conſt. quia ita ſtatutum eſt iure cōmuni, & priuilegia præter id, quod expreſsè concedunt, in reliquis ſenſentur dari ſecundùm ius commune. Congruentia eadem eſt, quæ aliarum præſcriptionum, vt ſicut dominia, ita etiam facultates, priuilegia & alia iura certa ſint.

Obiicies, quia lex permittēs aliquid facere, non tollitur per non vſum ſine actu contrario, vt infrà videbimus, & ſentit Panorm. cap. penul. de vita, & honeſt. cler. & attingit Molina tract. 2. de iuſt. diſp. 513. in fine: ergo idem dicendum de priuilegio. Reſpōdeo, priuilegium non amitti per non vſum merè negatiuum, ſed priuatiuum, id eſt, ſi nūquam occurrat occaſio, & facultas vtendi priuilegio: & ideò non reducatur ad opus, non amittitur, Vazq. d. 277. num. 54. Item ſi occurrat occaſio vtendi priuilegio, & pręter impotentiam moralem omittatur, etiam eſt negatio, quæ non tollit priuilegiū. At verò ſi in occaſionibus, pro quib. datur priuilegium, ſciens, & potens aliquis eo non vtatur per decēnium, tunc amittitur, gloſſ. Cynus, & Salicet. & alij illa, l. 1. ff. de nundinis, Iaſon ſuprà, gloſ. Pan. & Felin. d. cap. cum acceſſiſſent, Azor lib. 5. cap. 22. quæſt.

Digitized by Google

quæſt.8.vbi ex hac doctrina colligit,ſi alicui ciuitati conceſſum eſt priuilegium ſcholaſticos ad gradus magiſtri, vel Doctoris promouendi, ea verò ciuitas per decennium neminem promouit, quia nullus promoueri voluit, priuilegium non amittere, niſi cauſam dederit, vt ſcholaſtici alibi promouerentur. Item ſi dominus per multos annos ciuibus ſibi ſubiectis onus non impoſuerit, quod priuilegio poterat,priuilegium non amittere,ſi nulla occaſio ſe dedit id faciendi. Idem de ciuitate habente priuilegium imponendi onus populis ſibi ſubiectis; & de Eccleſia, Epiſcopo, collegio, monaſterio non vtente ſua iuriſdictione,facultate, vel priuilegio, quia numquam vtẽdi occurrit occaſio:ſimiliter legẽ quę de hermaphroditis quicquam cõſtituit, ſi per multos annos hermaphroditus non fuit, vim nõ amittere;ſecus ſi ſe occaſio obtulit: nam talem non vſum credo etiam ſufficere ad reuocandam legem affirmatiuam, vt & Azor ibidem ſatis indicat.

64 An verò hoc procedat tantùm in foro externo, an etiam in conſcientia, quando priuilegiatus reuera non omittit vſum priuilegij, quia illi renuntiat,ſed ob alias cauſas. Reſpondeo,in conſcientia non eſt improbabile amittere:cur enim pręſertim cùm de hoc non habeamus ius canonicum, quod per ſe reſpicit conſcientiam, vt ſi quis habet priuilegium comedendi lacticinia diebus prohibitis, & ex deuotione continuò per decennium illo non vtitur,ſemper tamen cum intentione retinẽdi illud, certè videtur veroſimile in conſcientia non amitti, quia quoad hoc Pontifices non declararũt mentem ſuam, & ille non meretur amittere priuilegium,cùm opus conſilij faciat.

Nihilominus, quia hæc amiſſio eſt per modum pręſcriptionis,quæ tollit verũ titulum in conſciẽtia, etiam ſine culpa priùs habentis ius, vel dominium: probabilius eſt in foro etiam conſcientiæ amitti, præſertim in rebus,quæ pertinent ad iuſtitiam,& dant ius contra alium: in quo etiam leges ciuiles habent effectum in foro conſcientiæ: præſertim quia vbi deeſt ius canonicum, & non contradicit ciuili, vtimur ciuili in omni ſimili materia, etiam canonica: quapropter in illo exemplo & ſimilibus cõſulerem ſemper interrumpere præſcriptionem,ſeu non vſum, quamuis ibi ſit maior probabilitas, quòd non amittitur priuilegium ex præſumpta voluntate principis. Aduerto etiam ex Panorm. ſuprà, illud tempus debere eſſe maius, ſi Eccleſia eſt,quæ propter non vſum perdit priuilegium, vt patebit etiam ex puncto ſequenti.

*Priuilegium tolli per contrariũ vſum.*

65 Per contrarium vſum præcipuè amittuntur ipſo facto priuilegia negatiua, concedentia omittere aliquid,quod aliàs erat neceſſarium: nam tunc id facere eſt contrarium priuilegio. Vnde neceſſarium eſt, vt id fiat eo tempore, & in ea occaſione pro qua datum erat priuilegium: & hîc modus amiſſionis etiam eſt certus,ex cap. porrò,& ca. recepimus de priuileg. nec mirum, nam etiam lex tollitur per actus contrarios. Et communiter dicitur,vel priuilegium eſt priuatum ſingularis perſonæ,vel alicuius communitatis; conceſſum in gratiam communitatis, quamuis eo vtantur ſinguli.

*Vnus actus renũciationis tollit priuilegiũ.*

Prius quidem amittitur, per vnum actum contrarium,quia ita dici videtur,in cap.cum acceſſiſſent de conſt. ibi, *niſi poſtea canonici contrauenerint, aliquem eligendo*: & ita expendunt ibi gloſſa, & Pan. num.7. Poſterius verò non amittitur per vnum, nec per plures actus contrarios,ſed per legitimum tempus præſcriptionis, in quo talis contradictio durat,ca.ſi de terra,ca.accedentibus,de priuilegiis. Ratio differentiæ aſſignatur,quia particularis perſona poteſt renuntiare priuilegio ſibi conceſſo, quod tacitè facit per vnum actum cõtrarium:vnus autem actus renuntiationis ſufficit ad amittẽdum priuilegium, & in moralibus tacitum, & expreſſum æquiparantur. At verò ſingulares perſonæ communitatis non poſſunt renuntiare iuri totius communitatis, ideò per ſingulares actus earum numquam amittitur per modum renuntiationis: vt ergo amittatur, neceſſaria eſt legitima præſcriptio in contrarium, quæ contra Eccleſias eſt quadraginta annorum,contra alios decem, vel pluriũ iuxta peculiaria priuilegia,quæ de hoc eſſe ſolent: quæ ratio optimè probat hanc ſecundam partem: ſed circa priorem partem rationis aduertendum neceſſe eſt, ſi tota communitas per modum vnius corporis renuntiet priuilegio,amittere illud, quia iam non ſingulares perſonæ vt ſic, ſed vniuerſitas ipſa renuntiat.Quod eſt indubitatum,ſi renuntiatio ſit expreſſa,& formalis: idem autem ſequitur, ſi ſit tacita & implicita: quia tacitum & expreſſum in iure æquiparantur,l.cum quid, ff.ſi certum petatur, & ita aduertit expreſsè Panormitanus ſuprà.

Prima autem conditio,vt renuntiatio hęc valida ſit,eſt,vt quis poſsit explicitè ſuo priuilegio renuntiare,quia ſi non poteſt explicitè,multominus implicitè. Secunda, vt ſciens, & videns operetur contra priuilegium: nam hæc amiſsio pendet ex voluntate,cùm ſit per virtualem renuntiationem: ignorantia autem tollit voluntatem.Tertia,vt fiat ſine proteſtatione,vt notauit Bar.l.1.C. de his qui ſpõte munera publica ſubeunt,li.10.& Panor. ſuprà: quia proteſtatio excludit voluntatẽ renuntiãdi.Hinc addũt multi,quotieſcúmq; ex aliis ſignis, vel coniecturis ſufficienter cõſtat,non feciſſe animo renuntiandi,non amitti priuilegium,quia poteſt præſumptio per contrarias coniecturas vinci, gloſſ.ca.pro illorum de præbend. & alij citati:vide Bart.l.1.proximè cit.& in l.vlt.ff.de conſt.princip. Vltimò, inquit,Panor.in c.cum acceſſiſſent,neceſſariũ eſſe, vt actus ſit directè cõtrarius priuilegio: indicat autem tunc eſſe directè contrarium,quando toti priuilegio repugnat, nam ſi ſolum ex parte contradicat, quantum ad illam reuocabit priuilegium,non quoad alias:vt ſi quis habeat priuilegiũ non acceptandi munera Reip. & vnum acceptet, non eſt viſus renuntiare libertati ſuæ quoad alia. Quod videtur definitum, l. voluntariæ, C. de excuſ. tutor, *voluntaria*,inquit, *tutela munera priuilegiis nihil derogant*, quæ verba plures intellectus recipere poſſunt,ſed ille probabilis eſt, quem etiam videtur amplecti Bart.illa l.vlt.ff.de conſt. principum, vbi aliis quidem verbis, eandem tamen rem docere videtur. Ait, quando priuilegium datur ad actum,vel effectum, qui incontinenti fit, amitti prorſus per actum contrarium, & ita explicat caſum,ca.cum acceſsiſſent, qui in exemplum deſeruire poteſt. Quando verò priuilegium habet tractum ſucceſsiuum,non perditur,inquit,per vnum actum quoad tempus futurum, ſed ſolùm de præſenti, vt ſi quis habet priuilegium numquam ſoluendi vectigalia, & ſemel ſoluat, non cenſetur renuntiaſſe priuilegio pro toto tempore, ſed ſolùm quoad illam quantitatem, quam ſoluit: quæ



Digitized by Google

limitatio,& declaratio non caret difficultate,quia hoc modo nulla ferè eſſet differentia inter non vſum,& vſum contrarium, & quia illud, cap.cùm acceſsiſſent, ſignificat totum priuilegium fuiſſe amittendum per vnum actum,cùm tamen videretur etiam habere tractum ſucceſsiuum. Quia tamen materia eſt fauorabilis, illa declaratio mihi placet,& quia eſt conſentanea rationi:nam totum hoc ius fundatur in tacita renuntiatione: nemò autem præſumitur renuntiare iuri ſuo amplius quàm eius actus neceſſariò requirat: ergo qui ſolùm ex parte agit cõtra priuilegium,non præſumitur toti renuntiare,nec pro toto tẽpore,nec eſt inconueniens quòd in hoc non ſit differentia inter commiſſionem, & omiſſionem: erit enim in aliis. Caſus autem ca.cùm acceſsiſſent, ſi rectè conſideretur, pertinet ad priuilegium,quod incontinenti habet totum ſuum effectum,quia erectio dignitatis alicuius in aliqua Eccleſia eſt effectus ſtabilis, & perpetuus.

Quomodo autem priuilegium per non vſum amittatur,dixi diſp.19.Sect.20.

67. Per abuſum priuilegium amittitur, cap.vbi ita, 74.d. ca. priuilegij 2. qu.3. ca.licet de regularibus.

An verò amittatur ipſo iure,Panorm.d. cap. licet,ſolùm ſub diſiunctione dicit,vel amittitur, vel auferendum eſt.

Sed alij, vt id explicent, inquirunt, an per abuſum priuilegium amittatur in ſe, an verò tantùm in effectu,ita vt per talem abuſum nihil operetur, & quis abuſus ſufficiat: nam poteſt eſſe vtendo priuilegio in eo,quod non concedit,vel pluſquàm concedit: vel poteſt eſſe ſpe ſeu occaſione priuilegij aliquid contra iuſtitiam, vel rationem facere. Dicunt ergo concluſionem ad omnem abuſum grauem, & omnem modum amittẽdi priuilegium extendi: nam verba iuris ſunt, priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate: in quolibet autem ex dictis abuſibus inuenitur hoc meritum, tamen ex ipſis verbis conſtat, non amitti ipſo facto ex vi abuſus, niſi aliquo caſu peculiari in iure expreſſo, vel quando abuſus tollit fundamentum,& rationem priuilegij,& tũc amittitur quantùm ad effectum inde neceſſariò ſecutũ,& non amplius. Prima generalis pars cõſtat ex verbis,& quia hoc eſt pœna,& non imponitur cũ maiori rigore, quomodo etiam dixit Auguſtinus ſer. 247. de tempore. *Iudicio humano meritò ab obtẽta dignitate deiicitur, qui conceſſa ſibi malè vtitur poteſtate.* Prima verò exceptio etiam eſt clara, quia potuit ſimilem pœnam ipſo facto imponere, vt abutens priuilegio eligendi interdum ſuſpenditur ipſo iure, ne prima vice, vel pro aliquo tempore poſſit eligere,ca.2. de poſt.prælat. cùm ſimilibus.

68 Altera exceptio habet locum in duobus caſibus: primus,quando priuilegiatus vtitur priuilegio vltra terminos eius: tunc enim effectus eſt ipſo iure nullus,Syl.priuilegium,quæſt.10.argumento,cap. porrò, & cap. recepimus de priuilegiis, & clarum eſt,quia actus fit ſine legitima poteſtate, & illa nõ eſt propriè amiſsio priuilegij, quia ad talem effectum numquam fuit obtentum, & propter illam culpam non perditur ipſo iure quoad alios actus, nec quoad ſubſtantiam. Secundus,quando aliquis per abuſum tollit rationem, & cauſam priuilegij, ſumitur ex Bart.l. ſemper, ff. de iure immunitatis, vbi lex multum fauet,tractat etiam Didacus Perez l.8.titulo 2.lib.1.ordinamenti regalis, adhibetque exemplum de clerico beneficiato, cui datur priuilegium, vt in academia fruatur fructibus beneficij gratia ſtudij: nam ſi omninò non vacet ſtudio, non erit tutus in conſcientia, quia agit contra intentionem concedentis,& tollit cauſam,& finem priuilegij,quod datum eſt, vt ſtudendo melius inſeruiat Eccleſiæ: vnde ibi fuit quædam virtualis commutatio ſeruitij perſonalis propriæ Eccleſiæ in ſtudium,ideò ablato omninò ſtudio,tollitur iuſtitia & executio priuilegij: quod optimè confirmat,cap.generaliter,16.quæſt.1.ſumptum ex l.generaliter, C.de Epiſcopis & clericis; ibi, *eos tamen clericos & monachos habere huiuſmodi beneficium ſancimus; qui apud ſanctas Eccleſias, vel monaſteria permanent, non deuagantes, nec circa diuina monaſteria deſides, cùm propter hoc ipſum eis beneficium indulgeamus.* Sed limita caſum,vt procedat quando ex priuilegio conſtat preciſè cõcedi ratione talis actus, ita vt ſine illo deficiat iuſtitia totalis, & ratio priuilegij: tunc enim non poſſumus excuſare defectum: quia ceſſante illa cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium,non quidem in ſe,ſed quoad fructum eius pro tali tempore,ſeu modo operandi: nam ſi quis poſteà velit bene vti, conſequetur fructum.

*Ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium.*

69 Sed rogas, quando poſsit quis ſuo priuilegio cedere. Hanc quæſtionem tractat gloſſa,cap.ſi diligenti de foro competenti, verbo pacto priuatorum, vbi ait,aut ius eſt ſimpliciter conſtitutum in fauorem & commodum alicuius, & is poteſt iuri ſuo cedere, vt l. paciſci, ff. de pactis non obſcurè traditur, vbi licet iura dent facultatem agendi pro animali morboſo, litigantes tamẽ poſſunt paciſci, ne agant. Idem colligitur ex l.pactum inter hæredes, ff. de pactis, & l.1. de feriis, & l.ſi iudex, ff.de minoribus. Aut priuilegium cõceditur in bonum quidem, & commodum quorumdam, ob publicam tamen vtilitatem, & non in aliorum odium: & huic priuilegio cedere non poteſt: cuiuſmodi eſt priuilegium fori in clericis, & priuilegiũ Macedonianum, in filiis familias, ne creditoribus obligentur ratione mutui: & priuilegium quo minoribus conceditur beneficium reſtitutionis in integrum. Aut priuilegium datur alicui ob publicum bonum, licet cedat etiam in bonum priuilegiati, & in aliorum odium, & pœnam conceſſum ſit:quale eſt in clericis priuilegium canonis ſi quis ſuadente,17.quæſt.4. & huic nemo cedere poteſt. Panorm.verò ca.ſi diligenti de foro cõpet.& Bart. l.ius publicum,ff. de pactis, & l.ſi quis in conſcribendo, C. de pactis Fuſius, & clarius, ſecundùm Azor lib.5.cap. 22.quæſt. 10. reſpondent, ſi ius eſt naturale,vel diuinum,nemo poteſt renuntiare, vt patet ex l.ius ſanguinis,ff. de regulis iuris, & l. ius agnationis, ff. de pactis: quamuis iure gentium quæſito cedere quis poſſit, nam quiſque ſuæ rei dominium deponere poteſt,& hæreditati paternæ renuntiare,C.de repud.hæreditate:& quiſque poteſt ſeipſum vendere,ac proinde libertate priuare, & poteſt ſe honore,& fama ſpoliare. Quãdo verò ius ſcriptum certam in humanis actibus formulam præſcribit,nemo poteſt huic iuri renũtiare, quale eſt ius quòd certum numerum in teſtamentis, & vltimis voluntatibus requirit, vel quod in pactis certum modum conſtituit. Vt colligitur, ex l. nemo poteſt ff. de legat. 1. & l. contra iura, ff. de pactis. Quando itidem ius eſt publicum, hoc eſt tale, vt ad publicam vtilitatem pertineat, nemo poteſt eo iure cedere l. ius publicum ff. de pactis.

Digitized by Google

pactis. Quando continet commodum duntaxat priuilegiatorum priuatorum, aut eſt conſtitutum precisè ob bonum priuati hominis, vel in odium alterius: ſi primum, videndum eſt, an illud ius conſulat imbecillitati hominum, & tunc renuntiatio non valet, eo quòd eſt contra bonos mores. Idem dicendum, ſi renuntiatio occaſionem delinquendi præberet; ſi autem bonis moribus renūtiatio non obſtet, nec alios ad peccandum inducat, valet renuntiatio: ſi verò ad priuatum commodum priuilegiati ſpectet, & ſimul ad alterius, vel publicum bonum, non valet renuntiatio. Cęterum in hac reſolutione nonnulla inuoluuntur dubia, vel falſa, quæ omitto, quia ad præſentem locum non ſpectāt, in quo ſolùm de priuilegiis agimus, qua ſpectant ad renuntiationē iuris naturalis aut gētium aut ciuile: de quo verò dicta Sect. 2. diuiſione 6. vbi clarius explicuimus, quando poſſit, vel non poſſit quis priuilegio renūtiare. In ſpeciali autem inquirit Azor ſuprà, an rata ſit renuntiatio, qua mulier iuri Velleiano renuntiat, gloſ. teſte Panor. c. cit. affirmat, eo quòd huiuſmodi priuilegium eſt ſimpliciter in bonum, & fauorem mulierum. Sed Cynus, & Bart. quos citat, & ſequitur Panor. cap. ſi diliganti de foro compet. negāt valere, eo quòd tale priuilegium eſt mulieribus cōceſſum ob earū facilitatē, ne temerè ſe aliis obligēt. Inter has ſententias nullam electionem facit Azor: mihi verò ſecūda videtur probabilior. Si quæras an filius familias renuntiare valeat priuilegio Macedoniano, gloſ. cōmuniter recepta, quam citat Panor. ſuprà, meritò negat valere, quia huiuſmodi priuilegium non ſolùm eſt cōceſſum in bonum filiorū, ſed etiā in bonum parentum, & commune, & in odium creditorum, qui ſæpe filios inducebant ad necem parentum, vt pecunias ſibi debitas recuperarent: ſimiliter etiam, vt inquit Azor, minores renuntiare nequeunt priuilegio & beneficio reſtitutionis in integrum, non ſolùm quia ſit in odium contrahentium cū minoribus, ſed etiam, quia eſt in bonum commune, & cōſulit imbecillitati minorum. Vide diſp. de diſpenſatione, Sect. 21.

---

## SECTIO XIIII.

*Quomodo priuilegium per abrogationem finiatur.*

70 SVppono primò, priuilegium abrogari poſſe vel à concedente, vel à ſuperiore iuriſdictionem habente, vel ab æquali ſuccedente in eadem dignitate, quia moraliter eſt idem, nec poteſt vnus præiudicare iuri alterius. Addit Panorm. cum Ioanne Andrea, & aliis, cap. peruenit de immun. Eccleſ. num. 24. priuilegium eſſe reuocabile, quamdiu manet in pura ratione priuilegij: nam ſi tranſeat in contractum, ex ratione iuſtitiæ reuocari non potuit: quod etiam docuit Bart. l. qui ſemel, ff. de rebus ab ordine faciendis, & l. 1. C. de his, qui ſponte, &c. lib. 10. Patet, quia pacta, & conuentiones etiam à principibus ſeruari debent, quia etiam illos obligant iuſtæ leges.

Vt autem conuenienter reuocatio fiat, neceſſaria eſt cauſa aliqua, argumento cap. ſuggeſtum de decimis, quia non decet principem ſine cauſa mutare voluntatem, quando gratia conceſſa fuit in perpetuum, vt tamen reuocatio teneat, non eſt neceſſaria cauſa, quia illa eſt gratia, quæ ſemper pen-

A det ex voluntate principis, quod in ſimili de abrogatione legis patebit diſp. ſeqq.

Secundò ſuppono, variis modis poſſe priuilegiū reuocari. Primò expreſsis verbis in particulari, & ſpecie, vel per clauſulā generalem non obſtātibus: nā illa regulariter ſufficit, quia genus de ſe cōprehendit ſpecies. Dico regulariter, propter priuilegia in iure contenta, quæ aliud ſpecialius requirunt, vt dicemus: & propter priuilegia quæ in ſuo tenore continent, vt reuocari non poſsint, niſi fiat eorum expreſſa mentio de verbo ad verbum, vel aliquid ſimile: de quibus quomodo, & per quæ verba reuocari valeant, latè tractant Canoniſtæ, Felin. cap. nonnulli de reſcriptis, num. 6. & ſequentibus, Panor. cap. cum inſtantia de cenſibus num. 71

B 5. Azor lib. 5. cap. 22. quæſt. 12. ſumma eſt, quòd per alia verba reflexiua, vt ita dicā, reuocari poſſunt, & ita habet vſus, ſcilicet, vt non obſtante tali, vel tali clauſula reuocata intelligantur, quia non eſt cogendus Pontifex ad inſerenda de verbo ad verbum talia priuilegia, quæ fortaſſe ſcire non poteſt, neç eſt priuandus poteſtate reuocandi illa, quando oportuerit. Ita ſentiunt omnes citati contra Fredericum conſil. 225. qui dixit, per clauſulam illam generalem tale priuilegiū non reuocari, ſed poſteà conſil. 246. ſententiam mutauit.

Secundus modus huius reuocationis eſt tacitus, & quaſi virtualis, qualis eſt in genere loquendo, actus eiuſdem principis priuilegio contrarius 72

C cùm ſcientia eiuſdem priuilegij: colligitur, ex l. idē Vlpian. §. ſunt & alii, ff. de excuſatione tutorum. Vbi Bart. & alij, gloſ. ca. 1. de conſt. in 6. verbo noſcatur, Felin. cap. nonnulli de reſcrip. verbo mentionē, vbi Felinus, & alij: quia in moralibus tacitum æquiparatur expreſſo, & eadem eſt ratio de renūtiatione & reuocatione: renuntiatio autem tacitè fit aliquādo, vt dixi ſuprà eadem Sectione. Huiuſmodi autē principis actus poteſt eſſe vel particularis quoad vnū effectum priuilegij in hoc tēpore, vel in hac actione, vt ſi princeps exigat ſemel tributum à priuilegiato non obſtante allegatione priuilegij, & tunc non reuocatur ſimpliciter, niſi

D expreſsè declaretur, ſed tantùm pro illa vice, vel effectu: vt à fortiori patet ex dictis de renuntiatione, ſeu amiſsione per actum cōtrarium, quia nihil aliud requiritur ad valorem illius actus, & ideò nō eſt extendenda reuocatio, ſed reſtringēda vt odioſa. Hoc autem intellige, quando actus eſt merè particularis, & priuatus: nam ſi ſit prolatio ſententiæ iuridicæ contra priuilegium, ſufficiens eſſe poteſt ad reuocandum totum priuilegium, oportet tamen, vt lata ſit ab eo qui poteſt reuocare: nā ſi ſit lata ab inferiori potiùs cenſebitur iniuſta, ſi priuilegium ſit clarum, cùm ipſe non poſsit cōtra priuilegium diſponere: oportet etiam, vt ſententia detur ex propria ſcientia priuilegij: & ita

E intellecta hæc pars probatur apertè, ex ca. ſuborta de ſententia, & re iudicata, ibi. Si Innocentij priuilegium Alexandro fuit in iudicio præſentatum, & ipſe tulit ſententiam contra illud, intelligitur reuocaſſe. Ratio eſt, quia talis ſententia principis, iuri æquiparatur. Sed de hac re vide, Sect. 15.

Tertiò reuocari ſolent priuilegia per poſteriores leges, vel priuilegia, & quidem ſi in illis addatur clauſula reuocatoria facta mentione priorum priuilegiorum, vel ſpecifica, vel generali, tunc reuocatio non eſt tātùm implicita, ſed expreſſa, & certum eſt ex ſuo genere eſſe modum ſufficientem; ſi 73



Digitized by Google

tamen verba reuocatoria ſint ſufficientia iuxta tenorem alterius priuilegij, ſi fortè habeat clauſulam, vt reuocari nõ poſſit, in quo habet quid principale prius priuilegiũ, ſi iuri ſit inſertum, quia nõ reuocatur per poſterius ob ſolam clauſulam reuocãtem priuilegia, ſed oportet etiã vt reuocet leges, & iura: quia priuilegium inſertum iuri, habet vim legis, & iuris cõmunis: de quo gloſ. l. 3. C. de ſilentiariis, & decurionibus lib. 12. & Iaſon, in l. 1. ff. ſoluto matrimonio gloſſa, & Doctores, auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet. Contingit autem aliquando concedi poſterius priuilegiũ repugnans quidem priori, nullam tamen eius mẽtionem faciens, nec reuocationis, quod etiam per legem poſteriùs conditam euenire ſolet, & tũc eſt magna quæſtio, an poſterius ius, vel priuilegium reuocet primum. Videbitur cuipiam affirmandũ; quia poſterior lex reuocat priorem illi contrariam, vt ſeq. diſp. videbimus: poſterior enim voluntas ſemper efficacior eſt: ibi autem intercedit mutatio voluntatis, ſaltem virtualis: ergo. In contrarium autem eſt ca. veniens de præſcript. vbi expreſsè quoddam priuilegium dicitur non valuiſſe, quia in eo non erat facta mentio alterius præcedentis: quo loco Panor. Felinus & alij multa de hac quæſtione diſputant, gloſ. vltima, & iidẽ Doctores, ca. 1. de reſcriptis, vbi Panorm. num. 14. item Doctores, cap. nonnulli eodem tit. gloſ. 25. quæſt. 2. in principio, Syl. verbo priuilegium, Azor lib. 5. cap. 22. quæſt. 12. & 13. & alij, qui diſtinguunt inter priuilegium generale, & ſpeciale, & quando vtrúmque eſt eiuſdem rationis, vel vnum generale, & aliud ſpeciale: & aliqui eorum multum referre exiſtimant, quòd ſpeciale præcedat, vel ſequatur: item diſtinguunt de contento, vel non contento in iure communi.

*Poſterior voluntas efficacior.*

74 Ego de non contentis in iure communi generalem regulam ſtatuo, poſterius communiter non præualere priori, niſi mentionem illius faciat: ita enim habetur illo c. veniens, & ca. abbatem de reſcriptis, cap. dudum de præben. in 6. & aliis, eſtque communior ſententia. Ratio eſt, quia Pontifex præſumitur conceſsiſſe ſecundum ex ignorantia primi, quãdo illius mentionem non facit, & conſequenter non habuiſſe voluntatem reuocandi illud, quia ignorantia tollet voluntatem. Ratio autem prioris præſumptionis ſumitur ex cap. 1. de conſt. in 6. vbi Põtifex ait, *licet princeps præſumatur ſcire ea, quæ ſunt iuris communis, tamen ignorare poſſe iura, facta & conſuetudines priuatas:* priuilegium autem eſt ius priuatum, & particulare, ideò ignorari creditur, quamdiu illius mentio non fit. Addunt aliqui, poſterius priuilegium cenſetur ſurreptitiũ, quia ſine ſufficienti narratione impetratur. Sicut etiam priuilegia contra ius patriæ, vel contra ſimilem conſuetudinem, non præualent, quia cenſentur cum virtuali deceptione principis obtenta. Sed de hac ratione non curo, quia vt ſuperiùs dixi, narratio diminuta, præſertim ſine dolo facta, non irritat gratiam principis, niſi ſileantur quæ iura dicenda eſſent ad valorem actus: priori rationi inſiſtendum eſt.

Eſt autem hæc regula indubitata apud omnes, quando vtrumque priuilegium generale eſt, vel vtrũque ſpeciale: item quando ſpeciale præceſſit, & poſterius generale eſt, ferè nulla eſt diſſenſio, quia nulla eſt difficultas, & rationes ſuperiores ſunt efficaces.

A Quando verò generale præceſsit, & ſequitur ſpeciale, gloſ. ca. 1. de reſcriptis cenſet ſpeciale non derogare generali, quia ſupponit ius iam acquiſitum, & veriſimile non eſt, principem voluiſſe auferre ius ſemel conceſſum. Oppoſitum eſt probabilius, & communius, & tenent cæteri citati: quia regula generalis in iure eſt, ſpecies derogat generi, ſiuè præcedat, ſiue ſequatur, vt colligitur cap. 1. & ca. paſtoralis de reſcriptis, ca. audiui de officio delegati, & iura ſuperiùs citata expreſsè loquuntur de priuilegio ſpeciali conceſſo poſt generale, quãuis difficile quibuſdam videatur, tunc rationem B reddere, cur princeps non præſumatur etiam tunc conceſsiſſe ſecundum priuilegium ex ignorantia prioris, nihilominus rationem reddunt, quia princeps concedendo generalem fauorem non cenſetur auferre ſibi poteſtatem faciendi aliquam ſpecialem gratiam manente illa generali. Dicendum ergo eſt, priuilegium ſpeciale poſterius derogare generali, etiamſi mẽtionem illius non faciat: quia iura ſunt expreſſa, & potuerunt Pontifices ita explicare conceſſiones ſuas, & eſt ſatis congruum, quia illa propriè non eſt contrarietas voluntatum, ſed eſt quædam exceptio à generali gratia; & poteſtatem ad faciẽdam exceptionẽ, ſemper cenſetur Põtifex ſibi reſeruare: ſed ſi virtute prioris priuilegij generalis acquiſitum eſſet ius in re illa particulari, de qua datur, poſterius ſpeciale non dero- C garet generali, quia non eſt iuſtum, nec veriſimile, principem voluiſſe præiudicium afferre tertiæ perſonę in re iam ſua ſine maiori cauſa, vel cognitione, & examinatione cauſæ: vti docet Panor. eſtque valde conſonans rationi.

De priuilegio inſerto in iure communi doctrina ait, dicendum ſicut de lege, quia eo ipſo tamquam ius commune reputatur; ex quo fundamento ſequuntur tres regulæ: Prima, ſi vtrumq; priuilegium ſit generale, & primum ſit inſertum in corpore iuris, derogatur per poſterius, ſiue ſit, ſiue non ſit inſertum in iure, etiamſi nulla eius mentio fiat. Secunda; idem dicendum eſt, ſi vtrumque ſit D ſpeciale. Tertia, idem dicendum eſt, ſi prius generale, & poſterius ſpeciale ſit: nam quando prius eſt ſpeciale, ſemper poteſt limitare poſterius generale: quia generi per ſpeciem derogatur, etiãſi ſpeciale præcedat, vt ſuperiùs dictum eſt, & dicetur diſp. ſeq. Ratio omnium præcedentium eſt, quia Princeps non ſenſetur ignorare ius commune, c. 1. de conſt. in 6. ſed priuilegium inſertum iuri communi reputatur ius commune, ergo non ſenſetur ignorari, quando conceditur poſterius priuilegiũ: ergo nihil obſtat, quominus præualeat contra illud: nam hoc cenſetur eſſe voluntas Principis, quoties ex certa ſcientia priuilegium concedit: quæ rationaliter procedit, quoties primum eſt in E iure, ſiue poſterius ſit in iure, ſiue non, & ſiue ſit generale, ſiue ſpeciale: Quantum eſt ex hoc cap. & ex contraria ratione, ſequitur, ſi primum non ſit in iure, nihil referre quod poſterius ſit, quando alterius mentionem non facit, quia ſemper præſumitur ignoratum. 75

Contra hanc communem reſolutionem eſt, quod priuilegium non derogat iuri cõmuni, cuius mentionem non facit, vt docet Abbas cap. ex parte de capellis monachorum, referens multos alios, & ſuadetur: quia reſcriptum particulare contra ius nulla facta eius mentione inualidum eſt, cap. reſcripta, 25. quæſt. 2. & eſt l. reſcripta C. de precibus 76

Digitized by Google

precibus Imperatori offerendis: ergo idem eſt de priuilegio, quia ratio facta de ſcientia præſumpta Principis æquè procedit in vtroque: ergo ſi in iure ſcripto non ſufficit, neque in priuilegio ſufficiet, quia priuilegium eſt quid priuatum, & particulare.

77 Reſpondeo, illam ſententiam Panormitani communiter nòn probari, ſed potius credi, priuilegium derogare iuri communi, etiamſi illius mentionem non faciat: quam communem ſententiam latè confirmat Felin. cap. 1. & cap. nonnulli de reſcript. alios referens: & ratio eſt, quia priuilegiũ ad hoc directè datur, vt priuet legẽ cõmuni, & priuatam conferat, ergo non eſt neceſſarium ad hũc effectum, vt faciat mentionem legis. Ad probationem de reſcripto, negatur cõſequentia: nam reſcriptum cum ſit particularis actus, non cenſetur fieri cum tanta conſideratione ſicut lex, & ideò licet princeps ſciat legem, non tamen cenſetur conſideraſſe illam, quando particulare reſcriptum conceſſit contra ius ſine mentione eius: cuius contrarium præſumitur in priuilegio, quia eſt quædam lex.

Ex qua ratione colligitur, prædictas regulas datas maximè procedi in priuilegio perpetuo, quod datur per modum legis, & præcipuè, ſi datum fuerit propter communitatem, & commune bonum: nam priuilegia, & facultates particulares ad vnum actum vel ad breue tempus videntur valde ſimiles reſcriptis particularibus: & ideò ſecũdum aliquos in eis habere poteſt locum ſententia Panor. maximè quando ius, & priuilegium non eſt adeò commune & frequens, vt non poſſit eius inconſideratio præſumi. Ideò maximè in foro conſcientiæ conſiderandum cenſent, vt bona fide in hoc procedatur, ne priuilegium ſit ſurreptitium. Vnde conantur ſoluere aliam obiectionem contra ſuperiorem doctrinam, quia licet Princeps præſumatur ſcire leges communes, non tamen omnia particularia iura, qualia ſemper ſunt priuilegia etiam in corpore iuris inſerta: & augetur difficultas, quia ſic peioris conditionis in hoc eſſet priuilegium inſertum iuri, quàm non inſertum: quod videtur abſurdum.

Reſpondent ad priorem partem, licèt priuilegium quoad primarium effectum per ſe intentum, ſit quid priuatum, tamen quoad obligationem quàm imponit, vt eſt lex, eſſe verum ius, & inſertum in corpore iuris, fieri ius commune, ideoque de illo etiam præſumi ſcientiam in principe.

Ad alteram partem reſpondent, ſecundùm quid, & quoad aliquid, illud non eſſe incõueniens, quia illud naſcitur ex diuerſa natura priuilegij, vt ſic, & iuris communis. Neque id repugnare dictis, quia aliud eſt agere de reuocatione priuilegiorum, per quam non reuocatur ius cõmune, ſed potius ſtabilitur, & ideò diximus (inquiunt) ſub illa non comprehendi priuilegium iuri inſertum, niſi ſpecificetur, nunc verò agimus de derogatione iuris communis, ſub quo tale priuilegium comprehenditur.

## SECTIO XV.

*Quo pacto priuilegium per ſententiam iudicis amittatur.*

AZor lib. 5. cap. 22. quæſt. 9. reſpondet in ca. ſuborta de ſent. & re iudicata ad finem ſic haberi, *Si præfati Innocentij priuilegium Alexandro fuit in iudicio præſentatum, & ipſe tulit ſententiam contra illud, intelligitur reprobaſſe*: vbi gloſſa ait, inſtrumentũ dicitur reprobatum eo ipſo quòd cùm iudici oſtenditur, cõtrarium iudicat, ſic etiam teſtis reprobatur eo ipſo quòd iudex contra eum iudicat, & quæſtio falſi eò ipſo intelligitur reprobata, quòd iudex contrarium iudicat. Hæc ibi gloſ. Pari ratione, ſi priuilegium in iudicio fuerit Principi exhibitum, & nihilominus contrariam ſententiam tulerit, cenſetur excluſum. Hæc Azor: quæ tamen ſolùm procedunt in foro externo, cui non debemus in conſcientia conformari, ſi certum ſit erroneam ſententiam fuiſſe ex ignorantia, vel iudicis, aut quia ſic iudicauit ſecũdùm allegata, & probata, non ſecundùm rei veritatem. Egimus autem hìc de iſto modo defitionis, quia eſt genus quoddam reuocationis, de qua actũ eſt ſect. præcedenti. Vide alia, Sect. 14. in 2. modo reuocandi priuilegium. 78

## SECTIO XVI.

*Quot modis priuilegium irritum reddatur.*

DE hac quæſtione gloſſa, 25. quæſt. 2. in principio, Sylueſt. priuilegium, quæſt. 10. Azor lib. 5. ca. 22. qu. 12. qui reſpondet multis; primò, ſi per ſurreptionem fuerit impetratum, nimirum quando impetratio falſam cauſſam ſuggerit, ob quam tanquam veram priuilegium cõceditur, ca. literis de reſcriptis. Secundò, ſi priuilegium ſit contra conſtitutionem, & de ea nulla fiat mentio, vt colligi poteſt ex cap. conſtitutus de reſcriptis. Idem iuris eſt, ſi ſit contra conſuetudinem, de qua mentio non fiat, ca. 1. de conſt. in 6. idem etiam eſt, ſi ſit contra ſentẽtiam latam, de qua nulla facta ſit mentio, cap. inter dilectos de fide inſtrumentorum. Tertiò, ſi ſecundum priuilegium ſpeciale ſit contra primum, aliud ſpeciale impetratum non valet, ſi de primo non ſit facta mentio. Vnde primum ſuam vim retinet. Si verò in ſecundo fiat primi mentio, valet ſecundum, non primum, cap. cæterum, & cap. cum ordinem de reſcriptis, cap. inter monaſterium de ſent. & re iudicata. Sed quid, ſi primum ſit generale, & ſecundum ſpeciale? Reſpõdeo cum Hoſtien. quem citat & ſequitur Syl. contra aliquos alios valere ſecundum, etiam nulla facta mentione priuilegij generalis, quia ſpeciale priuilegium, & mandatum derogat generali, cap. 1. & ca. paſtoralis de reſcriptis, c. ſtuduiſti de officio delegati. Et ſimiliter ſpeciale mandatum, ſeu priuilegium non tollitur per generale ſubſequens, niſi de eo mentionem fecerit, ca. cum ordinem, ca. abbatem de reſcriptis: nam ſemper ſpecies derogat generi, ſiue præcedat, ſiue ſequatur: gloſſa tamen, ca. 1. de reſcriptis, vniuerſè docet, priuilegium primum valere, quoties ſecundum mentionem non fecerit: & probat, ex ca. veniens de præſcriptionibus. Oppoſitum docet Panorm. cap. 1. de reſcriptis, num. 14. Itaque ſemper primum priuilegium, cuius mentio in ſecundo non fit, irritat primum, niſi ſecundum ſit ſpe- 79



Digitized by Google

ciale,& primnm generale, vt Sect. 14. in ſecundo modo reuocationis vberius explicuimus. Quartò; priuilegium eſt irritum, quando eſt contrarium priori habenti clauſulam, vt reuocari non poſſit,niſi facta eius mentione,ſi in ſecundo nulla eius mentio facta eſt, nec adhibita clauſula generalis non obſtantibus quibuſcumque aliis priuilegiis,etiam ſi eorum mentio fieri,& tenor exprimi debet.

## SECTIO XVII.

*Quando Reuocatio priuilegij effectum habere incipiat.*

80 Videtur enim,ſtatim ac Princeps mutat voluntatem, & facit reuocationem, habere ſuum effectum, quia effectus reuocationis pendet ex ſola voluntate Principis.

In contrarium eſt, quia ex hoc multa ſequentur incommoda, præſertim ſi valor actionis pendeat ex priuilegio, & maximè ſi pertineat ad bonum animæ,vt in abſolutione ſacramentali.

1. opinio. Quidam dicunt, ſi reuocatio fiat per modum legis, certum eſt, non habere effectum ante promulgationem, quia ſequitur naturam legis; & addunt aliqui,ſtatim à die promulgationis habere effectum, vt Francus cap. ex parte de conceſſione præbendæ ex l. vlt. C. de decurionib. lib. 10 ibi, *ex die, quo promulgata eſt,vires ſuas obtinente*.alij verò dicunt illam legem potius loqui de conceſſione priuilegij, quæ per legem fit. vt ibi Bart. & alij interpretantur,eſſe autem fauorabiliorem conceſſionem quàm reuocationẽ, ideo non poſſe ex illa ſumi argumẽtum præterquã quòd licet lex dicat à die promulgationis poſſit cõmodè intelligi ſecũdũ alia iura. Quocirca in priuilegiis ſecularib. ſeu ciuilibus ſeruanda eſt ſuprà poſita regula,vt reuocatio non properetur, niſi poſt duos menſes à die promulgationis,Batt.ſupra,& omnes ſtatim referendi. Probatur, quia nil ſpeciale in hoc diſponit ius ciuile; ergo ſtandum eſt regulæ generali.Idem patet ex dictis ſuprà de lege irritante: eſt enim eadem ratio: in canonicis autem ſeu Apoſtolicis priuilegiis quidam requirunt promulgationem in ſingulis diœceſibus,Soto.1. Iuſt. quæſt.1. art.4. Medina 1.2. quæſt.90.art.4.poſt 5.concluſionem: de quibus ſunt qui dicant, non habere fundamentum, vt dixere ſuprà de lege irritante, de qua eadem eſt ratio quantum ad hoc.Alij dicunt,à die quo fit Romæ reuocatio priuilegiorũ, ſuam amittere vim, & quamuis ignorantes excuſantur, tamen nullum conſequi effectum, qui à priuilegio pendeat. Sed hoc eſt nimis rigoroſum, & fundari non poteſt, & inde ſequerentur multa incommoda,quæ non eſt veriſimile permitti à Pontificibus, ex quorum voluntate hoc pendet. Vnde alij dicunt, certũ eſt ad hunc effectum ſufficere quidem vnam promulgationem Romæ factam, requiri tamen vt minimum ordinarium tempus ad promulgationem legis requiſitum, & ita ſentiunt Panorm. Felin. & alij cap.2.de conſt.

Alij verò addunt, etiam poſt illud tempus non reuocari priuilegium circa ſingulas perſonas, donec ad earum notitiam veniat reuocatio: ad quod faciunt multa, quæ adducit Felin. ſuprà num. 7.& quod dixit Cardin.conſil.5. de officio deleg. valere geſta per legatum,donec ſciat reuocationem,& quod communiter ſummiſtæ dicunt verbo indulgentia,non reuocari indulgentiam reſpectu vnius cuiuſcumque, donec ſciat reuocationem : ſentit etiam Anchar. capit. quia cunctis de conceſſione præbendæ in 6.& alios refert Suarez,tom.4. diſp. vlt. Sect.2.Sed ibi dixit,hoc ſolùm fundari in quadam pietate,& probabili præſumptione voluntatis Pontificis:ideò incertam rem eſſe,maximè cum lex irritans habeat ſuum effectum poſt ſufficiens tempus promulgationis etiam in ignorante : quapropter quoad priuilegia generalia, & perpetua quæ per modum legis conceduntur, probabilius cenſet, ſequi quoad hoc conditionem, & modum legis irritantis ob rationem factam, quãuis probabile exiſtimet quoad effectus, qui pendent ex iuriſdictione Eccleſiæ, & fiunt bona fide titulo priuilegij, cuius reuocatio inuincibiliter ignoratur, Eccleſiam ſupplere iuriſdictionem,vt vitentur incõmoda, quæ poſſent ſequi : nam hoc etiam eſt iuri conſentaneum iuxta,l.Barbatius, ff. de officio prætoris. At verò in priuilegiis particularibus, in quibus publica promulgatio neceſſaria non eſt, valde probabile cenſet,non reuocari, donec ſciatur reuocatio ab ipſis priuilegiatis, quia nulla alia certa regula poteſt prudenter aſſignari. Et ad hoc faciunt, quæ de indulgentiis dixit Suarez eodem loco.

Azor lib. 5. ca.12.qu.7.ait ex communi ſententia priuilegium perſonæ, ſi reuocetur à principe, tunc finiri, cùm reuocatio peruenit ad notitiam priuilegiarij: pro qua citat Sotum, & Medinam ſuprà, quod & ipſe approbat. Vnde infert, ſi quis priuilegio eligendi confeſſarium, confeſſarium elegit,à quo abſolutus eſt, antequam ſciret priuilegium eſſe reuocatum,non debere iterum peccata confiteri, quia confeſſio fuit valida virtute priuilegij. Hoc tamen,inquit,intelligitur,niſi Princeps velit priuilegium eſſe abrogatum ſtatim ab eo tempore,quo ipſe reuocat,vel à certo tempore elapſo,vel ab eo die,quo reuocatio priuilegij fuerit publicè promulgata. Addit, reuocatio indulgentiarum antequàm veniat in notitiam eorum, quibus conceſſæ fuerant, non nocet, Geminianus capite 1.de conceſſ. præbend. in 6. Sylueſt.indulgentia, quæſtion. 5. verſ. 8. Soto, & Medina ſuprà. 81 2. opinio.

Porrò ſi priuilegium ſit conceſſum vniuerſitati,Collegio, vel cuilibet alteri communitati, ſatis eſt, ſi ipſa communitas certior fiat de reuocatione priuilegij, non eſt neceſſe vt ſinguli fiant certiores. Si Priuilegium datum fuerit prouinciæ, ciuitati,parochiæ, vel alteri loco, ſatis eſt ſi reuocatio promulgetur in prouincia, ciuitate, parochia, vel loco : etiamſi priuilegium fuerit perſonale, communiter corporale, vel perſonale ſingulariter, & communiter, ſatis eſt, ſi reuocatio ita promulgetur, vt nota ſit ipſi corpori communitatis, vel ordini, dignitati, vel ſtatui : non oportet, vt ſingulis denuntietur. At quando priuilegium eſt certæ perſonæ datum ſingulariter tantùm, oportet, vt reuocatio ipſi nota ſit, & ipſi nuntietur. Hæc Azor.

Mihi

Digitized by Google

*3. opin. Authores.*

*Attendenda eſt voluntas, & poteſtas principis ad reuocationem priuilegij.*

82 Mihi videtur in his attendendam & poteſtatem, & voluntatem Principis, non enim poteſt reuocari licitè nec validè priuilegium, eo modo, quo omnibus penſatis cedat in commune detrimentum, aut in particulare detrimentum ſine vlla exigentia boni communis, in quo euentu ſimpliciter eſt damnum communitatis, licet non in ſingulis, aut multis, aut plurib. eius partibus: Nullam autem poteſtatem habet ſimpliciter in damnum communitatis. Quando autem attentis omnibus circunſtantiis non poteſt licitè, aut validè reuocare priuilegium, antequàm reuocatio promulgetur in ſingulis prouinciis, vel locis, vel antequàm deueniat ad cuiuſque notitiam, non eſt credendum velle eo modo reuocare, ſed quamuis vellet, reuocatio eſſet nulla, & quamuis interdum poſſet ſic reuocare, ſi minus expediat, non eſt credendum id velle, niſi ſatis ſe explicet, quia ſi aliud non conſtat moraliter, ſemper putare debemus id A velle, quod magis expedit. Hinc reuocatio priuilegij eligendi confeſſarium non eſt cenſenda valida, niſi innoteſcat ſingulis priuilegiatis, vel ſaltem poſſit facilè innoteſcere, quia ſic modica neceſſitate cogerentur homines priuilegiati eadem peccata ſæpius confiteri, quod eſſet duriſſimum: quæ enim poteſt eſſe neceſſitas ad talem coactionem per priuilegij ignotam, ſeu non cognoſcibilem reuocationem faciendam? Similiter quia nulla neceſſitas eſſe poteſt reuocandi indulgentias validè conceſſas cùm certis conditionibus, & diligentiis piis obtinendas, & reuocatio per ſe eſſet incommoda, non ſolùm quia homines indulgentiis priuarentur, ſed quia veluti illuderentur ſpe indulgentiarum pia opera inutiliter exercentes, B reuocatio eſſet nulla, niſi ſingulis innoteſceret, aut communiter poſſet innoteſcere: & ſimiliter de aliis, attenta poteſtate, & voluntate Principis iudicandum eſt.

DISP.

# DISPVT. DECIMAOCTAVA

## DE ABROGATIONE SEV REVOCATIONE, VNIVS LEGIS PER ALIAM.

### Quæſtio nonageſimaſeptima, de legum mutatione.

Art. 1. *Vtrùm lex humana debeat mutari aliquo modo.*
Art. 2. *Vtrùm ſemper ſit mutanda, quando occurrit aliquid melius.*
Art. 3. *Vtrùm conſuetudo poſſit obtinere vim legis.*
Art. 4. *Vtrùm vſus legis humanæ per diſpẽſationem Rectorum immutari debeat.*

### PRÆFATIO. A

1 DE hac re vide D. Thomam, & alios, qu.97. Azor.tom.1. lib.5. cap.16.& tom.2. lib.5. cap. quæſt. 4. vſque ad 7. Vazq.diſp.178.cap.1.

Nota, mutationem legis duplicem eſſe, vnam in qua totaliter deſinit: aliã in qua ex parte totalis deſitio eſſe poteſt, vel, quia redditur iniuſta omninò, vel quia toti illi aduerſatur cõſuetudo, aut alia lex, & in his duobus vltimis caſibus dicitur abrogari, & reuocari, & de reuocatione
B & abrogatione per cõſuetudinem agemus diſp. de conſuetudine. Partialis deſitio etiam eſſe poteſt, vel per partialem mutationem naturæ ſufficientem ad reddẽdam illam ex parte iniuſtam, vel per priuilegium: de quo egi diſp. præcedenti; vel per diſpenſationem, de qua dicam inferius. Nunc ergo, ſolum diſſerimus de abrogatione legis, quæ conſiſtit in mutatione eius totali, ſaltem ex parte ſubditorum, ita vt neminem obliget ad id, ad quod anteà obligabat: ſi enim ſolùm reſtringatur in ordine ad actus, vel circumſtantias aliquas, comprehenſis tamen omnibus perſonis non dicitur diſpenſari, ſed reſtringi, & in parte abrogari, & reuocari. Hæc autem legis mutatio abrogatio dici-
C tur, quia olim apud Romanos leges fiebant per populi rogationem, & tollebantur per abrogationem: ſolent autem aliqui diſtinguere inter irritationem, & abrogationem legis, ſed loquendo de irritatione conſequenti, quod ad nos attinet, perinde ſe habẽt: nam irritatio dicitur, quãdo lex tollitur authoritate, & volũtate ſuperioris Principis licet ſit poſita ab inferiori: abrogatur autẽ quando ab eodem, vel æquali tollitur: quoad reliqua verò abrogatio & irritatio non differũt, & in l.derogatur, ff.de regulis iuris, & l.derogatur, 102.ff.de ver. ſig. derogatio diſtinguitur ab abrogatione: nam abrogatur lex quando tota tollitur, derogatur verò legi, quando pars detrahitur per diſpenſationẽ,
D vel priuilegium, de quibus modò non agimus, ſed de abrogatione & reuocatione per aliam legem. De hac re aliquid etiam habes diſputatione 20. Sect. 1.

### SECTIO PRIMA.

*Vtrum lex humana poſſit, & debeat aliquando abrogari: & an abrogatio facta ſine cauſa valida ſit.*

DIco primò, legem humanam poſſe abrogari, quia res per quas cauſſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de reg.iur.in 6. oritur verò lex humana ex voluntate humana: ergo per humanam volũtatem variari, ſeu abrogari poteſt, ſiue verſetur circa materiam ſupererogationis, in quo caſu res eſt euidentior, ſiue circa materiam intrinſecè malam prohibendo illam, ſiue circa intrinſecè neceſſariam ipſam præcipiendo. 2

*1. Con. Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur.*

Dico ſecundò, ſæpe eſt vtile, & expediens, legem reuocari, vt docet D.Thomas, quæſt.97.art.1. & 2. Vazquez, diſp.178.cap. 1. Valent. diſt. 7. qu. punct. 7. & Ariſtot. 2. polit. cap. 6. vbi, inquit, in ciuili ratione non poſſe omnia ita accuratè ſcribi, vt in dies non creſcat ciuilis ratio, ſicut cæteræ diſciplinæ, & Aug. 1. de lib. arb. cap. 6. ait, legem, etiam iuſtam, poſſe per tempora iuſtè mutari, quia mutata Rep. & moribus illius, legem quoque mutari neceſſe eſt. Innoc. III. in Concilio Later. & refertur cap. non debet, de conſang. & affin. Non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quoque varientur humana; præſertim cum vrgens neceſsitas, vel euidens vtilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex iis, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, quædam etiam mutauit in nouo. Ratio eſt, quia vt lex ſit vtilis, iuſta, & vera, debet eſſe in publicam vtilitatem conſideratis locis, temporibus, & aliis circũſtantiis, ſed res non manent ſemper in eodem ſtatu; ergo leges mutari debent, quod latè confirmat Couar. cap. alma mater parte 2. initio affirmans, de hac re nemini dubium eſſe. Dices, ſi lex ſit noxia, vel inutilis bono publico, iam ex ſe deſinit eſſe lex & obligare: ergo non indiget abrogatione: ſi autem adhuc manet vtilis, non rectè mutatur: ergo nũquam oportet leges abrogare. Reſpõdeo, etiam cum ſit noxia, vel inutilis Reip. abrogari debet, quia non omnes poſſunt, nec debent de hoc iudicare, & poſſunt eſſe variæ ſententię, ideo Princeps debet interponere ſuã auctoritatem, & legẽ noxiã aut inutilem abrogare, præſertim ſi nec ipſi eſſet perſpicuum,

Digitized by Google

perſpicuum, omnibus penſatis eſſe noxiam, & inutilem, eo quòd ſæpe contingit, quod vna ratione eſt noxium, vel inutile, alia ratione eſſe bonum, & vtile. Adde etiã quando lex omnibus penſatis eſt, & manifeſtè iudicatur vtilis, poſſe licitè abrogari: quia ſicut nos non tenemur ſemper facere quod melius eſt ſimpliciter, & omnibus penſatis, ita nec Princeps tenetur ferre, vel conſeruare omnes leges, quæ ſimpliciter, & omnibus penſatis ſint vtiles, maximè ſi quamuis quęlibet per ſe eſſet vtilis, tamen multitudo earum eſſet noxia, aut minus vtilis eo quòd nimis grauaret Remp.

3. *Con.* Dico tertiò, reuocare legem ſine iuſta cauſa peccatum eſſe: docet D. Thom. illo art. 2. Valent. ſuprà Vazquez, illo cap. 1. Couat. in pract. cap. 31. Sumitur ex cap. non debet de conſang. & affin. & ex cap. alma mater de ſententia excom. in 6. & ex l. 2. ff. de conſt. princip. vbi vrgens neceſſitas, vel magna vtilitas poſtulatur. Vnde Cælius, li. 10. lect. antiq. c. 10. & Rebuf. in procem. regal. conſt. gloſ. 1. n. 11. lex, quæ Prothei modo formã euariat, neutiquam lex dicenda eſt. Et apud Locrenſes qui legis mutationem petebat, laqueo collo circumducto id faceret oportebat, & ſi viſum non eſſet mutationem fieri, laqueo protinus ſtrangulabatur: vt refert Ferra. §. ſed naturalia, inſtit. de iure nat.

Ratio verò eſt, quia frequẽti mutatione vileſcere ſolent leges, & legiſlatores, & multa incommoda ſequi in ſubditis, qui in futurum multa habent diſpoſita, & præparata iuxta leges ipſas, quæ pereũt, ſi leges mutentur, vt verbi gratia, ſi nunc vno breuiario, nunc alio officium dicere cogamur, fiunt magni ſumptus in emendis breuiariis: & ſic de ſimilibus, & præſertim hoc accidit in legibus, quæ circa contractus verſantur, & in pragmaticis veſtium. Deinde quia poſtquam leges conſuetudine firmatæ ſunt, non facile eſt ab illis recedere, quia conſuetudo vertitur in naturam, & ideo leges debent moribus, & cõſuetudinibus honeſtis eſſe accommodatæ quantùm fieri poſſit. Deinde ſicut lex non debet poni niſi ob cõmune bonum, ita expedit, vt propter illud ſolùm reuocetur, quia vterq; eſt actus publicæ poteſtatis, & iuriſdictionis, quæ ad commune bonum ordinatur: præterea vel lex erat rationabilis, & vtilis, & in eodem ſtatu permanebat, vel non; ſi primum, irrationabiliter, aut minus rationabiliter tollitur: quia ablatio illa eſt contra commune bonum, vel minus conſentanea illi. Si ſecundum, iam intercedit cauſa iuſta ad legem tollendam: loquimur autem de cauſa vera, vel exiſtimata: non enim ſemper legiſlator veras cauſas legis ponendæ vel auferendæ aſſequitur propter imperfectionem intellectus humani.

*Conſuetudo vertitur in naturam.*

Cauſa iuſta eſt, ſi lex potiùs afferat damnum, quàm vtilitatem, vt declarat lex 8. tit. 1. partit. 1. *Nam ſi lex, inquit, boni & mali cauſa ſit, ſed maioris mali, quàm boni, curandum eſt, vtille mali exceſſus tollatur: ſi verò id fieri nequeat, abroganda lex eſt: vt ſi malum ſit violari à pluribus, auferri debet malum hoc punitione, aut alia ratione: ſed ſi exceſſus mali remoueri non poſſit, reuocanda erit lex.* Addit autem Sotus 1. Iuſt. quæſt. 7. ar. 1. ſummum Pontificem errare non poſſe in abrogandis legibus canonicis ſine iuſta cauſa, quando leges illæ neceſſariæ ſunt populo Chriſtiano, quia non poteſt errare in iis, quæ ad fidem, vel mores pertinent, quod eſt piè & prudẽter dictum quantùm ad leges quaſi fundamentales, & maximè neceſſarias, & ſimpliciter errare nõ poteſt in ferendis legibus eas ſua definitione approbando, aut reprobando: poteſt tamen aliquando eſſe exceſſus in multitudine legum, quia hoc pendet ex prudentia humana in particulari iudicãte, & ſimiliter poſſet lex aliqua inutilis, & noxia poni, & vtilis tolli, & numerus legum nimis diminui: numquam tamen Deus permittit id fieri cũ notabili Eccleſiæ detrimento.

Quartò dico, reuocationem legis humanæ etiãſi fiat abſque legitima cauſa, & ratione, validam eſſe, 5 4. *Con.*
ita vt ſubditus iam non peccet, ſi contra illã agat. Ita Vazquez ſuprà & communiter recentiores: Probatur, quia lex pendet ex voluntate Principis, quæ tollitur per voluntariam abrogationem, ergo iam lex non manet. Dices, voluntas ponendi legem, ſine iuſta cauſa, non efficit legem validam: ergo nec voluntas tollendi legem, ſine iuſta cauſa, efficiet legem nullam. Negatur conſequẽtia: quia facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere, tollere quã ponere: nam ſi impoſitio ſit mala, aut erit de materia, cui repugnet obligatio legis humanę, vt ſi ſit de re iniqua, aut certè erit de materia, quæ excedat poteſtatem legiſlatoris, ſine qua vera lex eſſe non poteſt. Ad auferẽdam autem obligationem reſultãtem ex lege humana non poteſt impedire materia, quia quãtùmcumque ſit mala, poteſt non prohiberi lege humana, & quantumcumque ſit neceſſaria poteſt non præcipi, aut præceptum de ea datum retractari: nullum autem præceptum retractatum obligat. Hinc etiam ponendo legem iniuſtam peccatur contra iuſtitiam commutatiuam in ſubditos; tollendo autem legem vtilem ſine cauſa ſolùm peccatur contra iuſtitiam legalem, niſi ex pacto cum Rep. inito teneatur leges bonas ferre, & conſeruare, aut niſi lex aliqua eſſet medium neceſſarium ad id, quod ex iuſtitia facere teneatur.

*Facilius eſt deſtruere, quã conſtruere.*

Quintò dico, quando Princeps ſine cauſa abſtulit legem Reip. neceſſariam, tenetur iterum illam ferre, ſi exiſtimat vtilitatem amiſſam recuperari 4 5. *Con.*
poſſe, ſeu eoſdem fructus, qui anteà ex eã colligebantur, poſteà excerpi poſſe ſine nouis incommodis.

Sextò dico, variis modis poſſe legem abrogari, ſcilicet vel purè reuocando illã, vel inducẽdo obligationem oppoſitã ſcilicet ad faciẽdum quod lex prohibebat, vel ad faciendum oppoſitum eius, quod præcipiebat, videlicet, vel contrariè, vel contradictoriè oppoſitum, vel incompatibile: iſte ſecundus modus maiores cauſas requirit, quia tollit veterem obligationem, & nouam inducit, & quantùm ad hanc nouam ſi cauſæ non ſint ſufficientes, lex eſt nulla, & inualida. Priori modo reuocatio fit formaliter, & explicitè: poſteriori modò, ſæpe tantùm virtute, & explicitè, nempe præcipiendo actum incompatibilem, aut pugnantem cum actu per priorem legem pręcepto, nulla facta præcedentis legis mentione in ſpecie, neque in genere per clauſulam generalem reuocatoriam: de quo abrogationis modo differemus latè in ſequentibus. 6. *Con.*

Septimò dico, iuxta cap. 1. de conſt. in 6. Vazq. ſup. & omnes Doct. ad reuocandas conſtitutiones, & conſuetudines particulares locorum, & cõgregationum particularium, non ſufficere legem aliquam vniuerſalem illis contrariam edere: ſed neceſſarium eſt, addere particulam, non obſtantibus, &c. 7. *Con.*

Digitized by Google

&c. Cùm tamen ad reuocandam legem vniuerſalem ſatis ſit edere legem contrariam, quia cum Princeps notitiam non habeat omnium legum particularium, non cenſetur illas abrogare, niſi id exprimat: quæ ratio aſſignatur eo cap. & quia lex vniuerſalis, & particularis non ſunt omninò contrariæ, neque habent cauſas omninò contrarias: nam propter rationes particulares locorum, & cōgregationum aliquando illis conuenit particularis lex diuerſa à generali, quæ propter generales cauſas lata eſt.

## SECTIO II.

*Quando reuocatio legis ſuum effectum habere incipiat.*

5 RESpondeo, quoties reuocatio fit inducendo nouam obligationem repugnantem priori, neceſſaria eſt promulgatio, & lapſus temporis duorum menſium à die promulgationis: non verò particularis notitia, eodem prorſus modo, quo dictum eſt de lege in ſuperioribus quoad obligationem, & alios effectus; quia lex non tollit priorem obligationem niſi inducendo propriam: propriam autem non poteſt inducere, niſi eo modo, vt patet ex ſuperius dictis de promulgatione legis; ergo neque aliam tollere. Ideò quando in particulari ignoratur, eo modo quo inducit obligationem ſuam relinquendo excuſationem ratione ignorantiæ, ita excludit in re veram obligationem prioris legis: relinquit nihilominus illam ex conſcientia erronea. Quando verò reuocatio fit per ſolam ablationem obligationis, dubium maius eſt, an requiratur promulgatio: quia tunc non fertur noua lex, ſed tantùm tollitur prior: promulgatio autem ſolum videtur neceſſaria in lege ferenda: item tunc non inducitur obligatio noua: ergo non requiritur ſolennis propoſitio. Dices, etiam ad obligationem tollēdam eſſe neceſſariam publicam notitiam. Reſpondeo, hanc poſſe comparari per ſolam famam, & traditionem: & quamuis, demus ad prouidentiam Principis pertinere publicationem aliquam facere, nō erit tamen neceſſarium expectare illam, vt tollatur obligatio: ſed quàprimum aliquis priuatim nouit Principem fuiſſe decretum de reuocatione, poterit non ſeruare legem, ita vt in hoc ſit differentia inter inducendam obligationem, & remouendam.

6 Nihilominus aliqui probabilius cenſent, legem non cēſeri reuocatam, nec ceſſare eius obligationē, donec ipſamet reuocatio promulgata, & ſufficiēter diuulgata ſit: primò, quia ſi propter propriā priuatam notitiam incipiat lex non ſeruari, ſequētur ſcandala. Vnde voluntas Principis non eſt, vt lex intelligatur ablata, donec voluntas ſua conuenienti, & proportionato modo ſit propoſita. Secundò, quia ſæpe contingit poſt factum decretum mutari: ergo non expedit per illud tolli obligationem, donec per promulgationem quaſi ſtabilitum ſit, quæ ratio magis conuincit de promulgatione, quàm de diuulgatione: ideò pars illa certior iſtis videtur: nihilominus etiam altera illis videtur probanda propter alias rationes, & vt ſeruetur debita, & moralis proportio: nam reuocatio legis reuera habet naturā legis, & eſt quaſi priuatio, quæ reducitur ad genus ſui poſitiui, & vt ſit propria requirit materiam aptam cum conditionibus requiſitis ad contrariam formam.

Ego verò valde probabile exiſtimo, ſi Princeps 7
velit, vt ſtatim liceat facere cōtra legē iis, ad quos eius volūtas deuenerit, licitū illis eſſe ſine vlla alia promulgatione, modò detur opera, vt ſtatim etiā ad aliorū notitiā reuocatio deueniat, vt inter ſubditos ſit quoad hoc notabilis inæqualitas. Hanc enim inæqualitatem non poteſt iuſtè legiſlator inducere, vt quidam teneantur, & alij, in quibus eadem eſt ratio, non teneantur lege: curare autem & Principes & ſubditi, qui initio contra legem operantur, debent, vt id ſine ſcandalo fiat, vel operando ſecretò, vel perſuadendo iis, qui viderint, legem non ſeruari, iam reuocatam eſſe.

## SECTIO III.

*Quiſnam poſſit legem reuocare.*

RESpondeo, legem reuocari poſſe ab eo, 8
qui illam tulit, & à ſuperiore, & à ſucceſſore: non verò ab inferiori, vt dixi de priuilegiis. Omnia conſtāt ex iuriſdictione neceſſaria ad hanc reuocationem; ſed nota cum Vazq. d. 178. nu. 3. legiſlatorem non poſſe prohibere, ne Princeps ſucceſſor legem mutet, quia par in parem non habet imperium, & eadem ratione Concilium generale cum Pontifice non poteſt prohibere eidem Pontifici, vel ſucceſſori, ne legem aliquam abroget, vel in totum, vel in parte; ſcilicet diſpenſando. Vnde Pontifex poteſt diſpenſare in lege Concilij generalis, etiam ab ipſo, vel alio Pōtifice confirmata; vt docet Vazq. ſuprà, c. 2. nu. 15. cum Couarruuia, 2. part. de matrim. cap. 6. §. 9. n. 6. & Turrec. 3. de Eccleſ. cap. 52. & 53. & paſſim alij.

*Par in parem non habet imperium.*

## SECTIO IIII.

*An lex Canonica poſſit ciuilem abrogare.*

RESpondeo, duobus modis poſſe id fieri: 9
primo, quando lex ciuilis diſponit de materia, quæ licet vno titulo videatur tēporalis, alio ſpiritualis effecta eſt, vt eſt matrimoniū, & teſtamentum, quatenus cōtinet cauſas pias, & ſimilia. Secundo, quando lex ciuilis eſt aliquomodò contra bonos mores, & ita ſunt multæ leges Canonicæ reuocantes ciuiles aliquo ex his titulis, quas nunc referre non expedit: pertinent enim ad particulares materias; eas verò colligit Azor tom. 1. lib. 5. cap. 20. quem non oportet tranſcribere.

## SECTIO V.

*An lex, vel ſtatutum factum ab inferiori, & confirmatum à ſuperiori poſſit poſteà abrogari ab inferiore conſenſu ſuperioris non expectato.*

VIdetur enim nō poſſe, quia illa noſtra facimus, quib. auctoritatem impertimur, dixit Pontifex, ca. ſi Apoſtolicæ de præbend. in 6. & facit, c. pro illorum, & ca. dilectum de præbendis: ergo ſtatutum confirmatum auctoritate Apoſtolica Apoſtolicum factum eſt: ergo non poteſt 10

*Illa noſtra facimus, quibus auctoritatem impertimur.*

Digitized by Google

poteſt ab inferiori reuocari: Confirmatur,per cõſiderationem illam conſtitutum eſt ius publicum, cui non poſſunt priuati derogare, l. ius publicum, ff. de pactis, cap. ſi diligenti de foro competenti.

In contrarium eſt,quia interdum legimus in iure ſtatuta facta ab inferiori, & confirmata à Pontifice, poſſe validè tolli ex cõſenſu eorum,qui ſtatutum fecerũt: ita habetur cap.cum acceſſiſſent de conſtit.& cap.dilecto de præbendis. Solùm negatur id fieri poſſe, quando in confirmatione Apoſtolica expreſsè additur, *quidquid in contrarium fiat, irritum fore:* ergo confirmatio Apoſtolica per ſe non tollit illam poteſtatem.Sic etiam in l. omnium, C. de teſtam. dicitur teſtamentum confirmatum ab Imperatore, poſſe reuocari à conditore. Vnde ſumitur ratio, quia hæc confirmatio ſolùm eſt quaſi conditio, vel ſolennitas adiecta tali actui, quæ non immutat naturam eius, nec deſtruit illum: ergo relinquit illum cum eadem dependentia à proximo cõditore,quia Pontifex non intendit ponere talem legem, niſi ſuppoſita volũtate proximi legiſlatoris: vnde talis confirmatio ratio eſſe videtur, non coactio reſpectu eorum, quibus conceditur: ergo poſſunt illi renuntiare, & legem abrogare. De hoc diſputant Canoniſtæ ca.cum dilecto,& cap.cum acceſſiſſent, iam citatis,præſertim Panorm. qui refert Bart. in l.omnes populi, ff. de iuſt.& iure, negantem poſſe tale ſtatutum reuocari ab inferioribus eius conditoribus, & Baldum,d.l.omnium,C.de teſtam. affirmantem contrarium:ipſe verò ait,vel ſtatutum pertinet ſolum ad vtilitatem, & commodum auctorum eius, & tunc poteſt ab eis reuocari: talis eſt caſus dict. cap.cum acceſſiſſent, vel ſtatutum pertinet ad publicum bonum aliorum, pro quibus cõditum eſt, & tunc nequit reuocari, niſi auctoritate ſuperioris, à quo confirmatum eſt: quæ diſtinctio eſt cõmuniter approbata per Doctores eiſdem locis, & ſummiſtas verbo lex, Nauar.conſil. 8. conſtit.

11 Vtrique membro aliqui addunt aliquid, dicentes, primum eſſe quidem verum, quando ex vi materiæ, & quaſi ordinario iure: nihilominus ſi Pontifex addat illa verba irritantia, *quidquid in contrarium factum fuerit, ſit irritum*, tale ſtatutum fieri irreuocabile, niſi auctoritate Pontificis: ita enim habetur, cap. dilecto, vbi ſtatutum, de quo ſermo eſt, ſine dubio erat fauorabile iis, qui confirmationem petierant.

Ratio verò eſt, quia poteſt Pontifex plus concedere,quàm petatur,& velle,vt illamet commoditas,& vtilitas per legem ſuam factam ſtabiliatur, quia ad ipſum, vt ad ſupremum gubernatorem pertinet perſpicere commodis talium communitatum.

In ſecundo autem membro inquiunt, licet fortaſſe ex vi materiæ illa ſit ordinaria intentio Pontificis confirmantis: nihilominus per ſe id non eſt neceſſarium: nam poteſt Pontifex confirmare illa ſtatuta, vel ſolùm ad approbationem, & auctoritatem illorum, vt nemo audeat illa reprobare: non tamen imponendo neceſſitatem retinendi illa, ſicut confirmat religionem approbando inſtitutum eius. Item poteſt confirmare, vt illa ſtatuta habeant efficaciam contra alios, ſi neceſſe fuerit,aut vt addat illis valorem,ſeu poteſtatem,ſi fortaſſe in illa congregatione non erat ſufficiens poteſtas, ita vt ipſa confirmatio ſit conceſſio poteſtatis potius quàm obligatio vtendi illa: oportet ergo verba confirmationis diligenter expendere, & ſæpe mens Pontificis ex petitione intelligitur: 71 nam regulariter quoad illum effectum cõfirmat,ad quem poſtulatur, niſi plus exprimat. Si tamen ex his coniecturis non colligitur limitatio, & materia pertinet ad bonum publicum, tunc cenſetur confirmando facere legem illam ſuam,& procedit ſententia communis.

## SECTIO VI.

*Quando lex poſterior cẽſeatur abrogare priorem, etiam ſi non faciat eius expreſſam mentionem, vel reuocationem.*

12 SVpponendum eſt, abrogationem, derogationem, ſeu correptionem legis ex ſuo genere eſſe in iure exorbitãtem, & odioſam: ſumitur ex l.vlt.C.de appel. & l. 1. C. de officioſis dotibus,ca. cum expediat de elect. in 6.vbi Doctores, Bart. l. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio num.39.& ratio eſt,quia mutatio legis per ſe loquendo non expedit Reip. niſi neceſſitas cogat: ergo talis abrogatio de ſe odioſa eſt, vtpote inferens nocumentum.

13 Addunt verò Doctores limitationem, niſi per eam abrogationem fiat reditus ad antiquum commune ius: quia tunc hæc poſterior abrogatio cenſetur potius tollere aliquid odioſum, quàm inferre: nam tollit priorem abrogationem antiquioris iuris,Bart.l. omnes populi, ff.de Iuſt.& iure,Felin. cap.cum acceſſiſſent de conſt.Tiraq.referens alios de vtroque retractu in præfatione,num.56. & 58. Hac regula vtuntur frequenter ſummiſtæ, præſertim Nauarr. Addit tamen prudenter Tiraquellus, ſpectandum eſſe quale fuerit illud ius antiquum, ad quod fit regreſsio: nam ſi illud erat nimis rigidum,& oneroſum, & propterea temperatum fuit per aliquam abrogationem, profectò reditus ad illud per poſteriorem abrogationem non poteſt cenſeri fauorabilis, ſed potius diminutio fauoris, & idem dicendum puto,ſi ius illud erat nimis amplum, & propter bonos mores reſtrictum fuerit: nam tunc redire ad priorem libertatem non eſt cenſendus fauor boni communis. Ratio vtriuſque eſt,quia nec ſemper vinculum legis debet reputari odioſum,nec ſemper fauorabile: ergo è contrario redire ad illud vinculum, quod ſublatum fuerat, non ſemper eſt fauor. Hæc autem ratio, rectè etiã probat,primò abrogationem legis nõ ſemper eſſe odioſam: nam ſi lex erat valde oneroſa,illã moderari, vel auferre, fauor eſt: negari tamen non poteſt,quin hoc ex ſuo genere odioſum ſit, & vitandum, ſi commodè fieri poſſet, & ideò in ſuppoſitione poſui, ex ſuo genere.

14 1. Con. Hoc ſuppoſito dico primò, lex poſterior abrogare priorem poteſt, etiam nulla facta eius mentione: huiuſmodi tamen abrogatio reſtringenda eſt, quantum fieri poteſt. Prima pars eſt communis, & certa:ſumitur ex cap. 1.de conſt. in 6. & ex l. ſed & poſteriores, ff. de legibus, ibi, *in contraria ſint.* Ratio eſt, quia voluntas poſterior ſuppoſita poteſtate vincit, & reuocat priorem:poſterior autem lex quando concordari nequit cum præcedẽti, ſufficienter indicat volũtatem priori cõtrariam ſaltem virtualem; quæ, formali æquiualet: ergo ſufficit ad abrogationem.Secunda pars communis



Digitized by Google

eſt: de qua videre poteſt gloſ. c. cum acceſsiſſent de conſt. in 6. verbo, *noſcatur*, & verbo *reuocare*, gloſſa etiam, cap. hanc te de reſcriptis. Decius cap. de reſcriptis, Felin. cap. nonnulli de reſcript. in 6. Tiraquel. in d. præfatione, nu. 62. Nauar. conſil. 15. de teſtam. ſumitur ex cap. cum expediat de electione in 6. & ex l. non eſt nouum, cum ſequentibus, ff. de legibus, & ex aliis iuribus initio citatis, quæ aſſerunt, correctionem iurium eſſe vitandã, & oportere iura iuribus concordare, & leges poſteriores ſæpe ad anteriores trahi. Facit etiam regula iuris aſſerens, *quæ à lege exorbitant non eſſe extendenda*: oſtendimus enim legem reuocatoriam ex ſuo genere exorbitantem eſſe, & ſimilia; & quòd odia ſunt reſtringenda: oſtendimus enim legis abrogationem ex ſe nociuam, & odioſam eſſe. Item cum abrogatio legis magna conſultatione facienda ſit: non eſt veroſimile, ait Decius, voluiſſe Principem vno verbo, & quaſi aliud agentem reuocare obſeruatam legem, & ideò niſi neceſſitas ineuitabilis ſit, non eſt admittendum. Idem dicendum de derogatione, ſeu correctione legis in parte: ſumitur ex Bart. l. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio num. 39. Tiraq. ſuprà, & aliis paſſim: & proportionaliter id probant iura, & rationes adductæ: nam licet minus nocumẽtum ſit quàm abrogatio in totum, tamen aliquod nocumentum eſt: ideò vitandum. Sed ſi aliquid horum admittendum eſt; potius derogatio quàm abrogatio admittenda, quia minus nocumentum admittendum eſt. Addit autem Bartol. non eſſe idem dicendum de limitatione legis, quam à correctione diſtinguit, vt notat etiam Tiraq. ſuprà, nam correctio eſt quando lex præcedẽs ex parte tollitur: limitatio verò ineſt legi, ex quo condita eſt, licet poſteà declaretur. Ideò dixit Bart. limitationem etiam in iure diuino locum habere: ita habet l. 1. ff. de conſt. princip. Vnde etiã ſequitur, limitationem ſic ſumptã, quæ potius interpretatio dicenda eſt, non eſſe exorbitantem, nec odioſam: quia explicat verum ſenſum legis, & potius fauorabilis cenſenda eſt, licet fortaſſe alicui minus vtilis ſit, vt ſumitur ex d. l. ſi conſtante, & ex cap. 2. de decimis in 6.

*Quæ à lege exorbitant nõ ſunt extendenda.*

Addunt & alii, etiam legem poſteriorem, quæ vltra ius commune aliquid addit, reſtringendam eſſe, vt odioſam, vel oneroſam: ſed hoc non placet, alioqui omnes leges nouæ exorbitãtes eſſent. Sed ſi illud ſit pœnale, vel alio modo moleſtum, vera erit illa regula, aliàs erit lex vel indifferens, vel fauorabilis pro materiæ qualitate.

15 Secundò dico, legem poſteriorem in abroganda priori ſeruare proportionem ſuprà poſitam in priuilegiis: itaque ſi vtraque lex ſit generalis, & in diſpoſitione includant oppoſitionem, poſterior abrogat priorem: habetur, cap. 1. de conſt. in 6. Ad contrarietatem autem intelligendam proprietas verborum tenenda eſt: numquam enim fugienda eſt abrogatio per verborum improprietates: aliàs nihil eſſet firmum in legibus; notauit gloſſa l. non poſſunt, ff. de legibus, Panorm. ca. 1. de conſt. Idem quando vtraque lex eſt ſpecialis, vel ex parte materiæ, vel ex parte loci. At verò quando vna eſt generalis, alia ſpecialis, ſpecies limitat genus, etiam ſi præcedat: quod in primis eſt verum de ſpecialitate loci ex textu expreſſo in cap. 1. de conſt. in 6. Vbi Papam inquit, ſi cõdat legem generalem pro tota Eccleſia, nolle derogare ſtatuta ſpecialia, niſi id exprimat, quia præſumitur ignorare illa, & idem dicit de conſuetudine particulari: de qua inferiùs. Idem eſt, ſi lex ſit ſpecialis ex parte materiæ, cap. quis de præbendis in 6. cap. 1. de reſcrip. reg. generali de reg. iuris in 6. Bart. l. quæſitum, §. vltimo, ff. de fide inſtrum. num. 12. Panor. cap. 1. de reſcrip. n. 2. Nauar. cap. 27. nu. 260. quia vbi poteſt fieri commodè concordia legum, vitanda eſt correctio; & quia cum lex fertur in vniuerſali, non præſumitur Princeps de ſingulis particularibus cogitaſſe: & ideò in his ſemper ſubintelligitur limitatio, niſi aliunde conſtet, aliam fuiſſe mentem Principis, quæ ſemper præferenda eſt, l. contra ff. de legibus. & videri poteſt Tiraq. poſt leges connubiales gloſ. 5. num. 115.

*2. Con.*

*Vbi poteſt fieri commodè concordia legum, vitanda eſt correctio.*

Addunt etiam aliqui, legem poſtremam non derogare præcedenti, quando illa reducit rem ad ius antiquum, de qua regula vide Couar. 3. variar. cap. 6. num. 4. Nauar. cap. 1. §. laboret de pœnit. d. 7. nu. 16. & in ſum. cap. 27. nu. 262. Sed non probo hanc regulam, quia non inuenio eam in iure fundatam, & quia, vt ſuprà dixi, illa reductio non ſemper fauorabilis eſt conſideranda: ergo eſt materia legis, vt etiam attigit Tiraq. præfatione illa, nu. 69. & Franciſcus Piſſanus tract. de ſtatuto excludente fœminas num. 91.

---

## SECTIO VII.

*An ius gentium abrogari poſſit.*

DE hac re vide dicta diſp. 2. Sect. 3. ad finem, & diſp. 20. Sect. 3. diffic. 1. modò 16
enim nihil addendum occurrit, nec dicta repetere libet.

DISP.

Digitized by Google

# DISPVT. DECIMANONA,
## DE CONSVETVDINE, QVANDO ET QVA RATIONE VIM LEGIS OBTINEAT.

### PRÆFATIO.

1 AGVNT de conſuetudine D.Thomas, quæſt. 97.art. 3. & eius interpretes ibi, Valentia diſp. 7. quæſt. 5. puncto 8. Azor lib.5. cap. 17.18.19.Summiſtæ verbo conſuetudo, Iuriſperiti in decretalibus tit.de conſuetudine,& l. de quibus ff. de legibus,& in Rubrica, C.quæ ſit longa conſuetudo.Rochus Curtius tractatum edidit de conſuetudine ſuper cap. vlt. de conſuetudine,Vazq. hîc diſp. 177. Sayrus lib,3.ca. 11.Sebaſtian.Medicis lib. de legibus part.2.qu. 13.

### SECTIO PRIMA.
*Quid ſit vſus, conſuetudo, Forum, præſcriptio & Stylus.*

*De nomine fori vide diſp. 10. Sect. in prin. & ar. 1.*

2 DE tribus prioribus tractat Alphonſus Hiſpaniæ Rex titulo 2. partita 11. & in l. 1. definit vſum hoc modo: *Vſus eſt id, quod naſcitur ex iis rebus, quas aliquis facit, aut dicit longo, aut continuo tempore*: & vt optimè notauit Gregorius Lopez, in proœmio illius tituli, vſus propriè eſt quid facti, nempè alicuius dicti, aut facti continua repetitio: videtur autem vſus idem eſſe quod mos, & quid diſtinctum à conſuetudine, quod tribuunt aliqui Driedoni, 1.de libertate Chriſtiana cap.10. & probãt ex Iſidor.5.etymolog.c.3.vbi & pro hac & contra hanc opinionem facit: ait enim, *Mos eſt vetuſtate probata conſuetudo, ſiue lex non ſcripta; nã lex à legendo vocata, quia ſcripta eſt. Mos autem longa cõſuetudo eſt de moribus tantummodo tracta. Conſuetudo autem eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex; nec differt ſcriptura an ratione conſiſtat, quando & ratio legem commendat*, & infrà, *vocata autem cõſuetudo, quia in communi vſu eſt.* Similia habet Iſidor 2.etymol.cap.10. imò & Tertul.de corona milit.cap.4.& referuntur à Gratiano cap.lex,cap.Mos,cap.conſuetudo d.1.in eis autem nonnulla cõtradictio videtur; nam interdum dicit morem eſſe conſuetudinem,& cõſuetudinem eſſe morem: interdũ verò conſuetudinem à more, vel moribus trahi, ac proinde eſſe moris effectũ. Et ſimiliter indicat eſſe effectũ vſus, ex quo inferri poterit, vſum,& morem idem eſſe, circulus etiam videtur committi, dum dicitur mos trahi de moribus. Porrò Alphonſus,titulo cit.l.4.hoc modo cõſuetudinem definit: *conſuetudo eſt ius non ſcriptum, quod ex longo, & continuo vſu ortum eſt.* Alij conſuetudinem, quæ ſpecies iuris eſt, & vim legis habet, ſic definiunt: *eſt voluntas populi rebus ipſis, & factis declarata: tacitus conſenſus omnium*, l.de quibus,ff.de A legibus, *ius ex non ſcripto deſcendens; tacita ciuium cõſenſio: ius ſcripto non comprehenſum*, l. ſed & ea,& l. ſeq.ff.eodem titulo; quas definitiones tradit Paradulphus Prateius in lexico iuris,verbo cõſuetudo.

Sed credo,nullam harũ definitionum exactam, 3 aut quidditatiuam eſſe,præſertim illas,quæ cõſuetudinem definiunt tãtùm per hoc,quòd ſit ius non ſcriptum: nam ſuperius cum de conditionibus ad eſſentiam legis requiſitis ageremus, diximus, legem,etiam vt à conſuetudine diſtinguitur,ius non ſcriptum eſſe poſſe: & è contra,etiamſi conſuetudo ſit per ſcripturam notata: conſuetudo erit vim habens legis, quamuis voluntas obligandi profecta ab eo,qui obligare poteſt,ſi ſcripto B promulgetur,non erit ius conſuetudinis, ſed veræ legis diſtinctæ contra conſuetudinem: quare ego ſic definirem cõſuetudinem, quæ eſt iuris ſpecies, eſt tacita obligandi voluntas ab eo profecta, qui obligare poteſt,vſu tantùm,& more vtentium expreſſa. Non dixi,à populo profecta,quia multi arbitrãtur, cõſuetudinem nũquam habere vim obligandi ex voluntate populi ſubiecti,ſed ſuperioris, vt regis vel Papæ,&c. quod poſteà examinabitur. Et hæc definitio magna ex parte conſonat cũ legibus citatis,& eadem in re erit cum iſta: eſt mos,& vſus voluntatem tacitam obligandi exprimẽs, aut continens eius,qui obligare poteſt,ſiue is populus ſit ſiue ſuperior populi.

C Mos autem aliquando ſumitur, pro ipſo vſu 4 actuali, & frequenti, ſimili ac continuata repetitione aliquorum actuum etiam brutorum, licet ſtrictius loquendo, ſolum dicatur in homine, vt Pſal.67.*qui habitare facit vnius moris in domino.* Aliquando ſumitur mos pro iure, quod ex illa repetitione actuum reſultat. Aliquando verò ſumitur pro habitu ex repetitis actibus reſultante: aliquãdo aliis modis, vt videre licet apud D. Thomam qu. 56.art.1.& 3.d.23. Syl.& alios verbo conſuetudo, Bart.l.de quibus,ff. de legibus,fuſè notauimus to. præced.tract.1.& 7.circa qu. 1.& 18. cum de fine, & bonitate humanorum actuum diſſereremus, & D in hoc tom. tract. 11. circa quæſt. 56. cum de virt. moralibus ageretur:in vſitatiori autem apud Latinos acceptione, mos eſt conſuetudo longa: actus verò particulares ſeorſum ſumpti non appellantur conſuetudines. Hinc defenditur, prima definitio: nam mos propriè ſumptus non eſt quæuis conſuetudo, ſed longa, & trahitur de moribus, id eſt, actibus moralibus, ſeu liberis.

Porrò Alphonſus in illa l.4.triplex genus conſuetudinis conſtituit. Primum eſt circa rem aliquam peculiarem, ſiue ea ſit perſona, ſiue locus. Secundum circa vtrumque: Tertium circa facta hominum. Sed duo priora genera ad hoc tertium reduci poſſunt: nam conſuetudo circa locum, vel



Digitized by Google

perſonam in aliquo facto hominum circa locum, vel perſonam cerni debet. Illud ius quod Hiſpani Latinè, *forum*, vulganter autem, *fuero*, vocant, ita definitur ab Alphonſo titulo cit. l. 7. vt in ſe includat vſum & cõſuetudinem, vſum quidem tanquã id, ex quo natum eſt: conſuetudinem autem, non quia ex illa oriatur, ſed quia forus eſt genus quoddam conſuetudinis, & iuris non ſcripti. Differunt autem conſuetudo, & forus, vt in eadem, l. 7. dicitur, primò, quia vſus, & conſuetudo verſari poſsũt circa rem particularem, & locũ: at verò forus debet eſſe generalis circa omnia. Secundò differunt, quia forus eſt ius cõſuetudine ſola, & vſu firmatũ, de iis ſolũ rebus, de quib. in tribunalibus iudicandũ eſt: conſuetudo autem poteſt eſſe de aliis rebus.

5 Vnde colligit Rex ille, forum debere eſſe magis manifeſtum, quàm vſus, & conſuetudo: non quia vſus, & conſuetudo non debeant eſſe manifeſti, ſed quia aliqua conſuetudo eò quòd particularis ſit, non ſit omnibus, ac ſimpliciter ita manifeſta. Appellatur autem forus, quia ad forum, quod eſt locus maximè publicus, pertineat. Ex *Quid forus.* quibus ſequitur; forum non ita differre à conſuetudine, quaſi nullomodò conſuetudo ſit: nam & ius, quod naſcitur ex vſu communi circa res in tribunalibus iudicandas, conſuetudo dicitur, & ita appellatur ab Alphonſo in illa l. 4. Sed differunt, quia forus propriè dictus de quo agitur, in l. 7. eſt ius quoddam vniuerſale, ortum ex vſu ad dicendam ſententiam accommodato: at verò conſuetudo latiùs patet: poteſt enim eſſe conſuetudo peculiaris circa rem, vel perſonam, vel vtrumque, vel circa facta hominum: & hæc poteſt eſſe ad tollendum ius ſcriptum. Et licet aliquando habeat vim legis, & poſſit obligare ad faciendum; eſt tamen particularis in aliquo oppido, aut ciuitate: & tunc non dicitur forus abſolutè, ſed forus municipalis; vt notat Gregor. Lopez, l. 7. tit. 2. partita 1. gloſſa 3. Tertiò, differunt forus & conſuetudo, vt notauit Burgos de Paz, ad 1. l. Tauri. num. 385. quòd forus ſcribitur, & ita in Hiſpania ſunt multæ leges ſcriptæ, quas appellamus leges fori: conſuetudo autem non ſolet ſcribi; tametſi contingat, aliquando ſcribi. Cum autem dicimus, forum ſcribi, non intendimus eſſe ius ſcriptum traditum à Principe, quod in ſcriptis tradi ſolet, ſed intendimus eſſe ius ortum ſolùm ex vſu, & poſteà in ſcripturam redactum, eaque de cauſſa dixit Alphon. dicta l. 4. conſuetudinem eſſe ius non ſcriptum; quod etiam dicitur in l. de quibus, ff. de legibus: & in aliis iuribus relatis: id autem non dixit Alphon. illa l. 7. de foro. Alias ſignificationes habet forus apud Iuriſperitos, quas referũt Albericus, & Prateius in dictionariis ſuis iuris, verbo *forus*, & Hotomanus in commentario iuris eodem verbo: quæ inſtituto noſtro non deſeruiunt.

6 Ex ſuperioribus colligere etiam poſſumus diſcrimen inter conſuetudinem & præſcriptionem, de qua re tractat Ioannes Matienzo, l. 1. gloſſa 6. n. 3. tit. 7. lib. 5. nouæ collectionis, & Molina, lib. 2. de primogeniis Hiſpan. ca. 6. nu. 10. & 11. Panorm. & Rochus de Curtis, ca. vlt. de conſuetudine, Fráciſc. Belbus de præſcript. parte 1. quæſt. 10. Couarr. regula poſſeſſor, parte 2. §. 3. num. 2. Aymon Sabellian. de antiquit. temporis parte 4. in principio, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. vlt. Omiſſis verò aliis differentiis, quas congerit Aymon, tres potiſſimum aſſignant Matienzo, Azor, & Couarruuias.

A Prima eſt, quòd conſuetudo ex communi vſu ius conſtituit non ſcriptum commune omnibus alicuius prouinciæ, aut oppidi: præſcriptio autem ius conſtituit priuatum alicuius, & contra aliquem determinatè: quare præſcriptio eſt in priuatam vtilitatem, conſuetudo autem in communem. *Diſcrimen inter conſuetudinem & præſcriptionem.*

Ex qua differentia colligit Couarr. præſcriptionem 7 eſſe appellandam cùm communitas contra perſonam aliquid acquirit ex longo vſu: & contra ſi certa perſona contra vniuerſitatem acquirat, quia vtroque modo præſcriptio eſt in damnum, aut vtilitatem priuatam. Addunt, ſi vniuerſitas aduerſus aliam vniuerſitatem acquirat ius paſcendi B ex longo vſu, non eſſe appellandam conſuetudinem, ſed præſcriptionem: ſi verò vſu promiſcuo duarum ciuitatum introductum fuerit, vt vtriuſque paſcua abſque vlla differentia communia ſint, exiſtimat Couarruuias, non eſſe dicendam præſcriptionem, ſed conſuetudinem. Hæc verò nulla ratione probat. Secundam differentiam inter conſuetudinem & præſcriptionem adducit Matienzo, quia conſuetudo eſt communis, & generalis non ſolùm reſpectu perſonarum, de quarum commodo, & incommodo agitur: ſed etiam reſpectu rerum: præſcriptio autem eſt particularis tam reſpectu rerum, quàm perſonarum.

Tertia differẽtia, quàm idem author conſtituit, 8 C eſt, quia præſcriptione vni aliquid acquiritur, & alteri aufertur, conſuetudine autem vni acquiritur; & alteri non aufertur: & hac de cauſa Couarr. & Aymon probant ſententiam eorum, qui aſſerunt, communitatem aduerſus priuatam perſonam, & priuatam perſonam aduerſus communitatem, & vnam communitatem aduerſus aliam præſcribere potius, quàm inducere conſuetudinem.

Et ſecundùm hanc ſententiam dicendum eſſet, quando inter duas communitates paſcua promiſcuo vſu fiunt communia, potius eſſe præſcriptionem, quàm conſuetudinem: quia etiam, in hoc caſu vni acquiritur, & alteri aufertur, & è contra. D

Aliqui tamen Theologi iuniores exiſtimãt, non 9 rectè aſſignari hanc differentiam inter præſcriptionem & conſuetudinem: cum ſolùm differant ſicut genus & ſpecies, ſicut commune & particulare: omnis enim præſcriptio eſt conſuetudo orta ex vſu; non tamen omnis conſuetudo eſt præſcriptio. Et ſi attendamus (inquiunt) doctrinam legis 4. tit. 2. partita 1. manifeſtè ibi aſſignatur differentia inter omnia genera conſuetudinis. Primum eſt circa rem aliquam certam, ſiue ea locus ſit, ſiue perſona, &c. Secundum eſt circa certam perſonam & locum, aut aliam rem ſimul. Tertium eſt circa facta hominum. Duo priora genera cõſuetudines E habent rationem præſcriptionis, quibus aliquis præſcribit ius in rem aliquam, videlicet in locum vel in perſonam, vel in perſonam & locum: ſumitur autem ius introductum ex huiuſmodi conſuetudine non pro lege, & præcepto, ſed pro facultate aliqua, ſicut dicere ſolemus, nos habere ius ad hæreditatem aliquam, vel ad fundum, vel ad perſonam. Tertium verò genus conſuetudinis, quod eſt circa facta, non habet vim præſcriptionis, ſed dicitur ius non ſcriptum, quod aliquando poteſt habere vim præcepti, vt quando eſt conſuetudo ieiunandi, vel audiendi Miſſam tali die. Dicunt autem aliquando poſſe habere vim præcepti, quia aliquando hæc conſuetudo tantùm eſt facultas liberè operandi abſque cõtradictione legis: quando

Digitized by Google

quando videlicet conſuetudo introducitur contra A legem, vt conſuetudo non ieiunandi contra præceptum Eccleſiaſticum. Quocirca cum lex 4. tit. ſecundo partita 1. definiens conſuetudinem, inquit eſſe ius ſcriptum: non ſumitur ius pro præcepto, ſed pro facultate in communi: quare ſi communitas ex conſuetudine ſolueret decimas aliquas, conſuetudo hæc non habet vim legis, ſed vim præſcriptionis cōtra ipſam: nam quamuis haberet obligationem ſoluendi decimas, tamen hæc obligatio prouenirer ex aliqua iuris præſcriptione contra ipſam communitatem: & eodem modo ſi conſuetudine introduceretur aliquod genus vectigalis. Et è contra ſi aliqua communitas cōſuetudine eximeretur à ſolutione decimarum, vel ve- B ctigalis, hæc conſuetudo non haberet vim legis, ſed præſcriptionis. Ex qua doctrina colligunt, deceptos eſſe Iuriſperitos ſuprà allegatos, aſſignātes diſcrimen inter conſuetudinem, & præſcriptionem, tanquàm eſſent omninò diuerſa, & non potius ſe haberent tanquàm commune & particulare. Quod ſi nomine conſuetudinis Iuriſperiti citati intelligūt conſuetudinem circa facta hominū, non circa res, perſonas, aut loca, quæ ſanè conſuetudo habere poteſt vim legis non ſcriptæ, falsò dixit Couar. conſuetudinem eſſe potius quàm præſcriptionem in eo caſu, quo vſu promiſcuo communia fierēt paſcua diuerſarum ciuitatum: ſi quidem in hoc caſu non eſſet conſuetudo circa facta C hominum, ſed circa rem.

10 Eſt autem notanda differentia inter conſuetudinem, quæ habet vim legis, & verſatur tantùm circa facta hominū, & conſuetudinem circa locū, & perſonam aut rem; quæ tantùm habet vim præſcriptionis, quia non eodem modo introducitur præſcriptio & conſuetudo, quæ habet vim legis. Hæc Theologi illi, quorum opinio mihi non probatur, quia falſum eſt, omnem præſcriptionem eſſe conſuetudinem: nam ex ſola poſſeſſione bonæ fidei per aliquod tempus, præſcribimus rem, vel perſonam ſine vlla repetitione actuum, ſeu con- D ſuetudine: item omnis conſuetudo, vt vim legis habeat, debet eſſe præſcripta, vt ſtatim videbimus: ergo omnis conſuetudo, de qua in præſenti loquimur, eſt præſcriptio. Deinde falſum eſt, conſuetudinem, qua præſcribimus, ius aliquod in locum, perſonam, vel aliam rem non eſſe propriè legem: nam licet per illam nos non ligemur, ligantur tamen alii, contra quos præſcribimus: ergo verè eſt lex. Et idem eſt, quando ex conſuetudine tenemur ſoluere decimas, vel vectigal: licet enim reſpectu regis, vel Eccleſię non habeat rationem legis, quia ipſos nō ligat, tamen reſpectu noſtri, qui ligamur, verè habet rationem legis, quod tamen intellige, E ſi obligatio eſt cōmunis & perpetua: alioqui enim licet præſcriptio ex frequentatione actuum oriatur, & aliquos obliget, vim legis non habebit, nec erit ſpecies iuris: quia iam diximus ſuprà, de ratione legis, vel iuris, vt legem imitatur, & vim eius continet, eſſe quod ſit præceptum commune, & perpetuum. Deinde falſum eſt, quod Theologi illi dicebant, cùm Alphonſus dixit, cōſuetudinem eſſe ius non ſcriptum, ſumpſiſſe ius, non pro lege quadam formali, vel virtuali, ſed pro facultate aliqua: nam cōſtat illum loqui ad imitationem Iſidori, & aliorum Iuriſperitorum, qui quando dicunt, conſuetudinem eſſe ius non ſcriptum, loquūtur de iure, quod ſit lex virtualis: hoc enim ſenſu dicunt, conſuetudinem eſſe ſpeciem iuris, cōdiſtinguuntque illi iuri ſcripto, ſeu legi formali. Falſum item eſt, quod dicunt, quando ex conſuetudine teneor ieiunare, non eſſe præſcriptionem: nam licet ego non præſcribam contra me, tamen Deus, & ſuperiores contra me præſcribent, quia poſſunt me punire, ſi ieiunium omitto.

*Præſcriptio oritur ex frequentatione actuum.*

Vltimo de ſtylo, dico eſſe modum procedendo 11 in cauſis, & negotiis, vt docet Bart. l. de quibus, ff. de legibus, Rochus de Curtis tract. de conſuetud. num. 33. Burgos l. 1. Taurin. num. 200. & in noſtro regno ſunt leges ſtyli, quamuis iam in deſuetudinem abiiſſe dicant aliqui eiuſdem regni Doctores, vt refert Vazquez, diſp. cit. cap. 1.

*Stylus quid.*

## SECTIO II.

*Quotuplex ſit conſuetudo.*

RESpondeo cum Azor lib. 5. ca. 17. qu. 2. tom. 1. & cum Panorm. cap. fin. de conſuet. Bart. l. de quibus ff. de legibus, & cum aliis communiter, quod conſuetudo eſt triplex: vna ſecundùm legem, alia contra legem, tertia præter, vel vltra legem. Agimus modò de lege humana, ſed obiter dicemus de aliis. Conſuetudo ſecundùm legem naturalem optima eſt, ſed non introducit nouam legem, quia non fit ea intentione, ſed animo ſeruandi legem naturalem: poteſt tamen interpretari legem naturæ, ſi ſit à prudentibus, ſapientibus, & ſtudioſis viris probata. Conſuetudo autem contra legem naturæ potius eſt corruptela, vt iura loquuntur, vnde nec introducere, nec reuocare legem poteſt, D. Thomas, quæſt. 97. art. 3. ad 1. ſic intelligitur, cap. ſi conſuetudo cap. quæ contra mores cum ſimilibus d. 8. nullo tempore firmatur, authentico vt nulli iudicum, &c. collat. 9. §. 1. 12

*Conſuetudo triplex.*

Ratio eſt, quia lex naturæ eſt immutabilis, & actus illi habent inſeparabilem malitiam, vnde non poſſūt ſub obligationem cadere. Aliqui idem abſolutè dicūt de conſuetudine contraria iuri gētium, quia cenſent omne ius gentium eſſe verè, & propriè naturale: ſed qui ponunt omne, vel aliquod ius gentium eſſe naturale, dicunt non repugnare ſimpliciter aliquid de iure gentium per cōſuetudinem abrogari, quia nō eſt intrinſecè malū. Exemplum afferri ſolet ex gloſſa ex l. ſi locus, ff. quemadmodum ſeruitus amittatur: nam de iure gentium eſt, vt nullus priuetur poſſeſsione ſua etiā ad publicam vtilitatem, niſi ſoluto pretio: tamen conſuetudine introduci poteſt, vt ſine pretio tollatur. Quod exemplum aliqui negant, vt alij putāt ſine cauſa, quia conſuetudo inducere poteſt modum & conditionem dominij, atque adeò quòd dominia particularia includant illam conditionem, & quaſi ſeruitutem reſpectu boni publici: ſed certè exēplum non eſt ad rem: nam ſi attentè conſideretur, per illam conſuetudinem non derogatur alicui legi formaliter loquendo: ſed fit mutatio in materia legis, quomodò etiam in lege naturali poteſt fieri mutatio, vt patet in præſcriptione & ſimilibus. Similiter non eſt accommodatum exemplum in conſuetudine negante tranſitum per vias publicas, quia hîc etiam eſſet mutatio materiæ, nimirum quia homines renuntiarent iuri naturali, quod habent tranſeundi innoxiè vias

*De iure gentium eſt, vt nullus priuetur poſſeſſione ſua, niſi ſoluto pretio.*



Digitized by Google

publicas. Facta eſt conſenſu gentium diuiſio dominiorum cum illa cõditione, quam relaxare omnes aliis poſſunt, & vna natione, aut prouincia relaxante, non cenſentur aliæ relaxare: vnde tunc iniuſtè negaretur illis innoxius tranſitus, idem eſſet de oppidis, vel perſonis eiuſdem prouinciæ, niſi auctoritate ſuperioris conſuetudo in prouincia aliqua id efficeret.

Magis accomodatum exemplum aliqui eſſe putant de ſeruitute captiuorũ in bello, quę iure gentium introducta eſt, & per cõſuetudinem tolli poteſt, & idem dicunt de dominiorum diuiſione: ſed modò de legibus agimus, diuiſio autem dominiorũ, aut ſeruitus non eſt lex. Vnde non probatur ius gentium pro lege quadam ſumptum abrogari cõſuetudine poſſe: melius ergo exemplum eſſet in

12 lege, & iure gentium præcipiente, vt legatis hoſtiũ nullum malum irrogetur, quæ lex poſſet conſuetudine abrogari.

Addunt aliqui, licet aliquod ius gentium poſſit conſuetudine ſuperari, & abrogari, tamen moraliter id non contingere, quia deberent omnes gentes in tali conſuetudine concordare, quod eſt moraliter impoſſibile, maximè cum & iura gentium ſunt valde conſentanea inclinationi naturali, & ideò oppoſitæ conſuetudines raræ eſſe poſſunt.

Cõſuetudo præter ius naturale, id eſt, de re non prohibita, nec præcepta iure naturali, introducere legem humanam poteſt, vt quæ eſt præter legem humanam.

13 Conſuetudo ſecundum diuinam legem illa eſt, qua ſeruatur lex diuina ſcripta, ſic Act. 6. *Mores ſecundum legem Moyſi dicuntur traditiones per Moyſem data in ſcriptis.* Aliquando verò dicitur illa, quia ſeruatur lex diuina non ſcripta, & huiuſmodi ſunt plures traditiones Eccleſię, 2. Theſſalo. 2. *tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam.* Id eſt, voce, aut ſcripto. Conſuetudo ſecundum legem diuinam non ſcriptam propriùs dicitur conſuetudo, vt patet ex Auguſtino 4. de ſcrip. promulg. cap. 24. hæc legem non inducit, ſed ſeruat, & interpretatur. De illa ſub nomine traditionum tractant Theologi in materia de fide. Bellarmin. tom. 1. lib. 4. de verbo Dei. Aduerte autem, Eccleſiaſticã conſuetudinem vniuerſalem etiam immemorialem non ſolùm potuiſſe procedere ex præcepto diuino, ſed etiam ex diuina approbatione, vel conſilio, vel ſaltem ex non prohibitione: vt quòd paruuli ante vſum rationis baptizentur, quod non eſt præceptum; ſed permiſſum, & approbatum, iure diuino. Idem eſt de continentia ſacerdotum, quam quidem Deus non præcepit, ſed conſuluit: & de communione laycorum ſub vna ſpecie, quæ ſaltem non fuit à Deo prohibita. Hæ conſuetudines, & ſimiles dici poſſunt latè ſecundùm ius diuinum, quatenus ius latè ſumptum comprehendit & præcepta, & conſilia, vel quatenus quidquid non eſt contra Deum, dici poteſt ſecundum voluntatem Dei. Hîc autem vocamus illas præter ius diuinum, quia non habuerunt initium à præcepto diuino: vnde ſi aliquod præceptum per has conſuetudines introductum eſt, non erit diuinum, ſed Eccleſiaſticum: quia per Eccleſiæ conſenſum factum eſt: quod eſt verum, etſi ipſa ab Apoſtolis, & ſimul cũ ipſa Eccleſia habuerint initium, quia antiquitas temporis non facit præceptum ipſum eſſe diuinum, ſed voluntas Dei, à qua immediatè manat. Vnde potuit talis conſuetudo oriri vel ex præcepto Apoſtolico, vel licet initio cęperit ſine præcepto: poſteà tamen potuit præceptum inducere. De hac conſuetudine idem eſt dicendum, quod de conſuetudine, quæ eſt præter ius humanum. Hinc ex ſola antiquitate non ſatis diſcerni poteſt inter traditionem diuinam & Apoſtolicam propriè ſumptas: licet ſecundùm aliquam rationem omnis traditio diuina ſit Apoſtolica, quia per Apoſtolos promulgata, & omnis Apoſtolica diuina, quia ſecundùm Deum, & auctoritate à Deo accepta introducta eſt: propriè autem diuina dicitur, quę Deum ipſum immediatum habuit auctorem, vt eſt de materiis, & formis ſacramentorum: Apoſtolica verò quæ immediatè ab Apoſtolis introducta eſt, vt de ieiunio quadrageſimæ, & non diſcernuntur ſola antiquitate, quia eodem tempore incipere potuerunt.

Conſuetudo contra ius diuinum traditio hominum in malam partem appellatur. Math. 5. ver. 15. *tranſgredimini præceptum Dei propter traditiones veſtras*, & Math. 6. propter traditiones hominum, & Coloſſ. 2. *videte, ne quis vos decipiat ſecundum traditiones hominum.* Appellantur etiam traditiones vanæ, 1. Pet. 1. hæc conſuetudo, vt ait D. Thomas, ſuprà, & omnes, abrogare nequit legem diuinam, quia homo non poteſt diuinam legem etiam poſitiuam mutare ex ſe, nec Deus tacitè in talem mutationem conſentit, quia nullum eſt fundamentum, ad id præſumendum, nec erat expediens, aut diuinam decens auctoritatem: oportet enim eius legem eſſe immutabilem. 14

Conſuetudo ſecundùm legem humanam dicitur, quæ à tali lege habuit originem: hæc nec tollit nec ponit legem, ſed eſt obſeruatio & effectus legis iam poſitæ, iuuat legem, cap. ſopita de cenſibus, & illam firmat ac ſtabilit, nõ quidem inducẽdo nouam obligationem, vt omnes docent: quia Princeps vel non poteſt vel non vult nouam obligationem inducere, ſed quia faciliorem reddit legis obſeruationem, & quia facit, vt non inducatur cõſuetudo cõtraria legem abrogatura. Vnde rectè gloſſ. cap. de conſuetudine in 6. & Panorm. ca. vlt. de conſuetud. nu. 21. abrogata illa lege per aliquam poſteriorem abrogari etiam talem cõſuetudinem, etiamſi eius mentio non fiat: & hæc conſuetudo legem interpretatur, imò vocatur optima legum interpres, ca. cum dilectus de conſuetudine, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus. Vide Panorm. d. ca. vlt. nu. 28. & ratio eſt: quia indicat quo ſenſu fuerit lex initio lata & recepta, & aliquando mutat legem in aliquo, & ſecundùm eam rationem ea conſuetudo eſſet ſecundùm legem; ſed ſuperaddita & contraria legi, nam ex parte illi repugnat & derogat. Hæc etiam conſuetudo interdum legem extendit; vt v. g. ſi lex initio lata ſit ſolum pro laycis, poſteà verò per conſuetudinẽ ad clericos ſe extẽdat, iuxta c. cum cauſa, addita doctrina Panor. ibi, num. 4. de ſent. & re iudicata, Felin. cap. Eccleſiæ, de conſt. in 6. & quæ notat Couar. 2. 4. c. 6. §. 6. n. 18. Tiraq. de primogeniis, nu. 44. & in illo caſu clerici obligãtur quaſi ex noua lege Eccleſiaſtica, & hęc cõſuetudo quantùm adhoc eſt vltra legem. 15

Nota, quòd licet conſuetudine non poſſit reddi ſimpliciter debita vſurarum ſolutio quia eſt contra ius naturæ vſuras exigere: tamen poteſt reddi debita in foro externo, in quo impunè permittãtur, vt olim in Rom. repub. & ſic ex vi conſuetudinis præcipiuntur ſolui l. cũ de in rem. ff. de vſuris. 16

SECT.

Digitized by Google

## SECTIO III.

*Vtrum conſuetudo legi humanæ contraria illam abroget.*

17 1. Argum. SVadetur pars negatiua; primò quia ſubditus ſua voluntate nequit ſuperioris præceptum tollere.

2. Arg. Secundò, quia non acceptatio non poteſt facere, vt lex non obliget: ergo nec conſuetudo in contrarium, quia per ipſam acceptationem, & vſum maiorem firmitatem cõparauit.

3. Argum. Tertiò, lex habet vim abrogandi conſuetudinem præexiſtentem: ergo multò magis reſiſtendi, B ne contraria conſuetudo legitimè introducatur, & illam deſtruat. Vnde lex 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, dicit, quamuis magna ſit vis longæ conſuetudinis, non tamen eſt tanta, vt aut rationem vincat, aut legem.

4. Argum. Quartò, conſuetudo legi contraria eſt mala & irrationabilis, quia peccatum eſt actus contra legem: ergo non poteſt legem abrogare. Patet conſequentia ex cap. vlt. de conſuetudine, vbi dicitur conſuetudinem non derogare legi, niſi rationabilis ſit, quod videtur repugnare, ſi eſt contraria legi.

Confir. Confirmatur: nam ibidem dicitur, conſuetudinem non præiudicare legi, niſi ſit legitimè C præſcripta. At impoſſibile videtur conſuetudinem legi contrariam eſſe legitimè præſcriptam, quia legitima præſcriptio requirit bonam fidem: qui autem operantur frequenter contra legem, rarò habent bonam fidem.

5. Argum. Quintò, ſi conſuetudo haberet hanc vim, etiãſi lege caueretur, ne per vllam conſuetudinem tolli poſſet, legem abrogaret. Conſequens eſt falſum, aliàs ſuperflua eſſet illa clauſula, & vltra poteſtatem legiſlatoris; quod eſt falſum, & contra communem vſum: ergo illa etiam poterit abrogari cõſuetudine, ſicut & lege humana.

6. Argum. Sextò, aliàs per conſuetudinem poſſet abrogari lex quantùm ad pœnam, manens quoad culpam; D & ſic impunè liceret peccare. Sequela patet, quia benè poteſt lex tolli ex parte, & manere ex parte.

7. Argum. Septimò, alioqui etiã poſſet abrogari lex quoad irritationem, manẽs quoad prohibitionem, vt ſcilicet aliquis gradus conſanguinitatis etiamſi ſit prohibitus, non tamen irritet matrimonium; conſequens eſt falſum: ergo.

18 Reſpondeo tamen, conſuetudine poſſe legem humanam abrogari, D. Thomas quæſt. 97. art. 3. & cõmuniter Theologi ibi, & alibi, ſummiſtæ verbo conſuetudo; Iuriſperiti iuribus citandis: & contra habetur expreſsè l. de quibus, ff. de legibus, & facit lex venditor, §. ſi cõſtat ff. communia prædiorum, E gloſſa ibi, Bart. n. 3. & alij l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo: habetur etiam ca. vlt. de conſuetudine: & faciunt, cap. 2. & cap. cum dilectus eod. tit. vbi Innocen. Panorm. & alij tex. item & Docto. cap. 3. de conſuet. in 6. Turrec. cum aliis, ca. in iſtis d. 4. Iſido. 5. ethimo. cap. 3. refertur ca. conſuetudo d. 1. Bald. ca. cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſſionem, Gooffred. Tranenſis in ſumma tit. de conſuetudine, num. 9. ex ff. de aqua pluuia arcenda, l. 1. in fine, & ff. de aqua quotidiana & æſtiua, l. hoc iure §. ductus aquæ, & d. 11. c. nolite, & d. 1. ca. baſilicas,

A. & ff. communia prædiorum, l. ſi venditor §. cõſtat. Tertul. de corona militis c. 4. ſignificat Aug. Epiſt. 86. refertur cap. in iis d. 11.

Iuriſconſultus d. l. de quibus, rationem reddit: quia leges populorum conſenſu introductæ ſunt, ideò per contrarium cõſenſum abrogari poſſunt: *parum autem*, inquit, *refert, hunc conſenſum verbis exprimere, an factis*: in conſuetudine autem factis explicatur, quæ ratio erat optima pro eo tempore, quo legiſlatiua poteſtas erat in communitate, vel dependens ab illa: nunc autem iam tranſlata eſt in principem: ergo conſenſus cõmunitatis non ſufficit, niſi fortè quis reſpondeat, nunquam iſtam poteſtatem ita eſſe tranſlatam in principem, quin expectari debeat conſenſus populi, vt legis obligatio incipiat, & perſeueret: quod de legib. ciuilibus cenſuit Caſtro 1. de lege cap. 1. Hoc tamen multi non admittunt, & de legibus canonicis nullomodò dici poteſt, quia poteſtas ad illas ferendas non manauit à populo, & gratis dicitur, conceſſam eſſe prælatis, vt obligarẽt, ſi populus initio, & progreſſu non diſſentiret: & ita aliqui dicere videntur, etiã canonicam poteſtatem legiſlatorum datam eſſe ad obligandum concurrente tantùm illa conditione, quod ſenſit Nauarr. cum Felin. & aliis cap. 23. nu. 41. & Gerſon 3. parte, tract. de vita ſpirit. lect. 4. corol. 13. Sed ab aliis reiicitur; quia ſæpe ponitur lex, vt obliget, & cogat populum etiam repugnantem, quæ impugnatio frigida eſt: nam dici poteſt toto populo vel Eccleſia repugnante nullam legem vim habere: ſed tenendo, Principes poſſe obligare populos, etiam repugnantes, ratio à multis redditur: quia lex eſt lata ab ipſo populo, & ſic eius auctoritate, in conſuetudine contenta abrogatur. Vnde D. Thomas, quæſt. 97. art. 3. ad 3. ait, quando multitudo populi non habet principem ſupremum, à quo gubernetur, voluntas populi conſuetudine manifeſtata, ſufficit ad abrogandam legem: quia talis multitudo retinet in ſe poteſtatem legiſlatiuam: quando verò illam in principem tranſtulit, vel ex aliio principio eſt in ſupremo paſtore, tunc per tollerantiam eius talem conſuetudinem permittentis ſufficienter indicatur conſenſus eius ad legem abrogandam.

Dices, ergo requiritur ſcientia Principis: quia 19 vbi non eſt ſcientia, non eſt tollerantia, nec permiſſio voluntaria conſuetudinis: nam ignorantia tollit voluntarium proprium hoc: Soto 1. Iuſt. qu. 7. ar. 2. cenſet neceſſariam eſſe ſcientiam Principis, vt conſuetudo habeat vim legis abrogantis, vel obligantis. Idem Med. d. art. 3. & videtur fauere D. Thomas. Cõtrarium tamen tenet Couar. 2. 4. c. 6. §. 10. n. 19. cum gloſſa, ca. in iſtis, §. leges d. 4. quam commendat Panor. c. cum in officiis de præſcript. & alij referẽdi Sect. ſeq. & breuiter probatur, quia leges Pontificiæ abrogantur, vel derogantur per contrariam conſuetudinem: tamen non eſt veroſimile, Pontificem ſcire conſuetudinem totius orbis Chriſtiani, vt ipſe fatetur, cap. 1. de conſtitut. in ſexto.

Pro ſolutione aduerte, duobus modis per con- 20 ſuetudinem poſſe abrogari legem, ſcilicet per modum præſcriptionis, & per modum occaſionis nouæ voluntatis Principis; vt dictum eſt de abrogatione priuilegiorum. Hoc ſuppoſito ad quæſtionem reſpondeo, conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta ſufficit ad abrogandã, vel derogãdam legem, etiamſi Princeps illam ignoret, colli-

gitur ex c. vlt. de conſuetudine, & eſt cómunis ſententia, vt videre licet in auctoribus proximè citatis, & ſtatim, & Sect. ſequenti citandis.

Prima ergo pars huius dicti habetur expreſsè in textu citato: ponit enim ibi duas illas conditiones, & quòd ſit rationabilis, & quòd legitimè præſcripta. Et tacitè interpretatur ibi Pontifex legem ſecundam, C. quæ ſit longa conſuetudo, vbi Imperator abſolutè dixerat, conſuetudinem non habere tantam vim, vt præiudicet legi: Pontifex verò addidit, niſi ſit rationabilis, & legitimè præſcripta: & meritò, quia legitima præſcriptio in materia & re honeſta ſufficit ad mutanda prima dominia & iuriſdictiones: ergo etiam ſufficiet ad tollendam legem, deinde eſt hoc valde cóſentaneum conditioni legis humanæ, quæ debet eſſe moribus cóformis, & tolerabilis: ergo non debet eſſe cótra conſuetudinem diuturnam, quæ eſt quaſi altera natura & difficile remoueri poteſt. Vnde expediens eſt concedi præſcriptionem contra legem per conſuetudinem.

Altera verò pars, quamuis in textu non exprimatur: tamen eo ipſo quòd alia conditio non ponitur, ſatis ſignificatur, tum quia in aliis præſcriptio legitima vim habet: ergo & hîc; tum quia ad effectum iuridicum non poſſumus nos plures conditiones poſtulare, quàm ius ipſum petat, ſed abrogatio legis eſt effectus iuridicus, & ad illam non poſtulatur in iure ſcientia Principis de tali conſuetudine, ergo. Dices, in illis duabus códitionibus hanc implicitè cótineri. Sed hoc falſum eſt: nam vt conſuetudo ſit rationabilis, non pendet ex ſcientia Principis de conſuetudine. Deinde nec legitima præſcriptio, quia contra ignorantes præſcribimus: ergo. Deinde ſine tali ſcientia interuenit ſufficiens conſenſus Principis, ſcilicet ipſo iure datus, nam efficacia præſcriptionis ipſo iure, & ex volútate principú introducta eſt: cur ergo non abrogabitur lex poſita præſcriptione, cùm principes velint poſita conſuetudine legitimè præſcripta, ſeu cum certis conditionibus, quæ ſecundùm leges in aliis præſcriptionibus ſeruantur, legem exſpirare, & extingui? Et quòd princeps hoc poſſit ſtatuere non ſolùm in legibus propriis, & ſuorum prædeceſſorum, quod clarum eſt, ſed etiam legibus ſucceſſorum, quod eſt difficilius, & ita factum eſſe, & ſic dari præſcriptionem contra legem, non ſolum in Hiſpano iure, ſed etiam in Cæſareo, & Eccleſiaſtico, ſectione ſequenti conſtabit. De alio autem modo, quo conſuetudo abrogat legem ſine præſcriptione dicetur in eadem ſectione, & ſequétibus; vbi etiam abundè patebit ad multas difficultates, quæ in argumentis inſinuantur, quæ ideò nunc breuiter diluenda ſunt.

21 *Ad 1. & 2. argum.* Ad primum, & ſecundum argumentum initio poſita reſpondeo, in hac legis per conſuetudinem abrogatione ſéper intercedere auctoritatem præſentis, vel præcedentis Principis, ſiue conſuetudo abroget legem præſcribendo, ſiue efficiendo, vt princeps velit nunc legem abrogare: & idem poteſt contingere in deſuetudine, ſeu non vſu leges numquam receptæ: an verò maius tempus requiratur in conſuetudine, quàm in deſuetudine, dictum eſt agendo de acceptatione legis, & dicam infrà.

22 *Ad 3. argum.* In tertio argumento petitur, an lex poſſit reuocare conſuetudinem, & infrà videbimus poſſe, quando eſt poſterior, quia vltimæ voluntati Principis ſtandum. Item videbimus poſſe lege præcedenti impediri præſcriptionem conſuetudinis ſequentis, quia conſuetudo vim præſcribendi non habet, niſi ex voluntate præterita Principis: ergo eo ipſo quòd princeps voluerit, vt cóſuetudo non præſcribat, niſi accedat noua voluntas Principis, conſuetudo non habebit præſcribendi vim.

*4. Argum.* In 4. arg. petitur explicatio illius conditionis, vt conſuetudo legé vincat, quod ſit rationabilis iuxta cap. vlt. de conſuetud. de qua poſtea: nunc ſatis ſit ſaltem conſuetudinem diuturnam faciendi contra legem, ſi per ignorantiam, vel impotentiam aliquam à peccato excuſata fuerit, abrogare legem via præſcriptionis, via autem occaſionis, ex qua princeps velit eam legem extingui, quis dubitat, quin lex per conſuetudinem abrogari poſſit?

*Ad 5. argum.* Ad quintum dicam etiam poſtea, quod iam dixi: cum cóſuetudo non habeat vim abrogandi legem præſcribendo, niſi ex voluntate Principis præcedenti, eo ipſo quòd ipſe velit in aliquo caſu conſuetudinem carere hac auctoritate illam non habebit, ſemper tamen poterit Principi præſenti eſſe occaſio abrogandi legem, & vbi non fuerit appoſita illa clauſula, conſuetudo præſcriptiua legem abolebit.

*Ad 6. argum.* In ſexto argumento petitur alia difficultas, an conſuetudo poſſit legem abrogare quoad ſolam pœnam, etiam quando eſt impoſita ipſo facto. De qua re ſunt contrariæ opiniones, Sect. 9. examinandæ, & in quacumque verum eſt, præſcribi poſſe conſuetudine contra legem, quantum ad id quod præcipit, quidquid ſit de pœna ipſa.

*Ad 7. argum.* Similis difficultas tangitur in ſeptimo argumento, an ſcilicet lex prohibens & irritans poſſit conſuetudine abrogari quoad ſolam irritationem, ipſa in ſuo robore manente quoad prohibitionem: in qua difficultate tractanda in Sect. 10, partem affirmantem eligemus.

23 *Dubium.* Sed dubitabis, quare clericorum conſuetudines contra canones valeant, & non ſtatuta. Ratio dubitandi eſt, quia laycorú ſtatuta vim etiam habent contra leges ſuorum principum: ergo & ſtatuta clericorum contra leges canonicas. *Conſuetudo & ſtatutum qui differant.* Item conſuetudo, & ſtatutum non differunt, niſi ſicut tacitum & expreſſum, vt docet Panor. ca. conſuetudinis de conſuetudine: quia in conſuetudine interuenit tacitus conſenſus: in ſtatuto verò expreſſus, vt l. de quibus, ff. de legibus. Sed conſuetudo clericorum præualet legi canonicæ: ergo & ſtatutum. Ad primam rationem dubitandi, reſpondet Panormitanus, ca. fin. de conſuet. rationem diſcriminis eſſe, quia leges communes conſtitutæ ſunt ob bonum commune, vel priuatum ciuium, & ideò principes voluerút, vt poſſent ciues ſtatuta códeré cótra leges: quoniam iure & cómodo ſuo cedere queunt. At verò canones ſunt inſtituti ad cultum, & honorem Dei, ad peccatum vitandum, ad conſcientias, & mentes hominum dirigendas, quo iure clerici cedere nequeunt, & ſi contra canones faciunt ſtatuta, cenſentur temeraria, & ambitioſa. Sed meritò Felinus, ca. ſuper his, de maior. & obed. & Card. Alexandrin. capit. fruſtra d. 8. hanc rationem improbant: quia multi ſunt canones cóſtituti ad bonum priuatum clericorum, quales ſunt canones de iudiciis & litibus: & è cótrario multæ leges ciuiles ad bonum cómune, cui ciues cedere non poſſunt. Vnde Azor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 11. reſpondet, rationem eſſe: quia leges, & principes voluerunt,

Digitized by Google

runt, vt ciues, & populi poſſent contra leges ſtatuere, vt colligitur ex l. omnes populi, ff. de Iuſt. & iure. At numquam ius canonicum permittit, vt clerici contra canones ſtatuent; tamen concedit, vt clericorum conſuetudine contra canones vim habeant. Quod iura voluerunt: quia difficiliùs eſt, tot populos, quot eſſe ſolent in Principum poteſtate, vna lege obligare, quàm clericos, & Eccleſias vno canone. Felin. autem & Alexandrin. ſuprà, & Rochus tract. de conſuetud. §. gloſſa finalis, in 2. requiſito, reſpondent, quia Principes ciuiles ſuam habent poteſtatem à Populo: at Eccleſia habet proximè à Deo.

23 Sed dicendum eſt, ciuilem Remp. ſi ſit libera, vt olim Romana, poſſe ſtatuere contra leges Principis, vt in illa l. omnes populi: ſi verò non ſit libera, non poſſe: quia ad hoc nec habet authoritatem à ſe, nec à Principe, licet ſi leges Principum ſint directè in ſolum fauorem priuatum, quælibet perſona, vel communitas habent ſe, vt perſona priuata, poſſit illis renuntiare, aliàs non. Et in hoc pares ſunt clerici, & ſæculares: quamuis clerici non poſſint renuntiare foro, & aliis eiuſmodi: quæ directè etiam ſunt inſtituta in bonum commune, vel honorem Dei: Conſuetudines autem vtrique poſſunt introducere cõtra leges Principum, ſiue per actus licitos, ſiue per illicitos, quæ non ab illis, ſed à Principibus vim habeãt abrogandi eorum leges, ſiue Principes ſciant, ſiue ignorẽt conſuetudinem, vt ibi docet Azor, & latè dicemus ſect. 6. condit. 4. Quod verò ibi ait Azor, quamlibet communitatem poſſe, etiam inſcio Principe, aliqua ſtatuere, vel conſuetudine obligante ipſa introducere, alibi tractauimus.

24 Ad ſecundam rationem dubitandi reſpondeo, ſtatutum, & conſuetudinem non ſolùm differre penes cõſenſu tacitum & expreſſum; ſed quia ſtatutum habet vim ex authoritate ſtatuentium: cõſuetudo verò non ex authoritate aſſueſcentium, ſed Principum concedẽtium præſcriptionem conſuetudini, vel ſumentium ex ea occaſionem abrogandi ſuas leges: vnde nec laici, nec clerici poſſũt ſtatuta facere contra leges ſuorum Principum, licet poſſint eas conſuetudine abrogare.

## SECTIO IIII.

*Quantum temporis requiratur, vt conſuetudo præſcribat contra legem.*

25 *1. Opinio. Decem anni in lege ciuili, quadraginta verò in Eccleſiaſtica requiruntur ad præſcriptionem legis.*

PRima opinio affirmat, requiri decem annos in lege ciuili, quadraginta verò in Eccleſiaſtica. Panormitanus ca. fin. de conſuetud. num. 11. Rochus, & gloſ. ibidem, Innoc. cap. cum dilectus, de conſuetud. Angelus conſuetudo, num. 8. & 9. Syl. num. 4. quæſt. 2. & num. 6. quæſt. 4. Nauar. lib. 1. conſiliorum tit. 48. de conſuetud. conſilio 1. Molin. tract. 2. de iuſt. diſp. 77. tom. 1. Azor lib. 5. ca. 4. quæſt. 4. tom. 1. Marcus Antonius Cuchus lib. 1. inſtitutionum maiorum tit. 9. num. 23. Sayrus lib. 3. cap. 11. num. 8. Felin. cap. 1. de treuga & pace. Anton. 1. part. tit. 16. §. 4. Cordub. lib. 1. quæſt. 12. ad 4. Gregor. Lopez, l. 5. gloſ. 4. tit. 2. part. 1. Sebaſt. Medicis lib. de legib. & ſtatutis, part. 2. quæſt. 14. num. 3. Bart. l. de quibus, ff. de legibus, Cynus l. 2. C. de ſeruit. Tabien. conſuetudo, quæſt. 6. num. 7. Armil. num. 5. Roſel. num. 13. Turrecrem. ca. conſuetudo, quæſt. 2. & cap. mos, qu. 4. Goffred. Tranen. in ſumma tit. de conſuetudine num. 8.

Fundamentum huius opinionis eſt, quia ad inducendam conſuetudinem ius ciuile requirit longum tempus, l. de quibus, l. ſed ea, ff. de legib. inſtit. de iure nat. §. ex non ſcripto, C. quæ ſit longa conſuetudo: atqui longum tempus eſt decem annorũ, inſtit. de vſucapio. §. 1. & l. ſuper longi temporis, ff. de præſcript. & C. de præſcrip. longi temp. ergo contra legem ciuilem requiruntur decem anni. In Eccleſiaſtica verò requirũtur quadraginta, quia contra Eccleſiam non præſcribitur, niſi annis quadraginta. Addit verò Molina, conſuetudo tamen de re Eccleſiaſtica, ac ſpirituali, quæ ſit præter legem canonicam, vim obligandi habet poſt decem annos, vt ſi conſuetudo alicuius loci ſit, vt die aliquo quaſi ex obligatione ieiunetur, aut vt dies aliquis in honorem alicuius Sancti, quaſi ex obligatione ſeruetur, talis conſuetudo obligare incipit poſt decem annos à tempore, quo introduci cœpit. *Quid ſit longum tempus.*

26 Secunda opinio negat, requiri certum tempus, vt conſuetudo legem auferat, ita Medina, quæſt. 97. art. 3. §. ſed dubitatur, Valen. diſp. 7. qu. 5. punct. 8. Sotus 1. Iuſt. quæſt. 7. art. 2. fauet Gerſon lect. 4. de vita ſpir. corol. 13. lit. R. dicens, *Quando tempus lege taxatum non eſt, arbitrio ſapientis taxandum eſſe.* Idem expreſſius tenet Leonardus Leſſius 2. de virtutibus, cap. 22. dub. 14. probans, quia vt conſuetudo tollat legem, ſolùm requiritur, vt paſſim agatur contra legem, ſeu vt lex non ſeruetur, quando occurrit ſeruanda, ſciente Principe, & non ſe opponente, vt docet paſſim Theologi, & Canoniſtæ, Panorm. ſuprà, & gloſſ. cap. 1. de treuga & pace. Dum enim ſcit, ſuam legem non ſeruari, & ſilet, cenſetur conſentire, vt non ſeruetur, ne Reſp. perturbetur; ac proinde cẽſetur tollere obligationem legis: nempè quia Princeps permittens conſuetudinem, implicitè detrahit ſuæ legi vim obligandi. Confirmatur, quia conſuetudo populi habentis Principem non poteſt per ſe tollere vim legis, quã Princeps impoſuit, (cùm ſinguli ſeorſum, & omnes ſimul ei ſubſint) ſed hanc vim tantum habere poteſt à conſenſu tacito, vel expreſſo Principis. Cenſetur autem tacitus conſenſus, dum conſuetudini non ſe opponit, etiamſi id fiat metu difficultatum. Hinc ſequitur, ſæpe fieri, vt paucis annis lex abrogetur, etiamſi anteà recepta fuerit, quia vt dicatur eſſe conſuetudo contraria, ſufficit bis, térve contra actum eſſe, vt docet Syluest. conſuetudo, num. 6. Panorm. ſuprà, & alij paſſim. Nec obſtat, quòd ius ciuile ad conſuetudinem requirit longum tempus: id enim tantùm in materia vſucapionis definitur, & vt conſuetudo tollat legem, non requiritur, vt ſit longior, quàm neceſſe eſt, vt Princeps cenſeatur eam permittere. Dices, cap. fin. de conſuet. dicitur, licet longæ conſuetudinis non ſit vilis authoritas, non tamen eſt vſque adeò valitura, vt vel iuri poſitiuo debeat præiudicium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè præſcripta. Reſpondeo intelligendum de conſuetudine, quando aliàs non putatur Princeps ei conſenſiſſe: tunc enim requirit longius tempus. Quando non conſtat, breuiori tempore conſuetudinem Principi innotuiſſe, probabile eſt, requiri decem annos, & hos ſufficere, vt conſuetudo poſſit legem tollere. Et decem annos requiri, eſt communior ſententia, *2. Opinio.* *Leſſius.*

Digitized by Google

ſententia,itemque contra legem ciuilem ſufficere. A Quod etiam ſufficiant decem contra legem canonicam non receptam moribus vtentium, docent Nauar. ſuprà, & alij. An verò ſufficiant contra receptam,maior eſt difficultas.Non videtur improbabile ſufficere, primò, quia nũquam ius aliquod diſtinguit inter legem Eccleſiaſticam, & ciuilem hac in parte. Nec obſtat, quòd contra Eccleſiam ſolum præſcribitur annis quadraginta, quia hoc intelligendum de bonis immobilibus, & iuribus Eccleſiæ, quæ ſunt inſtar bonorum immobilium. Obligatio autem ſubditorum ad legem ſeruãdam non poteſt cenſeri inter bona, vel iura Eccleſiaſtica. Itaque illæ leges præſcriptionum non ſunt huc traducendæ. Secundò ſi decem anni ſufficiunt, vt B princeps ſæcularis cenſeatur tacito quodam conſenſu remittere vim ſuæ legis,ergo & Principi Eccleſiaſtico, præſertim cum eius ſit curare, ne ſubditi peccent,néve aſſiduis angantur ſcrupulis, qui ex eiuſmodi interminatis obligationibus naſci ſolent.Itaq; cũ Eccleſia contrarium non expreſſerit, probabiliter exiſtimari poterit, eam ſequi, vt in aliis multis ſolet, iuris ciuilis morem. Tutius tamen eſt,ſententiam communem amplecti.Requiritur tamen, vt per illud tẽpus ſubditi legem non ſeruauerint,ita vt non ſeruando non peccauerint; alioqui contra eã non præſcribent, vt rectè Syl.& alij docẽt.Dices,ſi currẽte illo tẽpore non peccãt, quomodo poſſunt puniri propter legis violatio- C nem?Reſpondeo,quia præſumuntur peccaſſe:non enim præſumitur legum communium ignorantia, niſi probetur. Deinde quia hac veluti conditione tacita conceditur ius præſcriptionis, vt ſi intra illud tẽpus deprehenſi fuerint agere contra legem, poſſint plecti, vt hac ratione lex non exarmetur, dum adhuc viuit, ſed habeat, quo ſe poſſit tueri. Sed ſi conſuetudo ſit aliquomodo contra ius Eccleſiæ, requiruntur anni quadraginta. Patet ex dictis dub.8.Hęc Leſſius,cui ex parte concordat Sa, verbo conſuetudo num.3. Vbi ait: conſuetudo rationabilis,ſi eſt contra ius,præſcribit, quadraginta annis: ſi autem eſt præter ius, decem: quidam,tamen dicunt, rationabili conſuetudine non ſolùm contra ius ciuile præſcribi decem annis: ſed etiam contra canonicum Papa ſciente, & non contradicente; quod mihi magis probatur: cur enim tam longa conſuetudine non dicetur lex abrogata? Nec mihi ſatisfacit illorum reſponſum,per decem quidem annos non receptam legem non ligare:at vbi recepta eſt, opus eſſe per quadraginta non fuiſſe in vſu.Nec enim video,cur lex ab initio non recepta per annos decem, nihilominus ligare non debeat,aut cur ad receptæ abrogationem quadraginta opus ſit. Hæc à me probabiliter dicta, Doctiorum tamen,vt & reliqua omnia mea ſubmitto iudicio.Hactenus Sa. Azor autem tom. 1.lib.5.ca. 18.quæſt.6.inquirit, an conſuetudo contraria legi eam abroget decennio, ſciente & tolerante eam Principe: & pro parte affirmãte refert Antonium, Philippum Corneum, & Oldradum citatos à Rocho tract.de conſuetudine §. gloſſa finalis. Pro contraria verò aſſerente,etiam ſciente Principe legem canonicam non abrogari conſuetudine niſi quadraginta annorum; ciuilem verò decem, citat Panorm.ca.fin.de conſuetud.Felinum, qui teſtatur eſſe communem, ſuprà in.2. requiſito poſt quæſt. 2.verſ.tertio limit.Ipſe verò Azor ibi nihil definit. Ferrarienſis autem §.ex non ſcripto inſtit. de Iuſt. & iure, ait,conſuetudo vt præſcriptione acquiratur,decem annorum ſpatium intercedat, oportet; niſi in rebus Eccleſiæ alienandis, vbi quadraginta annos deſideramus.

*Sa.* *Azor.* *Ferrarienſis.*

27 Tertia opinio eſt Vazquez diſp.177.cap.5.Qui ait primò,nullum eſſe tempus determinatum à iure,nec determinari poſſe, quo per conſenſum expreſſum ipſius legiſlatoris conſuetudo ſequẽs vim habeat abrogandi legem.Probat:nam licet aliquis princeps tempus determinaret, nihilominus expreſſus conſenſus ipſius,& cuiuſcumque ſucceſſoris in principatu, & regno maioris momenti, & virtutis eſſet,quam lex ſcripta,& mortua, quæ tẽpus determinaret: quomodo enim expreſſo conſenſus, qui in poteſtate libera Principis eſt, & eſt lex ipſa viua,tempus determinari poteſt, etiam ab ipſomet principe per legem ſcriptam, quæ mortua eſt?

*3. Opinio Vazquez. Primum eius dictum.*

28 Hanc rationem ego confirmo:primò,quoniam princeps non poteſt limitare mandata ex ſe perpetua ſucceſſorum, qualia ſunt leges, vt expirent, ſi talis vel talis circumſtantia occurrat:ergo non poteſt ea limitare, vt continuò expirent, ſi populus certò ea violet, ac proinde non poteſt concedere veram præſcriptionem aduerſus illa. Secũdò,quia princeps non poteſt limitare legem ſucceſſoris,ad certa loca, vel perſonas, aut caſus, in quibus tantùm, & non in aliis obligent in actu ſecundo, & multominus in primo:ergo nec poteſt limitare,& reſtringere illas, vt non obligent in actu primo, ſed penitus expirent, & extinguantur conſuetudine contraria certi temporis. Tertiò, quia lex prior non poteſt ſequentem abrogare ſimpliciter, aut ſub tali,vel tali conditione: ergo non poteſt concedere veram præſcriptionem aduerſus illam.

*Author.*

29 Secundò ait Vazquez, poſſe legem fieri, qua determinetur tempus,in quo iudicetur,legem ceſſare per conſuetudinem ex tacito conſenſu Principis. Probat:quia cum tolerantia ipſius vſus contra legem, poſſit in principe oriri ex animo permittendi tantùm,& ex animo conſentiendi, ſi ipſe animum ſuum aliis verbis, aut ſignis non declaraſſet,ex ſola temporis diuturnitate non tam bene D colligi poſſet animus conſentiendi, quàm ſi ipſe lege ſua pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus animum conſentiẽdi perpetuò explicaſſet: quòd ſi lege ſua decernat, poſt tale tempus conſuetudinem ab ipſo principe toleratam derogare legi, ſufficienter explicabit conſenſum ſuum,& ſuorum ſucceſſorum, quandiu lex illa à ſucceſſoribus non abrogetur.

*2. Dictum eiuſdem Vazquez.*

30 Tertiò dicunt,de facto nulla talis lex eſt in iure canonico,vel Cæſareo,quæ ſcilicet,deſignet tempus conſuetudinis, poſt quod præſumendus ſit tacitus conſenſus Principis de abroganda lege. De iure canonico probat: nam duo canones adduci ſolent ad probandum, in iure conceſſam eſſe præ- E ſcriptionem contra legem: ſcilicet cap. 3. de conſuetud.in 6.& cap. fin. de conſuet. in Decretal. atqui prior textus non loquitur de pręſcriptione cõtra legem,ſed contra perſonas: loquitur enim de iure Epiſcopi ad iudicandum, & puniendum ſubditos ſuos abſque capitulo: quod quidem Epiſcopus præſcripſerat contra Capitulum, cum aliàs Capitulum ſoleat comitari Epiſcopum in ferenda ſententia contra aliquem Capitularem.Caput autem finale de conſuet. licèt dixerit, cõſuetudinem præſcriptam poſſe præiudicium generare legi, at

*3. Dictum eiuſdem.*

verò

Digitized by Google

verò tempus legitimæ præſcriptionis contra legem, quantum debeat eſſe, nec textus ille, nec alius deſignauit.

Et quamuis ius canonicum ad præſcribendum contra Eccleſiam requirat annos quadraginta, ne Eccleſia ex negligentia ipſius tam citò amittat dominium ſuarum rerum: tamen præſcriptio contra legem alterius rationis eſt; quia ſolum conducit ad præſumendum tacitum conſenſum Principis, qui ſciens vſum, & conſuetudinem, ipſam tolerauit: nam vſus contra legem, ignorante legiſlatore, nunquam inducit conſuetudinem: conſenſus autem cum ſcientia nulla ratione præſumendus difficiliùs eſſet de principe Eccleſiaſtico, quàm de ſæculari: quare non opus erat, vt lex Eccleſiaſtica aſſignaret tempus quadraginta annorum ad hanc præſcriptionem, ex eo quòd aſſignauit ad præſcriptionem rerum Eccleſiaſticarum, quæ fit, etiam ignorante domino, ob aliam quidem rationem.

De iure autem Cæſareo probat: quia in eo ſolùm habetur, vt conſuetudo longi temporis vim habeat derogandi legi, & obligandi: ſed quàm lõgum debeat eſſe tempus, non eſt diffinitum: nam quamuis quibuſdam locis longum tempus dicatur decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes: hoc tamen intelligitur de tempore requiſito ad præſcriptionem rerum, non de præſcriptione conſuetudinis contra legem.

31 Quartò dicit Vazquez, Ius Hiſpaniæ, (quod in externis, aut Eccleſiaſticis vim non habet) definiuit decem aut viginti annos, vt conſuetudo legem abrogaret. Probat; nam l. 5. tit. 2. partita 1. dicit, cõſuetudinem introduci à populo, quando maior pars illius decem, aut viginti annis alicuius rei vſum habuerit. Decem intelligit inter præſentes & viginti inter abſentes. Quod probat Vazquez, cap. 3. contra alios aliter interpretantes, præſertim cõtra Gregorium Lopez in dictam legem Partitæ, & Burgos de Paz. 1. lege Tauri. num. 205. & ſequentibus, qui exiſtimant, non eſſe dictum ſub diſiunctione decem, aut viginti propter præſentes & abſentes, eo quod conſuetudo ſemper inducitur inter præſentes; quia maior pars populi, quæ conſuetudinem inducit, ſemper adeſt. Sed ratio ſecundum Vazquez eſt friuola: quia præſentia & abſentia inter principem, & populum debet intelligi, non inter vnam partem populi, & aliam: ſic in l. ſuper lõgi. C. de præſcrip. dicitur, præſcriptionem longi temporis eſſe, quæ decem, vel viginti annis introducitur. Et quòd conſuetudo decem annorum contra legem præſcribat inter præſentes, viginti autem inter abſentes, docet Syluester verbo conſuetudo, quæſt. 2. num. 4. & Ioannes Azon (qui creditur auctor Partitarum) C. quæ ſit longa conſuetudo, colum. 1. & alij Iuriſperiti, l. de quibus ff. de legibus, & l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, Valen. & Sayrus citati in 1. opin.

*4. Dictum eiuſdem.*

Addit Vaſquez illo ca. 3. num. 33. Nihilominus cõſuetudine iam receptum video, vt nulla habeatur ratio abſentiæ, aut præſentiæ Principis ad inducendam conſuetudinem, tametſi multum interſit ad præſcribendum rem aliquam. Item omnia, quæ dicit Vazquez de conſuetudine ad abrogandam legem, intelligi vult de conſuetudine ad inducendam legem, ſeu vt vim legis habeat.

## §. 1. *Quid in hac re ſentiendum ſit.*

Ego primam opinionem, quæ communis eſt, retinendam cenſeo, ſi rectè exponatur, & intelligatur; quæ aliquomodo cum ſecunda conciliari poteſt. Nam ſi ſermo ſit de conſuetudine derogante legem ex ſolo conſenſu tacito Principis tunc dominantis, & videntis, ac permittentis, conſuetudinem introduci contra legem, nullum certum tempus requiritur, vt ea legem aboleat, & in hoc ſenſu vera eſt ſecunda opinio, cui ex parte conſentit tertia, quatenus ait, nullum tempus eſſe definitum iure Eccleſiaſtico, aut Cæſareo ad præſumendum conſenſum tacitum Principis, vt conſuetudo legem aboleat, vel introducat. Si verò ſermo ſit de conſuetudine abrogante legem per modum præſcriptionis, ac proinde ex vi legum præſcriptionis, ſeu ex conſenſu expreſſo legiſlatoris, qui leges præſcriptionis tulit, veriſſima eſt prima opinio: cui ex parte conſentit Leſsius citatus pro ſecunda opinione, quatenus ait, quando conſuetudo non innotuit Principi, & ideò non conſenſit, vt abrogaret legem, dari certum tempus præſcriptionis, & probabile eſſe ſufficere, & requiri decem annos, ſiue conſuetudo ſit contra legem ciuilem, ſiue contra Eccleſiaſticam. Ex parte etiam cõſentit Sa, qui decem annos deſignat, vt conſuetudo vim habeat contra legem, ſiue ciuilem, ſiue Eccleſiaſticam. Conſonat etiam ex parte Vazquez pro tertia opinione relatus, quatenus ait, in noſtro regno aſsignatum eſſe tempus decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt conſuetudo legem aboleat. 32

*Auctor. Quomodo ſupradictæ opiniones concilientur.*

33 Vt autem tota noſtra ſententia conſtet, probatur in primis, per legem aliquam generalem introduci potuiſſe veram præſcriptionem contra leges ſequentes. Et quidem, ſi leges ſint eiuſdem Principis, nulla eſt difficultas: nam quiſque poteſt reſtringere ad certas occaſiones, & circunſtantias obligationem propriarum legum; & ſic quilibet poteſt generatim explicare, & velle, vt quando leges eius per decem, vel viginti annos ab earum receptione, non fuerint obſeruatæ à communitate, licet ipſe poſteà illas non abroget, nihilominus maneant abrogatæ, & extinctæ, niſi contrarium ipſe voluerit: quæ conditio ſemper ſubintelligenda eſt: nam quamuis vellet, non poſſet ſibi poteſtatem auferre remouendi præſcriptionem, & conſeruandi ſuas leges, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium: & idem poteſt facere Princeps reſpectu legum ſuorum anteceſſorum.

34 Quòd verò idem, & eodem modo proportionaliter poſsit reſpectu legum ſuorum ſucceſſorum licet ſit difficilius, probatur: quoniam poteſt diſponere introducendo præſcriptionem veram aduerſus alia eorum iura, & bona: nam, vt ex legibus canonicis, & ciuilibus docent omnes, etiam contra bona, & iura Principum tam Eccleſiaſticorum, quàm ſæcularium datur vera præſcriptio: ergo etiam poteſt dari contra eorum leges. Nec in hoc derogatur eorũ auctoritati, & poteſtati: nam ſucceſſores, ſi velint, poſſunt reuocare, aut limitare ſucceſſorum leges concedentes præſcriptionem contra ipſorum leges, & poſſunt leges, cõtra quas iam præſcriptum eſt, reuocare. Vnde minus ipſis nocet præſcriptio contra eorum leges, quàm cõtra

eorum

eorum bona: quia bona ſemel ab aliis præſcripta, recuperari non valent. Tamen ad euitandas lites, & alia incommoda vtraque præſcriptio introduci potuit, & contra bona, & alia iura de facto introducta eſt, vt omnes fatentur: contra leges verò idem ſentiunt communiter Doctores, cap. fin. de conſuetudine per textum ibi dicentem, legem cõſuetudine tolli, modo conſuetudo ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, vide Roſell. verbo conſuetudo, num. 13. & alios relatos pro prima opinione: verba textus ſunt; *licet longæua conſuetudinis non ſit vilis auctoritas: non tamen eſt vſque adeò valitura, vt vel iuri poſitiuo debeat præiudicium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè præſcripta.* Vbi ponderanda ſunt illa verba, *longæua conſuetudinis non ſit vilis auctoritas*, quæ ſumpſit Põtifex ex l. cõſuetudinis, C. quæ ſit longa conſuetudo: nam illis denotatur, cõſuetudinem longam habere auctoritatem contra legem, vtique ex vi prioris legis, vel expreſſi conſenſus præcedentis alicuius Principis, qui tribuere potuerit, & voluerit vim illam, & auctoritatem, quam aliunde habere non poterat. At quando cõſuetudo abrogat legem ex vi taciti, vel expreſſi conſenſus Principis præſentis, non dicitur propriè conſuetudo auctoritatem habere ad abrogandam legem: quia ſolum eſt occaſio, qua inductus Princeps interdum legem abrogat; interdum non. Tãtùm ergo dicitur habere auctoritatem ad abrogandam legem, quando ſine vllo conſenſu Principis præſentis illam tollit: quod eſt verè præſcribere: ergo ex iſto textu colligitur vera præſcriptio in legem: & ideò ſubiungitur, *conſuetudinem præiudicare iuri poſitiuo, ſi fuerit rationabilis, & legitimè præſcripta*: ideſt, ſi habeat conditiones, quas leges præſcriptionis requirunt; cum hæc ſit vera præſcriptio.

35 Vnde etiã patet, ante iſtam legem eſſe cõceſſam præſcriptionẽ per alia iura, vt inſinuat Roſell. ſup. nimirũ per alias leges ſcriptas, vel non ſcriptas, ſeu per traditiones ſine ſcriptura: quia nimirũ Principes voluerũt, & verbis, vel aliis ſignis expreſſerũt, ſe velle, vt præſcriptio curreret contra leges, ſicut contra alia. Vnde ſicut contra alia iura Eccleſiaſticã non valet præſcriptio, niſi quadraginta annorũ: ita nec contra leges Eccleſiaſticas. Imò lex Eccleſiaſtica, quæ ait, contra res immobiles, & iura Eccleſiæ non præſcribi, niſi quadraginta annis, comprehendit leges Eccleſiaſticas; cum ſint quædam Eccleſiaſtica iura.

Rectè igitur omnes ferè Doctores, Iuriſperiti & Theologi ex textu cit. probant, dari veram præſcriptionem contra legem etiam Eccleſiaſticam. Quod bene etiam probant ex cap. 3. de conſuet. in 6. vbi dicitur, non eſſe reprobandam conſuetudinem, quam allegabat quidem Epiſcopus in corrigendis ſuis ſubditis canonicis ſine conſenſu Capituli, ſi eſſet legitimè præſcripta: quæ conſuetudo erat contra legem Eccleſiaſticam, ex qua Epiſcopi tenebantur, in correctione Canonicorum conſenſum Capituli habere: ergo ſermo ibi eſt de vera præſcriptione contra legem Eccleſiaſticam. Item conſuetudinem in rebus, ſeu negotiis Eccleſiaſticis præſcribere, conſtat ex cã. Cumana de electio. ibi, *non conſtituit eis de iure competere, vel de conſuetudine iam præſcripta*, & cap. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ. & proprietatis, ibi, *vſque ad præſcriptionem legitimam.*

36 Speciatim verò contra legem ciuilem dari veram præſcriptionem iure ciuili, colligitur ex illo cap. fin. de conſuetud. Vbi Pontifex generatim dicit, cõſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta derogari iuri poſitiuo: vbi Pontifex indefinitè loquitur de iure poſitiuo: ergo etiam ciuile comprehendit. Quod manifeſtiùs conſtat, quoniam adducit l. conſuetudinis, C. quæ ſit longa conſuetudo: quę ſic habet. *Conſuetudinis, vſuſque longæua non vilis auctoritas eſt: verùm non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem.* Vbi gloſ. meritò dubitat, quia videtur finis huius legis contrarius principio, nam ſi non eſt vilis auctoritas conſuetudinis: ergo vincit legem, ſed in fine dicitur contrarium. Reſpondet Gloſſa, *Ad quæ dicunt quidam, vt reſpond. quod loquatur primò in genere: poſteà in ſpecie negetur: & ſic derogat in parte, & non abrogat, quod eſt in totum, vt ff. de verb. ſign. l. derogare. Vnde verſus, eſt genus in primo, ſpecies ſeruatur in imo. Alij intelligunt principium de ea, quæ eſt ſecundum legem: finem verò de ea, quæ eſt contra. Tu dic ſecundum Ioan. quòd conſuetudo vincit legem, ſiue ſit generalis, & tunc generaliter: ſiue ſpecialis, & tunc ſpecialiter: & ſic non eſt vilis auctoritas: non autem ſpecialis vincit generalem: & hoc ſubiicit, non vſque adeò &c.* Omitto alias huius legis interpretationes, quas eadem gloſſa poſteà refert, de quibus inferiùs dicam. Potiſſimum autem probatur ſententia noſtra ex l. de quibus, l. diuturna, l. ſed & ea, quæ, l. imò, & l. ſi de interpretatione, l. nam Imperator, & l. ergo, ff. de legibus. Vbi dicitur, conſuetudinem habere vim legis, & pro lege eſſe habendam, & abrogare priorem legem, nimirùm ſicut lex poſterior abrogat priorem contrariam. Idem habetur l. 1. & l. fin. C. quæ ſit longa conſuetudo: ſed hoc reuera eſt, conſuetudinem præſcribere contra legem ſibi contrariam: ergo in iure ciuili datur vera præſcriptio cõtra leges.

Obſerua autem, quòd licet Cynus, & Angelus poſt Petrum Ancharanum dixerint, conſuetudinem non debere dici præſcriptam: quia non præſcribitur ius diſponens ſeu habens vim legis, ſed ius ad aliquid faciendum, quale eſt dominium alicuius rei: tamen Panormitanus hoc reprobat cap. fin. de conſue. vbi textus cõſuetudinem vocat, pręſcriptam. Et non eſt ſenſus quòd ipſa præſcribatur, vel quòd præſcribat aliquod dominium: ſed quòd vim habeat ad abrogandam legem, & ipſam abroget, ſi duret tempore requiſito ad pręſcriptionem. Addit Panormitanus, in iure canonico fieri mentionem conſuetudinis præſcriptæ, & non in ciuili: quia conſuetudo in iure ciuili non habebat vim ex lege aliqua concedente præſcriptionem: ſed auctoritate populi, qui poterat legem condere, & abrogare. Idem docuit Syluester verbo conſuetudo, quæſt. 6. num. 10. vbi idem attigit Armill. nu. 5. Sed nihil obſtare video, quominus ipſe populus de ea re legem ſtatuerit ſcriptam, aut non ſcriptam: & quidquid ſit de hoc, tamen poſteà ipſe populus omnem poteſtatem condendi leges à ſe abdicauit, & in Principem trãſtulit: & tunc ſaltem ex lege eiuſdem Principis introducta eſt præſcriptio per conſuetudinem ſine auctoritate populi conſentientis. Et quamuis hoc nomen præſcriptionis attributum conſuetudini, non inueniatur in iure Romano: tamen reipſa in eo habetur, vt ait Azor lib. 5. cap. 17. quæſt. 7. in fine cum Rochę de Curtis tract. de conſuetud. ſuper cap. fin. de conſuet. §. gloſſa finalis, allegante Bartolum, & Bald. 37

Digitized by Google

qui l.de quibus,ff.de legibus,num. 27. dixit, præſcriptionem eſſe de eſſentia conſuetudinis,ſcilicet vt vim habet legis. Vbi etiam nota,quòd cum cõſuetudo non eſt contra legem, non ita propriè dicitur præſcribere, quia illa nihil iuris acquirimus: & multominus quãdo lex abrogatur ex noua voluntate Principis videntis conſuetudinem,& inde occaſionem ſumentis abrogandi legem. Ad quod eſt impertinens, vt diximus, quòd conſuetudo ſit decem,vel viginti annorum: ſecus ad veram præſcriptionem, quam quidem omnes Iuriſperiti ponunt in l. ciuili; & manifeſtè colligitur ex legibus citatis petentibus longitudinem, & diuturnitatem in conſuetudine, vt vim habeat, ſcilicet ſecluſo præſenti conſenſu tacito, vel expreſſo Principis, hoc ipſo quòd non reſiſtat, quia vim habet ex conſenſu anteceſſoris, vel anteceſſorum, qui præſcriptionem conteceſſerunt.

Vnde rectè Antonin.1.part.tit.16. cap. vnico §. 2.ait, conſuetudine poſſe abrogari legem abſque ſcientia, & conſenſu Principis: quod etiam tenet Conradus,hîc quæſt.97.art.3. & Panormitanus c. fin.de conſuetud.citans alios, & probans, vt referemus ſect. 6. & idem cum Panormitano tenent, Roſell.verb. conſuetudo num. 13. & alij communiter:& quamuis Vazquez diſp.177.cap. 2. nu.19. dicat, ſe non videre,quo fundamẽto id dictum ſit, & nulla ratione defendi poſſe: tamen iam vidimus, quo fundamento aſſeri potuerit, licet ex alio fortè fundamento id dixerint Antoninus,& Conradus,nec videmus quid obſtet.

## §. 2. *Soluitur obiectio in contrarium.*

38 *Obiectio.* SEd obiicit Vazquez ibi,cap.2.num. 13.& ſeq.l. ſed ea,ff.de legibus, vbi dicitur: *ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, & per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentio, non minus quàm ea,quæ ſcripta ſunt,iura ſeruantur,* & l.de quib. ff.de legibus redditur ratio, ob quam conſuetudo vim legis habeat: *nam cum ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneãt,quàm quod iudicio populi receptæ ſint, meritò & ea, quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt nos:nam quid intereſt,ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis?* Vbi nomine populi dantis vim conſuetudini,intelligitur ſupremus habens poteſtatem condendi leges. Sic etiam intelligitur,§.penul. Inſtit. de iure nat. gen. & ciuili,vbi dicitur, *Ea verò, quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi,&c.* & Rex noſter l.3.tit.2.part. 1.inter alias conditiones,quas aſſignat,vt vſus,vel conſuetudo vim legis habeat,quinta eſt, *vt fiat conſentiẽte Principe,* quæ fuit opinio Ioannis Azonis,& Accurſij l. 2 C. quæ ſit longa conſuetudo,Innoc. Rubrica de conſuet. colum. 2. ſub finem, Angeli l.de quibus, colum.2. ff. de legibus, Gregorij Lopez l.3. gloſſa 7.tit.2.partita 1.Soti,1.iuſtitiæ qu.7. art. 2. Dried. 1.de libert.Chriſtian. capit.12.parum à principio, Syluest.conſuet.qu.3. Angeli num.6.

*Leges nos tenent quòd iudicio populi comprobatæ ſunt.*

39 *Solutio.* Reſpondeo,veriſſimum eſſe,requiri conſenſum Reip. vel Principis potentis condere legem: qualem poteſtatem habuit olim Pop.Romanus ſolus, deinde eam communicauit Principi, non auferendo eam ſibi:poſteà autem eam ſibi abſtulit, & omninò in Principem tranſtulit.In primo & ſecũdo euentu conſuetudo populi, independenter à

A conſenſu Principis poterat inducere vnam legem, & abrogare aliam, non ſolùm per viam præſcriptionis conceſſæ à iure aliquo pręcedente:ſed per viam quoque propriæ inſtitutionis: quia liberam poteſtatem habebat condendi, & reuocãdi leges. In tertio autem euentu non poterat id facere, niſi auctoritate Principis, vel concedẽtis præſcriptionem, vel approbantis conſuetudinem, dantiſque ei vim. Niſi dicatur, Remp. non abdicaſſe à ſe poteſtatem efficiendi legem vſu, vel conſuetudine, ſed ſcripto,vel aliis ſignis: quod nec in Rep. Romana, nec in aliis eſt mihi veroſimile. Quamuis Driedo ſuprà,ca.11.ſub finem videtur dicere, omnem Remp.ciuilem habere poteſtatem inducendi conſuetudinem abſque vllo conſenſu Principis: quia Princeps ab illa accepit auctoritatem. Quod ſic interpretatur Vazquez,illo ca.2.num. 16. quaſi B dicat, populum eſſe ſupra Principem, & poſſe reuocare eius poteſtatem, & ideò etiam leges poſſe condere,& abrogare conſuetudine, aliòve modo: & eandem ſententiam tribuit Antonino, & Conrado ſuprà.Quæ,quorumcũque ſit, mihi non placet; quia non omnis poteſtas Principis ſæcularis eſt à populo ſubiecto:nam,vt omittam,aliquando fuiſſe à Deo,vt in Dauid, Saul, & aliis, aliquando habetur iure belli iuſti contra ipſummet populũ, & tunc ſaltem ſolet eſſe tota in principe, & independenter à populo in conſeruari, ſicut & in fieri. Aliquando,& quidem communiter, licet ſit à populo in ſe,vel in ſua origine: tamen traditur Prin- C cipi irreuocabiliter, & ſine vlla reſeruatione faciendi ſibi leges, vel abrogandi leges Principis. Ergo conſuetudo, quæ tunc habeat vim legis, vel abrogandi legem priorem,ſolùm poteſt habere eã vim ex conſenſu tacito,vel expreſſo Principis pręſenti,vel præterito. Et quidem ignorante principe ipſam conſuetudinem nullus conſenſus præſens tacitus, vel expreſſus eſt, qui conſuetudini vim conferat:quia abſolutus,& particularis cum ignorantia eſſe non poteſt: generalis autem, & conditionatus, ſcilicet volo, vt ſi ſit populi aliqua conſuetudo,vim habeat faciendi, vel abrogandi legem, non ſolet eſſe: ergo ex conſenſu Principis, nunc imperantis conſuetudo eam vim non habet. D Quare meritò Vazquez, eodem cap.num. 20. impugnat quoſdam recentiores (inter quos videtur Azor,tom.1.lib.5.cap.18.quæſt.7.)dicentes, conſuetudinem habere vim ex generali, ſaltem tacito conſenſu Principis, volentis, vt conſuetudo vim habeat, ſi fuerit rationabilis, & legitimè præſcripta. Hoc enim niſi intelligatur de conſenſu alicuius Principis,modò vel anteà imperãtis, verũ nõ eſt: quamuis veriſſimum ſit,ſi de conſenſu ſaltem tacito Principis præſentis, vel præteriti intelligatur:vnde veriſſimum eſt quod ibidem ait Azor cũ Panormitano, Antonio Buttio, Alexandro,Barb. Philippo,Corneo, quos citat, & ſequitur Rochus tract.de conſuetudine,§. gloſſa finalis, verſ. quar- E tum requiſitum, conſuetudine etiam à principe ignorata legem abrogari poſſe. Quam opinionem tenet Armilla,conſuet.n.15. Roſella n.13.Couar. 2.parte quarti,cap.6.§.10.nu.9.cum gloſ.ca.in iſtis §.leges d.4. quam commendat Panormitanus cap. cum in officiis de præſcription.& multi Theolog. recentiores hîc,& Thomas Sãchez,tom.3. de matrim.lib.7.diſp.4.num.12.& 14.& diſp.17. num.7. & diſp.82.num.20.& eſſe communem ait Rochus ſuprà: licet Azor pro contraria citet gloſſam cap.



Digitized by Google

fin. de conſuet. verb. legitimè. Vbi inter alia, quæ requirit ad conſuetudinem, quantum eſt, vt inducatur ſciente principe, vel eo qui poteſt ius condere. Quod etiam tenet alia gloſſa, cap. fruſtra d.8. & Oldrad. conſil. 237. & alij apud Roſel. ſuprà, & Medina quæſt.97. art.3. Sotus & alij ſuperius citati à Vazquez, contra quos dicam ſect. 6. conditione 4.

*Conſuetudo debet induci ſciente principe.*

40 Poteſt ergo conſuetudo legem introducere, & abrogare ſine vllo conſenſu tacito, vel expreſſo Principis, aut Reip. præſentis potentis legem condere: non tamen ſine conſenſu tacito, vel expreſſo Principis præſentis, vel præteriti conniuentis præſenti conſuetudini, vel futuræ tribuentis vim introducendi, aut abrogandi legem, ſeu præſcribēdi contra illam. Quæ conceſſio in iure Cæſareo mihi expreſſa videtur, l.1. C. quæ ſit longa conſuetudo, vbi Imperator inquit. *Nam & conſuetudo præcedens, & ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, cuſtodienda eſt: & ne quid cōtra lōgam cōſuetudinem fiat, ad ſolicitudinē ſuam reuocabit præſes Prouinciæ*, & l.3. ſeu vltima, vbi Imperator ait. *Probatam, & ſeruatam tenaciter conſuetudinē perpetuæ legis vicem obtinere ſtatuimus.* Ad idē ſunt alia iura citata. Et quando nullum eſſet ius ſcriptum, conſuetudo generalis à Principibus approbata, ſufficiens eſt, vt particulares conſuetudines vim eam habeant, vnde in l. de quibus, ff. de legibus dicitur. *Quare rectiſſimè etiam illud receptum eſt, vt leges non ſolum ſuffragio legiſlatoris: ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur.*

## §. 3. *Conciliantur alia iura cum l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

41 EX quibus colliges, quomodo concilianda ſunt alia iura, in quibus dicitur, conſuetudine longa abrogari legem, cum lege 2. in fine, C. quæ ſit longa conſuetudo, vbi dicitur. *Verum non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem.* Gloſſa ibi, & l. de quibus verbo abrogentur, ff. de legibus, ponit varias conciliationes: prima eſt propria, & Saliceti, vt cōſuetudo generalis vincat legem generaliter: ſpecialis autem non generaliter, ſed ſpecialiter tantùm. Secunda eſt, conſuetudinem eo tēpore, quo Reſp. Romana poterat condere legem, potuiſſe legem vincere: poſteà non. Sed hæc interpretatio eſt cōtra iura, quæ loquuntur de tempore, in quo poteſtas legiſlatiua erat penes Imperatores. Tertia, legem municipalem tolli conſuetudine, non verò legem, quæ eſt in corpore iuris. Hæc etiam eſt falſa: quia iura multa apertè loquuntur de legibus generalibus: & quia eadem eſt ratio de conſuetudine generali reſpectu legis generalis, & de particulari reſpectu municipalis: & nihil refert, quòd lex ſit, vel nō ſit in corpore iuris. Quarta, quòd ſi lex talis eſt, vt poſſit ei derogari per pactum, vincatur contraria conſuetudine, ſecus ſi non poſſit ei derogari per pactum. Sed hæc interpretatio ridicula eſt: nam pactum nunquam poteſt abrogare legem, & conſuetudo nec eſt pactū, nec illi æquiparatur, vt probat gloſſ. illius l.2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Quinta eſt, conſuetudine non poſſe vinci legem ſequenti conſuetudine roboratam. Sed hoc falſum eſt, nam etiamſi lex diuturno vſu recepta ſit, poteſt conſuetudine alia abrogari. Sexta, quòd bona conſuetudo vincit legem: mala verò non. Contra, quia conſuetudo contra ius ſolum poſitiuum mala eſſe non poteſt ex obiecto præcisè ſumpto: quòd verò ſit mala ex obiecto, vt prohibito per legem poſitiuam, non ſufficit, vt non vincat legem. Item, ſi eſt contra rationem, iam excluditur per verbum illud, *aut rationem vincat*, ergo de alia eſt ſermo, cùm dicitur, non vincere legem. Ad hanc ſextam expoſitionem reuocari poteſt expoſitio Baldi, quòd cōſuetudo vincit legem irrationabilem: non verò rationabilem. Sed contra; quia omnis lex eſt rationabilis: poſſet tamen ſexta expoſitio gloſſæ, & hæc Baldi reuocari ad octauam, vt ſcilicet conſuetudo non vincat legem, quam bonum, & rationabile omninò eſſet retineri: ſecus illa, quam ratio poſtulat, vel permittit abrogari. Et ita etiam Gregorius Lopez, l.3. tit.2. partita 1. exponit, conſuetudine per legem reprobata non tolli legem. Septima, quòd ſi ex certa ſcientia agat populus contra legem, conſuetudo vincet legem: ſecus ſi ex errore. Hanc reiicit gloſſa: quia ſic melioris conditionis eſſet populus delinquens, quàm innocens: quod eſſe non debet, vt ff. de noxa l. non ſolùm. Octaua expoſitio eſt, quæ colligitur ex cap. cum tanto, ſeu fin. de conſuet. vt quamuis longæuæ cōſuetudinis non ſit vilis auctoritas ad abrogandam legem: tamen eam auctoritatem, & valorem non habebit, niſi ſit rationabilis, & legitime præſcripta: & hoc eſt, *ſuo momento non vincere legem.* Sed debet habere alias conditiones: quamuis Vazquez, diſp. 177. ca. 7. exponat, *ſuo momento non vincere legem*, ideſt. ſua auctoritate præcipua, ſed Principis: & ibidē Vazquez refellit expoſitionem Cuiacij 2. de feudis tit. 1. cap. 1. quæ nondum in iudicio conualuit, non vincere legem: nam, vt poſteà videbimus, ad valorem conſuetudinis non requiruntur actus iudiciales. Mittit Vazquez aliam expoſitionem relatam à gloſſ. cap. conſuetudinis d.11. exponit denique l.3. tit.2. partita 1. vt velit, vſum non prius tranſire in conſuetudinem, & capere vim legis, quàm iura, cui eſt contrarius, abrogata ſint: quia nimirum vtrumque ſimul ſit auctoritate Principis.

## §. 4. *Quanto tempore conſuetudo aduerſus legem ciuilem, & Eccleſiaſticam præſcribat.*

DIximus, conſuetudinem verè contra legem præſcribere, iuxta leges tamen præſcriptionis. 42 Inter has vna eſt, vt in rebus immobilibus cōtra Eccleſiam ſolùm præſcribatur, quadraginta annis: & quia lex Eccleſiaſtica eſt immobilis res Eccleſiæ: non præſcribetur contra illam, niſi annis quadraginta: contra legē verò ciuilem annis viginti inter abſentes, & decem inter præſentes, ſicut in partitarum legibus, quæ explicare & imitari ſolēt ius Cæſareum. Quia in iure Cæſareo lex eſt, vt præſcriptio rerum immobilium inter præſentes fiat decem annis: inter abſentes verò viginti (omitto in Luſitania eſſe triginta) quamuis ergo in iure non reperiatur expreſsè conſtitutum, quanta debeat eſſe longitudo conſuetudinis ad præſcribendum contra legem, vt teſtatur Menoch. 2. de arbitrar. caſu 89. num. 6. tamen rectè ex iure colligitur, eſſe id, quod diximus. Quamuis Doctores declarent, hoc eſſe per ſe: nam ſi aliunde interueniat ius tertij, poterit requiri maius tempus, quantum fuerit ſufficiens ad præſcribendum contra tale ius.

Sic

Sic Leſſius ſuprà dicebat: quamuis ad præſcribendum contra legem Eccleſiaſticam per ſe ſufficiant decem anni (ſic enim ipſe opinatur) tamen ſi conſuetudo ſit contra ius Eccleſiæ, requiri quadraginta. Notat etiam, conſuetudinem nulli Eccleſiæ præiudicare, niſi ſit quadraginta annorum: ſi autem præiudicet, non quidem legibus à ſummo Pontifice, vel principe ſæculari latis, ſed Eccleſiæ Romanæ, aut coronæ regni, debere eſſe centum annorum, aut ſi ius reſiſtat, vt regulariter reſiſtit, non minori tempore vim habere, quam de cuius initio non ſit memoria: ſiue id conſuetudo, ſiue præſcriptio appellandum ſit. Similiter Arm. conſuetudo num. 5. ait, ſi conſuetudo venit contra reſeruata Principi in ſignum ſpecialis priuilegij, vtroque iure requiritur tẽpus, de cuius initio non ſit memoria, cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignif. Sylueſter præſcriptio 1. qu. 6. Couarruuias 2. part. 4. §. 2. num. 8. Tabien. conſuetud. §. 6. num. 7. ad finem, Roſella §. 6. in fine, vide ſect. ſequenti §. 2. ad finem.

*Quomodo præſcribatur in Eccleſiam Romanã, aut in coronam regni.*

### §. 5. *Quanto tempore conſuetudo legem introducat, ſi non ſit contra aliam legem.*

43 Sed quid ſi conſuetudo non ſit contra ius; in quo caſu non abrogat legem; ſed legem introducit: nec propriè præſcripſit, vt diximus, licet latè dicatur præſcribere, non contra legem: ſed contra ſubditos, à quibus eripit libertatem, quia eos obligat? Quærimus ergo quantum temporis requirat conſuetudo ad præſcribendum hoc modo?

Reſpondeo, requirere decennium: quia hæc non eſt præſcriptio: ſed contra priuatos. Vnde etiamſi verſetur circa res Eccleſiaſticas, & ſpirituales, vt ſi ſit canonica, præſcribet decem annis. Nec enim lex habet abſentes homines, contra quos præſcribit, vt requirantur viginti anni ad præſcribendum: & ita tenet gloſſa, ca. fin. de conſuet. in 6. quam citat, & ſequitur Arm. verb. conſuetudo nu. 6. Vbi idem tenet Sa, num. 3. Tabien. nu. 7. quæſt. 6. Sebaſtianus Medicis tract. de legibus & ſtatutis, part. 2. quæſt. 14. num. 3. Couarruuias, 1. vari. cap. 17. num. 8. Nauar. in ſum. cap. 13. num. 19. Menoch. de arbitrar. caſu 83. citans Butrium, Decium, Corneum, & alios: de quo plura habes, ſect. 11. & 12.

Sed eſt difficultas: quia vt lex Eccleſiaſtica per conſuetudinem abrogetur, non ſolent expectari quadraginta, nec viginti, imò nec decem anni: ſed ferè ſtatim ac conſtat, vniuerſalem conſuetudinem in contrarium exiſtere, cẽſetur non obligare: & ſimile quid accidit in legibus ciuilibus: ergo male tam diuturnum tempus conſtituimus.

Reſpondeo, citiùs abrogari ſolere per nouã voluntatem Principis, ſciẽtis conſuetudinem, & volentis legem extingui, Angelus conſuetudo nu. 8. Armilla nu. 5. Roſella nu. 13. Butrius ca. fin. de conſuet. Gerſon tract. cit. de vita ſpirit. idem voluere Sotus 1. Iuſt. quæſt. 7. art. 2. Med. hîc quæſt. 97. art. 3. Valen. diſp. 7. qu. 5. punct. 8. cæterùm per viam præſcriptionis requiruntur anni aſſignati. Et quãuis Butrius, Angelus, Armilla, & Tabien. ſuprà ad abrogandam legem quamcunque ſciente, & tolerante Papa, dicant, ſufficere decem annos: tamen id non eſt verum via præſcriptionis, ſed præſumptionis: ſufficiunt enim ad præſumendum conſen-

A ſum Principis de abroganda lege: imò interdum pauciores ſufficient, & interdum decem non ſufficient, vt ait Panormitanus, ca. fin. de conſuet: quia multa per patientiam tolerantur nullo conſenſu præſtito, cap. iam dudum de præben. Vnde Sotus, Medina, Valentia, aliique Theologi dicunt, prudenti arbitrio relinquendum eſſe, & conſiderãdas circumſtantias, vt an conſuetudo introducatur, vbi eſt Princeps, vel in loco proximo, vel remoto: & an tolerantia ſit ob meram negligentiam, vel impotentiam, aut incommoditatem reprimendi conſuetudinem. Ex quibus, & aliis indiciis præſumendum eſt, an voluntas Principis ſit de abrogatione legis, an de ſola ſuſpenſione actualis obligationis,
B an de nullo iſtorum.

## SECTIO V.

*An conſuetudo conſtans actibus malis contrariis legi, poſſit contra illam præſcribere.*

PRo parte negante eſt primò, quoniam 44
ad priuatam aliarum rerum præſcriptionem iuxta ſacros canones, & Doctores requiritur bona, inculpatáque fides, cap. ſi diligenti, de præſcript. ergo & ad hanc præſcriptionem contra legem. Secundò quia in ca. fin. de conſuet. dicitur,
C *longæuam conſuetudinem non præualere legi, niſi ſit rationabilis*, ſimile quid habetur cap. 1. de conſt. in 6. & in noſtro regno l. 5. tit. 2. partita 1. at, ſi conſtat prauis actibus, rationabilis non eſt: quia omne peccatum aduerſatur rationi: ergo non præualebit contra legem. Confirmatur primò, ex D. Thoma, quæſt. 97. art. 3. ad 2. vbi ait, conſuetudinem dici rationabilem; quia per bonos actus introducitur: & nititur explicare quomodo actus, licet ſint contra legem, poſſunt eſſe boni: quod ait cõtingere; quia lex humana occurrente aliqua neceſſitate in particulari, inculpatè non ſeruatur: contingit autem,
D has occaſiones ſæpe occurrere; & ita multiplicari actus legi contrarios, atque ita paulatim introduci conſuetudinem, quæ oſtendit, legem eſſe inutilem, & conſequenter abrogat illam: ergo ſecundum D. Thomam conſuetudo, vt abroget legem, debet actibus bonis conſtare. Confirmatur ſecundò, quia in cap. fin. de conſuet. & cap. 3. eod. tit. in 6. dicitur, *conſuetudinem debere eſſe legitimè ſeu canonicè præſcriptam*: per actus autem malos non legitimè, & canonicè præſcribitur: ergo.

Nihilominus vera, & communis ſententia eſt, etiamſi conſuetudo cœperit, ſeu conſtet ex malis 45
actibus, legem abrogare. Ita ſentiunt communiter
E Theologi, & Iuriſperiti, D. Thomas, Caietanus, Medina, Conradus, & alij quæſt. 97. art. 3. Vazquez diſp. 277. dicens, rem eſſe apud auctores indubitatam, Gerſon 3. part. lect. 4. de vita ſpir. corol. 13. lit. R. Sotus 1. Iuſt. qu. 7. art. 2. ad 2. Valentia hîc diſp. 7. quæſt. 5. punct. 8. Sylueſter conſuetudo, quæſt. 7. Tabienna num. 5. quæſt. 4. Sanchez, 7. de matrimonio diſp. 4. numero 14. dicens, hac in re neminem Caietano contradicere.

*Vera opinio. Conſuetudo licet malis actibus cõſtet abrogat legẽ.*

Probatur; alioqui nulla ferè conſuetudo aduerſus legem præualeret: quia ferè omnis cœpit, aut etiam continuata eſt actibus malis: communitas enim, quæ ſola conſuetudinem hanc inducit, non poteſt inuincibiliter ignorare legem, vt ita actus, quibus conſuetudo introducitur, poſſint à peccato

excuſari. Item quia iura numquam requirunt, vt conſuetudo ſit licitis, ſeu bonis actibus introducta.

## §. 1. *Reſpondetur argumentis, & explicatur, quæ conſuetudo dicatur rationabilis.*

46 *Ad 1. arg.*

AD primum argumentum reſpondeo, quāuis hæc conſuetudo dicatur præſcripta, aut præſcribens propter ſimilitudinem in diuturnitate temporis, & frequentia actuum, & in effectu acquirendi aliquid præſcribenti, tamen non in omnibus eſſe ſimilem hanc præſcriptionem illi, qua acquiruntur dominia, & iura contra priores dominos, vt ex Bartolo, & aliis notauit Panormitanus cap. fin de conſt. num. 20. Vbi differentiam attigit: quòd pręſcriptio illa reſpicit ius priuatæ perſonæ, vel cōmunitatis habentis ſe per modū priuatæ perſonæ, quæ ſpoliatur irreparabiliter aliqua re, vel iure ab alia priuata perſona, vel cōmunitate, gerēte ſe per modum priuatæ perſonæ, & ideò non fuit expediens, vt mala fide præſcriptio illa inchoari, aut currere poſſet: ſic enim paſſim innocentes ſpoliarentur bonis ſuis, & ſcelerati illis ditarentur. Hæc autem præſcriptio nullo iure aliquem priuat; ſed ſolùm remouet obligationem legis, quam communiter, cum diu non ſeruatur, etiā ſi id per culpam cœptum, & inchoatum ſit, expedit remoueri, ne culpa vltra progrediatur; & ne communitas per quandam violentiam ad eius obſeruationem aſtringatur: niſi enim res aliquam violentiam aut difficultatem cōtineret, non eſſet tamdiu à communitate omiſſa: quòd ſi Principes iudicent expediſſe, vt lex ſeruetur, facilè poſſunt præſcriptionem interrumpere, aut impedire, aut legem renouare. Vnde etiam ſi hæc præſcriptio mala fide incipiat, aut currat, nullum eſt incommodum: maximè cum nulla perſona priuata poſſit inducere hanc præſcriptionem, ſed ſola communitas, aut maior eius pars: quin potius expedit, vt hic modus præſcriptionis Reip. cōcedatur. Hanc rationem attigit Vazquez diſp. 277. numer. 64. D. Thomas, Tabienna, & alij ſuprà.

47 *Ad 2. arg. Quæ conſuetudo dicatur rationabilis.*

Ad ſecundum reſpondeo, conſuetudinem non dici rationabilem, eò quòd licitis, aut honeſtis actibus cœpta, aut continuata ſit: ſed alia ratione: in qua quidem aſſignanda variant Doctores, vt videre licet apud Menochium, lib. 2. de arbitrar. centuria 1. toto caſu 81. Nam quidam dicunt, rationabilem dici, ſi non ſit directè, nec indirectè contra legem diuinam, poſitiuam, aut naturalem. Ita Nauar. comment. de ſpol. §. 14. nu. 7. afferṫque Aug. Epiſ. 118. & habetur, cap. illa d. 12. dicentem: quod non eſt contra fidem, nec contra bonos mores indifferenter admitti poteſt. Confirmat; quia quod non eſt directè, nec indirectè contra legem diuinam, poteſt præcipi lege humana: ergo & introduci conſuetudine: vtraque enim nititur auctoritati Principis. Hanc opinionem tradit etiam Nauar. lib. 3. conſil. tit. de cenſibus in priori editione conſil. 7. num. 3. in poſteriori autem conſil. 3. nu. 3. Gerſon 3. part. tract. de vita ſpir. lect. 4. corol. 13. alphab. 62. lit. P. ſupplem. Gabrielis 4. d. 42. quæſt. 1. art. 3. dub. 6. Hęc ſententia, niſi amplius explicetur, non poteſt ſubſiſtere: quia multæ ſunt conſuetudines non contrariæ vlli legi diuinæ, quæ à ſacris canonibus cenſentur irrationabiles, vt ſecundum aliquos, quibus tamen aduerſatur Molina tom. 1. tract. 2. de iuſt. diſp. 79. §. contra neruum, conſuetudo non ſeruandi circunſtantias interdicti, c. cum inter de conſuetud. & conſuetudo non ferendi iudicium, ca. ad noſtram eod. tit. ca. cum non liceat, cap. cum ex officio de præſcrip. & alias notat gloſ. cap. fin. de conſuet. & Panormitanus, ibi, nu. 5. & 6. & omnes. Quòd ſi Nauar. dicat, illas conſuetudines eſſe indirectè contra ius diuinum: non quia ſint contra humanum, & conſequenter contra legem Dei, quæ præcipit obedire hominibus; ſic enim omnes conſuetudines, quibus culpabiliter violatur lex humana, eſſent irrationabiles, & per illas non poſſet præſcribi: ſed alio modo. Hoc, inquam, ſi dicat Nauarrus, oportet, vt illum modum explicet. Deinde lex humana non poteſt præcipere quidquid non eſt contra legem diuinam, naturalem, aut poſitiuam, vt ſuperiùs diximus: ergo nec conſuetudo: & ſic non poteſt ſemper contra libertatem ſubditorum pręſcribere: ergo ſimiliter, licet non ſit contraria iuri diuino, interdum nequibit præſcribere contra legem humanam, eò quòd irrationabilis ſit.

*Lex humana nō poteſt præcipere quidquid non eſt contra legem diuinam.*

Vnde alij dicunt, rationabilem eſſe, quæ non eſt contra legem diuinam, nec humanam. Ita quidam canoniſtæ cum gloſ. cap. fin. de conſuet. Sed hoc, vt iacet, ſuſtineri nequit: quia ſic nulla conſuetudo contra legem humanam præſcriberet, cum omnis conſuetudo præſcribens contra legem humanam, debeat eſſe illi contraria: & propterea hæc interpretatio gloſſæ reprobatur à Panormitano ca. fin. de conſuet. vbi etiam reprobat aliam interpretationem gloſſæ, vt rationabilis dicatur, quæ non eſt reprobata per iura, ſeu non habet iuris reſiſtentiā. Nam in cap. ad noſtram, & cap. cum inter, de conſuet. reprobat textus conſuetudinem, quæ non fuerat prius damnata. Ibidem Panormitanus refert gloſſam dicentem, rationabilem eſſe, quæ non eſt contra normam Eccleſiaſticæ diſciplinæ, nec contra libertatem Eccleſiæ: quod Panormitanus tribuit etiam Bartolo l. de quibus, ff. de legibus, & pro illo ait, facere textum, Auth. Caſſa, & irrita, C. de ſacroſan. Eccleſiis. Sed hoc non placet: quia oportet explicare, quæ dicantur contra normam Eccleſiaſticæ diſciplinæ: cum non ſufficiat ad conſuetudinem irrationabilem, cui negatur vincere legem, eſſe contra Eccleſiaſticam legem. Ioannes Andreas à Panormitano etiam citatus ait, irrationabilem eſſe, quæ ſit reprobata, vel ſimilis reprobatis per canones. Sed nihil valet: quia difficile eſt ſcire, quæ ſint ita ſimiles, vt meruerint etiam reprobari tanquam irrationabiles. Deinde conſuetudines non ſunt irrationabiles, quia reprobatæ: ſed è contra: ergo oportet irrationabilitatem aliter explicare, & non in ordine ad reprobationem. Antonius de Butrio relatus ſimiliter à Panormitano magis ad veritatem accedit: ait enim, rationabilem eſſe, quæ conducit ad fœlicitatem animæ, aut bonum publicum, ſeu commune Eccleſiæ, vel Reip. Sed addit Panormitanus, licet hæc theoria ſit vera in ſe, tamen per eam non poſſumus diſcernere, quæ cōſuetudo dicatur rationabilis: nam ſæpe non tendit in fœlicitatem æternam; & tamen approbatur, vt patet hoc tit. cap. cum dilectus, & cap. cùm Eccleſia, de cauſa poſſeſſio. cum ſimilibus. Deinde Panorm. refert Cardinalem dicentem, omnem cōſuetudinem, quæ ſit contra ius naturale, gentium, vel poſitiuum, præſumi rationabilem, niſi probetur contrarium. Hanc impugnat ille alia ratione: ego

48

ego verò: quia omnis conſuetudo abrogãs legem, eſt contra ius poſitiuum. Item, quomodò probabitur de conſuetudine aliqua, quæ non ſit contra vllum ex his iuribus, eſſe irrationabilem? Nullam regulam tradit Cardinalis, & ſic eius doctrina inutilis videtur.

49 Vnde tandem Panormitanus ait, ſatis eſt quòd non nutriat peccatum, & ſubiungit. *Concordando omnia prædicta, dicerem, quòd relinquendum eſt arbitrio iudicis, vt voluerunt Hoſtienſis, & Ioan. Andreas, ſed iudex attendet omnes theorias prædictas, & ponderabit, vtrum finis conſuetudinis ſit bonus, vel malus: vtrum conſuetudo ſit contra ius, vel præter, vtrum aliqua iuſta ratione fuerit inducta, & vtrum ius approbet ſimilem conſuetudinem, vel reprobet: & hoc tene.* Hæc Panorm. Armilla autem verbo conſuetudo, num. 5. ſolum ait, ad cognoſcendum, an conſuetudo ſit rationabilis, vide Panormitanum cap. fin. de conſuet. & D. Thomam ſuprà. Tabiena autem eodem verbo, §. 5. num. 6. cum D. Thoma ait, rationabilem eſſe, quando procedit à voluntate ratione regulata, & hoc cognoſci, quando ſit aliquo bono fine, quamuis ſit contra aliud ius, habẽs etiam bonum finem, qui vel deficit propter mutationem hominum, vel nũc eſt minus bonus. Exemplum: ius ſtatuit, vt Epiſcopus tractet negotia cum conſilio Capituli: quia firmius eſt iudicium plurimorum, c. prudentiam de offic. deleg. tamen conſuetudo poteſt introducere contrarium cap. non eſt, de conſuet. lib. 6. quæ tamen erit rationabilis, videlicet vt facilius expediantur negotia. Vnde Panormitanus dicto cap. fin. poſt Ioan. Andream dicit, ſub diuerſis rationibus, & in ordine ad diuerſos fines conſuetudinem, & legem, quam abrogat, poſſe eſſe rationabiles.

50 *Opin. Auctoris.* Ego crederem, conſuetudinem eſſe rationabilem ad effectum abrogandi legem, quãdo legiſlator rationabiliter velle poſſet per nouam legem, antiquam abrogare, nimirum quando lex antiqua eſſet parum vtilis, vel nimis difficilis, & oneroſa: ſi autẽ lex eſſet ſuauis, & neceſſaria, vel valde vtilis; quia irrationabiliter per aliã legem abrogaretur, irrationabiliter quoq; abrogaretur per cõtrariam conſuetudinem, & ideò illa conſuetudo diceretur irrationabilis, & nõ vinceret legem. Deinde ſicut lex dicitur rationabilis; quando eſt de re licita, neneceſſaria, vel vtili: ita conſuetudo dicitur rationabilis, quando eſt de re ſecundum ſe licita, & neceſſaria, vel vtili. Ita aliis opinionibus reiectis, tenet Syluester verbo conſuetudo, quæſt. 1. Sotus 1. Iuſt. quæſt. 7. art. 2. verſ. quam verò longam, & Sanchez, lib. 7. de matrim. diſp. 4. num. 14. probans: quia cum conſuetudo vim legis habere debeat, eadem honeſtate veſtiri debet, quam debet habere lex: dicitur ergo rationabilis, quando lex ipſa rationabilis eſſet. Idem indicat Vazquez ſuprà, & ſic ſunt interpretandi D. Thomas, & Tabienna citati. Nec multum diſſidet Valentia ſuprà, dicens, conſuetudinem dici rationabilem, ſi non repugnet legi naturali, aut diuinæ, & ratione aliqua nitatur, ob quam iudicetur ſaltem probabiliter vtilius eſſe communitati contra legem, quàm ſecundùm legem agere: vt ſi finis legis vniuersè ceſſaſſet, vel materia eius ob aliquam circunſtantiam reddita eſſet pernicioſa, vel inutilis. Adde vel minus vtilis, quàm conſuetudo, vel ob difficultatem ſeruandi illam, ſaltem ſuppoſita conſuetudine cõtraria; vel ob alias rationes. Vide Antonium Gab. tom. 1. commun. opin. verbo, conſuetudo, & tom. 2. lib. 6. tit. de conſuetud.

Hinc ſoluitur difficultas, quomodò poſſit eſſe rationabilis conſuetudo, ſi eſt contra legem: quæ quidem debet eſſe rationabilis, cap. erit autem lex d. 4. & l. leges ſanctiſſimæ, C. de legibus, & ca. conſuetudo, d. 1. quia ſi vnum contrarium eſt rationabile, aliud eſt irrationabile. Reſpondeo, vtramque poſſe eſſe rationabilem ſecundum diuerſas rationes, vt poſt Ioan. Andream, Panormitanum, & Tabienam ſuprà, notat Menochius 2. de arbitra. centuria 1. caſu 82. num. 16. ſicut lex abrogans, & abrogata poſſunt eſſe rationabiles, ſecundum diuerſas rationes.

Iuxta hæc limitari debet, quod refutatis aliis 51
opinionibus ait Azor tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæſt. 5. ſolam illam conſuetudinem eſſe irrationabilem, & corruptelam, quæ eſt contra ius naturale, vel diuinum, vel gentium, vel cõtra canonem à tota Rep. vel maiori parte receptum; vel cum peccato: rationabiléque eſſe eam, quæ eſt ſine peccato. Nam iam diximus, etiam ſi conſuetudo ſit cum peccato, & contra canonem à tota, vel maiori parte Reip. receptum, poſſe eſſe rationabilem ad effectum præſcribendi contra legem.

Ad primam confirmationem ſecundi argumenti 52
reſpondeo, non fuiſſe mentem D. Thomæ ibi, *Ad 1. Confir. 2. Argumẽti.*
quòd conſuetudo abrogans legem ſemper debet inchoari, & continuari actibus bonis: ſed docuit, quomodo poteſt bonis actibus inchoari, & continuari: quia tamen hoc non cẽſuit neceſſariũ ad abrogãdam legẽ, ſtatim ſubiunxit, quãuis maneat ratio eadẽ, & lex ſit obligans, cõſuetudine tolli poſſe propter eius inutilitatem ortam ex eius impoſſibilitate, vel difficultate: quoniam difficile eſt multitudinem remouere. In quem ſenſum interpretantur, & ſequuntur D. Thomam Caietanus, Conradus, & Med. ibi, Sotus 1. Iuſt. qu. 7. art. 2. ad 2. Valen. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 8. Syluest. conſuetudo q. 6. num. 9. & quæſt. 7. Tabienna, §. 5. num 6.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo, per *Ad 2. confir.* actus malos legitimè, & canonicè interdum præſcribi contra legem: quia lex generalis concedit, per actus malos aduerſus legem præſcribi poſſe, vnde facilè reſpondeo ad quæſtionem, quã mouet Tabien. n. illo 6. in fine, an ſi lex contineat pœnam excommunicationis, agentes ſecundum cõtrariam conſuetudinem incurrant illam. Reſpondeo, ſi conſuetudo iam præſcripſit, non incurrere: ſi autem non præſcripſit, incurrere, niſi excuſetur per ignorantiam, aut quia finis legis etiam in communi ceſſauit, aut alia ratione.

## §. 2. *Inferuntur corolaria.*

EX auctoribus citatis in reſponſione ad primam 53
confirmationem ſecũdi argumenti, & ex aliis colligitur, legem interdum abrogari per actus materialiter tantùm, ſeu per ſe cõtrarios legi, qui per aliquam peculiarem circunſtantiam excuſantur, verbi gratia, lex præcipiebat, non deferri noctu arma, cõmuniter per decennium omnes illa noctu licitè deferunt: quia id neceſſarium iudicatur propter peculiares circunſtantias, ad ciuium ſecuritatem: præſcribit conſuetudo, & abrogat legem: quia licet actus illi non ſint formaliter contra legem, eò quòd lex tantùm intendit obligare eos, qui cõmodè poſſunt obedire: tamen materialiter ſunt



Digitized by Google

contra legem,& ſufficiunt ad præſcriptionem. Sicut quando ex ignorantia inuincibili per totum illud tempus violaretur lex, conſuetudo illa præſcriberet,& legem abrogaret:quia materialiter eſt contra legem, quæ per ſe omnem delationem armorum noctu prohibere intendit, licet ſubditi excuſentur ob ignorãtiam,vel indigentiam.Secus quando lex expreſsè exciperet aliquem caſum, & non occurreret vllus alius, in quo illa per ſe obligaret: tunc enim non præſcriberetur, quia verè nihil eſſet actum cõtra legem: ſic nec priuilegium amitteretur per non vſum, qui illi contrarius non eſſet. Vide Ioan. Andream, & Panormitanum ca. Ioann. de clerico coniugato, Syluestrum conſuetudo,quæſt.8.num.13.Vazquez diſp.277.num.53. & 54. Qui tamen num. 66. reiicere videtur illum modum introducendi conſuetudinem abrogatiuam legis,poſitum à D.Thoma,& aliis ſuprà,nẽpe per actus bonos ex epieiceia factos contra verba legis,licet non contra eius mentem,& ſenſum. Et nota, quòd ſi Princeps antecedenter, vel conſequenter ad conſuetudinem contrariam legi, nollet conſuetudinem præualere, non præualeret: quia licet lex tũc eſſet obſeruatu difficilis propter habitum contrarium, tamen ea difficultas tanta non eſt,vt excuſare per ſe ſolam valeat, vnde male nonnulli inſinuant,quòd tunc lex ex ſe ſine vllo conſenſu Principis propter moralem impoſſibilitatem expiraret.

54 Hinc ſoluũtur duæ aliæ quæſtiones,quas tractat Azor tom.1.lib.5.cap.17.quæſt.6.Prima eſt, an ad conſuetudinem quaſi præſcriptam contra legem opus ſit, vt ipſa introduci cum titulo incipiat: ſecunda, vnde incipiat numerari tempus præſcriptionis. Ad priorem quæſtionem reſpondet Azor, titulum non requiri: ſed quaſi titulum: quoniam omnis præſcriptio legitima titulum poſcit:at conſuetudo, non titulum, ſed quaſi titulum requirit. Vnde reſpondet ad ſecundam quæſtionem, à primis,qui cõſuetudinem introducere incipiunt,non poſſe computari præſcriptionis tempus: quoniam illi contra legem agentes deliquerunt: titulus autem,vel quaſi titulus iuſtus eſſe non poteſt, niſi omni peccato careat: ſed incipit præſcriptio à primis, qui bona fide contra legem egerunt: quia ab illis incipit conſuetudo eſſe rationabilis. Sic idem Azor quæſt. 5.cap. 17. dixerat, vt conſuetudo ſit rationabilis,debere eſſe ſine peccato;& non aduerſari iuri naturali,vel gentium.vel diuino,vel canoni à tota Rep. vel maiori eius parte recepto. Addit illa quæſt.6.hæc omnia Syl.conſuetudo qu. 7.ex Panor.cap.1.de treuga & pace,& Rochus ait eſſe communem ſentẽtiam.Sed iam diximus,conſuetudine per malos actus introducta præſcribi contra legem poſſe: & conſuetudinem poſſe appellari rationabilem aliquando,licet malis actibus cœpta,aut etiam continuata ſit: & hanc eſſe communem ſententiam: quamuis aliquando præſcriptio,vt diximus,bonis actibus inchoetur, aut cõtinuetur. Si contra hoc, in quo partim cum Azor conuenimus,obiicias, toto tempore præſcriptionis licitè puniri à Principe violatores legis: ergo peccant illam violando. Reſpondet Azor, negando conſequentiam, quia Princeps tunc ſolum punit ratione pacti, & ita lex obligat tũc ad pœnam, & non ad culpam. Sed non video, vnde tale pactũ colligi poſſit: & pœnæ aliquæ tales ſunt, vt ſine culpa graui incurri non poſſint, vt excommunica-

*Quæſtio 1. Præſcriptio titulum, conſuetudo quaſi titulũ poſcit.*

A tio, & aliæ cenſuræ, mors, mutilatio, & ſimiles: ergo has non poteſt inducere Princeps ex ſolo pacto ſine culpa graui, aut eius præſumptione: ſi autem Princeps putat, eos peccare, & ideò eos punit, ſtatim interrumpetur in eis bona fides: ex facto enim Principis colligent, legem adhuc in ſuo robore permanere, & eius violatores peccare: tamen præſcribent: ergo malis actibus præſcribi contra legem poteſt. Adde Syluestrum illa quæſt. 7.non dicere, quòd conſuetudo non poſſit introduci incipere,nec continuari actibus malis:ſed ſolum docet,poſſe incipere actibus bonis, & quamuis incipiat malis actibus, poſſe continuari bonis.

B Aliam quæſtionem tractat Azor eod.lib.ca.17. 55
quæſt.8.An ſint aliquæ leges,vel canones, contra quos conſuetudo non valeat, niſi Principi nota ſit,& ab eo permiſſa: & cum Rocho tract. de conſuetud. ait, in quatuor iuxta communem opinionem non valere. Primò, in ſacramentalibus iure communi conſtitutis: vnde ignorante Romano Pontifice non valere conſuetudinem,qua ſecundę nuptiæ benedicũtur;vel qua puellæ corruptę,cum in religione profitentur,ſacrantur. Secundò in iis, quæ Principi ſunt iure communi reſeruata.Tertiò in iis,quæ pertinẽt ad publicam vtilitatem. Quartò, quando introducitur contra legem, vel canonem,in quo expreſsè conſuetudo improbatur, aut C derogatur.

*Quæſtio 2.*

Altera opinio, inquit Azor, docet vniuerſim, numquam requiri ad conſuetudinem contra legem,vel canonem ſcientiam, & patientiam Principis,modò ſit legitimo tẽporis curſu confirmata, ſcilicet contra canonem quadraginta annis, contra legem verò decem:ſic Rochus ſuprà,Couarruuias de matrim.part.2.cap.6.§.10.num.19.Probat, quia cap.fin.de conſuet.nihil aliud requiritur, niſi quòd ſit rationabilis,& legitimè præſcripta.Certè probabilis eſt hæc opinio, & mihi magis placet. Hæc Azor, qui probat:quia leges, quæ hac conditione tacita promulgantur, vt ſi non recipiantur, vel ſi poſt receptionem inducatur contraria conſuetudo, non valeant. Fauet Nauarrus capite 23. num. 41. D

Sed exiſtimo, ignorante Principe nullam conſuetudinem præualere legibus habentibus clauſulam derogatoriam conſuetudinis: de quo dicam ſect.7.Deinde exiſtimo, vbi conſuetudo venit cõtra ea, quæ ſunt reſeruata Principi in ſignum ſpecialis priuilegij, conſuetudinem præualere poſſe legi, ſed non niſi ſpatio temporis, de cuius initio non ſit memoria,vt habet textus notabilis,cap.ſuper quibuſdam de verb.ſign.& docet Tabien.conſuetudo §.6.num.7.ad finem & alij citati ſect.4. §. 4. Vnde in hoc caſu ſentio cum communi opin. relata: in alio verò caſu de lege pertinente ad publicam vtilitatem dinſtinguendum cenſeo.Nam ſi E conſuetudo alia ratione conducat ad publicam vtilitatem,præualet legi:aliàs verò non; quia non eſt rationabilis. 56

In caſu verò de ſacramentalibus quidam ſentiunt, vt conſuetudo legi ſacramentalis alicuius præualeat, requiri ſententiam huius conſuetudinis in ſummo Pontifice, quòd probat ex Clementina fin.de ætate,& qualit. Vbi Clemens V. decernens ætatem ordinibus ſuſcipiendis neceſſariam, ait,*Generalem Eccleſiæ obſeruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte præferri, decernimus, &c.* Vbi eſt nouum ius,& non declaratio antiqui, vt notat ibi gloſſa 57

Digitized by Google

gloſſa verbo, *decernimus*, ergo excepto eo caſu cõſuetudo non valet in ſacramentalibus : licet in eo valeat, eò quòd ſic ſtatuerit ibi Pontifex. Et ita tenet gloſ.cap.vir, in fine, de ſecun.nupt. Butrius ibi, num.7. Præpoſ.num.3.& 5. Alexander de Neuo n. 8.& cap.accedentes num.12, de præſcrip. & ca. ſuper eo nu. 19. de cognatio ſpir. Panormitanus illo cap.vir, in fine de ſecundis nup.& cap.1. de treuga & pace, Richardus 4.d. 42. art. 3. quæſt. 2. Roſella verb. nuptiæ, nu.2.& verbo conſuetudo num. 13. in fine. Vbi Sylueſt. quęſt.7. Lancelotus, inſtit. iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortiis in fine, & Rochus tract. de conſuet. infra ait, eſſe communem opinionem. Addit Alexander de Neuo illo cap. ſuper eo num.19. Hanc opinionem eſſe veram, etiam ſi cõſuetudo ſit generalis: quod colligi videtur ex Clementina citata: ſed Imola in eadem Clem. num. 1. not. 1. ſolùm eam ſuſtinet in conſuetudine particulari alicuius Eccleſiæ, ſecus ſi conſuetudo ſit generalis. Prædicti auctores ſufficere putant ſcientiam Principis cum taciturnitate, ex quibus eius conſenſus præſumitur, qui tamen in ſe debet eſſe formalis, & expreſſus, vt conſuetudo legi deroget, vt volunt Hoſtienſis ſum.tit.de ſecun. nupt. num. 3. verſ. in aliquibus, & cap.vir, num. 2. eod. tit, vbi Henric.num.2.& cap. 1. de ſponſalibus in fine petentes approbationem ex certa ſcientia.

58 Sed probabilius eſt, nec in ſacramentalibus requiri ſcientiam Pontificis, ſed poſſe, eo ignorante, conſuetudinem legitimè induci, quæ legem aboleat, atque à tranſgreſſionis culpa excuſet: quia textus, cap.fin. de conſuetudine, decidit generaliter conſuetudinem rationi conſentaneam, & legitimè præſcriptam legi præualere, nec petit ſcientiam Pontificis, nec vlla ratio diſcriminis quantum ad hoc inter ſacramentalia, & cætera reperitur: & ita Rochus tract. de conſuet. ſect.4.num.27. ait, ſe dubitare de prædicta limitatione, & ſignificat, non eſſe neceſſariam: quod etiam Azor, & Couarruuias ſuprà, Thomas Sanchez tom.2. de matrim.lib.7.diſp.82.num.20. Paludanus 4.d. 42. quęſt.3.art.1.con.3.num.7.& ibi ſupplem. Gabrielis, quæſt.2.art.2.con.3. in fine. Gaeta repet.cap. ad limina 30.quæſt.1.§.4.num.550. Ludouic. Lopez, 2. part. inſtructorij cap. 46. colum. 6. verſ. deinde dubitare, vbi ait, circa benedictiones ſecundarum nuptiarum, conſuetudinem, & maximè quando ſcitur à Pontifice, & non prohibetur. Fauet etiam Angelus verbo nuptiæ nu.2. Armil. verb. matrim. num.71. Nauarrus in ſum.cap.22.num. 83. Henriquez lib.11. de matrim.cap.16.num.2.& cap.2.nu. 3.in commento, lit.G. Emanuel Sa, verbo benedictio, num. 2. Eman. Rodriguez 1. tomo ſummæ in 2.editione cap.241.in fine, Vega 2. tom. ſummæ, cap.34.caſu 179. in fine. Vbi abſolutè docent, ſeruandam eſſe conſuetudinem circa has benedictiones, non limitantes, ſi à Pontifice nota ſit. Et fundamentum aduerſariorum leuiſſimum eſt: nam ſi ex illa Clem. probaretur, in ſacramentalibus conſuetudinem non derogare legi, etiam probaretur in aliis præter caſum illius textus: quia illum ſolùm excipit: hoc autem contra omnes eſt. Item ex ea probaretur, conſuetudinem generalem, ac proinde ſcitam à Principe (qui generalem conſuetudinem ignorare non poteſt) non derogare legi: nam de conſuetudine generali loquitur illa Clementina: & cum Imola ſuprà ſentiat, in ſacramentalibus generalem conſuetudinem derogare legi ignorante Pontifice: particularem verò non; deberet quærere textum, qui conſuetudinem particularem excipiat. Et ad Clemen. illam reſpondet Sãchez, cum Pontifex poſſit eam conſuetudinem abrogare, atque antiquum ius ad ſuam priſtinam vim reſtituere, voluiſſe non abrogare; ſed vt ea ſeruaretur: & hoc eſt quod ait: *volumus*, quaſi dicat; nolumus abrogare: ſed volumus, vt ſeruetur. Et quod ait, *in hac parte*, eſt quaſi dicat, non eſſe conſuetudinem circa alia, ac proinde circa aliam non derogari legi; vt benè explicat ibi Bonifacius nu. 10. Quod autem ait, *decernimus*, nihil aliud eſt, quã confirmatio conſuetudinis: quæ licet vim anteà haberet, poterat denuò à Pontifice aboleri.

## SECTIO VI.

*Vtrum aliæ conditiones ſint neceſſariæ, vt conſuetudo legem abroget.*

59 HActenus conſtitutæ ſunt duæ conditiones, vt conſuetudo legem vincat; ſcilicet, eſſe rationabilem, & eſſe legitimè præſcriptam. Aliæ tamen aſſignantur à gloſſa, & nonnullis Doctoribus, cap. fin. de conſuetud. l. de quibus, ff. de legibus, & l.2.C. quæ ſit longa conſuetudo, & à ſummiſtis verbo conſuetudo, quæ vel ſunt impertinentes, vel ad præfatas reducuntur, vel explicatione indigent.

1. Conditio

Prima aſſignari ſolet, vt conſuetudo ſit obſeruata ab illis, qui poſſunt condere legem. Bartolus l. 1.ff. de legibus, qui propterea ait, vſus, & mores mulierum non poſſe introducere conſuetudinem: quia non poſſunt legem condere. Hunc citat, & ſequitur Panormitanus c.fin.de conſuet. vbi idem tenet gloſſa, Azor tom.1.lib.5.cap.17.quæſt.8. ſumitur etiam ex Tiraquello tract. de primog. quęſt. 16.& partim concinit Valentia, diſp.7.qu.5. pun. 8. cum Sylueſtro verbo, conſuetudo qu.4.num. 7. dicens, vt conſuetudo legem abroget, debere eſſe obſeruatam à maiori parte communitatis, non computatis mulieribus, nec pueris, & multò minus, furioſis: quia hæ perſonæ non poſſunt legem condere. Eadem ratione Azor excludit externos: fauet Ferrar. l. ex non ſcripto, ff. de iuſt. & iure, dicens, vt conſuetudo vim habeat, neceſſarium eſſe, vt aſſentiente populo, vel maxima eius parte, res peracta ſit. Hæc ſententia vera erat, quando conſuetudo legẽ abrogabat ſola auctoritate vtẽtium, vel aſſueſcentium, vt olim in populo Rom. quãdo ſolus poterat legem ſibi condere: & nullam legem ſanciuerat, qua generatim concederet præſcriptionem in legibus particularibus: iam verò talis conditio non requiritur: & ſic intellexit Panormitanus ſuprà, dicens conſuetudinem virorum eccleſiaſticorum poſſe abrogare legem Papæ, quia iſta conſuetudo non ſumit vires ex tacito conſenſu virorum eccleſiaſticorum: ſed auctoritate Papæ permittentis induci conſuetudinem contra canones. Sic etiam lex illa Bonifacij cap. vnico de ſtatu regular. in 6. per conſuetudinem fœminarum, ad quas ſolas pertinebat, abrogari potuit, ſecundum Doctores. Et ſimiliter lex communis viris, & fœminis, & paruulis ratione vtentibus, ſi à maiori parte horum omnium non ſeruaretur per debitũ tempus, vires amitteret. Ratio huius ſententiæ aperta eſt, quia conſuetudo præualet legi ex aucto-



Digitized by Google

ritate Principis, præſentis,vel præteriti:hîc autem poteſt dare hanc auctoritatem conſuetudini quorumcumque : & reuera illam concedit ,quando abſolutè ſtatuit, vt conſuetudo rationabilis, ac legitimè præſcripta legem aboleat. Sed qui ratione non vtuntur non efficiunt propriè cõſuetudinem, quæ ex humanis actibus conſtare debet, ideò horum vſus , vel conſuetudo ad derogandum legi non conducit.

60 *2. Conditio.* Secunda conditio indicatur à Panormitano ca. fin.de conſuetud.num. 18. vt duæ partes communitatis conſentiant , ex l.nulli , & l. planè ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis. Sed quamuis in electionibus requiratur concurſus , & aſſiſtentia duarum partium electorum: non tamen conſenſus, & hîc neque concurſus,aut aſſiſtentia ( quamuis non ſolum duæ,ſed omnes partes communitatis aſſiſtere ſoleant)leges enim generales præſcriptionis cõtra leges particulares , ſolum petunt conſuetudinem communem,id eſt,maioris partis perſonarum, ad quas lex pertinet , ſiue ſit maior ſimpliciter , ſiue in tali prouincia,vel diœceſi:nam ad abrogandam legem aliquam generalem in vna prouincia , vel diœceſi ,non requiritur , vt maior pars Eccleſiæ, vel Imperij contra illam agat:ſed ſatis eſt, ſi maior pars perſonarum ſpectantium ad talem prouinciam , vel diœceſim , legem violet, vt habet communis praxis,& opinio ex gloſſa,l. conſuetudinis, C.quæ ſit longa conſuetudo.

61 *3. Conditio.* Tertia conditio aſſignatur à gloſ.ca.fin.de conſuetud. & à Sebaſtian. Medicis tract. de legibus, part.2,quæſt.14.num.5. Syl. conſuetudo quæſt. 4. Tabien.not. 7. num. 8. quòd conſuetudo inducta ſit ex certa ſcientia,& non per errorem:citat gloſſa l.quòd non ratione,ff.de legibus. Sed Panormitanus eod.ca.fin.ait, ex ea lege deduci oppoſitum: quia textus vult, conſuetudinem introductam per errorem in vno caſu,non valere in ſimilibus , nec ad eos extendi debere. Vt ſi in aliquo populo falsò exiſtimante,id eſſe de iure,eſt conſuetudo,quòd ſi Dominus vini plauſtrum comitetur , in quo vinũ defertur , auriga non teneatur de eius periculo: conſuetudo valet in eo euentu , ſed non debet extendi valor eius ad alia liquida. Addit Panormitanus,ſi eſſet tantus error, quòd tolleret conſenſum populi, tunc procederet gloſ. Sed certè textus ille nec gloſſæ , nec Panormit. fauet,quia ibi non erat conſuetudo contra aliquam legem poſitiuam : ſed erat conſuetudo non petendi quod debebatur lege naturali , & ſi procederet ex errore , quòd non deberetur,nullum ius amittebatur;quia nemo cedebat iuri ſuo : ſecus ſi ex alio errore iuri ſuo cederent. Et ſimiliter , ſi ex errore aſſueti eſſent violare legem aliquam poſitiuam , contra illam præſcriberent : quia leges non limitant præſcriptionem ad conſuetudinem ortam ex ſcientia. Quamuis mihi eſt probabile, debere eſſe cum ſcientia legis , alioqui violatio non eſſet humana, & voluntaria in ordine ad legem: quia ignorantia facit inuoluntarium,ſaltem negatiuè, ſeu non voluntarium reſpectu rationis ignoratæ. *Ignorantia facit inuoluntarium.* Et ita tenet Azor tom.1.lib.5.cap.17.quæſt.8. tribuens gloſſæ, & Panormitano ſuprà , & Sylueſtro verbo cõſuetudo,quæſt.4. Sed iam retulimus quid dicãt gloſſa , Panormitanus,& Sylueſter:ſed aduerte Sylueſtrum,& Tabien.loqui de ſcientia,& conſenſu potentis condere legem:quem iam diximus,quomodo ſit,vel non ſit requiſitus,vt per conſuetudinem lex aboleatur. Nos verò hîc loquimur de ſcientia agentium contra legem;& volumus , ſi inuincibiliter omninò ignorant legem , eorum aſſuetudine non præſcribi contra legem: quia in ordine ad legem violatio illa non eſt humana, ſeu voluntaria.

62 *4. Conditio.* Quarta conditio ponitur à gloſſ.ca. fin.de conſuet.& à Sylueſtro ſuprà , quod conſuetudo ſit inducta ſciente eo, qui poteſt legem condere. Idem docet gloſſa,l.de quibus,ff.de legibus,Armil. conſuetud.num.5.Vazquez hîc diſp.177.cap.2.5. 7. & 8.not.6.num.8. Sed Ioannes cap. conſuetudo d. 1. & §.leges d.4.& cap.fruſtra,d.8.relatus à Panorm. cap. fin. de conſuet. dicit,quòd conſenſus Papæ, ſeu ſcientia non requiritur ad conſuetudinem inducendam : aliàs raro,vel numquam induceretur. Et hanc opinionem ait Panormitanus ſuprà eſſe communem,& veram: quam confirmat ex d. cap. fin. ſolùm requirente quòd conſuetudo ſit rationabilis,& præſcripta:& ex cap.1.de conſt.in 6.vbi dicitur, Papam ignorare ſtatuta,& conſuetudines locorum.Idem tenent Anton.1.part.tit.16.ca. vn. §.2.Syl.conſuetudo,quæſt. 6.num. 9. Angel.num. 9.Couarr.2.part.4.cap.6.§.10.num. 19. Azor cum aliis,quos citaui ſect.4.& idem Azor tom.1. lib.5. cap.18.quæſt.9.Antonius Butrius cap. fin. de conſuetud.Idem colligitur ex Roſella conſuetudo nu. 5.Vbi ait,quamuis gloſ. c. fin.de conſuet.in princ. enumeret decem vel vndecim conditiones requiſitas ad conſuetudinem inducẽdam: in fine tamen videtur recedere à prædictis,& ſolùm exigere duo. Primò,quòd ſit rationabilis:ſecundò quòd ſit præſcripta : non tamen intelligendo , vt conſuetudo præſcribatur , ſiue præſcribat dominium alicuius rei : ſed debet eſſe præſcripta , id eſt, obtenta per curſum temporis requiſiti ad præſcriptionem. Hæc Roſella. Itaque ſi conſuetudo populi ignorantis legem eſſe , ſit populi potentis legem condere, non præſcribet contra legem , non quia ſit ignorantia potentis legem condere , ſed quia eſt ignorantia agentium contra legem, & talis ignorantia , quæ violationem legis reddat non voluntariam, & non humanam. Addit Butrius duo : primum eſt , quòd Papa ignorante requiruntur quadraginta anni ad præſcribendum contra legem: ſed eo ſciente ſufficiunt decem : de quo iam dixi, ſect. 4. Secundum eſt , quod ante dixerant Ioann. Monachus,& Archidiaconus cap.generali. de electio.lib. 6. quòd vbi ius requirit antiquam cõſuetudinem,vel vbi obuiat omni iuri,requiritur tempus,de cuius initio non eſt memoria. Sed primam partem huius dicti reiicit Panor. cap. fin de conſuet.ex ead.l.iunctis Doctoribus,l.de quibus,ff.de legibus, quia non plus importat conſuetudo antiqua , quàm inueterata : ad hanc autem ſufficiunt decem anni ſecundùm Doctores ibi. Secundam autem partem ex illo cap.fin. ſolum requirente,vt conſuetudo ſit rationabilis,& præſcripta,vt deroget iuri.Item quia de iure ciuili regulariter ſufficiunt decem anni: à diſpoſitione autem legali non debemus deuiare , niſi quatenus reperitur in iure cautum,ca.fin. de noui oper.nutiatione,in quibus verbis ſignificat Panorm. ad præſcribendum contra legem Eccleſiaſticam decennium ſufficere : de quo ſuperiùs diximus.

Aduerte autem, quòd in regnis , vbi Principes nullam conceſſiſſent præſcriptionem cõtra leges, conſuetudo non abrogaret legem , niſi eſſet nota Principi.Idem eſt vbi conceſſa eſt præſcriptio.Sed non

Digitized by Google

non eſt impletum tempus præſcribendi. Deinde, quod ait Anton.3.part.tit. 16. cap. vn. §. 2. legem Pontificiam conſuetudine non abrogari, niſi de expreſſo conſenſu Papæ, licet impugnetur à Vazquez diſp.177.cap.21, quia ſufficit conſenſus tacitus:defendi tamen poteſt,nomine, *expreſſi*, intelligendo formalem verbis, vel factis antecedenter, vel conſequenter explicatis.

63 Quinta conditio,& vera eſt,vt lex non habeat clauſulam derogatoriam ſequentis cõſuetudinis, de quo agemus,ſect.7.

*5. Conditio.*

*6. Conditio.*

Sexta conditio eſt, quòd lex non contineat ius aliquod impræſcriptibile,gloſ.c.fin.de conſuetud. Armil.conſuetudo,nu.5. Medicis de legibus, part. 2.cap.14.num.4.Goffred.Tranenſis in ſum. tit. de conſuetud.num.10. Nam laici non poſſunt acquirere ſpiritualia ex præſcriptione, ſeu conſuetudine,cap.cauſam de præſcrip.cap.Meſſana,& cap.ſacroſancta,de elect. idem tenet Panormitanus cap. fin.de præſcrip. dicens: *Nota quòd ſicut ex præſcriptione laicus non poteſt acquirere ius ſpirituale: ita nec ex conſuetudine. Et dico, quòd non ſufficeret tempus, de cuius initio non eſt memoria,vt notanter voluit Ioannes And.cap.2.de præb.in 6.optimè facit cap.ſuprà,eod.tit. Poteſt tamen teneri,quòd in eis,quorum Papa poteſt facere laicos capaces, poſſit induci conſuetudo (non dico præſcriptio) vt laici poſſint obtinere ſpiritualia: ſi Papa ſciuit, conſuetudinem induci, & non contradixit. Argumentum optimum l.de quibus,ff. de legibus. Niſi dicat,conſuetudinem tolli,vel impediri propter irrationabilitatem: & fortè hoc vltimum verius, nam ratio eſt quaſi cauſa formalis ipſius conſuetudinis; forma autem dat eſſe rei, cap. quia propter de elect.* Hæc Panormitanus.Conſonat Azor tom.1.lib.5.cap.17. quæſt. 8.recenſens ſpiritualia, quæ laici præſcribere non poſsũt.Sed generatim,quæ præſcribi nequeunt,lege in Molina tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 70. & gloſ. cap. cum non liceat,verbo, non obſtante, de præſcrip. Ac proinde nec præſcribi poteſt contra leges prohibentes illa præſcribi. In his aliqui numerant circumſtantias interdicti, vt quòd in Eccleſia aliqua tempore interdicti Eccleſiaſtici celebrari poſſit pulſatis campanis,& alta voce,ca.cum inter,de conſuet. ſed Molina diſp.citat, inde non probari,non valere conſuetudinem in eo caſu: ſed meritò eſſe reuocandam talem conſuetudinem,vt in eo cap. reuocatur. Sed credo, antea etiam eſſe irritam:quia erat irrationabilis,nempè contra neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt dicitur eo capit. Sed reuocatur quantum eſt ex parte Pontificis ad cautelam, ne vllus ſuperſit locus opinionibus.

64 Id verò planum eſt,contra legem diuinam, naturalem, vel poſitiuam non poſſe conſuetudine præſcribi,de quo latè Azor tom.1.lib.5.ca.17.qu. 1.& 2.Syluest.conſuetudo quæſt.9. Tabien. not.3. num.4.& patet:quia conſuetudo contra ius naturæ inducta,corruptela eſt,ergo non præſcribit cõtra ius naturale, neque illi derogat, vt ea ratione definitur in cap. fin. de conſuetud. & idem eſt de iure diuino non naturali.Vnde conſuetudo contra iſtrum valet, cap. licet ex quadam de teſtibus, vide cap.quæ contra mores d.8.cap. cum tanta,de conſuet. cap. flagitia 32. quæſt. 7.D.Thomam, q. 96.art.3.Nauarr.conſil.25.de vſur. num. 5. Caſſan. in cõſuetud.rub.6.§.4.fol.857.Goffred.Tranen. in ſum.tit.de conſuet.num.14. Vnde infert,male adinuentas conſuetudines nullo tẽpore firmari auth. vt nulli Iudi.§.1. quia in hoc caſu quantò conſuetudo diuturnior,tantò periculoſior, cap. non ſatis de ſymonia,& cap.fin.de conſuet. & cap. ſchiſma, 24.quæſt.1. Item conſuetudines in grauamen Eccleſiarum inductas ſeruari non debere, ſed reuocari,vt cap.1.de conſuet.ſicut & conſtitutiones,c. cum omnis,& c.quę in Eccleſiarũ,& c.ex parte,de conſt.cap.ad noſtram,& cap.quanto,de conſuet.& cap.cum venerabilis,& ex parte,eodem tit. Aliqui etiam ſic inferunt:non poteſt conſuetudine introduci,vt conſanguineo liceat, in vindictam occidere occiſorem cõſanguinei,etiam patris,ne damnatum quidem à iudice,vt tenet Panorm. cap. fin. de conſuetud. & ex Rocho obſeruat Boſius tit.de homicid.num.111. quidquid contradicat Syluest. verbo conſuetudo, quæſt. 18. num. 22, poſt Ioan. And.& Speculatorem,cap.fin.de conſuet. ſed meritò Syluest. cum eiſdem ait, poſſe conſuetudine introduci,vt non ex odio:ſed quaſi miniſter Iuſtitiæ puniat quis interfectorem patris ſui à iudice damnatum.Nec conſuetudine poteſt introduci,vt liceat aliquem indebitè grauare: quia id eſt contra legem naturæ, vt cum Ruino & Scino obſeruat Menoch.de arbitrar,caſu 82.num.48.

An verò contra ius gentiũ poſſit cõſuetudo præſcribere.Azor illo cap.17.quæſt.4. reſpondet cum Rocho tract. de conſuetud. in fol. paruo 46. col. 3.non valere: quoniam ius gentium eſt naturale. Sed iam ſuperius docuimus: ius gentium, ſi propriè capiatur,poſitiuum eſſe. Quamuis autem poſitiuum ſit, dici poſſet, non eſſe propriè præſcriptionem cõtra illud. Quia communitas hominum quæ ius gentium conſtituit,nullam præſcriptionis legem introduxit, nec æqualem aut ſuperiorem poteſtatem habet,à qua talis lex condita ſit. 65

*Quæſtio.*

*Ius gentium poſitiuum eſt.*

Ex ſua verò opinione Rochus infert,non valere conſuetudinem,quæ alicubi eſt,ne pretium ſoluatur iis,qui priuantur vinea,vel agro ſuo,vel domo,vt via publica fiat,vel muniatur,vel reficiatur, vel renouetur:quia eſt contra ius naturæ.Sed gloſ. l.ſi locus ff.quemadmodum ſeruitutes amitt.videtur conſuetudinem prædictam approbare, cuius opinio vera eſſet, ſi alicubi cauſæ ſubeſſent non ſoluendi tale pretium. Valet tamen conſuetudo, qua Princeps vel Reſp.ob cauſam publicam cogit ciuem vendere rem ſuam, vt domum, vel agrum. Item qua tempore famis,vel penuriæ cogit mutuò dare frumentum,vt ſeminetur.Item,qua vnus pro alio cogitur pecuniarium debitum ſoluere: vel qua vnus pro alio punitur pecuniaria pœna. Ita Rochus & Azor ſuprà: intellige ſi ſubſit cauſa rationabilis in tali conſuetudine.Secus tamen eſt de conſuetudine, qua vnus punitur pro crimine alterius pœna capitis:ac ſi fideiuſſor eſſet in cauſa criminali, vt in ciuili. Item conſuetudo qua Principes ciuibus ſuis pecunias auferunt, vt bellum gerant, quamuis alioqui iuſtum, vel ob aliquam publicam cauſam,& eas numquam reſtituunt,corruptela eſt.Hæc Azor ex Rocho.

Septima conditio ponitur à gloſſa, cap. fin. de conſuet. quòd conſuetudo ſit obtenta in contradictorio iudicio:citat aliam gloſ.l.cum de conſuetud. ff.de legibus, & c. Abbate de verb.ſig.ex quo textu idem tenet Anton. 1.part.tit.16.capit. 1.§.4. Medicis tract.de legibus,part.2.quæſt. 14. num. 5. Ferr.l.ex non ſcripto,ff.de iuſt. & iure. Sed immeritò,vt ait Vazq. diſp.177. c.6. quia ibi non agitur de præſcriptione contra legem:ſed de præſcriptione iuris eligendi Abbatem. Nec dicitur neceſſariũ eſſe 66

*7. Conditio.*

Digitized by Google

eſſe contradictorium iudicium ad conſuetudinem confirmandam. Quòd ſi id diceret Pontifex, de ſola conſuetudine Eccleſiaſtica intelligendum eſſet, Panormitanus etiam ca. fin. de conſuet. cum communi vtriuſq; iuriſperitorum probat, hanc conditionem non eſſe neceſſariam: quia conſuetudo inducitur moribus, & vſibus hominũ, l. de quibus ff. de legibus, capit. conſuetudo d. 1. §. ex non ſcripto Inſtit. de iure nat. ergo non requiritur neceſſariò actus iudiciarius. Et alioqui non poſſet introduci conſuetudo: quia ſi antea conſuetudo non habuit vim: non poteſt iudex decernere vim habuiſſe. Vnde Goffred. Trannenſis in ſum. titul. de conſuetud. num. 8. ait, in contradictorio iudicio non dicitur conſuetudo induci, ſed firmari: vt l. cum de conſuetudine, ff. de leg. & ſenatuſconſ. quamuis in dicto cap. Abbate in allegatione ſua (ſcilicet facta à litigantibus) dicatur induci.

Dicunt tamen Iuriſperiti, & cum eis Panorm. actum iudicialem conducere poſſe ad probandam iterum cõſuetudinem. Fallitur ergo Sylueſt. verb. conſuetudo, quæſt. 4. poſt medium, aſſerens, conſuetudinem intelligi eam, quæ eſt præſcripta, & in duobus actibus iudicialibus obtinuit, ſeu duabus ſententiis confirmata eſt. Probat ex l. nam & his C. de inoffic. teſtam. Vbi tamen nihil ad rem eſſe putat Vazquez.

67 Sed obiicies l. 5. titul. 2. partita 1. vbi dicitur, *Si populus decem, vel viginti annis aliquid fecerit, ſciente domino, & non contradicente, poterunt deinde id liberè facere, & talis conſuetudo obſeruanda in poſterum eſt: ſi hoc eodem tempore iuxta prædictam conſuetudinem bis iudicatum fuerit, ſiue hæ ſententiæ contradictorio iudicio latæ ſint, ſiue non.* Vbi notat Gregorius Lopez, in omnibus manuſcriptis legi triginta ſententias, & in omnibus excuſis, duas, & hanc lectionem probaſſe Senatum Regium. Hanc l. interpretatur Petrus Salaz lib. de conſuet. dicens, nec in noſtro regno ad valorem conſuetudinis vllam ſententiam eſſe neceſſariam, cap. 10. num. 45. vt non loquatur de præſcriptione in legibus, ſed in aliis rebus, vel iuribus: ſed latè, & bene Vazquez, illo cap. 6. probat loqui de conſuet. vt habeat vim abrogandi, vel conſtituendi legem: & cum Burgos de Paz, l. 1. Tauri num. 247. ait, in noſtro regno conſuetudinem nullam vim habere, niſi poſt duas Sentẽtias, licet de iure Romanorum, & canonico dicat, non requiri: ſed hoc durum puto cum Greg. Lopez ad illam l. partitæ: nam leges noſtræ ius Romanorum imitari ſtatuerunt, in quo non requiruntur, vt ſentit Bartolus l. de quibus, ff. de legib. vbi ait, id paſſim docere Doctores. Deinde ſecunda ratio facta à Panorm. etiam in regno noſtro procedit. Cenſeo ergo, legem noſtram ſolùm loqui pro foro externo, & velle, vt poſtquàm in iudicio Senatus, vel Cancellariæ Regis ſemel, & iterum iudicatum ſit, conſuetudinem aliquam habere vim; non iam de ea re in iudicio controuertatur, & res in dubium reuocetur, ſed deinceps pro conſuetudine iudicetur. Sic etiam l. cum de conſuetudine, ff. de legibus dicitur, in conſuetudine in primis explorandum eſſe, an in contradictorio iudicio firmata ſit.

68 Rectè tamen Burgos, n. 246. & Vazquez dicunt, per purum non vſum legis, eò quòd caſus non occurrat, non abrogari legem. Idemque eſſe de non vſu priuilegij, quãdo eius caſus non occurrit. Idem docent Ioannes Andreas & Panormitanus, capit. fin. de cler. coniug. Syluester conſuetudo, quæſt. 8.

A num. 13. & alij communiter, vt etiam notauimus ſect. 5. Vide Roſellam conſuetudo num. 15.

Colligit etiam Vazquez, in Caſtella non eſſe obligationem abſtinendi in vigiliis, & quatuor temporibus à lacticiniis, & ouis, quia in iure nullum eſt præceptum, & de conſuetudine non poteſt conſtare, eò quòd omnes ferè à multis annis per bullam his veſcuntur. Credo, opinionem eſſe veram; quia in dubiis non ſumus ad rem valde difficilem obligati, præſertim cum bono communi parum ſit neceſſaria: dubium autem ſit an exiſtat conſuetudo abſtinendi in iis, qui bulla cruciata carent. *In dubiis non ſumus ad rem valde difficilem obligati.*

B

## SECTIO VII.

*An conſuetudo poſſit abolere legem, in qua eſt clauſula derogatoria dicens, non obſtante quacumque conſuetudine.*

Sententia negans communis, & vera eſt; quam tenet Syluester conſuetudo, quæſt. 6. Angel. nu. 9. Sotus 1. iuſt. quæſt. 7. art. 2. colum. 2. Molin. infrà, Panormitanus cap. fin. de conſuetud. Baldus nouellus tract. de dotibus, & priuileg. earum, parte 6. priuilegio 2. num. 18. & 19. tom. 9. tra-C ctatuum, Antoninus 1. parte tit. 16. capite vn. §. 6. Vazquez & Nauarrus infrà, Rochus tract. de conſuetud. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 17. qu. 10. cum Ioan. Andrea, Butrio, Ioanne Lignano, Decio, Felino, Alexandro, Imola, Paulo Leazaro, quos citat, & ſequitur Couarruuias 3. var. capit. 13. num. 3. & 4. idem tenet Ferrar. l. ex non ſcripto, ff. de iuſt. & iure. 69 *1. & vera ſententia.*

Probatur, quia conſuetudo habet vim abrogandi legem ex voluntate Principis: ergo cùm Princeps vult, conſuetudine non abrogari legem, non abrogatur.

Oppoſitum docet Medina, quæſt. 97. art. 3. quia quibuſcumque verbis lex conſtituta ſit, poteſt à D Principe per verba derogari: ſed conſuetudo approbata à Principe habet verborum vim: ergo talis conſuetudo vincit legem quibuſcumque verbis latam. Confirmatur: nam in cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. lib. 6. dicit Pontifex, nulla conſuetudine introduci poſſe, vt quilibet ſibi eligat confeſſarium: nihilominus ſacerdotes conſuetudine eligebant confeſſarium, donec conſuetudo hæc per Tridentinum ſublata fuit. 70 *2. Sententia Medinæ.*

Hæc ſententia Molinæ falſa omninò eſt, abſolutè loquendo; cum ſit contra omnes Doctores, & vſum Pontificum ponentium ſæpè illam clauſulam derogatoriam: quam nihil operari affirmari non poteſt. Dices, obligare, ne introducatur, aut E permittatur conſuetudo contraria. Sed cõtra: quia talis clauſula principem ſucceſſorem obligare nõ potuit: ſubditi autem abſque illa tenebantur non introducere conſuetudinem: ergo illa clauſula eſſet inutilis. Procedit autem opinio Medinæ ex ignorãtia diſtinctionis ſuperiùs poſitæ de duplici modo, quo conſuetudo legem abrogat: primò per modum præſcriptionis ex auctoritate, & conſenſu Principis præteriti: & ſic non abrogat legem, in qua ſit illa clauſula derogatoria. Secundò per modum occaſionis, quam præſens Princeps ſciens, & videns, indicat aliquomodo, ſe velle, vt lex deinde vim non habeat: & tunc conſuetudo abrogat *Reiicitur.*

occaſio

Digitized by Google

occaſionaliter legem; quia etiam abrogat illam clauſulam contentam in lege. Hoc intendit Sotus ſuprà, dicēs, tam longam poſſe eſſe cōſuetudinem, vt præualeat contra decretum illud irritans conſuetudinem. Sed malè reduxit ad longitudinem tēporis, quod in breuiſſimo poſſet fieri, ſic Couarruuias & Azor ſuprà, cum gloſſ. Panormitano, Gemi. vtroque Cardinali, Imola, Anchar. Baldo, Romano, Iaſone, & Rocho docent, non obſtante illa clauſula induci poſſe conſuetudinem. Idem tenet gloſ. c. ſtatutū, de elect. Nauar. & Vaz. infrà. Vnde rectè Molina tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 77. in fine ait, *ſi lex aliqua, ſiue canonica, ſiue ciuilis ſtatuat aliquid, adiiciatque, vt aduerſus illud vel omninò non præſcribatur, vel non, niſi tempore quadraginta vel centum annorum, aut de cuius initio non ſit memoria, vel quouis alio annorum ſpatio: tunc aduerſus talem legem vel omninò non præſcribetur, vel non niſi tempore, quo lex ſtatuerit: idque eſto interueniat bona fides, & titulus: vt conſtat ex l. vbi lex, ff. de vſucap. vbi dicitur, vbi lex tollit præſcriptionem, non præſcribatur.* Vide Gutierrez, 3. practicarum cap. 32. Et quidem de lege ſequenti non dubium eſt, quin poſſit reuocare præcedentem: ſed generalis non intelligitur reuocare conſuetudinem, & ſtatuta particularia, niſi exprimat, vt patet cap. 1. de conſt. in 6.

Item per clauſulam generalem, non obſtante quacumque conſuetudine, non reuocatur immemorialis, Gloſſ. auth. vt de cætero non fiant nouæ conſtit. Verbo præſcriptio, Couar. 3. variar. ca. 13. num. 4. Tiraq. de vtroque retract. in poſteriori §. 1. gloſ. 2. num. 25. qui alios referunt. Et ſicut clauſula generalis non derogat conſuetudini immemoriali præcedenti: ita nec ſubſequenti.

71 1. Not. Nota autem primò, quod conſuetudo reprobata tamquam irrationabilis, numquam cōualeſcit, nec poteſt legem vincere; niſi mutatis circunſtantiis reddatur rationabilis, vt docent Panormit. & Butrius ca. fin. de conſuet. Sylueſt. conſuetudo qu. 6. num. 10. Angel. eodem verb. nu. 9. Azor, & Couarruuias cum multis ſuprà, Vazquez diſp. 177. ca. 8. Sanchez 7. de matrim. diſp. 4. num. 14. citans Panorm. Dominic. Francum, Decium, Aretin. Felin. Barbacium, Rochum, Rauenatem, Ioan. Lupum, Roſell. Angel. Armil. Ferretum, Couarru. Anton. Gomez, Auileſ. Auendañ. Gutierrez, Duennas, Anton. Gab. Brunorum, & Zauallos. & probant à ſimili ex l. ſi hominem 30. ff. mandati, vbi dicitur, generalem procuratorem poſſe reuocare ſpecialiter à Domino promiſſa, ſi habuerit iuſtam cauſam reuocandi, vt tenent Bart. ibi, Panorm. cap. at ſi clerici §. de adulteriis num. 9. de iudic. & ibi Additio ad Felin. num. 3. qui exponunt, ſi cauſa ſit noua, vel de nouo cognita, vt patet ex textu dicente, *vt ſi poſteà compererit, eum falſas rationes confeciſſe.* Ita ergo conſuetudo ſi mutatis circumſtantiis reddatur rationabilis, abrogat legem; quàm anteà non abrogabat, quia erat conſuetudo irrationabilis. Neque ad hoc requiritur ſcientia Principis. Quod voluere Anton. Burgen. repet. cap. at ſi clerici num. 57. de iudic. & alij apud Rochum de conſuet. ſect. 4. num. 29. & Rebuffus aliis citatis tom. 1. conſt. gallicarū in proœm. gloſſa 5. num. 149. ſed pro nobis eſt Sanchez ſuprà cum Rocho, Angelo, & Syl. quia c. fin. de conſuet. vt conſuetudo vincat legem humanam, ſolùm petitur eſſe rationabilem, & præſcriptam. Hæc Sanchez, qui idem ait diſp. 17. num. 7. diſp. 82. num. 20. Et ſic intelligendum eſt quod

*Conſuetudo reprobata tāquam irrationabilis numquam conualeſcit.*

A ait Gregorius Lopez l. 3. gloſ. 6. tit. 2. part. 1. conſuetudine per legem reprobata non abrogari legem. Reprobatio autem interdum fit hoc modo, non obſtante conſuetudine, quæ potius corruptela, quàm conſuetudo dicenda eſt, vt in cap. fin. de conſuetud.

Nota ſecundò, quòd etiam ſi conſuetudo ex- 2. Not. preſsè ſit reprobata à lege, vt irrationabilis, poteſt vincere legem auctoritate ſequenti Principis: ſicut enim poteſt verbis, & ſcripto abrogare legem, ita vt factum teneat, quamuis abrogatio ſit irrationabilis, ita & per conſuetudinem, cui tacitè confert hanc vim; quam illi conferre eſt malum, & irrationabile.

B Nota tertiò ex Nauarro commentario de ſpol. 3. Not. §. 15. num. 8. & Vazquez diſp. 177. num. 72. & 73. & Azor ſuprà, conſuetudinem non reprobatam à lege, poſſe legem vincere, licet lex præcipiat, conſuetudinem non introduci. Quòd enim conſuetudo prohibeatur, non indicat, conſuetudinem eſſe irrationabilem: ſed fieri ſolet ad maiorem cautelam non permittendi vſum contrarium: quamuis eo ipſo quòd lex de aliquo fiat, prohibeatur contraria conſuetudo, & miniſtri iuſtitiæ teneantur eam non permittere, niſi ad euitanda maiora mala, ſicut permittuntur lupanaria. Imò Angelus & Sylueſter indicant, etiam quando lex habet clauſulam prohibitiuam, vel derogatoriam conſuetu- C dinis, ſi noua cauſa occurrat, quam legiſlator non videatur cogitaſſe, conſuetudinem poſſe contra legem præſcribere. Idem indicant Azor, Couar. & alij ex relatis.

Nota quartò, cum lex damnat aliquam conſue- 72 4. Not. tudinem vt irrationabilem, ad futuram ſe extendit, vnde illa non poteſt contra legem pręſcribere, niſi rationabilis reddatur. Ita Azor ſuprà. Qui quādo eodem lib. cap. 18. quæſt. 11. abſolutè docet, cōſuetudine ſiue ſcita, ſiue ignorata à Principe poſſe abrogari legem, etiam quæ expreſsè derogat conſuetudini: debet explicari, ſi id in genere velit de nouo Princeps. Dices, ſi lex poteſt impedire, & abrogare conſuetudinem, vt dictum eſt, quomodo D cap. 1. de feudi cognitione, Obertus filio ſuo Anſelmo ſcribit, *Legum autem humanarum non eſt vilis auctoritas: ſed non adeò vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores?* Cuiacius ibi reſpondet, intelligi de conſuetudine, quæ iam contradicto iudicio cōfirmata eſt. Sed meritò refellitur à Vazquez diſp. 177. nu. 63. quia etiam illa conſuetudo lege Principis abrogari poteſt. Alia expoſitio eſt, lege non habente clauſulam derogatoriam conſuetudinem non vinci, ſed non quadrat contextui. Rectè ergo reſpondet, ſolùm velle, quòd leges Romanorum apud Lōgobardos, licet ex parte ſeruarentur: non tamen præualebant contra eorum vſus, & mores: quia in multis nolebant Romanis legibus guber- E nari.

Nota quintò, quòd cum lex dicit, non obſtante 5. not. quacumque conſuetudine, aliqui dicunt, ad futura non ſe extendere, gloſſa capite quod ſuper, de conſang. & affin. Azor cum multis ſuprà. Sed Sanchez illo n. 14. ait, gloſſam illam communiter reprobari, & dictam clauſulam ad conſuetudinem futuram ſe extendere: vt multis citatis docent Tiraq. de retractu in præfat. num. 18. & 19. Couarr. 3. variar. cap. 13. num. 4. Burgos de Paz l. 1. Tauri nu. 464. & 479. Zauallos in practicis quæſt. 704. per totam.

SEC

Digitized by Google

## SECTIO VIII.

### *An ad inducendam conſuetudinem, quæ legem abroget, ſufficiant duo, vel tres actus contrarij legi, Principe ſciente, & tollerante.*

73 Angelus verbo conſuetudo num. 9. Syluester, quæſt. 6. num. 9. affirmant; nec in hoc illis contradicit Vazquez diſp. 177. num. 74. fauet Sa verbo conſuetudo, num. 5. dicens, conſuetum dicitur, ſeu ſolitum, quod bis factum eſt, &c. ita nos 25. qu. 2. vbi binus actus appellatur quaſi vſus, & cõſuetudo, & l. 3. in fine C. de epiſ. audien. Sed Azor tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæſt. 9. & cap. 18. qu. 15. cum Syluest. ſuprà, qu. 4. ait, non poſſe vno, aut duplici actu induci conſuetudinem, quæ ius abroget: quia populi conſenſus non poteſt adeſſe in vno, aut duobus actibus tantùm: quoniam fortè per errorem, vel alterius mali vitandi cauſa vnum, aut alterum actum contra ius permittit impunè: niſi quando vnus actus ita continuatur ad lõgum tempus, vt perinde ſit, ac ſi multi actus toto eo tempore replicarentur, verbi gratia, confertur beneficium regulare clerico ſæculari; aut beneficium ſæculare clerico regulari; & ab eo annis quadraginta poſſidetur, conſuetudo inducitur, & beneficium regulare fit ſæculare, & è contra, cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. Pari ratione fit pons publicus, vel molendinum, & durat ad longum tempus, gignitur conſuetudo, Syluest. illa quæſt. 4. ſecutus Panormit. De qua re, vt inquit Azor, latè tractat Rochus tract. de conſuetud. §. gloſſa finalis, in 7. requiſito. Hæc locum non habet in populo, qui non poteſt propria auctoritate legem abrogare: qualis circa leges Eccleſiaſticas eſt omnis populus, & ferè omnis erga alias: nam cum nõ poſſit leges abrogare verbo, non poterit propria auctoritate eas abrogare conſuetudine: ergo impertinens eſt eius conſenſus, ſed tantùm debet attendi conſenſus præſens, vel præteritus Principis. Qui conſenſus præſumitur ex eo quòd impunè permittat conſuetudinem: non ex eo quòd populus trãſgreſſionem legis non puniat: maximè cum punitio ad populũ non pertineat, ſed ad Principes, & aliquos eorum miniſtros. Et interdum vno actu poteſt præſumi conſenſus Principis de abroganda lege, interdum verò non præſumitur ex duobus, nec ex tribus, nec ex pluribus: quia tolerantia poteſt non oriri ex voluntate abrogandi legem, ſed ex aliis capitibus. Vnus autem actus præſertim inſignis permiſſus impunè à legiſlatore potente cõmodè punire, & reprimere populum, abrogat legem, non ſolùm inchoatiuè, vt exponit Azor; ſed etiam completiuè: & ſic intelligo Angelum dicentem, quòd per vnum actum inducitur conſuetudo, ſi appareat de expreſſo conſenſu populi, per illum volentis inducere conſuetudinem: ſed impropriè loquitur, vt notat Syluester: quia de ratione conſuetudinis eſt pluralitas actuum, ſaltem virtualis, vt cum actus diu continuatur. Addit Syluester, *duo actus ſufficiunt ad inducendam conſuetudinem, vt ait ſumma Piſana, cui ſupplementũ addit, non tamen efficacem: cùm debeat eſſe rationabilis, & præſcripta, cap. fin. de conſuetud.: niſi illi actus eſſent permanentes tempore legitimo ad præſcriptionem. Hæc ille, ſed ineptè: quia ea, quæ dicit, requiruntur ad hoc, vt conſuetudo abroget legem, non ad hoc, vt ſit lex: vnde dictum Piſanæ limita, verum eſſe in tribus: primò in criminalibus, vt dicit gloſſa dicto cap. ita nos: non autem in ciuilibus, niſi vt ſtatim dicam. Non autem eſt propriè conſuetudo, quia appellatione conſuetudinis, ſecundum Panor. c. 1. eod. tit. intelligitur ea, quæ tenet, & præſcripta eſt, vt in ca. Cumana de elect. Secundò in actibus iudicialibus, vt ex duabus ſententiis accedẽte conſenſu populi præſumitur conſuetudo: quia habent aptitudinem ad inducendam conſuetudinem, l. nam in his, ff. de inoffi. teſtam. & l. ſiquis §. quod ſub eodem tecto. ff. ad Syllan. tertiò in actibus, quos populum latere non eſt probabile, vt ſecundum Gulielmum de Lugduno, & Bart. in dicta l. de quibus, ſi vnus vnum pontem faciat de domo in domum in platea communi, & alius alium, quia iſti duo actus adeò ſunt populo notorio, quòd comprehenditur eius conſenſus, & ſtat frequẽtia actuum ſiue pluralitas, quæ duo conſuetudinem inducunt. In aliis autem non ſimilibus, vt ſunt vendere, locare: & actus priuatorum, ſicut vendere in porticibus ſuper viam publicam, non ſufficiunt duo actus: ſed requiritur frequentia magna, vt totus populus erat l. ſed & ea ff. de legibus, l. nam Imperator, ibidem, & ff. de inſtit. act. l. ſed etſi pupillus. Duo tamen, vel tres actus tuentur aliquem in poſſeſſione quoadusq; ſit dubium 18. qu. 2. ſcrutinium.* Hactenus Syluester: ſed parum ex arte.

*1. opinio. Cõſuetum dicitur quod bis factum eſt.*

Dicendum ergo eſt primò, quòd conſuetudo nec habet vim legis, nec abrogat legem via præſcriptionis, niſi ſaltem decem annis contra eam fiat: & ſic poteſt intelligi ſupplementum ſuprà dicens, duos actus ad efficacem conſuetudinem non ſufficere, niſi ſint permanentes tempore legitimo ad præſcriptionem: & Ferr. §. ex non ſcripto Inſtit. de iuſt. & iure, vnũ vel plures actus non ſufficere, niſi decennio cõtinuentur, vel iterẽtur. Vnde male Medicis lib. de legibus, part. 2. quæſt. 14. nu. 3. ait, ſaltem binum actum debere concurrere, vt conſuetudo præſcribat. Secundò dicendum eſt, quòd ad rationem conſuetudinis ſiue efficacis, ſiue inefficacis requiritur ſaltem binus actus, vel vnus ſucceſſiuus, ſeu continuatus, vt in exemplis adductis ex Panormitano, quem ſequitur Arm. conſuetudo num. 5. Quare vnicus actus non probat conſuetudinem: ſed requiritur ſaltem binus, vt docet Archidiac. cap. illud, in fine d. 12. & colligitur ex l. nemo 3. C. de Epiſco. aud. fine. Sic tenent Bart. l. de pupillo §. ſi quis ipſi num. 15. ff. de nou. operis nũtiat. Butrius, cap. fin. num. 8. de appell. Alex. de Neuo num. 19. Imola num. 8. Francus num. 6. Decius, num. 22. Conſtantius Roger tract. de proteſtatione §. quarto principaliter pollicitus ſum, nu. 2. habetur tom. 17. tractatuum nouiorum. Idem tenet Thomas Sanctius tom. 1. de matrim. lib. 4. diſp. 1. num. 22. Goffred. Trannenſis in ſumma, tit. de conſuetud. num. 4. & deinceps, ſicut (inquit) binus actus, vel trinus inducit poſſeſſionem, vel quaſi, vt c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſ. & propr. & cap. fin. eod. tit. & l. 1. C. de fideicommiſſ. licet vnico acquiratur, vel deperdatur poſſeſſio, vel quaſi, l. cum talis C. de ſeruit. & aqua cap. cum M. de conſt. cap. pro illorum, de præben. Tertiò dicendum eſt, vt conſuetudo, ſciente Principe, ſufficiat legem introducere, vel abrogare ex tacito conſenſu Principis, non ſemper ſufficiunt duo, vel tres actus; ſed interdum plures requiruntur. Et idem eſt cum Reſp. ſeu populus valet legem condere, & abrogare: ſumitur ex Panormitano, & Armill. ſuprà: interdum verò ſufficiet vnus actus, vt Princeps præſumatur legem condere, aut abrogare,

72 *2. opinio. Vnus actus non facit conſuetudinem.*

Digitized by Google

gare, vt diximus. Quartò dicendum, in ordine ad alia conſuetudo conſtans duobus actibus interdum vim habet ex tacito conſenſu eorum, qui poſſunt illi vim dare, interdum non, & ſic procedunt dicta à Syluestro: nam in illis exemplis non agitur de conſuetudine inducente, vel abrogante legem: ſed de conſuetudine ſimpliciter, vt in dicto cap. ita nos 25. quæſt. 2. vel dante ius ad aliquid faciendum ex tacito conſenſu eorum, qui dare illud poterant, licet legiſlatores non eſſent. Sic conſuetudo dat facultatem non habenti, cap. cum contingat, de foro compet. vbi omnes, Felin. cap. auditis num. 17. de præſcrip. Palac. ſuper rubricam nu. 17. Caſſan. in conſuetud. Burgun. rub. 1. §. 6. verbo *Du Prince*, num. 13. per Baldum l. 1. C. de emancip. libero, Felin. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, de offic. deleg. num. 17. licet vnius, vel alterius conſuetudo ius non det confitendi alieno abſque licentia proprij iuxta intellectum, quem Doctores tradunt ad cap. 2. de penit. & remiſſ. in 6.

*Conſuetudo dat facultatē non habenti.*

## SECTIO IX.

*An conſuetudo poſſit quoad ſolam pœnam præualere legi pœnali.*

75 DE ſola pœna inquirimus: quoniam quoad culpam, & pœnã ipſi præualere poſſe, ex ſuperioribus manifeſtũ eſt. Deinde de pœna ferenda concedunt omnes, poſſe legem quoad illam pœnam conſuetudine abrogari: quia tunc lex non operatur per ſe pœnam; ſed præcipit Iudici, vt illam inducat: hæc autem obligatio ita poteſt auferri ſicut aliæ: & poteſt auferri manente obligatione ad opus, pro cuius omiſſione imponitur pœna. De lege autem imponente ipſo facto pœnam, verbi gratia, excommunicationem, dicunt aliqui non poſſe abrogari quoad incurrendam illam pœnam, niſi abrogetur ſimul quoad obligationem actus, vel omiſſionis. Ita Caſtro 2. de lege pœnali cap. 12. referens Hoſtienſem cap. vnico de treuga & pace, Tiraquel. l. ſi vnquam §. reuertatur, diſcrimine 23. inter pœnam latam, & ferẽdam, & Mathæus quidam apud Cardin. Zabarel. in procemio Clementinarum §. Vniuerſitati. Suadetur; quia durante virtute legis quoad obligationem directiuam, culpa, & contumacia committitur violando illam: poſita autem tali culpa, neceſſariò ſequitur pœna. Quod adeò verum exiſtimat Caſtro, vt non poſſit legiſlator impedire ſecundum manente primo. Confirmatur; quia ſi illa pœna ſit excommunicatio, numquam fiet actus contra legem, quin pœna incurratur: ergo numquam per talem actum abrogabitur lex quoad pœnam, niſi ſimul abrogetur quoad culpã.

76 Contrariam ſententiam meritò tenent alij cum Panormitano, cap. 1. de treuga & pace, & tanquam certam, & communem, affirmat Nauarr. commentario 3. de regular. num. 55. & in ſum. cap. 27. num. 106. fauet gloſſa cap. denique d. 4. verbo conſuetudo, & ca. cum venerabilis, de conſt. Probat ſuam ſententiam Panormitanus, ex cap. cum multæ 15. quæſt. 8. vbi Concilium Toletanum 9. cap. 10. filiis clericorum imponit pœnam ſeruitutis in Eccleſia: quæ tamen pœna per contrariam conſuetudinem abrogata eſt. Sed reſpondet primò Caſtro, illam legem non continere ſententiam latam: ſed

A ferendam. Contra quod tamen eſt, quod dicit, *Iure perpetuo*. Vnde reſpondet ſecundò, non fuiſſe abrogatam cõſuetudine: ſed quia Eccleſia iure ſuo ceſſit, & numquam illo vti voluit. Hoc tamen diuinatorium eſt: vnde enim ſcimus, quòd Eccleſia iure ſuo ceſſerit, aut numquam iure vſa fuerit? Sed, quidquid ſit de iſto fundamento, propter alia ſentio cum Panorm. & aliis ſuprà, Gloſ. ca. cum multæ 15. quæſt. 8. Ioan. Andrea, Innoc. & Hoſtien. ca. 1. de treuga & pace, Syluester conſuetudo quæſt. 3. & 11. Angel. num. 10. Azor tom. 1. lib. 5. ca. 18. qu. 10. aſſerentibus, poſſe abrogari legem humanam quoad ſolam pœnam etiam ipſo facto incurrendam: quoniam ſicut ab initio potuit lex imponi, non impoſita pœna, & recipi non recepta pœna:

B ita conſeruari ſcripto, vel conſuetudine, ſublata pœna. Quæ ratio probat contra Butrium, cap. 1. de treuga & pace, etiamſi lex non ſit in bonum priuatum; ſed in cultum, & honorem Dei, vel bonum publicum, poſſe abrogari quoad ſolam pœnam. Quod etiam notauit Azor ſuprà: qui eadem ratione ait, pœnam ipſo facto impoſitam propter violationem legis diuinæ, naturalis, vel poſitiuæ abrogari conſuetudine poſſe, non abrogata lege ipſa; quæ abrogari conſuetudine non poteſt. Quod ipſe cum gloſſa ſentit accidiſſe in illo caſu capit. cum multæ 15. quæſt. 8. Manente verò lege humana in caſu, cap. periculoſo de ſtatu regul. in 6.

C vbi præceptum fuit, vt Moniales clauſuram ſeruarent: quod, quia erat conſuetudine abrogatum, renouatũ fuit in Trid. ſeſ. 25. ca. 5. & à Pio V. conſt. cura paſtoralis, & à Gregorio XIII. conſt. Deo ſacris. Sed hoc non eſt ad rem: quia cap. periculoſo, omninò erat conſuetudine abrogatum. Melius ipſe, & alij multi cenſent, id contigiſſe in Clementina, Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. quæ à multis, vel omnibus recepta, vel conſeruata fuit quoad alia, & non quoad pœnam. Idem eſt de aliis multis conſtitutionibus Pontificiis, quæ ſunt in vſu quoad diſpoſitionem directiuam, non quoad pœnam. Idque fieri poſſe, iterum ſuadetur: quia eſſe pœnam ipſo facto iure latam, non eſt per ſe,

D ac neceſſariò connexum cum tali culpa: ergo poſſunt ſeparari voluntate Principis: vt per diſpenſationem poteſt alicui concedere, vt etiamſi lege teneatur, non tamen ſub tali, vel tanta pœna: & ipſe Pontifex, ita obligatur ſuis legibus ſecundùm multos. Vnde etiam per abrogationem expreſſam poteſt Princeps tollere pœnam legis manente obligatione ad culpam: ergo & per tacitam abrogationem. Et quoad hoc eadem ratio eſt de pœna ferenda, & lata: quia obligatio delinquentis ad inferendam ſibi pœnam, vel habendum ſe, vt excommunicatum, non minus poteſt auferri conſuetudine contraria, quam obligatio Iudicis ad inferendam pœnam delinquenti. Et ita reſponſum

E eſt ad fundamentum contrarium. Ad confirmationem verò reſpondeo, interdum contingere, vt lex à principio non acceptetur quoad cenſuras tantùm, interdum verò, vt videntibus prælatis, ſeu iudicibus, talis cenſura, vel pœna, quæ antea executioni mandabatur, non ſeruetur, atque ita paulatim amittat ſuam vim, ac tandem reuocetur conniuentibus, & conſentientibus prælatis. Vnde aduerte, conſuetudinem, qua derogatur legi quoad ſolam pœnã, eſſe, quæ ſolam pœnã reſpuit, id eſt, qua de pœna ipſa non curatur, ſed tãtùm de culpa.

Vnde etiam expeditur ſimile dubium: an fieri 77

*Dubium.*

cõſuetudine poſſit, vt lex, quæ obligat ad culpam, A & pœnam, ſolum obliget ad pœnam. Reſpondeo, poſſe, vt rectè Nauar. ca. fraternitas, 12. qu. 2. quia non repugnat, legem à principio ferri ſub illo onere ſine obligatione ad culpam: ergo nec per conſuetudinem reduci ad talem ſtatum: quia ſicut conſuetudo poteſt abrogare legem in totum, ita in parte, ſeu derogare. Et eſt ſimile in voto mixto: in quo quis ſe obligat ad aliquid ſub aliqua pœna: poteſt enim irritatione, diſpenſatione, vel commutatione, tolli obligatio ad opus, ſine ablatione obligationis ad pœnam: & è contra.

## SECTIO X.

*An etiam lex irritans actum, poſſit conſuetudine abrogari quoad ſolam irritationem.*

78 De hac re agit Couarruuias 2. part. 4. cap. 6. §. 10. nu. 18. ſpeciatim in impedimentis matrimonij, & reſpondet negatiuè: in quam ſententiam citat Driedonem 1. de libertate Chriſtiana cap. 10. ad finem. Suadetur, quia actus facti contra talem legem ſemper ſunt inualidi: ergo, quamuis multiplicentur, non præualent legi.

*Auctoris ſententia.* Contrarium mihi placet: quod in matrimonio tenet Turrecremata ca. placuit d. 32. art. 2. ſecutus Hoſtienſem tit. de cognatione ſpir.

Suadetur, quia irritatio non tranſcendit poteſtatem legis humanæ, & auferri poteſt per expreſſam voluntatem humani legiſlatoris: ergo & per tacitam oſtenſam in conſuetudine. Confirmatur primò, quia per cõſuetudinem abrogatur lex quoad pœnam ferendam, & latam, manente obligatione quoad culpam: ergo ſimiliter lex irritans poſſet abrogari quoad ſolam irritationem, manente prohibitione: cum irritatio ſit quaſi pœna & ſeparabilis à prohibitione. *Irritatio eſt quaſi pœna, & ſeparabilis à prohibitione* Confirmatur ſecundò, quia cõſuetudo poſſet irritationem ſuperaddere prohibitioni: ergo & eam remouere à prohibitione. Cõfirmatur tertiò, quia conſuetudo dare ſolet iuriſdictionem: ergo poteſt efficere, vt actus, qui aliàs eſſet inualidus, ſit validus: ergo & abrogare legem quoad ſolam irritationem. Quia verò in matrimonio difficile eſt id in praxi admittere, aduerte aliud eſſe quaſi ex ſuppoſitione quærere, an ſi talis conſuetudo introducatur, abroget legem, quoad ſolam irritationem; aliud verò, an reipſa ſit talis conſuetudo: primum concedimus, ſecundum negamus.

79 *1. Opinio.* Et multò clarius eſt, poſſe conſuetudinem præualere legi quoad prohibitionem, & irritationem ſimul, ac proinde abolere omninò poſſe impedimenta matrimonium irritantia. De qua re diſputat latè Sanchez, tom. 2. de matrim. lib. 7. diſp. 4. vbi num. 13. pro parte aſſerente, nulla conſuetudine fieri poſſe, vt iure inhabiles ad matrimonium, habiles efficiantur, ait eſſe ferè omnes Doctores, conſtanter id affirmantes. Pro quibus primò eſt textus cap. quod ſuper, in fine, ibi, *Ne autem infra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publicè inhibere, & præſumptores Eccleſiaſtica diſtrictione punire: non obſtante conſuetudine, quæ dicenda eſt potius corruptela.* Secundò, textus cap. ſuper eo, de cognat. ſpir. ibi, *Reſpondemus, quòd ſi tales filij fuerunt, per quorum alterum, vel vtrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos coniungi nulla ratione ſuſtineas, & coniunctos, Pontificiali auctoritate non differas ſeparare.* Tertiò, quia conſuetudo vim non poteſt habere ad ius abrogandum, niſi ex conſenſu Principis: ſolus enim is poteſt conſuetudinem legitimam inducere, qui legem condere poteſt, l. de quibus, ff. de legibus, quod ſolius Principis eſſe nemo dubitat: at in hoc euentu Princeps potius diſſentit: nam dicto cap. quòd ſuper, dicitur, non obſtante contraria conſuetudine ſeparandos eſſe coniũctos matrimonio, in gradu prohibito per ius canonicum: & in dicto cap. ſuper eo, habetur, id matrimonium nulla ratione permittendum. *Conſuetudo non poteſt ius abrogare, niſi ex conſenſu Principis.* Quartò, quia conſuetudo non poteſt abrogare legem, niſi B ſit rationabilis, cap. fin. de conſuetud. At conſuetudo contrahendi matrimonium in gradu per ius canonicum prohibito, non poteſt eſſe rationabilis: quia in d. cap. quod ſuper appellatur corruptela potius, quàm conſuetudo: ergo. Quintò, quia interdictio matrimonij in certis gradibus inſtituta eſt ad charitatem dilatandam, vt extranei vinculo ſtrictiori inter ſe vniantur (nam conſanguinei iam vinculo ſtrictiſſimo coniuncti ſunt) teſte Aug. 15. ciuit. cap. 16. & refertur cap. 1. 35. quæſt. 1. conſuetudo autem contra charitatem præualere non poteſt: ergo non poteſt præualere legi, qua matrimonium in illis gradibus interdictum eſt. Sextò, quia conſuetudo, quam iura improbant, diſſonat C rationi, teſte gloſſa cap. fin. verbo rationabilis, de conſuetud. & ibi Innoc. in fine, qui ita explicat eũ textum petentem, vt conſuetudo ſit rationabilis: ſed conſuetudo contrahendi in gradibus iure canonico prohibitis, improbatur, cap. quòd ſuper, de conſang. ergo eſt irrationabilis, ac proinde legi non poteſt præualere. Atque ita tenent gloſ. dicto cap. quod ſuper verbo non obſtante, & ibi Vincẽtius & Goffredus, Hoſtien. ibi in fine, & in ſum. tit. de cognat. ſpir. §. quis ſit effectus nu. 6. Butrius, cap. ſuper eo, in fine, de cognat. ſpir. & dicto cap. quod ſuper, num. 3. & cap. quod dilectio num. 10. de conſang. & affin. dicto cap. quod ſuper, num. 4. & cap. ſuper. num. 5. & 6. vbi Alexand. de Neuo. n. 15. & 16. & d. cap. quod ſuper, num. 5. & duob. ſequentibus, & ibi Anchar. num. 4. Præpoſ. d. capit. D quod dilectio num. 7. & d. cap. ſuper, num. 4. Roſella verbo impedimentum, impedimento 1. nu. 7. Angel. matrim. 3. impedim. 17. num. 1. Syl. matrim. 2. quæſt. 3. Brunel. de ſponſalibus concl. 20. n. 7. & 8. Driedo 1. de libert. Chriſtian. ca. 11. in fine, Couar. 4. decretalium part. 2. cap. 6. §. 10. num. 18. Antonius Cucus 5. inſtit. maiorum, tit. 12. num. 36. Henriquez 12. de matrim. cap. 1. num. 5. in comment. lit. A. quos citat Sanchez, 7. de matrim diſp. 4. num. 14.

Oppoſitum meritò tenet Sãchez ibidem n. 15. 80 *2. & vera opinio.* Quoniam cap. fin. de conſuet. quamuis dicatur cõſuetudinem iuri naturali, aut diuino derogare non E poſſe: tamen generatim dicitur, iuri humano derogare poſſe, ſi ſit rationabilis, & legitimè præſcripta. Sed impedimenta quædam matrimonij ſolùm ſunt inducta iure humano: ergo conſuetudine rationabili, & præſcripta aboleri poſſunt. Dices, in hac re non poſſe eſſe rationabilem conſuetudinem. Sed contra eſt; quia ſi conſuetudo rationabilis dicatur, vt quidam volunt, quæ non eſt contraria iuri diuino, naturali, nec poſitiuo, conſtat prædictam conſuetudinem fore rationabilem, quia ſoli iuri Põtificio opponitur. Si verò, vt cũ multis docui

docuimus ſect. 5. §. 1. conſuetudo rationabilis dicatur, quando eſt de re, de qua meritò poſſet fieri lex: conſtat prædictam cõſuetudinem poſſe eſſe rationabilem, quia iuſta lex fieri poſſet, & aliquãdo facta eſt, qua abolerentur impedimenta dirimẽtia matrimonium, iure canonico conſtitura. Humana enim ſtatuta variari iuxta temporum diuerſitatem quandoque oportet, cap. non debet de conſang. & affinit. Atque ita Trid. ſeſ. 24. de matrim. ca. 2. reſtrinxit gradus cognationis ſpiritualis: & cap. 30. gradus publicæ honeſtatis, & cap. 4. gradus affinitatis contractæ ex copula fornicaria: & reddit rationem cap. 2. quòd experientia docuerit, prohibitionum multitudinem ſaluti animarum noxiam eſſe, & peccata non leuia inde pullulare. Potuit ergo conſuetudo iuſta eſſe, ac rationi valde conſonans, ſi experientia id magis expedire docens prędictos gradus, alióſve reſtringeret, ſicut aliquando lex quintum, ſextum & ſeptimum gradum cõſanguinitatis, & affinitatis abſtulit, cap. non debet de conſang. & affin.

81 Neque obſtaret, ſi fortè talis conſuetudo malis actibus contrariis legi canonicæ inchoaretur, aut continuaretur: iam enim ſect. 5. vidimus, conſuetudinem malis actibus inchoatam, aut continuatam, contra legem præſcribere poſſe. Neque item obſtaret, ſi fortè talis conſuetudo, Principe ignorãte introducta fuerit: nam etiam ignorante Principe poteſt conſuetudo contra legem pręſcribere, vt oſtendimus ſect. 4. Neque item obſtaret, quòd ea conſuetudo ſit iure reprobata: nam conſuetudo aliquando improbata, mutatis circunſtantiis poteſt reddi rationabilis, & approbari, ac legi præualere; vt oſtenſum eſt ſect. 7. notab. 1.

Poteſt ergo conſuetudo introduci, quæ aliquod impedimentum dirimens à iure canonico conſtitutum aboleat. Quæ ſententia, cum Couarr. 2. 4. cap. 6. §. 10. num. 18. & Sanchez ſuprà, à poſteriori probatur: nam conſuetudo poteſt perſonas alioqui habiles ad matrimonium inhabiles efficere, vt in hac ſectione probabo: ergo & perſonas iure humano inhabiles reddere habiles: nulla enim congrua diſcriminis ratio reddi poteſt. Ea ſiquidem, quam aſſignant Panormitanus, Alex. de Neuo, & Brunell. ſuprà; quia conſuetudo inducens impedimenta irritantia non aduerſatur bonis moribus: auferens verò illa aduerſatur bonis moribus: nulla eſt: nam potius hæc fauet bonis moribus, quia licet per peccata aliqua introducatur, tamen poſtquam præſcripta eſt, & præualet legi, peccati occaſiones præſcindit, quas lex ipſa dabat non per ſe, ſed per accidẽs propter hominum fragilitatem: ideò Principibus placet, vt conſuetudo rationabilis, licet cum peccato inchoata, vel continuata legem abroget. Illa etiam ratio diſcriminis, quam aſſignant Vincen. & Goffredus, quod conſuetudo poteſt onerare, & non honorare, ca. quod in ſcripturis, 8. quæſt. 1. friuola eſt: quia legiſlator, ex cuius auctoritate conſuetudo vim ſumit, magis intendit honorare, & ab oneribus minus expedientibus exonerare, quàm onerare: nec textus, quem allegant, ad rem eſt, vt notat Sanchez.

Vnde quòd conſuetudo poſſit præualere legi conſtituenti impedimenta dirimentia matrimonium, tenent Innocen. cap. 1. in fine de cogna. ſpirit. & melius ſupplem. Gab. 4. d. 41. quæſt. 1. art. 3. dub. 6.

82 Ad primum, & ſecundum argumentum, in cõtrarium reſpondeo, quamuis in illis textibus reprobetur conſuetudo, tamen volũtas Pontificum, qui conceſſerunt præſcriptionem, eſt, vt ſi conſuetudo ex noua cauſa facta ſit rationabilis, contra legem præſcribat: imò Pontifex ſciens, & videns conſuetudinem, iam irrationabilem, ſi eam permittat, videtur conſentire, vt præualeat legi ante tempus ad præſcriptionem requiſitum. Vnde Sanchez illa diſp. 4. num. 3. ait, omnes Doctores in hoc concordare, poſſe cõſuetudine à Pontifice approbata induci impedimenta matrimonium poſteà contractum dirimentia, atque iure canonico ſtatuta auferri: quoniam ea conſuetudo habet vim conſtitutionis Pontificiæ. Ita Hoſtien. cap. fin. nu. 1. de ſponſa duorum, & cap. 1. de conſang. in fine, & in ſumma, tit. de cogna. ſpirit. §. quis ſit effectus, num. 6. Henric. cap. 1. num. fin. de ſponſ. Alberic. in Dictionario verbo impedimentum 1. verſ. an aliqua conſuetudo. Aſtenſis 2. part. ſum. lib. 8. tit. 18. art. vnico. quæſt. 4. ad finem, Turrecre. cap. placuit, d. 32. art. 2. num. 13. Tabien. impedimentum 1. qu. 4. Sylueſter matrim. 2. quæſt. 3. Gaeta repet. cap. ad limina, 30. quęſt. 1. §. 4. num. 80. & 296. Ioan. de Friburgo in ſumma lib. 4. quæſt. 2. Ad tertium argumentum reſpondeo, in eo euentu haberi conſenſum Principis: quia conſuetudo, quam olim Pontifices improbarant, & ideò cenſuere non præualere legi, iam eſt reddita rationabilis ex noua cauſa, ſeu circunſtantiis. Ex quo patet ad quartum. Ad quintum reſpondeo, licet propter dilatandam charitatem, & ob alias rationes expediens ſit conſeruari impedimenta matrimonij in certis gradibus: tamen ob alias rationes expedire poſſe, vt in aliquo gradu remoueantur, vt ſuperius diximus: & ideò conſuetudo contra aliquod impedimentum dirimens introduci poteſt, & legi præualere. Ex quo etiam diluitur ſextum argumentum.

83 Sed vt veritas hæc magis confirmetur, alia difficultas tractanda eſt, an conſuetudo poſſit introducere impedimenta irritantia, ſeu dirimentia matrimonium, ita vt etiam ſi contrahatur non valeat. Reſpondeo, eam vim conſuetudini ineſſe, vt docent citati in ſolutione primi & ſecundi argumenti, & conſtat ex cap. 1. & ca. ſuper eo, de cõgnat. ſpir. quod tamen quidam ita intelligunt, vt eam vim habeat conſuetudo, ſi fuerit approbata à ſummo Pontifice, aliàs verò non: quare cum in dicto cap. ſuper eo approbetur conſuetudo inhabiles efficiens ad matrimonium filios duorum patrum, per quorum neutrum compaternitas eſt, in eo ſolo caſu eas vires obtinebit conſuetudo, nec ad ſimiles caſus extendenda erit. Vnde nullus roboris erit conſuetudo, vt quinto conſanguinitatis gradu ſe attinentes non poſſint validè matrimonium contrahere: quia deſideratur approbatio Pontificis, quæ in ſolo caſu prædicto reperitur: ita Hoſtienſ. c. quod ſuper, in fine: de conſang. & affin. iuncto cap. ſuper eo, de cognat. ſpir. num. 5. paulò poſt princ. ſuper verſ. non amittas, & in ſum. tit. de cognat. ſpir. §. quis ſit effectus, num. 6. Roſella dicens, communem eſſe ſententiam vel impedimentum, impedimento 1. num. 7. Syluester matrimonium, 2. quæſt. 3. in fine. Fundamentum horum eſt: quia conſuetudo non approbata à Papa non poteſt auferre impedimenta dirimentia iure canonico conſtituta: ergo neque illa conſtituere: namque hoc maius quid eſt, cùm deroget libertati, quę iure naturali, & canonico competit, ac proinde

*1. modus exponendi, hanc ſententiam.*

TT 2

Digitized by Google

*Res adminiculo roborata fortius operatur.*

conſuetudo dirimens, iure naturali, & canonico roborata eſt: ergo fortius operatur, quia res adminiculo alio roborata, fortius operatur, c. inter corporalia, de tranſl. prælatorum. Sed hoc fundamentum leue eſt: quia iam diximus, conſuetudine poſſe aboleri impedimenta iure canonico conſtituta, licet talis conſuetudo non ſit à Pontifice approbata, imò etiam ſi ab eo reprobata ſit, modò iam ſit facta rationabilis. Item quia conſuetudo, de qua in textibus citatis, impedimentum afferret, ſi daretur, vt ex illis patet: tamen non fuit prius, imò nec tunc à Pontifice approbata: ſed ſolùm declarauit Pontifex, quod ſi talis conſuetudo adeſſet, impedimentum poneret.

*2. modus.*

84 Alij dicunt, conſuetudine poſſe introduci impedimenta dirimentia, licet talis cõſuetudo à Pontifice approbata non fuerit. Ita tenent Couarruuias, 2. par. 4. cap. 6. §. 10. num. 18. Ludoui. Lopez, 2. parte inſtructor. ca. 46. colum. 5. §. deinde dubitare, Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 1. num. 5. iuncto commento lit. A. gloſſ. ca. fin. verbo cognouiſſent, de ſponſa duorum, & ca. cũ olim, in fine, de cleric. cõiug. & ſuper eo, verbo, cõſuetudo de cogna. ſpir. & ca. quod ſuper, verbo, non obſtante, de conſang. Butrius dicto cap. ſuper eo, in fine, & ca. 1. in fine, de cognat. ſpirit. & c. quòd dilectio nu. 10. de conſang. Panorm. dicto cap. ſuper, num. 4. & d. cap. ſuper eo, num. 4. & d. cap. 1. num. 3. Præpoſitus capit. quod dilectio, de conſang. num. 7. & d. cap. ſuper eo, num. 6. Alex. de Neuo d. cap. quod ſuper num. 7. & 8. & d. cap. ſuper eo, num. 18. & 19. & d. cap. 1. nu. 3. Angel. matrim. 3. imped. 18. nu. 1. Rauennas tract. de conſuet. ſect. 1. in fine. Vincen. & Goffred. relati à Panormit. Brunel. de ſponſal. con. 20. num. 8. ſupplem. Gab. 4. d. 42. quæſt. 1. art. 3. dub. 5. Guillielmus Borrilong. quæſt. vn. art. 2. corol. 1. Dried. de libert. Chriſtian. lib. 1. cap. 11. ad finem in quadam editione, Nauar. ca. 22. num. 73. Villalobos in ærario, verbo cunſuetudo num. 260.

85 Sed non omnes eodem modo hanc ſententiam docent: nam Couarr. Ludouicus Lopez, & Henriquez dicunt, conſuetudinem non habere eam vim, niſi talis ſit, quę ſine ſcandalo prohiberi à Põtifice non poſſet: & ſubdit Henri. olim ita fuiſſe, hodie tamen non ſeruari, ſed ſine illa limitatione conſuetudine poſſe induci impedimenta, ſed non aſſignat legem, vel conſuetudinem, qua talis limitatio ſublata ſit, quam iſti intelligunt poſitam à Pontifice, cap. 1. de cognat. ſpir. ibi, *niſi conſuetudo Eccleſiæ, quæ ſcandalum generet, aliter ſe habere noſcatur:* quæ tamen cæteri citati (præter Borrilon. Rauen. Vincen. Goffred. Dried. & Villal. qui ſcandali non meminerunt) de ſcandalo quod ſequeretur, ſi contra conſuetudinem illam matrimonia fierent, interpretantur. Sed credo in illis verbis Pontificis nullam limitationem cõtineri, niſi eam, quæ continetur cap. fin. de conſuetud. ſcilicet, vt rationabilis ſit, & legitimè præſcripta: talis enim ſi non ſeruetur, ſcandalum generabit: ſi autem velis Pontificem loqui de ſcandalo, quod generaretur, ſi conſuetudo tolleretur, ſenſus eſt, Põtificem, velle, vt ea conſuetudo ſeruetur, cùm tamen ablaturus eſſet illam, ſi abſque ſcandalo eam auferre poſſet. Et ita conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta impedimenta induci poſſe, nulla ſcandali mentione facta docuere etiam Petrus de Soto, lect. 4. de matrim. ad finem, Albertus Pighius controuer. 15. ad finem, Abulen. loquens de matrimoniis infidelium, 1. reg. 8. quæſt. 175. Sanchez, to. 2. de matrim. lib. 7. diſp. 4. nu. 11. qui tamen aliam adhibet limitationem, ſcilicet quòd conſuetudo ſit mixta clericorum, & laicorum: de qua limitatione poſteà dicam.

Nunc abſolutè probatur hic ſecundus modus 86
dicendi, primò: quia conſuetudo non approbata à Pontifice poteſt aliquem reddere inhabilem ad beneficium, cap. cum olim iuncta gloſ. fin. de cler. coniug. ergo & ad matrimonium. Valet enim argumentum à matrimonio ſpirituali ad carnale, vt docet Euerar. in ſuis topicis, loco à matrimonio ſpirituali, nu. 3. Secundò, quia conſuetudo poteſt irritare electione, cap. Cumana de elect. & ca. cum Eccleſia, de cauſa poſſ. & propriet. ergo & matrimonium. Tertiò, quia conſuetudo poteſt iuri naturali addere, vt ait Innoc. communiter receptus, cap. fin. de conſuet. per illum textum; qui generaliter decidit, conſuetudinem rationi conſonam, & legitimè præſcriptam iuri poſitiuo derogare, & legem nouam præcedenti contrariam ſtatuere, & in cap. ſuper eo de cog. ſpir. expreſsè, & ſine vlla limitatione dicitur, dirimendum eſſe matrimonium, quod contra conſuetudinem initum eſt, nec in ca. 1. eodem tit. apponitur limitatio eius, quod continetur cap. fin. de conſuetud. ſed declaratio, vt dictũ eſt, & docet Sanchez illo num. 11. qui rem hanc latius proſequitur. Qui tamen Couuar. & Ludouic. Lopez ſuprà, docet conſuetudinem quæ non ſit mixta clericorum & laicorum, non inducere impedimenta dirimentia: & probat, nam defectus conſuetudinis ſolius laicorum nil poteſt immutare circa matrimonij ſubſtantiam, & leges eccleſiaſticas: deficit enim poteſtas in conſuetudinem inducentibus: atque ita explicat text. ca. 1. de ſponſal. Butrius ibi, num. 8. & 12. Alex. de Neuo num. 10. 11. 21. & 22. Felin. num. 2. dicunt enim conſuetudinis Gallicæ violationem non feciſſe ibi matrimonium irritum, eo quod defecerit poteſtas in eã inducentibus, matrimonium enim ſpectat ad Eccleſiæ forum, cap. tuam, de ordine cognit. Sed ſi hoc ita eſt, impertinens eſt conſuetudo laicorum: cur igitur petitur, vt conſuetudo ſit mixta clericorum & laicorum? Deinde conſuetudo in rebus eccleſiaſticis à Pontifice vim habet non à clericis: ergo impertinens eſt, quod conſuetudo ſit clericorum, aut laicorum: ſed ſatis eſt eſſe maioris partis eorum ad quos res pertinet, quia tali conſuetudini Papa vim cõfert ſiue in matrimniis ſiue in aliis rebus eccleſiaſticis contingat, vt in ieiuniis, feſtis, &c. in illo autem cap. 1. de ſponſal. matrimonium contra conſuetudinem Gallicam initum, validum iudicatur, quia conſuetudo vel non erat rationabilis, vel nõ legitimè præſcripta: ſic debet limitari quod ibi Panor. nu. 10. abſolutè docet, omiſſionem conſuetudinis patriæ non vitiare matrimonium: & quod docent Innoc. ibi in fine, Hoſtien. paulo poſt principium, ſuper verbo, ſuper induxit, Ioann. And. num. 5. Card. num. 5. Præpoſ. num. 7. nullas eſſe conſuetudinis vires circa matrimonij ſubſtantiam.

Vnde falſum eſt, quod dicunt Calder. ca. fin. de 87
ſponſal. duor. & Alex. de Neuo ibi, n. 23. Palud. 4. d. 26. qu. 3. art. 3. con. 2. num. 13. conſuetudine non poſſe homines inhabiles ad matrimonium reddi niſi à Pontifice approbetur: niſi hoc intelligatur de approbatione ſpeciali vel generali antecedente, vel ſubſequente conſuetudinem.

Falſum

Falſum quoque eſt conſuetudine poſſe impediri matrimonium, vel diſſolui quidem quoad chorũ, non tamen dirimi, ſeu quoad vinculũ diſſolui. Sic gloſ. fin. c. 1. de cognat. ſpirit. Goffr. in ſumma, eod. tit. num. 5. Innoc. cap. ſuper eo, nu. vnico eod. tit. Alberic. in dictionario, verb. impedimentum, 1. verſ. an aliqua conſuetudo, Archid. cap. placuit, num. 2. d. 32. & ibi Turrec. art. 2. num. 12. Ioannes And. cap. quod ſuper, in fine, de conſang. & affin. Anchatan. ibidem, Aſtenſis 2. par. ſummæ lib. 8. tit. 18. art. vnico, qu. 4. ad finem. Tabien. impedimentum, 1. quæſt. 4. num. 5. Viguer. cap. 16. §. 7. verſ. 8. impedimentum, 7. Gaeta, repet. cap. ad limina, 30. quæſt. 1. §. 4. nu. 296. Antonius Cucus, lib. 5. inſtit. maior. tit. 12. num. 35. Iam enim diximus, conſuetudine poſſe induci impedimentum dirimens. Fũdamenta aduerſa ex dictis ſoluta manent & diſtinctius ſoluuntur à Sanchez ſuprà, num. 12.

Sed rogas an matrimonium legitimè initum poſſit poſteà conſuetudine diſſolui. Reſpondeo non poſſe etiam ad vitandum ſcandalum. Hoc eſſe certum & omnium ait Sanchez ſuprà, num. 2. vbi citat Gloſſam cap. 1. de cognat. ſpir. verb. niſi conſuetudo, Panorm. cap. ſuper eo, num. vltimo, eodem tit. & ibi Alexan. de Neuo, nu. 10. Præpoſ. nu. 4. Brunel. de ſponſalibus, con. 20. num. 8. Angel. matrim. 3. imped. 17. num. 1. Sylueſt. matrim. 2. qu. 3. Patet ex cap. fin. de ſpon. duorum, vbi definitur non eſſe ſtandum conſuetudini, vt ſpreto priori matrimonio rato perſiſtatur, in poſteriori cõſummato: & ratio eſt, quia multi tenẽt, matrimonium ratum non conſummatum, non poſſe à Papa diſſolui; & quamuis aliqui dicant poſſe aliquando diſſolui: tamen hoc rariſſimè & non ſine grauiſſima cauſa fieri poſſet: ergo, nec lege communi nec cõſuetudine habente vim legis, à Pontifice diſſoluendum fuit, aut diſſolui potuit. Nec refert quòd id interdum expediret ad vitandum ſcandalum, quia ob ſcandalum à iure diuino recedendum non eſt, cap. 2. de noui oper. nunt. cap. qui ſcandalizauerit, de reg. iuris: & ſcandalum ſeparatione quoad thorum vitari poſſet.

---

## SECTIO XI.

*Vtrum conſuetudo habeat vim legis, poſſitque, vt lex, ad aliquid obligare, & quas conditiones ad id requirat.*

88 Reſpondeo poſſe l. de quibus, & ſeqq. ff. de legib. §. ex non ſcripto. inſtit. de iure nat. gen. & ciuili, l. hoc iure. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. §. ductus aquæ, & l. 1. in fine, ff. de aqua, & aquæ pluuia arcenda, & l. diuturna, ff. de legibus. cap. fin. de conſuet. cap. 1. de conſtit. in 6. cap. mos, cap. conſuetudo, diſt. 1. ex Iſido. 2. Etymol. cap. 10. & lib. 5. cap. 3. Habetur etiam Auguſtinus (referens Ambroſium) ep. 86. cap. in his. diſt. 11. & epiſto. 118. cap. 2. cap. illa diſt. 12. Tertul. lib. de corona militis c. 4. *conſuetudo*, inquit, *etiam in ciuilibus legibus pro lege ſuſcipitur, quando deficit lex.* D. Tho. & alij, quæſt. 97. art. 3. Medicis, tract. de legib. part. 2. quæſt. 14. citans Doctores & iura, Goffred. Tranenſis in ſumma, tit. de conſuetud. num. 1. & aliis, & gloſſ. cap. ſeruitium, 28. quæſt. 2. vbi ait, ratione conſuetudinis deberi cenſus, & præſtationes annuas, competere iuriſdictionem, & priuilegium, & ſeruitutem, atque obligationem; ſicut iure ſcripto, &c.

Vt autem conſuetudo habeat vim legis propriè 89
dictæ, & obligantis, requiruntur illæ conditiones, quæ ſunt neceſſariæ, & quaſi de ſubſtantia legis humanæ obligantis: quia eſt vera lex, licet non ſcripta. Quæ conditiones videntur eſſe quatuor: materia apta, poteſtas, voluntas, & ſufficiẽs voluntatis expreſſio. Ex parte materiæ conſuetudo debet eſſe rationabilis, modo explicato Sect. 5. §. 1. vnde non ſufficit quòd materia non ſit turpis contra legem diuinam, naturalem vel poſitiuam: Sed etiam requiritur, vt materia ſit communi bono vtilis, quia lex attendit commune bonum. Ita docet Goffred. ſuprà, num. 7. ex l. quòd non ratione, ff. de legib. & quia in nouis rebus conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas, l. in rebus, ff. de conſtit. principũ, requiritur etiam, vt conſuetudo non ſit nimis difficilis: nam talis ad pura conſilia pertinet. Et vt conſuetudo inducat grauem obligationem, debet materia eſſe grauis: nam in leui ſolùm poteſt eſſe obligatio leuis. In conſuetudine ciuili regulariter obſeruatur materia iuſtitiæ: quia ciuile ius potiſſimùm attendit communem pacem & iuſtitiam, quamuis aliarum virtutum bona interdum reſpiciat. In Eccleſiaſtica verò præcipuè ſpectatur materia religionis: ſub qua comprehenditur quidquid ad bonum animæ ſpectat. In ordine ergo ad hos fines grauitas materiæ ſumenda. Denique tunc cõſuetudo iſta eſt rationabilis, cùm lex, quæ de eadem re fieret, rationabilis eſſet, vt ſect. 5. §. 1. dictum eſt.

Circa poteſtatem verò occurrit difficultas; an 90
qui non poteſt legem condere, poſſit introducere conſuetudinem, quæ vim legis habeat. Partem negantem tenent Pan. & gloſſ. cap. fin. de conſuetud. Bart. l. 1. ff. de legib. Felin. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. num. 25. & alij, quos refert Tiraq. quæſt. 16. de iure primogeniorum. Nauar. comment. de ſpoliis, §. 14. num. 7. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 17. qu. 8. & 9. & c. 18. qu. 9. 11. & 15 & paſſim alibi.

Concedunt autem, omnem populum poſſe ſibi legem condere, ex l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure. Quia verò pueri, amentes furioſi, & externi, nec partialiter poſſunt legem condere, non cenſent, eos computandos eſſe in maiori parte communitatis, vt eorum conſuetudo vim legis habeat.

Dicendum tamen eſt conſentaneè ad D. Thomam, quæſt. 97. art. 3. ad 3. id verum fuiſſe in populo Romano, quando ipſe ſolus, vel tam ipſe, quàm Princeps poterat veras leges condere, quæ etiam partes communitatis minimè conſentientes obligarent. Nunc verò hæc poteſtas tota eſt in ſolo Principe: vnde populi non poſſunt conſuetudines introducere, quæ propria ipſorum auctoritate reliquas partes non conſentientes obligent: ſecus conſentientes, tales enim poſſunt propria auctoritate ſe obligare ſtatutis ſcriptis, vel conſuetudinibus, modò non aduerſentur iuri communi, ſeu legibus Principum, & aliorum ſuperiorum, nec ſint prohibiti ſtatuta facere. Eorum tamen conſuetudines auctoritate Principum poſſunt vim legum habere: ſiue Principum conſenſus antecedat conſuetudinem, vt cum iure ſtatuitur, conſuetudines habere vim legum: ſiue ſequatur, vt cùm Princeps videns conſuetudinem introduci, comminatione, & punitione transgredientium conſuetudinem, vel aliis, ſignis ineat, ſe



Digitized by Google

velle, vt cõſuetudo vim habeat legis. Sic communis conſuetudo mercatorum ſufficiens cenſetur, vt inter eos vim legis habeat, iuxta ea, quę Gloſſa, Bart. & alij notant, l. 2. C. de conſtituta pecunia. Tamen vniuerſitas negotiantium non poteſt condere veras leges, ſimiliter ſolæ fœminæ non poſſunt condere veras leges, vt Bartolus, Panormitanus & alij initio citati, manifeſtè ſupponunt: tamen conſuetudo, verbi gratia, monialium, poteſt inducere legem. Et ipſe Tiraquellus refert aſſerentes, conſuetudinem vnius familiæ poſſe habere vim legis; familia tamen non poteſt condere legem: ergo id fit auctoritate Principum: qui tamen nolunt, vt cõſuetudo vnius loci vim legis habeat in alio. Adeò vt nec conſuetudo vrbis, vel Epiſcopatus Romani obliget alias Eccleſias, diœceſes, vel prouincias, niſi Pontifex ſua vniuerſali auctoritate, & illius vſu ſpecialiter velit contrarium. Vide Panorm. & gloſ. ca. fin. de feriis, Turrecrem. cap. nolite, d. 11. vide etiam textum ibi, & cap. Eccleſiarum, & cap. palam, ead. d. & cap. baſilicas, d. 1. cap. ſcit ſancta, & cap. nouit, d. 12. in quibus quædam conſuetudines generales & aliæ particulares continentur, vt notat Goffredus ſuprà, numero 11. & 12.

92 Quòd verò attinet ad tertium, & quartum, ſcilicet voluntatem, & eius expreſſionem, conſtat ex dictis, vt conſuetudo habeat vim legis requiri voluntatem antecedentem, vel conſequentem Principis, & voluntatem populi aſſueſcentis: non verò intendentis ſe obligare, quidquid dicant Panormitanus, & gloſ. cap. fin. de conſuet. & Sebaſtianus Medicis tract. de legibus, part. 2. quæſt. 14. num. 5. Goffredus ſuprà, nu. 3. Syluest. vel conſuetudo qu. 4. part. 4.

Cùm populus non ſe obliget propria voluntate, & auctoritate: ſed Principis. Hoc intellige, quãdo populus ipſe non poteſt veram legem condere, ſecus ſi ipſe ſolus poſſet legem cõdere: nam in eo caſu niſi aſſueſceret animo inducendi conſuetudinem obligantem inſtar legis, conſuetudo vim legis non haberet: & ſic poſſunt intelligi Panorm. & reliqui proximè citati. Qui argumentum faciunt ex l. 1. §. Iulianus, ff. de itinere, actúque priuato, & l. vlt. eodem titulo. Sed ex his legibus leue argumentum ſumi poteſt ad præſens inſtitutum.

*Quid de deuotis conſuetudinibus.* Quia verò Princeps non vult tribuere vim legis conſuetudini obſeruatæ ex ſola deuotione; neque id expediret, quia eſſet retrahere homines à deuotis conſuetudinibus, ne in leges verterentur; ideò eiuſmodi conſuetudines vim legum non habent, idemque eſt de aliis ex liberalitate, vel vrbanitate ſeruatis. Vnde illæ tantùm vim legis habent, quæ quaſi ex obligatione ſeruantur, quaſque homines putant eſſe obligatorias. Ita Molina to. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 77. Medina hîc quæſt. 97. art. 3. Angel. conſuetudo quæſt. 20. Syluester quæſt. 14. num. 19. Bart. Cynus, Innoc. Ioan. Andreas, Panorm. & alij communiter; quos citant, & ſequuntur Menoch. de arbitrar. caſu 494. num. 4. & Azor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 5. Vbi multas recenſet conſuetudines, quæ ob dictam cauſam obligatoriæ non ſunt, ſumitur ex l. creditoris, C. de pignoribus, & l. ciuile, C. de furtis, & cap. potuit, de locato. Et patet in conſuetudine recitandi Salutationem Angelicam dato publico ſigno. Quam conſuetudinem malè putant aliqui obligare ſub veniali: ſic etiam Sotus 9. iuſt. quæſt. 3. art. 1. ait, conſuetudinem deferendi oblationes ad Eccleſiam in die commemorationis animarum non obligare ad culpam. Idem ait Bellarminus 4. de Pontifice cap. 18. de conſuetudine ſumendi cineres in die cinerum, & ramos in Dominica palmarum. Idem dicunt aliqui de conſuetudine recitãdi Matutinum ante Miſſam; & ieiunandi in vigiliis B. Virginis communiter enim hæc conſuetudo eſt ex deuotione, non habet vim legis; licet alicubi in aliqua vigilia B. Virginis ex conſuetudine ieiunetur obligatoriè, & vbique obliget præceptum ieiunandi in vigilia Aſſumptionis. Item de conſuetudine ſumendi aquam luſtralem ad ingreſſum Eccleſiæ, & de aliis multis.

Verum eſt tamen, vt notauit Sotus 1. Iuſt. qu. 3. art. 2. ſæpè conſuetudinem inchoatam ex deuotione, poſteà continuari, vt obligatoriam, & tunc poſſe habere vim legis, videlicet ex noua voluntate Principis aliqualiter indicata: vel ex antiqua concedente conſuetudini præſcriptionem contra ſubditos.

Qua in re obſerua, ad præſcribendum hoc modo contra ſubditos, nunquam eſſe neceſſarium, vt conſuetudo ſit quadraginta annorum: ſed decennium ſufficere etiam ad canonicam præſcriptionem: vt notat Panorm. ſuprà, Nauarr. ca. 23. nu. 19. Couarr. 1. variarum, cap. 17. num. 8. & alij relati, ſect. 4. in fine: quia per talem conſuetudinem non fit contra ius: ideò ea non præiudicat Eccleſiæ: nec ius ciuile plus requirit: in quo canonicum non contradicit. Vide infrà, ſectione 12. 93

Annotat etiam Panorm. ſuprà, num. 19. neceſſarium eſſe, vt talis conſuetudo per actum contrarium non interrumpatur. Quod intellige, quando vel actus eſt à toto populo, verbi gratia, quia ſemel, vel iterum omittit bona fide ieiunium, quod ſeruare incœperat: vel ſi fit à ſingulis perſonis, apud alias non generatur ſcandalum, nec exiſtimatio peccati. Nam tunc conſuetudo omittitur quaſi non obligans.

Hîc autem habere poteſt locum quæſtio, an verum ſit, quod dicit gloſſa, cap. fin. de conſuetud. conſuetudinem non habere vim niſi in contradictorio iudicio ſit declarata: ex l. cum de, ff. de legibus. Reſpondeo cum Panor. ibidem, hanc conditionem non eſſe neceſſariam: quia tale iudicium potius ſupponit conſuetudinem iam obligare, ſiue ex præſcriptione, ſiue ex peculiari voluntate Principis, qui videns conſuetudinem vult deinceps ſeruari ex obligatione, etiamſi nondum præſcripſerit contra ſubditos.

Vnde etiam ſoluitur alia quæſtio, an conſuetudo poſſit legem contra legem inducere. Reſpondeo, poſſe, ſi neceſſaria ad vtrunque effectum cõcurrant, nimirum vt habeat vim legis, & vt legem priorem contrariam abroget. Et vtrumque poteſt fieri ſimul: ſed regulariter prius abrogatur prima lex, & poſteà introducitur alia. Et parte id vult lex 3. tit. 2. partita 11. dicẽs, vſum non tranſire in conſuetudinem, quæ vim legis habeat, priuſquam alia iura, cui contrarius eſt, abrogata ſint. licet paulò aliter hanc l. expoſuerit Vazquez diſp. 177. cap. 7. & ſic etiam poſſet exponi, vt conſuetudo, quę vim legis habere debet, ſi ſit contra aliam legem non obliget ſemper, ſtatim poſt decẽnium, vt conſuetudo, quæ eſt præter legem: ſed cùm habeat vim ſufficientem ad abroganda alia iura cõtraria: quòd nonnullis conſuetudinibus accidere non poteſt, niſi 94 *quæſtio.*

Digitized by Google

niſi poſt viginti, vel plures annos, iuxta eos, qui dicunt, nullam conſuetudinem inter abſentes præſcribere contra legem, niſi viginti annis, & contra legem eccleſiaſticam ſolùm præſcribi poſſe annis quadraginta.

Aduertunt autem aliqui, faciliùs præſumi conſenſum Principis ad legem abrogandam, quàm ad nouam inducendam: quia reuocatio prioris legis tollit præuaricandi occaſionem: quam tamen noua lex præbet. Quidquid tamen ſit de hoc, verum eſt quod dicunt Medina de pœnit. quæſt. 9. & Corduba lib. 4. quæſt. 13. conſuetudine aliquando priorem legem abrogari, ſed contrariam non induci. Certum etiam eſt, conſuetudine interdum legem non tolli omninò; ſed moderari. Patet in cõſuetudine ſumẽdi paruam refectionem tẽpore cœnæ in dieb. ieiunij, præſertim in vigilia Natalis.

95 1. Corol. 2. Corol. Ex ſuperioribus infertur primò, tranſgreſſorem conſuetudinis obligantis puniri debere, vt tranſgreſſorem legis Panorm. cap. cum conſuetudo, de conſuet. & alij ex ca. in his, d. 10. Infertur ſecũdò; cùm conſuetudo tribuit ius, tenaciter obſeruandam eſſe, nec ius amittatur contraria conſuetudine, ſeu non vſu priuatiuo, Menochius 1. de arbit. quæſt. 71. num. 6. Is autem, qui formam conſuetudinis in eius obſeruatione excedit, legem excedere dicitur, cùm pro lege habeatur, & à pari cum ſtatuto procedat; Imò maiorem firmitatem habeat, quàm ſtatutum, vt ait Decius conſil. 690. num. 8. Vnde vbi non valet conſuetudo, quòd fortè irrationabilis ſit, nec ſtatutum valet, Baldus conſil. 238. col. 2. lib. 4. & cum aliis Menochius 1. de arb. quæſt. 71. nu. 5. Vbi verò conſuetudo eſt rationabilis, obligat Principem, ſicut obligaret lex, vt poſt Curtium ſeniorem notat Menochius ſuprà, num. 14. & adeò poteſt eſſe expediens, vt licitè à Principe tolli nequeat, vt latè poſt multos ſcripſit Crauettus relatus, & approbatus à Menochio ibi, num. 13. Et ſi alicui committat Princeps auctoritatem iudicandi, numquam illi committit auctoritatem iudicandi contra conſuetudinem, ſicut nec contra legem. Similiter ſi Rex alicui mandet, vt à debitoribus exigat tributa regia vtendo quibuſcunque modis compellendi libuerit, tenebitur nihilominus exactor ſeruare conſuetudinem, vt legem municipalem in exigendis tributis; vt ex Baldo, & aliis docet Menochius ſuprà, num. 12. cùm nunquam præſumatur, conſuetudinem præſcriptam velle abrogare, niſi expreſsè mentionem eius faciat, & conſuetudo ſit de numero earum, quæ liberè à Principe aboleri poſſunt. Et ſicut communiter nequit homo renuntiare legibus, l. nemo poteſt, ff. de legibus: ita nec conſuedini, l. ius publicum, ff. de pactis, l. ſiquis in ſcribendo, C. de pactis, ca. ſi diligenti, de foro compet. Chaſſanens in conſuetudinibus, Rubrica 4. §. 2. fol. 529. Infertur

3. Corol. tertiò, quomodo debeat intelligi Sa, verbo, cõſuetudo, nu. 2. dicens, *Conſuetudo immemoriabilis habet vim legis, & facit præſumi iuſtum titulum,* & num. 4. *conſuetudo non obligat, niſi id intendat, qui poteſt legem condere: quod præſumitur, cùm eſt immemoriabilis, aut ſaltem annorum quadraginta.* Non enim ita debet intelligi; vt ſola conſuetudo immemoriabilis, vel quadraginta annorum obliget: ſed quòd hæc maximè obliget; cùm vincat legem etiam Pontificiã: & ſi eſt immemoriabilis, vincat legem, etiam quæ contineat clauſulam generalem derogatoriam conſuetudinis. Et cùm dixit, præſumi conſenſum, melius dixiſſet, tunc in iure contineri cõſenſum Principis, qui ius cõdidit: non enim requiritur cõſenſus expreſſus, vel tacitus Principis præſentis: ſed ſufficit, ſi non reſiſtat iuri concedenti præſcriptionem conſuetudinis contra legem antiquam, vel ſubditos. Imò Azor to. 1. lib. 5. ca. 17. qu. 9. & cap. 18. quæſt. etiam, 9. docet populos propria auctoritate poſſe condere leges, ſeu ſtatuta, modò non ſint contraria legibus Principum, & ſic propria auctoritate poſſe conſuetudinem obligantem introducere, ſi animo ſe obligandi aliquid faciant. Quod ſi ita eſt, nullum certum tempus requiritur, vt conſuetudo vim legis habeat: ſed ſufficit illud, in quo populus ſuam intentionem declaret. Credo tamen populos non poſſe condere leges, quæ partes non conſentientes obligent, præſertim in ſpiritualibus: ergo non poſſunt propria auctoritate inducere conſuetudinem ſic obligantem.

## SECTIO XII.

*An, & quomodo conſuetudo, quæ inducitur præter legem, debeat eſſe præſcripta, vt vim legis habeat.*

AZor tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæſt. 9. ait, propriè non habere eſſe præſcriptam: quia non eſt contraria alicui legi, cõtra quam præſcribat. Citat gloſſam ca. fin. de conſuet. Felin. ibi, & cap. 1. de treuga & pace, num. 12. & 13. qui tenent, vt conſuetudo vim legis habeat non eſſe neceſſarium, quod ſic præſcripta. Sed omiſſa hac quæſt. de nomine ait Azor, decennium ſufficere, vt vim legis habeat: citat Panormitanum cap. fin. de conſuet. num. 11. gloſſa, cap. fin. de conſuetud. in 6. & cap. conſuetudo d. 12. & Felin ſuprà. Idem nos probauimus ſect. 4. ad finem, vbi plures Doctores retulimus, & ſect. 11. ad medium. Addit Azor, debere conſuetudinem induci animo, & voluntate obligandi; & ab iis, qui poſſunt legem ponere: nimirum à populo, cuius eſt, etiam præter Principem, ſtatuta condere: & in his popularibus inducentibus conſuetudinem non debere computari fœminas, pueros, vel externos: & debere actus fieri populo vidente, vt ipſe conſentiat. 96

Sed hæc ſolum poſſunt eſſe vera, quando conſuetudo auctoritate populi habitura eſt vim legis, vel ſtatuti: ſecus quando auctoritate Principis, vt diximus, ſect. præced. Quæ verò communitates poſſint leges, & ſtatuta condere, & quomodò, iam vidimus diſputantes de poteſtate condendi leges eccleſiaſticas, & ciuiles.

Deinde ex reſolutione quæſtionis propoſitæ deducit Azor, conſuetudinem optandi præbendas in aliqua Eccleſia decem annis induci, vt ait Rochus: ſimiliter conſuetudinem offerendi in aliqua Eccleſia Panorm. cap. ſuam de ſimonia. Sed quorſum hæc, quæ ad præſcriptionem rerum, vel iurium pertinent: non ad legem conſtituendam, vel abrogandam? Magis eſt ad rem quod ait, vnum, vel duos actus non ſufficere ad inducendam conſuetudinem, niſi durent longo tempore, & virtute ſint plures de quo exempla conſtituit, & latè tractat. Rochus tractat. de conſuet. §. gloſſa finalis in 7. requiſito: & nos ſect. 8.



Digitized by Google

## SECTIO XIII.

*De abrogatione conſuetudinis.*

97 Hic primò quæri poteſt, an, quando lex, & conſuetudo de eadem re ſunt, abrogata lege abrogatur conſuetudo. Cui quæſtioni reſpondeo affirmatiuè, cum gloſſa, cap. 1. de conſuet. in 6. Panorm. cap. fin. de conſuet. num. 21. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 2. Ratio eſt, quia tunc conſuetudo, & lex, pro eodem reputantur: & conſuetudo in lege fundatur, & legi innititur nec eſt propriè lex: Sed legis effectus, & obſeruatio.

98 Secundò quæri poteſt, an quando conſuetudo præcedit, per legem ſequentem auferatur. Bartolus, l. de quibus, ſeu 2. ff. de legibus, §. diuus, & l. prætor ait, ff. de ſepulchro violato, generatim affirmat, licet videat eſſe contra iuris canonici peritos. Sed verius eſt quod tradit Panorm. ca. fin. de conſuet. num. 24. Azor ſuprà, quæſt. 3. & 4. gloſſa, & Canoniſtæ, c. 1. de conſt. in 6. & paſſim alibi, conſuetudinem priorem ſi generalis ſit, per legem ſequẽtem tolli: non tamen eam aboleri, quæ eſt ſpecialis alicuius loci, niſi fiat eius ſpecialis mentio, vt apertè decernitur, ca. 1. de conſt. in 6. vbi etiã ratio redditur quia Romanus Põtifex, vel alius Princeps ſpeciales locorũ conſuetudines, & ſtatuta ignorare probabiliter creditur, & ideò dici ſolet: cõſuetudo ſilere facit Principum reſcripta. Vnde meritò deducit Panor. *Si ciuitas certum aliquid ſtatuat, contra ſuam conſuetudinem, eo ipſo eam tollere, quamuis eius non meminerit: ciues enim ſuas conſuetudines ſcire creduntur: vnde ſicut vno ſtatuto aliud abrogarent contrarium, etiamſi eius non meminerint, ita & conſuetudinem contrariam, etiamſi eius non meminerint.* Sic debet limitari quod indiſtinctè ait, Goffredus Tranenſis in ſum. tit. de conſuet. num. 10. conſuetudinem non tolli lege ſequenti, & ita interpretantur, l. 3. §. diuus, ff. de ſepulch. viol. ſecũdùm punctuationem Accurſij, licet aliter eam interpretetur Placentinus.

*Pontifex Romanus probabiliter creditur ignorare locorum conſuetudine.*

99 Tertiò quæri poteſt, an conſuetudo tollatur per actum contrarium. Reſpondeo, ſi dum currebat tempus præſcriptionis, fiant actus contrarij, interrumpi præſcriptionem: Sed poſtquam conſuetudo eſt præſcripta, contrarius vſus non tollit conſuetudinem ſeu vim eius, niſi contra illam alia decurrerit præſcriptio. Ita Medicis tract. de legib. parte. 2. quæſt. 14. num. 5. Certum autem eſt, conſuetudinem poſteriorem derogare priori, vt ait, Medicis ibi, num. 6. ex l. pacta nouiſſima, C. de pactis, & l. 2. C. de inoffic. dot.

*Conſuetudo poſterior derogat priori.*

100 Sed quod dictum eſt, per actum contrarium interrumpi conſuetudinem, non intelligas ſufficere vnum, vel alterum actum contrarium priuatę perſonæ, cùm res ſigillatim ad omnes pertinet: tunc enim requiritur, vt maior pars contra conſuetudinem priuatim operetur: Sed cùm res pertinet ad communitatem per modum communitatis, vnus eius actus conſuetudini contrarius illam interrumpit, & ſic debet intelligi, aut limitari. Ferra. l. ex non ſcripto, ff. de iuſt. & iure, dicens, quòd ſi contrarium aliquod, atque ex diametro pugnans, priuſquam conſuetudo legitimè præſcribatur, publicè ſit permiſſum, aut factum, nullas conſuetudini vires attribuemus: Sed eam interruptione dicimus peremptam.

## SECTIO XIIII.

*An, & quomodò conſuetudo legem interpretetur.*

Qvod lex conſuetudinem interpretetur, docet D. Thom. quæſt. 97. art. 3. vbi Caietanus, Contadus, Medina, Valentia, & alij. 101

*Dupliciter lex interpretatur.*

Sed obſerua, dupliciter legẽ interpretari, primò authenticè, ita vt ipſa interpretatio vim etiam legis habeat aut vim abrogandi legem præcedentem: & ad hunc modum interpretationis eadem requiritur authoritas, eædemque conditiones, quæ requiruntur vt conſuetudo ipſa vim habeat inducendi aut abrogandi legem. Secundò, non authenticè, ſed tantùm per modum doctrinæ, aut ſigni, ſicut Doctores interpretari ſolent leges ſcriptas, & conſuetudines: & ita verum habet quod dicunt aliqui, licet ad inducendam legem decennium in conſuetudine requiratur: tamen vt legem interpretetur, minus tempus ſufficit. Ita docent Caſtrus, Aretinus, & Socinus ſenior, Crauettus, & alij, quos citat & ſequitur Menoch. de arbitrar. cap. 83. num. 10. Niſi conſuetudo interpretetur contra iuris communis diſpoſitionem, vt declararunt Aretin. & Socin. Ratio eſt, quia vt interpretatio conſuetudinis contra ius commune clarum vim habeat, requiritur tempus neceſſarium, vt conſuetudo contra legem præſcribat.

Licet autem, communiter dici ſoleat, vſum & conſuetudinem, quæ iuri communi repugnat, vel præter illud eſt, non extendi de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, vt cũ Aretino, Alexandro, Pariſio, & aliud obſeruat Menoch. de retinenda poſſeſſione, remedio 5. nu. 92. eo quòd cõſuetudo, & præſcriptio tantũ habeat de potentia, quantum de vſu, & actu, vt ex Baldo, & aliis ibidem comprobat. Nihilominus, cùm eadem ſubeſt ratio, & æquitas, conceditur extenſio vſus, & præſcriptionis, vt poſt Iaſon, Pariſium, & Bart. affirmat Menoch. ibi, num. 65. Nec immeritò: quia, vt inquit Crauettus conſil. 238. num. 8. conſuetudo veritati æquiualet. Quod totum de rationabili conſuetudine intellige: nam irrationabilis non meretur nomen conſuetudinis; Sed corruptelæ, vt ait, Panorm. ad cap. cum venerabilis, de conſuet. num. 4. ſubditque prima fronte irrationabilem præſumi eam, quæ eſt contra ſacros canones. Quando ergo in propria ciuitate non fuerit conſuetudo certa, vel ſtatutum, ſiue lex de re aliqua, attendenda erit conſuetudo vicinarum ciuitatum, ſi rationabilis ſit, & amplectenda in iudicando, iuxta, cap. cum eo, de cenſibus, & c. cum olim de conſuet. vt ibi Panorm. num. 1. docet. Sed hoc intellige de interpretatione non authentica, qualem faciunt Doctores, aut iudicia: nam conſuetudo vnius ciuitatis, vel prouinciæ non habet auctoritatem inducendi, vel abrogandi legem in alia: licet in dubio aſſumi poſſit ad explicandam vim legis, vel conſuetudinis alterius ciuitatis, vel prouinciæ. Vnde bene Panorm. eodem, num. docet, quòd ſi hodie alicubi Academia generalium ſcholarum fundaretur, frui poſſet omnibus priuilegiis. quæ ſcholaribus conceduntur in auth. Habita. C. Ne filius pro patre: nam conſuetudo vnius loci non poteſt iuri alterius loci derogare: nec cõtra illud auctoritatem habere. 102

Vnde

Digitized by Google

Vnde intelliges, quomodò conſuetudo probet, aut reprobet contractus, vt ex Baldo, & aliis docet Tiraquellus de retractu ad finem titul. num. 131. Non enim eſt intelligendum, quaſi conſuetudo vim habeat faciendi contractus licitos ex illicitis, vel è cõtra: Sed quòd ſignum non leue ſit, eos eſſe licitos longa conſuetudine approbari: illicitos verò, reprobari. Quamuis poſſit etiam conſuetudo in iis, quæ ſunt ſolius iuris poſitiui circa contractus legem introducere, aut abrogare, vt ita ſint celebrãdi, & mali, aut irriti ſint, ſi aliter celebrentur, &c. vnde Bald. lib. 1. conſil. 115. & Pariſius volum. 1. conſil. 10. 84. docent, conſuetudinem habere vim conſtitutionis Principis, & contractus facti, ac ſi de totius populi conſenſu, & partium pro iure fuiſſet conſtituta. Eſt item conſuetudo regula cõtractuum: quia in omni pacto intelligitur actũ, quòd conſuetum eſt, niſi aliud exprimatur, l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iuris, l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de ædilitio edicto, & aliis iuribus, quæ citat Syl. verb. conſuetudo.

*Conſuetudo eſt regula contractuum.*

B

Eſt item conſuetudo menſura tam iudicialis quàm interni fori. Quò fit, vt Iudex vtriuſque fori caſus occurrentes decidere debeat, primò ſecundùm iura; Eccleſiaſticus quidem ſecundùm canones; quibus deficientibus iudicabit ſecundum leges, cap. intelleximus de noui oper. nuntiat. deficiente verò iure, iudicare debet ſecundùm conſuetudinem generalem, vel particularem; deficiẽte verò iure, & conſuetudine, procedet de ſimilibus ad ſimilia, iuxta cap. de quibus, diſt. 20. & l. non poſſunt, ff. de leg. omnibus autem deficientibus, ad Romanam conſuetudinem, vt volunt aliqui, vel potius ad conſuetudinem vicinarum prouinciarum, ſi rationabilis ſit, recurrendum erit, iuxta cap. cùm eſt de cenſib. In Luſitania verò recurrendum erit ad Regem, vt ipſe quid faciendum ſit, declaret, vt habetur 2. ordin. Luſitan. tit. 5.

*Item menſura tam interni, quàm externi fori.*

*Quid agẽdum iudici deficiẽte vtroque iure, & conſuetudine.*

C

104 Ex quibus inferes, quid faciendum ſit iudici arbitro, in quem compromittunt partes, vt ſecundũ iura ſententiam ferat. Si enim aliud lex, aliud conſuetudo legitimè præſcripta habeat, ſecundùm conſuetudinem iudicare debet; tum quia conſuetudo ſub iure continetur: tum quia Iura ipſa conſuetudines ſeruandas eſſe præſcribunt. Ita Panor. rubr. de conſuet. Sylueſt. verb. conſuetudo.

D

Conſuetudines tamen interdum recipere interpretationem à iure communi aſſerit Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 9. num. 132. quod ſanè intellectum, verũ eſt, licet aliqui falſum eſſe dicant; quia potius conſuetudo eſt optima legum interpres. Quæ ratio potius probat contrarium: nam vnum ius aliud interpretari poteſt: ergo cum eſt dubium de conſuetudine, quomodo intelligenda ſit, ex iure ſcripto poterit eius interpretatio peti: itaque ius ſcriptum, & conſuetudo mutuò interpretari ſe poſſunt, Goffred. in ſum. tit. de conſuet. nu. vlt. ait. Sicut iura iuribus ad concordiam reducuntur, vt C. de inoffic. do. l. vna: ſic & conſuetudo legi, & priuilegio contraria reducitur ad concordiam per interpretationem: vt cap. cum dilectus de conſuet.

*Conſuetudo legum interpres optima.*

E

Quod autem de iudicibus paulò ante diximus, cõfirmatur ex Hoſt. in ſum. lib. 4. de agricolis n. 3. in fine, vbi ait, quamuis genera hominum multùm diuerſificentur: tamen conſuetudo cuiuſlibet terræ attendenda eſt, & ſecundùm eam iudicãdum. Ideò bene facient Prouinciales, ſi quibuſlibet ſua ſpecialis conſuetudo ſeruetur, l. ſi in aliqua. ff. de offic.

A

Proconſulis, vide Hieronymum epiſt. 8. ad Lucinum, relata cap. illud breuiter, diſt. 12.

## SECTIO XV.

*An conſuetudo laicorum liget clericos.*

Reſpondeo, negatiuè cum Azor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 12. citante Cynum, Panor. Butrium, Geminianum, & communem vtriuſque iuris interpretum; & colligi putat à contrario ſenſu ex c. vlt. de vita, & honeſt. cler. ad finem, & c. vlt. de reb. Eccleſ. non alien. Idque intelligit in iis, quæ libertati, & immunitati Eccleſiaſticæ nocent, & incommodant: ſicut ſuperius diximus diſp. 14. ſectione 8. & 9. ſtatuta & leges laicorum clericos non obligare. Sed aduerte, nomine conſuetudinis laicorum in præſenti tria poſſe intelligi. Primò conſuetudinem, quæ habeat vim ex auctoritate Principis, vel Reip. ſecularis: & ſic eadem eſt ratio de conſuetudine laicorum, & de legibus Principum ſæcularium. Secundò, conſuetudinem abſeruatam à ſolis laicis diuerſæ Reip. vel oppidi, & ſic clarum eſt, non ligare clericos: quia nec cõſuetudo laicorũ vel clericorũ vnius Reip. populi, vel Eccleſiæ, ligat eos, qui ad aliam Remp. populum, vel Eccleſiam pertinent. Tertiò, conſuetudinem, quæ in eadem Rep. vel populo ſeruatur à laicis, & non à clericis, quamuis ſit in materia vtriſque cõmuni: & in hac conſuetudine eſt maior difficultas: ſed dico, talem conſuetudinem non ligare clericos, quia faciũt ſuam peculiarem communitatem, & ideò poſſunt habere diuerſas conſuetudines; ſicut diuerſi populi, quamuis conſtituant eandem Remp. poſſunt diuerſas conſuetudines habere, & vna poteſt habere vim legis reſpectu vnius, & non alterius. 105

## SECTIO XVI.

*An conſuetudo loci liget externos, & peregrinos.*

AZor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 13. reſpondet, non ligare; vt omnes vtriuſque iuris interpretes docent, ſed intelligendum: niſi veniant animo illic commorandi: vel ratione contractus, vel delicti: vel rei in eo loco ſitæ. Vnde ſi tantum illac tranſeant, vel veniant animo ſtatim recedendi, ait, non teneri conſuetudinibus ieiuniorum, feſtorum, &c. Quamuis Latini inter Græcos commorantes, vel Græci inter Latinos, patrios mores obſeruant Eccleſia id permittente, primò ne cogantur nouos mores addiſcere, & veteres deponere: quod eſſet durũ, cũ ſint valde diuerſi. Citat gloſ. c. illa d. 12. & ca. quæ contra d. 8. & ſic explicat Auguſtinum & Ambroſium eiſdem locis. Sed nos de hac re copioſè egimus diſp. 14. ſect. 4. 106

## SECTIO XVII.

*An conſuetudo liget ſubditos extra territorium exiſtentes.*

AZor tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 14. negat: quia eadem eſt ratio de ſtatutis, & de conſuetudinibus: ſed ſtatuta non illos ligant, cap. vt animarum de conſt. in 6. ergo nec conſuetudines. Sed de hoc abundè diximus, diſp. 14. ſect. 5. 107

SEC

Digitized by Google

## SECTIO XVIII.

*Quomodò conſuetudo probetur, & an in dubio honeſta præſumatur.*

108 DE primo, vide Medicis tract.de legibus, part.2.quæſt. 14. num.4.& 5.Bartolum Baldum, & alios l. de quibus,ff.de legibus,Angel.& Ferrar.l.ex non ſcripto,ff. de iuſt.& iure,Salicet.l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo,& Sanchez tom.3. lib. 7. de matrim. diſp.17. num.8.vbi ait,Doctori excellenti teſtanti conſuetudinem, credi debere, non pœnitendi auctores affirmant,ac bonis rationibus ducti,vt Bart.repet. l.de quibus,num.21.quæſt.4. ff.de legibus,Iaſon,l. filius à patre in princ.num.27. ff.de lib. & poſthu. Antonius l.41.Tauri num.4.& multi alij. quos refert Maſ.Card.de probationibus con.426. num. 1. & duobus ſeqq. Quod tamen valde dubium eſt,& meritò impugnatur à Iaſone ſibi contrario,dict. l. de quibus,num.89.Beroio cap.potuit,num. 80.de locato, quando conſuetudo eſt contra ius à Nauar:cap.placuit,de pœnit.diſt. 6.nu.286. & à multis aliis, quos refert Maſcar. ſuprà: quia quę facti ſunt,vt conſuetudo,plerumque etiam prudentiſſimos fallunt,l.2. ff.de iuris & facti ign.idque etiam probant aliæ rationes,quas ibi Maſcard. affert. At vbi communiter Doctores id teſtantur, & nemo contrarium aſſeuerat, eſt vtique habenda fides, vt multis citatis probat ibi Maſcar. num.17. & ſeqq. Hęc Sanchez,& bene.Sed aduerte pro foro interno, niſi alia in contrarium faciant, vnum Doctorem ſufficere:ſed,ſi alia in contrarium faciant,expendere oportebit,an illa melius probent.Pro externo etiam foro omnia expendi debent,vt in aliarum rerum probatione:& Ferrar.l. ex non ſcripto, ff.de iuſt.& iure ait, conſuetudinem non ritè probari, niſi ad minus duobus teſtibus de decennio deponentibus.

De ſecundo,conſuetudinem in dubio præſumi honeſtam,docent Aretin.conſil.23. ad finem, Rauennas,de conſuet.ſect.2.num.4.

Oppoſitum tenet Rochus alios referens, de conſuetud.ſect.7.num.24.quia in cap.3.de eo,qui mittitur in poſſeſſ. dicitur, *ſi laudabilem eſſe conſtiterit*, & hoc certum ſibi eſſe dicit Sanchez 7. de matrim.diſp.4.nu.14.quando cõſuetudo eſt à lege reprobata, vt quæ eſt cõtra legem de impedimentis conſanguinitatis, & affinitatis: quod fatetur idem Aretin.cap.2. num. 27. de probatio. & concludit bene Rochus illo num. 24. cum Panor. ca. fin.num.5. ad finem, de conſuetud.cùm conſuetudinis honeſtas non in facto; ſed in iure cõſiſtat,eã probandam minimè eſſe, ſed iudicis partes eſſe diſcernere, num honeſta ſit. Addit verò Sanchez, id neceſſariò dicendum eſt, poſteros conſuetudinem à ſuis maioribus introductam obſeruantes, à culpa excuſari, nec ſolicitos eſſe debere ad inueſtigandam iuſtitiam cauſæ, ex qua initium duxit, ſed iuſtè eam præſumere poſſe,vt tradit Caiet.1.2. quæſt.97.art.3.Gab.4.diſt.42.quæſt.1.art.3.dub.6. Valentia 1.2.diſp.7.quæſt.5.punct. 8.§. ex quo patet.Ad idem eſt Bald.l.de quibus, ff. de legibus dicens,quòd ab omnibus fit, rectè fieri præſumitur, & Alex.cap.quo iure diſt.8.dicens,conſuetudinem immemorialem ſemper præſumi iuſtam, & rationabilem, etiamſi eſſet contra diſpoſitionem legis anterioris, illum ſequitur Auendaño, de exequendis mandatis,cap.6.num.8.

*Conſuetudinis honeſtas non in facto,ſed in iure conſiſtit.*

## SECTIO XIX.

*An ſtylus Curiæ vim legis habeat.*

VAzquez diſp. 177. in fine ait, ſi agamus de ſtylo interpretandi leges aliquas,vel difficultates,quæ quotidie in iudiciis occurrunt,tametſi iudicibus liberum ſit, ſuo iudicio probabili decernere, quid ſit rationi magis conſentaneum,& hoc modo leges interpretari:tamen ſolo ſuo iudicio, & conſenſu non poſſunt leges inducere: niſi à Principe, vel Rep. decreta eorum fuerint approbata.Et ita deciſiones Rotę,licet magna cum reuerentia à iudicibus recipiantur, non ſunt leges:ſed ſi vrgeat ratio probabilior, poterunt iudices alij contrariam ſequi opinionem. Idem eſt de ſtylo recepto in aliquo tribunali: vt ait Burgos in prœmio legũ Tauri n.229.& ſeq.Idem de ſtylo inducto à iudicibus circa modum procedendi, ſcilicet,non habere vim legis niſi eã velit illi dare, qui poteſt: ſed non cẽſetur dare eo ipſo, quòd illũ videt, & tolerat. Permittit enim, vt in iudicando, & procedendo ſuum probabile iudicium ſequantur:ſed non vult illi ſtylo dare legis auctoritatem, ſecus quando videt aliquid fieri à maiori parte populi. Hæc Vazquez in ſententia. Vltimum autem intelligendum eſt iuxta ea, quæ ſuperius dixi, quando populus aliquid facit, vt obligatorium omninò,& ſine formidine:tali enim conſuetudini Princeps interdum per cõſenſum præſentem ante tempus legitimum præſcriptionis, interdum per conſenſum præteritum, quo leges præſcriptionis ſanciuit,tribuit vim legis.Et eodem modo,ſi iudices aliquid quaſi obligatione diu ſeruaſſent,poſſet vim legis habere. Et ſic debet accipi, quod ait Azor tom.1.lib.5.cap.18.quæſt. 11.in fine,ſtylum Curiæ,Cancellariæ,& alios ſimiles,eſſe iura quædam non ſcripta ex actib.iudiciariis orta contenta ſub conſuetudine, vt ſpecies ſub genere. Ad quod citat Bart.Cynum, & Salicetum,l.cõſuetudinis,C. quæ ſit longa conſuetudo: & Sanchez 18. de matrim. diſp. 21. num. 16. ait,ſtylus Curiæ Romanæ ius facit, cap. quàm graui de crimine falſi, nec ab eo eſt recedendum, vt multis citatis probat Maſcard.de prob.concl.1317.num.51. 109

*Stylus Curiæ Romanæ ius facit.*

## SECTIO XX.

*Quid interſit inter deſuetudinem, vel non vſum legis, & conſuetudinem legi contrariam.*

AZor tom.1.lib.5.cap.4.quæſt.5. reſpondet ex dominico, cap.in iſtis,§.leges,ad finem, diſt.4. Felin. cap. 1. de treuga & pace,num.12.verſic.intellige,4.Nauarr. conſil.1.de conſt.quæſt.5.num. 24. Differre primò in hoc,quòd primi,qui conſuetudinem contra legem inducunt,delinquunt,niſi ex aliquo accidenti excuſentur,& ſucceſſores non peccant:quia bona fide poſſunt legem negligere ſecuti primos,qui contra legem fecerunt. At verò quando lex non eſt vſu recepta,etiam primi,qui frangunt,non peccant, id ſciente legiſlatore, & non puniente, cùm poſſit commodè punire; quamuis peccent ignorante Principe conſuetudinem,aut ſciente,& ideò non puniente, quia punire commodè nequit; vt docent Imola,Felin. Couarruuias,& Nauar.ſuprà: 110

quoniam

quoniam illi bona fide moueri queunt, vt præter, vel contra legem agant; quia vidét, legem non eſſe vſu receptam, cùm videant Principem non punire, cùm commodè poſſit: & hoc ſolùm poteſt eos à culpa excuſare ſine vllis aliis cauſis. Secundò differunt, quia contra legem receptam conſuetudo per errorem, vel ignorantiam introducta, præſcribere non poteſt: nam conſuetudo introduci non poteſt, niſi ab iis, qui poſſunt, & volunt eam introducere: at lex vſu non recepta, vim, & poteſtatem amittit, etiam ſi per errorem, vel ignorantiam ipſe non vſus, vel deſuetudo introducatur, vt tradit Nauarrus. Tertiò, quia conſuetudo legi contraria vim, & auctoritatem non habet, niſi per pręſcriptionem cõtinuata, & præſcriptionis tẽpus non incipit à primis, qui peccant conſuetudinem inducendo: ſed à ſucceſſoribus, qui primos bona fide ſequentes, in conſuetudine ante iam cœpta perſeuerant: & interrumpi poteſt præſcriptio; quæ interrupta, non poteſt amplius continuari: ſed alia, quæ denuò incipit, ſi iterum renouetur. At verò non vſus, ſiue deſuetudo ſtatim à principio incipit vim habere in primis lege non vtentibus, & ſtatim deſinit, ſi lex incipit ſeruari. Quartò differunt, quia conſuetudo legem tollit, & abrogat, quæ erat vſu recepta, & omnes obſtringebat: deſuetudo verò, ſiue non vſus legem non tollit, ſed impedit, ne vim, auctoritatem, ſeu poteſtatem aſſumat: nam quamuis lex ſit inſtituta, & promulgata; nõ tamen ciues alligat, donec vſu recipiatur: ergo per non vſum, ſiue deſuetudinem lex minimè abrogatur, ſed impeditur, ne vi ſua populum teneat, vt Panorm. & Felin. ſuperiùs tradidere. Hæc Azor: ſed difficultatem habet quod dicitur in prima differentia, *Quãdo lex non eſt vſu recepta, etiam qui frangunt, non peccant, id ſciente legiſlatore, &c.* Nam primi qui introducunt non vſum, non poſſunt videre, quòd legiſlator videns, & ſciens frangi legem, non puniat tranſgreſſores: alioqui non illi, ſed alij eſſent primi: ergo verè peccant. Item difficile eſt: quod dicitur in tertia differentia; *Præſcriptionis tempus non incipit à primis, qui peccant, conſuetudinem inducendo, &c.* Nam ſuperiùs vidimus, à prædictis incipere conſuetudinem, & per malos actus inchoari, & continuari poſſe, ac proinde malis actibus interrumpi non poſſe. Alia verò, quæ dicit Azor, difficultatem non habent.

11 Sed de non vſu, ſeu deſuetudine nonnullæ aliæ ſunt dubitationes. *Dub. 1.* Prima eſt, an vt lex per nõ vſum vi careat, requiratur pręſcriptio. Quidam, vt refert Azor ſup. quæſt. 4. dicunt, requiri præſcriptionem, & legitimum eius tempus eſſe decennium: quod in iure ciuili longum tempus vocatur: & in hoc non vſum, vel deſuetudinem à conſuetudine legi contraria differre, quòd conſuetudo, vt legem vſu receptam aboleat, debet eſſe quadraginta annorũ: at verò non vſus, ſiue deſuetudo, vt vim habeat, ſatis eſt, ſi per decennium continuetur, vt teſtatur Couar. 2. var. cap. 16. num. 6. ex Imola, & Felino, c. 1. de treuga, & pace, num. 13. Calder. Panorm. Iaſone, & aliis, quos citat: & ſufficit decennium, vt deſuetudo vim habeat, hoc eſt, vt canon, vel lex vſu, & more non recepta, vi, & auctoritate careat etiam Principe ignorante ipſam deſuetudinem, vt docet Felin. Imola, & Couar. Calder. Panorm. cum aliis, & Nauarr. conſil. 1. de conſt. qu. 5. num. 24.

*Sufficit decennium vt deſuetudine lex pereat.*

12 Alij ſentiunt, leges ciuiles, & quæcunque ſtatuta municipalia per non vſum, ſiue deſuetudinem decennalem, vim amittere: canonicam verò non niſi per deſuetudinem quadraginta annorum. Alij deſuetudinem putant ſine vlla præſcriptione vim habere contra legem; cùm tamen conſuetudo ſine præſcriptione vim non habeat: pro hac opinione nullum refert Azor, ſed Roſella verb. conſuetud. num. 14. multos refert, dicens, adde quod notat Aretin. conſil. 11. poſt Cardin. Flor. ca. 1. de treuga, & pace, & Panorm. & Imolam ibi: quod quando ſtatutum ſit à ſuperiore, & non recipitur à ſubditis, imò ſeruatur contrarium ſciente, & patiente ſuperiore, ad tollendum tale ſtatutum, ita vt non liget, non requiritur conſuetudo præſcripta per decem annos: ſed ſufficit ſimpliciter vſus contrarius. Allegant text. cap. 1. diſt. 4. qui optimè facit, & notata, cap. cum olim, de cler. coniug. & cap. de libellis 10. d. in gloſſa. Hanc etiam opinionem tenet Butrius, cap. quia circa de conſang. probans: quia tunc ſuperior videtur eam legem tacitè tollere, ex quo ſcit contrarium obſeruari, & patitur. Et idem credit ibi Panorm. ſi lex recipiatur à minori parte: nõ obſeruetur autem à maiori. Allegat notata per Ioann. And. cap. fin. de conſuet. Quod dictum eſt æquiſſimum: quia non debet eſſe in poteſtate minoris partis illud, quod induceret maiorem partem ad peccatum: quod incurreretur per tranſgreſſionem legis. Hæc Roſella, ſed Azor iuxta primam ſentẽtiam ait, legem canonicam non tolli per contrariam conſuetudinem, niſi quadraginta annorum: quamuis legem ciuilem conſuetudo cõtraria decem annorum auferat, legem verò promulgatam, ſed vſu non receptam non tolli per deſuetudinem niſi decẽ annorum: intra quos poteſt legiſlator trãſgreſſores legis punire, licet eam non renouet, ſed poſt decenniũ eos punire non poteſt, niſi legem renouet, ac redintegret. Si quæras, quam igitur vim intra decenniũ habet deſuetudo, ſeu nõ vſus? Reſpondet, impedit ne promulgata lex incipiat valere. Non enim abrogat legem, cùm ea nõdum cœperit vim habere: ſed impedit, ne valeat. Ita tamen impedit intra decennium, vt intra id tẽpus poſſit lex vſu recipi, & poſſit quoque Princeps populum compellere, vt eam recipiat. Hæc Azor, qui ſic intelligendus eſt, ne eius verba contineant repugnãtiam: vt ſi à principio lex non recipiatur, intra decẽnium, in quo non recipitur, habeat veram eſſentiam legis, & obliget in actu primo: non tamen in actu ſecundo, & pro tunc, niſi quãdo recipiatur: poſt decennium verò iam non ſit lex, nec habeat eſſẽtiam legis: quia nec in actu primò obligat, niſi iterum promulgetur. Ratio autem quare intra decennium non obliget in actu ſecundo, niſi recipiatur à cõmunitate, eſt: quia graue nimis eſſet cæteros ſic obligari legibus, quas ob ignorantiam, vel negligẽtiam ſuam ſinit Princeps à maiori parte impunè violari, vt diximus diſp. 13. ſect. 1. Ratio verò cur poſt decenniũ lex ciuilis non obliget in actu primo, ſed verè extinguatur, eſt, quia conſuetudo ſiue poſt receptam à populo legem ciuilem: ſiue poſt ſolam eius promulgationem introducta, vim habet præſcribendi contra præſentes annis decem: ſed contra abſentes requiruntur viginti anni, & cõtra leges Eccleſiaſticas quadraginta, vt ſuperius vidimus. Nec ad præſcribendum contra legem videtur referre, quod à principio fuerit, vel non fuerit recepta: ergo in vtroque euentu iidem anni ad præſcribendum requiruntur.

Sed

Digitized by Google

111 Sed Principe ſciente, & vidente deſuetudinem, vel aſſuetudinem non per viam præſcriptionis poteſt conſuetudo & deſuetudo, vel non vſus legem prorſus extinguere. Vnde Azor eodem cap. qu.6. inquirens, quam vim habeat deſuetudo, ſeu non vſus contra legem, legiſlatore ſciente, & non puniente, cum poſſit: reſpondet, tunc non vſum, ſeu deſuetudinem potius habere vim abrogandi legem: quoniam eo ipſo quòd legiſlator ſcit deſuetudinem, ſiue non vſum, nec punit, cùm poſſit, tacitè legem abrogare videtur. Quãuis hoc quod dicit Azor non videtur generaliter verum: nam licet in aliquo caſu legiſlator videns legem non recipi, & tacens, ac diſſimulans licet punire commodè poſſit, præſumatur velle legem extingui: interdum tamen ſolùm præſumetur velle ſuſpendere eius obligationem actualem pro eo tempore. Vnde oportet tunc eius mentem interrogatione, aut aliis modis indagare.

*Duo vel tres actus contra legem ſufficiũt ad eam extinguẽdam legiſlatore ſciente.*

Addit Azor, duos, vel tres actus ſufficere contra legem, quando fiunt legiſlatore ſciẽte, & non puniente, cum poſſit; vt tradit Panorm. locis cit. at verò ad non vſum, ſiue deſuetudinem requiritur decennium, cùm legiſlator nihil nouit de iis, qui legem non ſeruant. Sed dicendum eſt, ſicut diximus de cõſuetudine contra legem prius receptam: nempè in non vſu, ſeu deſuetudine, & in prædicta conſuetudine interdũ ſufficere duos vel tres actus legiſlatore ſciente: interdum verò non: quia interdum præſumetur conſenſus eius abrogans legem, vel ſuſpendens eius executionem, ex duobus, vel tribus actibus, interdum verò non. De tẽpore autem requiſito ad præſcribendum Principe ignorante, iam diximus.

114 *Dub. 2.*

*Deſuetudo nõ tollit legem ſi caſus non venerit in vſum.*

Dubium ſecundum quomodò intelligi debeat deſuetudo, vel non vſus legis, reſpõdet bene Azor ſuprà, qu. 7. Quandocumque caſus legis non accidit, non cenſetur non vſus, ſiue deſuetudo, etiãſi per mille annos lex non ſeruetur. Quod eſt dicere cum Iuriſperitis, appellatione deſuetudinis, ſeu nõ vſus non venire actus negatiuos: vt ſi per centum annos nullus natus eſt hermaphroditus, & proptereà populus vſus non eſt, l. quæritur, ff. de ſtatu hominum: vbi decernitur, hermaphroditum magis eius generis exiſtimandum, quod in eo præualet: talis non vſus, vel deſuetudo nihil inducit cõtra legem: quia eſt actus negatiuus, id eſt, non contra legem. Quare deſuetudo, vel non vſus is dicitur, quo caſus legis accidit, & tamen lex non impletur à tota communitate, vel maiori eius parte. Quod ergo dicunt Ioannes Andreas, cap. Ioannes de cler. coniugato, & Felin. cap. 1. de treuga, & pace, legem non tolli per non vſum, intellige, de non vſu nihil continente contra legem, vt rectè Nauarr. conſil. 1. de conſt. qu. 6. num. 25. Hæc Azor, qui potuiſſet citare etiam Panorm. dict. cap. Ioannes, & Roſellam verb. conſuetudo, num. 15. ex quibus eadem ſumitur reſolutio.

115 *Dubium 3.*

Dubium tertium, quando priuilegium impetratum è Principe, amittitur per non vſum. Reſpõdet Azor ſuprà, quæſt. 8. ſi per decennium non vtamur priuilegio. Vnde l. 1. ff. de nundinis, dicitur, Nundinis impetratis à Principe, non vtendo, qui meruit, decẽnij tempore vſum amittit. Exempla, ſi ciuitas, vel populus impetraſſet facultatem celebrandi nundinas, & per decennium eas non feciſſet; ſi Princeps ciuitati, vel populo conceſſiſſet priuilegium ſcholas erigendi ob ſtudium generale literarum, & decennij tempore non erexiſſet, priuilegium perit: ſi quis beneficio Principis liber eſſet à tributis pendendis, vel decimis ſoluendis, vel militibus hoſpitio excipiendis: priuilegia hæc amitterentur per non vſum, ſeu actum cõtrarium. Oportet tamen deſuetudinem, vel non vſum eſſe voluntarium: nam ſi ſit neceſſarius, priuilegium non amittitur: vt ſi quis non eſt vſus priuilegio, quia non potuit, vel quia ſe occaſio non abtulit, l. vnus ex ſociis, §. vlt. & l. ſequenti, §. de ſeruitutibus ruſtic. prædior. vbi habetur, non amitti ſeruitutem mihi debitam de aqua ducẽda in fundum meum, ſi ideò non vtor, quia fons exaruit. Item, ſi aliqua ciuitas obligata ſit Principi, ita vt compellatur ad militum exercitum cogendum, quando Princeps cogit, & centum annorum tempore Princeps non cogit, non deſinit ciuitas eſſe obligata: eo quòd occaſio non ſe obtulit. Item, ſi Princeps non vocauit populos ſibi obligatos ad certum aliquid faciendum, quia alij, quorum miniſterium, & opera ſibi ſufficit, præſtò fuerunt, nequit Principi tribui deſidiæ & negligentiæ, ſi non vocauerit populos ſibi ad id deuinctos. Vnde ciuis libertatem non recuperat contra Dominum, ſi Dominus non vtatur eius obſequio, quia numquam fuit oblata occaſio, in qua opus eſſet vti. Prætereà, vt priuilegiũ amittatur per non vſum, ſiue deſuetudinem, neceſſe eſt, vt ſimpliciter detur facultas aliquid faciendi. Nam ſi Princeps Titio priuilegium conceſſit, vt eo poſſit vti, ſi velit, aut non vti, prout ſibi libuerit, non perdet illud, etiamſi multo tempore eo non vtatur, vt ſi conceſſa ei eſſet facultas extruendi molendinum in communi, vel publico flumine, ſi libuerit, & molendinum non extruat, priuilegium non amittit. At ſi quis facultatem impetret à Romano Pontifice Miſſæ ſacrificium faciendi, & offerendi tempore, aut loco ſacris interdicto, & decennij ſpacio ſacrum non faciat, priuilegium amittit, quia eſt ſimpliciter data facultas, vt ſacrificare queat: non autem, vt id faciat, vel nõ faciat arbitratu ſuo. Pari ratione, ſiquis à Principe impetrauit, ne coram ordinario iudice conueniri poſſit: & ſinat ſe conueniri, aut iudicari, & ab eius ſententia ad Principem non prouocet, priuilegium amittit. Hæc Azor, ſed vltima obſeruatio difficultate non caret. Nam in omni ferè priuilegio implicitè continetur, vt ſi velit, vtatur priuilegio, ſiquidem communiter ſuo priuilegio renuntiare quiſque poteſt: nihil autem refert, eam conditionem explicitè, aut implicitè poni: ergo etiam cum explicitè ponitur, vt in caſu de molendino, priuilegium per non vſum amittitur. Sed quo pacto priuilegium per non vſum amittatur, diximus diſp. 17. ſectione 13.

DISP.

Digitized by Google

# DISPVTATIO VIGESIMA, DE DISPENSATIONE IN LEGIBVS.

DE hac re D. Thom. q. 97. art.4. vbi Vazquez diſputatione 178. Valentia diſputatione 7. quæſtione 5. punct.9. Sanchez fuſiſſimè tom. 3. de matrimon. lib.8. per totum, & lib.3. diſput.10. & 23. & alibi, Emanuel Sa, & cæteri ſummiſtæ verbo, diſpenſatio, Emanuel Rodriguez tom.1. regularium, q.22. Viualdus appendice ad 3. part. candelabri, c. 12. Azor to.1. lib.5. cap.15.

## SECTIO PRIMA.

*Quid ſit diſpenſatio: & quis eius effectus.*

2 DIſpenſare ex prima vocis impoſitione, & ſignificatione idē eſt, quod diſtribuere; vel, vt ait D.Thom. ſuprà, commenſurare aliquid inter aliquos diſtribuendum. Vnde adminiſtrator, vel œconomus alicuius rei familiaris, diſpenſator vocari ſolet: vt conſtat ex l. diſpenſatores ff. de ſolutionib. & l. vrbana. ff. de verb. ſigni. Et ſic per metaphoram Apoſtoli, & Prælati dicuntur diſpenſatores. 1. Cor. 4. & 9. & 1. Petri 4. ſic Lucæ 12. dicitur: Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens? & cap. diſpenſatio, diſt.43. dicitur diſpenſatio diuini ſeminis commiſſa Epiſcopis; & Bern.1. de conſideratio. Pontificem vocat Chrſti diſpenſatorem: & in tract. de indulgen. dicitur, diſpenſationem Theſauri ad Pontificem pertinere.

Vt tamen notat Couar. 2. part. 4. decretalium. cap.6. §.9. num.1. apud Theologos, & Iuriſperitos diſpenſare eſt, aliquem lege ſoluere, ſeu ab illa eximere. in quo cernitur quædam diſtributio paternæ benignitatis; quæ etiam in principibus ſæcularibus eſſe debet. Hinc Thomas Sanchez 8. de matrim. diſp. 1. num.1. & 2. ex Soto 1. iuſtitiæ

*Diſpenſatio, interpretatio, irritatio, & abrogatio legis quomodo differant, & quid ſint.*

quæſt. 7. art. 3. col. 3. & ex Azor tom.1. lib.5. cap. 15. in princ. & ex vniuerſis, vt inquit, diſpēſationē, intepretationem, irritationem, & abrogationem legis ita diſtinguit, vt irritare ſit, legem impedire, & caſſare, ne robur obligandi conſequatur: vt ſi legem à ciuibus conſtitutam Principis confirmatione indigentem, vt obliget, Princeps minimè cōfirmet; ſed caſſet. Abrogare verò ſit, poſtquam vim obligandi adepta eſt, eam omninò caſſare. Diſpenſare verò ſit, aliquem à lege eximere in caſu, quo ad illam tenebatur. Interpretari verò ſit declarare, eam vi obligandi carere in tali euentu. Quare interpretatio petit, eum caſum occurrere, in quo ceſſet omninò legis vis, atque obligatio. At diſpenſatio ſolum petit cauſam iuſtam adeſſe,

A quæ meritò anſam præbeat, vt per gratiam, ac diſpenſationem relaxetur legis obligatio: qua relaxatione ſecluſa verè lex in eo euentu obligaret. Addit Sanchez, derogationem, & abrogationem legis differre; quòd hæc ſit cùm legiſlator eam omninò caſſat: illa verò cùm ex parte legem tollit: vt expreſsè habetur l. derogatur 102. ff. de verbor. ſignific. & l. derogatur. ff. de regulis iuris, derogatur legi, cùm pars detrahitur, abrogatur legi, cùm prorſus tollitur. Cicero 2. de Inuentio. indignum eſt, de lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari. De horum verò nominum etymologia vide Azor tom.1. lib.5. cap. B 15. in princ. vide etiam diſput. 18. vide in præfat. & Sotum 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3.

Hæc quamuis vera ſint: tamen lex non ſolùm dicitur irritari antequam vim legis habeat, nimirum, alioqui habiles, reddēdo inhabiles ad ferendam legem, ſeu negando cōfirmationem, ſine qua lex vim non haberet: ſed etiam poſtquam vim habet, eam caſſando. Sicut contractus matrimonij, vel alius dicitur irritari, & vt vim non capiat, & vt vim quam iam cœpit, amittat. 3

Nonnulli etiam Theologi, quibus occaſionem dedit D. Thomas quæſt. 97. art. 4. in corp. & ad 3. diſpenſationem cum interpretatione legis confundunt. Ait enim D. Thomas diſpenſare, eſſe ordinare, quomodò præceptum aliquod commune à ſingulis obſeruandum ſit. Nam cùm contingat, C præceptum vtile multitudini, ſimpliciter, vel in aliquo caſu nōn cōuenire ſingulari perſonæ; quia per obſeruationem præcepti impeditur aliquod maius bonum: ideò legiſlator licentiam concedit non obſeruandi illud. Dupliciter autem contingit: legem deficere in perſona, vel caſu particulari, euidenter ſcilicet, & probabiliter: ſi euidēter, quiſque poteſt legem interpretari, & hæc non dicitur diſpenſatio: ſed epiikia: Si verò probabiliter tantùm, quia periculoſum eſt proprio iudicio legem interpretari, recurrendum eſt ad ſuperiorem: cuius interpretatio propriè diſpenſatio eſt. Eodem modo philoſophatur de voti diſpenſatione D. Thom. 2.2. quæſt. 88. art. 10. in corp. & ad 2. Caietanus eadem quæſt. art. 12. & 1.2. quæſt. 97. art. 4. & in ſumma, verbo votum, Antonius 1. part. tit. 17. cap. vnico, §. 20. agens de diſpenſatione legis, Conrad. qu. 97. art. 4. Couarr. cap. quamuis pactum, part. 1. §. 3. num. 4. Armill. verb. votum, nu. 13. Bonif. 4. d. 38. art. 2. quæſt. 3. Palud. quæſt. 4. art. 4. num. 38. agentes de diſpenſatione voti. 4

*1. Opinio.*

Fundamentum eſſe poteſt: quia diſpēſatio concedi non poteſt, niſi ex cauſa legitima: aliàs erit potius diſſipatio, vt dixit Bernard. lib. de præcept. & diſpenſ. interueniente autem cauſa ſufficienti, ceſſat obligatio legis, & id declarat Princeps: ergo nihil aliud eſt diſpenſatio, niſi declaratio, ſeu in-

*Fundamentum 1. opinion. Diſpenſatio non poteſt cōcedi, niſi ex iuſta cauſa.*



Digitized by Google

terpretatio in caſu dubio. Confirmatur, quia in voto,& iuramento habet locum diſpenſatio:quod tamen in alio ſenſu verum eſſe non poteſt,cum in legem naturalem, ex qua obligat votum, & iuramentum,non cadat niſi interpretatio.

*Reiicitur.* Hæc tamen opinio meritò reiicitur à Vazquez multos alios referente,diſp.178.à nu.6. & ab aliis communiter. Primò,quia ſi diſpēſatio ſolùm eſſet interpretatio legis,non ſolùm poſſet fieri à principibus,& Prælatis: ſed etiam, & interdum melius, ab aliis Doctoribus,ſi ſapientiores ſint:hoc autem eſt temerarium: ergo. Secundò, ſi diſpenſatio eſt declaratio legis in caſu dubio; poſtquàm ſuperior diſpenſauit cum aliquo in aliquo caſu, quiſque poterit in caſu omninò ſimili cum eodem, & cum cæteris, & ſecum diſpenſare: quod omninò eſt abſurdum. Item quiſque poterit dubitare de valore diſpenſationis, ſicut de veritate interpretationis:quod etiam eſt inconueniens. Tertiò,ſequeretur, ſummum Pontificem non aliter in ſua lege, quàm in iure diuino, & naturali diſpenſare; quia in his duobus ſolùm diſpenſat interpretando: conſequens eſt falſum: ergo. Minor patet: quia proptereà Doctores concedētes, Pontificem poſſe diſpenſare in propria lege, id negant de lege diuina tam naturali,quàm poſitiua,Turrecrem. 2. ſummæ cap.107.Maior 4.d.24.quęſt.12.Catherin. 6.contra Caiet.cap.2.Syluester verb. Papa, quæſt. 16.Sotus,1.iuſt.quæſt.7.art.3.Vazquez, diſp. 178. cap. 1. Ait etiam Sanchez illo, num. 1. aliquando diſpenſationem ſumi impropriè pro iuris declaratione (qualis reperitur in cap. quinta vallis, de iure iur.) vt bene animaduertit Speculator tit. de diſpenſatione, §. 1. ſeu diſpenſatio, paulò poſt princ.

5 *2. opinio Auctoris.* Dicendum ergo eſt, diſpenſationem legis propriè ſumptā,non ſupponere,quòd obligatio ceſſarit, ſed facere, vt ceſſet,eximendo aliquem à lege ſimpliciter, vel in tali caſu, aut tēpore, in quo lex obligaret, niſi ſuperior remitteret, & relaxaret obligationem legis:& eodem modo loquendū eſt de diſpenſatione voti. Hæc eſt communis & certa ſententia, quam docent Vazq. & Sanchez ſuprà, Scotus 3.d.37.qu.vn.§.ſed iſtæ expoſitiones, & ibi Gab.qu.vn.art.1.not.3.& d.38.qu.1.art. 5. corol.3. Durandus 1.diſt.47.qu.4.num.6.Sotus 1. iuſt. qu. 7.art.3 & lib.7.quæſt.4.art.1.Richardus 4. diſt.38. art.9.quæſt.1.& diſt.17.art.2. qu.7. ad 1. ſupplem. diſt.38.quæſt.1.art.5.corol.3.Viualdus append. ad 3.partem candelab.cap.12.num.2.cum Raynaldo, Hoſtien. & aliis, quos refert, & ſequitur ſumma confeſſorum lib.3.tit.29.quæſt.1.Angelus,Syluest. Tabienna,Sa,Roſella,& Armilla ver. diſpenſatio, Panorm.cap.fraternitatis de Schiſmaticis, Gloſſa, §.multorum,ſiue §.niſi rigor.1.quæſt.7. verbo, vt pleriſque ad cap.requiritis,quam citat, & ſequitur Nauar.prælud.9.ſummæ,nu. 11.& 13. Paulus Gryſaldus in deciſio.Cathol.verbo diſpēſatio,& Azor illo cap.15.in princip. Idem tenet Ledeſma 2.part. 4.quæſt. 5. art.7.& quæſt. 17. art. 3. Turrecrem.3. ſummæ,cap.55.& cap.requiritis 1.quęſt.7.Rebuffus in practica benefic.part.2.titul.de diſpenſatione,Couar.2.part.4.cap.6.§.9.nu.2.& 3. imò & ca. quamuis pactum,part.1.§.3.num.4.

*Prob.1.* Probatur primò: quia ſæpe diſpenſatur, cum certum eſt,obligationem non ceſſaſſe.

2\. Secundò, quia ita moraliter neceſſarium eſt ad bonam gubernationem hominum, vt dicitur in illo cap. requiritis, §. niſi rigor, & gloſſa ibi ver. pleriſque,& aliis capitibus ſequentib.1.quæſt.7.

Tertiò, quia res, ſeu obligatio per quaſcunque 3.
cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de regul. iuris in 6. Sed principes ſua voluntate ponunt obligationem legis humanæ:ergo illam tollere poſſunt, vel in totum, quod eſt abrogare,vel in parte, quod eſt derogare, & diſpenſare,vt dicūt Azor,& Sanchez ſuprà. *Per quaſcunque cauſas obligatio naſcitur,per eaſdem diſſoluitur.*

Confirmatur, quia lex non ceſſat in totum, quando eſt cauſa iuſta abrogandi eam,niſi legiſlator velit eam abrogare: ergo nec in parte, niſi legiſlator velit ei derogare, ſeu relaxare in aliquo eius obligationem,quod erit diſpenſare. *Confirm.*

Quartò, aliàs nunquam iuriſdictio eſſet neceſ- 4.
ſaria ad diſpēſationem, niſi fortè in caſu ita dubio de legis ceſſatione, vt nulla ratione probabili poſſet definiri: quia in cæteris caſibus interpretatio magis pendet ex doctrina, quàm ex iuriſdictione; niſi adiungatur poteſtas tollendi obligationem, etiamſi non ceſſauerit. Si autem nulla exiſtente ratione probabili, quòd ceſſauerit legis obligatio,Princeps poteſt efficere,vt lex non obliget;ergo etiam cum conſtiterit, non ceſſaſſe: ergo tunc poteſt diſpenſare. Confirmatur primò,aliàs,ſi poſt diſpenſationem legis conſtaret,obligationem eſſe in caſu illo,de quo anteà dubitabatur, diſpenſatio in poſterum nullius eſſet momenti: & eodem modo in votis argumentari licet. Confirmatur ſecundò: Nam ſi diſpenſatio eſſet idem,quod explicatio, poſtquàm ſemel ſuperior in aliquo caſu diſpenſauit, diſpenſatum cenſeretur in reliquis euidenter omninò ſimilibus,quia explicatio non poteſt eſſe vera in vno caſu, quin vera ſit in alio omninò ſimili:conſequens eſt abſurdum:ergo.

Quintò, aliàs Princeps non poſſet negare di- 5.
ſpenſationem,quia tenetur declarare veritatem.

Nec eſt veriſimile,D.Thomam fuiſſe in contraria ſententia. Nam loquens de voto in 4. diſt. 38. illam ſententiam reiicit, quæ diſpenſationem voti in interpretatione conſtituebat:docetque,obligationem voti poſſe per diſpenſationem auferri: ergo idem diceret in lege humana in præſenti: ergo generatim de diſpenſatione locutus eſt, vt relaxationem, & interpretationem includit, & ita non excluſit diſpenſationem propriè dictam, quæ eſt relaxatio,& fit iuriſdictione diſpenſantis.

Neque fundamentum alterius ſententiæ ſolidum eſt: quia poteſt ſubeſſe legitima cauſa, quæ per ſeipſam non auferat obligationem legis humanæ, ſit tamen ſufficiens ratio motiua,vt ſuperior illam auferat.

*Differentia inter diſpenſationem à voto & à lege.* Nota autem, vt attigit Vazquez ſuprà,Pontificem non eodem modo diſpenſare in voto, & in lege humana:in voto enim diſpenſat,vt pars quædam, nempe ex commiſſione Dei, & vice ipſius, qui eſt pars,cui homo per promiſſionem, ſeu votum ſe obligauit: Pontifex autem cedit iuri,quod Deo ex tali promiſſione acquiſitum eſt.In lege autem ſua diſpenſat,quia cùm poſſit directè obligationem tollere tanquam legiſlator;poteſt eam reſtringere, vt non extendat ſe ad talem perſonam ſimpliciter, vel in caſu, in quo aliàs obligaret: vt cùm concedit veſci ouis, & lacticiniis in quadrageſima iis,qui eleemoſynam dederint pro expeditione contra infideles.

In iuramento etiam diſpenſat Pontifex vice Dei cedens obligationi, qua homo tenetur Deo

ex vi

ex vi iuramenti promiſſorij. Sed quia communiter iuramentum fit homini,& inducit obligationem iuſtitiæ, & religionis ad bonum hominis, cui fit, cuius diſpenſator non eſt prælatus, non ita propriè, aut vſitatè dicitur Pontifex diſpenſare in iuramento, ſed illud relaxare.

1.Corol. Ex is infertur primò, quis ſit diſpẽſationis effectus: eſt enim auferre à particulari perſona ſimpliciter, vel in tali tempore, aut occaſione obligationem ad opus, vel omiſſionem, vel pœnam: vel auferre irritationem, aut inhabilitatẽ, quam lex ipſa efficiebat.

2.Corol. Secundò infertur, multum differre inter diſpenſationem,& permiſſionem.

*Permiſſio non tollit culpam.* Nam diſpenſatio ad agendum, vel omittendum, tollit culpam: permiſſio verò non aufert culpam; quia non aufert obligationem: & ideò etiam non tollit obligationem ad pœnam, ſed eius executionem diſſimulans, & non puniens delictum. Quamuis interdum latè talis permiſſio, & diſsimulatio, diſpenſatio appelletur, cap. diſpenſationis 1.quæſt.7.

3.Corol. Tertiò infertur, quomodò differant diſpenſatio.& abſolutio. Licet enim abſolutio alicuius ab obligatione legis, vel voti ſit propriè diſpenſatio; tamen in iure abſolutio ſimpliciter prolata, multum differt à diſpenſatione,&ad peccata, cenſuras, & alias pœnas, vt quædam ſententia abſoluens refertur: & non tollit obligationem legis, ſed interdùm exequitur, quod lex ordinat, vt attigit gloſſa ca.cupientes,§.cæterum, de electione in 6.ver. diſpenſatio,& Panorm.cap. tam literis veſtris, num. 3.de teſtibus. Quando enim abſolutio eſt à peccatis, non datur niſi ſuppoſita diſpoſitione pœnitentis: & poteſtate abſoluentis; tunc autem nulla lex per abſolutionem relaxatur; Sed impletur quod lex præcipit, ſcilicet contritum, & confeſſum abſolui. Idem eſt in cenſuris: quia cenſura de ſe non eſt pœna perpetua, vel ad definitum tempus; Sed donec à contumacia recedatur: quia eſt pæna medicinalis; & ideò petit, vt ablata contumacia, auferatur,& ita iura diſponũt: ergo ablatio illius nõ eſt diſpenſatio in lege: ſed legis executio. Diſpenſatione autem lex vulneratur, & reſtringitur. *Diſpenſatione lex vulneratur.*

4.Corol. Quartò infertur differentia inter diſpenſationem,& ſimplicem facultatem.

Nam per hanc interdum non aufertur obligatio legis: Sed conceditur licẽtia, quam lex ipſa petebat explicitè, vt lex aliqua rectè fieret, vel omitteretur. Vt ſi lex dicat: *nemo ſine licẽtia iudicis extrahat frumentum à ciuitate*: tunc iudex concedens licentiam, non dicitur in iure diſpenſare, ſed cõditionem apponere, ſine qua extractio frumenti eſſet contra ius. Similiter ſi Prælatus religionis licentiam concedat ad aliquid donandum, non dicetur diſpenſare in voto paupertatis: Sed conditionem apponere, ſine qua donatio contra votum paupertatis eſſet. Non enim poteſt Prælatus religioſus cum ſubdito in voto paupertatis diſpẽſare, quod nonnulli colligunt ex cap. cùm ad monaſterium de ſtatu regul. quia id eſſet de monacho facere non monachum: id quod ad ſummum poteſt Papa,& non alius. Similiter Epiſcopus poteſt dare licentiam ad ingrediendum monaſteria monialium ex legitima cauſa: non tamen id faciendo diſpenſat: ſed ſolùm adhibet conditionem, quam lex poſcit expreſſè, vt ingreſſus in monaſteria monialium illicitus,& contra legem ipſam non ſit.

A Quintò infertur, in quo differant diſpenſatio,& priuilegium. Thomas Sanchez to.3.de matrin.lib. 8. diſp.1.num.1.ait, differre quatenus priuilegium ſine cauſa concedi poteſt: diſpenſatio verò non. Adducit pro ſe Rebuffum in cõcordatis, in forma mandati apoſtolici, ſuper verbo, diſpenſationum, verſ. *iuſta diſpenſationis*, & Mandoſium in praxi ſignaturæ, ver. diſpenſationes, verſ. hìc quæri poſſet, & Emanuelem to.2.regularium, quæſt.46.art.2.ſed ſubiungit Sanchez, *At hoc cautè intelligendum eſt*: nam priuilegium cùm dicatur, quaſi lex priuata, ſi propriè ſumatur, eſt cõceſſio contra ius, ac proindè idem quod diſpenſatio, vt bene tradit Syl. verbo priuilegium, quæſt. 3. Qui bene ſubdit, ſumi aliquando largè pro conceſsione præter ius. Et in hac ſignificatione acceptum, differet à diſpenſatione modo explicato. Vt ſi Princeps concedat aliquid de iis, quæ ſibi competunt, vt poteſtatem diſpenſandi, legitimandi,&c. non erit propriè contra; Sed præter ius, ac ideò id priuilegium non exiget cauſam: At diſpenſatio ſemper exigit cauſam; vtpote, quæ ſemper eſt contra ius. Hæc Sanchez. Sed aduertè quòd ſi diſpenſatio in lege non ſit permanens; ſed tantùm ad vnum actum non eſt propriè priuilegium, quia non eſt lex priuata, cùm non maneat: ſi tamen diſpenſatio in lege ſit permanens, eſt priuilegium: non tamen omne priuilegium propriè dictum, eſt verè diſpenſatio: vt C quando eſt priuilegium, vt alij deinceps non poſſint, quod antea illi,& ipſe poterant, verbi gratia, quòd alij non poſsint talem librũ imprimere, vendere,&c. propriè eſt priuilegium, non tamen propriè diſpenſatio, quia non eſt iuris relaxatio: Sed in fauorem alicuius reſtrictio. *5.Corol. Diſcrimen inter diſpenſationem, & priuilegium.*

---

## SECTIO II.

### *Quotuplex ſit diſpenſatio, & quæ diſpenſationis ſint diuiſiones.*

D RESpondeo, multas eſſe diſpenſationis diuiſiones. Prima eſt ex parte materię, in diſpenſationem voti, iuramenti, & legis. De ſola hac ſecunda agimus in hoc tractatu,& ad eam reducuntur diſpenſationes in impedimentis matrimonij, in denuntiationibus, in beneficiis, in irregularitate,& aliis multis: de quibus in particulari non eſt hìc diſſerendum: ſed in genere. Nam in ſpecies ſuas alibi habent proprias ſedes. 7 *1.Diuiſio diſpenſationis.*

Secunda diuiſio eſt, quam attigit gloſſa cap.nos conſuetudinem diſt. 12. agens de diſpenſatione irregularitatis, in plenam, ſemiplenam, pleniorem, E & pleniſsimam: quam generatim duobus membris complecti poſſumus: vt ſcilicet, altera ſit totalis, plena, ſeu pura; altera verò partialis, non plena, ſeu mixta. Prior eſt quando per diſpenſationem tota obligatio legis, vel voti, omniſque eius effectus tollitur, ſeu nulla facta commutatione. Poſterior autem poteſt contingere duobus modis. Primus eſt, quando non tota obligatio remouetur à materia, in qua erat: ſed pars obligationis; vt ſi irregularis diſpenſetur tantum ad ordines minores, quæ diſpenſatio ab illa gloſſa appellatur ſemiplena; plena verò, ſi ad ordinem ſacrum excepto ſacerdotio: plenior verò, ſi etiam ad ſacerdotium excepto Epiſcopatu: pleniſsima verò, ſi etiam ad Epiſcopatum. Tamen in rigore ſemiplena ſolùm *2.Diuiſio. Plena. Semiplena.*



Digitized by Google

dicitur, qua diſpéſatur in medietate obligationis; A & ea, qua non remouetur tota obligatio, partialis, & non plena vocatur. Secundus modus, quo partialis ſeu non plena diſpenſatio dicitur: quando licet tota obligatio à materia, in qua antea erat, auferatur; tamen loco illius imponitur aliqua obligatio in alia materia, ſed minor, & tunc eſt diſpenſatio mixta cum commutatione: nam ſi obligatio eſt æqualis vel maior, eſt mera, & pura commutatio, nihil habens de diſpenſatione, & in voto quidem ſi commutatio ſit in maius, poteſt fieri ſine ſuperioris authoritate, & ſecundum probabilem quorundam opinionem in euidenter æquale. In legibus verò non poteſt fieri commutatio in quantumcunque melius, niſi authoritate legiſlatoris. Quia votum propria voluntate factum eſt, & perſe primò ſolùm reſpicit diuinum cultum, & B obſequium, eiuſque voluntatem; & quia certum eſt, quod melius eſt, magis ei placere: ſequitur, vt qui votum in melius commutat, ſatisfacere voto, & promiſsioni cenſeatur; quia Deus eo cultu, & obſequio contentus eſt, obligatio autem legis oritur à voluntate ſuperioris, qui ſæpiſsimè, & meritò non eſt contentus alio opere æquè, aut magis bono moraliter; & ideò nemini licet commutare opus lege præceptum in aliud æqualis, aut maioris bonitatis. Sed quid, ſi commutatio fieret in opus communi bono vtilius? videtur enim legiſlatorem fore rationabiliter inuitum, ſi illud non acceptet: cùm debeat attendere communi bono, ac C proinde ſubditum eo opere ſatisfacere communi bono.

*Votum per ſe primò ſolùm reſpicit cultum diuinum.*

Reſpondeo, quomodocunque legiſlator ſit inuitus, illicitam, & nullam eſſe talem commutationem abſque eius auctoritate; quia eſſet cõtra commune bonum, iudicio, & voluntati cuiuſque commiſſam eſſe eiuſmodi commutationem: ſæpe enim errarent homines; & putantes ſe communi bono proſpicere, aut ſaltem id fingentes communi bono nocerent. Deo autem ſemper ſcimus magis placere obſequium volũtariè oblatum, ſi euidenter maius eſt: ideò voti commutatio propria cuiuſque voluntate in euidenter melius fieri poteſt, vt omnes ferè docent tract. de voto.

8 Tertiò diuiditur diſpenſatio in expreſſam, & D tacitam. Expreſſa eſt, quando clarè, diſtinctè, ac formaliter cõceditur, & in iure nullam habet præſcriptam verborum formam: ſed illa ſufficit, quæ ex natura rei requiritur ad explicandum animum, & voluntatem diſpenſandi: in aliquibus autem caſibus poſtulatur à iure diſpenſatio in ſcriptis, & tunc erit neceſſaria ſcriptura, vel in foro exteriori tantùm, vt de diſpenſatione cõſtet: vel etiam in foro conſcientiæ, ſi lex apertè ponat hanc conditionem, vt omninò neceſſariam, & irritet actum aliter factum: & ad hoc ſunt expendenda verba legum, vt dictum eſt diſp. 16. de lege irritante. Reputatur autem diſpenſatio ſtricti iuris, cap. 1. §. 1. de filiis præsbyt. in 6. quia eſt iuris vulneratio, ideò E reſtringenda eſt, quantum in verborum proprietate potuerit, conſiderata qualitate cauſæ intentione diſpenſantis, & aliis circumſtantiis, iuxta dicta de priuilegiis iuri contrariis: de quo plura infrà, & videri poteſt Rebuffus in concordatis, in forma mandati Apoſtolici, verb. diſpenſationis, & Sanchez, 8. lib. de matrim. diſp. 1. num. 2.

*3. Diuiſio. Expreſſa.*

Tacita verò diſpenſatio contingit dupliciter: primò quando Prælatus, qui poteſt diſpenſare, & tenetur curam habere de bono animæ ſubditi, & de vitanda eius culpa, & obſeruatione legis, videt à tali ſubdito non ſeruari, & tacet: tunc enim conſentire, & diſpenſare videtur: quia non præſumitur agere contra officium ſuum: quod tamen faceret, ſi permitteret tranſgreſſionem legis ſine diſpenſatione. Hoc autem ſignum, vt aliqui recẽtiores aduertunt, valde incertum eſt: nam ſæpe illa eſt potius permiſſio, quæ interdum prouenit ex negligentia prælati, & humano timore, aut reſpectu, vel ex praua diſpoſitione ſubiecti, cui maius malum timetur, ſi corrigatur, aut impediatur, quàm ſi cum eo diſſimuletur: aut quia ex correctione, aut punitione maiora damna ſequi poſſint in cõmunitate: & in his caſibus taciturnitas ſuperioris non reddit tutum ſubditum: ſecus quando bona fide proceditur, & tam ſuperior quàm ſubditus ſunt timoratæ conſcientiæ, & ſuperior ſine vllo incommodo poſſet impedire legis tranſgreſſionem: eam tamen patitur, tunc enim diſpenſare præſumitur, & eſt tacita diſpenſatio, quæ expreſſæ æquiparatur.

*Tacita, & quatupliciter accidat.*

Hæc intelliguntur de tacita voluntate, aut ratihabitione præſenti, aut præterita. Sed quid de futura præſumpta, quæ tunc contingit, quando prælatus nihil ſcit de actione ſubditi: creditur tamen, quòd ſi ſciret, & conſuleretur, diſpenſaret. Aliqui dicunt & bene, non ſufficere ad diſpenſationem, nec tunc poſſe fieri contra verba legis, niſi talis ſit caſus, vt neceſſitas cogat, & cenſeatur locum habere epieiceia: quia quando obligatio legis per ſe non ceſſat ratione occurrentis occaſionis, vel neceſſitatis, durat, donec per voluntatem ſuperioris auferatur: per voluntatem autem præſumptam in futurũ non aufertur in præſenti obligatio: ergo nõ ſatis eſt ad operandum contra legem, quare communiter in materia de confeſſione dicitur, ratihabitionem de futuro non eſſe ſatis ad actus iuriſdictionis exercendos. Sicut è conuerſo præceptum præſumptum in futurum, quod ſuperior imponeret, ſi adeſſet, non inducit obligationem. Interdum verò lex non præcipit aliquid, niſi ſub conditione expreſſa, vel tacita, quòd non præſumatur oppoſitum eſſe de mente ſuperioris, vt cùm voueo paupertatem, promitto, nihil me daturum, niſi ex licentia expreſſa, vel præſumpta ſuperioris, & tunc præſumptio, ſeu ratihabitio de futuro ſufficit, vt non violem votum, ſed non eſt propriè diſpenſatio: quia tunc actio non eſt ſimpliciter prohibita, ſed ſolùm ne fiat ſine voluntate ſuperioris ſaltem præſumpta. Quando verò actio abſolutè eſt prohibita, non poterit licitè fieri, niſi accedat in præſenti voluntas ſuperioris prohibitionem auferẽs. Nec dici poteſt, in omni lege implicitè contineri conditionem, non fiat hoc, niſi præſumatur ſuperiori placiturum.

Secundus modus tacitæ diſpenſationis eſt, quãdo ſuperior ex certa ſcientia aliquid præcipit, vel concedit ſubdito, quod ſine diſpenſatione fieri, aut valere nequit: vt ſi Pontifex det beneficium alicui, quem ſcit eſſe irregularem, vel præcipiat comedere carnes die, quem ſcit eſſe prohibitum, Innoc. ca. veniens de fil. præsbyt. licet alibi videatur contrarium dicere, vt notat Panor. ca. cùm in cunctis, num. 23. de elect. & ca. diuerſis, de cleric. coniug. vbi noſtram ſententiam tenet cum Hoſtien. Eandem tenet Nauarr. præludio 9. num. 15. & ca. 25. nu. 74. Azor tom. 1. lib. 5. ca. 15. quæſt. 10. & vlt.

Digitized by Google

& vlt. Armill. diſpenſatio, num. 23. Aymon con- A ſil. 98. num. 10. Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 4. nu. 2. dicens, eſſe concordem omnium ſententiam: quam latè explicat, & declarat numeris ſequentibus: & num. 13. ait, non ſolùm eſſe veram, in ſupremo Principe, ſed etiam in inferiori reſpectu propriarum legum, vt docent Nauarr. & Azor locis citatis. Hæc ſententia, quæ apertè colligitur ex l. quidem 57. ff. de re iudic. ibi, *Princeps enim qui illi dignitatem dedit, omnia gerere decreuit.* Idem in l. Barbatius, ff. de offic. prætoris, quos textus ponderat Sanchez ſuprà, num. 2. Ratio eſt, quia Princeps non præſumitur præcipere, aut velle repugnantia, vel iniquitatem, vel actum inualidum: ergo intel- B ligitur præcipiendo, aut concedendo tollere impedimentum. Dixi, *ex certa ſcientia*, quia ſi ignorat irregularitatem, vel aliud ſimile impedimentum, ceſſat voluntas ratione ignorantiæ, & ideò etiam ceſſat diſpenſatio.

9 Addit Panorm. limitationem, iuxta quam explicat Innocentium, ſcilicet vt hoc habeat locum in Principe diſpenſante in propria lege, vel anteceſſorum: non verò in eo, qui diſpenſat in lege ſuperioris. Idem tenent Azor, Armilla & Nauarrus locis citatis. Ratio eorum eſt, quoniam, vt licita, & valida ſit diſpenſatio in lege ſuperioris, requiritur, vt diſpenſans procedat cum cauſæ iuſtæ co- C gnitione: vt cum Archidiacono, Innocentio, & Panormitano docet Syluester ver. diſpenſatio. qu. 15. Quidam tamen recentiorum hìc dicit, *Veruntamen hic conſideramus alias conditiones neceſſarias, vt ſit valida diſpẽſatio. Sed ſolùm ſignum indicatiuum voluntatis diſpenſantis. Hoc ergo nunc aſſero, illud ſignum eſſe ſufficiens etiam in inferiori habente poteſtatem diſpenſandi: vnde, ſi aliàs conſtet, id feciſſe ex rationabili cauſa, valida cenſebitur diſpenſatio in foro conſcientiæ, imò, vt exiſtimo, in externo, ſi in illo cauſa probetur, vt ſi prælatus religionis det literas ad ordines religioſo, quem ſcit eſſe irregularem: & cum quo poteſt diſpenſare, diſpẽſat cum illo, licet diſpenſationem aliter non exprimat: quod tenuit Angelus diſpenſatio, nu. 12. Medina 1. part.* D *ſummæ cap. 11. num. 12. Ludouicus Lopez in inſtructo. conſcien. part. 1. cap. 4. & ratio eſt: quia eadem ſignificatio voluntatis eſt in inferiori prælato: nec de illo præſumendum eſt, iniquum, vel inualidum aliquid præcipere, aut velle, quando in manu eius eſt tollere impedimentum, & ius commune, non limitat hunc modum diſpenſandi ad ſuperiorem, nec reſiſtit inferiori.* Hæc ille, ſed diminutè: quia non explicat, an, & quando valida ſit diſpenſatio inferioris in lege ſuperioris ſine cognitione cauſæ. In qua re auctores primæ opinionis aſſerere videntur, numquam valere: hic verò Neothericus cum Angelo, Medina & Lopez aſſerere videtur, in illo caſu de clerico irregulari, E vel etiam in aliis validam eſſe diſpenſationem ſine cognitione cauſæ: quod Sectione 9. diſputabimus, & ſi in hoc caſu, vel aliis verum eſt, in illis tacita diſpenſatio valida erit, ſicut expreſſa: quia eadem eſt ratio de vtraque. Et ita cum multis tenet Sanchez, 8. de matrim. diſp. 4. à nu. 15. rem diſputans, vt latiùs referemus, Sect. 9. Aduerte tamen, diſpenſationem à nonnullis ſic definiri: *Eſt iuris relaxatio facta cum cognitione cauſæ ab eo, qui poteſt relaxare,* Gloſ. c. requiritis §. niſi rigor, verb. plerique 11. qu. 7. Innoc. cap. dilectus, num. 4. de temp. ordin. Ioan. And. ibi num. 6. Anton. num. 10. Panorm. num. 5. in fine, Card. num. 2. quæſt. 2. Bellamera, num. 5. qu. 2. Archid. cap. licet canon, nu. 2. de elect. in 6. Panor. ca. 2. nu. 4. de Schiſmat. & ibi Anan. nu. 3. Imola, l. quidam conſulebat, num. 8. ff. de re iudic. Nauarr. ſum. prælud. 9. num. 15. Graffis 1. part. deciſionum lib. 2. ca. 31. num. 1. Eman. tom. 2. regul. quæſt. 46. artic. 11.

*Diſpenſans in lege ſuperioris debet procedere cum iuſta cauſa cognitione.*

Rectè tamen ait Sanchez, lib. 8. diſp. 1. num. 2. hac definitione non præciſam diſpenſationis naturam explicari: ſed etiam requiſitam, vt licitè fiat, nam ſi diſpenſator in ſua lege diſpenſet abſque cauſæ cognitione, vera eſt diſpenſatio, non tamen licita, niſi ſaltem extra iudicium cognoſcat, cauſam ſubeſſe iuſtam: illa verò particula, ab habente poteſtatem facta, explicat cauſam efficientem, ſed neceſſaria definitioni non eſt.

Quartò diuiditur diſpenſatio valida in licitam, 10
& illicitam. Inualida autem omnis, illicita eſt per ſe loquendo, & ſecluſa ignorantia: quia efficere ſimilem actum inualidum, intrinſecè inordinatum eſt. Aliquam verò diſpenſationem poſſe eſſe validam & illicitam, in progreſſu videbimus: & ſimiliter quando ſit inualida. Hìc tantùm dicimus in genere, diſpenſationem poſſe eſſe nullã ex defectu poteſtatis, & voluntatis & expreſſionis. Vltimum probatur; quia inter homines volũtas exterius non manifeſtata, nihil operatur. Quoniã verò ignorantia facit non voluntarium, aut inuolũtarium, nulla erit diſpenſatio, ſi per deceptionem, aut ſurreptionem obtenta fuerit, ca. 2. de filiis præsby. in 6. quæ autem expreſſio falſi, vel occultatio veri reddat diſpenſationem ſurreptitiam, & nullam, inferius diſcutiemus. Si diſpenſatio per vim, vel metum grauem extorta ſit, nulla eſt etiam iure naturæ, vt patet ex dictis, tom. 1. tract. 3. de voluntario & inuoluntario: & de abſolutione à cẽſura, ſi metu fiat, inualidam eſſe, docuit Suarez 3. part. tom. 5. diſp. 23. Sect. 4. num. 11. Idem eſt ſi diſpenſatio non habeat deliberationem, quæ ad peccatum mortale ſufficiat.

*4. Diuiſio.*

*Ignorãtia facit non voluntarium.*

Quintò diuiditur diſpenſatio à Viualdo ap- 11
pendice ad 3. part. candelab. capit. 12. numer. 3. in debitam, prohibitam, & permiſſam. Debita eſt, quando ſcandalum timetur, ſi non concedatur, capit. conſtitueretur 50. diſt. vel quando tempus, perſonæ qualitas, vtilitas, vel neceſſitas, vel pietas eam poſtulat. De ſingulis ponuntur exempla, §. niſi rigor. 1. quæſt. 7. cum ſeq. Prohibita eſt, quæ non poteſt fieri ſine manifeſta Eccleſiæ decoloratione, vel ad quam non eſt iuſta cauſa, ca. tali, ca. ſi illa 1. qu. 7. ca. innotuit §. multa, de electio. Permiſſa eſt, quæ habet cauſam, & fieri ſine incommodis poteſt, licet non ſit debita, vt in cap. ſiquis præsbyter, 50. diſt. Vide Hoſtienſem Raymundum, & alios, quos ſequitur ſumma confeſſorum, lib. 3. tit. 29. quæſt. 10. vide etiam, quæ Sect. 7. dicemus.

*5. Diuiſio.* *Debita.* *Prohibita.* *Permiſſa.*

## SECTIO III.

*Quis poſſit in lege humana diſpenſare.*

CErtum eſt, Pontificem in iure cano- 12
nico diſpenſare poſſe, cap. propoſuit de conceſſ. præbend. Idem poſſunt Principes alij in propriis legib. Hìc tamen multæ ſe offerũt difficultates. Prima, an aliquis poſſit diſpẽſare in iure gentium: quod eſſe poſitiuum, & humanum ſuperius diximus. Molina tractatu 1. de iuſt. diſp. 5. inquirens

*1. Difficultas.*

an ius gentium diſpenſari, vel abrogari poſsit: Reſpondet. *Cùm ſit ius hominum voluntate introductum, cadere poſſe proculdubio in illud diſpenſationem, & abrogationem ſaltem in parte, vt patet: quoniam Chriſtiani capti à Chriſtianis in bello iuſto, mancipia non fiunt: & inter religioſos poſſidentur bona in communi. In totum autem vix abrogari poſſet, quod ad ius gentium pertineret. Ratio eſt, quoniã ad id neceſſarius eſſet communis conſenſus omnium, aut ferè omnium nationum: qui difficile haberi poteſt. Atque, quod ad rerum diuiſionem attinet, ſi prorſus tolleretur, tot inde orirentur mala, vt procul dubio culpa eſſet lethalis eam omninò tollere: ſi tamen tolleretur, non dubito, quin factum teneret. Ratio eſt, quoniam quemadmodum humana voluntas ſufficiens cauſa fuit ad rerum diuiſionem inducendam: ſic quoque ſufficiens videtur ad illam tollendam.* Hæc Molina, & bene quantum ad rem ipſam, quidquid ſit de illis exemplis, in quibus ego nullam agnoſco diſpenſationem, vel abrogationem iuris gentium: nam ius gentium non præcepit, vt omnes capti bello mancipia eſſent: ſed vt mãcipia fieri poſſent, ſi id permitterent ſuperiores capientium: cum igitur ſuperiores capientium id non permittunt, vt inter Chriſtianos, Papa id prohibente, & impediente, nihil ſit contra ius gentium, neque in ipſo diſpenſatur. Similiter ius gentium non præcepit, vt omnes haberent proprium; ſed diuiſionem rerum fecit, nulli adimens facultatem ſpoliandi ſe rebus propriis: quòd ergo religioſi in commune viuant, & proprium non habent, non eſt cõtra ius gentium, nec ex diſpenſatione in illo fit, ſed ex facultate, quam ius gentium nulli vnquam abſtulit. Sicut tamen ex tacito, vel expreſſo conſenſu omnium gẽtium, quædam præcepta introducta ſunt: ita ex earum conſenſu poſſent abrogari, derogari, & diſpenſari. Pontifex etiam, ſi expediret ad bonum ſpirituale animarum, poſſet Chriſtianos omnes, vel aliquos à iure aliquo gentium eximere, ac proinde illud abrogare, & diſpenſare. Habet enim poteſtatem indirectam in omnes baptiſatos quantum ad omne ius humanum, quod ipſos aſtringit: & à fortiori poſſet Papa in ordine ad bonum ſpirituale cõmune diſpenſare in lege cuiuſcũque Principis ſæcularis, cum ad illud eſſet valde neceſſaria, vt dicunt aliqui recentiores: ſicut ſupra diximus, Põtificem poſſe in ſimili euentu ſæcularem legem abrogare. Non tamen poſſet Princeps temporalis in ordine ad temporalia Eccleſiaſticam legem abrogare, vel in ea diſpenſare: quia naturalia ſpiritualibus ſubduntur: non econtra. Sed de diſpenſatione in iure gentium alia dixi diſput. 2. ſectio. 3. ad finem.

*In ius gentiũ cadit diſpenſatio.*

*Summus Põtifex habet poteſtatem indirectam in omnes baptiſatos.*

13 Secunda difficultas eſt, an Princeps poſſit in ſua lege cum ſubdito nolente diſpenſare. Reſpondeo, licet lex imponi ſoleat etiam nolentibus: diſpenſatio tamen concedi non ſolet niſi volenti, imò & petenti. Nam ſuperior ex officio ſuo non ſolet ius imminuere: ſed ad iuſtam inſtantiam alicuius. Tamen poteſt ſaltem ex iuſta cauſa cum ſubdito etiã nolente, & repugnante diſpenſare, ita vt diſpenſatio ſit valida: & interdum poterit ſubditum obligare, & cogere ad vtendum diſpenſatione, verbi gratia, ad non ieiunandum in quadrageſima, &c.

*2. difficultas.*

*Diſpenſatio non conceditur, niſi volenti, & petenti.*

14 Tertia difficultas eſt, An poſsit aliquis ſecum diſpenſare. Ratio dubitandi eſt, quia diſpenſare eſt actus iuriſdictionis: ſicut ſine iuriſdictione non poteſt poni lex: ita nec tolli omninò, aut ex parte, ſeu abrogari, derogari, aut diſpenſari: oppoſitorum enim eadem eſt ratio proportionalis. Sed nemo poteſt in ſe iuriſdictionem exercere: ergo nec ſecum diſpenſare. Nihilominus vera, & communis ſententia eſt, quòd ſuperior poteſt aliquando ſecũ diſpenſare, D. Thomas 2.2. quæſt. 185. art. 8. Caiet. 1.2. quæſt. 96. art. 5. Cordub. lib. 3. quæſt. 31. & alij in ſequentibus citandi. Quod ſaltem eſt verum de diſpenſatione in lege maioris prælati, quando poteſt in ea diſpenſare cũ aliis, & pro ſe ipſo non eſt recurſus ad illum. Dicunt verò aliqui, quando quis ſecum diſpenſat neceſſe eſſe, vt vices ſuas alicui committat, qui cum illo proximè diſpenſet: quia nemo in cauſa ſua eſt bonus iudex, & quia exercitium iuriſdictionis, perſonarum diſtinctionem poſtulat. Sed hoc congruitatis eſt, non neceſſitatis: quia diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ ei, cum quo diſpenſatur: & quia poteſtas delegata tota pẽdet à delegante: ergo ſi Papa concedit Epiſcopo, vt ſecum diſpenſet in lege Pontificia, ſicuti & cum aliis: rectè id poterit efficere, & iuriſdictionem delegatam in ſe exercere. An verò quoties poteſt ſuperior in lege maioris diſpenſare cum aliis, poſsit ſecum diſpenſare: & an propriè in propria lege ſecum quiſque diſpenſare poſſit, inferius diſcutietur.

*3. Difficultas.*

15 Quarta difficultas eſt, quotuplex ſit poteſtas diſpenſandi. Reſpondeo, eſſe duplicem: ordinariam ſcilicet, & delegatam: & hæc manat ab illa, in qua quidem aliquando ſiſtendum eſt, ne procedatur in infinitum: Non dico, quòd in omni ordinaria ſiſtatur: hoc enim verum non eſt, quia vna ordinaria interdum manat ab alia ordinaria: Sed dico, quòd tandem in aliqua ordinaria ſiſtendum eſt, nempe in ordinaria ſupremi principis, ſeu legiſlatoris, qui à nullo accipit iuriſdictionem. Ordinaria autem generatim eſt, quæ competit alicui ratione officij, ſiue ab alio accepta ſit, ſiue nõ. Hæc delegari, & committi poteſt: non enim poſtulat ex ſua intrinſeca ratione, vt ſuperior per ſe ipſum illam exerceat, niſi ſpeciali iure in aliqua perſona, vel dignitate aliud cautum ſit.

*4. Difficultas. Duplex poteſtas diſpenſandi.*

16 Hinc ſequitur, eum, qui legem tulit, poſſe in ipſa diſpenſare; quia legis obligatio ab eius ordinaria poteſtate dependet: vnde per eam auferri, & reſtringi poteſt. Idem eſt de ſuperiore ipſius in iuriſdictione: quia quidquid ipſe poteſt, poteſt ſuperior formaliter ſumptus, ſeu in eo, in quo ſuperior eſt. Sic poteſt Papa diſpenſare in legibus Epiſcopi, & aliorum prælatorum: quia inferior poteſtas non obligat, niſi cum ſubordinatione ad ſuperiorem, & cum dependentia à ſuperiore. Idem eſt de æquali in eadem ſede, & iuriſdictione: qualis eſt ſucceſſor: quia moraliter loquendo idem cenſetur. Sic Pontifex diſpenſare poteſt in toto iure canonico: quia ipſe eſt æqualis ſuis anteceſſoribus, imò & Concilio includẽti etiam ipſum Pontificem: maior verò Concilio ſolo, & ſine Pontifice ſumpto. Ita docet Couar. 2. part. 4. cap. 6. §. 9. nu. 6. Turrecrem. 3. ſummæ, cap. 52. & 53. Vazquez diſp. 178. cap. 2. num. 15. Viualdus append. ad candelab. cap. 12. à num. 17. Victo. relect. de poteſt. Papæ num. 4. & ſeqq. Gloſſa, cap. vbi periculum de elect. in 6. Panorm. cap. ſignificaſti, de electione, & alij multi, quos referunt, & ſequuntur Vazquez ſupra, Azor to. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 5. Qui cum aliis meritò carpit Victoriam ſupra, prop. 12. affirmantem, poſſe fieri legem à Concilio, qua ſub mortali obligetur Pontifex ad non diſpenſandum vlla

*Legiſlator in legibus proprus, æqualiũ, & inferiorum diſpenſare poteſt.*

*Papa in quibus diſpenſat.*

Digitized by Google

A vlla ex cauſa. Nam Cōcilium nullam poteſt legem condere,qua Papæ auferat poteſtatem diſpenſandi validè in illa,etiā ſine cauſa,aut licitè , cum affuerit cauſa, quæ in omni lege poſitiua contingere poteſt. Neque poteſt definire Concilium,nullam talem cauſam contingere poſſe. Et eſto definiret, & eſſet verum;tamen tunc non lege Concilij : ſed diuina ligaretur : vide Viualdum append. ad Candelab. cap. 12.num. 20.& Cordubam,lib.4.quæſt. 8.qui tamen nimis fauet Victoriæ.

Addit Cordub. lib.8.quæſt. 8. & 9. etiam illos, qui dixerunt, Concilium eſſe ſupra Papam, non fuiſſe auſos negare, Papam poſſe in legibus Concilij diſpenſare: quia videlicet,cùm Concilia non B ſemper exiſtāt, expedit ad bonam gubernationem Eccleſiæ, vt in eorum legibus Pontifex diſpenſare valeat,qui ſemper moraliter adeſt.Et ita in ea ſententia eſſe dicendum,ait Victo.ſupra,prop.14. Sed negat,in ea opinione poſſe irritare omnem legem Concilij, quia in re non loqui conſequenter, ait Corduba illā,quęſt.9. Addimus,& nos,Pontificem poſſe diſpenſare in quacunque lege Apoſtolica humana. Vt optimè docet D. Tho.quodlib.4. art. 13.Victo. relect. de poteſt Papæ,Couarruuias cum multis, quos refert 2. part. 4. cap. 6. §. 9. num.6. Nam, vt ait Molina tract.1.iuſt. diſp.5. in princip. ius poſitiuūm diuinum eſt, quod à Deo in ſe,vel humanitate ſua de iis, quæ ad naturale ius non ſpectant,latū eſt; idque ſine miniſterio angeli,ſiue C alicuius alterius ſuorū ſeruorū,vt Moyſis,vel Apoſtolorum condiderit.Ius verò humanum ſunt reliqua præcepta, quæ homines tulerunt accepta à Deo poteſtate pro miniſterio, & dignitate cuiuſque ad leges condendas.Vnde colligitur,pręcepta, quæ Apoſtoli, quatenus paſtores, & rectores Eccleſiæ tulerunt,ad ius humanum pertinere.Cuiuſmodi ſūt pręcepta de ieiunio quadrageſimę,de obſeruatione diei Dominicæ, de bigamo nō ordinādo,de quo 1.Tim.3. & alia huiuſmodi.In his ergo pręceptis Apoſtolorū Papa diſpenſare poteſt,quia poteſt in omni iure Eccleſiaſtico: & quāuis Apoſtoli in aliis prærogatiuis & gratiis fuerint excellentiores: tamē in poteſtate iuriſdictionis Pōtifex non eſt inferior illis,etiā Petro,cuius eſt ſucceſſor.

*Pontifex poteſt diſpenſare in omni lege humana Apoſtolica.*

D Proportionaliter loquendū eſt de aliis Epiſcopis reſpectu ſuarum diœceſum,& legum.

17 Quinta difficultas eſt, quot modis poteſtas iuriſdictionis ad diſpenſandum delegatur. Reſpondent aliqui, duobus modis poſſe hanc iuriſdictioni de legari,ſcilicet à iure, & ab homine:& quando fit priori modo, iuriſdictionē delegatam tranſire in ordinariam, præcipuè ſi commiſſio ſit perpetua,& ſimpliciter; vel certè æquiparati ordinariæ,iuxta l. 1.ff.de eo,cui commiſſa eſt iuriſdictio, & ea quæ tradunt doct.rubrica de officio delegati. Delegatio, quæ fit ab homine, dupliciter etiam contingit.Primò,per modum priuilegij,aut gratię E ſpecialis. Secundò per modum propriæ, & rigidæ delegationis: quod fit, quando iuriſdictio ſimpliciter committitur, & in ea includitur poteſtas diſpenſandi.

*5. Difficultas. Delegatio duplex.*

Quando eſt pura delegatio,& commiſſio iuriſdictionis, mortuo vel amoto delegante, ſi res ſit integra, ceſſat etiam poteſtas diſpenſandi in delegato, iuxta generale principium, cap. gratum, & cap.relatum de offic.delegati. Quando verò conceditur per modum priuilegii, ſi abſolutè, & ſine limitatione conceſſa eſt, durat etiam mortuo delegante, iuxta ſuperius dicta de priuilegiis, & regulam generalem, *quòd gratia non ſpirat per mortem concedentis*, quæ eſt regula 16. de regul. iuris in 6. & cap. ſi cui, de præben. in 6. & in particulari de diſpenſatione cap. tua de filiis præsbyt. eſtque communis ſententia,de quo Syluester diſpenſatio quæſt.6.Angelus,num.14.Nauar.commentario de Iubilæo not.21. num.25.& in apologia de reditib. quæſt.3.monito 8. num.2. ſed non eſt facile intellectu, quādo poteſtas diſpenſandi dicitur per modum puræ delegationis, vel priuilegij, & ſuperius explicuimus particulas illas, *vſque ad bene placitum noſtrum*, vel *noſtræ ſedis*; de quibus Couarru.3. variar.cap.15.

*Poteſtas diſpēſandi,quādo expiret.*

Sexta difficultas, an reſcriptum concedēns facultatem diſpenſandi amplè interpretandum ſit. 18
Reſpondeo, quamuis ipſa diſpenſatio cenſeatur odioſa, & ſtricti iuris, vt poſteà dicemus: tamen poteſtas diſpenſandi fauorabilis eſt, ideò amplè interpretanda,ſalua verborum proprietate: vt docet Panorm.cap. at ſi clerici,§.de adulteriis num.6. de iudic. eſtque communis ſententia,cuius auctores citat, & ſequitur Sanchez lib. 8. de matrim. diſp.2.num.1. Cuius ratio eſt,quia poteſtas diſpenſandi nulli legi repugnat;& per ſe eſt vtilis ad commune bonum, ſi vſus eius prudens, & moderatus ſit:ergo meritò inter fauores, & non inter odia recenſetur.

*6. Difficultas.*

Septima difficultas eſt, an inferior regulariter, 19
& ordinariè,ſeu ex vi ſui muneris poſſit diſpenſare in legibus ſuperioris,verbi gratia, Epiſcopus in legibus Pontificiis: niſi expreſsè ſit prohibitum generatim, vel in ordine ad aliquam peculiarem legem.

*7. Difficultas.*

Quidam affirmant,& poteſt ſumi ex D.Thoma quæſt.97. art.4. quatenus ſimpliciter dicit, *Rectorem multitudinis poſſe diſpenſare in legibus*. Expreſsè id affirmat Anton.1.part.tit.17.§.20.Sotus 4.d.27. quæſt.1. art.4. Indicat Victor. relect. de poteſtate Eccleſ.num.28.vbi hanc regulam conſtituit: *Vnuſquiſque Epiſcopus in ſua diœceſi poteſt, quidquid poteſt Papa in vniuerſa Eccleſia, niſi ab ipſo Pontifice prohibeatur*: quam regulam multi canoniſtæ ſequi videntur dicto cap.at ſi clerici §.de adulteriis, tit.de iudiciis, vt videre licet ibi per Felinum, & alios: eandem regulam tradit Sanchez 1. de matrim. diſp.61.num.3.pro ea referens Abulenſem, Victoriam,Sotum, Gambaram, Theſaurum Chriſtianæ religionis,Nicolaum de Cuſa, Veracrucium, Didacum Perez,Henriquez, Aragon, Maiolum Hugonem: & probans, quia Epiſcopus eſt paſtor ordinarius in ſua diœceſi, ſicut Pontifex in toto orbe,licet ſit ipſi ſubiectus:ergo in iis,in quibus Pōtifex non limitat eius iuriſdictionem, habet poteſtatem ordinariam: & ſic poteſt diſpenſare in omnibus caſibus non reſeruatis Papæ: ſicut confeſſor ordinarius poteſt abſoluere ab omnibus peccatis non reſeruatis Papę,aut Epiſcopo.Suadetur etiam hæc ſententia ex cap.nuper de ſent.excom.in 6.

Vbi eo ipſo, quòd Papa ſibi non reſeruat abſolutionem excommunicationis, poteſt inferior prælatus ab ea abſoluere: ergo ſimiliter eo ipſo, quòd non reſeruat ſibi diſpenſationem, poteſtatem diſpenſandi concedere videtur.Secundò,grauius eſt diſpenſarę in votis,quàm in legibus, quia hæ ſunt merè humanæ: vota verò obligant iure diuino naturali:ſed Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus votis non reſeruatis ſuperiori:ergo, &c.

*1. Arg.* *2. Arg.*



Digitized by Google

*3. Arg.* Tertiò, quia in legibus feſtorum, & ieiuniorum diſpenſat Epiſcopus, eò quòd illi prohibitum non eſt: ergo idem eſt in aliis legibus Pontificiis, in quibus diſpenſatio non fuerit illi prohibita. *4. Arg.* Quartò, quia diſpenſatio in his legibus eſt moraliter neceſſaria ad bonam populi gubernationem: ergo cùm hæc gubernatio committitur, conſequenter datur hæc poteſtas, niſi peculiariter excipiatur.

20 *Vera opinio.* Tenendum tamen eſt, Epiſcopum, aut alium prælatum inferiorem non poſſe diſpenſare in legibus Papæ, aut ſuperioris, niſi in caſibus ipſi conceſſis ab eo, qui legem tulit, vel eſt legiſlatori æqualis, aut ſuperior: ita tenet Sotus 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. Sylueſt. diſpenſatio quæſt. 9. num. 14. Caietanus quæſt. 97. art. 4. colligens ex D. Thoma ibidem ad 3. Valentia 1.2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 9. & alij recentiores Theologi in præſenti tractatu, Gloſ. ca. cum ſingula, §. vltimo, vbi communis, de præbend. in 6. Innoc. ca. dilectus, de temp. ordinat. num. 2. & 3. & ca. 2. de eo, qui furtiuè ordines ſuſcepit, Panorm. ca. tam literis, num. 3. de teſtibus, & dicto §. de adulteriis, nu. 13. Rebuffus referēs alios, in practic. part. 1. titul. de tranſlat. Monach. num. 9. Azor tom. 1. lib. 5. ca. 15. quæſt. 7. Sanchez multis relatis 8. de matrim. diſp. 5. num. 1. & latiùs lib. 2. diſp. 40. num. 1. vbi ait, eſſe opinionem omnium, præſertim Archidiaconi, cap. licet canon, de electione in 6. Panorm. cap. cùm dilecti, num. 10. de electio. communis, ca. at ſi cleric. §. fin. de iudic. vbi Felin. num. 5. Rebuf. tract. nominationum, quæſt. 5. nu. 31. Couar. 4. decretalium part. 2. ca. 6. in prin. num. 15. & §. 10. num. 11. Gutier. 1. quæſtionum canonic. ca. 5. num. 10.

*Inferior non poteſt tollere legem ſuperiorum.* Probatur primò ex Clem. ne Romani, de elect. vbi dicitur, inferiorem non poſſe tollere legem ſuperioris, & ſtatim explicatur, abrogãdo, diſpenſando, &c. Idem ſumitur ex ca. inferior, de maiorit. & obed. ca. inferior, 21. dict. ca. ſunt quidam, & c. ideò, 21. qu. 1. & ex l. 1. C. de legibus, ca. dilectus, de temp. ordina. Et ratio eſt, quia inferior non poteſt irritare, vel impedire diſpoſitionem ſuperioris, ipſo inuito, aut non conſentiente: ergo, vt poſſit diſpenſare, non ſufficit non prohibitio ſpecialis, ſed requiritur poſitiua conceſsio tacita, vel expreſſa. Antecedens probatur, quia recta gubernatio petit, vt ſuperioris diſpoſitio præualeat, niſi ipſe cedere velit poſitiua cõceſsione, & conſenſu. Confirmatur, quia diſpēſatio eſt actus iuriſdictionis: ſed inferior non habet iuriſdictionem in legem ſuperioris, vel in ſuos ſubditos, vt ſunt ſub lege ſuperioris: ergo non poteſt cum illis in lege ſuperioris diſpenſare. Si dicas, hanc facultatem concedi eo ipſo quòd officium datur. Hoc nullum habet fundamentum. Nam hæc implicita conceſſio non eſt ex natura rei annexa officio: quia illud officium abſolutè eſt inferius, & ſubordinatum ſuperiori: inferior autem poteſtas ex natura rei non includit ſuperiorem, nec virtutem ad repugnãdum legi ſuperioris. Nec habet in iure poſitiuo fundamentum: quia potius generales regulæ iuris ſunt in contrarium, vt conſtat ex citatis: & ideò quando iura volunt hanc poteſtatem concedere inferiori, id declarant, vt videbimus: & in nonnullis religionibus, vbi ſuperiores poſſunt in conſtitutionibus, vel regulis diſpenſare, id declarãt ipſæ conſtitutiones: & multæ irregularitates, ſuſpenſiones, &c. non poſſunt ab Epiſcopis diſpenſari, iuxta receptam doctrinam, de quibus non inuenitur prohibitio, ſed tantùm non conceſſio. Et axioma illud aduerſariorum, *Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu poteſt quidquid Papa in Eccleſia, niſi prohibeatur,* nullo iure nititur, & in rigore eſt falſum, niſi multis modis limitetur. Nam in primis ſupponit, Epiſcopos habere ex iure diuino abſolutam, & vniuerſalem poteſtatem iuriſdictionis intra ſuas diœceſes; limitabilem tamen à Pontifice, ad quem etiam ſpectat gradum, & modũ illius iuriſdictionis definire: cùm tamen alij multi opinentur, habere illam iuriſdictionem à ſummo Pontifice, deinde multa ſunt, quæ poteſt Papa in Eccleſia vniuerſa, quæ numquam potuerunt Epiſcopi, ſaltem eo modo, quo Pontifex, vt committere præſbytero miniſterium ſacramenti confirmationis, vel ordinandi ſaltem minoribus ordinibus, diſpēſare in matrimonio rato non conſummato, vel in voto ſolenni, concedere indulgentias abſolutè pro viuis, & defunctis vſque ad plenariam remiſsionem, inſtituere cenſuras, approbare religiones, canonizare ſanctos eo modo, quo à Pontifice fit. Denique, ſi in aliquo caſu id tolerari poſſet, ſolùm eſſet quoad ea, quæ concernunt ordinariam gubernationem moraliter neceſſariam, vel conuenientem ad ſalutem animarum; & conſiderando poteſtatem Epiſcopi, priuſquam Pontifex aliquid ſtatuat. Sic enim intelligitur quilibet Epiſcopus habere in ſua diœceſi totam poteſtatem, quæ ex vi muneris conceditur, & vt ſic non habet vnde limitetur. Poſtquàm verò Pontifex aliquid particulare præſcribit, eo ipſo excipit illud ab ordinaria iuriſdictione inferioris, & ideò niſi aliunde ei concedatur poteſtas diſpenſandi, non habet illam ex vi officij. Itaque lex ipſa eo ipſo, quòd ſuperioris, ſuam habet prohibitionem diſpenſandi reſpectu inferioris prælati, vt nullus audeat in eam mittere falcem, niſi ei concedatur.

Ad primum argumentum ex cap. nuper, reſpondeo, non eſſe eandem rationem de abſolutione à cenſuris, & de diſpenſatione in legibus. Nam abſolutio à cenſuris non eſt contrà, aut præter legem ſuperioris; ſed ſecundùm illam: canones enim inſtituerunt cenſuras, vt homines corrigerentur, vnde qui iam ſunt correcti, non poſſunt cenſuris puniri, ſicut aliis pœnis: & ſi poſt cenſuras inflictas corrigantur, debent ſtatim abſolui à parocho, niſi abſolutio ſit reſeruata ſuperiori. Ideò nihil mirum ſi cum officio concedatur, poſſe ab inferiori dari abſolutionem, quando non reſeruatur. Diſpenſatio verò eſt contra legem, vnde cap. cùm illorum de ſentent. excom. difficilior cenſetur diſpenſatio, quàm abſolutio. Præterea abſolutio à cenſura, præſertim excommunicatione, ordinatur ad bonum animæ, & eſt neceſſaria ad vſum ſacramētorum; ideò ex conſuetudine meritò conceſſa intelligitur, quãdo non reſeruatur: quod ſecus eſt de irregularitate, & ſimilibus. Vnde non ſolùm Epiſcopo, ſed etiam parocho cenſetur conceſſa abſolutio à cenſura canonis non reſeruata, dicto cap. nuper: nemo autem dicet, parochum etiam diſpēſare poſſe in omni lege canonica non ſpecialiter reſeruata. Addit Azor, Porrò ſi de pœnis iure cõmuni irrogatis loquamur, videndum eſt, an ius commune inferiori magiſtratui concedat, ſiue permittat, vt eas pœnas poſſit remittere; & tunc poterit eas pœnas condonare: quòd ſi ius commune prohibeat eas pœnas lenire, & mitigare, non poterit remittere: ſi verò nec vetet explicitè, nec expreſſim — 21 *Ad 1. arg.*

Digitized by Google

expreſſim concedat,tunc,etiam ex iure canonico, poteſt à pœnis ex delicto contractis reos nonnũquam abſoluere. Hoc enim colligitur, ex cap. nuper,de ſent.excom.in 6. Vbi dicitur ab excommunicationis ſententia lata à Romano Pontifice, vel iure communi,poſſe Epiſcopum abſoluere,ſi eam ſibi non reſeruauit Romanus Pontifex, vel conditor canonis. Sed dubito,quomodò ex caſu ſpeciali de excommunicatione,& ex iure canonico valeat argumentum ad omnes caſus iuris ciuilis. Si igitur magiſtratus ciuiles poſſunt pœnas lenire legibus præſcriptas, alia erit huius rei ratio, de qua in materia de iudice in 2. 2. dicendum eſt, vbi à D. Thoma,& aliis tractatur:idque ex iure communi, vel conſuetudine proueniet, vnde non erit extendendum ad leges omnes ſimplices,aut pœnales in iure canonico contentas, vt in illis omnibus poſſit Epiſcopus diſpenſare. Adde etiam, quòd cùm Epiſcopus,vel parochus abſoluit à cenſura in iure canonico contenta,& non reſeruata,in nulla lege diſpenſat: nam lex non præcipit abſolutè excommunicato, vt non communicet in humanis, aut diuinis. Sed ſolùm præcipit, vt abſtineat, ſi non prius abſoluatur, ſeu quamdiu manet in excommunicatione; nec poſſet Epiſcopus concedere, vt manente excommunicatione communicaret in diuinis,vel humanis: quod tamen Papa poſſet cõcedere: ergo ex vi ſui muneris non poteſt diſpenſare in omni lege Papæ non reſeruata.

*Ad 2. Quid ſit diſpenſari in votis:& quid ſit votum.*

Ad ſecundum reſpondeo, non eſſe ſimile de votis: quia diſpenſare in votis non eſt diſpenſare in lege naturali, vel diuina,imò nec humana propriè dicta: Sed in lege priuata largè dicta, quam vouens ſibi impoſuit: ſeu potius eſt cedere iuri Dei prouenienti ex tali voto, & ideo in votis omnibus non reſeruatis iure,vel conſuetudine,id poteſt Epiſcopus, qui hanc à Deo poteſtatem habet animarum ſaluti neceſſariam. Reſpondeo ſecũdò, in votis, quia frequenter occurrunt,præſumptam eſſe Papæ commiſſionem: idem eſt in ieiuniis, & feſtis, quia valde oneroſum eſſet frequenter ad principem recurrere: ideò veriſimile eſt, ipſum velle, vt in his Epiſcopi diſpenſent: de qua ſtatim dicã,& ſic patet ad tertium & quartum argumentum.

22 *8. Difficultas.* Octaua difficultas eſt, an ſint aliqui caſus, in quibus Epiſcopus poſſit circa leges iuris communis diſpenſare. Caietanus,quæſt. 97. art. 4. Sylueſter illa quæſt.9.num.14.& 15.Sotus,1.iuſt.quæſt. 7. art. 3. Azor, Valentia ſuprà, & alij conſtituunt aliquos caſus. *1. Caſus.* Primus eſt, quando ius ipſum vel eius conditor expreſsè concedit talem poteſtatem: quod ſæpe fit, vel per aliquam clauſulam generalem,vt in Trid. Sectione 24. cap. 6.de reform. vel in aliquo caſu ſpeciali,de quo lex loquitur,vel priuilegium dignitati perpetuò conceſſum, vel delegatio facta perſonæ.Et aduertit Sylueſter ex communi doctrina Canoniſtarum; quãdo decreta imperſonaliter,& abſolutè dicunt in tali, vel tali lege, aut pœna poſſe diſpenſari,intelligi,ab Epiſcopo, licet non exprimatur: ne verba illa ſuperflua ſint: nam quòd poſſet à Pontifice diſpenſari,per ſe clarum erat, & verba debent aliquid operari,cap. ſi Papa de priuileg. in 6. Ita tenent Gloſſa cap. in quibuſdam, fine de pœnis, vbi cùm textus dicat, certos hæredes non poſſe aſſequi prælationis honorem, *niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum*, ait,ex quo textu non determinat, à quo, poſſe diſpenſare Epiſcopum.Idem tenet Ioannes And. ibi, in fine,Vincen. Goffred. & Philippus,quos refert, & ſequitur Panorm. nu.5.Card.fine, Henric. fine, lex regia 8. fine.tit.18.partita 1.Gloſſ.cap.poſtulaſtis ver. diſpenſatum,de clerico excom. vbi textus decidit, excommunicatos non poſſe retinere beneficia, *niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum*, & ait gloſſa, cùm non dicat, à quo, poſſe Epiſcopum. Idem tenet Innoc.ibi initio,Panorm.num.8. gloſſ. cap.ſiquis verb.fiat,de elect.& ibi Innoc.nu. vn.Hoſtien.fine, Card. quæſt.5.fine,Bald. num. 3. Imola. nu. 4.& multi alij iuriſp.& Theologi,quos refert & ſequitur Sanchez 8.de matrim.diſp.5.nu. 1.vbi hanc doctrinam confirmat: quia ſi diſpenſatio, (quæ ex ſe odioſa eſt, ac reſtringenda) latè exponitur,quando in corpore iuris clauſa eſt, vt ipſe probauerat diſp.1.num.7.à fortiori hoc erit dicendum de hac poteſtate in iuris corpore clauſa, cùm diſpenſandi poteſtas ſit ex ſe fauorabilis, ac latè interpretanda,vt ipſe docuit diſp.2.num. 1.& nos in hac ſectione diffic.6. Deinde Sanchez ead. diſp. 5.num. 2. & ſequentibus recenſet quatuor temperamenta huius doctrinę à variis auctoribus poſita, quorum aliqua reprobat: vide illum, non enim oportet transferre, quæ in illo facile videri poterunt.

*Diſpenſatio odioſa,& ideò reſtringenda: Sed diſpenſandi poteſtas fauorabilis, & latè interpretanda.*

Secundus caſus eſt, quando eſt conſuetudo: *2. Caſus.* Nam ſicut alia poſſunt conſuetudine præſcribi,ita facultas diſpenſandi: & cõſuetudo ſufficit ad dandam iuriſdictionem,vel priuilegium.

Tertius caſus eſt ratione grauis, & magnæ ne- *3. Caſus.* ceſſitatis, vel vtilitatis ſubitò contingentis, ita vt facilè,& cõmodè non pateat ad principem aditus. Hunc caſum poſuit Azor, Sotus, & Syl. Sed eius non meminit Valentia,aut Caietanus.

Quartus ratione leuitatis,& paruitatis materię: *4. Caſus.* eſſet enim valde moleſtum in minimis principem adire,& conſulere. Hunc & quintum caſum ponit etiam Emanuel Sa verb.diſpenſatio. Sed neutrius meminit Sylueſter.

Quintus ratione frequentiæ, vt ſi crebrò neceſ- *5. Caſus.* ſitas accideret in aliquo certo caſu diſpenſandi. Ratio eſt eadem,quæ caſus præcedentis.

Valen.Sotus,& Caietanus alium caſum ponunt: *6. Caſus.* quando lex ſuperioris pertinet ad bonũ proprium ciuitatis,vel communitatis:vt ſi lege regia ſtatuatur,ne frumentum, vel vinum in oppidum aliunde aduehatur,poterit qui oppido præeſt,relaxare. Sed Azor putat, hìc non interuenire diſpenſationem, ſed oppidum, in cuius fauorem lex lata eſt, iuri ſuo cedere,ſeu conditionem ponere, cum qua legiſlator noluit obligare,& aliqui iuniores ita ex Caietano, & Sylueſt. hunc caſum conſtituunt. Quando leges ſunt propriæ, quæ licet manent à Pontifice,non ſunt pro vniuerſa Eccleſia: Sed pro tali Epiſcopatu, prouincia,aut congregatione: in his enim cenſent Caiet. & alij, poſſe diſpenſare Prælatum illius loci, vel congregationis. Et ratio Caietani eſt,quia,quæ ſunt propria,& particularia alicuius loci vel communitatis, minus ſunt nota ſupremo Principi: & ideò credendũ eſt,committi proprio gubernatori,qui pleniorem loci,ſeu communitatis illius notitiã habet.Hic caſus non videtur certus, ſed valde dubius: quia nec in iure, nec in vſu ſufficiens illius fundamentum inuenitur. Et ratio illa non cogit: ſicut enim Pontifex habuit ſufficientem notitiam illius particularis communitatis ad ponendam legem, ita poteſt habere ad diſpen

Digitized by Google

diſpenſandum in illa. Quapropter, niſi concurrat A etiam frequentia, aut conſuetudo iuuet, non videtur hoc admittendum eſſe, quando ſine incommodo peti poteſt diſpenſatio ab auctore legis. Ita iuniores illi, quorum ſententia mihi eſt ſatis probabilis: & conuenit cum ſententia Azoris, quando lex eſſet omninò abſoluta; quando autem eſſet ſub conditione, quòd populus non cederet iuri ſuo: ſi cederet, faceret rem licitam eius ceſſio, non autem gubernatoris diſpenſatio, quæ ibi locum non haberet.

*Dubitatio.*

23 Sed rogas, cur in quarto, & quinto caſu inferior poteſtas diſpenſare poteſt in lege ſuperioris? Azor ſupra videtur reducere hos caſus ad conſuetudinem: nam antequam illos aſſignet, ait, aliquas B cauſas eſſe, in quibus ob conſuetudinem receptam poſſunt Epiſcopi in iure communi canonico diſpenſare. Sed ſtatim videtur docere, aliud habere fundamentum: nam primò ait, Epiſcopum poſſe diſpenſare in lege Papæ ratione conſuetudinis: ſecundò ratione leuitatis materiæ: tertiò ratione frequentię; & expreſsè Valentia ait, diſpenſare poſſe non ſolùm in iis, quæ ius, vel conſuetudo expreſsè declarauit: ſed etiam, vt rectè notauit Caiet. & Sotus, in triplici genere rerũ; primò in leuibus: ſecũdò in frequentibus: tertiò in propriis alicuius communitatis inferioris: & hi omnes videntur fundare hos caſus in tacita commiſſione legiſlatoris, ſeu in ratihabitione ipſius præſenti, vel præterita conſentanea rationi, quæ in illo quarto caſu hoc dictat; quia nimis oneroſum eſſet in minimis ad principem recurrere; & quia in moralibus parum pro nihilo reputatur, & quia cui committitur gubernatio in maioribus, videtur in his minoribus committi. Et idem meritò dicunt aliqui, quando leges non obligant ad culpam, ſed ad ſolam pœnam, vt ſolent in religionibus: quia cum legiſlator noluerit ponere rigoroſam obligationem, hoc ipſo indicauit, rem non eſſe tanti momenti, vt diſpenſatio ipſi reſeruata maneret. In quinto verò caſu ratio dictat, Epiſcopum diſpenſare poſſe: quia valde durum, & oneroſum eſſet, frequenter pro diſpenſatione ad Papam neceſſariò recurrendum eſſe: vnde illum caſum ponunt etiam Caiet. 2.2. quæſt. 143. art. 8. Ledeſm. 2. part. 4. quæſt. 17. art. 3. Nauar. in ſumma, ca. 21. num. 21. imò non deeſt ratio pro ſexto caſu. Cum enim res ſpectet ad ſolam illam communitatem, videtur lex priuata illius, & quaſi Epiſcopalis, & ideò tacitè commiſſum eſſe Epiſcopo, vt in illa diſpenſet, ſicut in propriis: cum hoc tamen diſcrimine, quòd in illa diſpenſatio data ſine cauſa erit nulla; in propriis tamen erit valida, vt poſteà dicemus: imò Caiet. addit, quòd ſi caſus eſſet valde notabilis, etiamſi lex ad hanc ſolam communitatem ſpectaret, ad Papam, qui legem tulit, pro diſpenſatione recurrendum eſſet.

*In moralibus parum pro nihilo reputatur.*

*9. Diffic.*

24 Nona difficultas eſt circa tertium caſum præcedenti difficultate poſitum, An quando non eſt facilis recurſus ad Pontificem, & eſt periculum in mora, poſſit Epiſcopus in lege Papæ diſpenſare, etiam ad totam Eccleſiam pertinente, vt in lege prohibente, & irritante matrimonium in certo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, &c, & in lege inducente irregularitatem, ſeu in ipſa irregularitate, & in voto, reſeruato, & de abſolutione à cẽſuris reſeruatis Papæ.

*1. opinio.*

Prima ſententia eſt, Epiſcopum etiam in caſu magnæ neceſſitatis diſpenſare non poſſe in impedimentis matrimonium dirimentibus. Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 40. num. 2. pro hac ſententia citat Sotum 1. iuſt. quęſt. 7. art. 3. verſ. at verò ſciſcitatis, & in eandem inclinare ait, 4. diſt. 37. quæſt. vn. art. 2. pro eadem refert Cordub. lib. 1. quæſt. 11. verſ. hæc igitur. 2. opinio, & in ſumma, quæſt. 45. punct. 2. Veracruz, 3. part. ſpeculi, art. 18. in fine. Med. 1. 2. quæſt. 97. art. 4. Sed certè Sotus ſolùm dicit, poſt contractum matrimonium cum impedimento dirimente, ſi non pateat aditus ad Pontificem, Epiſcopum diſpenſare poſſe: ſecùs ante contractum matrimonium, quia ante contractum matrimonium non eſt periculum in mora, nec ſequuntur inconuenientia, ſi Epiſcopus non diſpenſet, ſecus poſt contractum.

*In impedimentis dirimentibus matrimonium Epiſcopus non poteſt diſpenſare, etiam in caſu magnæ neceſſitatis.*

Secunda ſententia eſt, Epiſcopum in illis impedimentis matrimonij diſpenſare poſſe, concurrentibus his circunſtantiis, vt matrimonium ſit publicum, impedimentum verò occultum, & ſit ſcandalum in ſeparatione, nec ad Pontificem aditus pateat, inopia, aut alia iuſta cauſa impediente: & denique in caſu magnæ neceſſitatis, quando ad Pontificem aditus non patet, & idem eſt in aliis legibus Papæ: ita tenent Azor tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 7. Sylueſt. diſpenſatio, quæſt. 9. num. 15. Sanchez, 2. de matrimo. diſp. 40. num. 3. Vazquez diſp. 178. cap. 2. num. 16. Nauarr. cap. 22. in ſumma Hi- C ſpana, num. 86. & in lat. num. 85. Ioan. de Lignado cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, titulo de iudiciis, vbi Panorm. num. 9. Baldus, l. omnes populi, num. 8. ff. de iuſt. & iure, Romanus ſingulari 486. Speculator tit. de diſpenſationib. §. nũc de Epiſcoporum num. 30. in fine, Felin. cap. 1. fallen. 7. de conſtitut. Cotta in memorabilib. ver. diſpenſatio. Milis in repertorio, ver. diſpenſare poteſt Epiſcopus, Rebuf. praxi benef. tit. de diſpenſatione ad plura beneficia, num. 30. & 31. Lambertin. de iure patronatus, lib. ſecundo, part. 1. quęſt. 7. art. 19. num. 2. Bern. Diaz reg. 238. Ludouicus Gomez tract. breuiũ, nu. 21. Duennas reg. 248. limit. 2. Staphilæus de lit. gratiæ, tit. de qualit. & ſtatu benefic. §. 1. quòd ſit le- D gitimus, num. 5. Cucus, lib. 2. inſtit. maiorum, tit. 6. num. 310. & 334. Gutier. lib. 1. quæſtionum canon. cap. 23. num. 18. Gratian. reg. 433. num. 8. Tabie. diſpenſatio, quæſt. 14. in fine, Armil. num. 19. & 20. Angel. num. 5. verſ. 2. Spino ſpeculo teſtam. gloſſ. 15. num. 86. Henriquez 6. de pœnit. cap. 10. num. 1. & lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 2. Bart. Ledeſma de matrim. dub. 50. ad finem, Capua, lib. deciſionum cap. 80. num. 14. Eman. in bulla cruci. §. 13. num. 6. in fine, Anto. Gom. in bulla cruciatæ, clauſula 10. n. 58. Ludouic. Lopez 2. part. inſtructo. ca. vlt. ad finem, licet cum formidine. Viuald. 1. part. candelab. de matr. n. 248. Vega 1. ſum. caſu 232. & lib. 6. caſu 143. fine, & communiter Theologi recentiores E tractantes de voto, matrimonio, cenſuris, irregularitatibus, & legibus: praxiſque ita recepit, vt teſtantur Nauar. & Eman. ſuprà: conſentit Sotus, 4. diſt. 41. quæſt. vn. art. 3. in fine dicẽs, *Si contra iuſtitiam publicæ honeſtatis aliqui contrahant, & expeditiſſimus non ſit ad Papam acceſſus, nullum eſſet periculum, quamuis Epiſcopus diſpenſaret.*

25 *2. Opin. Quomodo tamen, & in quibus poſſit ſecundùm communem.*

Hanc ſententiam confirmat Sanchez, quia Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi, quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi aliquid Pontifex reſeruet, vt ipſe probauerat lib. 1. diſp. 61. num. 3. multos referens Doctores: Sed non eſt veriſimile, Pontificem ſibi

26 *Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi, quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi ſit reſeruatum.*

ſibi reſeruare diſpenſationem in caſu magnæ neceſſitatis, in quo non eſt aditus ad illum: quia id eſſet contra charitatem,& ſuauem Eccleſiæ gubernationem,& commune bonum: ergo tunc poteſt Epiſcopus diſpenſare. Argumentum eſt probabile, ſed non omninò firmum, propter ea, quæ diximus diffic. 7. Eandem ſententiam confirmat Sanchez: quia fortior eſt reſeruatio, dum Pontifex reſeruat ſibi abſolutionem alicuius criminis prætcrquàm in mortis articulo: & tamen probabiliſſimum eſt, poſſe Epiſcopum abſoluere, quando non eſt recurſus ad Pontificem: vt tenent Doctores, quos refert Henri.lib.6.de pœnit.cap.16.num. 1. & cap. 9.num.7.& cap.10.num.1.& 2. Vbi idem aſſerit de caſibus reſeruatis in motibus propriis Sixti V. non obſtante rigidiſsima reſeruatione cum derogatione bullæ,& Trid. ergo à fortiori in noſtro caſu, vbi non eſt tam rigida, & ſtricta reſeruatio, poterit Epiſcopus.

27 Aduertit autem Vazquez illo num. 16. quoties Epiſcopus poteſt certiorem facere Pontificem, & pauperiem eorum, cum quibus diſpenſandum eſt, ſupplere, vt negotium ad Pontificem deferatur, diſpenſare non poſſe. Nam ſi hoc modo Pontifex cõſuli poteſt, qua ratione Epiſcopus in lege Pontificia diſpenſabit? Aliàs verò poterit, inquit, id facere ex voluntate præſumpta Pontificis, ne incommoda,& damna ſequatur. Ego verò credo, Epiſcopum non teneri in impetrãdis his diſpẽſationibus reditus ſuos cõſumere, maximè cum aliis melioribus, aut æquè bonis, & neceſſariis poſſunt impẽdi: poterit ergo diſpenſare ob paupertatem partium, etiam cum ipſe eam paupertatem ſupplere poteſt, & ita habet praxis, & ſentiunt Doctores: nam ſine illa limitatione docent, licitum Epiſcopo eſſe, diſpenſare in neceſſitate, quando propter paupertatem partium difficilis eſt ad Pontificem aditus. Nec diſcrimen, quod Sotus ponebat inter matrimonium contractum, & contrahendum, alicuius eſt momẽti, vt Vazquez ait, quando in vtroque eſt neceſſaria diſpenſatio ad vitanda incommoda, & aditus ad Papam non patet: licet rarò ante contractum matrimonium tanta ſit neceſsitas, & tam difficilis ad Papam acceſſus, vt propterea poſſit Epiſcopus diſpenſare. Et ita Epiſcopum aliquando poſſe ante contractum matrimonium diſpenſare rectè docet Vazquez ſuprà,& Sanchez ſuprà, num. 7. An verò poſt contractum matrimonium cum impedimento dirimente, poſsit Epiſcopus diſpenſare, etiamſi vterque, vel alter cõtrahentium contraxerit mala fide, latè tractat Sanchez ſuprà, nu. 4.& in ſequentibus multa alia habet notatu digna, vide illum: quia non poſſumus in præſenti ſingula perſequi.

28 *10. difficul.* Decima difficultas, vtrum in dubio, an res egeat diſpenſatione, poſſit Epiſcopus diſpenſare. Reſpõdet Sa, verb. diſpenſatio, num. 1. tunc poſſe Epiſcopum declarare, non egere: vel ad cautelam diſpenſare ſecundum quorumdam probabilem ſententiam. Et quidem in dubio, ſeu ineuidentia, ſi ex ratione, vel auctoritate ſufficienti probabile ſit, diſpenſationem non eſſe neceſſariam, conſulendæ erunt regulæ datæ tract.8.de conſcientia,& interdum non erit opus petere diſpenſationem: ſed ſine illa interdum matrimonium erit nullum, eſto licitè contractum ſit, quia opinio probabilis, poterit in re eſſe falſa. Accedente autem diſpenſatione Epiſcopi, ſi ille reuera diſpenſare poteſt, validum erit matrimonium, aut aliud geſtum tali diſpenſatione: & non apparet improbabile, Epiſcopum tunc diſpenſare poſſe: quia poteſt in caſibus frequentibus, vt vidimus: dubia autem de neceſsitate diſpenſationis frequentia ſunt.

Vndecima difficultas eſt, An Epiſcopus poſſit diſpenſare in ſuis conſtitutionibus, quando Romani Pontificis auctoritate munitæ, & confirmatæ ſunt. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 7. ait, non poſſe: quia non poteſt eam confirmationem ex toto, aut ex parte tollere. idẽ docet, ſi Epiſcopus ſuas conſtitutiones iuramẽto firmauerit: quia non poteſt ſeipſum à iuramenti vinculo ſoluere. Sed primum non caret dubitatione; quia Caiet. Valen. & alij multi cenſent, Epiſcopum poſſe diſpenſare in lege Papę pertinente ad ſolam illam diœceſim: vt vidimus diffic.8. ergo à fortiori in lege propria confirmata per Papam, cum ad ſolam illam diœceſim pertineat. Nihilominus illam opinionem Azoris tenet Sanchez, lib.8.de matrim.diſp.17.nu. 30.cum Dominico, ca.1.in princ.numer. 11.de fil. præsbyt.in 6.Bottæo, de Synodo, part.2. art.4. nu. 12.Syluest.verbo, beneficium 3.quæſt.9. num. 13. Angel.verb.beneficium, num.22. & ibi Armil. nu. 27.Tabien.beneficium, 2.quæſt.15.num.17.Sayro, in theſauro tom.1.lib.6.cap.11.num. 11. Sed credo, videndum eſſe, quomodò ſint confirmatæ per Papam; ſi enim Papa ſolùm eas confirmat declarando, eſſe laudabiles, & debere obſeruari à ſubditis, non facit eas proprias, nec tribuit eis nouam vim, ſed declarat, quam habebant: ideò Epiſcopus poteſt non ſolùm in eis diſpenſare: ſed eas abrogare, ac ſi non eſſent per Pontificem confirmatæ: ſi verò velit eis robur addere,& illas facere proprias, nõ poterit Epiſcopus eas abrogare; poterit tamen in eis diſpenſare, vel non diſpenſare, ſicut in aliis legibus Pontificiis ad eam ſolam diœceſim directis, iuxta opiniones relatas difficul.8. ſed ſi diſpẽſet ſine cauſa, diſpenſatio erit nulla, ſicut quando ſine cauſa diſpenſat in aliis legibus Pontificiis. 29 *11. difficul.*

Secundum autem, quod dicit Azor de conſtitutionibus Epiſcopi iuratis, examinabimus Sect. 4.quæſt.3.in 3.limitatione.

## SECTIO IIII.

*Vtrùm diſpenſatio data ſine cauſa, valida ſit.*

IN hac generali quæſtione quinque particulares inuoluuntur. Prima, an diſpenſatio inferioris in legę ſuperioris, aut in votis,& iuramentis (quę iure diuino,& naturali obligant) data ſine cauſa valida ſit. Secunda, an diſpenſatio ſupremi Principis in propriis legibus data ſine cauſa, valida ſit. Tertia de diſpenſatione Principis inferioris in ſuis conſtitutionibus, vel ſuæ Synodi. Quarta, an Epiſcopus in legibus Synodi diœceſanæ validè ſine cauſa diſpenſet. Quinta, an ſimiliter Archiepiſcopus in legibus Synodi prouincialis. 30

Quantum ad primam quæſtionem, de diſpenſatione in legibus ſuperioris, vel in voto, aut iuramento: quidam ſuppreſſis nominibus relati à D. Thoma 2.2.quæſt.88.art.12.ad 2.ſenſere, integrum eſſe prælatis ad libitum diſpenſare in votis ſubditorum: ſicut pater, Dominus, ac vir poſſunt ad libitum irritare vota filij, ſerui, & vxoris: quia in omni voto, & iuramento facto Deo, intelligitur conditio, *1. Quæſtio.*

conditio, ſi prælato placuerit, vel niſi prælato diſplicuerit, ſeu niſi contradixerit: ſicut eadem eſt conditio in votis filij, ſerui, & vxoris reſpectu patris, Domini, & mariti. Confirmatur ex ca. veniẽs, de iure iur. Vbi deciditur, in omni iuramento eſſe ius ſuperioris exceptum. A

*1. Con. Diſpenſatio in voto, & iuramento data ſine cauſa eſt nulla.*

Sed in hac prima quæſtione dico primò, diſpenſationem in voto, vel iuramento etiam à ſummo Pontifice datam ſine cauſa, eſſe nullam. Hoc certiſſimum, & commune omnium arbitrantur Vazquez, diſp. 178. ca. 3. nu. 17. Sanchez, lib. 8. de matr. diſp. 17. num. 3. & ſpeciatim id tenet D. Thomas loco cit. & eius expoſitores ibi, & hîc: & alij Theologi 4. diſt. 38. & omnes Iuriſperiti cum gloſſ. cap. non eſt, verbo adimplere, de voto, & Tolet. lib. 5. ca. 83. cauſa 2. vbi idem ait de diſpenſatione penſionum eccleſiaſticarum. Idem tenet Alexan. Archirota tract. 8. de voto paupertatis ex Bern. dicẽs, voti ſine neceſſitate diſpenſatio non diſpenſatio; ſed præuaricatio eſt. Idem tenet Caiet. verbo diſpenſatio, Sotus 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. ad 3. Syluest. votum, 4. quæſt. 3. & verbo diſpenſatio, Rich. 4. d. 38. art. 9. quæſt. 1. Panorm. ca. non eſt num. 4. de voto, Archid. ca. Florentinum 85. d. Immola ca. cùm olim, de clerico coniug. Nauarr. ca. 12. num. 57. & 76. Probatur, quia non eſt veriſimile, Deum conceſſiſſe poteſtatem ad diſpenſandum in his licitè, aut validè, niſi ex iuſta cauſa: ſicut non ſolet dati poteſtas œconomo, vt diſpenſet bona Domini, niſi iuxta præſcriptum rationis: quippe data eſt poteſtas à Deo in ædificationẽ, non in deſtructionem, & prælatus conſtitutus eſt à Deo diſpenſator, non diſſipator. Nec eſt ſimile de votis filij, ſerui & vxoris: nam re alia, & multa perſonalia ſunt de materia ſubiecta patri, domino, & viro: & alia licet non ſint de materia ſubiecta, ſunt tamen in perſona multò magis ſubiecta: ideò à perſona habente quoddam dominium, vel quaſi dominium deſpoticum, auferri etiam ſine cauſa poſſunt, ſeu irritari. Hãc rationem attigit D. Thomas, & ex eo Sãchez ſuprà. & nos latiùs ipſam produximus tract. de voto. Quare dum in cap. veniens, de iure iurando dicitur, per vota, aut iuramẽta inferiorum non poſſe iuri ſuperioris derogari, intelligitur, ita vt ſemper integrum ſit ſuperioribus ex iuſta cauſa in illis diſpenſare: & ideò, quamuis ea conditio, *niſi ſuperior ex iuſta cauſa diſpenſauerit*, non ſit adhibita à vouente, tamen ex natura rei incluſa eſt in voto, ſuppoſita poteſtate diſpenſandi, quam Deus ſuperioribus conceſſit.

*2. Con.*

31 Dico ſecundò, diſpenſationem inferioris in lege ſuperioris eſſe irritam, ſi cauſa legitima deſit. Vazquez, diſp. 178. ca. 3. num. 17. Valen. diſp. 7. qu. 5. punct. 9. Nauarr. prælud. 9. num. 15. aliàs 13. & ca. fin. num. 4. de ſimonia, Sanchez, illa diſp. 17. num. 4. & ſequentibus, Sa, verb. diſpenſatio, num. 3. Angel. num. 3. Syl. quæſt. 3. num. 5. Armil. num. 14. Sotus, 7. iuſt. quæſt. 4. art. 3. col. 9. verſic. rurſus circa eadem, & lib. 1. quæſt. 7. art. 3. colum. 7. verſic. ſupremum ergo. Couarr. 2. part. 4. decret. cap. 6. §. 7. nu. 11. Stuñica, quæſt. 5. de voto num. 35. Gutierrez 1. quæſtionum can. ca. 19. num. 5. Speculator tit. de diſpenſa. §. dicendum reſtat, num. 19. Innoc ca. cum ad monaſterium, nu. 4. de ſtatu monach. Hoſtienſ. ibi, num. 32. & Ioannes And. ad finem, Panor. nu. 17. Cardin. §. vlt. num. 5. Henric. num. 17. Baldus, l. Barbarius, num. 7. ff. de offic. prætor. Aretin. l. 2. in punct. num. 1. ff. de verb. oblig. Felin. cap. 2. num. 8. verſ. ſecunda limit. de ſimo. & ca. at ſi clerici, §. de adulteriis, num. 10. de iudic. & ibi Hipolit. nu. 32. Turrec. cap. 1. diſt. 89. art. 4. num. 14. & ferè omnes hac Sect. referendi, & alij multi, nemine repugnãte. Probatur, quia tunc diſpenſans excedit facultatem ſibi commiſſam: non enim eſt data illi in deſtructionem: ſed in ædificationem, & ſub conditione cauſæ iuſtæ, & ſufficientis. Vnde illa diſpenſatio, diſſipatio potius eſt, & deſtructio, vt loquitur Bern. 3. de conſider. Facit cap. multa, de præbend. vbi dicitur, mandatum Pontificis ad ius eſſe referendum: ergo cùm dat facultatem diſpenſandi in lege Pontificia, intelligitur, cauſa iuſta exiſtente, & alioqui eſſet Dominus illius ferè æqualiter, ac ſi eſſet propria. B

Quidam hoc temperant, niſi inferior habeat plenitudinem poteſtatis à ſuperiori conceſſam: qualem habet legatus, ſeu Nuntius Apoſtolicus in caſibus ſibi à Pontifice commiſſis. Eman. in ſum. tom. 2. editione 2. cap. 24. con. 3. num. 5. & ego fateor, Põtificem, ſi vellet, poſſe dare talem poteſtatem, vt diſpenſatio etiam ſine iuſta cauſa data, teneret: tamen non eſt credibile illam dare de facto, ſed vt diſpenſatio ſolùm valeat cauſa iuſta exiſtente. Et ita tenet Sanchez, 8. de matri. diſp. 17. nu. 5. cum Innoc. cap. dudum 2. num. 16. verſ. item & ſi Papa, de elect. Felinus, cap. poſtulaſti num. 13. caſu 4. de reſcrip. Nauarr prælud. 9. num. 15. & cap. fin. nu. 4. de ſimonia, Gambara de auctorit. legati, lib. 10. nu. 293. & 207. Hipol. ca. at ſi clerici, §. de adulteriis, num. 105. de iudic. Borgaſius de irreg. part. 7. cap. vlt. num. 21. Stunnica, quæſt. 6. de voto num. 234. Azor tom. 1. lib. 5. ca. 15. ad finem. 32 C

Alij temperant, niſi in diſpenſandi poteſtate exprimantur nomina eorum, cum quibus diſpenſandum eſt, nulla cognitionis cauſæ diſpenſandi mẽtione habita, Speculator tit. de diſpenſatione, §. dicendum reſtat, num. 19. Felin. illo cap. poſtulaſti de reſcrip. Gambara ſuprà, num. 209. & 296. Id approbat Sanchez, num. 6. quia tunc commiſſarius ille conſtituitur merus executor; ac præſumere debet, committentem certiorem factum eſſe de diſpenſationis cauſis. Mihi ſanè probabile eſt hoc; ſed incertum: quia præſumi etiam poteſt, committentem nihil dixiſſe de cauſa iuſta, quia id ſupponebat ex omnium ſententia aſſerente, inferiorem non poſſe ſine cauſa iuſta diſpenſare in lege ſuperioris. 33 D

*Dubitatio. Prælato bona fide diſpẽſante in cauſa nõ iuſta, valida eſt diſpẽſatio.*

Sed quid, ſi prælatus inferior bona fide putauit, cauſam eſſe iuſtam, & ſufficientem; quæ tamen iuſta, & ſufficiens non erat? Reſpondet Sanchez ſuprà num. 8. valere diſpenſationem: quia non eſt credendum, aliam eſſe Pontificis intentionem circa ſuas leges, & Dei circa ſuas, in quibus permittitur inferiori diſpẽſare. Id enim recta Eccleſiæ gubernatio poſtulat, quò ſcrupulis obuietur, ac tutæ ſint conſcientiæ, nec oporteat paſſim infringere geſta, innitendo prælatorum Dei vices gerentium diſpenſationi. Quod clarè ſignificat Azor tom. 1. lib. 7. ca. 29. quæſt. 6. vbi ait, *ſi Prælatus aliquis bona fide lege ieiunij aliquem liberet, putans cauſam eſſe iuſtam, relaxatio prodeſt: quia bona fide facta eſt.* 34 E

Sed hæc ſententia dubia eſt: quia bona fides non ſolet acta alioqui nulla reddere valida: ſed excuſare, nec bona gubernatio Eccleſiæ poſtulat, vt valida reddat, licet poſſit, quæ bona fide peracta ſunt: alioqui, ſi Epiſcopus ſine vlla omninò cauſa diſpenſaret in legibus Papæ, vel in votis, aut iuramentis, 35

mentis, putans bona fide vel nullam cauſam requiri, vel cauſam ſubeſſe, diſpenſatio eſſet valida, quod nullus admittet. Item, ſi aliqui bona fide contraherent in gradibus prohibitis, vel cum alio impedimento iuris humani, aut etiam diuini, validum eſſet matrimonium: quod eſt contra omnes. Confirmatur: quia quando aliqui allegant diſpenſatum eſſe ſine cauſa, vel cum cauſa non ſufficienti, etiãſi conſtet, Epicopum bona fide putaſſe cauſam eſſe ſufficientem, audiuntur: ergo ſignum eſt, diſpenſationem ſine cauſa ſufficiẽti factam ab Epiſcopo eſſe nullam, eſto Epiſcopus bonam fidẽ habuerit. Idem eſt de diſpenſatione Papæ ſine cauſa ſufficienti in votis. Vnde Nauar. præl. 9. n. 13. in fine, & Philiarc. de offic. ſacerd. to. 1. par. 2. l. 3. c. 4. verſ. altera difficultas, & Ludouic. Lopez, 1. part. inſtructo. cap. 4. paulò poſt princ. affirmant, eum, cum quo Prælatus diſpenſauit propoſita illi cauſa vera, & bona fide; quæ tamen ſufficiens non eſt, tutum eſſe auctoritate Prælati fultum, donec ſibi certò conſtet, cauſam minus legitimam fuiſſe. Neque ſatis eſt dicere, hoc eſſe verum, quando prælatus non bona fide proceſſit. Nam prædicti auctores indiſtinctè, & ſine hac limitatione loquuntur; & præterea bona fides partium cum mala fide Prælati de ſufficientia, vel inſufficiẽtia cauſæ non ſufficit ad valorem actus. ergo nec bona fides Prælati cum mala fide Prælati, imò nec cum bona fide partium. Si enim bona fides partium nihil ſuffragatur: ergo nec bona fides Prælati. Item facultas data diſpenſandi in votis, vel in lege ſuperioris, etiam ſi à Deo detur, intelligitur, ſi ſubſit cauſa legitima, vt dicunt Sa, diſpenſatio, num. 3. & alij: ergo ſi non ſubſit cauſa legitima, etiam ſi eſſe credatur, diſpenſatio eſt nulla. Tutius ergo exiſtimo, in omni diſpenſatione voti, vel legis editæ à ſuperiori: ſi conſtet cauſam fuiſſe inſufficientem, diſpenſationem nullam cenſeri, ſed dum res eſt incerta, præſumendum eſt, eſſe validam, ſi Prælatus cauſam cenſuit ſufficientem, & ſic intelligitur, quod ex Azore relatum eſt.

An verò ad diſpenſandum cognitio cauſæ requiratur, ita vt ſine cognitione cauſæ, quamuis ſufficiens cauſa ſubſit, diſpenſatio ſit nulla, & alia circa cognitionem cauſæ dicemus Sect. 9.

36 *Quæſt. 1. 1. opinio.* Quoad ſecundum argumentum, ſcilicet, an diſpenſatio in lege propria, vel inferioris valida ſit. Quidam negant, inter quos refertur Fortunius Garcia in repet. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 296. & 297. colum. 135. ff. de liber. & poſthum. vbi ait, cùm iniuſtum ſit Principem contra ſuas leges diſpenſare ſine cauſa, ſe neſcire, quomodò id efficere poſſit: nec quoad veram iuſtitiam ſecurum eſſe, eum cum quo ita diſpenſatur. Et Mendoza 1. de pactis, qu. 2. num. 35. & quando diſpenſatio eſt magni momẽti, ita vt noceat, idem tenet Menchaca lib. 1. quæſtionum illuſtrium, ca. 25. num. 16. & ca. 26. num. 26. & non valere in foro conſcientiæ; ſed in externo tenet Loazez de matrim. Regis Angliæ dub. 4. num. 14. & 15. eandem ſententiam tenuere Bern. Hipolit. & Iaſon apud Couarruuiam 2. part. de matrim. ca. 6. §. 9. nu. 8. & Azorem tom. 1. lib. 5. ca. 15. quæſt. 3. eamdem in manuſcriptis ſecutus fuerat noſter Vazquez, ſed in codicibus impreſſis diſp. 178. ca. 3. ex profeſſo quidem eam explicuit, confirmauit, & defendit, ſed in fine illius ca. ſic ſcripſit, *cæterùm in eo quod ait hæc ſententia, diſpenſationem legis ſine cauſa inualidam eſſe, ne communi Theologorum opinioni videar aduerſari, præiudicare nolo, ſed iudicium de eius probabilitate alijs integrum relinquo.*

*1. Arg.* Suadetur primò: quia non minus poteſt Princeps ſecum diſpenſare, quàm cum ſubditis: ſed ſine cauſa non poteſt ſecum diſpẽſare validè, etiam in lege propria: ergo nec cum ſubditis. Minor probatur: quia ſi poſſet ita ſecum diſpenſare, non obligaretur ſua lege, contra ſuperius dicta, vel inutilis eſſet talis obligatio; quam pro ſuo arbitrio ſine alia cauſa poſſet ſibi auferre. Dices, non eſſe inutilem talem obligationem: quia ſaltem peccaret ſecum ſine cauſa diſpenſando. Contrà, quia ſi ille peccat diſpenſando, etiam peccat, qui vtitur illa diſpenſatione: ergo diſpenſatio fuit nulla; quia diſpenſatio, quæ non excuſat à culpa, non aufert obligationem: ergo eſt nulla. *2. Arg.* Secundò, diſpenſatus peccauit petendo talem diſpẽſationem: ergò & ea vtendo, maximè cùm turpis ſit pars, quæ ſine cauſa diſcordat à toto: ergo diſpenſatio eſt nulla. *Turpis eſt pars quæ ſine cauſa diſcrepat à toto.* *3. Arg.* Tertiò, legiſlator diſpenſando non ſe gerit vt Dominus: ſed vt diſpenſator, & adminiſtrator: ergo, ſi diſpenſat ſine cauſa, nihil facit. *4. Arg.* Quartò, quia ratio naturalis dictat, caput cum mẽbris, & membra inter ſe debere conuenire in legibus, niſi cauſa aliquem eximendi ſubſit: ergo ſi non ſit cauſa, leges aſtringentes communitatem, aſtringunt etiam caput, & membra, & ſic diſpenſatio in legibus eſt nulla. *5. Arg.* Quintò, quia reſtrictio legis à princip. facta ſine cauſa eſſet nulla, eò quòd lex debet eſſe vniuerſalis reſpectu omniũ, in quibus ſpecialis cauſa non ſubeſt: ergo ſimiliter reſtrictio, quæ poſteà fit per diſpenſationem: par enim ratio eſſe videtur. *6. Arg.* Sextò, quia diſpenſatio Papæ in lege propria procedit à poteſtate clauium; quæ eſt miniſterialis, & data Pontifici in ædificationem, & non in deſtructionem: & ideò non eſt data, vt ea quiſpiam ad libitum abutatur; ſed ſub certa regula & menſura ad bonum cõmune pertinenti: ſub qua non cõtinetur illa diſpenſatio ſine cauſa; erit ergo irrita; nec mirum, cum ſit cõtra ius diuinum, quod prohibet, ſine cauſa diſpenſare in iure humano. *7. Arg.* Septimò, in legibus tributorum eſt peculiaris ratio: quia excipere aliquem ſine peculiari cauſa eſt contra iuſtitiam diſtributiuam onerum: ergo exceptio eſt nulla. Octauò, conceſſio indulgentiarũ, vel penſionum Eccleſiaſticarum facta ſine iuſta cauſa, non valet: ergo nec conceſſio diſpenſationis: par enim ratio eſt.

37 *2. & vera opinio.* Alij meritò tenent, talem diſpenſationem, ſi alium defectum non habeat, validam eſſe, Caiet. 1. 2. quæſt. 96. art. 5. ad finem, & 2. 2. quæſt. 104. art. 5. ad finem, & in opuſc. to. 1. tract. 27. de diſpenſatione matrim. in occidentali Eccleſia, quæſt. vnica verſ. quoad tertium, Catherinus 6. cõtra Caiet. circa quæſtionem de diſpenſatione Papæ in voto ſolẽni religioſorum, ad finem. Victor. relect. de poteſt. Papæ, prop. 14. & 15. num. 14. & 15. Sotus 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. colu. 6. verſ. poſtremum ergo, & lib. 7. quæſt. 4. art. 3. ad 2. in fine, & 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. col. 11. & d. 39. quæſt. vnica, art. 2. in fine corporis. Cano de pœnit. part. 5. vbi de præcepto confeſsionis, ad finem. Martin. Ledeſ. 2. 4. quæſt. 27. art. 2. paulò poſt princ. & quæſt. 56. art. 4. col. penul. verſ. præterea dubium, Veracruz 2. part. ſpeculi, art. 27. verſ. ſecundò nõn expedit, & 1. part. art. 49. ad finem, Palac. 4. diſt. 15. diſp. 8. col. 17. verſ. quamuis, & diſt. 38. diſp. 2. col. 7. verſ. ego verò dixerim,



Digitized by Google

Medina 1.2.quæſt.97.art.4.ad finem,& 1.ſum.cap. 14.§.10.Angles in florib.par.1.quæſt.5.de ieiunio, diffic.2.Henriquez lib.5 .de pœnit.cap.22. num.5. & lib. 12.de mattrim.cap.3.num.6.Valen.1.2.diſp. 7.quæſt. 9. & 2. 2. diſp. 5. quæſt.7.punct.2. vbi de pluralit. benef. colu. 4.verſ.vbi autem illud ius,& diſp. 6.quæſt.2.punct.10.cauſa quarta excuſante à beneficij recitatione,Suarez 3.part.to.4.diſp.56.de indulg. quæſt. 2. num. 11. Azor to. 1.lib.5.cap.15. quæſt. 3.& lib.7.ca.29.quæſt.6.Ludouic.Lopez 1. part. inſtructo.cap. 4. initio,& 2. part. cap.108.de ieiunio in fine, Aragon. 2.2. qu.89.art.9 ad finem, Philiarc. de offic. ſacerd. to. 1. part. 2.lib.3.cap.4. verſ.altera difficultas eſt,Pet.Ledeſ.de matrim.qu. 54. art. 3.diffic.4.poſt. 2.con.& in ſum.vbi de matrim. cap.27.con.4.Eman.Rodriguez,to.2.regularium quæſt. 46. art. 5.& in ſum.part.1.in 2.editione,cap. 196.fine,& ca.237. num.1.Vega 2.to.ſum. cap. 23. caſu 14. Viuald.append. ad candelab.cap. 12. num. 8. 23. & 24. ſumma Corona,cap.1.de dignoſcendis peccatis,num 32.Cordub.lib.4.quæſt. 8. ad finem,& quæſt.9. videtur D.Thomæ,qu.97. art. 4. & Conradi ibi, vbi etiam idem tenent omnes expoſitores D. Thomæ, Sylueſt. diſpenſatio, quæſt.2.3.& 4. Angel. num. 3. Armil. num. 14. & verb. Papa num. 12. Roſell. verb.votum 5.num.4. Sanchez 7. de matrim. quæſt.2.& 3.dicens,procul dubio ita eſſe tenendum, Sayrus, lib. 3. Theſauri, cap.10.num.11.

Ludouicus Peguera in deciſio. cap. 52.num.12. Gallego de cognat. ſpirit.c.21.n.8.Inn.c.dudum 2 num. 16. verſ. item etſi Papa,de elect.& cap.cùm ad monaſterium,de ſtatu moch.num.3.& 4. & ca. 1. de conſt. vbi Anto. de Butrio caſu fin. & c. per venerabilem, num. 6. qui filij ſint legitimi, & ibi Præpoſ.§. quod autem,num.2.not.3.Panorm.cap. non eſt num. 8. de voto,& cap.de multa,num.20. de præben. & cap. fraternitati, de ſchiſmatiq.& c. quę in Eccleſiarum,num.17.de conſtit.Speculator tit. de legatis,vbi tractat de diſpenſatione, §. nunc breuiter,colu. fin. Felin. cap.poſtulaſti,num.13.in 4.caſu,de reſcriptis,& cap.quæ in Eccleſiarum,nu. 25. de conſt. & ibi Decius alios referens,num. 19. Nauar. in ſum. prælud. 9. num.14.& cap.23.num. 44 & cap.25.num.74.& cap.fin.num.4.de ſimonia, Couar. cap. alma,part. 1.§.1.nu.7.de ſent.excom. in 6. & multis citatis,4. decretalium,part.2.cap 6. §.9.num.10. Villalobos in ſuis communib. lit. D. num.86 Gigas de penſionib. quæſt. 6. num. 9. & alij, quæſt.ſeq.citandi,qui dicunt,principem ad libitum poſſe in ſuis legibus diſpenſare.

38 *1. Probatio.* Probatur primò, quia lex pendet ex voluntate imponentis illam: ergo ſi ipſemet voluntate ſua reſpectu alicuius aufert illam,ablata manet,reſpectu illius,licet fortaſſe peccet eam auferendo: Vnde gloſſa l. relegati, ff. de pœnis,ait, *vt lex poſitiua non liget, eſt in principe pro ratione voluntas.* Idem docet Bart. ibi,Decius,& Peguera ſuprà,Bald. & Angel.l.1.§.pueritiam,poſt gloſ.ibi in verb.Ratus,per Iaſonē,l.quominus colu.2.ff.de fluminib.Felin.ca. quæ in Eccleſiarum,num. 6. de conſti. quia nimirum à voluntate eius pendet lex in fieri, & conſeruari,& quoad ſuam ſubſtantiam,& quoad ſuam extenſionem ad has, vel illas perſonas. Sic ſuprà dicebamus, ſi Princeps ſine cauſa legem abroget, abrogationem eſſe validam.

*Euaſio.* Sed reſpōdet Vazquez, non eſſe ſimile;quia cū lex abrogatur, non manet: ideò neminem poteſt obligare; quando verò conceditur alicui diſpenſatio ſine cauſa, lex manet reſpectu aliorum, & conſequenter reſpectu illius. *Reiicitur.* Cōtra hoc tamē eſt, quia licet forte manere deberet reſpectu illius: tamē Princeps vult,non eſſe legem reſpectu illius: contra voluntatem autem expreſſam illius non poteſt lex aliquem comprehendere, & obligare: ergo illa lex illum non comprehendit, nec obligat. *Confir. 1.* Cōfirmatur,nam ſi tunc hæc duo ſunt incompatibilia, alios obligari, & hunc non obligari, & duo hæc abſolutè, & eodem modo vult Princeps: cur ergo præualere debet illa voluntas, qua vult alios obligari,& non hęc,qua vult,hunc non obligari? ergo ſicut quidam aſſerunt, præualere voluntatem obligandi alios,ita dici poſſet,præualere voluntatem eximendi iſtum, & ita reliquos non manere obligatos: quod eſſet pernitioſum: & vrget magis argumentum, ſi à principio,quando fit lex,aliquis ſine cauſa ab ea exciperetur: in quo caſu fatetur Vazquez legem eſſe validam, & exceptionem eſſe nullam: alius autem non minori fundamento diceret, exceptionem eſſe validam,& legem nullam, & ſic nullum manere obligatum: & idem eſſe in mandatis generalibus temporalibus, quæ defectu perpetuitatis leges non ſunt, & hoc ſiue illæ leges,& mandata generalia ſint ſupremorum principum, ſiue inferiorum,vt Epiſcoporum, & ſimilium: quia eadem ratio eſt. Veritas tamen eſt,legem eſſe validam, & ſimiliter exceptionem, vt docet Valen. diſp. 7. quæſt. 5.puncto 9.in fine: ergo ſimiliter ſi poſtea exceptio fiat, vt idem ibidem tenet. *Confir. 2.* Confirmatur ſecundò, quia alios obligari, & hunc non obligari ex voluntate principis ſine cauſa rationabili,non ſunt res incompatibiles ex terminis,nec poteſt ſatis oſtendi,vnde habeant incompatibilitatem;quia eſto peccet Princeps eximendo aliquem ſine cauſa, tamen non inde ſequitur, exemptionem eſſe nullam: nam etiam peccat dando beneficia indignis, aut minus dignis,& alia multa faciendo, quæ tamen valida ſunt: & ſicut aliquis poteſt male vti dominio proprietatis prodigè donando, & aliis modis, tamen facta tenent: ita poteſt Princeps male vti poteſtate & dominio iuriſdictionis in diſtributione officiorum, honorum, vel onerum (in quibus leges, & mandata comprehenduntur) ita tamen, vt factum teneat. *Confir. 3. Princeps validè poteſt diſpēſare cū vno & non cum alio.* Confirmatur tertiò, quia quando duo habent eandem cauſam diſpenſationis, & non eſt cōtra bonum commune diſpenſare cum vtroque, ſi diſpenſetur cum vno,& non cum altero, diſpenſatio eſt valida,quamuis alteri nonnulla irrogetur iniuria,& is,cum quo non diſpenſatur,iure offendi poſſit: ergo ſimiliter, ſi omnibus eandem cauſam obligationis habentibus, aliqui obligentur lege,& alij non, ſiue in principio, ſiue poſteà, factum tenebit,eſto contineat aliquam iniuriam,& offenſionem eorum, qui lege obligantur. *Confir. 4.* Confirmatur quartò; nam mandatum particulare poteſt dirigi ad vnum, & non ad alium ſine vlla cauſa diſcrimen hoc faciendi, ita vt factum teneat (vt docet Vazquez) tamen poteſt id male fieri,& male fiet, ſi mandata hæc particularia oneroſa, inter ſubditos, quoad fieri poſſit,nō diſtribuantur: ergo ſimiliter,licet ſine cauſa, & male cum aliquo diſpenſetur in mandato generali perpetuo, vel temporali,factum tenebit.

Secundò principaliter probatur. Nam abſolutio à cenſura excommunicationis, vel alia, valida eſt, 39 *2. Probat.*

eſt, etiamſi detur iniuſtè, & ſine cauſa ab eo, qui illam tulit, vt patet cap. venerabilibus, §. ſanè, de ſent.excomm.in 6. ergo idem eſt de diſpenſatione data ſine cauſa:quia quoad hóc par eſt ratio. Nec valet dicere,non eſſe ſimile, quia illa abſolutio ab excommunicatione eam penitus tollit, & ideò iam neminem ligat, diſpenſatio autem ſine cauſa, relinquit legem erga alios, & debet hunc quoque ligare, cum quo ſine cauſa diſpenſatum eſt. Nam vis rationis in hoc ſita eſt, quòd ſicut iſta abſolutio tollit excommunicationem reſpectu huius, quæ poteſt manere reſpectu aliorum, ita in lege dicendum eſt, auferri poſſe reſpectu vnius,eadem manente reſpectu aliorum. *Confir.* Et confirmatur: nam ſi à principio ſub excommunicatione latæ ſententię præcipiatur aliquid præcepto perpetuo, vel temporali omnibus fidelibus, clericis, vel religioſis, excipiendo aliquos ſine cauſa (verbi gratia,lectores,vel ſuperiores) illi excepti,non manebunt excommunicati,etiam ſi faciant id, pro quo excommunicatio lata eſt, nam cõtra voluntatem expreſſam Papę nulla excõmunicatio incurri poteſt:& ſi ipſe aliquos excepit,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè ab obligatione præcepti,tales non ſunt inobedientes,vel contumaces, & idem eſt in aliis cenſuris, & irregularitate: ergo exceptio à lege generali, etiam ſi ſine cauſa ſit facta,valida eſt. *Exceptio à lege etiam ſine cauſa valida eſt.* Idem eſt in aliis pœnis, quæ ipſo facto imponuntur, vt in priuatione officij & beneficij,vel fructuum,in priuatione vocis actiuæ,& paſſiuæ, confiſcatione bonorum, & inhabilitate ad matrimonium, & alios cõtractus, qui non poſſunt eſſe irriti,Principe non ſolùm nõ volente, ſed etiam poſitiuè nolente eſſe irritos. Vnde ſi Pontifex ſine cauſa diſpẽſet in voto cum clerico,vel religioſo, vt vxorem ducat, valida erit diſpenſatio quoad irritationem matrimonij, quæ ſolùm eſt de iure humano, licet non quoad obligationem voti caſtitatis, quæ eſt de iure diuino, quod Pontifex non poteſt ſine cauſa relaxare.

40 *3. Prob.* Tertiò probatur, quia expedit, in Eccleſia, & Rep. ſæculari eſſe poteſtatem diſpenſandi validè ſine vlla iuſta cauſa reddente licitam diſpenſationem in ſua lege, & mãdato, vt ſic infiniti ſcrupuli ceſſent: ergo credendum eſt, talem poteſtatem datam eſſe Eccleſiæ,& Reip.ſæculari ad cõgruam ſui gubernationem.

*4. Prob.* Quartò probat Sanchez, quia tunc legiſlator diſpenſat in re propria, & in propria voluntate, eam mutans,à qua ſola vim habet lex: ergo ea diſpenſatio,tanquam in bonis propriis facta,valebit abſque cauſa,ſiue diſpenſans peccet, ſiue non. *Prodigens bona verũ trãſfert dominiũ.* Sicut Dominus prodigens bona, verum dominium transfert,eſto prodigendo delinquat.

41 *Ad 1. argum. primæ opin.* Ad primum argumentum primæ opinionis reſpondeo, Principem non comprehendi proximè, & immediatè ſua lege; ſed ad ſummum media lege naturæ dictante, debere ſe conformare membris in legibus, quando eadem eſt ratio in illo, & in ſubditis; ideò Principem propriè in ſuis legibus numquam ſecum diſpenſare. Quamuis autem proximè, & immediatè ſuis legibus ſubderetur, poſſet validè ſecum ſine cauſa diſpenſare, ſicut & cum aliis:illicitè tamen id faceret,ſed poſteà licitè vteretur diſpenſatione, ſicut de aliis ſine cauſa diſpenſatis,dicemus. Et quamuis diceremus, poſteà in vſu diſpenſationis peccare, tamen illud peccatum non eſſet contra ſuam legem:ſed cõtra legem naturæ,quæ præcipit,vt legem patiatur, quam tu-
A lerit,& ſe conformet mẽbris,in oneribusquæ,illis imponit,quia in propria lege iam ſecum validè, licet malè diſpenſauit: illudque peccatum tantùm erit veniale: & ita non erit inutilis diſpenſatio. Et idem eſt quando diſpenſat cum ſubditis in propria lege,cuius eſt quaſi Dominus,& non vt diſpenſator dominij ſubordinatus. Vnde etiam patet ad ſecundum,tertium,& quartum argumentum. *Ad 2.3. & 4.*

Ad quintum,negatur, exceptionem,ſeu reſtrictionem factam ſine cauſa à principio, inualidam eſſe, vt conſtat ex prima probatione. *Ad 5.*

Ad ſextum reſpondeo,iure quidem diuino prohibitam, ſed non irritam eſſe diſpenſationem in propria lege ſine cauſa: ſicut lex diuina naturalis diuites aſtringit ad ſuperflua in graui neceſſitate
B pauperibus eroganda: non tamen reddit irritam retentionem. Et poteſtas clauium quamuis ſit veluti miniſterialis, & inſtrumentaria in ordine ad diſpenſationem in votis, & indulgentiis, & iuramentis: tamen in ordine ad diſpenſationem in propria lege eſt principalis,& ideò, licet ſine cauſa diſpenſatio in propria lege fiat, & diſpenſans peccet:tamen diſpenſatio tenet. *Ad 6.*

Ad ſeptimum reſpondeo, ſi vnus à tributis ita eſſet eximendus ſine cauſa, vt cæteri magis eſſent grauandi,exemptio eſſet peccatum mortale ſecundùm Sotum ſuprà: qui tamen inſinuat, fore validam, vt & Corduba illa quæſt. 8. & eſt veriſi-
C mile,quia vt exemptio eſt, non eſt cõtra iuſtitiam commutatiuam, ſed ad ſummum contra diſtributiuam,cui per accidens adiungitur iniuſta aliorum oneratio contra iuſtitiam commutatiuam: quæ oneratio erit nulla. Sed quamuis concederemus, illam exẽptionem ſine cauſa factam, eſſe nullam, quando per eam Rex cogeretur aliis imponere maiora tributa: tamen idem dicendum eſſet de remiſſione tributorum iam debitorum: quia par ratio eſt, vt iſta quoque ſit nulla, quando ex ea neceſſariò ſequitur, alios fore grauandos. Quando verò aliorum grauamen nec ex remiſſione, nec ex exẽptione illa neceſſariò ſequeretur, vtraque eſſet valida. Cur ergo inter exemptionem, & remiſſio-
D nem aliqui conſtituunt diſcrimen,cenſentes, exẽptionem eſſe nullam, remiſſionem verò validam? Certè moraliter pro eodem reputantur non comprehendere aliquos in lege tributorum, & illa remittere ipſi: ergo idem de vtroque quantum ad valorem,& honeſtatem dicendum eſt. An verò ex ſola cauſa liberalitatis poſſit ſine peccato fieri, poſtea dicam. Quod autem dictum eſt de diſpenſatione Principis in propriis legibus, dicendum eſt de diſpenſatione in legibus ſuorum prædeceſſorum: quia eandem habet in illas poteſtatem, ita Sanchez,8.de matrim.diſp. 17. quæſt. 3. num. 28. Nauarr.prælud.9.nu.5. Suarez,3. part.tom.4.diſp. 56.Sect.2.num.11. *Ad 7.*

E Quantum ad tertiam quęſtionem,an diſpenſatio inferioris, vt Epiſcopi, facta ſine cauſa in propriis legibus, valida ſit? Partem negantem tenent Archidiac. cap. licet canon de elect. in 6. & Innocentius,cap.dilectus,num.5.de temp. ordinat. vbi quæſt. 6. num. 9. in fine dubius manet Beiamera, licet dicat,de facto ſeruari,vt poſſit validè diſpenſare. Fundamentum huius opinionis eſt:quia inferiores Papa prohibiti ſunt diſpenſare ſine cauſa, cap.cum omnes,de conſtit. 42 *3. Quæſtio. 1. opin.*

Sed proculdubio tenendum eſt, validam eſſe,vt docet Sanch 8.de matrim.diſp.17.qu.3.nu.27.cum *2.& vera opi.*



Digitized by Google

*Valida eſt diſpenſatio inferioris in propria lege.*

A eodem Innocentio alibi, cum Ioanne Andrea, Butrio, Panorm. Decio, Aretino, Felino, Alex. de Neuo, Hippol. Cardin. Dominico, Milis, Bottæo, Gãbara, Franco, Angel. Syluestro, Tabien. Armilla, Nauarro, Soto, Valentia, Azor, Philiarcho, Sayro, Ludouic. Lopez, quorum loca ibi poteris legere. Idem tenent Viuald. Emanuel, & Rodriguez locis citatis qu. 2. opin. 2. Ad fundamentum cõtrarium reſpondet bene Sanchez, licet inferiores Papa prohibiti ſint iure Põtificio, imò & naturali, diſpenſare ſine cauſa in propria lege: tamen factum tenere.

Idem eſt, cùm inferior Princeps diſpenſat ſine cauſa in lege ſui prædeceſſoris, vel ſubditi, ita Sãchez, num. 28. cum Nauar. prælud. 9. num. 15. Suarez, 3. part. tom. 4. diſp. 56. Sect. 2. num. 11. quia in tales leges habet eandem poteſtatem, quam in proprias.

*1. Limitat.* Prædicta temperat Sanchez, nu. 29. & ſequentibus, primò, niſi conſtitutio Epiſcopi tranſierit in contractum in alterius commodum: vt ſi ſtatuiſſet omnes ad vrbem confluentes gaudere aliquo priuilegio, non poſſet reuocare reſpectu eorum, qui iam venerant, eo quòd ius ex illo contractu iam ſit illis acquiſitum, citat Butrium, Panorm. Decium, Hippolitum, Alex. de Neuo, Dominicum, Francum, Gambaram, Milis, Imolam, & Syluestrum. Quorum opinio vera eſt, licet impropriè loquatur. Quando enim conſtitutio fit ab Epiſcopo, vel alio principe animo obligandi ſe ex iuſtitia, & in materia, in qua poteſt ſe obligare ex iuſtitia, conſtitutio tranſit in contractum, & continet promiſſionem, ex qua acceptata, adueniente conditione, oritur ius iuſtitiæ in aliis, & obligatio iuſtitiæ in Principe; & tunc ſi abſque cauſa faceret contra promiſſionem, non tam diſpenſaret in propria lege, quam tolleret ius iuſtitiæ acquiſitum ex illa, & violaret legem naturalem iuſtitiæ. ſecus quando non poſſet, vel nollet Princeps ſe obligare ex iuſtitia per propriam conſtitutionem: tunc enim non tranſiret in contractum.

*2. Limitatio.* Secundò temperat Sanchez, niſi tales conſtitutiones eſſent authoritate Pontificia confirmatæ: de quo temperamento dixi ſect. 3. diffic. 11.

*3. Limitatio.* Tertiò temperant aliqui, niſi Epiſcopus eas conſtitutiones iureiurando firmauerit: quia in iuramento non poteſt ſecum diſpenſare. Pro hac limitatione Sanchez ſuprà, num. 31. citat Butrium, Panor. Alex. de Neuo, Decium. Hippol. Bottæum, Angel. Syl. Tabie. Armi. Sayrum, & Azorem. Bene tamen dicit Sanchez, etiam tunc poſſe ex iuſta cauſa diſpenſare. Primò, quia iuramentum magiſtratus intelligitur ſecundum æquitatem, & niſi iuſta cauſa interueniat: vt bene docet Baldus, l. & ſi ſeuerior, num. 10. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur. Qua ratione docet ibi Iudicem ex iuſta cauſa mutare poſſe pœnam legis à ſe iuratæ. Secundò quia Decius, Felin. Bottæus, & Ippol. admittunt hoc, quando cauſa ita vrgeret, vt eſſet periculum in mora. Tertiò, quia probabilius eſt, Epiſcopum poſſe ſecum diſpenſare in iuramento, quoties poteſt cum ſubditis, vt probauerat diſp. 3. num. 8. Quartò, quia in propria conſtitutione iurata poſſe Epiſcopum ex cauſa diſpenſare, tenet Aretin. Bart. & Gambara locis à Sanchez citatis. Qui demum bene aduertit, quidquid ſit de peccato, ſi in eis iuratis cõſtitutionibus Epiſcopus diſpenſet ſine cauſa; valere tamen diſpenſationem,

*Epiſcopus poteſt ſecum diſpenſare quoties poteſt cum ſubditis.*

perinde ac ſi iuratæ non eſſent: quia periurium non impedit rei valorem: ſicut ſi quis iuraſſet non prodigè expendere pecunias, peccaret prodigè expendendo: at factum teneret. Pro qua ſententia refert Gambaram, Antonium de Roſellis, & Bottæum: quę & multis aliis exemplis confirmari poteſt.

Sed quæritur quartò, an Epiſcopus, vel Archiepiſcopus validè diſpenſet ſine cauſa in conſtitutionibus ſuæ Synodi diæceſanæ. Pars negatiua ſuadetur, quia Synodus eſt ſuperior Epiſcopo, vnde eius leges ſunt leges ſuperioris: nemo autem in legibus ſuperioris ſine cauſa validè diſpenſat. Antecedens probatur primò, quia Epiſcopus habet ſe ad Synodum, vt Decanus ad capitulum: 45 *Quæſtio 4.*

B Decanus autem eſt inferior capitulo: ergo & Epiſcopus Synodo. Et ita Medina quæſt. 96 art. 5. dub. 2. con. 1. tuetur, Epiſcopũ legibus Synodi Diæceſanæ obligari quoad vim coerciuam, vt cæteri ſubditi. quod fatentur Gallego, & Eman. Rodriquez ſtatim citandi. Secundò probatur, quia non ſolum Epiſcopus, ſed cæteri cõgregati in Synodo definiunt, & habent ſuffragium deciſiuum, vt docet Imola cap. graue, num. 22. de præb. ad finem; quare Gallego de cogna. ſpir. cap. 21. num. 18. defendit, confirmationem Synodi non peti ab Epiſcopo, nec ipſum poſſe conſtitutiones Synodi abrogare: & propendet in hoc, quòd diſpenſatio

C Epiſcopi vel Archiepiſcopi in conſtitutionibus ſuæ Synodi facta ſine cauſa, ſit irrita: & Eman. 1. part. ſummæ in 2. editione, cap. 237. num. 2. in fine, & Vega. 1. tom. ſummæ, cap. 88. caſu. 2. in fine, relato Gallego dicunt, Epiſcopum non eas cõſtitutiones tollere, licet ex conſuetudine, & tacito Synodi conſenſu poſſit in eis diſpenſare. Licet autem non explicent, an diſpenſatio eius ſine cauſa in illis facta, eſſet valida: tamen apertè ſequitur, non fore, cum ſit diſpenſatio in lege ſuperioris.

Eſſe tamen validam probabilius, & meritò cenſent Sanchez, 8. de matrim. diſp. 17. num. 33. cum Cardinali Alex. cap. fin. qu. 5. de clandeſt. deſpon.

D Bottæo de Synodo, part. 2. art. 4. num. 9. Nauar. ſummæ, num. 74. & cap. fin. num. 4. de ſimonia: videtur Azoris lib. 5. cap. 15. quæſt. 3. quamuis enim non explicet conſtitutiones Synodales; ſed ſuas: tamen hoc nomine Synodales intelligit; quia citat Nauarr. qui de Synodalibus loquitur.

Probat Sanchez, quia ſolus Epiſcopus in Synodo diæceſana habet ſuffragium deciſiuum; cæteri tantum conſultiuum: vnde ſolus Epiſcopus in Synodo decernit, & ſubſcribit nulla aſſeſorum mentione facta, ſecus accidit in Synodo prouinciali, vt quæſt. ſequ. dicetur: ergo poteſt in conſtitutione Synodali validè diſpenſare ſine cauſa,

*Epiſcopus in ſynodo diæceſana habet ſuffragiũ deciſiuum, cæteri tantum conſultiuum.*

E ſicut in propria lege. Confirmatur, quia ad Synodum Diæceſanam communiter ſolum Parochi, & clerici, qui nulla ſtatuendi facultate gaudent, confluere ſolent: ergo votum deciſiuum non habent. Tandem, quia cum eius Synodi conſtitutiones ſolam Diæceſim Epiſcopi obligent, quæ pleno iure ſubeſt Epiſcopo, poſſitque ille ſolus ſtatuta condere illam obligantia, vt ſuperius docuimus: immeritò illæ conſtitutiones tribuuntur cæteris congregatis, niſi vt conſultoribus. Qua ratione Imola ſuprà ait, Põtifice aſſiſtente Concilio generali, Epiſcopos non habere ſuffragium deciſiuum: ſed ſolum quando legatos mittit: quià plena ſtatuendi poteſtas in Pontifice eſt, ex quibus infert Sanchez, num. 34. Epiſcopos non teneri legibus

Digitized by Google

ti legibus Synodi Diæceſanæ quoad vim coerciuam: ſed ſolùm quoad directiuam, eo modo, quo legiſlatores proprijs legibus tenentur: & quod hîc diximus, Epiſcopum poſſe leges facere ſine conſenſu Synodi, latius docuimus diſp. 8. ſect. 7. & 15.

Quæres quintò, an diſpenſatio Archiepiſcopi in decretis Synodi prouincialis, facta ſine cauſa, valida ſit.

Pro parte affirmante eſt, quòd Archiepiſcopus eſt ſuperior Synodo prouinciali, vt conſtat ex cap. graue de præben. ibi. *Metropolitani verò delictum ſuperioris iudicio relinquatur, ex parte Concilij nunciandum.* Ex quo textu patet, Metropolitanum non poſſe puniri per Concilium prouinciale: cuius rationem ibi reddit Hoſt. nu. 16. quem ſequuntur ibi Ioan. Andreas. nu. 8. Butrius, n. 4. qu. 2. Anchara. nu. 10. quia Archiepiſcopus Concilio prouinciali ſuperior eſt. Poteſt ergo in eius decretis, tanquam inferioris, validè diſpenſare ſine cauſa. Item quia ſolus Archiepiſcopus ibi habet votum deciſiuum, vt tenent quidam, quos tacitis nominibus refert Innoc. dict. cap. graue, num. 3. (licet alios referat in contrarium, & neutram opinionem definiat, & Butrius ibi, num. 18. verſ. ad 3. vtramque opinionem cenſeat probabilem) ergo poteſt ſine cauſa validè in eis decretis diſpenſare.

45 *2. Opin.* Sed Sanchez 8. de matrim. diſp. 17. num. 36. exiſtimat, diſpenſationem illam ſine cauſa irritam fore: quoniam Archiepiſcopus eſt inferior Synodo prouinciali leges eas ferenti, vt docet Nauarr. lib. 1. conſiliorum in 1. editione tit. 31. de offic. ordin. toto conſilio 7. in poſteriori autem, tit. de maiorit. & obed. toto conſil. 6. atque ideo ait, poſſe illum à Synodo prouinciali excommunicari. Probatque: quia ab Archiepiſcopo appellatur ad ipſam Synodum, tanquam ab inferiori ad ſuperiorem, vt tradunt gloſſ. fin. cap. à collation. de appell. in 6. Hoſt. cap. graue in fine, de præbe. Card. Clem. 1. §. quod etiam in interdictis, num. 1. not. 1. de ſent. excom. & ibi Anchar. nu. 5. notab. 5. vnde concludit Nauar. non ſe habere Archiepiſcopum ad Synodum prouincialem, ſicut ſe habet Pontifex ad Concilium generale, vel Epiſcopus ad ſuum capitulū: Sed vt ſe habet Decanus Eccleſiæ cathedralis ad Capitulum: qui eſt caput Capituli ad eum effectum, vt eius ſit capituli conuocatio, & ibi tanquam præſidens, habeat primam ſedem, non tamen eſt maior, ſed inferior toto capitulo. Sic, inquit, Archiepiſcopus eſt caput Synodi prouincialis, in quantum eſt eius illam cogere, ac illi præeſſe habendo primam ſedem: non tamen quòd ſit maior ea congregata, nec habeat parem iuriſdictionem: ſed eſt tantum ſimul Iudex, & collega aliorum Epiſcoporum, qui in ea congregantur. Non valet ergo diſpenſatio Archiepiſcopi ſine cauſa facta in illis decretis, vt pote facta ab inferiori in lege ſuperioris. Secundò, quia ſolus Archiepiſcopus non habet poteſtatem condendi ſtatuta totam prouinciam obligantia; vt docuimus diſp. 8. ſect. 9. At decreta Synodi prouincialis totam prouinciam ligant, ergo non dimanant à ſolo Epiſcopo, ac proinde nequibit ille abſque cauſa validè in eis diſpenſare. Omnis enim res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de regu. iuris. Confirmatur, quia Epiſcopos ibi intereſſe, vt iudices cum ſuffragio deciſiuo colligitur apertè ex dict. cap. ſicut olim ibi. *Ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & ſuffraganeos, vt ſuper his, & alijs, prout vtilitati, & honeſtati cōgruerit, prouida deliberatione procedāt, & quæ ſtatuerint, faciant obſeruari.* Idem deducitur ex ca. graue, de præb. ibi, *Per ipſum Cōcilium ſuſpendatur.* Ex quo Imola ibi num. 22. probat, non ſufficere Concilium, ſed requiri conſenſum ſuffraganeorum; quod etiam docet ibi Hoſtien. nu. 8. Ioan. And. num. 5. Card. num. 6. quæſt. 6. ſumitur etiam ex Conci. Tolet. 4. vbi iubetur Epiſcopi ſubſcribere iis, quæ cōmuni deliberatione in Concilio Prouinciali ſtatuūtur: & ex Concilio Mediolan. 4. in fine, vbi dicitur. Nos Carolus Mediolanēſis de conſilio, & aſſenſu reuerēdiſſimorum Coepiſcoporum noſtrorum ſubſcripſimus: & ſtatim ſubſcribunt alij Epiſcopi. Quod paſſim reperies in Conciliis Prouincialibus.

Nec obſtat cap. graue pro contraria ſententia cum Doctoribus adductum. Non enim intelligūt, Archiepiſcopum eſſe verè ſuperiorem ea Synodo, ſed eius caput ad ea, quæ diximus: & ob hanc dignitatem noluit Pontifex, vt Archiepiſcopus poſſet à Synodo prouinciali puniri, vt ait Sanchez ſuprà. Et hanc rationem reddiderunt ibi Butrius, num. 17. Abb. num. 8. vnde & Innoc. ſuprà, in fine capitis ait, Archiepiſcopum eſſe inferiorē, & ab eo appellari ad Synodum. Tertiò probatur, quia non poſſe Archiepiſcopum in his conſtitutionibus diſpenſare, nec abſoluere ab excommunicatione lata in hac Synodo, tenent aliqui, quos, ſuppreſſis nominibus refert Archid. cap. 1. ad finem, diſt. 17. reprobata diſtinctione Hoſtien. cap. graue, num. 17. de præb. & Ancha. Clem. 1. num. 5. de ſent. excom. & huic ſententiæ inhærere videntur ibi Archid. & Dominicus. Solùm enim diſſentiunt, quoad abſolutionem ab excommunicatione. Cùm enim ea lata à Synodo prouinciali ſit, nec ſpecialiter reſeruata, poterit ab ea, tanquam à iure lata abſoluere parochus, iuxta cap. nuper, de ſent. excom. nedum Archiepiſcopus. Et eius ſententiæ ſunt Anchar. & Hoſtien, proximè citati: Aiūt enim non poſſe Archiepiſcopum diſpenſare in his decretis, ſi formentur nomine Synodi, dicendo, Nos Synodus, ſiue, Nos Archiepiſcopus, & Epiſcopi in Synodo congregati, vel, Nos Archiepiſcopus de conſenſu ſuffraganeorum in Synodo congregatorum ſtatuimus. Secus ſi in perſona ſolius Archiepiſcopi: quia nimirum in priori caſu eſt conſtitutio Synodi: in ſecundo ſolius Archiepiſcopi. Hæc bene Sanchez illo num. 36. qui num. 37. rectè infert, Archiepiſcopum, & eius ſuffraganeos teneri illis decretis quoad vim coactiuam, nec poſſe in illis diſpenſare, niſi ſicut in lege Pontificia, in vno vel altero caſu ratione neceſſitatis, eo quòd non ſit recurſus ad Pontificem, nec tunc ſit coacta ſynodus Prouincialis, vt ad illam confugiatur. Nec refert eſſe recurſum ad Archiepiſcopum, ne ſuffraganei in ſuis diæceſibus poſſint in iis decretis diſpenſare. Tum quia Archiepiſcopus non habet in hoc maiorem poteſtatem, quàm ſuffraganei, vt diximus. Tum quia in diæceſi ſuffraganeorum ſuperior non eſt, niſi in caſu appellationis, vt diximus diſp. 8. ſect. 9. & ideo extra appellationis caſum non poſſe eum cum ſubditis ſuffraganeorum diſpenſare tradunt omnes tract. de voto.

*Archiepiſcopus eſt inferior Synodo Prouinciali.* 46

Ex quibus omnibus conſtat, diſpenſationem Archiepiſcopi, aut ſuffraganeorum etiam ſimul cum illo, niſi in ſynodo Prouinciali ſint legitimè congregati abſque iuſta cauſa factam, eſſe irritam: quia diſpenſant in lege ſuperioris: Sic Sanchez 47

*Decanus inferior toto Capitulo.*

ſupra, cui adde etiam eſſe irritam, ſi iuſta cauſa ſit communis, & ordinaria; ſecus ſi cauſa, vel caſus talis eſſet, vt epiſcopus etiam in conſtitutione Papæ poſſet diſpenſare. Si tamen ipſa ſynodus Prouincialis, vel alia poſteà facta diſpenſaret ſine cauſa, diſpenſatio eſſet valida, ſicut diſpenſatio principis in ſua lege, vel ſui prędeceſſoris. Sanchez ſuprà.

## SECTIO V.

*An ſine cauſa ſufficienti in lege propria cum aliquo diſpenſare peccatum mortale ſit.*

48 *1. Sententia.* QVidam cenſent, ſupremum Principem poſſe ad libitum in propria lege diſpenſare, & ſolam ſuam voluntatem eſſe ſufficientem diſpenſandi rationem: *1. Argum.* primò quia ſicut ſola principis voluntas induxit obligationem, ita poteſt eam remouere. *Condentis ius eſt illud deſtruere.* Condentis enim ius eſt illud deſtruere. Nec Princeps ſuis legibus aſtringitur, l. digna vox, C. de legibus. Et res facilè ad priſtinam ſuam naturam redit, l. ſi vnius, § pacta, ff. de pactis. *Confirm.* Confirmatur, quia dominus rem ſuam liberè expendere poteſt: ergo & Princeps poteſt legem ſuam ex parte vel in totum ſine cauſa diſſoluere. *2. Argum.* Secundò, quia in cap. cum noſtris verſ. nos verò, de conceſſ. præb. dicitur. *Mandamus, quatenus niſi prædictus Epiſcopus ſufficienter oſtenderit, quòd vel ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ, vel ex alia iuſta cauſa præpoſituram ſibi conceſſa fuerit, ipſum ad reſignationem ipſius compellatis.* Vbi indulgentia Pontificis comparatur iuſtæ cauſę: dictio enim diſiunctiua, vel, ponitur neceſſariò inter diuerſa, vt notant Doct. l. ſi quis in princ. ff. de rebus dubiis; & probatur ex l. hæc verba ille, aut ille, ff. de verb. ſign. & dictio, alia, ſupponit, indulgentiam Papæ eſſe etiam iuſtam cauſam. *3. Argum.* Tertiò, quia ſi cauſa requiritur, iam Princeps non diſpenſat propriè, ſed declarat, cauſam eſſe, quæ excuſat, & liberat ab impletione legis. hoc autem eſt falſum: ergo. *4. Argum.* Quartò, quia paſſim concedit Pontifex diſpenſationes matrimoniales in gradu non multum propinquo abſque cauſa. *5. Argum.* Quintò, quia hanc partem multis tribuit Sanchez 8. de matrim. diſp. 18. num. 2. gloſſæ, Bart. Speculatori, Innoc. Ioanni Andreæ, Butrio, Hoſtienſi, Cardinali, Abbati, Henrico, Imolæ, Felino, Baldo, Decio, Giganti, Turrecrem. Hippol. Bermondo, Angelo, Syluestro, Roſellæ, Armillæ, Rozas, Menchacæ, Menochio, Borgaſio, Brunoro, Mandoſio, Paludano, Aluaro, Pelagio, Stuñicæ, quórum loca à Sanchez ibi etiam citantur. Azor etiam, to. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2. pro hac ſententia citat gloſſam, l. relegati, ff. de pœnis, Bartolum, & Iaſonem ibi, fauet Sa, verbo Papa, nu. 4. vbi ſolum referendo ait, Papam peccare non ſeruando legem humanam, aut in ea diſpenſando ſine cauſa affirmat Nauarrus.

49 *Alia argum. pro eadẽ ſent.* Quæ ſententia præter argumenta ſuperiora, quæ à Sanchez adducuntur, his argumentis confirmari poteſt. *1. Argum.* Primò, quia legiſlator rebus habentibus ſe eodem modo, quo quando non eſt cauſa abrogandi, vel diſpenſandi, licitè potuit legem non ponere: ergo, & poſitam abrogare, vel in ea diſpenſare. *2. Argum.* Secundò, quia alia mandata particularia, vel generalia, quæ defectu perpetuitatis leges non ſunt, poſſet licitè ſine cauſa tollere, aut limitare, per ſe loquendo: ergo, & leges ipſas. *3. Argum.* Tertiò, quia Deus ſine vlla alia cauſa, vt oſtendat ſuam liberalitatẽ, vel charitatem, vel vt benefaciat Petro, poteſt in ſua lege cum eo diſpenſare, vt concedit Vazquez diſp. 178. cap. 4. ergo & humani legiſlatores in propriis legibus. Cur enim hac in re non licebit Deum imitari? *4. Argum.* Quartò, quia Princeps hac ſola ratione, vt bene faciat alicui amico, vel indigenti, licitè poteſt ei tributa iam debita remittere, vt ait Vazquez ſuprà: cur ergo, nõ poterit licitè ex ea ſola cauſa illum à lege tributorum abſoluere, vel à principio ipſum in ea non comprehendere? *5. Argum.* Quintò, quia multæ diſpenſationes petuntur à Pontifice, petendo ſimul, vt eas concedat independenter ab aliis cauſis ex ſola gratia, & liberalitate, & ſæpe ſic conceduntur: quod tamen non fieret à Pontifice aliis piis, & doctis viris cooperantibus, ſi eſſet illicitum.

50 *2. ſentent.* Alij docent, principem etiam ſupremum in propria lege ſine cauſa diſpenſantem peccare. D. Thomas, quæſt. 97. art. 4. Medina, Caiet. & Conrad. ibi, Vazquez diſp. 178. cap. 3. & 4. Valen. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 9. & 2. 2. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 2. Sanchez 8. de matrim. diſp. 18. num. 3. Caiet. quæſt. 96. art. 5. & apolog. de poteſt. Papæ, & in ſum. verb. diſpenſatio, vbi Sylueſt. § 2. Soarez num. 81. Gryſald. n. 2. Victo. relect. de poteſt. Papæ, num. 6. & ſeqq. Petrus de Soto lect. 1. de matrim. Sotus 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. & lib. 7. qu. 4. in fine, & 4. diſt. 39. qu. vn. art. 2. Canus de pœnit. part. 5. Martin. Ledeſ. 2. part. 4. quæſt. 56. art. 4. colu. penult. verſ. præterea dubium, Veracruz, 1. part. Speculi, art. 49. ad finem, & 2. part. art. 27. verſ. ſecundò non expedit. Palac. 4. diſt. 15. diſp. 8. Cordub. lib. 4. quæſt. 8. & 9. Petrus Ledeſ. in ſumma de ſacram. cap. 27. de matrim. dub. 1. poſt 4. concl. & addition. ad 3. part. quęſt. 54. de matrim. art. 3. diffic. 4. poſt 2. con. Ludouic. Peguera in deciſionib. cap. 51. nu. 12. Viuald. append. ad candelab. cap. 12. nu. 6. Azor to. 1. lib. 5. cap. 15. quęſt. 2. Eman. 1. to. ſummæ, cap. 24. con. 2. num. 4. & cap. 196. in fine in 2. editione, & to. 1. regul. quæſt. 22. art. 4. Philiari de offic. ſacerd. to. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. ver. altera difficultas, Vega 2. to. ſum. cap. 23. caſu 14. Ludouic. Lopez, 1. part. inſtructo, cap. 4. colu. 2. verſ. ſed quid ſi monarcha. Hoſtien. in ſum. tit. de filiis presby. ad finem verſ. verũ tamen non omitto Panorm. repet. cap. extirpãdæ, §. qui verò, num. 44. de præben. & cap. quæ in Eccleſiarum, num. 17. de conſtit. & cap. per venerabilem, num. 4. qui filij ſint legitimi, & ibi Præpoſ. §. quod autem, num. 2. not. 3. Alex. de Neuo, cap. 1. num. 131. & cap. cùm acceſſiſſent, nu. 8. de conſti. & ca. duas, num. 19. de ſponſa duorum, Additionator ad Ioan. And. ca. cum ad monaſterium, fine, de ſtatu monachi, Rebuff. in concordatis, vbi de forma mandati Apoſtolici, ſuper verbo, diſpenſationum, verſ. notandum eſt quòd nunquam: & in praxi benef. tit. de diſpenſa. ad plura benef. num. 55. Turrecr. cap. conſeq. num. 2. diſt. 11. Roſell. verb. votum, 5. num. 4. Arm. verſ. Papa, num. 12. & verſ. diſpenſatio, num. 13. Nauar. cap. 12. num. 57. & cap. 25. num. 5. & prælud. 9. nu. 14. Couarr. c. alma, part. 1. § 1. num. 7. de ſen. excom. in 6. & in 4. decret. part. 2. cap. 6. § 9. num. 7. & 10. Spino in ſpeculo teſtam. gloſſ. 12. principali, nu. 2. Gallego de cogn. ſpir. cap. 21. num. 2.

51 *Diſpenſatio ſine cauſa eſt impudens, temerarius, & infidelis vſus poteſtatis.* Probatur, quia diſpenſatio ſine cauſa eſt impudens, temerarius, & infidelis vſus poteſtatis, vt dixit D. Thomas, Conrad. & alij, quæſt. 97. art. 4. & diſſipatio quædam, vt dixit Bern. 3. de conſid. ad finem

finem,& eſt facere,vt ſine cauſa pars non conſonet toti,& eſt offendere æqualitatem,quam iuſtitia erga omnes ſeruari petit,cap. iuſtum eſt,diſt. 9. & eſt præbere anſam offenſionis cæteris ſubditis: & eſt poteſtate data in ædificationem,2. Cor.10. vti in deſtructionem,quia diſpenſatio hæc cedit in aliorum iniuriam,vt ſi à principio aliqui ſine cauſa exciperentur à lege, quæ omnes habentes eandem cauſam debet comprehendere, & vt lex debet in commune bonum fieri,cap. erit autem lex,diſt. 4. ita & diſpenſatio:debet ergo fieri cum cauſa: vnde in Tridentino Seſ.24. de matrim. cap. 5. *in contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro, idque ex cauſa*, & Seſ. 25. cap. 14. petitur cauſa ad diſpenſandum,& cap. 18.dicitur, *Quod ſi vrgens,iuſtaque ratio, maiorque quandoque poſtulauerit,cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id cauſa cognita, & ſumma cum maturitate, a quibuſcumque, ad quos diſpenſatio pertinebit,præſtandum eſt*.& in Conc. Coloniæ,3.part.1.cap.33. *quam imprudentiſſimè quidam diplomatis, & diſpenſationibus apud ſedem Apoſtolicam extortis præter ſummi Pontificis mentem (qui & vult,vt debet, poteſtate ſibi conceſſa non ad deſtructionem,ſed ad conſtructionem vti) abutantur*,& l.relegati, in fine,ff. de pœnis,Nemo poteſt cômeatū,remeatumve dare exuli,niſi imperator ex aliqua cauſa.

*Auctor.*

Hæc ſententia ſimpliciter tenenda eſt, & fortaſſe multi ex auctoribus pro prima citatis non dicunt, diſpenſationem ſine cauſa eſſe licitam, ſed validam, & qui dicunt, clarè eſſe licitam, poſſunt cum auctoribus ſecundæ ſententiæ conciliari adhibita aliqua diſtinctione, maximè cum multi iidem à Sanchez pro vtraque opinione citentur, quos non eſt credibile ſibimet aduerſari.

*Duplex diſpenſatio, altera, ex gratia, altera ex iuſtitia.*

Menchaca quidem lib.1.quæſtionum illuſtrium, cap. 25.num.9.& 16.ait,duplicem eſſe diſpenſationem, alteram ex gratia concedendam, & hanc ait concedi poſſe ſine cauſa:alteram ex iuſtitia,& hanc ait ſine cauſa non licitè concedi.Melius ſuum ſenſum exprimeret, & veritatem declararet dicendo, duplicem eſſe cauſam diſpenſandi: alteram, quaſi ex iuſtitia, quæ eſt tanta neceſſitas diſpenſandi,vt quaſi ex iuſtitia debeat Princeps diſpenſare,vt poſtea dicemus. Hæc cauſa tanta, & tam vrgens non requiritur,vt Princeps licitè diſpenſare cenſeatur, & hoc forte tantum voluere auctores primæ opinionis. Itaque exiſtimare videtur, ad honeſtatem diſpenſationis ſufficere minorem cauſam; nempe aliquem honeſtum finem principi propoſitum,vt conciliare ſibi gratiam, & amicitiam principum ſæcularium, vel aliorum,cum quibus, vel ad quorum petitionem diſpenſat, ſine detrimento cæterorum,vel communis boni, & cum commodo,& vtilitate eorum,quibus indulgetur. Illa poteſt dici cauſa neceſſitatis, hæc congruitatis & decentiæ. Aliquam ergo ex his cauſis requiri voluerunt auctores ſecundæ opinionis: & meritò; quia ſi actus careat honeſto aliquo fine,otioſus,& quia cum ius naturæ petat vt partes corporis politici in oneribus conueniant;temerè,& ſine cauſa aliquem eximere cum iure naturæ pugnat. Ad hæc cum ex diſpenſationibus nonnulla incommoda ſequi ſoleant, maximè ſi quibuſdam petentibus negentur; aliis verò concedantur in ſimilibus omnino circumſtantiis.Nam illi,quibus negantur,offenduntur de inæqualitate, & in legum obſeruatione tepeſcunt: debet legiſlator aliquod commodum in diſpenſatione intendere,quo iſta incommoda compenſentur.Præterea ſicut iuſtum eſt,quòd Princeps ſuas leges ſeruet,cap.iuſtū eſt diſt.9.ita & quòd ſeruentur ab omnibus, niſi iuſta aliqua cauſa ſuadeat aliquem eximere: alioqui enim ſaltem ea pars vtilitatis, quæ ex eo quòd iſte legē ſeruaret,prouenire deberet, temerè periret. Omitto alias rationes ſuperius factas.

52 *Ad 1. Arg.*

Ad primum argumentum primæ opinionis reſpondeo,ſicut legiſlator non poteſt licitè ſine cauſa ſufficienti legem condere, imò nec abrogare (quidquid aliqui dicāt)ita nec ſine cauſa ſufficienti in ea diſpenſare: & hoc aliquādo maiorem cauſam requirit, ne temerè ſubditi in oneribus fiāt inæquales. Et licet Princeps ſuis legibus non aſtringatur,vt eas obſeruet; tamen ad earum obſeruantiam, & ne temerè cum aliis diſpenſet,aſtringitur iure naturæ; etiamſi diſpenſatio facta ſine cauſa valeat. Ad confirmationem reſpondeo, etiam peccare eum, qui res prodigè, & ſine cauſa expendit, vel conſumit,licet factum teneat.

*Ad confirm.*

*Ad 2.*

Ad ſecundum reſpondet Sanchez illa diſp.18.n. 14. ibi, non agi de cauſa iuſta diſpenſationis: Sed habendi plures dignitates:quia,vt ibi notat gloſſa verb. iuſta, tunc vel ex diſpenſatione, vel ex alia cauſa iuſta poterant plures dignitates haberi.

*Ad 3.*

Ad tertium reſpondeo, Non quamlibet iuſtam cauſam diſpenſandi eſſe iuſtam cauſam faciendi ſine diſpenſatione contra tenorem legis: vnde quando Princeps diſpenſat, non declarat ius tunc non habere locum,ſed illud relaxat.

*Ad 4.*

Ad quartum reſpondeo, bene Sanchez ſuprà diſpu. 19.num.35. ſolere Pontificem diſpenſare in gradu remoto abſque cauſæ allegatione: ſed non ſimpliciter abſque cauſa: tunc enim copioſior pecuniaria compoſitio exigitur ab eo,cui eſt diſpenſatio concedenda, atque ea eſt ad ſumptus publicos, & iuſta diſpenſandi cauſa cenſetur: ſicut eleemoſyna in ſubſidium data eſt iuſta cauſa concedendi indulgentias bullæ. Adde, aliquando cauſam ſufficientem concedendæ diſpenſationis cenſeri,quòd Pontifex ea diſpenſatione conciliet ſibi gratiam Principis ſæcularis Eccleſiæ vtilem, vel alicui de Eccleſia bene merito beneficium, aut commoditatem aliquam retribuat: & tunc ponitur clauſula in diſpenſatione, qua dicatur, etiam ſi cauſæ aliæ narratæ non ſubſiſtant,diſpenſationē concedi, validamque fore.

*Ad 5.*

Ad quintum reſpondeo, auctores illos vel non eſſe contrarios ſecūdæ opinioni, vel cum aliis ſentiendum eſſe.

53 *Ad alia argumenta ſecundo loco poſita.*

Ad alia argumenta ſecundo loco poſita reſpondeo: ad primum, quòd in ſimili euentu, eſto potuerit forte lex non poni, vel poſita abrogari: non tamen poteſt licitè in ea diſpenſari: quia eſto ſit cauſa ſufficiens ad eam ponendam, vel abrogandam: non tamen eximendi hunc ab ipſa adhuc manente.

Ad ſecundum reſpondeo, mandata illa non poſſe licitè tolli, aut limitari ſine cauſa, ſicut neque leges.

Ad tertium reſpondeo, limitatiorem eſſe poteſtatem hominis, quàm Dei: ideo licet Deus licitè in propria lege diſpenſare poſſit ob ſolam oſtenſionem amicitiæ, & liberalitatis: tamen homo non poteſt ea ſola cauſa diſpenſare in propria lege, niſi cum ea gratia, vel amicitia ad commune bonum,cui ipſe tenetur attendere (non verò Deus) conducit.



Digitized by Google

Ad quartum reſpondeo, rationem diſcriminis A eſſe, quia in remiſſione tributorũ, quæ iam principi debentur, gerit ſe vt perſona priuata; & ideo non tenetur attendere communi bono: at in diſpenſatione, vel limitatione legis obligantis ad tributa, gerit ſe vt perſona publica; & ideo non poteſt limitationem, vel diſpenſationem legi apponere, niſi ex cauſa aliqua redundante in commune bonum, omnibus penſatis.

Ad quintum iam dictum eſt in ſolutione quarti argumenti primi ordinis.

54 Sed an diſpenſare in propria lege ſine cauſa, ſit peccatum mortale? Quidam recentiores affirmant per ſe & ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, licet ex leuitate materiæ poſſit aliquando eſſe veniale. Ducuntur; quia eſt contra iuſtitiam diſtributiuam, vel legalem: & quia ex ſe multùm derogat communi bono; & occaſionem præbet, vt leges paruipendantur, & violentur. Vnde Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 18. de reform. ait, ſine cauſa diſpenſare nihil aliud eſſe, quàm vnicuique ad leges trãſgrediendas aditum aperire, & ſeſſ. 25. cap. 5. de refor. grauiter prohibet diſpenſationes ſine cauſa. Confirmatur, quia ſine malitia extrinſeca ex propria materia poteſt talis culpa eſſe grauis, vt diſpenſare in pluralitate beneficiorum, in cœlibatu ſacerdotum, in obſeruatione quadrageſimæ, & ſimilibus, quæ ad graues Eccleſiæ obſeruationes pertinent: ergo ex proprio genere talis culpa grauis eſt. C In indiuiduo autem poteſt eſſe venialis ex leuitate materiæ, vt diſpenſare in gradu affinitatis, vel conſanguinitatis remoto, & in ſimilibus, quæ ad forum animæ directè non pertinent. Item diſpenſare in lege obligante tantum ſub veniali, per ſe ſolùm erit veniale: niſi aliunde magnum detrimentum boni communis interueniat. Pro hac ſententia Sanchez 8. lib. de matrim. diſpu. 18. num. 6. citat Caietanum verb. diſpenſatio, initio, & ibi Armill. num. 13. vbi dicunt, in materia parua hanc culpam eſſe venialem: quare apertè ſentiunt, ex ſuo genere eſſe lethalem; & Couar. 4. decreto, part. 2. cap. 6. §. 9. num. 7. vbi ait, fortaſſis, & frequentiſſimè eſſe culpam mortalem, & Petrum Ledeſmium in ſumma ſacramentorum, vbi de matrim. cap. 27. poſt 4. con. dub. 1. & Emanuel. 1. part. ſummæ in 2. editione. cap. 196. fine, & Vegam, 2. part. cap. 23. caſu 14. & ait Sanchez, eſſe ſatis probabilem. Fauent etiam Cordub. lib. 4. quæſt. 8. & Victoria relect. de poteſt. Papæ, nu. 6. & 15. dicendo, poſſe Põtificem diſpenſando in ſuis legibus grauiter, & mortaliter peccare.

*Dub.* *Suar.* *Fund.* *1. Confir.* *Diſpenſatio aditus ad trãſgrediendas leges.*

Sed probabilius eſt, culpam tantùm eſſe venialem, ſemoto ſcandalo, ac notabili aliorum damno: quale eſſet, alios nimis grauari ex eo quòd quiſque abſque cauſa à tributi lege liberaretur. Probatur; quia his ceſſantibus non eſt res tanti momenti, quempiã abſque cauſa à legis obligatione eximi, imò multi, vt retulimus, in hac re nullam culpam agnoſcere videntur. Nec dicimus, culpam fieri mortalem ex multiplicatione, aut frequentia actuum, ſed ex circumſtantia extrinſeca ſcandali, vel alterius damni notabilis. Scandalũ eſſet, quandò grauis, ſeu magna occaſio violandi legem non diſpenſatis tribueretur. Damnum eſſet notabile contrarium decori Eccleſiæ, & ſtatus ſacerdotalis, ſi in cœlibatu ſacerdotum ſine graui cauſa diſpenſaretur. Item eſſet graue damnum Eccleſiæ, diſpenſare ſine cauſa in pluralitate beneficiorum curatorum, maximè, ſi id paſſim fieret.

Hanc ſententiam tenet expreſsè Sanchez ſuprà, 55 num. 7. Valentia 1. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 9. ad finem (licet probabile cenſeat oppoſitum) citat Sotum 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. ſed Sotus ibi con. 2. ſolùm ait, eſſe peccatum, & in fine corpor. quando ait, ceſſante ſcandalo, & damno aliorum, culpam non eſſe forſan mortalem: loquitur de petente ſine cauſa diſpenſationem, & ea vtente: non verò de Principe illam cõcedente. Hanc etiam opinionem tenet Nauarr. in ſumm. prælud. 9. num. 11. alias 12. vel 14. & cap. 12. nu. 57. & cap. 23. nu. 44. & cap. 25. nu. 5. qui malè citat Caietanum 1. 2. quæſt. 96. ar. 5. tantùm enim ait indefinitè, eſſe peccatum, imò ſecundùm Valentiam ſubindicat, eſſe mortale ex genere. Magis fauet idem Caietan. verb. diſpenſatio, B vbi inſinuat, tantùm eſſe mortale per accidens, ratione ſcandali, vel damni. Sed hanc opinionem apertè tenet Ludouicus Lopez 1. part. inſtructo. cap. 4. colum. 2. verſ. 6. ſuperaddimus, Philiara, de offic. ſacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. verſ. altera difficultas, Eman. 1. tom. ſumm. in 2. editio. ca. 237. num. 1. Cordub. lib. 4. quæſt. 8. Viuald. in appendice ad candelab. cap. 12. nu. 23. Azor autem lib. 5. cap. 15. quæſt. 2. & Peguera ſuprà indefinitè dicũt, peccare. Sed ibi ait Azor, nullam cauſam requiri ad abolendam ex toto, vel ex parte legem reſpectu omnium: & ſaltem non eſt mortale ex genere, legem ſine cauſa boni communis in toto, vel in parte abolere: ergo nec in ea diſpenſare. Et malè oppoſita ſententia tribuitur Caietano, & Armillæ verbo diſpenſatio. Quando enim dicunt, diſpenſare ſine cauſa in materia parua eſſe peccatum veniale, loquuntur de diſpenſatione in lege Dei, ſeu voto, & in lege ſuperiorum: ſed agendo ſpecialiter de diſpenſatione in propria lege nõ ponunt mortale, niſi propter ſcandalum, vel alia damna.

Ad fundamentum aduerſariorũ reſpondeo, non 56 omne peccatum contra iuſtitiam diſtributiuam (contra quam ſolam directè, & per ſe limitat hoc pactum) eſſe ex genere ſuo graue, & mortale: ſed D ea tantùm, in quibus reperiri poteſt materia grauis, ſecluſis ſcandalo, & aliis incommodis extrinſecis. Hanc autem materiam grauem negamus hîc reperiri poſſe, niſi recurramus ad ſcandalum, & alia incommoda extrinſeca; nam iniuria inæqualitatis, quæ fit inter ſubditos, ſi aliquis ſine cauſa ab onere legis liberetur, cum per ſe non cedat in maius onus alterius, vel in aliud damnum, leuis eſt in tota latitudine propria: ſecus ea, quæ interuenit in diſtributione honorum, & dignitatum: nam per ſe tribui minus digno cedit in magnum damnum digniorum, Reip. & Eccleſiæ.

*Ad fund. aduerſa partis.*

Ad primam confirmationem ex Tridentino *Ad 1. Confir.* E ſumptam reſpondeo, diſpenſare ſine cauſa eſſe aliquam occaſionem violandi legem, & interdum eſſe tantam, vt ſit ſcandalum, & peccatum mortale: id tamen eſſe per accidens: ob hæc tamen incõmoda extrinſeca grauiter prohiberi poteſt, diſpẽſare ſine cauſa, quando illa timentur: inferioribus etiam grauiter præcipi poteſt, ne in legibus ſuperiorum ſine cauſa diſpenſent: quia id ex genere ſuo mortale eſt, cùm tales diſpenſationes ſint nullæ.

Ad ſecundam confirmationem iam dictum eſt, *Ad 2. Confir.* diſpenſationem ſine cauſa in illis graue peccatum eſſe propter dedecus, & damnum Eccleſiæ, vel ſtatus Eccleſiaſtici.

SEC

## SECTIO VI.

*An petere diſpenſationem à ſuperiore in propria lege ſine cauſa, vel ſic obtenta vti, ſit peccatum mortale.*

*Petens diſpenſationem ſine cauſa peccat.*

57 QVantum ad petitionem diſpenſationis, ad quam concedendam nulla cauſa ſubeſt, communis ſententia eſt, petentem peccare, quando ſcit nullam ſubeſſe iuſtam cauſam: quia inducit principem ad peccatum, quamuis magis peccet princeps concedens, quam ſubditus petens, vt docent Viuald. illo num. 23. Nauar. illo num. 57. proximè citatis, Cordub. lib. 4. quæſt. 8. in fine, quia Princeps magis actiuè ſe habet in ea iniuria, & inæqualitate, quæ oritur ex iniqua diſpenſatione & magis tenetur proſpicere bono aliorum, quàm ſubditus.

Quod credo eſſe verum, licet Princeps bona fide eſſet excuſandus à peccato, ſeu malitia: quia nec ad peccatum materialiter ſumptum, fas eſt alterũ inducere.

De quantitate autem huius peccati Conar. 2. part. 4. cap. 6. §. 9. num. 7. ait. *Is verò, qui à principe hanc iuris relaxationem petit ſine cauſa, venialiter peccat: non enim tutus erit quoad Deum, auctore Bern. ep. 171. ad Theobald. Forſan, & mortaliter peccabit, quippe rem illicitam petit à principe, & ei ſit coadiutor in peccato mortali. Ex his, quæ tradit Caiet. 2. 2. quæſt. 87. art. 4. &* Pet. Ledeſ. in ſum. de Sacr. c. 27. de matrim. dub. 1. poſt. 4. concluſ. ait, tunc eſſe reum culpæ mortalis, & alij ex noſtris ſatis docti docent eſſe mortale ex genere, ac proinde in legibus grauibus, quia tenent eſſe mortale ex genere, ac proinde in legibus grauibus diſpenſare ſine cauſa.

58 Sed dicendum eſt, id non eſſe mortale ex genere, licet poſſit eſſe mortale per accidens ratione ſcandali, vel damni principis, aut aliorum, ita Nauar. præl. 9. num. 12. & c. 12. num. 57. Sanchez 8. de matrim. diſp. 18 num. 8. Cordub, & Viual. ſuprà, Valent. 1. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 9. Sotus, 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. ait, forſan non eſſe culpam lethalem.

*Vera opinio. Sed non mortaliter niſi per accidens.*

Probatur, quia Princeps diſpenſando ſine cauſa ſolum peccat venialiter ex genere, & per ſe, vt diximus: ergo & ſubditus petẽdo diſpenſationẽ ſolùm peccat venialiter ex genere, & per ſe: ſecus per accidens: quo pacto poſſunt intelligi Petrus Ledeſ. & Conarruuias ſuprà.

Dices, ſi peccatum eſt, ſaltem veniale, diſpenſationem ſine cauſa petere: ergo qui quotidie expreſsè petunt diſpenſationes ſine cauſa à Pontifice concedi, ad euitanda dubia, quæ circa cauſarum, quæ allegantur, veritatem ſuboriri ſolent, peccãt. Reſpondet Sanchez ſuprà, & diſp. 19. num. vltimo, quamuis non datur cauſa ex parte perſonæ, cum qua diſpenſatur, dari ex parte Pontificis, qui ad ſumptus boni communis taxat aliquam pecuniatiam compoſitionem. Adde, ſatis magnam cauſam eſſe conciliare animos principum, & nullum dubium relinquere de valore diſpenſationis: quòd tamen eſſet, ſi nollet diſpenſationem abſque cauſa, quæ narratur, vel tacetur, validam eſſe.

*Satis magna cauſa ad diſpenſationem conciliare ſibi animos Principum.*

59 Hactenus locuti ſumus de petitione diſpenſationis à ſuperiore in propria lege: ſi tamen petat diſpenſationem ab eo in lege alterius ſuperioris A ad ipſum, ſciens, non ſubeſſe cauſam, peccat mortaliter ex genere: quia tunc diſpenſatio eſt nulla, vt diximus, & ideò peccat mortaliter, intendens (vt ſuppono) illa vti, & alterum inducens, vt illam concedat vſurpando alienam iuriſdictionem. Et ob eaſdem eſt mortale peccatum, petere diſpenſationem in voto, & iuramento pertinentibus ad ius diuinum, & naturale, quando ſubditus ſcit, non eſſe cauſam ſufficientem ad valorem diſpenſationis, & ita tenent omnes recentiores: qui tamen rectè addunt, ex leuitate materiæ poſſe eſſe veniale, petere, & concedere talem diſpenſationem. Sed modo ſolùm agimus de diſpenſatione principis in lege propria, & dicimus, petere talem diſpenſatio- B nem ſine ſcientia, vel probabilitate cauſæ rationabilis, non eſſe per ſe, & ex genere ſuo peccatum mortale, ſed tantum veniale, licet per accidens poſſit eſſe peccatum mortale; ſicut, & abrogare legem: quòd tamen non eſt mortale ex genere ſuo eſto interdum ſit mortale, legem abrogare, aut à principio eam non ponere.

De vſu verò diſpenſationis datæ ſine cauſa, quamuis Couarr. illo num. 7. dicere videatur, vtentem illam diſpenſatione data ſine cauſa, peccare contra talem legem. Tamen credo, id non intendere: qui cùm teneat, diſpẽſationem eſſe validam, ſentire debet, lege illa directè non obligari, ac proinde non peccare contra illam. Et alioqui non C loqueretur conſequenter, vt rectè infert Vazquez diſp. 178. cap. 4. num. 26. Conſequenter verò Caietanus, & alij tenentes, diſpenſationem eſſe validam, vt notat Vazquez, affirmarunt, non peccare contra eandem legem: ita tenet Caiet. quæſt. 96. art. 5. Med. ibi Nauarr. prælud. 9 num. 11. Valent. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 9 Cordub. lib. 4. quæſt. 8. Viuald. in appendice ad candelabrum, nu. 25. Sotus, 1. iuſt. quæſt. 7. art. 3. & Victoria, quos ſequitur Eman. to. 1. quæſtionum regul. quæſt. 22. art. 4. & alij recentiores dicentes, id eſſe commune: quia ille poſt diſpẽſationem, quę valida fuit, non obligatur ea lege: quia diſpenſare validè cum eo eſt, liberare, & eximere illum verè, & realiter ab obligatione talis legis: ergo iam ille non peccat contra talem legem: ait autem Eman. ſuprà, Caietanum D innuere, vſum talis diſpenſationis eſſe peccatum mortale: quo pacto etiam Sotus Caietanum intellexiſſe videtur. Sed non rectè: vt notant communiter recentiores, nam Caiet. ſuprà, ſolum dicit vtentem tali diſpenſatione peccare contra legem naturæ, præcipientem parti, ne ſine cauſa diſcordet à toto: & in ſum. verbo diſpenſatio, ſatis ſignificat, hanc culpam ſolùm eſſe venialem, licet vti diſpenſatione in iis, quæ ſunt iuris diuini, & naturalis, vt in votis, dicat eſſe mortale ſi diſpenſatio ſit data ſine cauſa: & idem ait tom. 1. opuſc. tract. 27. ad finem: vtentem autem diſpenſatione data à Principe ſine cauſa in lege propria peccare ve- E nialiter tenet Nauar. ſuprà, n. 12. Cordub. Viuald. Victo. Sotus (cum formidine) & Eman. Imò Nauar. c. 23. n. 44. ait, tali diſpenſatione excuſari vtentem, ſecũdum omnes à mortali, licet quandoque non à veniali. Itẽ ſolùm peccare venialiter docẽt Couar. ſuprà, Ledeſ. 2. part. quarti, quęſt. 17. art. 3. fol. 204. colu. 3. Gigas, de penſionib. quæſt. 6. num. 9. Ioan. Bapt. de penſion. quæſt 19. num. 24 Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 18. num. 12. dicẽs, ſibi eſſe certum, quòd per ſe loquendo non eſt mortale. Citat Gallegum, de cogno. ſpir. cap. 21. num. 9. Valent. 1. 2. diſp.

*Diſpenſare eſt verè, & realiter eximere ab obligatione legis.*

Digitized by Google

diſp.7.quæſt.5.punct.9. ad finem,Philiar. de offic. Sacerdo. tom. 1. part. 2.lib.3.cap.4.Eman.tom.2. quæſtionum regul.quæſt.46.art.5.& tom.1.ſummę editione 2. cap.237. num. 1. Citat verò alios, qui ſaltem dicunt, peccare vtentem diſpenſatione data ſine cauſa.Panorm.cap.non eſt,num.8.de voto, Additionator ad Ioan. And. cap.cum ad monaſterium, de ſtatu mona. Barbati. additio.ad Panorm. cap.at ſi clerici de iudic.Gambar.de auctor.legati, lib. 10.num.161.& 374.Caiet.1.2.quæſt.96.art.5. Ledeſ.2.part.Quarti.quæſt.27.art.2.Lopez,1.part. inſtructo.cap.4.Couar.illo num.7.& 11.qui etiam adducit Fortuniū, & Bern.quos etiam citat Azor, tom.1.lib.1.cap.15.quæſt.3.Sed ipſe tenet contrarium,vt referemus.Hoc verò tenet Ludouicus Peguera in deciſionib.cap.52.num.12.

*Vtens diſpenſatione obtenta ſine cauſa nec venialiter peccat ſecluſo ſcandalo.*

60 Probabile tamen eſt quod hîc dicunt Suar. & nonnulli alij recentiores,vtentem tali diſpenſatione nec venialiter peccare ſecluſo ſcandalo,& malo exemplo:quòd ceſſare poteſt,ſi non obſeruatio legis occultè fiat,vel alij arbitrentur diſpenſationē ex legitima cauſa conceſſam fuiſſe,vel nullum eſſe peccatum tali diſpenſatione vti. Probatur, quia Panorm.& communiter alij Canoniſtæ, vt obſeruant Victo.& Eman. ſuprà,affirmant,vtentem tali diſpenſatione non peccare,& tuta cōſcientia poſſe illa vti: quo pacto etiam loquitur Sylueſter,vt videre licet locis cit. Sect. 4.quòd eſſet falſum,ſi ſaltem peccaret venialiter,vnde abſolutè non peccare docet ſumma Corona, cap. 1. de dignoſcendis peccatis,num. 32. Viualdus,append. ad candelab. cap.12.num.8,vbi ait, *in lege poſitiua ſi Papa, etiam ſine cauſa iam diſpenſauit, vtentem tali diſpenſatione vix, aut nunquam peccare,niſi quando talis Papam induxiſſet ad ſic diſpenſandum: ita colligitur ex omnibus in 2. concluſ. adductis.* Hæc ille:& nu.22.ait: *Diſpenſatio valet, vt illa vti liceat ſine peccato,quando non eſt ſcandalum.* Idem videtur ſentire Nauar.ca. 12.nu. 57.vbi ait, *Quamuis Adrian.in 4.de reſt. teneat,quòd ille cui conceditur diſpenſatio ſine cauſa, & contra legem penitus humanam,nihil peccat,licet diſpenſator ſic. Tamen oppoſitum,quod tenuit Caietan. nobis verius eſſe videtur, &c. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum auctorum, ſcilicet ponendo differētiam inter actum diſpenſandi, & inter actum vtendi diſpenſatione iam impetrata ſine ſurreptione, & dicendo, quòd opinio Caiet. procedit in priori, & opinio Adriani in poſteriori.* Hæc Nauarr. cuius concordia, licet non ſit ad rem, quia vterque auctor videtur loqui de ipſo vſu diſpenſationis :tamen ex ea concedi colligitur, talem ſenſiſſe Nauarrum, in eo vſu,per ſe loquendo,nullum eſſe peccatum. Et ita tenet Vazquez diſput. 178.cap.4.aſſerendum eſſe, ſuppoſito quòd diſpenſatio ſit valida : quia tunc conſtat,nullum eſſe peccatum directè cōtra ipſam legem humanam : nec verò eſt contra naturalem, quia lex naturalis non obligat validè diſpenſatum vt ſe conformet cum aliis membris nullam habentibus diſpēſationem:ergo.Nec putat Vazquez eſſe ſimile de principe, qui peccat, ſi non ſeruat ſuam legem : Nam de principe ſentit eſſe directè ſubiectum ſuæ legi:diſpenſatus autem validè non eſt ſubiectus legi,ac proinde habet iuſtā exceptionem non ſe confirmandi cæteris:ergo nullo modo peccat vtendo illa diſpenſatione. Quod tenere multos, & eſſe ſatis probabile, ait Sanchez 8. de matrim. diſp. 18. num. 10. citans Anchar.cap.non eſt, in fine de voto, & cap.cum ad monaſterium, num.25.de ſtatu mon. Felin.cap.ad audientiam,2. de reſcriptis,num. 4. Gigan.de penſio.quæſt.6.nu. 13. Angel.diſpenſatio,num.3.Sylueſt.quæſt.5.nu. 5. Nauar. illo num. 57.Brunorum in compend.lit. P. verbo Papa diſpenſare poteſt, Palat. 4. diſt. 15. diſp.8.colum.17.& diſt.38.diſp.2.col. 7. Medin. 1. ſum. cap. 14. §.10.Stunnic.de voto,quæſt.6.num. 130.Azor,tom.1. lib.5.cap.15.quæſt. 3. Aragon 2. 2.qu.89.ar.9.ad finem.Azor etiam pro hac ſententia citat Sotum, in quo tamen eam non inuenio. Quæ opinio proculdubio tenenda eſt, ſi dicamus, Principem ſine cauſa diſpenſantem in ſua lege, per ſe loquendo, nec contra illam , nec contra legem naturæ delinquere. Si autem iuxta communem opinionem dicamus, principem licet non ſit directè ſubiectus ſuis legibus, & nihilominus iure naturæ teneri ad earum obſeruationem, etiam ſecluſo ſcandalo, & aliis incommodis, vt in oneribus ſe conformet ſubditis, conſequenter dicēdum erit,ſubditum ſine cauſa diſpenſatum teneri lege naturę ad conformādum ſe cum aliis ſubditis, & peccare ſaltem venialiter vtendo tali diſpenſatione.

Sed hoc limitandum eſt ad primarium, & immediatum vſum talis diſpenſationis, verbi gratia, 61 obtinuit quis ſine cauſa diſpenſationem ad cōtrahendum matrimonium:Primarius,& immediatus vſus huius diſpenſationis eſt, contrahere matrimonium:& iſte ad ſummum eſt peccatum veniale. Poſtea verò petere, aut reddere debitum , eſt vſus mediatus, & ſecundarius, imò propriè non eſt vſus diſpenſationis , ſed matrimonij contracti per talem diſpenſationem : & hîc vſus nullum eſt peccatum , vt fatentur recentiores, & duriſſimum eſſet contrarium affirmare: Imò,ſi adeſt cauſa rationabilis ad primarium vſum diſpenſationis ſine cauſa impetratæ, ille primarius vſus erit omninò licitus. Imò mihi duriſſimum videtur dicere,quòd is, qui ſine cauſa ſcienter,vel ignoranter, mala,aut bona fide obtinuit diſpenſationem ad non ieiunandum, aut ad veſcendum ouis, vel lacticiniis in omni vſu proximo(hîc nullus remotus eſt)peccet, ſaltem venialiter : quia ſic penè inutilis erit diſpenſatio, quæ non ad tollendū,ſed ad minuendum peccatum conducit,& quæ non poteſt ſine peccato executioni mandari.Quare valde probabile iudico in eo vſu,per ſe loquendo,nullum eſſe peccatum:itemque nec Principem per ſe loquendo,ſecluſo ſcandalo, & aliis incommodis,peccare non ſeruando ſuam legem. De hac re vide diſp.14.ſect.2.

Sed qui tenent,vtentem eiuſmodi diſpenſatione 62 peccare venialiter,diſpenſantem autem,petentem vel procurantem peccare mortaliter, rationē diſcriminis aſſignant, quia diſpenſatio eſt vulnus legis,& ſciſſura,cùm per diſpenſationem ſubditus quidam eximatur à lege : vulnerare autem legem ſine cauſa eſt res grauis ex genere ſuo : vtens autem diſpenſatione data ſine cauſa, non vulnerat legem:ideò non peccat mortaliter. ſed hoc diſcrimen friuolum videtur : tum quia diſpenſatio non dicitur vulnus legis ea ratione ; ſed quia communiter eam infirmat in ordine ad alios, qui procliuiores redduntur ad legis violationem ; tum quia aliquo genere vulneris vulnerari legem ſine cauſa non oportet eſſe mortale ex genere: tum maximè, quòd,vt diximus, diſpenſans, & petens, aut procurans diſpenſationem ſine cauſa, non peccat morta

*Diſpenſatio vulnus legis, & ſciſſura.*

Digitized by Google

mortaliter,vt diximus.

Dicunt tamen aliqui ſecuti Sotum ſuprà, vtentem diſpenſatione data ſine cauſa, mortaliter peccare, ſi talis vſus ſit in aliorũ graue detrimentũ. Ponit exemplum, vt ſi quis abſque cauſa obtineret à Rege diſpenſationẽ, & priuilegiũ ad non ſoluenda communia tributa, vnde prouenit, vt alij magis onerentur, cum debeant etiam ſoluere id, quod diſpenſatus ille ſoluturus erat. Alij verò aliud ponunt exemplum, videlicet, quando in toto regno, vel in hac ciuitate taxatur triticum; ſi Petrus ſine rationabili cauſa in ordine ad commune bonum diſpenſetur; & ea diſpenſatione vtatur, vendendo triticum vltra taxationem, peccat mortaliter ſecundùm iſtos modernos, & tenetur ad reſtitutionem illius exceſſus vltra taxationem, eo quòd ibi eſt iuſtitia, quia precium taxatum eſt iuſtum, & commune: quamuis ille ſit ſpecialiter ſolutus à lege illa taxationis, & à pœnis, quibus alij ſubduntur; non tamen eſt ſolutus à lege naturali communi ipſius iuſtitiæ, iubente, vt non vendatur triticum vltra pretium, quod communiter iuſtum æſtimatur. Quidam de hoc ſecũdo exemplo dicũt, licet fortè veritatem contineat, difficultatem tamen habere non paruam; & primum exẽplum, vt à Soto ponitur, eſſe certius: obiectiones enim, quas auctores ſecundi exempli contra Sotum faciunt, contra illum non ſunt; & eorum doctrina parum eſt neceſſaria.

*Dicunt enim primò*, quòd quando eſt certum tributum, impoſitum vicinis alicuius oppidi propter paſcua, quæ poſſident, ita quòd ſiue ſint plures, ſiue pauciores, integrum illud tributum ſoluere debent, tunc non poteſt quis eximere ſe à tali tributo, vtendo diſpenſatione data ſine rationabili cauſa, ita vt alij maneant grauati, & ſi vtatur ea diſpenſatione, peccat mortaliter, & ſimiliter rex diſpenſans, niſi compenſet grauamen, qui non peccat eo quòd huic remittat tributum; ſed quia cæteros grauat. Et in hoc (inquiunt illi moderni) diſcordamus à Soto.

*Secundò dicunt* procurare hanc exonerationem, & libertatem, vel non erit peccatum, vel non erit mortale: quia tributa ſunt ſeruitutes quædam, quæ tollunt, vel minuunt nobilitatem, & quilibet vtitur iure ſuo procurando nobilitatem, aut eius augmentum; ad quæ natura propendet: & hoc non eſt retrahere ſe à membris Reip. ſed fieri nobilius membrum ipſius. Quòd ſi Princeps aliunde oneret ſubditos imponendo eis grauia tributa, ſibi imputet. Addunt Moderni illi, non poſſe ſibi aliud perſuadere: & confirmant, aliàs nullus poſſet ſine mortali peccato procurare eſſe priuatus, ſeu habere ſpecialẽ gratiam regis; quia inde ſequitur, cum grauamine aliorũ, fieri nobilem, & habere multis exemptionibus, & libertatibus ſine rationabili cauſa.

Nonnulli Sotum defendere nituntur: ſed immeritò, quia licet Rex ſine cauſa eximens aliquem à tributis peccet venialiter peccato prodigalitatis: & mortaliter, ſi ſimul velit tributum, quòd ſubditus ille ſoluturus erat, ſine cauſa in alios refundere, ſeu potius ab illis exigere, quod eſt contra iuſtitiã: tamen ſubditus diſpenſatus non peccat contra iuſtitiam: quia ipſe nec petit, nec conſulit, nec vlla alia ratione efficit, ſed tantum eſt occaſio, quam Rex ſumit, vt alios grauet, ſicut generaliter, qui in quoſdam ſunt prodigi, ſolent in alios eſſe auari, & iniuſti, vt inquit Ariſtoteles.

A Aduerte tamen, ſi ſubditus dubitans de iuſtitia 63
cauſæ, vel cauſarum, fideliter eas referat ſuperiori, & ipſe eas iuſtas iudicet, excuſari ſubditum non ſolùm in vſu, ſed etiam in petitione diſpẽſationis, etiam ſi fortè illæ non ſint iuſtæ: quia non tam ſuum eſt, quàm ſuperioris, iudicare, an cauſæ ſint iuſtæ. Et hoc etiam ſi diſpenſatio ſit in votis, D. Thomas 2. 2. quæſt. 88. art. vlt. ad 2. Friburg. in ſumma confeſſorum lib. 1. tit. 8. quæſt. 81. Sa, verbo, votum. de irritatione, num. 21. Sanchez, 8. de matrim. diſp. 18. num. 9. Nauar. prælud. 9. num. 13. Petrus Ledeſ. in ſum. de Sacram. cap. 17. dub. 1. poſt 4. conclu. Philiar. de offi. ſacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. Tabienna diſpenſatio, quæſt. 10. nu. 12.
B citans alios, & communiter recenciores hîc, & tract. de voto, imò Azor tomo. 1. lib. 7. cap. 29. quæſt. 6. ait, in dubio poſſe quem ſoluere ieiuniũ conſilio ſuperioris, medici, vel confeſſoris, ſcilicet remouendo dubium (ſaltem practicum, ſi aderat, & formando conſcientiam, quòd ſibi licet ſequi ſententiam ſuperioris, vel etiam intellectu amplectendo illam.) Deinde in dubio, an cauſa ſit iuſta, præſumendum eſſe pro diſpenſante, docet Ludouicus Peguera in deciſion. cap. 52. num. 12. Bart. & Cynus, l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publicã, Felin. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſt. num. 60. Decius, num. 29. Fortun. Garcia l. gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthu. Hyppol. ſingulari, 8. Ia-
C ſon conſil. 105. num. 4. volum. 1. & colligitur ex cap. in præſentia, de renun. cap. ad aures de temp. ordin. ca. 2. de maiori. & obed. De hoc latè Sanch. 8. de matrim. diſp, 17. num. 15.

*In dubio præſumẽdum pro diſpenſante.*

Sed aliqui hanc doctrinam limitant dicentes, quando Princeps diſpenſat motu proprio, & non ad inſtantiam partis in iure humano, ita cauſam præſumi, vt probatio in contrarium non admittatur: ſecus quando ad inſtantiam partis, vel in iis, quæ ad ius diuinum ſpectant, vt in votis: etenim tunc non præſumitur cauſa, niſi probetur. Quia cùm ad inſtantiam partis diſpenſatur, cenſetur potius diſpenſatio per importunitatem extorta, quàm quòd ita agendum Princeps cenſeat. Ita
D Felin. cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. num. 60. Hæc doctrina in foro externo partim eſt vera: cùm enim diſpenſatio principis in propria lege, aut inferioris valida ſit, etiam ſi abſque cauſa detur, non debet admitti probatio nullitatis ipſius ex defectu cauſæ: ſecus quando Papa diſpenſat in votis, vel iuramentis, vel matrimonio rato non conſummato, quæ pertinent ad ius diuinum. Sed ſi fideliter cauſæ relatæ ſunt Pontifici, & res eſt iuris humani, credo non debere admitti probationem aduerſus diſpenſationem, etiamſi ad inſtantiam partis data ſit. In foro autem conſcientiæ dum aliud non conſtat, etiam ſi res ſit diuini iuris, ſemper eſt præſumendum, cauſam fuiſſe iuſtam, cum
E ſtandum ſit iudicio ſuperiorum, vt bene Sotus, 4. diſtinct. 21. quæſt. 2. art. 2. col. antepenultim. Rectè etiam Sa, verbo diſpenſatio, num. 4. ait, ad diſpenſandum ſcilicet, licitè, ſatis eſſe, putare cauſam eſſe rationabilem, ſupple, etiam ſi in re ſufficiens non ſit.

Sed eſt egregia dubitatio, an quãdo quis à prin- 64
cipio obtinuit diſpenſationem cum cauſa rationabili, & ſufficienti iudicio prudentium, ac proinde validam, & licitam: poſteà tamen decurſu temporis ceſſauit totaliter illa cauſa, an peccet tunc vtens tali diſpenſatione.

*Dubitatio.*

Dra-

Pro declaratione ſuppono, non omnes diſpenſationes quoad vſum, & executionem eſſe æqualis durationis, aliquæ enim primo vſu conſumuntur, vt patet in diſpenſatione de contrahendo matrimonio cum conſanguinea:poſt primū enim vſum, nullus eſt alius vſus,proprius,ſcilicet,& immediatus illius diſpēſationis:quòd ſi interueniat aliquod peccatū,in illo primò vſu interuenire debet, quia quarum vſus non ſupereſt alius. Aliæ verò ſunt diſpenſationes,ſępe occurrit,vt patet in diſpenſatione de non ieiunando per totam vitam, vel de non recitando diuino officio,vel de veſcēdis carnibus, aut lacticiniis in diebus alioqui vetitis, vel de aliis huiuſmodi. De his ſecundis eſt pręſens dubitatio, vt ſi Petrus eſſet diſpenſatus ad non ieiunandū per totam vitam propter aliquam , vel aliquas infirmitates, quæ à peritis,& expertis medicis iudicabantur perpetuæ, ſi illæ cauſæ poſteà omninò ceſſarent, an poſſet nihilominus Petrus licitè vti illa diſpenſatione.

*Vinculum ſemel conciſum non conualeſcit.*

Pro parte affirmante eſt, quia vinculum quòd ſemel conciſum,& diſſipatum eſt,non conualeſcit ſucceſſu temporis: ſed illud vinculum,ſeu obligatio non ieiunandi per diſpenſationem omninò eſt diſſolutum:ergo poſteà non conualeſcit,ſi diſpenſatio non reuocetur ab habente auctoritatem, etiamſi poſteà Petrus ſit omninò ſanus, & robuſtus,& in ætate idonea ad ieiunandum.Confirmatur, quoniam à principio, vt ſupponimus, valida fuit illa diſpenſatio:ergo iam Petrus licitè,& validè liberatus,& exemptus fuit à lege ieiunij pro tota vita,pro qua abſolutè, & ſine vlla cōditione diſpenſatus fuit:ergo quidquid poſteà ſuccedat, dūmodò ea diſpenſatio non reuocetur,etiamſi cauſæ diſpenſandi ceſſauerint,poteſt non ieiunare.

Pro parte autem negante eſt, quòd fidelis, & prudens diſpenſator,ſicut non debet intendere diſpenſare à principio ſine rationabili cauſa pro illo tempore,ſic nec velle debet, quòd duret diſpenſatio, niſi quandiu rationabilis cauſa durauerit, vbi poteſt eſſe multiplex vſus talis diſpenſationis:ergo in caſu huius dubij dicendum eſt,quòd ceſſantibus omninò illis infirmitatibus, quarum cum Petro diſpenſatum eſt in lege ieiunij, non poterit licitè non ieiunare.

65 Aliqui recētiores probabile putant,in dicto caſu Petrum poſſe non ieiunare.Ducuntur argumento, & confirmatione poſitis pro parte affirmante,licet oppoſitum cenſeant probabilius: quòd alij iuniores certum cenſent.Quia quamuis non reuiuiſcat, nec conualeſcat lex illa ieiunij reſpectu Petri, qui legitimè, & ex cauſa rationabili fuit exemptus à legitimo diſpenſatore,& ſic ille non peccet contra legem humanam ieiunij, peccat tamen contra legem naturalem dictantem, turpem eſſe partem, quæ non eſt conformis ſuo toti, ſicut diximus(inquiunt) peccare illum, qui ſine cauſa rationabili fuit diſpenſatus in lege humana à ſupremo legiſlatore, licet diſpenſatio tunc ſit valida: vnde ad argumentum pro parte affirmante factum, reſpondent,licet non conualeſcat lex illa ieiunij reſpectu Petri,&ſic non peccet contra illam:tamen peccare contra legem naturæ,vt explicatum eſt.Ad confirmationē reſpondent,Petrū in primo vſu non peccaſſe contra legem naturę,quia ad illum fuit cauſa rationabilis,ſecus in cæteris, qui fuerunt poſt ceſſationem cauſę rationabilis. Ad argumentum verò pro parte negatiua, in quantum videtur probare,

*Turpis eſt pars, quæ non conſonat toti ſuo.*

A quòd ille peccet contra legem eo quòd ob ceſſationem cauſæ, virtualiter reuocata videtur illa diſpenſatio ex virtuali intentione fidelis, & prudentis diſpenſatoris : reſpondent,nec formaliter, nec virtute eſſe reuocatam,quia,vt ſupponimus,legiſlator abſolutè,& abſque vlla conditione diſpenſauit pro tota vita. Si enim daremus,diſpēſationem ſaltem virtualiter eſſe reuocatam, oporteret concedere, Petrum peccare etiam contra legem ieiunij, ſicut peccaret contra illam, quando non ieiunaret ante diſpēſationem, ſi nullam haberet aliam rationabilem cauſam excuſantem:ſed per ceſſationem cauſæ non reuocatur virtualiter illa diſpenſatio, ideò peccatum illud non eſt contra legem B ieiunij, ideò nec mortale : ſed contra legem illam naturalem impoſitam parti de conformando ſe toti : quæ lex ſolùm obligat ſub veniali: ideo illud ſolùm eſt peccatū veniale ſecluſo ſcādalo. Vt autē diſpēſator ſit fidelis,& prudens in diſpenſando,& vt licitè,& validè diſpēſet ſine vlla cōditione,ſatis eſt probabiliter tunc exiſtimare, cauſam fore perpetuam.Limitant aliqui prædictam doctrinam de peccato veniali contra legem naturæ,vt intelligatur in diſpenſatione legum communium, in quibus homo obligatur tanquam membrum Reip. & adhuc non in omnibus, ſed ſaltem in aliquibus, quæ facili negotio fieri poſſunt, & quæ de ſe ſunt res graues,vt in exemplo poſito de ieiunio.In aliis C autem, quæ ex voluntate particulari oriuntur, vt in votis, ſi iuſtè quis diſpenſetur, etiamſi poſteà ceſſent omnes cauſæ diſpenſationis, non tenetur ille ad votum ſeruādum, nec erit vllum peccatum, etiam veniale, vti diſpenſatione, quia in his non obligatur quis vt membrum Reip. vt, quando ceſſante omni cauſa poſt diſpenſationem, vtens eadē diſpēſatione dicatur turpis pars, verbi gratia, ſi fuit cum aliquo ex cauſa rationabili diſpenſatum in voto continentiæ,vel religionis,vel peregrinationis, etiamſi poſteà ceſſent cauſæ, non erit peccatum non ingredi religionem, aut matrimonium contrahere.

Hanc limitationem alij iuniores reiiciūt.Quia, D cùm obligatio voti ſit de iure diuino, cuius Papa, vel Epiſcopus non eſt dominus;ſed ſolùm diſpenſator, videtur tandiu eſſe validam illam diſpenſationem, quandiu durat rationabilis cauſa vſque ad primum eius vſum : ſi ergo ante primum eius vſum, qui ex cauſa rationabili iudicata obtinuit diſpenſationem in voto,vel iuramento religionis, vel peregrinationis, aut caſtitatis perpetuæ, iam non habet rationabilem cauſam, quia omninò conualuit ab infirmitate, quæ iudicata eſt perpetua, & ita rectè ingredi poteſt religionem iudicio eorundem medicorum, qui contrariam ſententiam prius tulerant, vel iudicio aliorum æquè pe- E ritorum : videtur ex intentione ſaltem interpretatiua diſpenſatoris fidelis, & prudentis, quòd iam non habeat locum diſpenſatio:ſecus eſſet, ſi antequàm conſtaret quòd iam non adeſt vlla rationabilis cauſa vtendi diſpenſatione illa, diſpenſatus contraheret matrimonium : tunc enim quandiu matrimonium duraret, etiamſi iam in eo reſtituta eſſet integra ſalus, ſecurus ille eſſet in conſcientia. Idemque eſt proportionabiliter de voto perpetuæ caſtitatis,vel continentię.Reſpondent hi ad rationem aliorum modernorum, quòd licet in iis,quæ ex volūtate particulari alicuius hominis oriuntur, ſcilicet in votis, & iuramentis promiſſoriis, non

fiat

Digitized by Google

fiat aliquis membrũ Reip. in quantum talis: ex hoc tamen ſolùm colligitur, quòd non peccaret, etiam venialiter contra illam naturalem legem de turpitudine partis: aliunde tamen remanet fundamentum ſufficiens ad peccandum mortaliter contra ipſummet votum: quia ſublata cauſa rationabili, omninò ceſſat voluntas diſpenſantis; eo quòd in iis, quæ ſunt de iure diuino, ſicut non poteſt incipere eſſe valida diſpenſatio ſine cauſa rationabili, ita non poteſt perſeuerare valida, niſi etiam rationabilis cauſa perſeueret ante primum eius diſpenſationis vſum. In his enim voluntas diſpenſationis non eſt attendenda ſolùm penes voluntatem, & intentionem actualem diſpenſatoris pro ſuo libito, ſed penes voluntatem, & B intentionem eius in cauſa rationabili fundatam, & penes voluntatem huiuſmodi, quam deberet habere, quam nos vocamus voluntatem, & intentionem eius interpretatiuam. Exiſtimant hi, quòd inter viros timoratos, & alios ſcientes, & doctos nullus maneret quietus cum reſolutione aduerſariorum.

*Voluntas, & intentio interpretatiua quæ.*

Quis enim credat, Petrum ceſſante rationabili cauſa validæ diſpenſationis in iis, quæ ſunt de iure humano, peccare in vſu ſubſequente talis diſpenſationis; & quod ceſſante rationabili cauſa in iis, quę ſunt de iure diuino, nec venialiter peccet in vſu talis diſpenſationis? Item dicunt, ad vitandũ omnẽ ſcrupulum ex parte diſpenſantis, & diſpenſati, via C regia eſt, quòd in omnibus his perpetuis diſpenſationibus, ſcilicet, religionis, & perpetuæ caſtitatis, & ſimiliũ concedatur diſpenſatio ſub hac verborũ forma ſimilem intentionem diſpenſantis declarante, *Diſpenſo tecum in voto religionis, vel caſtitatis perpetuæ, quandiu rationabilis cauſa, quæ nobis propoſita fuit ad diſpenſandum, durauerit.* Et addunt, ſemper in pręlatis circa ea quę ſunt iuris diuini diſpenſantibus, eſſe virtualiter, & interpretatiuè huiuſmodi intentionẽ: quia hoc debent intendere in ratione fidelium, & prudentium diſpenſatorum rerum alienarum omninò. Vnde ſi aliquis ex rationabili cauſa obtinuit à Pontifice diſpenſationem puram in voto religionis, & antequam ceſſaret illa cauſa, D contraxit matrimonium, in quo fuit per aliquot annos, in quibus integrè conualuit, ſi vxori ſuperuixerit, non poterit ad alias nuptias tranſire; ſed tenebitur religionem ingredi, niſi aliam legitimam excuſationem habeat: qualis erit debita educatio filiorum paruulorum: vel neceſſitas parentum vera, & non ficta, ſiue vouẽs fuerit vir, ſiue fœmina. Dicunt, *ſi obtinuit diſpenſationem puram*; ſi enim fuit commutatio pura in omninò æquale (quod etiam in voto religionis fingi poteſt) ſatis veriſimile eſt, etiam ceſſante cauſa commutationis, poſſe licitè executioni mandari, ita vt homo eligere poſſit vel votum implere, vel id facere, in quod eſt commutatum: quod E etiam in diſpenſatione habente admixtam commutationem veriſimile eſt: ſed minus certum. Addunt iidem recentiores, veriſimile, ſatis probabile, & rationi conſonum eſt, quod alij recentiores affirmarũt, videlicet, quòd ſi poſt obtentam ex rationabili cauſa diſpenſationem tam in iis, quæ ſunt de iure humano, quàm in iis, quæ ſunt de iure diuino, ceſſat rationabilis cauſa, non omninò; ſed inter plures, quæ in principio diſpenſationis fuerunt, remaneant aliquæ, quæ fuerũt mouentes ad diſpenſandum, licet non remaneant tot,

*Diſpenſationis in votis formula.*

A aut tales: ſed aliquæ ad arbitrium boni viri: poſſet ille diſpenſatus vti licitè tali diſpenſatione: quod probant: quia minor cauſa requiritur ad vſum diſpenſationis obtentæ continuandum, quàm ad ipſam diſpenſationem obtinendam.

*1. Concl.*

Ego in hac re ſatis difficili dicerem primò, ſi valida fuerit diſpenſatio in lege propria, vel inferioris, vel ſuperioris, vel in iis, quę pertinent ad ius diuinum, vt in votis, vel iuramentis, vſus talis diſpenſationis contingens poſt ceſſationẽ cauſę, non eſt ex genere ſuo peccatum mortale, & probabile eſt, nec eſſe veniale, ſed rem omninò licitam. Patet ex his, quæ ſuperius diximus in hac eadem ſectione, quod præſertim eſt verum in votis, & iuramentis: quia illis non obligatur homo, vt pars Reipubl. ſicut legibus: ſed vt priuata perſona, ex cuius voluntate oritur illa obligatio: vt bene notarunt recentiores ſuprà, & intellige ſiue diſpenſatio ſit in rebus facilibus, ſiue difficilibus: quia hoc nihil refert. Et hoc eſt verum, ſiue diſpenſatio ſit pura, ſiue mixta, & à fortiori in pura commutatione: quamuis hæc cauſa ſufficienti carere non poteſt: æqualitas enim oneris impoſiti cum præcedenti, videtur ſufficiens cauſa concedendi commutationem in perpetuum.

Secundò dicerem, cum quis abſolutè diſpenſat in perpetuũ in ſua lege, vel ſui inferioris, vel anteceſſoris, nulla appoſita cõditione, vel reſtrictione, diſpenſatio quoad ipſam perpetuitatem eſt valida, etiamſi nulla ſubſit cauſa, vt patet ex præcedentibus ſectionibus: ſi tamen vel nulla cauſa ſit, vel ſit inſufficiens ad talem perpetuitatem, idque ipſe aduertat, peccabit venialiter tantùm, idem eſt, ſi habeat ignorantiam, vel inaduertentiam culpabilem.

Tertiò dicerem, ſæpe cauſam temporalem ſatis eſſe ad diſpenſandum in perpetuum, etiam in votis, & in lege ſuperioris: vt ſi Papa in voto peregrinationis diſpenſet cum principe, vt eum habeat gratum ad aliquod negotium, quod tunc occurrit expediens Eccleſiæ: vel in voto ieiunandi per totam vitam omni feria ſexta, & ſic in aliis.

Quartò, ſi cauſa temporalis, quæ ſucceſſu temporis ceſſatura eſt, non eſt reuera ſufficiens ad diſpenſandum in perpetuum, ſed pro aliquo tẽpore, licet diſpenſator probabiliter exiſtimet, eſſe duraturã in perpetuũ, vel eſſe ſufficiẽtem ad diſpenſandum in perpetuum: diſpenſatio eſt nulla quoad perpetuitatem, ſiue ſit in votis, & aliis pertinentibus ad ius diuinum, ſiue in legibus ſuperioris. Probatur: quia ſi cauſa non eſſet ſufficiens ad diſpenſandum in his pro aliquo tempore, etiamſi diſpenſator probabiliter exiſtimaret, eſſe ſufficientem, diſpenſatio eſſet nulla pro illo tempore, licet bona fide excuſaretur diſpenſator, ergo ſimiliter licet probabiliter exiſtimet, eſſe ſufficientem ad diſpenſandũ in perpetuum: ſi tamen reuera non eſt ſufficiens, diſpenſatio eſt nulla quoad perpetuitatem, licet diſpẽſator excuſetur. Si tamen ſciens cauſam eſſe inſufficientem, vel de hoc dubitans, nihilo- 67
minus diſpenſat ſine reſtrictione, limitatione, aut conditione, peccat mortaliter.

Ex his patet deciſio illius quæſtionis, quam tractat Sanchez, 8. de matrim. diſput. 30. num. 13. & ſeqq. an ſi ceſſet omninò cauſa finalis diſpenſationis ad matrimonium iam perfectæ, & conſummatæ extinguatur tunc diſpenſatio. Reſpondeo enim non extingui, quia fuit abſolutè, & ſine reſtrictione conceſſa. Pontifex autem in ſua lege

validè diſpenſat, non ſolùm quando cauſa non A eſt perſeueratura, ſed etiam, quando nulla interuenit tempore diſpenſationis. Pro qua ſententia Sanchez illo num.13.citat Butrium, Panor.Tiraq. Gloſſ.Archid.Card.Alexandrin.Bellamer.Henric. Iuriſperitum.Angel.& Syluestrum,& eam confirmat multis argumentis, & dicit eſſe probabilem: licet num.14.ipſemet Sanchez oppoſitam ſententiam putet probabiliorem, pro qua citat multos, eamque probat primò ex cap.generaliter, 16. qu. 1. & cap. tuæ de cler. non reſid. & cap. Abbate in fine, de verb.ſig.ex quib.tex.conſtat,reuocari gratiam,& priuilegium ceſſante cauſa. Inde non colligitur eſſe nullam, ſed annullandam. Secundò probat ex l.Vranius. 72. verſ. ſed cũ duo,ff.de fideiuſſorib. vbi dicitur,quandam fideiuſſoris.obligationem extingui, & redditur ratio his verbis, *vt quemadmodum incipere aliàs non poſſunt,ita nec remaneant*:ſed reſpondeo, non eſſe ſimile: quia quidam effectus pendent à cauſa in fieri; alij in fieri, & conſeruari.Huius generis erat illa obligatio,primi autem diſpenſatio in propria lege: nam ad bene incipiendum requirit cauſam apprehenſam,vt ſufficientem: ſed poſteà in ſua conſeruatione à tali cauſa minimè pendet. Quod verò dicit Gloſſa in d.lege Vranius, quòd impedit faciendũ, deſtruere quoque iam factum, remittens ſe ad l.patre furioſo,v.retinere,ff.qui ſunt ſui,vel alieni iuris,vbi opponit multa impedire rem faciendã,quę iam factã non diſſoluunt,& reſpondet, verum eſſe, quando impediens eſt cauſa efficiens,non verò quando eſt finalis. Hoc inquam non eſt admittendum: multa enim fiunt propter vnum finem, quæ eo ceſſante manẽt,& vel ſunt inutilia, vel deſeruiunt ad alium:ſic diſpenſatio, ceſſante fine diſpẽſatis manet, tamen verbis eſt ad alium finem, nempe ad contrahendum matrimonium, & conſequẽda per illud multa bona.

Tertiò probat,quia facilius tollitur priuilegium, quale eſt diſpenſatio, quàm lex, & ius commune, l.eius militis,§.1.& ibi gloſſ.verbo, quocunq; modo, C. ad Senatuſc. Velleianum, & docent multi alij,quos refert Tiraq. tract. ceſſante cauſa, limit. D 11.fine.Sed lex ceſſat ceſſante cauſa eius finali:ergo & diſpenſatio. Reſpondeo, legem ceſſare ceſſante omni eius cauſa, & vtilitate, quia Princeps non poteſt ſine cauſa onerare ſubditos legibus, nec eos obligari ad actus inutiles:diſpenſatio autẽ ad nihil obligat, ideò manere poteſt abſq; cauſa,maximè ſi præfuit cauſa ſufficiens concedendi illam in perpetuum:ſi enim non præfuit, ceſſante in poſterum cauſa deberet reuocari à Principe, ſi huius rei conſcius eſſet. Quod autem ait Barboſa l.1.p.1.à num.85. ff. ſoluto matrimonio, ceſſante ratione priuilegij per leges doti conceſſi, id ceſſare, verum eſt,quia tunc eſſet iniuſtũ,& ſine cauſa damnum inferret aliis:diſpenſatio autem in lege propria poſitiua,aliis non nocet:ideò ſuam vim E retinere poteſt, etiam ceſſante cauſa, ob quam conceſſa eſt.

Quartò probat, quia actus non operatur vltra agentium intentionem,c.quemadmodum de iure iur. At in omni diſpenſatione intelligitur conditio, modò cauſa permaneat: ergo ceſſante cauſa, ceſſabit.Aliàs iniquus eſſet diſpẽſans: quia vellet, diſpenſationẽ ſine cauſa manere. Reſpondeo,talem diſpenſationem eſſe abſolutam, nec iniquum eſſe diſpenſatorem:quia probabiliter putauit cauſam fore perpetuam, & ideò diſpenſauit, non limitauit, nec reſtrinxit: ſed ſciens poſteà cauſam ceſſaſſe,debet diſpenſationem reuocare.

Quintò probat ex l.ex facto,ff.de vulgari, vbi dicitur, priuilegij patri conceſſum ſubſtituendi filio furioſo,ceſſare filio ſanæ mentis effecto.Reſpondeo non eſſe ſimile:quia iam priuilegium eſſet iniquum: *aufferret enim teſtamenti factionem homini ſana mentis, ſine cauſa*, vt inquit tex. At verò diſpenſatio ex ceſſatione cauſæ non additur iniqua, licet peccaret Princeps venialiter volendo illam durare ſublata cauſa, & ideo debet ceſſante cauſa reuocare diſpenſationem, ſi ipſe ceſſaſſe nouit, & poteſt ſine incommodo illam B reuocare: ne pars ſine cauſa ſit difformis toti in oneribus,ſeu legibus. Per idem reſpondeo ad ſextam probationem, ſcilicet: paria ſunt, nullam ab initio fuiſſe cauſam, & illã iam finitã eſſe.l.1.ff.de condict. ſine cauſa, l. nihil intereſt,ff.de nautico fœnore,Afflictis, quem refert, & ſequitur Tiraq. tract. ceſſante cauſa, in princ.nu.14.Sed ſi à principio nulla eſſet cauſſa,diſpenſatio eſſet irrita, aut illicita:ergo & poſteà. Dico enim, ſi à principio probabiliter putabat diſpenſator eſſe cauſam, diſpenſationem fuiſſe validam,& licitam, licet cauſa deeſſet,& poſteà retinere ſuũ valorem: ſed debere reuocari,& fortè hoc voluit Decius,reg.in ambiguis. 85.§.non eſt nouum. nu.3.ff. de regul. iur. C actũ legitimè factũ retractari deficiẽte cauſa finali.

Septimò probat, quia abſurdum eſt, diſpenſatum in perpetuum ad eſum carnium propter infirmitatem,ea ceſſante illis veſci. Reſpondeo,non peccare mortaliter,ſed ad ſummũ venialiter:quia diſpenſatio retinet ſuum valorem donec reuocetur,vt dixi.

## SECTIO VII.

### *An exiſtente iuſta cauſa teneatur Princeps,vel Prælatus diſpenſare.*

MENCHACA, controuerſiarum illu- 68
ſtrium c.15.nu.8.ait, ſuperiorẽ debe- *1. opinio.*
re diſpẽſare, cum omnibus perſonis, *Superior debet diſpenſare*
& in omnibus caſibus,in quibus ceſ- *in omnibus*
ſat ratio legis. Sed certè ſi ceſſat in *caſibus in*
genere,iã etiã ceſſat lex, & eius obligatio, & ideò *quibus ceſſat*
nulla diſpenſatio requiritur: Si verò ſolùm ceſſat *legis ratio.*
in particulari, non ideò tenetur ſuperior diſpenſare, niſi vrgeat aliqua neceſsitas. Vnde ipſemet,num.9.addit, id eſſe verum in diſpenſatione ex iuſtitia, diuerſum autem eſſe in diſpenſatione ex gratia, quã Princeps liberrimè erga vnũ poteſt exercere, & erga aliũ omittere:puta natalibus reſtituere,legitimare, & ſimilia, vt per totos titulos ff.& C. de nat. reſtit. & in authen. quibus modis natur.efficiantur legitimi.

Secunda opinio eſt,teneri Prælatum diſpenſare, 69
quoties adeſt iuſta cauſa, aliàs peccare, Gloſ. c. *2. Opinio.*
domino ſancto,verbo,neceſſe,diſt.50.& ibi Turre.nu. 9. Antonius ca. etſi clerici. §. de adulteriis, nu.12. fine, de iudiciis: & ibi Cardinalis nu. 2. & Alexander de Neuo,n.29.qui ſpecialiter reprobat ſententiã hoc limitãtem,quando adeſt vtilitas aut neceſsitas publica:& ait,cõmunem ſententiam tenere,ſemper quoties adeſt iuſta cauſa diſpenſandi, teneri Prælatũ diſpenſare. Eãdem tenet Rebuf. in repet.c. poſtulaſtis not. 3. nu. 12. de cler. excom. Antonin. Miſis 1. p.tit.17.c.vn.§.20.verſ. & nota. ſecundũ Roſel.Verbo,diſpẽſatio,n.4.vbi Syl.q.1. in fine

Digitized by Google

in fine. Armil. nu. 14. & eſſe probabilē ſententiam, ait Sanch. 3. de matrim. diſp. 10. nu. 2. in fine. eam tenet Sà, verbo diſpenſatio, nu. 2. dicens; *Cum ſubeſt cauſa diſpenſandi videtur peccare Prælatus, qui poteſt, ſi nō diſpenſet.*

*1. Argum.*

Suadetur primò ex c. domino Sācto, 50. d. ibi, *vt neceſſe ſit, illos reſtaurari in loco honoris, qui per pœnitētiam reconciliationem recepiſſe merētur,* & c. quāto, in fine. 2. q. 4. ibi. *quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic humiliatis, & pœnitentibus locum veniæ negare non debemus.*

*2. Argum.*

Secundò, quia acceptio perſonarū ſolùm committitur in debitis ex iuſtitia diſtributiua, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 63. a. 3. & alij communiter: ſed prælatus non diſpenſans, cum adeſt iuſta cauſa, eſt acceptor perſonarum: ergo peccat cōtra iuſtitiam diſtributiuā: ac proinde ex iuſtitia diſtributiua debebat tunc diſpenſare: ſicut quando male, & ſine cauſa diſpenſat, eſt acceptor perſonarū, teſte Abul. Mat. 22. q. 117. Anton. 2. p. tit. 1. c. 20. §. 2. in fine. Sotus, 3. iuſt. q. 6. a. 5. ad 3. Arag. 2. 2. q. 63. a. 4. paulo poſt princ.

*Conf.*

Confirmatur, quia, prælatus eſt diſtributor onerum, & bonorum Reip. ergo peccat cōtra iuſtitiam diſtributiuam, ſi non diſtribuat iuxta cuiuſque merita: ſed qui habet iuſtā cauſam, meretur, vt ſecū diſpenſet: ergo ſi id non faciat, peccat contra iuſtitiam diſtributiuā. Vnde ſi exiſtentibus eiſdem cauſis cum vno diſpēſet, & cum alio nolit diſpēſare, acceptor perſonarū eſt, ſecūdùm Rebuf. in praxi. benef. tit. de diſpenſatione ad plura beneficia, n. 34. Eman. 1. to. 2. editione. 2. c. 6. con. 1. n. 1.

*Tertia opinio & vera.*

*Diſpenſatio nō ſemper debita, etiā exiſtente iuſta cauſa.*

70 Tertia opinio, & vera eſt, non ſemper, exiſtente iuſta cauſa, diſpēſationē eſſe debitā. Probatur, quia in iure diſpenſatio aliquando appellatur gratia, vt c. licet canon. de elect. in 6. in fine, ibi, *poſſit ordinarius gratiā diſpēſationis facere,* & c. didici. 1. q. 7. fine, ibi. *diſpenſationis enim gratiæ,* & c. penul. de cler. excom. miniſtraute, ibi, *propter quod diſpēſationis gratiā;* interdā etiā appellatur indulgentia, c. 1. de ſtatu monach. in 6. & miſericordia, c. poſtulaſti, de cleri. excom. miniſtr. Sed gratia, indulgentia, & miſericordia eſt indebita: ergo. Secūdò, quia non quidquid poteſtati iudicis permittitur, id iuris neceſſitati ſubiicitur, l. quidquid 40. ff. de iudiciis, & notat gloſſ. c. cōſuluit, verbo, gratiam, de offic. delegati. Tertiò probatur ex diuiſione diſpenſationis in prohibitam, debitam, & permiſſam: qua diuiſione vtuntur gloſſ. c. exigunt in princ. 1. qu. 7. Panor. c. conſilium, n. 4. de conſeruatione ieiunij, & ipſe Roſella ſuprà, & alij, quos retulimus, ſect. 2. in fine. Sed omnis diſpēſatio ſine iuſta cauſa, eſt prohibita: ergo diſpēſatio cū iuſta cauſa, quædam eſt debita, alia verò indebita, ſeu permiſſa tātùm.

*Omnis diſpēſatio ſine iuſta cauſa eſt prohibita.*

Quartò probatur, quia ita tenent Archid. d. c. licet canon. nu. 6. verſ. gratiam, & c. vt cōſtitueretur ſuper gloſſ. relaxatio, d. 50. & Turrecre. ib. nu. 9. & 10. Dominicus dicto c. licet canon. §. ſuper reſidentia, n. 3. & ibi Francus §. is etiam, n. 2. verſ. 2. infertur. Panor. c. at ſi clerici, § de adulteriis. nu. 5. de iudic. & ibi Decius à n. 163. Felin. ibi. n. 15. quos citat & ſequitur Sanchez 3. de matrim. diſp. 10. n. 3. qui etiam, nu. 26. citat Sotū, & alios id ſupponentes, dum aſſerunt, ſi Prælatus iniuſtè neget diſpenſationem in denunciationibus, poſſe ſine illis matrimonium licitè contrahi.

Ad primum argumentū opinionis ſecundæ reſpondet Sāchez, loco cit. n. 7. eos textus, ſi de præcepto loquantur, intelligendos eſſe, quando eſt neceſſaria diſpenſatio ad bonum commune, vel

A notabile alicuius priuati: ſi verò loquatur de omni diſpenſatione, loqui de conſilio.

Ad ſecundum, nego, prælatum, qui non diſpenſat, cùm adeſt cauſa iuſta, ſemper eſſe acceptorem perſonarum, aut peccare contra iuſtitiam diſtributiuam, licet ſemper contra illam peccet, qui ſine iuſta cauſa diſpenſat: quem tamen credo non eſſe acceptorem perſonarum; quia licet cum hoc diſpenſet ſine cauſa, non tamen eo ipſo negat alteri quod ipſi debetur.

Ad confirmationem reſpondeo, Prælatum eſſe 71 diſtributorem, non ſolùm rerum debitarum, ſed etiam gratiarum, cùm diſtribuit debita, tenetur diſtribuere iuxta merita cuiuſque, non verò cum diſtribuit gratias, quales ſunt multæ diſpenſationes, licet teneatur, quoties diſpenſat, habere cauſam.

B Nec propriè aut verè loquuntur, qui dicunt, quoties in pari cauſa diſpenſat cum vno, & non cum altero, eſſe acceptorem perſonarum: niſi intelligant, quando vtriq; eſt debita diſpenſatio, & alteri tantùm conceditur.

Sed dubiū eſt: quando diſpēſatio ſit debita. Pri- 72 ma opinio eſt, quādo prælatus ſuperior præcipit *1. Opinio.* inferiori, vt diſpenſet, diſpenſationē eſſe debitam: ſecus ſi tantū illi id permittat. Ita Dominicus Frācus, & Turrecrem. ſuprà. Prima pars huius opinionis clara eſt: ſecūda verò falſa, ſi intelligat, vt quoties Prælatus ſuperior non præcipit inferiori, vt diſpenſet, non teneatur diſpenſare: ſunt enim alij caſus, in quibus diſpenſare tenetur, vt videbimus.

C Vnde non rectè Gutier. lib. 1. qq. canon. c. 20. n. 23. verſ. præterea ordinarius, ex eo quòd Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de matrim. iniungit ordinario, vt in denunciationibus diſpenſet, quando viderit aliquos malitioſè velle matrimonium impedire, colligit in cæteris caſibus, diſpenſationem debitam non eſſe.

Secunda opinio, quoties diſpenſatio eſt neceſ- 73 ſaria ad bonū commune, vel valde vtilis, vt quādo *2. Opin.* eſt neceſſaria ad vitandum ſcandalū multorum, vel eſt longè vtilior Eccleſię, eſſe debitam: ſecus ſi ſolùm ſit neceſſaria ad bonū priuatum. Prima pars huius opinionis vera eſt, nimirum quādo diſpenſatio eſt neceſſaria ad vitādum ſcandalū, aut aliud malum commune, vel ſaltem valdè vtilis communitati, debere concedi, vt ait Roſell. ſuprà & patet

*Diſpenſatio debet concedi ad vitandum malum commune.*

D ex §. niſi rigor. 2. q. 7. & capitibus ſequentibus vſq; ad §. ecce, & ex Auguſt. c. vt conſtitueretur d. 50. vbi ait, propter ſcandalum & malum cōmune vitandum, eſſe detrahendum aliquid de ſeueritate ſeu diſpenſandum: vbi gloſſ. ait, tunc debitam eſſe diſpenſationem: idem tenet Panor. c. at ſi clerici, §. de adulteriis nu. 20. de iudic. & ibi. Decius à num. 163. vſq; ad 166. Abul. Mat. 22. q. 117. reg. 2. ſed 2. pars falſa eſt; nam etiam ob bonum priuatum concedi interdum debet diſpenſatio.

Vnde tertia, & vera opinio eſt, nō ſolùm in ca- 74 ſibus prædictis: ſed etiam quando diſpenſatio eſt *Tertia & vera opinio.* neceſſaria, vel vtilis valde bono priuato, debere

E concedi diſpenſationem: Colligitur ex Triden. ſuprà, vbi inſtruit ordinarium, vt diſpēſet in denuntiationibus, quando viderit, aliquos velle malitioſè matrimonium impedire: quia nimirum tūc iure naturæ diſpenſare tenetur, eo quòd neceſſaria eſt diſpenſatio directè ad bonū priuatum, ex quo & aliis ſimilibus reſultat publicum, & commune. Eodem modo, ſi diſpenſatio eſſet neceſſaria ad vitandum ſcandalum vnius, vel alterius, licet non multitudinis, deberet diſpēſatio cōcedi, & denique



Digitized by Google

quoties eſt neceſſaria, vel expediens valdè ad bonũ A priuatũ animæ, vel corporis, vel honoris alicuius. Vt quia vir deſlorauit fœminã, & eſt periculũ mutationis volũtatis viri: vel cõtrahẽtes ſunt in peccato cõcubinatus, & illo pacto animę ſuę ſaluti cõſulũt, periculumque eſt in mora: vel morti vicinus vult ducere concubinã, vt legitimet prolem, vel vt in bono ſtatu decedat, tenetur prelatus in denũtiationibus diſpenſare, niſi inde aliqua incõmoda ſequatur, quia poteſtas diſpenſandi in prælatis eſt in bonũ ſubditorũ, cui prælatus tenetur cõſulere. Vnde quãdo in c. cùm ex eo, de elect. in 6. dicitur, Epiſcopũ poſſe liberè cũ clerico diſpenſare, ne ſeptennio reſideat, ratione ſtudij, dicũt iuriſperiti, debere: Archid. ibi ante 1. num. verſic. liberè, Ioan. Andreas B initio, Francus num. 2. not. 2. Dec. cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, num. 163. & Barbatius conſil. 40. n. 3. volu. 4. ait, *Prælatum teneri diſpenſare, quoties adſunt vrgentes diſpenſandi cauſæ.* Quando verò non ſunt cauſæ vrgentes, nimirum, quia diſpenſatio nõ eſt neceſſaria, nec valde vtilis bono communi, vel priuato, tunc quãuis iuſtæ adſint cauſæ diſpenſandi, nõ tenetur Prelatus diſpenſare, licet poſſit, vt in c. at ſi clerici, §. de adulteriis, de iud. vbi dicitur, *De adulteriis, & aliis criminib. quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cum clericis poſt peractã pœnitentiam diſpenſare.* Ratio, quia magnæ cauſæ eſſe debent, vt Princeps teneatur per diſpenſationem vulnerare legem.

*Epiſcopus poteſt liberè diſpenſare cum clerico, vt abſit ſeptennio ſtudiorum gratia.*

C

## SECTIO VIII.

### *Quæ ſint iuſtæ cauſæ diſpenſandi.*

75 DE hac re diſſerunt Sanchez, libr. 8. de matrim. diſp. 19. Ludouic. Peguera in deciſionib, cap. 52. nu. 13. Ludouic. Lopez. 1. part. inſtructor, ca. 4. Eman. Rodriguez tom. 1. qq. reg. qu. 22. art. 5. Sotus, 1. iuſt. qu. 7. art. 8. & vlt. Sylu. diſpẽſatio q. 1.

Reſpondeo, quamuis hæ cauſæ in iure determinatæ non ſint: in eo tamen inſinuantur aliqua capita, ex quibus oriri poſſunt, tempus, vtilitas, qualitas perſonę, meriti, & ſcientię, neceſſitas, vtilitas, pietas, euentus rei, multitudo, ſeu ſcandalum multitudinis, ca. fraternitatis, diſt. 14. c. neceſſaria, cap. requiritis, cap. tali, 1. quæſt. 7.

*Multæ cauſæ diſpenſandi.*

Sed omnes ferè cauſæ reducuntur ad neceſſitatem, vel vtilitatem publicam, aut priuatam.

Ad hanc pertinet dignitas perſonarum: nam diſpenſatio cum illis ad bonum commune Reip. vel religionis maximè vtilis, aut etiam neceſſaria eſſe ſolet. Vnde D. Thomas, 2. 2. qu. 63. art. 2. ad 2. ait, *diſpenſatio matrimonij contrahendi principaliter fieri conſueuit propter fœdus pacis firmandum. Quod quidẽ magis eſt neceſſarium communi vtilitati circa perſonas excellentes, & ideo cum eis facilius diſpenſatur abſque peccato acceptionis perſonarũ.* Conſentiunt Sanchez, ſup. n. 5. Conrad. 1. 2. quæſt. 97. art. 4. ad 2. Loazes de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. ad 4. num. 2. Couar. 2. part. 4. c. 6. §. 9. n. 7. fine, Cucus, 5. inſtit. maior. tit. 13. nu. 15. Pet. Ledeſ. de matrim. quæſt. 56. art. vlt. in fine. Item gratiã præſtare principibus, etiamſi pax inter ipſos ex matrimonio non penderet, multum intereſt Pontifici, & Eccleſiæ: ideo facilius cũ ipſis diſpenſandũ eſt: vnde in Triden. Seſ. 24. de matrim. ſtatutum eſt, ne in ſecundo gradu diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam. Qui dicantur magni Principes, diſputat latè Sanchez ſuprà, num. 2. Sed parum refert. Quia Pontifex, qui ſolus in eo gradu poteſt diſpenſare, ea lege non aſtringitur: & poteſt ex aliis cauſis cum eiſdẽ, & inferioribus perſonis diſpenſare, vt ibi, n. 4. notat Sanchez. Qui etiam, nu. 1. bene aduertit, licet diſpenſatio non debeat fieri contra commune bonum: tamen non neceſſariò debet fieri directè, ſeu proximè, & immediatè propter bonũ cõmune: ſed ſatis eſſe, ſi remotè, & directè ad bonum cõmune referri poſſit, ſicut refertur, quæ reſpicit bonum priuatæ perſonæ, quod in aliarum detrimentum non redundat: bonum eſt enim Reip. quòd priuatæ eius perſonæ fruantur ſalute, diuitiis, &c. vnde c. requiritis, §. niſi rigor. 1. quęſt. 7. ponuntur aliquę cauſæ diſpenſandi, ſolùm bonum priuatum reſpi- B cientes: & paſſim diſpenſatur in impedimẽtis matrimonij ob inopiam mulieris, & in voto caſtitatis ob periculum incontinentiæ: & D. Tho. qu. 97. art. 4. maius bonum perſonæ, cum qua diſpenſatur, & vitationem maioris mali cauſas putat iuſtè diſpenſandi in legibus. Vnde in Triden. ſeſſ. 23. c. 1. & ſeſſ. 25. cap. 18. quatuor cauſæ attinguntur, Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & Reipubl. vtilitas: & in gloſſa dicto capitulo requiritis, timor futuri mali, ſpes futuri boni, & vitatio ſcandali, quæ, & omnes aliæ cauſæ ſub bono communi comprehenduntur (vt ait Eman. ſuprà) ſcilicet directè, vel indirectè, proximè, vel remotè. Sic Sanchez interpretatur D. Thom. 2. 2. qu. 97. C art. 4. & Sotum, 1. iuſt. q. 7. art. 3. dicentes, infidelem fore diſpenſatorem, niſi ob commune bonum diſpenſet. Imò ſeipſum ſic interpretatur Sotus. Conſentiunt Caiet. d. art. 4. & Peguera ſuprà, dicentes, cauſam iuſtam eſſe, quando legis obſeruatio impediret maius bonum, vel cederet in malum: vide etiam Medinam quæſt. 97. art. 4.

*Bonum eſt Reip. ſi priuatæ perſonæ eius fruantur ſalute, & diuitiis.*

*Aliæ cauſæ.*

In particulari autem de cauſis diſpenſandi ad 76 matrim. in graditus prohibitis, agit latè Sanchez illa diſp. 19. Quod omitto, quia præter meum eſt inſtitutum. Ad quod tamen refert quod ait n. vlt. & diſp. 18. nu. 8. in fine, aliquando Pontificem diſpenſare abſque vllius cauſæ allegatione, quando conſanguinitatis gradus aliquantulum eſt remotus. At ne tunc quidem diſpenſare ſine cauſa: tunc D enim copioſior compoſitio pecuniaria exigitur ab eo, cum quo diſpenſandum eſt in ſumptus publicos ceſſura: quæ ſufficiens cauſa cenſetur diſpenſandi in gradibus illis remotioribus: ſicut indulgentias omnes in bulla conceſſas, quæ ad ſui valorem juſtam cauſam poſtulant, iuſtas reddit eleemoſyna pecuniaria data ab accipiente bullam, & conuertenda in ſubſidium contra hoſtes fidei, vel in alios publicos ſumptus: id enim valde confert communi bono. Quæ autem cauſæ requirantur in particulari in votis caſtitatis, & religionis, & aliis matrimoniũ impedientibus, tractat latè Sanchez, lib. 8. diſput. 20. & in ſingularib. materiis tractatur de cauſis diſpenſandi peculiariter in illa. Nos ve- E rò hîc ſolùm agimus generatim de diſpenſatione, & cauſis diſpenſationis in legibus.

## SECTIO IX.

### *Vtrum ad diſpenſandum cognitio cauſæ requiratur.*

REſpondeo, ſi diſpenſans ſit ſupremus 77 Princeps, valida erit diſpenſatio ſine cognitione cauſæ, ſi abſolutè vult diſpenſare: quia poteſt validè diſpenſare ſine cauſa: ergo à fortiori ſine cognitione cauſæ exiſtentis,

*Supremus Princeps poteſt diſpenſare ſine cauſa.*

Digitized by Google

ſtentis: & ita tenet Azor to. 1. lib. 5. c. 15. q. 9. citãs Innoc. Gloſſ. Panor. Couar. Bald. Alex. Felin. Ripam, Curtium. Quod conſtare putat Sanchez, 8. de matrim. diſp. 17. nu. 11. De inferioribus verò aliqui, quos ſuppreſſis nominibus refert Azor, docent in hoc ſenſu vallere diſpenſationem factam ab iſtis ſine cognitione cauſæ, vt poſteà ipſi non poſſint ſine cauſa talem diſpẽſationem reuocare: ſuperior tamen poſſit recipere talem diſpenſationem, aut non recipere pro libito. Credo illos loqui de diſpenſatione inferioris, non in propria lege, ſed in lege ſuperioris. Nam in lege propria diſpenſans, etiamſi inferior ſit, poteſt ad libitum diſpenſationem reuocare, & à fortiori princeps ſuperior. Quando verò diſpenſatio eſt in lege ſuperioris, & ex eius commiſſione, non poteſt illam reuocare inferior, niſi fortè ex cauſa, licet facta ſit ſine cauſæ cognitione, ſuperior autem poteſt ad libitum eam reuocare, vt dicebant relati ab Azor, de quo dicam ſtatim.

78 Difficultas enim eſt inter doctores, an diſpenſatio inferioris in lege ſuperioris exiſtẽte quidem iuſta cauſa; ſed ſine eius cognitione, valida ſit. Pro parte negãte eſt: Primò quia quoties inferiori cõmittitur facultas diſpẽſandi in lege ſuperioris, intelligitur præmiſſa cauſæ cognitione: ergo ſine cauſæ cognitione diſpenſans excedit limites ſuæ poteſtatis, & ſic nihil facit. Antecedens probatur ex c. neceſſaria, ex c. diſpẽſationis, 1. q. 7. vbi dicitur, temporũ varietatẽ expoſcere aliquãdo, vt leges relaxentur adhibita diligenti conſideratione. & Triden. ſeſſ. 25. de refor. c. 18. ibi. *Sciant vniuerſi ſacratiſſimos canones, exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indiſtinctè obſeruandos, Quòd ſi vrgens, maiórque ratio quandoque poſtulauerit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id cauſa cognita, ſummáque maturitate, atque gratis à quibuſcunque; ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum; aliterque facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur*, Probatur etiam ex definitione diſpẽſationis tradita à nõnullis, *eſt iuris relaxatio præmiſſa cauſæ cognitione*, vt retulimus ſect. 2. Hanc ſententiã tenet ferè expreſsè Nauar. c. ſi. n. 4. de ſimon. eandem tenet Imola l. quidam conſulebat n. 7. in fine, & n. 8. ff. de re iudic. Hippolytus, c. at ſi clerici, §. de adulteriis, n. 106. de iudic. Azor to. 1. lib. 5. c. 15. q. 9. & 10. dicens, in neutro foro valere huiuſmodi diſpenſationem, & citat pro ſe Couar. de matr. p. 2. c. 6. §. 9. n. 12. idem clarè ſenſit Stunnica q. 6. de voto n. 104. vbi ait, Põtificẽ non habere facultatem relaxandi iuramenta in præiudicium tertij, antequã conſtet ſibi cauſam ſubeſſe, licet cauſa ſubſit: quia errat in ſuæ iuriſdictionis fundamẽto: ergo à fortiori idem diceret, quando Epiſcopus ex commiſſione Papæ diſpenſat in aliquo canone, vel voto, &c.

*1. Opinio.*

*1. Argum.*

*2. Argum.*

79 Alij meritò aiunt, validã eſſe in foro conſcientiæ, donec in externo reuocetur, vt reuocari poteſt, ita docet Sãchez 8. de matrim. diſp. 17. nu. 11. Suarez hîc, & cęteri recẽtiores, Innoc. ca. diuerſis nu. 1. de cler. coniug. vbi ait, Epiſcopo diſpenſante abſque cauſæ cognitione in iis, in quibus poteſt, tenere diſpenſationem, vt in collatione beneficij, donec per ſuperiorem reuocetur: & dum non reuocatur, poſſideri licitè beneficium illud. Et ſatis hoc placet Hoſtienſi ibi, num. 9. Ioanni Andreæ, nu. 8. Bellam. ca. veniens, num. 18. & 19. de filiis presb. Arm. verbo diſpenſatio, num. 14. in fine, Ludouic. Lopez, 1. p. inſtructo. cap. 4. col. antepen. verſic. tertiò dicitur. Pro eadem ſententia eſt idemmet Innoc. c. cum. ad monaſterium. num. 4. de ſtatu monach. vbi ait, huiuſmodi diſpenſationẽ aut non valere, aut reuocandam eſſe. Cuius ſententiam referunt, & ſequuntur ibi Hoſtien. nu. 32. Ioan. And. ad finem, Panorm. nu. 17. Henr. nu. 17. Card. §. fin. nu. 5. iterum Panorm. c. at ſi clerici. §. de adulteriis, num. 12. de iudic. Alex. de Neuo, cap. 1. num. 128. de conſtit. Turrecrem. c. 1. aut 4. nu. 14. d. 89. Nos ſecundam partem illius disiunctiuæ approbamus, nõ primam. Pro eadem ſententia ſunt Panorm. dicto c. diuerſis, nu. 3. Probus additio ad Monachum, c. vnico n. 4. verſ. poſtremò de ætate, & qual. Borgaſius de irreg. p. 2. tit. de differ. terminorum in materia diſpenſationis, in fine, vbi dicũt, diſpenſationem cenſeri conceſſam inferioribus cauſa iuſta exiſtente, & illius cognitione præmiſſa: at ſi nõ adhibita cauſæ cognitione diſpenſauerint, reuocandam eſſe diſpenſationem per ſuperiorem. Eſt ergo valida donec reuocetur. Atque idem cẽſet Sanchez, quando Pontifex, vel Epiſcopus, vel alius potens diſpenſare in votis, vel iuramentis, ſiue iure ordinario, ſiue delegato.

*2. Opin. Epiſcopo diſpenſante ſine cauſæ cognitione in iis quibus poteſt, tenet diſpenſatio.*

Imò quidam talem diſpenſationem etiam in foro externo validã eſſe, donec à ſuperiore reuocetur, vt Armil. & Ludouic. Lopez ſuprà. Quod ſumunt ex c. nihil de electione, vbi dicitur, electum ſine cauſæ cognitione reiiciendum eſſe, quãdo eſt indignus: ergo ſi eſt dignus, non reiicietur, ergo electio eſt valida in foro externo: ergo idẽ eſt de diſpenſatione facta ſine cauſę cognitione. Quamuis poſſit quodammodò appellari nulla in foro externo, quia recurri ad ſuperiorẽ poteſt, vt eam reuocet, & ipſe, etiam ex officio, poſſet eam reuocare, vt docent communiter Doctores: quia illa forma in diſpenſationibus præſcribitur inferiori à ſuperiore imò eſt requiſita iure naturæ, vt diſpẽſatio ſit licita: ergo ſi inferior eam non ſeruet, poteſt ſuperior diſpenſationẽ reuocare, etiamſi conſtet, factã fuiſſe cum cauſa. Id meritò limitat gloſſa, c. manifeſta 2. q. 1. vt valida, & licita ſit diſpenſatio ſine cauſæ cognitione, quando cauſa notoria eſt: quia in notoriis non requiritur ordo iuris, nec notorium eget examine; vt patet dicto c. manifeſta. Idem tenet gloſſ. c. ſi quis ſine examinatione, d. 81. & c. ſi. verbo qui concubinas, 51. d. Panor. ca. præterea, nu. 11. de teſtib. cogen. Imola l. quidam conſulebat n. 8. de Schiſ. Roſell. verb. diſpenſatio, nu. 6. Sanchez 8. de matrim. diſp. 4. nu. 22. Imò ſi diſpenſanti cauſa eſſet manifeſta, non peccaret diſpenſando ſine eius examine: quia examen cauſæ eo tendit, ne diſpenſatio temerè fiat: quæ temeritas ceſſat, ſi de cauſa diſpenſanti conſtat.

*1. Probatio.*

Sed id, in quo tota erat difficultas, ſcilicet diſpenſationem eiuſmodi eſſe validam, probatur ſecundò: quia ea diſpenſatio habet reuera quod ius intendit, & petit: ergo valida eſt, licet abſque cognitione cauſæ facta ſit. Cõfirmatur, quia nullibi habetur, eam diſpenſationem eſſe nullam. Nec obſtat locus Trident. in contrarium adductus, vt ait Sanch. quia æquè loquitur de Papa, ac de inferioribus; cùm tamen conſtet, diſpenſationem Papæ in iure humano abſque cauſæ cognitione validam eſſe: loquitur ergo Concilium quoad fori externi præſumptionem, & ideò dicit *ſubreptitia cenſeatur*, & non dicit, eſſe ſubreptitiam, ſed præſumi impetratam per ſurreptionem, vel ita reuo-

*2. Probatio.*

*Conf.*

candam, quaſi ſubreptitia eſſet.

*3. Probatio.* Tertiò, quia valet lex temerè, & abſque cauſæ cognitione inducta, ſi reuera conducit ad commune bonum: ergo & diſpenſatio legis.

*4. Probatio.* Quartò ex Menchaca, 1. controuer. illuſt. c. 28. nu. 6. vbi probat tenere factum in foro conſcientiæ, quando finis iuris habetur, quamuis forma, & ſolemnitas iuris prætermittantur. Quod multis exemplis confirmat Bellamer. ſuprà.

*Ad 1. argum. primæ opin.* Ad primum argumentum primæ opinionis reſpondeo, iura, & Doctores præſcribere quidem cauſæ cognitionem, vt licita ſit diſpenſatio: quod autem cauſam habeat, vt ſit valida. Ad Trident. verò iam diximus. *Ad 2.* Ad ſecundũ reſpondeo cum Sanchez ſuprà, & eodẽ lib. diſp. 2. num. 2. in illa definitione non ſolùm contineri, quæ requiruntur ad eſſentiam, & valorem diſpenſationis; ſed etiã quæ ad eius honeſtatem, alioqui etiã in ſupremo principe requireretur cauſæ cognitio, vt diſpenſatio eſſet valida: vide quæ de hoc diximus, ſect. 2.

81 *Quæſt. 1.* Ex his ſoluitur alia quæſtio, an diſpenſatus ab inferiore in lege ſuperioris, ſine cauſæ cognitione poſſit licitè vti tali diſpenſatione, Azor illa quæſt. 9. *Reſpondeo,* inquit, *cum Innoc. Panorm. & Couar. non poſſe tuta conſcientia vti tali diſpenſatione: quia eſt nulla, quamuis in foro iudiciali impunè ea vtatur, donec à principe abrogetur. Nam tria ſunt neceſſaria; primum inferiori ius relaxet abſque iuſta cauſa: ſecundum, ne relaxet, niſi cognita cauſa: tertium, ne id faciat, niſi exprimat cauſam, cur id faciat, alioqui enim in iudicio puniri poterit.* Hæc Azor. Sed iam ex Innoc. Panorm. & aliis talem diſpenſationem eſſe validam: & ſuperius etiam docuimus, non eſſe peccatum mortale, imò fortè nec veniale vti diſpenſatione valida conceſſa ſine cauſa: quòd à fortiori erit verum de conceſſa quidẽ cum cauſa tunc vel poſteà cognita ſubdito, licet à ſuperiore cognita non ſit: ergo veriſimile eſt, quòd nec venialiter peccat.

82 *2. Quæſt.* Ex his etiam reſoluitur alia quæſtio, an tacita diſpenſatio conceſſa ſine cognitione cauſæ, valida ſit. Hanc quæſtionem retulimus in hunc locum *1. Opinio.* ſect. 2. diuiſione 3. Quando quis in propria lege tacitè diſpẽſat, omnes videntur tenere validã eſſe diſpenſationem nulla præmiſſa cauſæ cognitione: quia eadẽ eſt ratio de tacita & expreſſa: in expreſſa autem iam vidimus, validam eſſe ſine cauſæ cognitione; & ita in Principe ſupremo docet Azor to. 1. lib. 5. q. 10. cum Panor. & Hoſtien. c. diuerſis fallaciis, de cler. cõiug. Nauar. prælud. 9. n. 15. & c. 25. nu. 74. & idem inſinuat Azor de inferiore diſpenſante in propria lege. Quãdo verò quis diſpẽſat in lege ſuperioris, vt Epiſcopus in iure canonico communi, ſunt variæ opiniones. *1. Opinio. 1. Argum.* Prima eſt, talem diſpenſationẽ eſſe nullam: primò, quia hęc eſt differentia inter Principẽ & inferiores præfectos, quod ille poteſt ſaltem validè diſpenſare ſine cauſæ cognitione; Hi verò minimè. *2. Arg.* Secundò, quia c. fin. in fine, d. 51. punitur Epiſcopus promouens concubinarium, ſcilicet, ſine cognitione cauſæ, & ideò inualidè. *3. Argum.* Tertiò, quia diſpenſatio ſine voluntate diſpenſantis valida non eſt: ſed præſumere debemus, prælatum in tali euentu non habere voluntatem diſpenſandi: alioqui præſumemus in eo delictum, contra l. meritò, ff. pro ſocio: ergo præſumere debemus talem diſpenſationem eſſe nullam. *Diſputatio ſine voluntate diſpenſantis valida nõ eſt.* Hanc ſententiam valde probabilem cenſet Sanchez, 8. de matrim. diſp. 4. nu. 15. & pro ea refert gloſſ. ca. 2. de ſchim. verbo diſpenſatum,

A Ioan. And. ibi, num. 4. Butrium, nu. 3. Panorm. 4. Card. nu. 1. qu. 1. Anchar. nu. 3. Ananiam, nu. 7. & 8. & alias gloſſas, Nauarrum, alióſque multos Iuriſp. & ex Theologis, Syluestrum, Gaietanum, Roſellam, Henriquez, Azor, & Emanuelem Rodiguez: quorũ loco apud ipſum legere poteris. Azor etiã tom. 1. lib. 5. c. 15. q. 10. citat Syluest. Innoc. Archid. Panorm. & Nauar. Prælud. 9. num. 14. aliàs 15. & cap. 25. num. 74.

Secunda opinio eſt, talem diſpenſationem inferioris in lege ſuperioris ſine cauſæ cognitione validam eſſe. Hanc ſententiam tenet Sanchez, ſuprà, nu. 17. citans Innocent. Bellamer. Lambertin. Syluestrum, Armillam, Nauar. Maiol. Salced. Bern. B Diaz. Palud. Margaritam confeſſorum, Polanc. Bartholom. Medinam, Henriquez, Sa, Suarez, Emanuel Rodrigez, Sayrum, Antoninum. Probatur, quia eadem eſt ratio de diſpenſatione tacita & expreſſa: tantum enim valet voluntas tacita quantum expreſſa, in iis quæ nec formam certam, nec verba requirunt, l. qui ad certum, ff. locati, & l. de quibus 31. ad finem, ff. de legibus: ibi. *Nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus, & factis.* Sed diſpenſatio non requirit certam formam verborum, nec verba: vt docet Sanchez. num. 1. & 17. cum omnibus: ergo, ſicut diſpenſatio expreſſa, in lege ſuperioris eſſet valida ſine cauſæ cognitione: C etiam tacita. Alias rationes, quibus vtitur Sanchez eo num. 17. omitto: quia ſolùm probant, dari poſſe diſpenſationem tacitam validam, atque præſumendam eſſe, cum is qui poteſt diſpenſare, admittit aliquem ſcienter ad actum, qui ſine diſpenſatione non poteſt licitè fieri. Solum hìc aduerte, Nauarrum in ſum. cap. 25. num. 74. dixiſſe fortè in foro conſcientiæ hanc ſententiam eſſe veram: licet non in externo ſimiliter eam ad forum conſcientiæ limitari à Sayro in Theſauro caſuum tom. 1. lib. 7. cap. 14. num. 11. 12. & 13. Eman. tom. 1. regul. quæſt. 13. artic. 16. Sed melius Maiolum, 3. de irregul. cap. 24. num. 14. & lib. 4. cap. 10. num. 3. & lib. 5. cap. 51. num. 8. & D Suarez de ceſuris diſp. 41. ſect. 3. ad finem, & Sanchez illo nu. 17. docuiſſe, veram eſſe etiam in foro externo, ſi in illo probetur, legitimam cauſam extitiſſe, licet à diſpẽſante cognita non fuerit.

*83 2. Opin.* — *Tantum valet voluntas tacita, quantum expreſſa.*

Ad primum argumentum primæ opinionis 84 reſpondeo, illam differentiam non eſſe veram: ſed tantum differre, quia quiſque in ſua lege poteſt validè diſpenſare ſine cauſa, non verò in lege ſuperioris.

Ad ſecundum reſpondeo, cùm Sanchez ſuprà nu. 24. & cum gloſſ. eodem ca. fin. in illo textu, & ſimilibus puniri temerariam, & indiſcretam diſpenſationem abſque cauſa, vel ſaltem abſque cauſæ cognitione factam: quæ in primo caſu eſt nulla, & in ſecundo illicita. E

Ad tertium reſpondeo, nos hic non diſputare, an quando prælatus diſpenſat tacitè ſine cognitione cauſæ, præſumendum ſit, velle diſpenſare: ſed an ſi velit diſpenſare, idque manifeſtet, non verbis, ſed aliis ſignis, diſpenſatio valeat. Vnde argumentum illud non eſt ad rem. Addimus, tam meritò præſumi poſſe, quòd velit diſpenſare, quando illum admittit ad actum, qui ſine diſpenſatione eſſet illicitus vel exercet cum eo actũ, quam illicitè exerceret, ſi cum eo non diſpenſaret: quia maius delictũ eſſet, ſine diſpẽſatione id facere, quàm

Digitized by Google

re, quàm cū illo ſine cognitione cauſæ diſpēſare, A
è duobus autem peccatis, minus præſumi debet,
l. ſi adulterium cum inceſtu, §. 1. 2. & 3. ff. ad legem
Iuliam de adulteriis. Sicut quando aliquid cum
peccato, & ſine peccato exerceri poteſt, præſumē-
dum eſt exerceri ſine peccato, l. meritò, ff. pro ſo-
cio. Sic c. 2. de bigamis, Epiſcopus bigamum pro-
mouens priuatur poteſtate ordinandi, & redditur
ratio: *quia in bigamis diſpenſare non licet*: vbi Pon-
tifex præſumpſit, quòd ſi Epiſcopus poſſit diſ-
penſare, voluiſſet diſpenſare, & ideò non eſſet
ſic puniendus, quamuis tunc etiam puniri ali-
quomodo poſſet, ſi ſine cauſa, vel eius cognitione,
diſpenſaret. Vnde rectè Bellam. c. veniēs, nu. 11. &
19. de fil. presby. Roſel. diſpenſatio, nu. 6. & Sāchez B
ſuprà, dicunt; tùm quis ſcienter, admittit inhabi-
lem ad actum, quē ſine diſpēſatione exercere non
poteſt, præſumi intendiſſe cum eo diſpenſare: idem
Sanchez 8. de matrim. diſp. 4. nu. 23. Azor to. 1. lib.
5. c. 15. q. 10. Sa, verb. diſpēſatio, n. 8. Nauar. prælud.
9. num. 14.

85 Sed aduerte primò, quoſdam exiſtimaſſe, infe-
Notab. 1. riores non poſſe tacitè diſpenſare, etiamſi id ve-
lint, & cauſæ cognitionē præmittant. Hoc Sāchez
ſuprà nu. 16. tribuit Gloſſę, c. litteras, fine, de cōceſ.
præb. Hoſtienſi, c. veniens, nu. 6. & 8. de fil. presbỳ.
& c. 2. ſtatim in princ. de ſchiſm. Baldo, l. Barbarius
nu. 6. & 8. ff. de offic. prætor. Decio, c. ſi quando, in
noua editio. nu. 23. de reſcript. Rebuf. in praxi be- C
nef. tit. de diſpenſa. ſuper defectu natalium, nu. 9.
& c. poſtulaſtis, not. 2. nu. 31. de cler. excom. miniſt.
Nauarro in 1. editione, lib. 5. conſil. tit. de ſimonia,
conſilio 20. nu. 2. & in ſum. prælud. 9. nu. 15. & c. 25.
nu. 74. vbi hoc limitat quoad forum externum, vt
& Eman. to. 1. regul. q. 13. a. 16. Pro quibus eſt opti-
mum argumētum: nam quamuis Epiſcopus ſcien-
ter admittat excommunicatum ad diuina, non ab-
ſoluit illum validè, niſi forma Eccleſiæ vtatur, vt
patet c. cùm deſideres, in reſpon. ad 1. quæſtionem,
de ſent. excom. ergo ſimiliter, etiam ſi Epiſcopus
aliquem admittat ad actum, qui ſine diſpenſatio- D
ne non poteſt licitè fieri, non diſpenſat validè cum
illo, niſi verbis diſpenſationem indicantibus vta-
tur. Sed tenendum eſt, cum Sanchez ſuprà, nu. 1.
17. & 24. & cum aliis, quos ſecutus ſum ſect. 2. in
3. diuiſ. dari etiam in inferioribus prælatis validam
diſpenſationem tacitam: quia diſpenſatio non re-
quirit certa verba, vt etiam ait Sà, diſpenſatio, nu.
12. imò ne verba quidem, ſed aliis ſignis fieri po-
teſt. De abſolutione autem ab excommun. aliter
ſentit Sanchez illo nu. 24. dicens, requiri formam
præſcriptam ab Eccleſia. Sed Suarez (cui aſſen-
tior) diſp. 7. de cenſur. q. 9. nu. 2. cum Theologis,
4. d. 18. ſpecialiter Richar. a. 10. q. 9. Syl. abſolutio, E
3. nu. 2. Nauar. de pœnit. d. 6. c. 1. in princ. nu. 59. &
in commentar. de Iubilæo, not. 30. nu. 8. & Couar.
c. alma, §. 11. nu. 6. & 7. cum aliis docet, nullam eſſe
in iure præſcriptam formam verborum, quæ ſit de
ſubſtantia formæ abſolutionis à cenſura, licèt ne-
*Nulla eſt in iure præſcripta forma abſolutionis à cenſura.* ceſſarium ſit fieri aliquo verbo, vel ſigno ſenſibili,
quo ſufficienter ſignificetur, eum, qui cenſura li-
gatus erat, ab ea ſolui. Ad c. autem cùm deſideres,
reſpōderi poteſt, Pontificem præſumpſiſſe, quòd
Epiſcopus noluerit illum abſoluere ab excommu-
nicatione, quia cùm facilè potuiſſet, forma Eccle-
ſiæ ipſum non abſoluit. Vnde credi poteſt, per
ignorantiam, vel inaduertentiam ipſum admiſiſſe
ad diuina, nulla abſolutione præmiſſa.

*Secundò* aduerte, non ſolùm diſpenſationem 86
tacitā inferioris in lege ſuperioris validā eſſe ſine *Notab. 2.*
cauſæ cognitione, modò cauſa exiſtat: ſed etiam
diſpenſationem tacitam Papæ, vel alterius prælati
in votis, vel iuramentis, in quibus diſpenſare poſ-
ſunt. Ita Sāchez ſuprà nu. 18. cum Decio, c. cùm in
cunctis, §. inferiore, in noua editione, num. 17. de
elect. Quia eadem ratio eſt.

Tertiò aduerte, quoſdam intelligere, tūc præla- *Notab. 3.*
tum dici diſpenſare cum cauſæ cognitione, quādo
cauſa eſt nota diſpēſanti tanquam iudici. Ita An-
gel. verbo, diſpenſatio, num. 12. ſed verius eſt, non
opus eſſe, in figura iudicij præmittere cauſæ co-
gnitionem, Sanchez nu. 19. cum Syluest. verb. di-
ſpenſatio. q. vlt. Bald. l. Barbarius, num. 8. ff. de offic.
prætor. vnde non peccat, qui cauſa ſolùm extraiu-
dicialiter cognita diſpenſat. Hinc infertur, non re-
quiri citationem eorum, quorum intereſt, ſic con-
tra aliquos, quorum nomina tacet, tenet Innoc. c.
veniens nu. 2. de fil. presbyt. vbi Antonius Butrius
nu. 7. Panor. nu. 7. Henri. nu. 4. Card. q. 3. Specul. tit.
de diſpenſ. §. qualiter autem, nu. 3. Archid. c. licet
canon. nu. 2. de elect. in 6. Sanchez ſup. nu. 20. qui
nu. 21. meritò reprehendit Specul. & Henr. Innoc.
& Arch. ſuprà, & Cucum. 4. inſtit. maiorum, tit. 12.
nu. 29. dicentes, exigi decretum inferioris dicen-
tis, *Decernimus eum idoneum*: aliter factum Epiſcopi
præſumeretur temerarium, nec diſpenſatio tacita
præſumeretur. Nam iure optimo id non requiri
docent Butrius, Panorm. & Card. ſuprà, & Probus
addition. ad Monachum, c. vnic. nu. 6. de ætate, &
qualit. in 6.

Quartò aduerte, quoſdam exiſtimaſſe, ſolam pa- 87
tientiam, & taciturnitatem ſuperioris, vidētis ali- *Notab. 4.*
quem facere, quod ſine diſpenſatione non poteſt,
non ſufficere, vt cum eo diſpenſare cenſeatur: quia
id potiùs eſt pati, quàm agere. Pro qua ſententia
Sēchez ſuprà, n. 25. citat Gloſ. Card. Anchar. Imol.
Bonif. Inno. Hoſtienſ. Antonium, Panor. Henricū,
Bellamer. Ananium, Felin. Socin. ſeniorem, Seluā,
Anton. Gab. Menoch. Maiol. & Sayrum. Sed ipſe *Taciturnitas ſuperioris ſufficit, vbi præſumitur diſpenſatio.*
Sanchez nu. 26. meritò probabilius cenſet oppoſi-
tum, ſi prælatus poſſit commodè & facilè cōtradi-
cere, & non contradicat. Probat primò, quia illa
taciturnitas eſt ratihabitio de præſenti: quæ verā
iuriſdictionē confert ad audiendas confeſſiones,
& alia exercenda, vt probat ipſe lib. 3. diſp. 35. nu.
20. ergo etiam ſufficit ad diſpenſandum. Secundò,
quia ſi tunc prælatus non diſpēſaret, peccaret, ma-
ximè non contradicendo: hoc autem non eſt præ-
ſumendum de illo: ergo cenſendus eſt diſpenſare;
intelligo pro illa vice, & ſi ſæpius id permittat,
etiam pro aliis.

Non tamen cenſendus eſt Papa diſpenſare in
matrimonio irrito, ſi ſcienter permittat aliquos
in eo manere: quia non poteſt eos ſeparare ſine
ſcandalo, & aliis incommodis, nec diſpenſatio
eius prodeſſet, niſi ipſis notificaretur, & ipſi con-
ſenſus renouarent: quod fortaſſe aliquis contra-
hentium facere nollet, & inde ſequerētur incom-
moda alteri, vel proli, &c. vide Sanchez illo num.
26. vbi etiam pro ſua opinione citat Menoch. Pa-
lud. Supplem. Gabriel. Antoni. Veracruz, Sa, Azor:
vbi etiam Sanchez cum Paluda. Antonino, &
Sa, contra ſupplem. docet, id etiam eſſe verum
in diſpenſatione voti, & in diſpenſatione le-
gis ſuperioris facta ab inferiori, eadem enim ra-
tio eſt.



Digitized by Google

## SECTIO X.

### *De interpretatione diſpenſationis.*

88 *1. Quæſtio. Concluſio. Diſpenſatio ſtrictè interpretāda; quia eſt vulnus iuris.*

IN hac re ſunt multæ quæſtiones breuiter attingendæ. Prima quæſtio eſt, An diſpēſatio ſit ſtrictè interpretāda? Reſpondeo affirmatiuè, quia expreſsè habetur c.1.§.ille verò, de fil.presby. in 6.& quia eſt odioſa, cùm ſit vulnus iuris, & à iure cōmuni exorbitet. Confirmatur, quia lex corrigens ius cōmune, quāuis æqualis ſit, reſpectu omnium eſt odioſa, & valde reſtringēda, regul. quæ à iure, de reg.iur.in 6. ergo à fortiori diſpēſatio: quæ aliquos à lege, & onere cōmuni eximit, erit ſtrictiſſimè interpretanda. Ita Sanchez 8.de matrim.diſp. 1.n.3.addens ita tenere vniuerſos Doctores. Idem tenet Sà verb.diſpenſatio, nu.7.& alij referendi.

*Argum. 1.Solutio. Beneficium Principis latiſſimè interpretandum.*

Sed contra, quia beneficiū Principis latiſſimè eſt interpretandū, c.olim, de ver.ſig.& l.beneficiū, ff.de conſtit.Princip. ſed diſpēſatio eſt beneficium Principis: ergo latiſsimè interpretānda. Reſpondēt aliqui, hos textus intelligi de beneficiis, & priuilegiis, quæ ſunt præter ius: vel etiam de veris diſpenſationibus, quæ ſunt contra ius; tamen in nullius præiudicium vergunt. Ita Spec.tit.de diſpēſ.§.vlt. verſ.quid ſi diſpenſatum eſt cū aliquo, Arch.c.nos conſuetudinem, in fine, d.12.& c.quoniam.num.2. diſtinct.69.

*Reijcitur.*

Sed meritò Sanchez ſuprà nu.4. cum Butrio & litteras, nu.10.in fi. & Pān.ibi, n.7. hoc reiicit: quia in illo c.1.de fil.presb. nulla alia ratio redditur, cur diſpenſatio ſtrictè ſit interpretāda; niſi quia à iure exorbitat: ergo etiam ſi non ſit in præiudiciū aliorum, ſtrictè interpretanda eſt: vt de diſpēſatione illegitimi ad ordines, quæ tamen in nullius præiudiciū eſt, dicetur. Vnde Felin. Iaſon, Nata. & Bruñoſus apud Sanchez ſuprà, putant diſpenſationem, etiamſi in nullius vergat damnū, ſtrictè interpretandam eſſe. Aliàs nullum eſſet diſcrimen quoad hoc inter diſpenſationem & poteſtatem diſpēſandi: quia hæc quoque cùm vergit in damnū aliorū, ſtrictè interpretanda eſt: conſequens autem eſt falſum, vt ſect.11. conſtabit: ergo.

*2. & vera ſolutio. ſi non ſit contra ius.*

Vnde ad argumentum reſpondeo, beneficium Principis, quod non eſt contra ius, ſed præter ius, latè eſſe interpretandum: ſecus verò diſpēſationē: quæ eſt vulnus iuris, Ita Sanchez ſuprà citās quaſdam gloſſas, Inno. Butrium, Panor. Alex.de Neuo, Præpoſi. Imolam, Bart. Iaſon. Decium, Felinū, Angelum, Sylu. Tabien. Armil.& Mandoſium.

*Et tantùm in cōcedentis præiudicium.*

Item beneficium Principis, quando eſt præter ius, debet latiſsimè interpretari in ſolius cōcedentis præiudicium: at in aliorum præiudiciū, ſtrictè, Sanchez ibi, cum Innocentio, Alexādro de Neuo, Præpoſito, Iaſoni, Angelo, Sylu. Tabienna, & Armilla: quod intelligit Sanchez, quando eſt graue præiudicium, cum gloſſa quadam, Archid. & Valaſco. Citat quoque Iaſonem, cum Cyno, & Angelo Peruſ. limitantem, vt beneficium Principis, quod eſt ſolùm præter ius, ſit latiſsimè interpretandum, quando eſt conceſſum proprio Principis motu: ſecus ſi ad partis inſtantiam. ſed hoc reiicit, quia ſic non eſſet diſcrimen inter id beneficium, ac veram diſpenſationem: cùm hęc quoque latam interpretationem habeat, quando proprio motu conceditur, vt infrà dicetur. Tandem ſi velis intelligere textus in argumento citatos de quocunque beneficio Principis, etiam quod eſt contra ius, & vera diſpenſatio; dic cùm Sanchez citante Panor. & Milis, latè eſſe interpretandum, vt eſt in concedentis præiudicium, licet ſtrictè, vt eſt in præiudicium iuris communis. *3. ſolutio.*

### §. 1. *Variæ limitationes concluſionis ponuntur, & examinantur.*

COncluſio præcedēs limitatur, Primò à Sāch. ſuprà num.5. cum Butrio, Hoſtien. Ioan. Andrea, Panorm. Decio, Felino, Rebuffo, Staphilæo, Alex.de Neuo, Borgaſio, Emanuele, niſi diſpenſatio ſit proprio Principis motu conceſſa: quia eſt verè Principis beneficium ſine vlla ambitione obtentum. cap.ſi motu proprio, de præbend.in 6. ibi: *Quæ de noſtra mera liberalitate proceſſit.* Si obiicias Gloſſ. Clem. per litteras, verbo, directas, de præbend. quæ ait, motum proprium non efficere, vt amplietur, vel vis propria verborum: Propter hoc Milis ait, hanc gratiam non latè interpretandam: ſed tantùm non nimis ſtrictè. Sed Sanch. cum Alex.de Neuo, intelligunt Gloſſam, vt motus proprius non ampliet vim verborum, nec faciat gratiam extendi vltra verborum naturam: ſed quantùm propria eorum ſignificatio patitur. 89 *1. Limitatio.*

*Gratia quando dicatur motu proprio cōceſſa.*

Tunc autem gratia dicitur motu proprio conceſſa, quando Pontifex in litteris diſpenſationis expreſſerit, ſe motu proprio concedere, vt expreſsè habetur cap.ſi motu proprio, de præbend.in 6. Vnde etiam ſi conſtet, diſpenſationem ab impetrante petitam; ſi Pontifex in litteris dicat, ſe motu proprio eam conceſsiſſe, dicitur motu proprio data, id eſt, non propter ſupplicationem, ſed propter fines, quæ Pontificem mouerunt: Sanch. ſuprà nu.6. cum Baldo, Decio, Card. Anaſtaſio, Germonio, Menoch. Socino Iuniore, Rebuffo, cum quo & quadam Gloſſa recepta, ait, non admitti volentem probare ad partis petitionem conceſſam eſſe gratiam; tum quia eſſet Pontificem mendacij redarguere velle; tum quia nihil ei prodeſſet: nam etiam ſi pars petierit, poteſt dici motus proprius. Multa alia ibi notat Sanchez circa hanc limitationem, quæ in eo legi poterunt.

Secundò limitant aliqui, niſi diſpenſatio in corpore iuris clauſa ſit, Sanchez num.8. cum Oldrado, Butrio, Felino, Galiaula, Anaſtaſio, Germonio, & Emanuele. Ratio, quia tunc eſt quaſi lex, & ideò latè interpretanda, & extendenda, ſicut lex. 90 *2. Limitatio.*

Tertiò limitatur, vt quoties verſatur circa iuris communis materiam, iuxta illud intelligenda ſit, & ſi exigat extenſionem, adhibenda eſt. Sanchez nu.9. cum Panorm. Gambara, Angelo, Sylueſtro, Veracruz, & Batholo. Ledeſma, qui propterea aſſerunt, diſpenſationem in tertio gradu factam extendi ad ſecundum cum tertio: eo quòd gradus conſanguinitatis computandi ſunt à perſona, quæ à ſtipite remotior eſt, cap.fin.de conſanguinit. *3. Limitatio.*

Hinc etiam nu.10. ait Sanchez, licētiam teſtandi conceſſam Epiſcopo valere pro teſtamento anteà facto: quia ius ad valorem teſtamenti etiam anteà facti, ſolùm petit adeſſe facultatem teſtandi tempore mortis, per quam roboratur, & confirmatur, vt docet Paul. Heb.9.& Gala.3.& lex, ſi quis. filio exhæredato, §.irrito, ff.de iniuſto rupto teſta. Et ita docet Bart. Imol. Paul. Gambara, Anto. Gomez, & Matienzo apud Sanchez, ibi.

Quartò, vt cùm dicitur, diſpenſationem nō eſſe extendendam, intelligatur, vltra propriam verborum *4. Limitatio.*

Digitized by Google

borum ſignificationem:ſecus intra illã.Sãchez nu. 11. citat Angel.Peruſ.Aretin.Panor.Calder.Deci. Cagnolum, Rebuf.Nauar. Couar.Henriquez, & Eman.Sed ait Sanchez,licet hæc limitatio ſit probabilis;tamen nó caret difficultate,&ab ea meritò recedit Pan.alibi,& Gambara.Verùm hi facilè cõciliantur, vt diſpenſatio ſit extendenda ad omnia, quæ verba in propria ſignificatione ſumpta ſignificant,niſi vel iure,vel vſu reſtricta ſint:ſicut ſecũdùm vſum diſpẽſatio abſolutè ad ordines nó comprehendit maiores, & ſecundùm ius excommunicatio abſolutè dicta,comprehendit minorẽ,aut latam, ſed ferendã, cùm aliquid prohibetur ſub excõmunicatione, vel niſi de intẽtione diſpenſantis cõſtet:vnde regula Iuris in 6.eſt;in generali cõceſſione non veniunt intelligenda, quæ veriſimiliter quis non eſſet in ſpecie conceſſurus: ſed aliquando diſpenſatio eſt extendenda,eo quòd cõſtet,eam eſſe intentionem diſpenſantis.Probat Sanch.n.11. ex c.1.verſ.ex parte verò tua, de conceſ.præb.in 6. ibi: ex quorum tenore liquidò noſci poteſt, quòd talis circa ea fuerit intentio concedentis. Quare, dum in c.porrò,de priuil.dicitur,à verbis;& tenore priuilegij non eſſe recedendum;intelligitur,niſi aliud de concedentis mente conſtet.Atque ita docent multi Iuriſper. & Theologi apud Sanch.eod. nu.11. Similiter propter ſtylum curiæ interdũ curandum non eſt de verbo, quod reſtringere videtur:vnde Sà verbo, diſpenſatio,nu.11.ait, cùm in ſupplicationibus,aut diſpẽſationibus,dicitur,*fortè*, perindè eſt,ac ſi affirmaretur.

5.Limit.

Quintò limitatur,niſi diſpenſatio ſit in priuato ſtatuto, aut conſuetudine populi, quæ erant iuri communi contraria: tunc enim amplè interpretanda eſt; quia reducit ad ius commune, quod quidem fauorabile eſt. Hanc limitationem ponit Sanchez nu.12.pro ea referens multos.

6.Limit.

Sextò limitat cum aliquibus nu.13.vt intelligatur de diſpenſatione & priuilegio, quæ priuatis conceduntur:at priuilegia toti religioni,vel communitati conceſſa, extendenda ſunt tanquam fauorabilia.Quòd ſumma ſit ratio,quæ pro religione facit,l.ſunt perſonæ,in fine,ff.de relig.& ſump. fun.Et quòd cùm nó vni,vel alteri perſonę concedantur, ſed toti religioni, vel communitati in perpetuum,æquantur legi;ac perinde habentur,ac ſi in Iuris corpore inſerta eſſent: ſunt enim conſtitutiones perpetuæ. Hinc deducit num.14.cum Oldrado & Gambara,diſpenſationẽ conceſſam ab Epiſcopo de percipiendis fructibus in abſentia cauſa ſtudij, eſſe, quòd non concedatur perſonæ, ſed cauſę;in qua vtilitas publica verſatur.

7.Limit.

Septimò limitat num.15.niſi Princeps teneatur diſpenſare: tunc enim diſpenſatio eſt latè interpretanda, vt ait Gambara, inde deducens, diſpenſationes,quæ fiunt neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ exigentibus ampliandas eſſe, velut ex iuris debito emanantes.

8.Limit.

Octauò limitat, nu.16.cum Sarmiento dicens, non ita ſtrictè interpretandã diſpenſationẽ, vt captioſa,ac illuſoria reddatur, & à rei in qua diſpenſatur,natura retrahatur.Argumentũ ex c.ſi ciuitas, de ſent.excom.in 6.& quia priuilegiũ debet intelligi iuxta materiæ, in quã cadit,naturam,l.in contractibus,§.ſi.ff.de non nu.pec.& l.ſi vno,ff.locati. Ponit exẽplum nu.18.& 19.in licentia teſtãdi conceſſa monachis,vel Epiſcopis, quæ,vt multi,quos citat,cõtra alios docet, nó expirat primo teſtamẽto:ſed vſq; ad mortẽ durat:vnde diſpẽſatus poteſt reuocare priora teſtamenta,& alia facere,quæ valebunt:Aliàs diſpẽſatio eſſet illuſoria, & cõtra naturam teſtamenti,quæ eſt,vt vſque ad mortem reuocari poſſit, l.ſi quis.in princ.ff.de leg.3.

*Facultas teſtãdi monacho conceſſa, non expirat primo teſtamento.*

91 Nonò limitat Sanchez nu.19.vt diſpẽſatio non ita ſtrictè intelligatur, quin ad neceſſariò, & inſeparabiliter cõnexa extendatur:vnde diſpenſatus ad plura beneficia,cõſequenter accipit facultatẽ non reſidẽdi in vtroque.Ad hoc addunt multas gloſſas & doctores. Similiter ſi cũ minori diſpenſetur, vt beneficiũ parochiale obtineat, cõſequenter etiam diſpẽſatur, vt nó teneatur promoueri ad ſacerdotiũ intra annũ. Ad hoc etiã multos profert auctores.Huiuſq; limitationis nõnullas ponit limitationes,& declarationes,& illationes numeris ſequentibus,& deducit aliqua corol.Illud modò notauerim,quod habet nu.26.contra Philippũ,& Suarez, cum innumeris Theologis,& Iuriſperitis, illegitimum diſpenſatũ ſimpliciter ad ordines, vel vt clericus fiat,non cẽſeri diſpenſatũ ad maiores, ſed ad minores tantùm:quia permiſsio in genere mediocritatẽ reſpicit,l.fi.§.1.C.cõmunia de leg.& l.legato generaliter,ff.de leg.1.At ordines minores ſunt medij inter primã tonſurã & ordines maiores,ideò &c.intelligit cũ Hoſt.Butr.Pan.&Bellame.niſi diſpenſatus iam haberet ordines minores; videlicet Põtifice id ſciente:tunc enim,ne diſpẽſatio ſcienter fruſtranea,& inutilis ſit, & vt verba aliquid operentur iuxta c.ſi Papa,de priuilegiis,in 6.diſpenſatio debet ad omnes ſacros ordines extendi: nec enim de Pontifice præſumi poteſt, velle, vt ille in ſolo ſubdiaconatu maneat incapax, & ſuperioris ordinis,& matrimonij.Quando item Pontifex diſpenſaret cum illegitimo ad omnes ordines, licet quidã dixerint, reſtringendũ id ad minores:tamen Sanchez cũ multis probat,intelligendũ etiã de ſacris. Sà autem verb.diſpenſatio,nu.13.aliàs 14.ait, *Diſpenſatio illegitimi ad ordines non intelligitur de ſacris:nec ſi eſt ad beneficium,intelligitur de Curato: & ſi ad Curatum,non ideò ad dignitatem.* Quidam tamen dicunt,talem promoueri poſſe ad beneficiũ,quod datur per electionẽ.Quòd ſi eſt ad beneficium primũ diſpenſatus,& poſtea petit diſpenſationẽ ſuper pluralitate,debet dicere ſe illegitimum.Idemq; dic de irregulari, debet enim id exprimere in ſecunda petitione diſpẽſationis. Addit Sà nu.14.qui diſpẽſatur ad ordines,poteſt ſimplex beneficiũ recipere: & nu.15.diſpẽſatus ad certũ beneficiũ,ſi id ſine ſua culpa non obtinet,poteſt virtute illius diſpẽſationis aliud obtinere. Multa ex his, & alia, quæ non ſunt præſenti inſtituto neceſſaria,latiùs proſequitur Sanchez nu.27.& 28.Numero autem 29.refert concluſionem principalem ab aliquibus.

9.Limit.

*Permiſſio in genere mediocritatem reſpicit.*

Decimò limitare,vt diſpenſatio ſtrictè ſit interpretanda:quãdo inferior diſpẽſat in lege ſuperioris, ſecus quãdo quis diſpẽſat in lege propria. Sed cũ aliis Doct.hanc limitationẽ reiicit.Nu.autẽ 30.refert 11.limitationem multorũ,niſi diſpẽſatio ſit in cauſa matrimoniali, ſed hãc cũ aliis multis reiicit.

10.Limit.

11.Limit.

§.2. *An diſpenſatio ad caſus,in quibus par,vel maior ratio eſt, extendatur: ſeu an in diſpenſatione locum habeat argumentum à paritate rationis,vel à maiori ad minus.*

92 DEcius cap. quia in tantùm à num. 15. vſque ad 19.& regula,non debet cui.21.nu.6. ff.de regul.iuris, & conſil.76.ad finem,volum.1.&cap. at ſi clerici.§.de adulteriis,num.86.de iudic.quem

1.Opinio.

ſequun

ſequuntur Hippol. Gambara, Franciſc. & Borgaſius apud Sanchez 8. de matrim. diſput. 1. nu. 31. Partem affirmantem docet: quia ius cócedit hanc extenſionem in aliis, etiamſi odioſa ſint: ergo etiam in diſpenſationibus admittenda eſt. Antecedens probatur ex l. nec in ea. 22. ff. ad legem Iuliam de adulteriis, ibi: *Sed qui occidere poteſt adulterum, multo magis contumelia poterit iure eum afficere.* Quod Bart. ibi in fine dicit valde notandum, & l. in ſuis, 11. in princ. ff. de lib. & poſth. vbi dicitur, habentē poteſtatem vitæ, & necis alicuius, habere quoque in eius bonis: vnde Doct. colligunt, licere bannitum ſpoliare, quia licet interficere: & Gloſſa cap. in litteris, verbo prædo, in fine, de reſt. ſpoliat. ait ſpoliari prædonem poſſe, cùm vitæ nemo parcere debeat: & cap. ex tua parte, de decimis. Priuilegiū de decimis non ſoluendis conceſſum Eccleſiaſticis, extenditur ad noualia, & ſubiungitur cauſa; quia vbi maius conceditur, minus conceſſum eſſe videtur: & cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, ait Pontifex: *Quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur & in minori.* & fit ibi argumentum à ſpiritualibus ad temporalia: imò & à ſimili ibi, *per ſimile quoque*; & in materia odioſa, qualis eſt legitimatio, quæ ius legitimum minuit. Idem igitur erit in diſpenſationibus. Ad idem eſt reg. 53. de reg. iur. in 6. *Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.*

93. 1. Opinio. Hanc ſententiam propter hæc probabilem putat Sanchez, 8. de matrim. diſp. 1. num. 32. Nihilominus putat & non bene eſſe recedendum à communi, & receptiſſima ſententia negante, tale argumentum procedere in diſpenſationibus. Pro qua opinione ſunt Couar. Syl. Specul. Ioan. Andr. Hoſtien. Butrius, Bellamer. Barbat. Felin. Panor. Card. Oldrad. Dominicus Probus, Frācus, Romanus, Lācel. Aretin. Iaſon, Beroius, Ripa, Milis, Rebuf. Gygas, Pariſius, Euerardus, Bernardus, Diaz, Gambara, Loazes, Nata. Tabien. Mandoſius, Villalobos, Carrerius, Sarmiento, vterque Molina, Maiolus, Menoch. Anaſta. Germanius, Stuñica, Matienzo, Borgaſius, Gutierrez, Brunorus, Beia, Ludouicus Lopez apud Sanchez. Idem tenet Emmanuel Rodriguez, & Henriquez infrà, & recentiores hîc. Probatur primò ex regulâ, quæ à iure, de reg. iur. in 6. *Quæ à iure exorbitant, minimè ſunt ad conſequentiam trahenda*: Sed diſpenſatio exorbitat à Iure: ergo. Secundò, quia ſæpe in iure exprimitur, diſpenſationes nullam extenſionem pati: probari ſolet ex cap. fin. de tranſla. Epiſc. vbi dicitur, diſpēſationem ad Archiepiſcopatū non extendi ad Epiſcopatum; ſed certè iſte textus nō bene inducitur: quia ipſemet dicit, maiorē ſolere requiri rationem diſpenſandi ad Archiepiſcopatum aliquem, quàm ad Epiſcopatum, nimirum maiorem Eccleſiæ neceſſitatem. Melius probatur ex cap. cui de non ſacerdotali, de præb. in 6. vbi dicitur, eum, cui integra præbenda conferri mandatur, non poſſe recipere dimidiam, licet in ea Eccleſia ſint integræ, & dimidiæ præbendæ: & ſi mandetur conferri præbenda certi valoris, non poſſe minoris valoris recipere.

94. Ad duo priora argumenta primæ opinionis reſpondet Sanchez cum Couar. eos textus loqui in conceſſionibus à lege, vel canone inductis, quæ latè interpretādæ ſunt, vt dixerat, nu. 7. non autem in iis, quæ à Principe priuatim fiunt. Ad cap. per venerabilem, reſpondet primò cum Panor. & Felino, illam eſſe allegationem partis, ideò nihil probare. Secundò reſpondet, eſſe quandam huius regulæ limitationem, vt ſtatim patebit.

Idem Sanchez num. 33. & ſequentibus, ponit aliquas limitationes. Prima eſt, vt non procedat in diſpenſationibus fauorabilibus, in quibus agitur de publico religionis, vel animæ fauore: vt in diſpenſatione illegitimi ad ordines, cap. per Venerabilem, qui filij ſint legitimi. Vbi Pontifex vtitur hoc argumento in legitimatione, quæ filiis eſt fauorabilis: & præiudicium aliorum, ad quos hæreditas aliàs pertineret, iura paruipendunt: cùm talis ſpes ſit potius in iure odioſa, l. poſt emancipationem, ff. de legatis, Ioan. Andr. Hoſtien. Butrius, Imola, Bellame. Panorm. Decius, Hippol. Barbat. Felin. Beroius, & Loazes apud Sanchez ſuprà, qui ſoluit obiectiones quaſdam, quæ contra hanc limitationem fiunt. 95. 1. Limit. Secunda limitatio eſt, vt quando eadem ratio expreſſa in diſpenſatione procedit in caſu non expreſſo, extendatur diſpenſatio ad caſum non expreſſum. 2. Limit. Sic Sanchez num. 34. cum gloſſa quadam, Panormitano, Decio, Hippolyto, Ripa, Eman. tom. 2. quæſtio. regular. quæſt. 46. art. 11. quia hæc non tam eſt extenſio, quam declaratio. Nec obſtat, inquit Sanchez, Felinum diſcedere ab hac limitatione, cap. poſtulaſti, num. 9. limit. 1. de reſcriptis: quia ſi non extenditur diſpenſatio à maioritate rationis, à fortiori nec ab identitate rationis. Nam bene reſpondet Decius, quādo eſt ratio expreſſa in lege, non eſſe propriè extenſionem, ſed tantùm quando à ſimilitudine, vel maioritate rationis non expreſſæ in diſpenſatione, argumentum ducitur. Sed mihi hæc limitatio non placet: tum quia nullum profertur eius exemplum, in quo eius veritas cernatur, imò aliqua adduci poſſunt, quæ falſam illam comprobent, verbi gratia, diſpenſatur cum ſanctimoniali expreſsè propter eius infirmitates, vt à clauſtro egrediatur, & in ſæculo curetur, non proinde cenſetur cum aliis eadem ratione habentibus diſpenſatum. Diſpenſatur cum aliquo propter obſequia exibita Eccleſiæ, vt habeat in domo ſua oratorium, eadem ratio eſt, vt diſpenſetur cum illo, vt poſſit intereſſe ſacro tempore interdicti: tamen non propterea cenſetur in hoc cum illo diſpenſatum. Tum propter argumentum Felini, quod non videtur ſufficienter ſolutum à Decio: cur enim quando eſt maior ratio, dicitur extenſio, & non quando eadem, ſiue ſit eadem ratio expreſſa in conceſſione, ſiue non? Expreſſio enim, vel non expreſſio nihil ad hoc referre videtur. Cōfirmatur; quia ille caſus non eſt verè in conceſſione expreſſus: ergo verè conceſſio dicitur extendi ad illum: vt quando leges vel conceſſiones latè interpretamur. Denique plus eſt concedere duos caſus, quàm vnum: ergo licet eadem ratio ſit in vtroque, non eo ipſo quòd Princeps concedit vnum, cenſetur concedere alium. Sicut qui donat vnum nummum aureum ob amicitiam, non cenſetur donare etiam alium ob amicitiam: quia plus eſt donare duos, quàm vnum. *Plus eſt donare duo, quàm vnum.*

96. 3. Limit. Tertiò limitat Sanchez. nu. 35. vt valeat extēſio ad minus, quando minus includitur in maiori, vel eſt ei annexū, & inſeparabile: quia cōceſſo toto partes cōceſſæ videtur: & cōceſſo aliquo cōceſſa cenſetur omninò annexa, alioqui cōceſſio eſſet fruſtrà. Adducit multos auctores: ſed nullū producit exēplū: alij illud ponūt in diſpēſatione ad ſacerdotiū,

quæ

Digitized by Google

quæ valet ad minores ordines, quia ſine illis ſacerdotium recipi non poteſt.

*Quarta limitatio.*

Quartò limitat, num. 36. vt diſpenſatio extendi poſſit, quando in iure continetur: quia diſpenſatio in iure contenta, latè interpretanda eſt, vt probauerat, num. 7. citat Couar. & Ludo. Lopez.

*5. Limit.*

Quintò limitat, num. 37. vt extenſio ad minus fiat, quando maius & minus ſunt eiuſdem generis, citat Oldradum, Felinum, & Borgaſium. Vnde nu. 38. deducit primò, Epiſcopũ, aut Monachum, cui Pontifex concedit facultatem teſtandi, poſſe quoque codicillum facere, & cauſa mortis donare: quia hæc minora ſunt in genere vltimæ voluntatis. Vnde l. Marcellus, ff. de donat. cauſa mortis. *Nam mortis cauſa donare poterit, cui teſtari conceſſum eſt.* Atque ita reprobato Socino Iuniore, qui contrarium tenuit, docet Henriquez 7. de indulg. cap. 21. nu. 6. & c. 30. nu. 7. in fine. Molina, Nauarr. & Mandoſius citati à Sanchez illo num. 38.

*Cõceſſio ouorum extenditur ad Lac & caſeum.*

Qui ſecundò infert num. 39. conceſſionem ouorum extendi ad lac & caſeum. Henriquez illo cap. 30. num. 3. rationem reddit, quod minus ſit. Sed Sanchez reiicit hanc rationem: quia non videt, quomodo minus ſit: & reddit aliam, quia vnica & indiuidua eſt prohibitio ouorum, & lacticiniorum, eo quòd ſementinam originem à carnibus trahant; ſicut eſt vnica, & indiuidua prohibitio omnium carnium. Probat ex cap. denique. 4. diſt. vbi dicitur: *Par autem eſt, vt nos, qui his diebus à carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quoque, quæ ſementiam trahunt originem carnis, abſtineamus, à lacte videlicet, caſeo, & ouis.* Sicut ergo is, cui ratione morbi conceditur, vt auem edat, non erit reus præcepti, ſi aliis carnibus veſcatur: ita cui ouorum eſus conceditur, non peccabit contra præceptum Eccleſiæ, ſi aliis lacticiniis vtatur.

## *§. 3. De clauſula ſolita apponi in diſpenſationibus Papæ pro foro interno, ſcilicet, Diſcreto viro Confeſſario magiſtro in Theologia, vel decretorum Doctori ex approbatis ab ordinario: & de alijs clauſulis diſpenſationum.*

97 ADuerte, errorem eſſe vulgi, litteras diſpenſationum fruſtrari ſuo effectu, ſi aperiantur à non habente has qualitates: nam in ſolo exequẽte diſpenſationem requiruntur. Nomine Magiſtri in Theologia Doctor etiã in Theologia intelligitur: quia iſta nomina ſunt ſynonima, licet quædã Vniuerſitates vno vtãtur, aliæ alio. Nõ ſufficit eſſe publicũ profeſſorẽ Theologiæ, vel decretorũ, niſi in vniuerſitate approbata gradus dictos acceperint. Nec ſufficit eſſe iuris ciuilis doctorem, nec ſufficit eſſe permotos ad gradus licentiati in Theologia, vel iure canonico: nec quòd regularis ſit magiſter in ſuo ordine. Ex priuilegio tamẽ Greg. XIII. poſſunt has diſpẽſationes exequi ſacerdotes Societatis, modò ſint approbati ab ordinario ante expeditionẽ, vel executionẽ ipſarũ. Eodem priuilegio gaudẽt alij mendicantes, vt docet Rodrig. to. 1. reg. q. 63. art. 8. in fine. Debẽt tamẽ omnes ſpecialẽ habere facultatẽ ſuperiorum ad talẽ executionem, aliàs diſpẽſatio erit nulla. Quis verò confeſſarius dicatur ab ordinario approbatus, tractant Suar. 3. p. to. 4. diſp. 28. ſect. 6. & 7. & cæteri in materia de pœnit. ſufficiet autẽ approbatus ab ordinario, cuius approbatio, ſi de reuocatione non conſtet, ſed ſecundùm communem errorem vulgi approbatio maneat: in foro autem externo executio diſpẽſationis committi ſolet Officiali illius diœceſis, cuius eſt alter ſaltem ex impetrantibus diſpenſationem, quæ vni non poteſt concedi, quin concedatur alteri.

*Magiſter in Theologia, & Doctor in Theologia idem ſunt.*

*Quæ cauſa ſoleat adhiberi in diſpẽſatione voti caſtitatis & Religionis.*

In diſpenſationibus voti caſtitatis, vel religionis pro foro conſcientiæ adhiberi pro cauſa ſolet timor incontinentiæ propter ſtimulos carnis, quos quis patitur, & tentationes occurrentes. Tunc autem neque ſufficit quæuis tentatio, nec quoduis periculum: ſed magnum, ſiue oriatur ex praua inclinatione, aut complexione naturali, ſiue ex prauo habitu. Aliæ etiam cauſæ interdum in diſpenſationibus pro foro interno, aut externo ponuntur.

*Clauſula vti ſolita in diſpẽſationibus.*

Addi etiam ſolet: Si ita eſſe per diligentem oratoris examinationem, ac poſt monita, & conſilia oportuna illi præſtita inueneris. Ex qua clauſula conſtat, Confeſſarium debere diligenter examinare, an veræ ſint cauſæ Pontifici propoſitæ. Ad quod non debet teſtes recipere, vt recipi ſolent ab officiali in diſpenſationibus pro foro externo: ſed ſatis eſt, oratorem examinare, & integra fides ei habenda eſt, nullo iuramento petito, & ſi cauſa ſit notoria, id ſufficit. Quod ſi aliunde ſciret Confeſſarius cauſam eſſe falſam, debet non diſpenſare. Debet autem diſpenſatio fieri occultè nullo teſtimonio externo dato, quamuis ad inſtantiam partis fieret. Quòd ſi à parte rei cauſa diſpenſandi eſſet, ſed confeſſarius non præmitteret hanc diligentiam in caſu, quo veritas non eſſet notoria, talis executio non eſſet valida: quia iſta verba, *Si inueneris preces veritate niti,* non ſunt exhortatoria, ſed præbent formam, & imponunt conditionem neceſſariam, ſine qua nulla eſt executio, vt docet Gutierrez lib. 2. quæſtionum canon. ca. 15. num. 112. & Sanchez ſup. diſp. 34. nu. 26. Monita autem & conſilia opportuna ſolùm requiruntur ea, quæ deſeruiant, vt veritatem manifeſtet.

Aliquando etiam ponitur clauſula, *Eundem à mutatione propoſiti abſolutas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pœnitentia ſalutari.* Hæc abſolutio Sacramentalis non apponitur, vt conditio neceſſaria, vt bene Sanch. ſup. n. 19. idẽ eſt cum regulares, vel alij abſoluunt à cenſuris ex priuilegio, vt in expoſitione cruciatæ, & in materia de pœnit. docuimus. 98

Præſcribi etiam ſolent in bullis diſpenſationis opera ſatisfactoria, vel pia, à quibus non poteſt Cõfeſſarius oratorem liberare: ſed poteſt ſuauiter ea imponere, non imponendo magna opera, nec cum magna frequẽtia: nec poterit frequentiorem confeſſionem, quam menſtruam imponere: quia eſſet duriſſimum, & conſultum erit, non deſignare diẽ menſis, ſed menſem, ita vt quolibet menſe confiteatur, etiamſi vna confeſsio fiat prima die menſis Aprilis: ſecunda verò in vltima die Maij. Quòd ſi menſis aliquis trãſeat ſine confeſsione, non opus erit in alio illam ſupplere: quia eſt onus temporis, ſicut officium quotidianum ex voto, vel præcepto Eccleſiæ dicẽdum. Neque verum eſt, quod aliqui dicunt, per cõfeſsiones menſtruas alioqui ex voto, vel aliunde debitas, non ſatisfacturũ. Sanè enim ſi nullæ aliæ imponantur à confeſſario, ſatis erit, illas facere, ſed confeſſarius, ſi fieri cõmodè poteſt, noua onera debet iniũgere.

*Onus temporis nõ eſt ſupplendum.*

Addi etiã ſolet in diſpenſatione impedimẽti orti ex fornicatione occulta, vt litteræ illę dilanientur,

neque

neque latori reſtituantur, *& ſi reſtitueris nihil ei præſentes litteræ ſuffragentur*; intellige pro foro externo: Hæc enim eſt mens Pontificis, & ſacræ pœnitentiariæ. A

Addi etiam ſolet in diſpenſationibus pro foro interno, *Dummodo delictum occultum ſit*. Dicitur autem occultum, etiamſi à multis ſciatur, probarique in iudicio poſſit, modò non ſit deductum ad forum contentioſum, neque ſciatur à maiori parte viciniæ, collegij, vel monaſterij.

99 *Diffic.* Difficultas autem eſt circa illam clauſulam apponi ſolitam in litteris ſacræ pœnitẽtiariæ, *gratis vbique*, quæ denotat nihil pro his accipi poſſe, etiam per viam compenſationis; ſed eas gratis omninò expediri, quod adeo verum eſt, vt neque B ſummus Pœnitentiarius has litteras dans, poſſit in ſignum gratitudinis aliquid etiam ſponte datũ recipere, vt teſtatur Nauar. lib. 4. conſ. 50. de Sponſalib. in diſpenſationibus verò pro exteriori foro ſpecialiter prohibetur, vt ordinarius nulla poſſit munera recipere, dum exequitur diſpenſationes, ſub pœna excõmunicationis latæ ſentẽtiæ.

Dubitari verò poteſt, an licita ſit conſuetudo, qua in aliquibus diœceſibus accipiunt iſti commiſſarij quantitatem aliquam pecuniæ pro labore, quem ſubeunt in receptione teſtium ad confirmandam veritatem precum, & in illa diſpenſatione expedienda.

Aliqui hanc conſuetudinem damnant, quo- C niam hæc clauſula vniuerſaliter prohibet omnem præmij receptionem, & cuicunque iudici delegato prohibitum iure communi eſt, aliquid accipere præter eſculenta, & poculenta gratis oblata, ita habetur c. ſtatutum §. inſuper, de reſcript. in 6.

*Peccatum mortale accipere aliquid contra hanc clauſulam,* Gratis datũ. Dico tamen primò per ſe loquendo, peccatum mortale eſt, accipere pretium in hac clauſula prohibitum, incurrique excommunicationẽ propter illud: quia licet in principio ſolum ponatur verbum, monemus, tamen intentio præcipiendi lata excommunicatione declaratur.

Dico ſecundò, per accidens, vbi viget conſuetudo accipiẽdi aliquid, non eſſe peccatum, quia hæc clauſula ſolum prohibet acceptionem pretij, non munerum gratuitorum: item ſolùm prohibet acci- D pere ſtipendium, quod animum iudicis corrumperet; quale nõ eſt illud, quod conſuetudine datur.

Deinde illa clauſula generalis nõ derogat priuatæ conſuetudini ſufficienter præſcriptæ, textuſque ille in contrarium adductus ſolùm loquitur de iudice delegato per litteras iuſtitiæ ad litem inter partes agitandam: qualis non eſt iſte executor.

De materia huius §. vide Sanchez 8. de matrim. diſp. 34. Qualiter autem intelligantur clauſulæ diſpenſationum matrimonij, quæ in foro externo expediendæ committuntur, vide ipſum eodem libro diſp. 35. per totam. E

## SECTIO XI.

*An poteſtas diſpenſandi ſit latè interpretanda.*

110 *Diſpenſatio fauorabilis.* RESPONDEO affirmatiuè: quia eſt fauorabilis, ita Sanchez, 8. de matrim. diſp. 2. nu. 1. adducẽs innumeros iuriſperitos, & Theologos, & probans latè. Sed n. 2. limitat primò, vt extendatur hæc poteſtas ad ſolos caſus quoquomodo aptabiles caſibus in poteſtate expreſſis, citat Felin. *1. Limitatio.* & Gambaram, inde benè inferentem, non extendi ad caſum non comprehenſum ſub lata verborum ſignificatione: & Felin. alibi benè ſecundùm Sanchez probat, extendi ad conſecutiua, etiam ſeparabilia, in quibus eſt eadem, vel maior ratio. vide Felin. c. poſtulaſti, nu. 11. limit. 4. de reſcriptis. Imò Sà verbo, diſpẽſatio, nu. 7. ait, poteſtatẽ diſpenſandi extendi ad caſum, in quo eſt eadem ratio, aut maior: & ita qui poteſt in affinitate, poſſe in publica honeſtate, ſi fortè, cùm data eſt facultas, errore putabatur eſſe affinitatis impedimẽtum, cùm eſſet publicæ honeſtatis. Non tamen ideo abſolutè qui poteſt in maius, poteſt in minus, niſi vt dictum eſt, ex præſumpta concedentis voluntate. Quod præſumi poteſt cũ rationabile eſt. Hæc Sà.

Secundò limitat Sanchez ſuprà, num. 3. vt extẽdi non poſſit, cùm vergit in præiudicium tertij: tunc enim eſt reſtringenda, quia princeps cenſetur velle, quàm minimum poſſit damnum tertio inferre. Addunt Doctores & exempla. Potiſſimum eſt, quum conceditur poteſtas legitimandi aliquem: nam id vergit in damnum aliorum, qui eſſent futuri heredes. Idem eſſet, cùm per facultatem diſpenſandi reſtringeretur poteſtas ordinaria alicuius, eo quòd facultas eſſet ad diſpenſandum in eius legibus. *2. Limit.*

Tertiò limitat, num. 4. niſi conſuetudo interpretaretur reſtringendam eſſe in aliquo caſu hanc facultatem: quia conſuetudo eſt optima legum, & conceſſionum interpres. *3. Limit.*

Quartò limitat, num. 5. vt generalis facultas diſpenſandi conceſſa à Papa, non intelligatur de pertinentibus ad ius diuinum reſeruatis ipſi Papæ, vt in matrimonio rato, in ſolemni voto, aut ſimplici religionis, aut ſimilibus, ſecus in votis communibus non reſeruatis Papæ. *4. Limit.*

Quintò limitat, num. 6. vt facultas hæc latè ſit interpretanda, quando conceditur ad diſpenſandum cum perſonis non expreſſis: ſtrictè verò, vbi exprimuntur: quia in primò caſu eſt beneficium illius qui diſpenſaturus eſt; & in eius gratiam confertur, quare vt beneficium principis latè exponitur: in poſteriori autem eſt priuilegium eius cum quo diſpenſandum eſt, in eius fauorem conceſſum, & quaſi diſpenſatio cum ipſo, ideò ſtrictè interpretanda. Colligitur ex cap. ſi cui nulla, de præb. in 6. citantur multi Doctor. Similiter, inquit Sanchez cum aliis, eſt latè interpretanda facultas diſpenſandi, cùm certo perſonarum numero, vel cum vna, ſi perſonæ non nominentur, quia tunc cenſetur priuilegium eius, qui diſpenſaturus eſt, in eius fauorẽ conceſſum. Hæc limitatio intelligitur ab eodem alios citante, quando ad petitionem illarum perſonarum expreſſarum, cum quibus diſpenſandum eſt, hæc poteſtas conceditur, ſecus ſi ad petitionem diſpenſaturi: quia tunc cenſetur in fauorem ipſius conceſſa, & ita eſt latè interpretanda. Sed in dubio quando exprimitur perſona, non præſumitur facultas data in fauorem diſpenſaturi: ſed diſpenſandi, ideò ſtrictè eſt interpretanda. Vnde priuilegia bullæ, & Iubilæi ſtrictè interpretanda ſunt, quia non conceduntur in fauorem diſpenſaturi, vel abſoluturi: ſed perſonarum, cum quibus exercenda ſunt. Sanchez num. 7. cum Nauar. Henriquez, & Lud. Lopez. Idem Sanchez num. 8. & ſeqq. deducit ex tota doctrina ſuperiori multa alia corol. notatu digna, quæ apud illum videri poſſunt. *5. Limit.*

SECT

Digitized by Google

## SECTIO XII.

*Vtrum in omnibus caſibus, in quibus Superior poteſt diſpenſare cum alijs, poſſit ſecum diſpenſare.*

101 NOn eſt quæſtio de diſpenſatione impropriè dicta, quæ eſt declaratio, & interpretatio legis, aſſerens in eo euentu non obligare. Sic enim poſſe Superiorem ſecum diſpenſare, vt cum aliis planum eſt, ſed quæſtio eſt de diſpenſatione propriè dicta. Quidam dicunt propriè neminem poſſe ſecum diſpenſare directè, & immediatè: quia diſpenſare eſt actus iuriſdictionis: nemo autem poteſt iuriſdictionem in ſe exercere: ergo nec ſecum diſpenſare: ita Supplem. 4. diſt. 38. quæſt. 1. artic. 5. & alij relati ab Azor tom. 1. lib. 5. ca. 15. quæſt. 6. & latiùs à Sanchez lib. 8. de matrim. diſput. 3. num. 4. Confirmatur; nam nemo poteſt ſeipſum præſentare ad beneficium, cap. per noſtras, de iure patronatus: neque ſeipſum abſoluere, vel baptizare: ergo neque poterit ſibi tribuere directè indulgentiam, vel diſpenſationem.

*1. Opinio. Nemo poteſt ſecum diſpenſare propriè & indirectè.*

102 Alij dicunt, ſupremum Principem, verbi gratia, Papam, poſſe ſecum diſpenſare in votis, iuramentis, & legibus, non tamen inferiores Prælatos. Quia in his non reperitur plenaria poteſtas, quæ reſidet in ſupremo Principe: ergo licet iſte propter neceſsitatem, quia non eſt alius, qui diſpenſet cum illo, poſſit ſecum diſpenſare; alij tamen ſubordinati prælati non poterunt, cùm iam habeant ſupremum Principem, quem adire poſsint ad impetrandam diſpenſationem. Confirmatur, quia in c. magna, de voto, §. & quidem, Innoc. III. laudat quemdam Epiſcopum, eo quòd noluerit ſe exemptum à lege iudicare abſque Apoſtolicæ Sedis conſilio: ergo ſenſit Pontifex, hos prælatos indigere conſenſu Papæ ad legum, & votorum diſpenſationem. Ita ſentiunt Syluester, votum, 4. quæſt. 3. Angel. num. 7. Palud. 4. diſt. 20. quæſt. 4. artic. 5. con. 5. & alij multi apud Sanchez ſuprà, num. 5. qui has duas ſententias probabiles iudicat, ſed probabiliorem ſequentem, quam ipſe ponit, num. 5.

*2. Opinio. Niſi Princeps ſupremus.*

103 Tertia opinio ait primò, nullum Prelatum etiam ſummum Pontificem poſſe in ſe exercere iuriſdictionem, quæ iure diuino diſtinctionem perſonarum requirit. vnde non poteſt ſe baptizare, confirmare, ordinare, abſoluere à peccatis, excommunicare, interdicere, &c. quia Chriſtus diſtinctionẽ harum perſonarum inſtituit: imò nec Epiſcopus poteſt ſe ad beneficium eligere, quia ſibi eſt interdictum à Pontifice, vt patet illo c. per noſtras, de iure patronatus. Secundò ait, ſupremum Principem ſiue Eccleſiaſticum, ſiue ſæcularem poſſe ſecum diſpenſare directè, & immediatè in omnibus, in quibus diſpenſat cum ſubditis. Palud. ſuprà, Caiet. quæſt. 96. artic. 5. §. ad hoc dubium præmittenda ſunt. Sotus 1. de iuſt. quæſt. 6. artic. 7. ad finem, Suarez 3. part. tom. 4. diſput. 52. ſect. 1. num. 10. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez ſuprà, Rodriguez 2. part. ſum. cap. 30. nu. 4. Probatur, quia nec iure naturali, nec poſitiuo diuino requiritur diſtinctio inter diſpenſantem, & diſpenſatum: ergo Princeps ſupremus poteſt ſecum diſpẽſare: quia poteſt in quauis humana lege diſpenſare. Confirmatur, quia hæc iuriſdictio non eſt contentioſa, in qua iudex, & teſtes à parte diſtincti requiruntur; nec eſt coërciua, ſeu punitiua, qua nemo poteſt vti in ſeipſum, ſed ſolùm eſt directiua ad ponderandum recto iudicio iuſtam cauſæ diſpenſationem: ergo nõ repugnabit, quòd Princeps directè, & immediatè illam exerceat in ſeipſum. Confirmatur, quia ſi talis perſonarum diſtinctio ad diſpenſationẽ requireretur, ergo cùm Princeps in aliquo caſu diſpenſat cum communitate, cuius ipſe eſt pars, non poſſet ipſe tali diſpenſatione vti, quia par ratio eſt. Conſequens eſt falſum, vt tanquam certum etiam in Prælatis inferioribus docet Sanchez ſuprà num. 2. cum Soto, 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 4. in fine corp. Lopez, 2. part. inſtructo. cap. 5. de indulgen. Tertiò ait hæc opinio, etiam ſuperiores ſubordinaros, vt Epiſcopos poſſe ſecum diſpenſare, ſicut & cum ſubditis: ita Sanchez ſuprà, & alij auctores ſecundi dicti. Probant aliqui, quia diſtinctio diſpenſantis & diſpenſati nõ requiritur iure diuino, naturali, aut poſitiuo, nec verò vllo humano iure: ergo nihil obſtat, quominus hi ſuperiores ſecum diſpenſare poſſint. Confirmatur, quia idem poteſt Epiſcopus in propria Diœceſi, quod Papa in toto orbe: ſed Papa in toto orbe poteſt ſecum diſpenſare: ergo & Epiſcopus in propria Diœceſi. Nec valet dicere hoc eſſe neceſſarium in Papa, quia non habet ſuperiorem, ad quem recurrat, ſecus in Epiſcopo, qui ſuperiorem habet in terra: nam Papa poſſet alteri committere, vt cum eo diſpenſaret, ſicut eligit confeſſarium, qui ipſum abſoluat: de quo multa Sanchez ſuprà 3. citans multos, inter quos Suar. 3. part. tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. nu. 9. refert ita fuiſſe declaratum à congregatione Cardinalium pro declaratione Concilij inſtituta.

*3. Opinio.*

*Idem poteſt Epiſcopus in propria Diœceſi, quod Papa in toto orbe.*

Quartò ait hæc opinio, prælatos religionum habentes ordinariam iuriſdictionem poſſe propriè ſecum diſpenſare, quoties poſſunt cum ſubditis: idem de habente poteſtatem delegatam diſpenſandi cum tota communitate, cuius ipſe ſit pars; Sanchez ſuprà, & alij ex eiſdem fundamentis.

Quintò ait, eum, qui à Superiore habet facultatem diſpenſandi cum certis perſonis, ſeu certo earum numero, non poſſe ſecum diſpenſare, quia poteſtas illa definitur ad illas perſonas: ergo cùm ſub illis ipſe non comprehendatur, non poterit ſecum diſpenſare, Sanchez ſuprà, concl. vlt.

Ad fundamentum primæ ſententiæ reſpondeo, iſta, neminem in ſe exercere iuriſdictionẽ coërciuam, ſecus directiuam, & prudentialem, qualis eſt hæc. Ad confirmationem reſpondeo, in beneficio ſtatutum eſſe, vt nemo ſe eligat, vel præſentet, vt vitetur ambitio, & auaritia: ſecus in diſpenſatione.

Ad fundamentum ſecundæ ſententiæ reſpondeo, illam poteſtatem Papæ ad diſpenſandum ſecum non oriri ex eo, quòd ſuperiorem non habeat, qui cum illo diſpenſet: nam poſſet hoc committere alij, ſed quia hic vſus iuriſdictionis nullo iure petit diſtinctionem perſonarum. Ad confirmationem reſpondeo, in eo cap. laudari Epiſcopum ob humilitatem, non quòd neceſſarius iudicetur talis recurſus.

Hæc tamen confusè, & non omninò verè dicta ſunt. 104

Vnde dico primò, nemo in lege propria propriè

*4. Opinio auctoris.*



Digitized by Google

*Nemo in lege propria propriè ſecum diſpenſat.*

ſecum diſpenſat. Probatur, quia vera legis diſpenſatio eſt reſpectu illorum, qui lege proximè, & immediatè comprehenduntur; nemo autem propria lege ſic comprehenditur, vt diximus ſuperius: ſed ad ſummum ex lege naturali tenetur ſub veniali propriam legem ſeruare, & per accidens ad vitanda ſcandala, & ſimilia incommoda. Impropriè autem ſecum diſpenſat in lege propria, quãdo vti vult facultate, quam habet, & aliis concedit agendi contra legem, quæ alios ſolos directè ligat.

105 2. Con. Dico ſecundò, qui legem condit cum aliis, etiam cum aliis poterit ſibi concedere diſpenſationem, vt quando Epiſcopi in Concilio Prouinciali, ſeu Nationali legem faciunt, ibi quoque efficere poterunt diſpenſationem erga ſe, ſi alij conſentiant, ſeu cooperentur. Diſſoluto autem Concilio, ſi ipſi poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis, poterunt etiam diſpenſare ſecum, vt quando poſſunt diſpenſare cum ſubditis in legibus Papæ, vel Concilij generalis, poſſunt etiam ſecum: & ſimiliter quando poſſunt diſpenſare cum aliis in votis, & iuramentis) & idem eſt de Pontifice ſummo) etiam poſſunt ſecum; & ratio horum eſt, quia non debent ipſi eſſe deterioris conditionis; ideò Deus concedens Pontifici facultatem diſpenſandi cum aliis in votis, & relaxandi iuramenta, eandem conceſſit Pontifici erga ſe; ſicut etiam dans illi poteſtatem eligendi Confeſſarium, dedit ei poteſtatem eligendi illum ſibi. Et idem eſt de Epiſcopis, ſi hanc facultatem habent proximè à Deo, vt multi volunt: Si verò habent à Pontifice, Pontifex concedens illis facultatem diſpenſandi cum aliis, concedere viſus fuit illis eandem facultatem erga ſe, ne eſſent deterioris conditionis, vt etiam dans illis facultatem diſpenſandi in legibus Pontificiis cum aliis, viſus eſt concedere illis facultatem diſpenſandi ſecum in eiſdem: & idem eſt de conceſſione indulgentiarum. Et ſimiliter Prælati religionum ab eodem, à quo habent facultatem diſpenſandi in votis, vel legibus cum ſubditis, habent facultatem diſpenſandi ſecum in eiſdem: & ita diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtione 185. artic. 8. docet, Prælatos religionum poſſe ſecum diſpenſare, ſicut cum ſuis ſubditis. Quod docent multi apud Sanchez illa diſput. 3. in princip. ſed id exponit de interpretatione impropriè dicta, cæterùm etiam de propriè dicta intelligi poteſt. Pro quo aduerte, interdum leges Superiorum Prælatorum, ſeu remotorum ſolùm loqui cum ſubditis aliorum, vt cùm dicitur, domo non egrediantur ſine facultate ſuperioris, & tunc concedentes ſubditis eam facultatem non dicuntur propriè diſpenſare, quia non dant facultatem agendi etiam materialiter contra legem, cùm ipſa expreſsè concedat exitum ex facultate ſuperioris immediati, & multo minus diſpenſant propriè ſecum, quando egrediuntur, quia ipſis non eſt prohibita egreſſio. Quando verò generaliter leges maiorum abſolutè omnibus præcipiunt aliquid, ſi Prælati immediatè dent facultatem, vel eam ſibi ſumant ad faciendum contrarium, dicuntur cum aliis, aut ſecum diſpenſare. Et in nonnullis religionibus expreſsè eſt conceſſa immediatis Superioribus facultas diſpenſandi in omnibus legibus, exceptis paucis reſeruatis prouinciali, vel generali: vnde videndæ ſunt conſuetudines, & ordinationes ſingularum religionum, vt melius iudicium feratur de hac poteſtate. De his conſule Sanchez, 8. de matrimon. diſput. 3. num. 1. 2. & 3.

## SECTIO XIII.

*Vtrùm qui à Superiore Prelato, verbi gratia, Papa obtinuit, vt ſecum diſpenſaret, certa perſona, putà, vt Confeſſarius, poſſit diſpenſationem accipere ab inferiori prelato, qui iure ordinario eam facultatem haberet.*

Reſpondeo affirmatiuè cum Nauar. lib. 1. conſil. 1. de offic. deleg. num. 2. ſiue in legibus, ſiue in votis, quia 106 illa conceſſio Papæ non auffert facultatem Epiſcopis: quod verum eſt, etiamſi Confeſſor iam diſpẽſaſſet partim commutando, iuxta Pontificis voluntatem: tunc enim poſſet Epiſcopus ſine vlla commutatione diſpenſare, & ſimiliter religioſi habentes alioqui facultatem diſpenſandi in eo caſu ſine commutatione. Hæc benè probat Sanchez 8. de matrim. diſputat. 14. numer. 3. & 4.

Addunt benè aliqui, quando Princeps, verbi gratia, Pontifex de caſu particularis perſonæ conſultus, noluit facultatem concedere diſpenſandi: quia iudicauit non eſſe cauſam iuſtam, etiamſi Epiſcopus exiſtimaret, aut videret cauſam ſubeſſe iuſtam, non poſſet diſpenſare ex vi Pontificiæ facultatis tunc conceſſæ, quia nulla tunc conceſſa eſt, quamuis concederetur, ſi Pontifex aliud iudicium habuiſſet: ſed ſi ex facultate ordinaria id poterat Epiſcopus, poſſet diſpenſare, quia Papa negauit quidem nouam poteſtatem: ſed antiquam non abſtulit, quidquid aliqui dicant: vide Sanchez ſuprà num. 5. qui diſtinguit, nam vel Pontifex negauit ſingulari perſonæ, & tunc ait Sanchez, non poſſe Epiſcopum cum illa diſpenſare, vel aliis, iudicans eas cauſas non eſſe iuſtas, & tunc Epiſcopus poterit diſpenſare cum cæteris perſonis, quibus Pontifex diſpenſationem non negauit. Sed non video rationem ſufficientem diſcriminis. Teneo ergo, etiamſi Pontifex Petro, verbi gratia, negauerit diſpenſationem, poſſe Epiſcopũ iure ordinario cum ipſo diſpenſare. Et alioqui etiamſi Põtifex poſtea in ſimili caſu diſpẽſaret, non poſſet Epiſcopus cũ Petro id facere: quod meritò aliqui ex aduerſariis negant. Idem cenſeo ( & ipſimet fatentur ) ſi Epiſcopus diſpenſet ex commiſſione perpetuò annexa dignitati: vt quando iuxta Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6. diſpenſat in caſibus occultis, quia illa poteſtas eſt veluti ordinaria, ratione illius poterit Epiſcopus diſpenſare propter illas cauſas, propter quas noluit ſummus Pontifex cum aliis diſpenſare. ita Sanchez ſuprà num. 6. Imò licet ſpecialis eſſet commiſſio, in qua tamen cognitio cauſæ relinqueretur Epiſcopi prudentiæ: diſpenſare poterit, vt ait Sanchez. Addo etiam cum eo, eum quo Pontifex noluit diſpenſare, quidquid aliqui in contrarium dicant. Sed notat Sanchez illo nu. 6. quando ex ſola epiikia diſpẽſat Epiſcopus, vt in caſu neceſſitatis ratione periculi in mora, non poſſe Epiſcopũ dipẽſare in caſu, in quo Põtifex negauit diſpenſationem:

Digitized by Google

ſationem: quia tunc ceſſat præſumptio, cui epiikia nititur. Poſſet tamen, ſi Papa aliquando concedat, aliquando neget: quia tunc non eſt contraria voluntas.

107 Adde, etiamſi Prælatus inferior, vt Epiſcopus, negauerit diſpenſationem petenti illam, quam poterat exhibere; ſi ſubditus impetret facultatem à Principe, adhuc poterit talis Prælatus inferior diſpenſare ſubdito conſentiente, quia illi gratiæ poteſt ſubditus renunciare: ergo cùm aliàs Epiſcopus habeat ordinariam facultatem, vel alius ex priuilegio, poterit ſubditus ſe ſubmittere, ab eiſque accipere diſpenſationem. Nec ex hoc quòd cauſam remiſerit ad ſuperiorem, amittit facultatem propriam: nam capit. licet, de officio lega. vbi dicitur, deſinere eſſe iudices inferiores ſic remittentes ad ſuperiorem, intelligitur de iuriſdictione contentioſa, vt conſtat ex textu, & Gloſſa ibi, qualis non eſt iuriſdictio diſpenſandi.

Vide alia de hac materia apud Sanchez ſuprà num. 7. & ſequentibus.

## SECTIO XIV.

### *An impetratio diſpenſationis pro aliquo abſque illius mandato, valida ſit.*

108 Eadem quæſtio eſt de priuilegio. Aliqui exiſtimant ſpeciale mandatum illius, in cuius fauorem impetratur priuilegium, requiri, vt validum ſit. Quia nemo poteſt agere pro alio ſine illius particulari mandato, ff. & C. de procuratoribus, toto titulo. Alia fundamenta, & auctores adducuntur à Sanch. 8. de matrim. diſp. 26. num. 3.

*Nemo poteſt agere pro alio ſine illius particulari mandato.*

Dico tamen, impetrationem priuilegij, vel diſpenſationis in eo euentu validam eſſe. Rebuff. in praxi benefic. titul. de diſpenſation. num. 13. Nauar. conſil. 4. de priuileg. num. 9. Sa verbo gratia, nu. 23. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 23. quæſt. 12. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez ſuprà, num. 4. vbi concluſionem latè probat: quæ tamen nunc breuiter probatur: quia in fauorabilibus, ſemper præſumitur voluntas noſtra: ergo cum gratia, priuilegium, vel diſpenſatio, nobis fauorabilia ſint, valida erit impetratio facta nobis ignorantibus. Confirmatur, quia cap. ſi motu proprio, de præb. in 6. & cap. nonnulli, §. ſunt & alij, de reſcript. ſolùm negatur, impetrari poſſe literas, vel gratias ad lites abſque ſpeciali mandato, propter hanc ſpecialem cauſam, vt lites vitentur: ergo cùm eiuſmodi cauſa & ſimiles omninò ceſſent in aliis gratiis; reuerà aliter poterunt impetrari, etiam pro ignorantibus. Imò Nauar. ſuprà ait, non eſſe in vſu, etiam in foro externo, exceptionem gratiæ ad lites factæ ſine mandato impetrantis.

*In fauorabilibus ſemper præſumitur noſtra voluntas.*

109 Quamuis autem hæc vera ſint de impetratione gratiarum: tamen non prodeſt diſpenſatio, aut gratia alia, priuilegium, aut beneficium impetratum ignoranti, niſi ab ipſo acceptetur, vel ab alio habente ſpeciale eius mandatum: ita docent citati, & cum Felino cap. nonnulli, de reſcrip. num. 46. & cum Nauar. conſil. 2. de priuileg. num. 3. affirmat Sanchez 1. de matrim. diſp. 36. à num. 2. ad 7. & lib. 8. diſp. 26. num. 21. & 5. & ita deciſum eſſe videtur, A cap. ad medium, verſ. ex parte, de conceſſ. præben. Suadetur, quia priuilegium quædam donatio eſt, quæ per acceptationem completur.

Quod autem impetratio diſpenſationis, & priuilegij, priuilegiario ignorante, valida ſit, probatur: quia iure naturæ voluntas cócedentis ſufficit, iure autem poſitiuo nullibi annullatur talis impetratio, quia cap. innotuit (quod ſolùm in contrarium adducitur) de electione, in quo annullatur quoddam reſcriptum his verbis: *Cùm non ad poſtulandam diſpenſationem; ſed ad petendam confirmationem ipſius, fuerint nuncij deſtinati:* quibus verbis ſpeciale mandatum ad impetrandum gratiam, ſiue diſpenſationem poſtulatur: non vrget, quia Pon- B tifex ibi non loquitur de petitione illius gratiæ, & illius perſonæ, pro qua gratia cócedebatur; ſed de mandato capituli illam gratiam impetrantis, per procuratorem, qui cùm limites ſui mandati exceſſerit, ideò illius impetratio non admittitur, præſertim cùm illa non fuerit impetratio gratiæ: ſed confirmatio irritæ electionis, quæ ſine mandato Capituli non poterat impetrari.

Ad fundamentum in contrarium reſpondeo, illud communiter eſſe verum in reſcriptis ad lites, non autem in literis puræ gratiæ.

Vide alia de hac materia apud Sanchez diſputationibus citatis.

C

## SECTIO XV.

### *An diſpenſatio ex ſuppreſſione alicuius veri in eius petitione irrita reddatur.*

Suppponimus primò, reſcripta, alia eſſe gratiæ; alia iuſtitiæ: Sanchez 8. de matrimonio, diſputat. 21. num. 1. cum Menoch. lib. 2. centur. 3. caſu. 201. num. 1. Supponimus ſecundò, in hac re ſubreptionem, & obre- D ptionem idem eſſe, vt cum multis docet Sanchez ibi num. 2. contra alios conſtituentes aliquod diſcrimen. Tertiò ſupponimus, inter reſcripta iuſtitiæ & gratiæ multas eſſe differentias, de quibus in praxi benefic. titul. de his different. à num. 1. Potiſſima eſt, quòd reſcriptum gratiæ per ſuppreſſionem veri redditur irritum, cap. fin. de fil. presbyter. in 6. vbi text. loquens de diſpenſatione quadam ad beneficia ait, *Veluti per ſubreptionem obtenta, nullius penitus eſt momenti.* qui textus ab vniuerſis Doctoribus ad alias diſpenſationes, & gratias extenditur. Reſcripta autem iuſtitiæ per ſurreptionem obtenta valida ſunt, do- E nec ab aduerſario ope exceptionis elidantur, cap. fin. & cap. plerique, de reſcriptis. De hac differentia bene aliqua dicit Sanchez ſuprà num. 3. vſque ad 7. incluſiuè. 110

*Reſcriptū gratia per ſuppreſſionē veri redditur irritum.*

Sed quæ taciturnitas, aut ſuppreſſio veri reddat ſubreptitium, & irritum reſcriptum gratiæ? Prima ſententia eſt, reddi nullam, quando tacetur id, quod ſi exprimeretur, vel tolleret, vel retardaret animum concedentis. In primo euentu dicunt, taceri cauſam finalem: in ſecundò autem impulſiuam. De quarum diſtinctione cauſarum, vide Sanchez ſuprà, num. 8. ex Couarr. 1. variar. cap. 20. num. 5. ſolùm nota, non ſatis propriè loqui Canoniſtas: nam omnis cauſa finalis, ſeu finis impellit voluntatem, & eſt vera cauſa impulſiua: 111

*Quæſt. 1. Opinio.*



Digitized by Google

& id quod ſi exprimeretur, difficiliorem redderet A diſpenſationem, ſeu animum diſpenſantis retardaret, eſſe ſolet finis, quem per negationem diſpenſationis conſequeretur diſpenſator, vt poſitionem alicuius boni poſitiui, vel euitationem alicuius damni, & mali, quæ quodammodo etiam eſt bona, & poteſt eſſe finis, vt tract.1. & alibi docuimus. Sed quæſtio eſt de nomine: modò cum Iuriſperitis, & nonnullis ſic de cauſa finali, & impulſiua loquamur. Hanc primam ſententiam tenet Felin. cap. ſuper literis, de reſcript. num.8. verſ. exprimenda ſunt, & c. poſtulaſti, eod. tit. nu.3. col.3. verſ. poſſunt etiam, & verſ. per ipſum textum, Panorm. cap. cæterum, de reſcript. num.3. cap. ad aures, num.4. cap. ſuper literis, nu.7. Gloſſa, B Probus, Dominicus, Francus, Imola, Staphilæus, Caſſiod. Rebuff. Selua, Veia, Cardin. Barbatius, Alexand. Angel. Arm. Tabienna, Brunot. & alij multi apud Sachez ſuprà, num.9.

112 1.Fundament. Suadetur primò ex cap. poſtulaſti, de reſcript. vbi cùm obtinuiſſet quidam à Pontifice beneficium tacendo vicariam perpetuam victui ſufficientem, quam poſſidebat, & conſultus Papa definit, gratiam beneficij fuiſſe ſubreptitiam, & reddit rationem his verbis: *Et pro habente beneficij ſufficientis ſubſidium, ex certa ſcientia pro beneficio alio obtinendo de leui non ſcribimus.*

2.Fundam. Secundò, quia conſtat ex cap. non poteſt, & cap. ſi motu proprio, de præb. in 6. & cap. ſi proponente, de reſcript. impetrationem beneficij vitiari C ex ſuppreſſione veri, quo expreſſo gratia concederetur.

3.Fundam. Tertiò, quia ea conceſsio aliquid habet inuoluntarij: ergo eſt nulla.

4.Fundam. Quartò, quia veri ſuppreſsio, quod cognitum retardaret, eſt quaſi expreſsio falſi: ergo vitiat gratiam.

113 Opin. Secunda ſententia eſt, quando tacetur id, quo expreſſo non concederetur gratia, vel non ſine aliquibus moderationibus, impetrationem eſſe ſubreptitiam, & nullam: ſecus ſi expreſſum tantùm retardaret, ſeu difficiliorem redderet conceſſionem: itaque vitiari diſpenſationem ſuppreſſa D cauſa finali: non verò ſuppreſſa ſola impulſiua.

1.Argum. Suadetur primò, quia in hoc ſecundo euentu gratia ſimpliciter eſt voluntaria: in primo non.

2.Argum. Secundò ſuadetur ex cap. dudum, verſ. nos igitur, de præben. in 6. vbi ad valorem conceſsionis beneficij ponderat Pontifex non obſtare ſuppreſſionem veri, quo cognito conceſsiſſet adhuc: *Conſiderantes*, inquit, *quoque quòd nos, expoſita nobis de poteſtate prædicta: nihilominus literas gratioſas daremus.* cap. fin. de fil. presbyt. in 6. definit Pontifex, non valere diſpenſationem ad aliud beneficium impetrandum ab illegitimo obtentam, etiamſi prius beneficiū legitima diſpēſatione impetrauerit, niſi in petitione ſecundæ diſpenſationis illius E defectus meminerit, *Cùm non ſit veriſimile, ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum, voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum, diſpenſare.* & in cap. Poſtulaſti, de reſcript. dicitur ex taciturnitate qualitatis, qua cognita non de leui concederetur beneficium, vitiari eius conceſsionē. Et l. cùm tales, 71. §. falſam cauſam, ff. de codit. & demonſtr. deciditur, tūc vitiari legatum ex defectu cauſæ, ſi probetur fore, vt cognita veritate teſtator non legaret: ergo ſimiliter diſpenſatio, & gratia principis vitiabitur, ſi ſuppreſſa ſit veritas, qua cognita, non concederetur.

3.Argum. Tertiò ſuadetur: quia cæteræ diſpoſitiones non vitiantur defectu cauſæ impulſiuæ, ſed tantùm finalis; vt docent omnes, cap. poſt tranſlationem, de renunc. cap. etſi Chriſtus, de iure iur. cap. cùm ceſſante de appell. l. ſi mulier, C. de iure dotium, l.1. §. ſexum, ff. de poſtulando: ergo idem eſt de diſpenſationibus, & aliis gratiis. Pro hac ſententia Sanchez ſuprà num.11. citat Gloſſam, Speculatorem, Innocentium, Hoſtienſem, Imolam, Panorm. Lapum, Syluest. Decium, Pariſ. Couarr. Menochium, Molinam, & Sa: ſed Sa aliter ſentit, vt referam, vnde & ipſe Sanchez, num.12. citat ipſum pro tertia ſententia.

114 3.Opin. Tertia opinio docet, non ex omni ſuppreſsione veri vitiari diſpenſationem, vel aliam gratiam, quamuis eo cognito Princeps gratiam non conceſsiſſet: ſed ſolùm quando id tacetur, quod iura iubent exprimi. Pro qua opinione Sanchez illo num.12. citat Gloſſam, Calderinum, Bellameram, Curtium Iuniorem, Campegium, Rebuffum, Nauarrum, Gregorium Lopez, Mandoſium, Sarmientum, Bochium, Flamin. Zaualos, Henriquez, Petrum Ledeſ. Ludouicum Lopez, Emanuel Rodriquez, & Eman. Sa: & verè Sa hoc tenet; cum limitatione tamen: nam verbo, diſpenſatio, num.10. ait, *Diſpenſatio valet, etiam tacito eo, quòd ſi fuiſſet expreſſum, fuiſſet quidem diſpenſatum, etſi non tam facile: & regulariter quod lex non iubet exprimi, ſi taceatur. Non nocet tamen ſecundùm Nauarrum tacere fraudem factam ad impetrandam facilius diſpenſationem. Itaque valet diſpenſatio ſuper cognatione, etiam tacito, quòd ſe carnaliter cognouerint: & idem eſt, ſi poſt impetratam, ſed nondum datam per eum, cui fuerat commiſſa, ſe cognouerunt, & iſti interroganti iurauerūt, ſe non cognouiſſe: non enim tenentur ei occultum peccatum prodere. Quod ſi Papa dixerit, diſpenſetur, niſi prius copulam habuerint, intelligitur, ſi id conſtet legitimè in foro exteriori: de quo non tenetur reus fateri, niſi legitimè interrogatus, ſcilicet poſt ſufficiētia indicia. Atque hæc intellige de diſpenſatione in foro exteriori: nam in interiori fatendū eſt confeſſori, quod Papa vult.* Hæc Sa: vnde generatim ſentit, ſuppreſsione ſolius cauſæ impulſiuæ non vitiari diſpenſationem: & nec ex ſuppreſsione cauſę finalis vitiari: ſed regulariter ex ſuppreſsione eius, quod lex iubet exprimi. Hanc tertiam opinionem tenet etiam Gutierrez, libr.2. quæſtio. canonicatum, cap.15. nu.38. & 40.

Valet diſpenſatio ſuper cognatione, etiā tacito quòd ſe carnaliter cognouerint.

115 Volūtas Principis præſumitur talis, qualis eſt intentio iuris. Hæc tertia opinio ſuadetur primò, quia voluntas principis præſumitur talis, qualis eſt intentio iuris, l. ex facto, in prin. & ibi Bald. ff. de vulgar. Decius conſil.33. nu.5. vol.1. ergo vbi ius ad valorem diſpenſationis non exigit alicuius expreſsionem, nec intentio Principis eſſe videtur, vt id exprimatur. Secundò, quia nemo negabit, valere beneficij impetrationem, quamtumuis impetrans ſit criminoſus, modò nullum habeat iuris impedimentum: quamuis Pontifex ſi id ſciret, non eſſet beneficium conceſſurus. Idem eſt, ſi Epiſcopus cōcederet Petro beneficium, quod non cōcederet, ſi ſciret eſſe filium ſui hoſtis, vel de genere Hebræorum, aut Sarracenorum, & in multis aliis exēplis. Tertiò probat: quia irritatio diſpenſationis eſt pœna: at vbi ius non ponit pœnam, aſſerenda non eſt; vt notatur regul. in pœnis, de regulis iuris in 6. Sed hæc ratio leuis eſt: quia irritatio non ſemper eſt pœna.

Pro huius quæſtion. deciſione ſit prima cōcluſ.

ſuppreſ

ſuppreſſio qualitatis, quã iura exprimi ſpecialiter iubent, reddit gratiã ſubreptitiam, quamuis conſtet, etiamſi id exprimeretur, gratiam cõcedendam fuiſſe. Quia, vt conſuetudo ipſa interpretatur, iura non ſolent hanc expreſſionem requirere, niſi vt conditionem, ſeu formam ſubſtantialem: & de hac præcipuè verum eſt, formam ad vnguem etiam in minimis obſeruã ndam eſſe, iuxta l.1. & ibi Bald. ff. de liber. & poſthu. vnde in c. ſi motu proprio, de præb. in 6. definitur, ex quantumuis modici beneficij taciturnitate reddi alterius impetrationem ſubreptitiam: conſtat autem, valdè modicum beneficium tacitum non fore impedimentum ad alterum eadem facilitate concedendum: quia in moralibus parum pro nihilo reputatur: ergo. Hanc concluſionem tenet Sanchez lib. 8. diſp. 21. nu. 13. citans pro ea Dominicum, Ripam, Felinum, Decium, Seluam, Couar. Menochium, Socinum Iuniorem, Maſcard. Gutierrez. vnde meritò reiicit Nauarrum lib. 3. conſiliorum, tit. de feudis, nu. 5. & Bellameram aſſerentes, duo requiri, vt taciturnitas vitiet: alterum, vt iure caueatur, veritatem illam exprimendam eſſe: alterum, vt id quod tacetur, ſi exprimeretur, retraheret principem à concedenda gratia: quod etiam videtur ſentire Sa in tertia opinione citatus. Imò Sanchez ait, idem videri tenere reliquos doctores, quos pro tertia opinione retulerat: ſed eorum ſententiam ſequendam non eſſe; & numer. 14. addit, nihil referre, ſi ignoranter ea qualitas tacita fuerit: cùm enim omittatur forma ſubſtantialis, actus erit nullus, licet à culpa per ignorantiã excuſetur. Adducit pro ſe Gloſſam, Archid. Decium, Menochium, Flamin. & Gutierrez, & reprehendit Henriquez dicentem, valere actum cum ignorantia etiam culpabili, modo non fuerit craſſa.

Rectè etiam addit, nu. 15. ſi in iure inueniatur, ne diſpenſetur in aliquo caſu, diſpenſationem impetratã, ſuppreſſo eo caſu, eſſe nullam, vt omnes docent, ſi quis in gradu prohibito matrimonium contrahere præſumpſit, & huius rei in petitione diſpenſationis mentionem non fecerit, diſpenſationem eſſe nullam: quia Trident. ſeſ. 24. de matr. cap. 5. ait, hunc ſpe diſpenſationis cariturum, & l. 3. Cod. de Epiſcop. audientia, omnes tradũt, in remiſſione ſecundi homicidij eſſe neceſſariam expreſſionem remiſſionis primi: quia ibi deciditur, vt delictum ſemel tantum remittatur.

117 2. Con. Secunda concluſio, idem prorſus dicendum de qualitate, quæ ex ſtylo curiæ Romanæ in impetratione exprimenda eſt: nempe ea ſuppreſſa, impetrationem eſſe nullam, licet Princeps etiam ea expreſſa, eodem modo gratiam eſſet conceſſurus. Probatur, quia ſtylus curiæ legem facit, vt diſp. 19. ſect. 19. docuimus. Ita docet Sanchez ſuprà, nu. 16. cum Decio, Rebuff. Maſcardo, Gutier. & Flaminio. Et idem dicunt Menoch. Maſcard. & Gutier. quando ex conſuetudine Principis qualitas aliqua narranda eſt; quia conſuetudo vim legis habet, l. minimè. ff. de legib. quare nec ignorantia proderit, vt tales diſpenſationes ſint validæ. Nec verum eſſe putat Sanchez, quod ait Henri. ſuppreſſionem harum qualitatum non vitiare diſpenſationem in foro interno, ſed tantùm in externo. Reiicit etiam Zaual. in caſu quodam ſpeciali reſpõdentem, non obſtare ſtylum curiæ: quia is non eſt neceſſariò ſeruandus extra curiam Romanam, vt cum Baldo, & aliis tradit Rebuff. hoc enim ſolùm eſt verum quoad ſolemnitates accidentales iudicij, non quoad qualitates in diſpenſationibus, vel literis gratiæ, aut iuſtitiæ exprimendas: vnde ad valorem diſpenſationum attendendum eſſe ſtylum curiæ docent citati pro concluſione, & alij, quos refert Sanchez ſuprà, num. 19.

*Stylus curiæ legem facit.*

Tertia concluſio, quando nec ius, nec ſtylus, nec conſuetudo præſcribit aliquã veritatem exprimi debere, vt diſpenſatio, vel alia gratia ſit valida, regulariter loquendo non vitiatur eius ſuppreſſione, etiamſi Princeps eius conſcius non eſſet ipſam cõceſſurus. Ita tenet Sa, & alij auctores tertiæ ſententiæ. Probatur primò, quia conceſſio talis gratię ſolet eſſe abſoluta, & ſine reſtrictione ad caſum, in quo non interueniat illud quod tacetur: ergo eſt abſolutè, & ſimpliciter voluntaria: ergo valida, cùm in ea non interueniat vis, dolus, aut fraus, licet ſit inuoluntaria ſecundum quid, & interpretatiuè. Iã enim tract. 3. vidimus, etiã quæ metu vel ignorantia fiunt, valida eſſe, ſi in illis non interueniat aliqua iniuſtitia, vt cùm metus eſt ab intrinſeco, ſeu nulla perſona incutiente, aut incutiente quidem, ſed iniuſtè, & cùm quis non ab alio, ſed à ſeipſo decipitur. 118 3. Con.

*Ea etiam quæ metu vel ignorantia fiunt, valida ſunt, ſi in eis non interueniat iniuſtitia.*

Secundò probatur argumẽtis tertiæ ſententiæ: quæ cõfirmantur primò, quia reſcripta iuſtitię tali ſuppreſſione impetrata valent, donec exceptione elidãtur: ergo idẽ eſt regulariter in ſcriptis gratiæ, quando ius, ſtylus, vel conſuetudo non eſt in contrarium. Secundò cõfirmatur, aliàs omnes diſpoſitiones, & donationes, eleemoſynæ ſic obtẽtæ, omnes cõtractus ſic celebrati, omnes licẽtiæ, & facultates ſic impetratę à ſuperioribus quibuſcũque, Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, cuiuſcũque communitatis, eſſent nullæ: quod eſt abſurdum, & ſcrupulis plenum. Confirmatur tertiò, nam Sãchez illa diſp. 21. nu. 18. docet, quaſdam eſſe qualitates (quas vocat extrinſecas) quę etiamſi ſupprimantur, non vitiant gratiam, tametſi nõ eſſet concedenda, ſi exprimerentur; vt conſtat tum exemplo tertiæ ſententiæ de irretito magnis criminibus non reddentibus illum iure incapacem beneficij: nam impetratio beneficij in hoc eſt valida, licet Pontifex, ſi ſciret eius crimina, non concederet beneficium: tum quia donationes, & eleemoſynæ ſic impetratæ validæ ſunt, vt patet, quando pauperi nequiſſimo, vel male expenſuro datur eleemoſyna: quæ non daretur, ſi illa qualitas à dante cognoſceretur. Idem de ſuppreſſione aliquarum veritatum docent Innoc. cap. dudum, 2. num. 5. de electione, & Speculator tit. de diſpenſatione, § iam dicendum reſtat, num. 9. Mandoſius reg. 32. Cancellariæ, q. 9. nu. 10. Gutierrez lib. 2. quæſtio. canonicarum, cap. 15. num. 29. vt cùm quis ex affectu, vel alia cauſa non conſiderabili eſſet proceſſurus. Alioqui iniquum, non valeret impetratio beneficij, non exprimendo Pontifici alium ipſi valdè familiarem, mox eſſe illud petiturum: quia ſi id noſſet, denegaret huic. Nec valet quod aliqui dicunt, has qualitates eſſe extrinſecas; & ideò non eſſe neceſſariò exprimendas: nam omnis qualitas eſt accidens, & quid extrinſecum diſpenſationi, & gratiæ: ergo eius ſuppreſſio regulariter non vitiat gratiã, quando id nõ habet ius, ſtylus, vel cõſuetudo. Vnde Pau. Felin. Tiraq. Couar. Nauar. Menoch. Gutier. Lapus, Bartholom. Socin. Afflictis, Caſsio, Flamin. & Pelaez apud Sanch. ſuprà num. 19. docent, arbitrio prudentis relinqui quando eiuſmodi



Digitized by Google

ſuppreſſiones vitiant gratiam, ſi non habeantur ex iure ſtylo, vel conſuetudine: ergo ſentiunt non ſemper vitiare. Confirmatur quartò: nam Sanchez num. 26. cum Felino, Caſſiodoro, & Flamino, docet, cauſas, quæ in futurum contingere poſſunt, non vitiare gratiam, licet, ſi exprimerentur, non concederentur gratia: & num. 27. idem cum Felino, Nauarro, & Maſcardo ait, quando quod tacetur, eſt notorium & num. 28. quando quod tacetur, de iure ineſt: citat Decium, Caſſiodorum, Nauarr. & Maſcard. Non eſt ergo vniuersè verum eiuſmodi ſuppreſſiones vitiare gratias. Quinimò vt oſtẽdimus regulariter nõ vitiant, ſi non ſint ſuppreſsiones eorum, quæ de iure, ſtylo, vel conſuetudine exprimenda ſunt. Fateor tamen, in aliquibus aliis caſibus vitiare, nempe quando voluntas concedentis non eſt abſoluta, ſed conditionem, vel reſtrictionem ponit, nempe dicendo expreſsè, vel indicãdo, ſe nolle concedere gratiam habenti talem, vel talem qualitatem.

120 *Ad 1. fund. 1. Sentent.* Ad primum fundamentum primæ ſententiæ, dicere aliquis poſſet, textum illum non eſſe à beneficiis ad alias gratias extendendum, vt dicunt Panorm. Milis, Dec. & Euerar. ſed hos impugnat Sanchez ſuprà, num. 10. ex recepta ſententia Tiraq. Gutier. Innoc. & Socini, docentium, in ordine ad ſurreptionem idem eſſe dicendum de impetratione beneficij, & aliarum gratiarum. Vnde ipſe Sanchez, num. 17. & 30. cum Decio docet, illum textum loqui de cauſa finali: ſed quamuis daremus loqui de impulſiua, dici poſſet, id prouenire ex conſuetudine quæ ſignificatur illis verbis, *de leui non ſcribimus*, id eſt, non ſolemus ſcribere. Vbi autẽ non eſt ius, nec ſtylus, nec conſuetudo cauſa impulſiua non vitiat.

*Ad 2.* Ad ſecundum, bene reſpondet Sanchez illo num. 30. id euenire: quia eam veritatem exprimendam eſſe, deciditur in illis textibus.

Ad tertium reſpondeo, eam conceſſionem ſimpliciter eſſe volũtariam, etiã interpretatiuè quoad ſubſtantiam, licet non quoad modum; quia Princeps daret, licet cum maiori difficultate & mora.

Ad quartum, dic ſuppreſſionem illius veri non æquipari expreſſioni falſi: item expreſſionem falſi non ſemper vitiare gratiam, vt ſectione ſequenti videbimus.

121 *Ad 1. Arg. 2. Sentent.* Ad primum argumentum ſecundæ ſententiæ reſpondeo, etiam in primo euentu gratiam eſſe ſimpliciter voluntariam, licet ſit inuoluntaria ſecundùm quid; quod non ſufficit, vt gratia ſit nulla, alioqui etiam cùm Princeps motu proprio, & nulla perſona petente cõcederet gratiam, ex ea ignorantia, conceſſio eſſet nulla: quia ea ignorantia facit inuoluntarium ſecundum quid; ſeu mixtum.

*Ad 2.* Ad ſecũdum reſpondeo, in cap. dudum aſſignari cauſam ſufficientem, quare illa diſpenſatio fuerit valida: nimirum, quia etiam veritate cognita concederetur: non tamen cauſam adæquatam: nã aliæ ſunt cauſæ quare valida ſit diſpenſatio aliqua nimirum, ſi verum, quod tacetur nullo iure, ſtylo, conſuetudine, vel peculiari voluntate Principis ſit neceſſariò exprimendum. In cap. autem fin. de fil. presby. in 6. ipſe textus reddit rationem, *cùm non ſit veriſimile, &c.* erant enim indicia ſufficientia de contraria voluntate Principis præcedente, quia nolebat diſpenſare in tali caſu, niſi exprimeretur. Si autem nullam habuiſſet contrariam voluntatem, diſpenſatio eſſet valida. In cap. autem poſtulaſti, conſuetudo declarauerat, vt diximus, contrariam eſſe Principis voluntatem; ait enim, *de leui non ſcribimus*, id eſt, non ſolemus ſcribere. Lex autem cùm tale loquitur, in eo euentu quo teſtatur aliquã falſam legati cauſam deſignauit: in quo euentu præſumitur noluiſſe legare ea cauſa non ſubſiſtente: vnde ſi aliter non conſtet, quòd etiam ea cauſa ſemota legaret, legatum eſt nullum. Et ſanè ſi ea lex aliter intelligatur, etiam contra aduerſarios eſt. Nam ipſi fatebuntur, ſi Princeps ignarus nullo petente, concedat gratiam, validam eſſe conceſſionem, etiamſi conſcius gratiam eſſet negaturus: ergo cùm legatum nullo petente fit, ſimiliter erit validum, etiamſi cognita veritate teſtator non eſſet legatum facturus: quod eſt contra legem illam, ſi aliter intelligatur, quàm à nobis explicata eſt.

Ad tertium reſpondeo, cæteras diſpoſitiones non vitiari defectu cauſæ finalis, niſi indicia ſint contrariæ voluntatis.

Hic multa dubia diſcuti poſſent: primùm eſt, an in dubio præſumendum ſit cauſam tacitam, vel falsò expreſſam in precibus eſſe finalem, aut impulſiuam: quod bene reſoluit Sanchez ſuprà n. 20. 122

Secundum dubium eſt, an in dubio præſumenda ſit diſpenſatio valida, vel ſubreptitia, quod bene reſoluit, nu. 25.

Tertium dubium eſt, quænam ſpecialiter in impetratione beneficij exprimenda ſint, de his vide quos citat, nu. 21.

Quartum dubium eſt, an diſpenſatio irregularitatis ex homicidio presbyteri contractæ ſurreptitia ſit, ſi taceatur circunſtãtia ſacerdotij. Nauar. & Eman. affirmant: eos refert, & meritò impugnat Sanchez, nu. 22. cùm ſententiam confirmo, quia ea circunſtantia nec iure, nec ſtylo, nec conſuetudine exprimenda eſt: ergo cùm non ſunt indicia de contraria voluntate Pontificis, valida cenſenda eſt diſpenſatio, iuxta prædicta.

Quintum dubium, an ſit diſpenſatio ſubreptitia, cùm quis vouit ſe perſeueraturum: tamen ſolùm expreſſit ſe vouiſſe religionem. Reſpondeo eſſe ſubreptitiam, quia hæc vota ſunt diuerſa, vt rectè Sanchez, nu. 23.

Sextum dubium; an ſi quis petat facultatem à ſuperiore ad diſpenſandum in quodam caſu cum aliquo, non exprimens, quis ſit ille caſus, quia credit, ſi exprimeret, negandam illi eſſe facultatem, impetratio ſit valida. Reſpondet Sanchez nu. 24. Si petens norit, prælatum eſſe in contraria voluntate habituali: quia in ſimilibus caſibus nunquam vult diſpenſare, vel quòd ſe non poſſe opinetur, vel quod nolit, non valebit impetratio: nam concedendi intentio deficit. Quia ſicut in generali conceſſione non veniunt intelligenda, quæ quis veriſimiliter non eſſet in ſpecie conceſſurus, reg. in generali, de reg. iur. in 6. ita nec in illa indeterminata conceſsione venit caſus, qui habituali cõcedentis voluntati aduerſatur. Si autem non adeſſet hæc habitualis voluntas, nec opinio contraria; ſed tantum creditur, fore, vt à conceſsione aliqualiter retardetur, & fortè nolit, eò quòd minutiſsima ſpectet; vel ſcrupulis agitetur, valida erit impetratio: quia abſolutè prælatus conceſsit, & nulla eſt actualis, vel habitualis voluntas. Hæc ille. Sed priorem partem intelligo eſſe veram, ſi nomine habitualis voluntatis intelligatur præcedens voluntas formalis ſpecialis, vel generalis non reuocata,

Digitized by Google

cata, quam communiter vocamus virtualem; quia manere cenſetur, dum non retractatur.

Septimum dubium eſt, an duplici ad eandem rem diſpenſatione impetrata, poſterior ſubreptitia cenſeatur, niſi prioris mentionem faciat. Vide Sanchez, 8. de matrim. diſp. 22.

Octauum, an cùm multa impedimenta concurrunt, oporteat omnia illa in eadem diſpenſatione referre, an ſat ſit in diuerſis. De hac re latè Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 23. mihi placet ſentẽtia multorum, quos refert, nu. 1. ſcilicet ſat eſſe in diuerſis diſpenſationibus referri, licet ipſe cum aliis oppoſitum putet probabilius, nu. 2.

## SECTIO XVI.

*An omnis expreſſio falſi annullet diſpenſationem, & cæteras gratias.*

123 PRima opinio eſt, diſpenſationem, & alias gratias eſſe nullas, etiamſi cauſa falsò expreſſa, non ſit finalis: ſed tantum impulſiua. Fundamenta, & auctores huius opinionis refert Sanchez, 8. de matrimo. num 31. ſed contrariam ſententiam cum multis meritò tenet, probat, & defẽdit num. 32. Aduertit autem, num. 33. quòd ſi in foro externo veritas in precibus allegata probetur falſis teſtibus, quando poſteà conſtaret veritas, cenſenda eſſet ea diſpenſatio irrita: ſi verò falſis teſtibus probaretur cauſa vera, diſpẽſatio eſſet valida. Et multa alia notatu digna docet ſequentibus numeris, vſque ad finem diſputationis: ſolùm nota modò, quòd cum dicit, num. 5. quando erratur in diœceſi eius, cum quo diſpenſatur, dicendo, eſſe Salmantinum, qui erat verbi gratia. Abulenſis, ideoq; cõmittitur diſpenſatio Epiſcopo Salmantino, neutrum diſpenſare poſſe: quia ordinario vero petentis nihil eſt commiſſum; falſo autem commiſſum eſt aliquid, ſed per errorem: oppoſitam ſententiam putat ipſe probabilem: ego verò probabiliorem: quia conſtat intentionem Papæ eſſe, vt ſolus proprius petentis ordinarius cum illo diſpenſet. Ille igitur ſolus poterit cum eo diſpenſare, vt quando erratum eſt in nomine ordinarij, vel petentis, ordinarius poteſt cum petente diſpenſare, vt ipſe probauerat, num. 38.

*Cauſa vera ſi probetur falſis teſtibus diſpenſatio eſt valida.*

## SECTIO XVII.

*An facultas diſpenſandi amiſſione vitæ, vel officij, commiſſarij, vel concedentis expiret.*

124 QVando poteſtas diſpenſandi delegata eſt, omnes docent, ſi commiſſio delegatæ poteſtatis ad diſpẽſandum perſonalis ſit, hoc eſt, particulari perſonæ conceſſa, eius morte ceſſare: ſi autem ſit realis, hoc eſt dignitati, vel officio conceſſa, non finiri in morte perſonæ: ſed continuari in ſucceſſore: quia ſucceſſor repreſentat prædeceſſorem, non vt particularem perſonam, ſed eſt in ea dignitate. Quando autem commiſſio perſonalis ſit, vel realis, vix poteſt generali regula definiri, niſi quòd ex verbis, & circunſtantiis eſt colligendum: etenim non ſufficit ad realem commiſſionem, quòd in litteris, & conceſſione exprimatur ſola dignitas delegati: ſed vlterius ponderanda ſunt verba, & circunſtantiæ negotij, loci, & perſonarum, vt ſi ſummus Pontifex cõmittit diſpenſationem vti Epiſcopo Salmantino ſolo dignitatis nomine expreſſo, addatq; illi cõmitti ob particularem ſcientiæ, & ſanctitatis excellentiam, commiſſio erit perſonalis. Quòd vt melius intelligatur, obſerua; cõmiſſionem huiuſmodi tribus modis poſſe fieri. Primò, declarato ſolo nomine delegati, vt committimus Petro ſecundò, expreſſo ſolo nomine dignitatis, vt committimus Epiſcopo Salmantino; tertiò explicato vtroque nomine, vt committimus Petro Epiſcopo Salmantino. Dico ergo primò, quando ſolùm exprimitur nomen proprium delegati, commiſſio eſt perſonalis, & illius morte finitur, Quando verò exprimitur nomen dignitatis, & nihil amplius, realis, & permanet in ſucceſſore, ſiue negotium integrum ſit, ſiue cauſa iam cæpta. Hæc regula patitur aliquas exceptiones, quæ videri poſſunt in Doctor. Dico ſecundo quãdo nomen perſonæ, & dignitatis ſimul exprimitur, commiſſio eſt perſonalis, finiturq; morte commiſſarij: quia nomen dignitatis eſt generale; nomẽ verò perſonæ eſt ſpeciale, & propriũ: ergo illud per hoc particulare reſtringitur, vt genus per ſpeciẽ: & alioqui nomẽ perſonę in reſcripto eſſet inutile. Confirmatur, quia generale vincitur à particulari, & hoc illi præpõderat, Vnde cõmiſſio per ſe cenſebitur perſonalis: ſi tamen commiſſio perſonalis eſſet inutilis, cenſendum erit eſſe realem. Cùm autem commiſſio eſt perſonalis, manẽte perſona ſine dignitate, poterit à perſona negotium incipi, aut continuari.

*Commiſſio delegatæ poteſtatis ad diſpenſandum ſi ſit perſonalis, morte finitur, non autem realis.*

*1. Con.*

*2. Con.*

*Nomen generale reſtringitur per ſpeciale.*

Ex dictis inferunt aliqui, commiſſionem factam vicario, non poſſe eo amoto, vel defuncto fieri ab Epiſcopo, ſed ab eius Vicario ſuccedẽte: quia Epiſcopus, & Vicarius ſunt diuerſæ dignitates, & Epiſcopus nõ ſuccedit Vicario in ſua quaſi dignitate, ſed alius Vicarius: licet enim Vicariatus dignitas non ſit, neque propriè Vicarius habeat ſucceſſorem, tamen, vt rectè notat Pannorm. c. qui Abbas, num. 11. de offic. delegati, conſtat, hanc eſſe mentem pontificis ex communi vſu, & praxi. Et licet Vicarius, cui committitur diſpenſatio, fieret eiuſdem diœceſis Epiſcopus, adhuc non poſſet diſpenſare, quia iam deſinit eſſe Vicarius, & Vicarij dignitas continuatur in Vicario poſtea electo, licet ſolùm eſſet Vicarius capituli ſede vacante, quia forma commiſſionis (vt ſuppono) non exprimit vicarium Epiſcopi, ſed Salmantinũ, verbi gratia, imò licèt Vicario Epiſcopi committeretur, adhuc talis Epiſcopi Vicarius poſſet commiſſionem exequi: quia poteſt dici Vicarius Epiſcopi, id eſt, habentis iuriſdictionem Epiſcopalem: quam cùm habeant nonnulli Abbates, & ipſorum Vicarij in idẽ poterũt, ſicut & Vicarius Epiſcopi nondum conſecrati. Quod ſi eiuſdem Epiſcopi duo ſint officiales, delegatio ſimpliciter facta officiali ſoli principaliori cenſetur conceſſa: cùm nomẽ dignitatis abſolutè prolatum ſtet pro principaliori. Si autem eſſet æquè principales, quiuis poterit eligi conſentientibus partibus: quod ſi diſcrepent, expectanda erit Principis declaratio. Quando autem reſcripta gratioſa ſunt, ſine dubio impetrans poterit eligere quem voluerit ex his Vicariis. Vno autem electo alius adiri non poteſt, etiã ex prioris conſenſu: quia vbi ſemel iudicium eſt cœptum, ibi debet finiri: niſi prior ante ſententiam deponeretur, moreretur, vel alius ob morbum, vel abſentiam eius vices ſuppleat. Etenim ſucceſſor, vel ſubſtitutus reputatur eadem perſona

*Nomẽ dignitatis abſolutè prolatum ſtat per ſpeciale.*



Digitized by Google

cum illo: in foro autẽ pœnitentiæ hæc non omninò procedunt. Nam ſi quis habeat reſcriptum, vt poſſit abſolui à certis cẽſuris, etiamſi illud præſentet vni, & ab eo non abſoluatur, adhuc poteſt aliũ adire. Licet autẽ in foro externo, præſẽtato reſcripto diſpenſationis vni vicario nequeat Epiſcopus ab eo cauſam auferre, aliumq́; ſubſtituere Vicariũ, ſi prior dignitatẽ Vicarij retineat, tamen ſi officio Vicarij vniuerſaliter illũ priuet, tũc alius Vicarius talẽ diſpẽſationẽ exequi poterit: quia in priori caſu facta cõmiſſione, iuriſdictio Vicarij eſt à Pontifice, & ideo nõ poteſt Epiſcopus ipſi eam adimere.

125 3. Conc. Dico tertiò, generalem delegationem iuriſdictionis commiſſæ, finiri morte delegantis, vel amiſſione officij, ſi negotium integrum ſit: non verò ſi ſit ex parte executioni mandatum. Quod eſſe verum in executione litterarum iuſtitiæ conſtat ex c. gratum, & c. relatum de offic. delegati, & l. mandati. C. mãdati. Quando autem res dicatur integra, latè tractat Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 28. à num. 8. vſque ad 29. erit autem ſaltem cœpta, quando lis eſt conteſtata. Vnde ſequitur, permanere iuriſdictionem delegatam morte delegantis, quando ſub nomine dignitatis delegantis committitur, vt ſi Pontifex dicat, ſedes Apoſtolica tibi hoc negotium cõmittit, quia hæc ſemper manet.

4. Conc. Dico quartò, quando gratia, vel diſpenſatio datur cum aliqua limitatione determinante beneplacitum perſonæ concedentis extinguitur eius morte: quia voluntas deſinit eſſe ad deſitionem ſuperioris: ergo ſimiliter gratia conceſſa. ita ſentiunt communiter Doctores, quos referunt Molina, tom. 2. de iuſt. diſp. 298. Couar. 3. var. c. 15. nu. 2.

Quod cõtingit, quoties ita explicat reſcriptum. *concedo talem gratiã vſque ad beneplacitum noſtrum, vel dum fuerit noſtra voluntas: dum voluero: dum mihi placuerit: vel ad arbitrium noſtræ voluntatis.* In his enim locutionibus ſermo eſt de beneplacito ſuppoſiti, quod ſicut ceſſat per mortem, ita & gratia, quando res eſt integra. Nam ſi negotium iam ſit cœptum, compleri poteſt actus per gratiam conceſſus. Si autem gratiam conceſſerit princeps hoc modo: *donec ipſam reuocem*, non finitus morte concedentis, quia reuocatio dicit actum contrarium.

5. Conc. Dico quintò, ſi conceſſio fiat ad beneplacitum ſedis, vel dignitatis, nõ finitur gratia per mortem concedentis; quia dignitas non finitur: ergo nec gratias, vt habetur, c. Si gratioſa de reſcriptis in 6. vnde ſi gratia concedatur à Papa vſq; ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, aut interim dum Apoſtolica ſedes voluerit; non expirat morte Papæ.

Dico ſextò, quando gratia abſolutè conceditur ſine vlla determinatione, non expirat morte concedẽtis re integra, ſi ſit gratia facta, ſecus ſi facienda. Gratiam factam hîc vocamus, quando perfectè conceditur ei, in cuius fauorem datur, & independẽter ab alio, cui cõmittatur concedenda. Quando autem ita committitur, vt ab alterius arbitrio pendeat, dicetur facienda. Ratio concluſionis eſt, quia quando gratia alicui committitur concedenda, habet rationem mãdati: quod finitur morte mandantis. Secus quando gratia eſt iam facta. Quæ omnia intelliguntur de gratiis concedentibus iuriſdictionem in foro exteriori: non in interno. Quare facultas abſolutè conceſſa Sacerdoti ad audiendas cõfeſsiones non expirat morte concedentis, nec facultas eligendi cõfeſſarium, vt bene Sanchez illa diſp. 28. à nu. 72. vſque ad 75. Inter gratias autem iam factas computari debet facultas ab Epiſcopo conceſſa ad celebrandum in priuato oratorio, licentia faciendi res alioqui prohibitas, vt edendi carnes, facultas non reſidendi ſaltem facta cum cauſæ cognitione, litteræ dimiſſoriæ ad ordines recipiendos, quæ non expirant morte, vel officij mutatione, vt omnes cõcedunt. Plura de materia huius ſectionis habet Sanchez. 8. de matrim. diſp. 27. & 28. Sa autem verbo diſpenſatio, nu. 6. ſolùm dicit, gratia ſeu poteſtas diſpenſandi non expirat morte concedentis: at mandatum, ſeu commiſsio particularis diſpenſandi cum aliquo expirat, ſi res eſt integra, vt quidam dicunt: At ego puto cum aliis, cui data eſt poteſtas diſpenſandi cum aliquo, quia gratia eſt, non expirare: imò ſi Epiſcopo poteſtas diſpenſandi data ſit, illo mortuo manere in capitulo. Hæc Sa.

---

## SECTIO XVIII.

*De reuocatione diſpenſationis quomodo fiat?*

126 1. Conc. EAdem queſt. eſt de priuilegio, de quo dixi diſp. 17. ſect. 14. ſed nunc dico 1. priuilegium, vel diſpenſatio gratis omnino à principe data reuocari poteſt abſque cauſa ab eo, vel eius ſucceſſore. Felin. cap. nouit de iudiciis num. 8. 9. & 10. quia talis gratia in fieri, & conſeruari à mera Principis voluntate pendet: cenſetur autem reuocare priuilegium, ſi particulare ſit, cùm reuocatio particularis intimatur, ſi autem ſit commune, ſufficit publicari in prouincia, vel cõmunitate. Quando autem duo priuilegia contraria conceſſa ſunt diuerſis perſonis, tunc prius reuocatur per poſterius, quando illud eſt generale, hoc autem eſt ſpeciale: quia priuilegium poſterius ſpeciale reuocat prius generale, etiãſi nulla huius facta fuerit mentio. ſi autẽ prius eſſet ſpeciale, & poſterius generale illud valebit. Quòd ſi vtrũque fuerit generale prius valebit. Idem; ſi vtrumque fuerit ſpeciale. Quando autem prius concederetur cum hac clauſula, quod prius non cenſeatur reuocatũ, niſi illius fiat expreſſa mentio, aliter non reuocabitur. Vide illa ſect. 14.

Sed aduerte, ſi per priuilegium gratis à Principe conceſſum eſſet iam quæſitum aliquod ius, vel dominium rei, auferri ius, vel dominium illud ſine cauſa non poſſe.

2. Concluſio. Dico ſecundò, ſi priuilegium, vel diſpenſatio concedantur cum onere aliquo, cui ſe obligat priuilegiarius, & per modum cuiuſdam contractus, non poſſunt niſi ex cauſa reuocari à Principe, præſertim completa cauſa, & nulla facta recompenſatione: quoniam completa conditione iam eſt ius quæſitũ priuilegiario, quod tolli non poteſt abſq; iuſta & graui cauſa: ita ſentiunt multi, vt Felin. c. nouit de iudic. num. 8. & alij quos refert Sanchez lib. de matrim. diſp. 36. num. 3.

Iuſta autem cauſa dicetur, quæ ad publicam vtilitatem ſpectabit.

Hinc colligitur, bullã cruciatam nõ fuiſſe reuocatam, à Greg. XIII. vel Clem. VIII. in bullis anni iubilæi pleniſſimè, etiamſi ſuſpenderent omnes gratias & indulgentias particularibus etiam perſonis conceſſas, & ad inſtantiam regum; quamuis in hoc caſu reuocari cruciatam ſentiant Nauar. §. in leuitico not. 33. num. 3. verſ. Perſonis, & Ludouicus Lopez to. 2. inſtructo. in expoſ. bullæ cruciatæ, ca.

Digitized by Google

tæ ca.20. Melius tamen alij ſentiunt, reuocatã non fuiſſe, vt Henri.7. de indulg. ca.21. num.3. Rodriguez in expoſ. bullæ, §.12. nu.13. Sanch. illa diſput. 33. nu. 10. quia priuilegia bullæ conceduntur per modum cõtractus, & cum aliquo onere, vt ſignificant illa verba. *Porque dais tanta limoſna, os cõcedo.* Idem erit in omnibus diſpenſationibus pro foro externo à Pontifice factis: quia ſemper conceduntur cum aliqua compoſitione.

3.Conc. Dico tertiò, vt priuilegiũ vel diſpẽſatio circa legem ſuperioris poſſit fieri ab inferiori prælato habente facultatem reuocandi illam, requiritur iuſta cauſa: alioqui reuocatio erit nulla, ſicut ſupra diximus, diſpenſationem inferioris in lege ſuperioris factam ſine cauſa rationabili, nullam eſſe: imò videtur magis in reuocatione requiri cauſa: quia reuocare diſpenſationem eſt quaſi de nouo legem imponere. Ita docet gloſſ. cum ex eo, verbo, ſeptennium, de elect. in 6. Vbi docet diſpenſationem conceſſam alicui ab Epiſcopo ad non reſidendum ſeptennio ratione ſtudij minimè poſſe ab ipſo reuocari abſque legitima cauſa. Vnde neque poterunt reuocari diſpenſationes fori conſcientiæ à ſacra pœnitentiaria conceſſæ, niſi cum cauſa; quia ſunt diſpenſationes in lege ſuperioris.

Hæc omnia fuſiùs proſequitur Sanchez. 8. de de matrim. diſp.33.

## SECTIO XIX.

### *Quibus aliis modis ceſſet diſpenſatio.*

127 RESPONDEO primò, ceſſare per mortem eius cum quo diſpẽſatur, quia cũ eo diſpenſatur non cum ſucceſſoribus, niſi id exprimat diſpenſatio. Sic per mortem priuilegiarij diximus ceſſare eius priuilegium.

Secũdò diſpẽſatio ceſſat per nõ vſum decennalẽ oblata occaſione, ſicut etiã diximus de priuilegio.

Tertiò aliqui dicunt, diſpenſationem ſeu facultatem aliquid faciendi, primo actu finiri: quia diſpenſatio eſt iuri contraria ideò odioſa: ergo ad 1. actum reſtringenda. Conf. quia ſermo ſimpliciter prolatꝰ de prima vice intelligitur: ergo & facultas aliquid faciẽdi. Propter hoc aliqui ſimpliciter affirmant, facultatem aliquid faciendi 1. actu finiri. Alij verò in odioſis finiri 1. actu, non verò in fauorabilibus. Felin. c.2. de treuga & pace. Nauar. ca. placuit de pœnit. d.6. nu.166. Quos citat & ſequitur Azor. to.1. lib.5. c.23. q 5. vt retulimus diſp. 17. ſect. 13. Alij dicunt, diſpenſationes aliquas 1. vſu ſtatim finiri, vt patet in diſpenſatione de contrahendo matrimonio cum conſanguinea. Aliàs verò non finiri primo vſu, vt patet in diſpenſatione non ieiunandi, & ſimilibus.

Alij verò dicunt, diſpenſationem abſolutè prolatam non finiri vnico actu, ita Sanchez lib.8. de matrim. diſp.31. num.8. & alij, quos refert. Quoniam licet diſpenſatio extendenda non ſit ad rem & materiam diuerſam, quæ in verbis ipſis non includatur, non tamen debet intra latitudinem propriæ ſignificationis cõtrahi & reſtringi: ergo cùm abſolutè conceditur alicui, vt aliquid faciat, ea facultas non finitur 1. actu. Conf. quia quando mens ſuperioris eſt reſtringere ad 1. actum, id explicare ſolet: ergo ſi id non explicat, ſignum eſt noluiſſe facultatem dare ad ſolum 1. actũ; & ſanè ſi diſpenſatio odioſa ad 1. actum reſtringenda eſt, omnis diſpenſatio ſic reſtringenda erit, quia omnis eſt odioſa, cùm ius commune vulnerat. Deinde patet exemplis: quia ſi cum aliquo diſpenſetur abſolutè in voto caſtitatis, vel non ducendi vxorẽ, mortua prima, poterit cum alia contrahere: & facultas data Epiſcopo teſtandi, vel inſtituẽdi maioratũ, poſt primam inſtitutionem ita permanebit, vt poſſit illam reuocare, & alium maioratum inſtituere: quod probabiliter de his & aliis caſibus affirmant Doct. citati. Sed vide quę dixi illa ſect. 13.

Sed rogas, An diſpẽſatio vel priuilegiũ per renũciationẽ, ſeu ceſſionẽ ceſſet. De hoc etiã diximus illa ſect. 13. in fine. Cõmunis opinio eſt, vt renuntiare poſſis priuilegio, & conceſſioni factæ in tuũ particulare bonũ: ſecus factæ in bonum ſtatus, vel cõmunitatis, quia illius quaſi dominium eſt apud Remp. & cõmunitatẽ, & ideò ſola illa poteſt validè tali priuilegio cedere. Vnde clericus renũtiare nequit priuilegio fori, Mol. de iuſt. tom.2. tract.2. diſp.571. §. maius dubiũ eſt: & mulier nõ poteſt ſecundũ ius cõmune renũtiare priuilegio Velleiano, quo munꝰ fideiuſſoris illi denegatur ſubire: de quo vide quę ex Azor retuli illa ſect. 13. in fine. Sed rogas, an quãdo quis validè potuit renũtiare priuilegio, & reipſa renũtiauit, poſſit poſtea renuntiatione retractata, priuilegio vel diſpẽſatione vti. 128 1.Dub. Apparet nõ poſſe, quia quod ſemel periit, iterũ redintegrari nõ poteſt, præſertim quãdo ab aliena volũtate depẽdet, vt in præſenti caſu diſpenſatio, vel priuilegiũ dependet à volũtate ſuperioris: ergo ſi tua renuntiatione illud amiſiſti, quantũcunq; poſtea voluntatem retractes, numquam recuperabis.

Dico tamen, renuntiationẽ cuiuſcumq; priuilegij vel diſpenſationis in lege factæ, reuocari poſſe antequam à cõcedente priuilegium ea acceptetur. ita Sãch. ſup. diſp.32. n.2. Prob. quia vis & efficacia priuilegij & diſpenſationis à voluntate cõcedentis maximè pendet: ergo cùm voluntas conſeruãdi priuilegium perſeueret in concedente, donec acceptet renũtiationem, reuera ante talem acceptationem validum erit priuilegium vel diſpenſatio.

2.Dub. Eſt aliud dubiũ, an renũtiatio diſpẽſationis voti vel iuramenti valida ſit, etiamſi ſolũ fiat mẽtaliter à priuilegiato. Sanch. illo nu.3. affirmat, quia licèt vincula aliarũ legũ non poſſint ſibi imponere ſubditi ſine volũtate ſuperioris, bene tamẽ obligationem voti vel iuramẽti, quantũcunq; ſit facta diſpenſatio. Hoc autẽ moraliter loquendo facit, qui renuntiat diſpenſationi conceſſæ circa votum vel iuramentum; Hæc enim renuntiatio nõ eſt aliud, quàm velle redire ad obligationẽ voti; ergo tunc per ſe loquendo, noua requiretur diſpẽſatio, cum prior ſolũ fuerit cõceſſa, vt votũ priuſ ſolueretur. Addit Sanch. Si autem omnino perfectè concedatur diſpenſatio à Papa vel ſum. Pœnitentiario: tũc poterit vti diſpenſatione voti vel iuramenti: quoniam talis eſt, vt concedat relaxationem voti vel iuramẽti facti antequã confeſſarius, vel alius commiſſarius tali vtatur diſpenſatione. Quæ cõmiſſio cum à volũtate principis pẽdeat, non poteſt à nobis reuocari antequam ab eo acceptetur reuocatio. Quod verum erit, licet commiſſarius litteras concedat; adhuc enim poterimus illis vti. Crediderim tamen renuntiationem mentalẽ diſpenſationis voti, vel iuramenti determinati & particularis interdũ eſſe nullius momẽti, nimirũ quando homo non vult vllo modo votũ, aut iuramentum repetere; ſed ex ignorantia vult ſibi non prodeſſe: quia putat ab eius volũtate pẽdere, quòd ſoluat vel non ſoluat prioris voti vel iuramenti vinculum.

DISP.

Digitized by Google

# DISPVT. VIGESIMAPRIMA, DE LEGVM INTERPRETATIONE.

## SECTIO PRIMA.

*Quid, & quotuplex ſit interpretatio.*

1 *1. Con. Interpretatio eſt vnius verbi, vel vnius ſententiæ per aliam declaratio.*

DIco primò, interpretatio eſt vnius verbi per aliud, vel vnius ſententiæ per aliam declaratio: ſicut interpres vnam linguam per aliam manifeſtat. Ita Sylueſter, verbo, interpretatio, in princ. Hîc nô tam agimus de interpretatione vnius linguæ per aliam, quàm de interpretatione vnius ſententiæ per aliam: ſeu de eruendo ſenſu legis.

*2. Con. Et quàm ſit multiplex.*

Dico ſecundò cum Sylueſt. verbo, interpretatio, num. 1. & Panormitano cap. 1. de poſtul. prçlat. interpretatio eſt multiplex. Quædam enim eſt generalis, & neceſſaria, ac redigenda in ſcriptis, cap. inter alia, de ſent. excom. §. ex his omnibus, 11. qu. 1. & l. fin. C. de legib. Et hæc ius facit quoad omnes, cap. fin. de conſt. quia Princeps ſuæ declarationi robur legis tribuit. Alia eſt generalis, & neceſſaria: Sed non redigenda in ſcriptis, vt conſuetudinis, l. ſi de interpretatione, ff. de legib. Alia non generalis; ſed neceſſaria, & in ſcriptis redigenda, vt iudicis, l. non poſſunt, ff. de legib. Argumentum etiam, l. nam, vt ait, qui ſententiam ſuam interpretari poteſt. argumentum, l. Paulus, ff. de re iud. vbi ſupplere poteſt, quæ deſunt ſententiæ, & ſic interpretari: ſicut & prætor, l. prætoris, ff. de prætor. ſtipul. Alia nec generalis, nec neceſſaria, nec redigenda in ſcriptis, vt magiſtrorum, l. vno, C. de profeſ. qui in vrb. Conſtant. lib. 12.

## SECTIO II.

*Ad quem ſpectet legem interpretari.*

2 *In ambiguis ſolius Principis eſt legem interpretari.*

DIuus Thomas, quæſt. 96. art. 6. ad 2. & Azor, to. 1. lib. 5. ca. 16. quæſt. 16. cum gloſſ. cap. contra eum de regul. iur. in 6. abſolutè affirmant, in ambiguis, obſcuris, & incertis ſolius Principis eſſe legem interpretari. Poteſt ſumi ex l. fin. C. de legib. vbi dicitur, *leges condere ſoli imperatori conceſſum eſt: & leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe oportet.* Sumitur etiam ex l. & ideò, & l. nam vt, ff. de legib. & l. cum de nou. C. eodem tit. & l. hæc itaque, C. de fideicommiſſ. libert. & cap. inter alias de ſent. excom. quod verum eſt de interpretatione generali, neceſſaria, obligtãe, ſeu iuridica: ſic interpretari ius diuinum, & canonicum pertinet ad Papam, cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi: imò, & interpretari legem ciuilem in quantum concernit clericos, ca. 1. de iuram. calum. in quantum verò concernit laicos ſubiectos imperatori, pertinet ad ipſum imperatorem, l. fin. C. de legib. quia eius eſt interpretari, cuius eſt condere, Quod intelligit Syleſter ſuprà, quæſt. 1. de interpret. generali: nam quantum ad vnam cauſam, etiam iudex poteſt interpretari, vt notat Innoc. cap. cum ſpeciali, de appell. de quo etiam vide bonam gloſſam, cap. 1. de poſtul. presb. & facit l. vnica, C. de profeſſ. qui in vrbe, niſi eſſet aliquid ita arduum, quòd certus intellectus dari non poſſit: quia tunc recurrendum eſt ad principem, l. penul. & fin. C. de legib. Hæc Sylueſt. illa, quæſt. 1. cum Panorm. cap. 1. de iuram. calumni. Quibus conſonat Ferrari. §. ſed naturalia Inſt. de iure nat. & Eman. Rodriguez to. 1. regul. quæſt. 11. art. 1. dicens, ſi dubitatio aliqualis ſit de validitate, vel ſurreptione legis, vel priuilegij, & caſus ſit clariſſimus moraliter, & facilè deciſibilis, Princeps, vel prælatus inferior poteſt iuridicè, & obligatoriè declarare reſcriptum ſuperioris: quod ex multis doctoribus colligit; & ſuadetur, quia ſi in his rebus facillimis, & minutioribus ſemper recurrendũ eſſet ad ſuperioré, difficile eſſet introducere legum obſeruantiam: ergo credendum eſt, hanc facultatem eſſe inferioribus iudicibus commiſſam, ſaltem quando agitur de intereſſe partiũ. Idem eſt in caſibus maximè dubiis, ſi non ſit facilis ad legiſlatorem recurſus. An verò hac interpretatione neceſſaria, & obligante legatus poſsit interpretari reſcriptum, vide Panorm. cap. 1. de poſtul. prælat. Certùm autem eſt, legiſlatorem poſſe aliquem, vel aliquos deſignare, qui eius leges iuridicè, & obligatoriè interpretentur, & ita putant aliqui obligare deciſiones Cardinalium, qui pro declaratione Cõcilij Tredentini erga regulares, & alios à Pontifice conſtituti ſunt. De quo diximus diſp. 2. ſect. 9.

Interpretatione autem non neceſſaria, nec iuridica, aut publica: ſed priuata, & non obligante, Doctores poſſunt leges omnes interpretari, etiamſi Princeps dicat, nemini liceat hanc noſtram paginam aliter interpretari: nam tunc ſolum prohibet interpretationes friuolas, & quæ planè ſunt contra mentem ipſius. Vnde Sa, verbo interpretatio, num. 5. cùm lex prohibet, nequis interpretetur, non prohibet Doctores, aut tribunalia, quin poſsint ſecundum doctrinam communem interpretari. Sic etiam Concilium Tridentinum ſeſſ. 4. ſtatuit, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra ſenſum Eccleſiæ, vel vnanimem conſenſum patrum ſcripturam interpretari audeat: vide annotationem præfixam in noua editione Tabiennæ verbo, interpretatio.

## SECTIO III.

*Quæ regulæ in interpretatione legum ſeruandæ ſint.*

De hac

Digitized by Google

3 De hac re vide Rebellum, lib. de obligationib. iuſtitiæ, & charit. part. 1. quæſt. 6. Azor to. 1. lib. 5. cap. 16. qu. 9. & ſequent. Syluestrũ, Angelum, Sa, Tabiennam, & alios ſummiſtas: verbo interpretatio, Iuriſperitos tit. de verb. oblig. & de verb. ſignif.

*In quot interpretatio diſtinguatur.*

Diſtinguunt nonnulli interpretationes declaratoriam, reſtrictiuam, extenſiuam, & correctiuam, & nonnullas alias: ſed parum aptè, quia omnes interpretationes declaratoriæ ſunt: interpretatio enim nihil aliud eſt, quàm declaratio: ſimiliter diſtinguunt leges in fauorabiles, odioſas & pœnales, quaſi verò nõ omnis pœnalis odioſa eſſet, licet nõ omnis odioſa pœnalis; vt quando certum genus perſonarum à teſtimonio, hæreditate, vel ordinibus ſine culpa ſua, vel parentum repellitur. Diſtinguunt præterea aliqui tria legum, vel conſtitutionum particularium, ſeu ſtatutorum genera: nam quædam ſunt conſentanea iuri communi, idem quod iure communi ſancitum eſt, ſtatuentia, & fortè clarius: quibus non renuntiat quis eo ipſo, quòd iuri communi renuntiet; imò ſecundum aliquos, nec ſi renunciet iuri ſimpliciter; quia de communi intelligere videtur. Alia ſunt præter ius commune: quia diſponunt quod iure communi cautum non eſt. Alia in toto, vel in parte ſunt contra ius commune. Hæc aliqui valere affirmant, dicentes ex l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, omnes populos habere ab imperatore facultatem condendi ſtatuta ſibi conuenientia, quantuncunque contraria iuri communi. Sed certè ibi talis facultas non conceditur, nec expediret concedi: & quidquid ſit de populis ſubiectis imperio, de aliis certum eſt, non poſſe aliquid ſtatuere contra ius commune, niſi impropriè: inferioribus enim perſonis, vel communitatibus nullatenus licet aliquid ſtatuere contra ius commune, & leges ſuperiorum: ſed tantum impropriè, vt *contra*, eſt idem quod, *præter*, vel vt ſignificet id quod ſecluſo ſtatuto illo eſſet contra ius commune: quia iure communi prohibetur fieri, niſi fiat tale ſtatutum. Adde quòd ſuperius docuimus, non omnes populos etiã imperij poſſe ſtatuta facere, quæ eos, qui nõ conſenſerũt, obligent. Diſtinguunt deinde aliqui leges correctorias iuris communis exorbitantes ab illo, & limitantes, vel tollentes illud. Quam diſtinctionem nonnulli reiiciunt: quia exorbitare eſt à regulis generalibus deuiare, cap. quæ à iure, de regul. iur. in 6. Nam orbita via curſus eſt (*el carril*) & ideò exorbitare eſt à via curſus, id eſt, valde trita & cõmuni recedere. Eam tamen diſtinctionem defendit Barboſa ad legem, ſi conſtante, in princip. num. 92. ff. ſoluto matrimonio: ſecũdum quem lex exorbitans dicitur, quando id, quòd ſub verbis, & ratione legis generalis continetur, ſubducitur ab ea ob fauorem cauſæ, vel perſonæ. Vnde tale ius ſingulare dici ſolet, l. ius ſingulare, ff. de legibus. Et quia iura reſpiciunt vniuerſos, & non ſingularem perſonam: ideò tale ius, ſiue lex dicitur exorbitãs: aliæ verò, quæ ius commune corrigunt, illud limitantes, vel omninò, aut ex parte tollentes, non appellantur exorbitantes.

*Tria legum, ſeu conſtitutionum particularium genera.*

*Exorbitare eſt à regulis generalibus deuiare.*

*Iura reſpiciũt vniuerſos, non ſingularem perſonam.*

Nec placet quod ex Bart. & aliis docet Menochius remed. 4. de adipiſcenda poſſeſſ. num. 22. antiquam legem per nouam tunc ſolùm corrigi, quando quoad ſubſtantiam, ſeu ſubſtãtialem qualitatem corrigitur; non verò quando quoad accidẽtalem corrigitur: nam omnis qualitas accidentalis eſt: & correctio quoad accidentalia correctio eſt. Id verò certum eſt, eandẽ legẽ poſſe eſſe partim limitatoriam, partim correctoriam, partim exorbitantem. Sed quæſtionibus de nomine valere iuſſis, ad rem veniamus.

Prima regula in legũ interpretatione eſt, quam tradunt Azor, to. 1. lib. 5. cap. 16. quæſt. 9. Syluest. verbo, lex, quæſt. 16. ex Panorm. & aliis, & qu. 19. & 20. ex Bart. & aliis, lex eſt interpretãda ex communi vſu verborum: qui præferri debet omni rigori, & ſignificationi vocum, l. librorum, §. quòd tamen Caſſius, ff. de lega. 3. & cap. cum dilectus, de conſuet. ſic Sa, verbo interpretatio, num. 15. vſus loquendi communis præfertur in omni materia propriæ verbi ſignificationi. 4

*1. reg.*

*Lex eſt interpretenda ex communi vſu verborum.*

Secunda regula, Niſi aliud cogat, lex in ſignificatione propria accipienda eſt: vnde ciuilis, & canonici iuris interpretes vulgò dicere ſolent, verba legis non eſſe improprianda, ideſt, ad ſenſus improprios trahenda, & detorquenda: ſic loquitur Madera, lib. animaduerſionum iuris ciuilis, cap. 12. num. 4.

*2. reg. Niſi aliud cogat, lex in propria ſignificatione accipiẽda eſt.*

At ſi ratio manifeſta cogat, verba ſunt in ſignificato improprio interpretanda, ne alioqui ex lege ſenſus incommodus, & abſurdus oriatur. Hanc regulam tradit Azor, illa quæſt. 9. & idem eſt quod alij dicunt, quando verba vnum tãtum proprium, vel vſitatum ſignificatum habent, ab eo non eſt recedendum, niſi inde aliqua abſurditas ſequatur, vt in exponendis ſcripturis docent Vazq. & alij Theologi. 1. part. quæſt. 1. art. 9. ex Aug. 3. de doct. Chriſt. cap. 5. 15. & 16. Pagnin. 1. Iſagogæ, cap. 19. & 20. Idem eſt quod alij dicunt, ſi lex habuerit vnam ſignificationem impropriam, aliam verò propriã, hæc retinenda erit, ex l. non aliter, ff. de leg. 3. Bart. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, num. 58. niſi forte aliud de mente diſponentis appareat, vt dicit eadem lex. Apparebit autem, aliam eſſe eius mentem, ſi iniquitatem, vel abſurditatem ſignificatio propria contineat, vel perſonæ conditio aliud poſtulet, vel communis loquendi vſus aliter ſe habeat. Communis enim loquendi vſus proprietati verborum anteponendus eſt, adeo vt omni regulę, omnique conſtitutioni in examinandis ſermonibus deroget: vt dicebamus in 1. regula, & ait Bart. ſupra, & Panorm. in procœmio decretal. & alij, quos citat & ſequitur Pincianus in pręfatione, lib. 1. tract. 2. de ſucceſſionum progreſſu. Ratio limitationis eſt: quia magis eſt attendenda mens, quæ eſt diſpenſationis, ſeu legis anima, quam verba, iuxta, l. ſcire, §. aliud, ff. de excuſ. tut. vnde, l. non dubium, C. de legib. habetur, *in legem committit, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem:* & iuxta Græcum prouerb. quòd habetur, l. fraus, ff. de legib. *Dictum à ſententia, ſiue verbum ab intellectu,* ſcilicet, interpretandum eſt. Quando propria ſignificatio abſurditatem continet, contra mentem inſtituentis facere præſumitur; qui eam ſequitur: ſi verò impropria æquitatem habeat, qui eam amplectitur, ſecundùm legis mentem operari dicitur. Debemus enim præſumere, legiſlatorem nihil iniquum voluiſſe ſtatuere. Et quòd in omnibus diſpoſitionibus anteponenda ſit ſcripto mens, & ratio diſponentium, fusè tractat Tiraq. ad l. ſi vnquam, C. de reuoc. don. verbo, libertas, confirmatque variis iuribus, ac Doctoribus, & vtriuſque Quintiliani ſententia, & ſpecioſo diſcurſu Ciceronis, oratione pro Aulo Cæcinna. Item ſi ex lege ipſa

*Communis loquendi vſus proprietati verborum anteponendus eſt.*

*Mens anima legis.*

ipſa conſtat mẽs legis, tunc etiam contra propriam ſignificationem vocabuli tenendam eſſe mentem legis, docet Azor illa quæſt. 9. ex l. ſi pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.

*3. Regula. A procœmio legũ, & ſupplicatione petentium eas, recta colligitur earum interpretatio.*

Tertia regula: ex procœmio legum, & ex ſupplicationibus petentium leges, diſpenſationes, aut priuilegia, ſæpe colligitur recta ipſorum interpretatio, & legiſlatoris mens: nam finis legis ſolet in procœmio declarari, & eius fini proportionatur lex, & conformatur.

*4. Reg.*

Quarta regula: lex non eſt ita interpretanda, vt ſit inutilis, & ridicula, & nihil operetur, ſumitur ex l. non dubium, C. de legib. Quòd adeo verum eſt, vt lex odioſa, quæ aliàs ſtrictè interpretanda eſt, ne inutilis efficiatur, latè interpretãda ſit. Idem eſt de lege pœnali.

*5. Reg. Item à ſententia lata à Principe.*

Quinta regula, ex ſententia lata à Pontifice in cauſa aliqua rectè legem interpretamur, quia principis eſt legem interpretari; imò diſp. 2. ſect. 8. diximus, talem ſententiam vim habere iuris communis, & generalis, ex cap. in cauſa de ſent. & re iudi.

*6. Reg.*

Sexta regula, ſi aliqua circa ſenſum verborum dubitatio emerſerit, quæ examine facto adhuc perſeueret, conſulendus eſt legis auctor, vel eius ſucceſſor: eius eſt enim legem interpretari, cuius eſt condere, cap. cum veniſſent, de iudic. l. cum de nouo, C. de legatis. Si verò ij, qui legem tulerunt, functi ſunt officio ſuo, iam ad eos declaratio non pertinebit: cum iam priuatam, & non publicam auctoritatem habeant. Quòd tamen, vt ait Rebellus ſuprà, ſect. 2. faciendum eſt, vt interpretatio vim legis habeat quoad vniuerſos: nam inter partes iudex poterit interpretari interpretatione obligante, & neceſſaria, quæ ſibi probabilior videbitur, quando ſcilicet in ſimilibus dubiis non habuerit aliud à ſuperiore, vel lege præſcriptum, quòd ſibi faciendum ſit, iuxta Bald. in ſummario dictæ legis, cum de nouo, & dicta à nobis ſect. 1. Adde quòd quamuis interpretatio eius, qui conſtitutionem fecit, ſi iam eſt amotus ab officio, vel eo functus eſt, obligatoria non ſit: tamen ſpernenda non erit: nam, l. in ambiguis, ff. de regu. iuris dicitur, in ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda eius, qui eas protuliſſet.

*7. Reg.*

Septima regula Azoris illa quæſt. 9. cum Pan. cap. ad audientiam de decimis. In legibus diuerſitas vocabulorum diuerſitatem rerum inducit: alioqui enim lex ſuperfluè vocabulis diuerſis vteretur l. ſi iidem codicilli, C. de codicillis.

*8. Reg. In pœnalibus debemus ſequi benigniorem partem.*

Octaua regula, ſi legis verba duo habent ſignificata æquè propria, vel quacumque ratione res ſit æquè dubia, in pœnis ſequi debemus benigniorem partem, cap. in pœnis, de regul. iuris in 6. l. penultim. ff. de pœnis. Similiter in odioſis quibuscunque, l. cum quidam, ff. de lib. & poſthu. l. benignius, & l. in ambigua, ff. de legib. & l. publius, ff. de condi. & demonſtra. In beneficiis verò, & fauorabilibus, qualis cõtineri ſolet in vltimis voluntatibus, latior debet eſſe interpretatio, iuxta gloſſ. communiter approbatam, l. fin. ff. de conſt. princip. l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. cap. odia, de regul. iuris in 6. vbi dicitur, *odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.* Ponunt aliqui exemplum, ſi lego vinum, etiam vaſa legare videor, ſine quibus vinum non ſtat. Sed hoc nõ placet: quia licet, ſine vaſis vinum non poſſit ſtare: tamen ad vnum poterit pertinere dominium vaſis, ad alium verò vini, licèt poterit cogi hæres vaſorum ea locare, vel accommodare domino vini: quia hæc cenſetur voluntas teſtatoris, ne inutile ſit legatum.

*In fauorabilibus latè interpretandum eſt.*

*In contractibus iuxta minimam obligationem.*

In contractibus verò iuxta minimam obligationem interpretandum erit, l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iuris, vt ſi vendo vina, non videor vendere vaſa. In iudiciis, ſi res eſt dubia, fauendum potius reo, quàm actori: poſſeſſori, quàm petitori, Inſtit. de interd. §. commodum, l. fin. C. de probatio. & generatim Bart. ad l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, num. 58. ait, ex duabus æquè propriis ſignificationibus eligendam eſſe eam, quæ aptius ſubiectæ materiæ conuenit, l. quoties idem ſermo, ff. de regul. iuris. Generatim etiam in l. benignius, ff. de legib. dicitur, benignius leges interpretandas eſſe, quo voluntas earum conſeruetur. Hoc præſertim locum habet, inquit Azor illa quæſt. 9. ſi aliàs ex ea ſenſus abſurdus naſcatur, vel ſit neceſſariò ad incommoda trahenda, vt docet Bart. ibidem, vt cum lex decernit, qui occiderit hominem, capite puniendum, non eſt intelligenda de furioſo, vel in propriam defenſionem occidente: patet ex dictis in ſecunda regula.

*In iudiciis fauendum reo.*

*9. Reg. Ex ratione legis debet elici eius ſenſus.*

Nona regula Azoris, illa quæſt. 9. quando in lege exprimitur eius ratio, ex ea debemus elicere ſenſum legis, Clem. 1. de elect. veluti in cap. ex parte de poſtulando, interdicitur Monachis aduocare: eadẽ lex ad canonicos regulares trahitur: quia ratio legis in illis militat, nempe regularis inſtituti obſeruantia. Sed de hac re vide ſect. 11.

*10 Reg. Secundùm declarationem alterius legis.*

Decima regula Azoris, quandocunque vna lex per aliam declaratur, in eo ſenſu eam accipere oportet.

*11. Regul. Item conſuetudinis.*

Vndecima eiuſdem, quando conſuetudo legem declarat, illi ſtãdum eſt: quia conſuetudo eſt optima legum interpres, l. Si de interpretatione, ff. de legib. facit l. in obſcuris, ff. de reg. iur. vbi habetur, *in obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet.*

Duodecima, Sa verbo interpretatio. nu. 3. Maſculinum in fauorabilibus comprehendit fœmininum. in contractibus non comprehendit. *12. Reg.*

Decimatertia, eiuſdem ibi, nu. 4. Aliquis comprehendit etiam fœminam: Alius & aliud ſignificant ſimilia. Sed de alius, alia, aliud latiùs tractat Azor tom. 1. lib. 5. c. 28. *13. Reg.*

Decima quarta, Modicæ ſolennitatis omiſſio non vitiat actum. Sa ibidem, nu. 6. Sed latiùs Azor illo ca. 28. de modico, & minimo, & paruo ſecundùm iura curandum non decet. *14. Regul.*

Decima quinta, edicta non prohibent opera alioqui bona: ſed ea, in quibus latet aliquod malum, aut periculum, Sa ibidem, nu. 7. *15. Regul.*

Decima ſexta, Non dicitur præſumere, qui probabiliter credit ſe bene facere, Sa ſuprà: adde, nec qui facit cum ignorantia culpabili non affectata, vt in hoc tract. aliquando docuimus. *16. Regul.*

Decima ſeptima, quando principale non tenet, nec acceſſorium. Sa ibidem, nu. 9. gloſ. ca. 5. de donat. inter virum & vxo. *17. Regul.*

Decima octaua, quod eſt inutile, pro nullo habetur: & pro non ſcripto, quod non intelligitur, aut æquè bene variis modis; eſt enim inutile. Sa ibi nu. 10. *18. Reg.*

Decima nona, clauſula vltima generalis refertur ad omnia præcedentia, niſi ratio ſit diuerſa, Sa ibidem. nu 11. *19. Reg.*

Vigeſima, cùm diſpoſitio finitur primo actu; ſi ille *20. Reg.*

Digitized by Google

ille eſt nullus, vel inutilis, poteſt repeti. Sa ibid. num. 12.

21. Reg. Vigeſima prima, dicens de vno, de alio negare videtur, Sa ibi. nu. 13.

22. Reg. Vigeſima ſecunda, in generali ſermone intelligitur excepta perſona loquens, Sa ibidem. nu. 14.

23. Reg. Vigeſima tertia, repulſus à re maiori, non cenſetur repulſus à minori, Sa ibi. nu. 16.

24. Reg. Vigeſima quarta, ritè, ſignificat ſolemnitatem; rectè, iuſtitiam, Sa ibi num. 17.

25. Reg. Vigeſima quinta, etſi communiter clauſula generali non veniunt requirentia ſpeciale mādatum, quale requirunt corrigere, deponere, conferre beneficia, dare dimiſſorias: tamen venit, cum alioqui generale eſſet fruſtra, aut cùm ex verbis apparet talem eſſe concedentis intentionem.

26. Regul. *Diſiunctiua particula manus.* Vigeſima ſexta, vis particulæ diſiunctiuæ eſt diſiungere actionem, vel obligationem, relinquereque liberam vtriuſque partis electionem, quales ſunt, *vel, aut*, & ſimiles: ſicut autē in diſiūctis ſufficit vnum eſſe factum: ita in coniunctis vtrumque oportet complere. Quamuis in iure ſæpe coniuncta pro diſiunctis, & econtra ponūtur. Vide Azor to. 1. lib. 5. cap. 27. vbi in princ. docet, particulam diſiunctiuam à iuriſprud. appellari alternatiuā, ſeu alternationem, l. prætor edixit, §. quod autem, ff. de iniuriis: & l. ſi quis ſeruum. §. nam qui cum extraneo, ff. de ſeruo corrup. quæſtione. 6. autē 1. ait de vi & effectu particulę diſiunctiuæ agere Felin. c. inter cæteras de reſcript. Dynum, & Ioan. Andream, c. in alternatiuis, de reg. iuris in 6.

Tertiò, ait effectum talis particulæ eſſe diſiungere actionem, obligationem, conditionem, vel ſolutionem, l. plerunq; intereſt, §. ſi res in dotem, ff. de iure dotium.

In diſiunctiuis affirmatiuis ſufficit vnā partē eſſe veram: in negatiuis verò vtraque pars debet eſſe falſa: vt ait Panorm. c. inter cæteras de reſcript. nu. 2. ex Dyno, & Ioan. Andr. & omnes Philoſophi, ac Theologi. Exemplum diſiunctiuæ negatiuæ ponit Azor cum Panor. ſuprà, dabo tibi decem, ſi Titius non venerit, vel ſi Caius non deceſſerit. Sed certè iſta propoſitio affirmatiua eſt, quia copula, ſi, non negatur, ideo ad eius veritatem ſufficit alteram eius partem eſſe veram. Vnde ſi alterum tantum illorum euenerit, teneor dare decem. Vnde credo vitio ſcriptoris codices Azoris eſſe mendoſos: maximè cum lex, ſiquis ita ſtipulatus, ff. de verb. ſign. & l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſti. & l. ſi is qui ducenta, §. vtrum. ff. de rebus dubiis, & Bart. ibi, quas pro ſe adducit, noſtram ſententiam planè doceant.

Quæ tamen eo ca. 27. qu. 2. 3. & 4. difficultatem non habent, & veriſſima ſunt. Difficultate autem non caret, quod ait eodem c. 27. q. 5. & c. 28. qu. 1. & 2. interdum diſiunctiuam pro copulatiua ſumi: & copulatiuā pro diſiunctiua, quod expreſsè habetur, l. ſæpè, ff. de verb. ſignif. vbi exemplum primi ponit, cum quis dicit, *quod dedi, aut donaui*: nam ibi, *aut*, ſumitur pro, *&*: cæterùm non video quid cogat ad id aſſerendum: nam ſenſus diſiunctiuus valde eſt commodus, eſto idem in re ſint datio, & donatio, ac proinde verè dictum fuerit, *dedi & donaui*; exemplum ſecundi ponit Azor, quando coniunguntur duo, vel plura, quæ ſimul eſſe non poſſunt: vt ſi teſtator dicat, teſtamentum meum valeat iure teſtamenti, & iure codicilli: fieri enim non poteſt, vt valeat tanquam teſtamentum, &

A tanquam codicillus, ſed hoc exemplum mihi etiam eſt difficile: nam teſtamentum poteſt habere totam vim teſtamenti & codicilli, licet nō poſſit eſſe ſimul teſtamētum, & codicillus: vel ſenſus eſt conditionalis, qui in teſtamētis exprimi ſolet, ſi non valeat vt teſtamētum, valeat, vt codicillus. Alia exempla, ſed obſcura habentur in illa l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb. ſignif. illam tamen legis doctrinam recipiunt omnes iuriſperiti, ſpeciatim Madera lib. animaduerſionum iuris ciuilis cap. 21. citans Barto. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum num. 1. ff. de reb. dub. & Cynum, l. cum quidam. nu. 4. C. de verb. ſignif. qui duo etiam docēt ſecundùm Iuriſconſultos, ſæpe diſiunctiuam cōponi ex partibus,

B quarum altera effectum non ſortitur: ſed hos reiicit Madera, tum quia talis oratio ridicula eſſet, tum quia nihil eſt, quod ad hoc nos moueat. Primò namque id aduerſarij probant ex l. vbicunque ff. de fideiuſſ. vbi in ſecunda parte diſiunctiuam verificari non poſſe affirmant. Rectius tamē profectò id negat ibidem Cuman. probans etiam in ſecundo diſiunctionis membro, legem illam eſſe veram aliquando poſſe, allegans legem expreſſam, quæ eſt penult. ff. de prætor. ſtipul. Secundò probant ex l. quintus Mucius la 1. ff. de auro & arg. lega. Sed ibi Pomponius nihil contra nos dicit: ſolùm ponit differentiam inter demonſtrationem, quę generali legato adiicitur, & quæ ſpe-

C ciali, vt illa minuat legatum: hæc minimè.

Alia ſibi opponit Madera, quæ etiam ſoluit: ſed obſcurè ſatis hæc, & alia de alternatiuis, ſeu diſiunctiuis, & de copulatiuis docet eod. c. & præcedēti & ſequentibus: quæ parum difficilia, & vtilia mihi videntur, præſertim pro Theologis, ideò ipſa omitto.

Sed non eſt omittenda quæſtio illa, quam tractat ipſe Madera, ca. 22. & Azor, tom. 1. lib. 5. c. 27. 7 *Quæſtio.* q. 7. an particulę, *Siue, ſeu, & ve*, ſintne diſiūctiuę, an copulatiuæ. Quidam dicūt eſſe copulatiuas. Nam l. ſi quis ita legauerit, 2. ff. de argento, & auro legatis dicitur, *cùm ita legatur, Titio vina, quæ in vrbe habeo, ſeu in portu, do, lego, omnia deberi: hoc enim verbum, ſeu, ampliandi legati gratia poſitum eſt*. & in lege

D apud Pamphilum, ff. de auro, & argento legatis, Mulier ita legauerat, *ornamenta lego, quæ mei cauſa parata ſunt, eruntve*. Tamen communis opinio interpretatur, vtraque deberi; & Cynus l. cum quidam, ff. de verb. ſign. ait, has particulas copulatiuè ſumi, vt ſi quis ita legauerat, *lego Titio veſtem meam, ſeu librum meum*. Sed eas particulas diſiunctiuè ſumi debere, colligitur ex l. ſi ita quis ſtipulatus fuerit, & l. ſi ita quis ſtipuletur, ff. de verb. oblig.

Bartol. verò in l. ſi quis ita legauerit, citata, docet, in iis, quæ ad fauorem, & gratiam ſpectant, has particulas copulare, & coniungere: in aliis verò diſiungere: idem exiſtimat Panorm. Gloſſa verò ſentit, has particulas copulare, cùm præcedit *In iis quæ fauorem continent hæ particulæ, vel, ſeu, &c. copulant, in aliis diſiungunt.*

E aliquid vniuerſè dictum, vt ſi quis dicat, lego vina, quæ habeo, ſiue in vrbe, ſiue in portu. Azor autem illa qu. 7. ait, Certè particula *ſiue*, cùm ex duabus *ſi*, & *ve*, compoſita ſit, duorum generum vim ſimul obtinet. Nam *ſi*, continuatiua eſt, & *ve*, diſiunctiua, ac propterea aliquando coniunctiua, aliquando diſiunctiua eſt. Vt ſi quis dicat, *ſiue rure ſim, plango, ſiue in vrbe*, ſenſus eſt, & rure & in vrbe plango.

Mihi placet hæc ſententia Azoris ſimul cum illa diſtinctione gloſſæ, vt quando particula *ſiue*



Digitized by Google

ſequitur, vel adiungitur poſt aliquid vniuersè, ſeu indefinitè, aut pluraliter pronunciatum habeat vim ampliandi, & copulandi: vt in illo exemplo ſubiecto ab Azor: & cùm dico, *ſiue veneris, ſiue non veneris, proficiſcar: hac ſiue rectè ſiue peruersè facta fuerint, fateor me feciſſe.* Quando verò particula hæc ad nullum ſic pronuntiatum ſequitur, aut iungitur, ſenſum reddit disiunctiuum, *vt lego tibi librum meum, ſiue veſtem meam, iſte ſiue enſis, ſiue gladius rectè ſcindit.* Idem eſt de particula, *ſeu*, idē eſt de particula, *ve*, nam copulatiuè accipitur, vt cum dico, *lego tibi libros, quos mihi paraui, parabo ve, donec moriar:* diſiunctiuè autem, cùm dico, *Hoc in mari, terra ve genitum eſt.* Sed in particulis, *ſiue* & *ſeu*, ſenſus copulatiuus, & ampliatiuus frequentior eſt. Vnde l. ſiquis ita. ff. de auro & arg. legat. & l. ſi is, qui ducenta §. vtrum, ff. de reb. dub. & in rubri. C. de nauiculariis, lib. 11. generaliter docet, eſſe copulatiuas, & ampliatiuas: quod ipſum, & multos alios tenere affirmat Madera lib. illo animaduerſionum iuris, c. 22. à quibus ſine cauſa recedit, & conatur reſpondere ad l. ſiquis ita legauerit: ſed nihil efficit: & pro ſe producit l. 1. §. ſublata, ff. ad Senatuſc. Trebel. & l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtitut. & l. Iulianus verum debitorem, ff. de condict. indeb. in quibus putat, has particulas diſiunctiuè ſumi: quod falſum eſt, & licet admitteretur, non inde fieret, ſemper diſiunctiuè ſumi. Meritò tamen reprehendit Nicolaum Valla, de reb. dub. tract. 1. n. 9. cum Alex. ab Alex. lib. 2. dier. genial. c. 5. docentē, cùm quis fundum, ſeu ædes filiæ legat, omnia deberi. In ſimili errauit Cynus ſuprà relatus. Rectè etiam eod. c. & 20. ait, cum inter voces ſynonimas hæ particulæ ponuntur, diſiungere; vt cùm dico, *hic eſt gladius, ſiue enſis, lego tibi veſtes meas, ſeu veſtimenta mea.* Vide alia apud Azorem, tom. 1. lib. 5. c. 27. & 28. & Sa, verbo lex, vbi & verbo interpretatio, Tabien. Syluest. Angelus, & alij ſummiſtæ.

## SECTIO IIII.

*Quæ ſpecialiter in reſtrictiua, ſeu limitatiua legis generalis interpretatione obſeruanda ſint.*

9 *Prima reg.* PRIMA regula, quando vna conſtitutio aliam limitat: & eius auctor id poteſt efficere, non eſt dubium, quin reſtricta, & limitata cenſeri debeat. Bart. & Bald. ad l. non eſt nouū, C. de legibus. Sed inferior ſine ſuperioris facultate non poteſt eius diſpoſitionem limitare. Item hoc, non eſt limitatè, & reſtrictè interpretari: ſed reſtrictionem, & limitationem ab alia lege factam intelligere.

Secunda regula; lex generaliter loquens, debet reſtringi ad caſum, in quo eius ratio locum habet, iuxta legem adigere, §. quamuis, ff. de iure patronatus. Affertur exemplum ex l. milites agrum, ad initium, ff. de re militari, quæ vetat milites emere prædia, in ea prouincia, in qua militant, ne occaſione culturæ opera bellica deſerant; non verò in aliis. Sed exemplum non eſt ad rem: cùm conſtitutio illa generaliter non loquatur: ſed expreſſè dicat, in vna prouincia milites non poſſe, in aliis verò poſſe agros emere. Vt autem ratio legiſlatoris intelligatur, legendum eſt eius proœmium: quia in proœmio ratio aſſignari ſolet. Interdum tamen non eſt ex fine, & ratione in lege expreſſis limitanda lex: vt ſi in ea caueatur, vt iacet, & verba

A ſonant, obſeruari debere: tunc enim propter rationem in ea expreſſam reſtringenda non erit: iuxta l. proſpexit, ff. qui & à quibus. Sæpe enim non omnes: ſed aliquæ tantùm rationes in legibus exprimuntur. Item non ſufficit, quòd ratio legis ceſſet in aliquo particulari caſu, vel perſona, ſi expedit bono communi, neque illam perſonam, neque caſum illum excipi.

Tertia quorundam regula eſt; Non ſolùm per rationem in ea expreſſam lex debet ſtrictè, & limitatè declarari: ſed etiam per aliam ſimilem rationem: proferūt exemplum ex Clem. 1. de electo. Vbi dicitur, non debere eligi prælatum diuerſæ profeſſionis, & habitus ad aliquod monaſterium B gubernandum: quia non debent homines diuerſæ profeſſionis aſſociari. Vbi gloſſ. ait, idem ſtatutum procedere in monialibus, ne regātur per pręſides, vel vicarios diuerſæ profeſſionis; quæ eſt alia ſimilis ratio: nempe quòd non rectè per perſonas alterius profeſſionis gubernabuntur: cùm nec ſerueant, nec bene intelligant earum mores, & inſtitutum. Sed hoc exemplum magis pertinet ad interpretationem extenſiuam propter ſimilitudinem rationis. *Non debent homines diuerſæ profeſſionis aſſociari.*

Quarta regula, quoties lex eſſet iniqua, vel abſurda, ſi generaliter intelligeretur, reſtringi debet, vt ſi dicat, *omnis qui occiderit hominem, capite puniatur*; reſtringenda eſt ad occidentem iniuſtè: C vt locum non habeat in occidente defendendo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ. Patet ex dictis ſect. præced. Sic etiam beneficia principum latè, & pleniſſimè interpretāda ſunt, c. cùm dilecti de donat. l. beneficium, ff. de conſti. principum: tamen ita ſunt interpretanda, vt non lædatur ius tertij: ex l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à principe ff. ne quis in loco publico, & ex iis, quæ diximus de interpretatione priuilegiorum, & diſpenſationum.

Quinta regula, quando per particularem conſtitutionem diſponitur aliquid, quod etiam habetur in iure communi, reſtringenda ſecundum diſpoſitionem iuris communis, l. 2. C. de noxal. Bald. & alij ibi.

D Sexta regula, quando lex vnicam tantùm habere poteſt rationem, licet lege non exprimatur, pro expreſſa habenda eſt, & iuxta ipſam reſtringenda eſt lex, Bald. l. maximum vitium, C. de legib.

Septima regula, quando in lege nulla exprimitur cauſa, & dubium eſt, quæ legiſlatorem mouerit, non erit recedendum à verbis legis, niſi abſurditas ſequatur: facit l. 1. §. ſi is, qui nauem, ff. de exercitoria: cōſentit Bald. dicta l. maximū vitium.

Octaua regula, Quando cedit in publicam vtilitatem, legem non reſtringere, reſtringenda non erit: ex l. ſiquis graui. §. vtrum autem 15. ff. ad Syllanum.

Has omnes regulas tradit Rebellus de oblig. iuſtitiæ & char. p. 1. q. 6. ſect.

E Nona regula ſumitur ex iis, quæ diximus Sect. præced. lex pœnalis, vel odioſa ſtrictè interpretanda eſt. Huic regulæ conſentit Sa, verbo interpretatio, nu. 1. dicens, interpretatio in pœnis facienda mitior: in fauoribus amplianda: in dubio facienda, vt potius valeat res: quàm pereat: & quidem dubia interpretanda in partem meliorem, & benigniorem, & probabiliorem, & ea proferenti vtiliorem, & ſecundum antecedentia, & ſequentia, & præſumendo bonam fidem, vt in facto, vel poſſeſſione. Hæc Sa.

Sed

Digitized by Google

10 Sed dubium eſt, quãdo lex fauorabilis, vel odioſa dicatur. Reſpondeo, fauorabilis dici poterit alicui, vel aliquibus; licet ſecundariò in damnum aliorum redundet: & odioſa, ſi ſit pœnalis, licèt ſecundariò proſit aliis. Itaque ex primario fine colligendum erit, an lex ſit odioſa, vel fauorabilis. Sumitur ex gloſſ. ca. ſi propter, de reſcrip. vbi conſtitutionem ibi poſitam reſeruantem fructus vacaturæ Epiſcopo, vocat fauorabilem, licèt redundet in damnum ſucceſſorum. Hãc verò doctrinam ita intelligit Ioan. Andr. c. 1. de locato, nu. 5. vt cõſtitutio redundans principaliter in fauorem, ſi pœnam, & odium ſimul contineat, ex hac parte reſtringenda ſit: quod etiã ſentit Panor. ibi nu. 10. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez 1. de matrim. diſp. 1. nu. 4. Alij verò dicunt, doctrinam illam eſſe vniuerſaliter intelligendam, quando odium, & fauor diſiungi nequeunt: tunc enim ex principali ſiue fauoris, aut odij iudicanda eſt diſpoſitio fauorabilis, vel odioſa. Quãdo verò fauor & odium diſtingui commodè poſſunt, verã cenſent ſententiam Ioan. Andr. vt reſtringẽda ſit lex, quatenus ex fine ſecundario eſt odioſa: extendẽda verò, quatenus ex fine primario eſt fauorabilis. Sic Couar. 1. vari. ca. 11. num. 5. Ex qua doctrina varios caſus declarat Sanch. ſuprà, nu. 5. & ſeqq. vide illum. An verò lex pœnalis, & odioſa propter ſimilitudinem rationis ad alios caſus ea non comprehenſos extendenda ſit, ſect. ſeq. diſputabo.

*Dubitatio.*

*Reſtringenda eſt lex, quatenus ex fine ſecundario eſt odioſa, extendenda, quatenus ex fine primario eſt fauorabilis.*

Decima regula; quàm ponit Sa, verbo interpretatio, num. 2. Vbi tractatur de obligatione, ſtrictè interpretandum: qui etiam verbo, lex. num. 2. ponit vndecimam regulam: cùm lex cõdemnat alioqui illicitum, intelligenda eſt in foro exteriori. Intellige, quòd nullam adducit nouam obligationem, niſi pro foro externo. Et nu. 7. ponit duodecimam reg. cùm in lege ſunt multæ pœnæ, non habet, niſi in iis, in quibus omnes poſſunt verificari, & nu. 8. ponit decimam tertiã regulam. Cùm in lege excipiuntur aliqui caſus, intelliguntur excepti etiam, qui aliàs iure excipiuntur, & ſi materia eſt fauorabilis, etiam omnes ſimiles: & quot excipi, æquitas poſtulat, & nu. 10. ponit decimam quartam reg. Lex prohibens nõ eſt extendenda ad caſum, in quo non eſt tanta ratio: lex enim tãtùm extenditur ad ſuæ rationis limitationes. Itaque vbi eadem apertè ratio, idem ius. Quod, inquit, intellige, cùm lex ratione vtitur: ſecus enim eſt, ſi ſola voluntate legiſlatoris: & nu. 27. ponit decimã quintam reg. cùm imponitur pœna mittenti epiſtolã, intelligitur, ſi perueniat. Eodem verbo ponit alias regulas, quæ in ipſo videri poſſunt, & partim relatæ ſunt ſuprà: partim referentur infrà.

---

## SECTIO V.

### *Quæ ſpeciatim in interpretatione extenſiua ſeruanda ſint.*

11 DE hac re vide Rebellum, 1. lib. de obligationibus iuſtitiæ & charit. quæſt. 6. ſectione 4.

*1. Regula.*

Prima regula, ſi lex eſt generalis, & in omnibus eadem eſt ratio; certum eſt, in omnibus eſſe eandem diſpoſitionem: & tunc non dici, extendi legem, ſed intelligi, vt iacet, cum ſua amplitudine, & generalitate, ſiue lex ſit pœnalis, & exorbitans; ſiue ſecus.

Nam id tacitè videtur ineſſe, in quo eadem ratio reperitur, l. his ſolis ibi, *ſatis tacitè cautum*, C. de reuocand. donat. quæ verè loquitur in lege pœnali, & exorbitante: vnde Azor tom. 1. lib. 5. cap. 16. quæſt. 11. ait, in delictis, & pœnis legem ad ſimilia quoque trahi, quando eſt eadem omnino in ſimilibus ratio legis, & citat Panorm. Ioann. Andr. & alios: alioqui, inquit, illud ſeruetur, quod habetur, l. interpretatione, ff. de pœnis, *interpretatione legis pœna mollienda potiùs, quàm aſperanda.*

*Interpretatione legis pœna mollienda potius, quàm aſperanda.*

Quòd ſi de vno tantùm fiat mẽtio in lege, cenſendum erit poſitum gratia exempli, ſeu exemplariter; & non reſtrictiuè: quia leges non agunt de vna ſingulari perſona: & quãuis in aliis nõ procedat eadẽ ratio in ſpecie, ſi procedit alia ad ipſas extendenda eſt lex ex eadem l. his ſolis. Quod etiã in pœnalib. & aliis odioſis procedit, ſaltẽ non nimis grauibus. An verò idem ſit dicendũ in correctoriis legibus, videbimus poſtea. In tota huius regulæ doctrina cõſentiunt poſt Bar. Bal. Pan. & alios, Tiraq. l. ſi vnquam, verb. libertas, à n. 45. li. 8. tit. 56. l. 8. Menoch. remed. 4. de recip. poſſ. n. 20. & Reb. ſupr.

Reſtringere videntur aliqui hanc doctrinam, vt locum non habeat in pœnalibus, & aliis odioſis, gloſſ. 1. cap. conſtitutio, de elect. in 6. Imola, & Gemin. cap. ſi poſtquam eodem titul. in 6. Petrus Duennas, de regulis vtriuſque iuris reg. 287. alios referens. Duplicem enim diſtinguunt legis mentem; alteram comprehenſiuam, alterã extenſiuam: comprehenſiuam dicunt comparatione caſuum, qui in lege comprehenduntur, & de quibus lex agit: extenſiuam autem reſpectu ſimilium, de quibus lex non loquitur. Dicunt ergo ſecundùm mentem comprehenſiuam extenſionem fieri de vno caſu ad alium, etiam in pœnalibus: ſed hanc non eſſe propriè extenſionem. At verò in pœnalibus, & aliis odioſis non fieri extenſionem ſecundùm mentem extenſiuam, ſeu extenſionem propriè dictam. Rebellus ſuprà ait, contrariam doctrinam ſuperius poſitã veriſimiliorem videri, & grauioribus niti rationibus, & doctoribus, quamuis hæc quoque probabilis ſit, & defendi rectè poſſit.

*Duplex mens legis, altera comprehenſiua, extenſiua altera.*

Ego credo, has opiniones non eſſe inter ſe cõtrarias, & facilè poſſe conciliari. Nam ſi verba legis propriè ſumpta caſum, vel perſonam aliquã comprehendunt, dicere quòd in illo caſu, vel perſona locum habeat, non eſt illa extendere: ſecus ſi illum caſum, vel perſonã propriè ſumpta minimè comprehendant. Cùm ergo lex eſt pœnalis, & odioſa, de perſona ad perſonã debet fieri vera extẽſio: quia perſona determinata nõ ponitur in lege niſi gratia exempli. Sed de caſu ad caſum etiamſi in eo procedat eadem ratio, vel etiam maior, non debet fieri extenſio propriè dicta: quia contingit, legiſlatorem pœnam, vel aliquid odioſum ſtatuiſſe in vno crimine, & non in alio, vel quia alterius non meminit, vel quia ob aliquam rationem, quæ mouere ipſum non debuit, motus eſt ad non ſtatuendum illud in alio crimine: niſi quando moraliter loquendo crimina ſunt æquiualentia, & eiuſdem rationis, & vnum illorum cenſetur poſitum gratia exempli tantùm: vt ſi lex dicat, qui furatus fuerit centum aureos, ſuſpendatur: idem erit, ſi furetur rem eiuſdem valoris; quia aurei ſolùm ſunt poſiti gratia exempli. Iuxta hoc intelligendum, vel moderandum eſt, quod ex Sylueſt. verbo, lex, quæſt. 18. ſubiungit Rebellus ſuprà, vnde ipſemet Rebellus tandem optimè dicit. *Vnde quando pœna grauis legi apponitur, vt pœna capitalis, omnium bonorum*

*amiſſio,&c.vel ipſo facto.vel ipſo iure incurrẽda,cuiuſmodi eſt excommunicatio, irregularitas,& aliæ ſimiles, non admitterem extenſionem legis de vno caſu ad alium propter ſimilitudinem rationum, niſi legitimo iam vſu recepta fuerit talis extenſio:quia non ita facilè præſumere debemus, legiſlatorem omnes alios ſimiles caſus ſub tam graui, taliue pœna voluiſſe comprehendere. In dubio autem extenſio pœna facienda non eſt: præſertim ſi pœna ſecum afferat ſui executionem.*

*In dubio extenſio pœna facienda non eſt.*

12 Secunda regula,propter identitatem,vel maioritatem rationis extenſio legis fit ad rem latiùs, vel minùs propriè aliqua voce ſignificatam: vt diſpoſitio excludens filiam à ſucceſſione exiſtentibus maſculis extenditur ad neptem, quæ impropriè dicitur filia; quia in ea maior eſt ratio, vt excludatur. Hanc tenet Rebell.ſuprà,cum Bald.l.maximum vitium,C.de liber. præteritis, Butrio,cap. fin. de conſuetud. Lanfranco ſuprà, §. venio ad 4. concl.2.

Tertia regula, Aliquando propter identitatem rationis,quòd dicitur de vno correlatiuo,extenditur ad aliud. Rebell. ſuprà, ex l.8. C. de indicta viduitate:& ita ſtatutum de marito interdum extenditur ad vxorem conſentit Bald.lege liberorum ff. de his,qui notantur infamia. vnde infert Rebellus ſi ferretur lex, vt maritus ſuccederet, vel non ſuccederet vxori in ſuis bonis, idem quoque intelligendum eſſe de vxore, vt ſuccederet, vel non ſuccederet in bonis mariti, etiamſi de ea nihil lex declararet: ſimiliter de patre, filio, auo, & nepote mutuò comparatis. Hoc intellige quando ex ſimilitudine rationis, & aliis adiunctis perſpiceretur, mentem diſponentis ad vtrumque correlatiuum ſe extẽdere,licèt in vno tantũ poſuerit exemplum.

13 Quarta regula,quando duo caſus ſecundùm ius æquiparantur in aliqua materia, quòd de nouo additur vni, extenditur ad alium in eadem materia, Bart.l.Marcellus,§.quod autem, ff. ad Trebell. l.ſi quis ſeruo.C.de furtis,& Angel.ibi,Rebell.ſuprà, verbi gratia, quia regula recepta habet, *vbi ceſſat Falcidia,ceſſare debere Trebellianicam*:ex dict.§. quod autem fit, vt ſi quid diſponitur in Falcidia, habere debeat locũ in Trebellianica. Secus quoad materiam, in qua non æquiparantur, quamuis in aliis cerneretur æquiparatio. Quia enim minor,& Eccleſia non æquiparantur, quoad præſcribendi tempus,non ſequitur, vt quod in Eccleſia de nouo fuerit diſpoſitum, quoad præſcriptionem, debeat habere locum in minore,vel vice verſa,quantumuis in beneficio reſtitutionis in integrum, vel in aliis forent æquales.

Quinta regula,quando vnum alio menſuratur, quod in menſurante fuerit mutatum, in menſurato mutatum cenſebitur; vt quia tutela legitima defertur inſtar ſucceſſionis ab inteſtato, ſi per ſtatutum agnati præferantur cognatis in ſucceſſione, præferri etiam debebunt in tutela, vt docet Bart. l.1.ff.de legitima tutela. Item: ſi lege permiſſum ſit donare certam quantitatem laico ſine inſinuatione, verbi gratia, centum, & duplo maiorem, verbi gratia, ducenta, Eccleſiæ vbi per nouam conſtitutionẽ facta fuerit facultas donandi ampliorẽ laico, verbi gratia, ducenta, cenſebitur extenſa facultas donandi Eccleſiæ ad quadringenta, Rebell. ſuprà.

Sexta regula, ſi diſpoſitio nullũ ſortitur effectũ, niſi fiat extẽſio ad alium caſum, neceſſariò facienda erit. Similiter ob Reip. vtilitatem extendẽdum erit ſtatutum, quantumcumque alioqui ſit ſtricti

A iuris, non ſolùm quando continet fauorem: ſed etiam ſi ſit pœnale, vt notauit Bart.l. quemadmodum, C. de agricolis & cenſit.lib. 11. de Rebell. ſuprà.

Septima regula; lex limitatoria recipit extenſionem ex ſimilitudine rationis, iuxta c.cùm dilecta, verſ. nos igitur, de confirmatione vtil. & Doctores ibi, Barboſa l.ſi cõſtanti,ff.ſoluto matrimonio, num. 94. id confirmat; quia cùm lex limitatoria conſtituat ius commune,& vniuerſale, ſit vt in ea locum habeat l.non poſſunt. ff. de legib. quæ decernit, iudicem ad ſimilia procedere debere ex aliis legibus, & caſibus manifeſtis, eo quòd non poſſunt caſus omnes legibus comprehendi. Si tamen

B lex limitatoria cõtineret particulam, *tantum*, tunc cenſeretur prohibita extenſio ad caſus ſimiles, vt poſt Bart. & Baldũ obſeruat Barboſa ſuprà, quod Rebell. intelligit de extenſione per hominem facienda. Nam ſi extenſio fiat ad caſus ſimiles, qui per alias leges ſunt diſpoſiti, non cenſebitur tali lege prohibita. Alioqui ſi ex aliis legibus non reciperet extenſionem, cenſeretur correctoria earumdem legum. Quod tamen in dubio præſumi non debet, imò ſi agatur de cauſa pia, & fauorabili, ritè per hominem fieret extenſio legis limitatoriæ ad ſimiles caſus, non obſtante dictione incluſiua iuxta l.illud, cum gloſſa, verbo, alia, C. de ſacroſanct. Eccleſ. conſentit poſt alios Bar-

C boſa ſuprà, num. 96. loquitur autem Barboſa de lege limitatoria,& correctoria, vt ſect. 3. diximus illas explicuiſſe, vt & in ſequentibus de lege exorbitante.

Octaua regula poſita à Rebello ſuprà, eſt, leges exorbitantes non recipiunt extenſionem ex ſimilitudine rationis, ad caſus ſimiles. Hæc quamuis ab aliquibus nõ admittatur, qui leges limitatorias, & exorbitantes inter ſe confundunt: tamen certa eſt Rebello poſt Iaſonem, Barth.& Baldum. Eam probat Barboſa ſuprà, ex cap. quæ à iure, de regul. iur. in 6.l. quòd verò, ff. de legib. & inſtit. de iure 14

*Leges exorbitantes non recipiunt extenſionem ex ſimilitudine rationis.*

D nat.§.ſed & quòd principi. Alij probant: quia ius exorbitans cẽſetur quaſi priuilegium, ſeu diſpenſatio in lege generali in fauorem alicuius cauſæ, vel perſonæ conceſſa: priuilegium autem,& diſpenſatio extenſionẽ non recipiunt ad ſimiles caſus, dicta l. quòd verò, & c.ſanè, de priuileg.

Addunt, quòd diſpenſatio,& priuilegium in effectu vidẽtur continere correctionem regulæ generalis: quoad caſum tamen ſpecialem. At lex correctoria ex ſimilitudine rationis præciſè non ſolet extendi: ergo nec exorbitans, cùm ſit quaſi quædam diſpenſatio, & priuilegium aduerſus legem. lex tamen exorbitans non dicitur verè correcto-

E ria: cùm legem generalem nec tollat, nec minuat. Sed iſtæ additiones non placent: quia lex exorbitans etiamſi aliquando ſit veluti diſpenſatio, aut priuilegium: non tamen ſemper,& cùm id eſt, ſanè minuit legem: quia facit, vt non obliget in caſu, in quo aliàs obligaret, vel, vt non obliget perſonam, quam aliàs obligaret, quamuis autem legem minuat, non eſt correctoria: quia non illam emendat, cùm nullum defectum lex contineret: id enim ſolùm corrigitur quod emendatur; emendatur autem, quod defectuoſum erat.

Hanc regulam limitant quidam primò, ſi lex exorbitans lata eſt in materia fauorabili,& pia: extenſionem recipit ex ſimilitudine rationis, eſto contineat dictionem excluſiuam, vt poſt Alexand. 15

Felin.

Digitized by Google

Felin. & alios tradunt Tiraq. l. ſi vnquam, verbo, libertis, à num. 61. C. de reuoc. donat. Barboſ. ſupr. nu. 97. Quod tamen procedere volunt, quando diſpenſatio ipſa in ſe fauorabilis ſit: ſecus ſi non ſit in ſe fauorabilis: quamuis ob cauſam fauorabilem fortè inducta ſit: nam tunc, ſi exorbitãs ſit, extenſionem non recipiet ex ſimilitudine rationis, vt probat l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrim. vbi non fit extẽſio ad aliam perſonam, in qua videtur eſſe ſimilis ratio; quia licèt ea diſpoſitio ſit exorbitans, & inducta ob fauorem mulieris, ac dotis, non tamen in ſe fauorabilis eſt. Secũdò limitãt, lex exorbitans extenditur ex ſimilitudine rationis ad caſum, qui per ius antiquum æquiparatus fuit caſui legis exorbitantis. Si modò talis æquiparatio fiat per modum regulæ generalis, vel in eadem materia tradunt poſt alios ex cap. tranſlato de conſtit. & l. qui neque. §. 1. ff. de rebus eorum, probat Barboſa ſuprà, num. 98. Dixi per modum regulæ: quia æquiparatio facta per modum regulæ, in quocunque caſu cenſetur facta: quando autem non fit per modum regulę, ſed in aliquo caſu particulari, tunc ſi fiat in eadem materia, & caſu cenſebitur idem voluiſſe in caſu æquiparato, quamuis in aliis caſibus nõ ſit æquiparatio: quòd ſi inuenias duo æquiparata in diuerſa materia, & caſu, non cenſebitur lex exorbitans, idem in æquiparato diſponere voluiſſe. De quo vide Bart. ſuprà, num. 99. Tertiò limitant, vt lex exorbitans extendi debeat ad caſum, qui ſub verbis latè ſumptis comprehendi poteſt, vt in Senatuſconſulto Macedoniano, quod in odium creditorum mutuantium filiis alienis inductum eſt, exorbitans in argumenta legis filiuſfamilias, ff. de actionib. & in eo tã mutuatio pecuniæ, quàm nomen, filius, extẽditur ex ſimilitudine rationis ad mutuationem aliarum rerum, & ad nepotes, l. filium habeo, 16. ff. ad Macedonianum: vt ex Imola, Iaſon & aliis obſeruat Barboſa ſupr. nu. 100. Hanc limitationem intelligunt, niſi diuerſa ratio ſit, vt notat Pinel. l. 1. C. de bonis matern. parte 1. num. 72. ſi etiã lex exorbitans cõtineat nimiũ rigorem & odium, non extenditur ex ſimilitudine rationis. Vnde licèt impunè pater poſſit filiam occidere in adulterio deprehenſam, quam in poteſtate habet, l. patri, 20. ff. ad leg. Iuliam de adulteriis: id tamen non permittitur auo, etſi non diſſimilis ratio videatur. Similiter nec lex exorbitans extenditur propter rationis ſimilitudinem, quę nimis grauem pœnam adiungit, cuiuſmodi eſt pœna capitalis, bonorum amiſſio, & aliæ maximè ſi ipſo iure incurri debeat, vt in excommunicatione, ſuſpenſione, irregularitate, & aliis eiuſmodi contingit. In his tertiæ limitationis limitationibus conueniunt Alexand. Decius, & alij quos citat, ac ſequitur Barboſa, ſuprà num. 101. vbi etiam notat, hæc locum habere in lege exorbitante, non in diſpoſitione facta ab homine, cuiuſmodi eſt teſtamentum, legatum, & ſimilia, quæ non extendẽtur ad alium caſum, qui ſub vocabulo latè ſumpto poterat contineri, iuxta l. quòd ſi nepotes, ff. de teſtamentaria tutela, niſi aliud ex mente diſponentis ſufficientibus indiciis colligatur.

## SECTIO VI.

*Quo pacto interpretandæ ſint leges correctoriæ.*

A VIde Rebellum lib. 1. de obligat. iuſt. quæſt. 6. ſect. 5. ſumendo correctionẽ latè pro mutatione legis. Prima regula à quibuſdam conſtituitur: Quando lex ſecundùm formã verborum contradicit iuri communi, verba tamen legis poſſunt aliquid operari, non inducendo correctionem, putandum eſt correctoriam non eſſe, iuxta cap. cùm expediat de elect. in 6. & l. ſi quãdo. C. de inoffic. teſtam. Iubet lex ſuſpendere fures, ſtatutũ verberare: primum intellige in furtis grauioribus; ſecundum in leuioribus, vt vitetur iuris communis correctio. Si verò lex poſterior nihil operari poteſt ſine correctione prioris, prior cen- B ſebitur correcta; quid verba legis aliquid operari debent, iuxta gloſſ. fin. ad l. 1. ff. ad municipalem, & alios cõmuniter, quòd ſi in eodem volumine duo fortè ſtatuta contraria reperiantur, primum corrigitur per ſecundũ, ſicut etiam lex ſecunda derogat priori, ſi ſimul ſtare nequeunt, cap. 1. de conſt. in 6. & quamuis ſimul ſtatuta confirmarentur, cenſentur tamen ſecundùm collocationis ſuæ ordinationem confirmari: & quod vltimò ponitur, vltimò confirmari poſthabito primo, iuxta l. 2. C. de teſtamentaria tutela. 16 1. Regula.

Secunda, ſi lex generalis ſuperueniat particulari C conſtitutioni ab alio, vel aliis anteà factæ, & illi ſit contraria, non corrigit illam, niſi fortè conditor legis præſumatur ſcire particularem conſtitutionem, & facultatem habeat eam abrogandi: & præſumatur id velle, ex cap. 1. de conſtit. in 6. & ratio redditur; quia in iis, quæ ſunt facti, cuiuſmodi eſt particularis conſtitutio, præſumitur ignorantia Principis, & conſequenter nihil voluiſſe circa talem conſtitutionem immutare, quare diſput. de conſuetudine dixi, per leges generales non abrogari peculiares prouinciarum conſuetudines, de quibus etiam in Principe præſumitur ignorantia facti, quæ in prudentiſſimis eſſe ſolet, vt dicitur l. 1. ff. de iuris & facti ignorantia.

Sed, an ſuperueniente noua lege ſicut tolleretur D vetus, ita particularis conſtitutio cum illa concordans? affirmare videtur poſt Ioan. Andr. Bartol. l. 1. ff. ad legem Falcid. alij negãt, alij dicunt ex circunſtantiis indagandum, num conditores conſtitutionis intenderint ſibi ſtatuere ius commune antiquum, quod magis præſenti negotio deſeruiret, magiſque adhuc deſeruiat, quàm nouum, & tunc conſtitutiones noua lege nõ immutari, quia tunc præſumere debemus, conditores conſtitutionis potiùs habuiſſe rationem ſubiectæ materiæ, quàm legis antiquæ: ſecus verò, ſi magis lex noua expedire videretur in materia ſtatuti.

Tertia, lex correctoria ex ſimilitudine rationis non extenditur ad alios caſus, etiamſi in illis ma- E ior ratio ſit; communis opinio apud Tiraquel. ſuprà num. 45. Barboſ. num. 102. Menoch. rem. 4. de adipiſcenda poſſeſſ. num. 22. qui eſſe communem, teſtatur num. 35. cum Iaſon. & aliis. Si tamen in l. correctoria exprimatur ratio generalis, propter quam alia corrigatur, & aliquos tantùm caſus recenſeat, omnes ſimiles non expreſſos comprehender, quibus eadem omnino, & totalis ratio accommodari poſſit, verùm ea non extenſio propriè, ſed comprehenſio dicenda eſt, iuxta l. regula, §. fin. ff. de iuris, & facti ignorantia, cenſetur enim lex correctoria eoſdem caſus per vim illationis ex eadem regula generali expreſsiſſe, vt poſt Baldum notauit

Barboſa ſuprà.Modo verba legis ſaltem amplè accepta caſus nō expreſſos comprehendere poſſint, alioqui ad tales caſus nec ex maiori ratione extendetur,iuxta communem, & ſi extendatur,magis dicitur extenſio facta ab homine, qui legem nouam condere non valet,quàm ſecundùm mentem legiſlatoris:quia id quod ex verbis non venit, nec ex mente prouenire creditur,l.labeo,§.id Tubero, ff. de ſupellectile legata. Similiter ſi in l. ſic dictio taxatiua,ſiue excluſiua non fiet extenſio ad caſus nō expreſſos, eſto ratio expreſſa illis adaptari poſſit,vt poſt Baldum, Iaſonem & Socinum iuniorem,tradit Barboſa ſuprà,num.103.

Quarta ſi lex in peculiari caſu cum ratione expreſſa,diſponat, non extendetur ad alios ſiue correctoria, ſiue exorbitans ſit: quia cùm lex reſtringit rationem ad certum caſum vel perſonam cenſetur procedere per modum declarationis, ita vt extra eum caſum diſpenſatio locum non habeat, Barboſ.poſt alios illo nu. 103. vt ſi teſtator vocet certas perſonas exprimēdo rationem agnationis, non debent venire omnes agnati,ſed tantū agnati expreſſi, eo quòd ratio illa generalis ad perſonas expreſſas reſtricta cenſeatur. Moli. 1. de primogeniis,cap.5.num.19.& 37.Menoch.conſil.347. nu. 34.lib.4.Barb.ſuprà.Ob eandem rationem diſpenſatio ad caſus ſimiles non extenditur,cap.1.& 2.de filiis presbyt. in 6. licèt ratio expreſſa in diſpenſatione limitet in aliis ſimilibus:quia liberum legiſlatori eſt diſpenſare in vno caſu, vel perſona, & non in aliis omnino ſimilibus: idque velle tunc videtur,limitāt alij,niſi caſus ſimilis ad perſonam expreſſam in diſpenſatione pertineret: tunc enim etiam in materia correctoria diſpenſatio extenderetur, vt cum Imola, Alex.& aliis, docet Barboſa num.104. nec enim in correctoriis vitioſa eſt extenſio ad caſum eundem in ſubſtantia, diuerſum in ſola qualitate, ſecus ſi eſſet diuerſus in ſubſtantia;quo etiam modo in materia exorbitante fit extenſio ad alium caſum in eadem perſona, non in diuerſa, vt exemplis à iure acceptis probat Barboſa illo num.104.vbi etiam ex iure oſtendit, diſpoſitionem,quæ loquitur in caſu vero extendi ad fictum inter eaſdem perſonas contingentem, eam tamen quæ procedit in perſona vera, regulariter non verificari in ficta.

*Non eſt vitioſa extenſio in correctoriis ad caſum eundem in ſubſtantia, diuerſum in ſola qualitate.*

Sed an regula quarta procedat quando caſus iure antiquo æquiparati occurrerint? quidam reſpondent, ſi lex noua corrigat vnum de duobus caſibus æquiparatis,cōſequenter,ac tacitè alterum æquiparatum corrigere:alij negant, ſi ſermo ſit de lege correctoria.Barboſa opiniones cōciliat,n.105. vt ſi ratio in lege correctoria nō ſit expreſſa, non admittatur extēſio ad caſum æquiparatū,eo quòd legiſlator fortè motus eſt ad corrigendam legem ex aliqua ratione, quæ in caſu æquiparato minimè limitet, & regula de æquiparatis tunc ſolùm habet locum,cùm identitas rationis,interuenit in vtraque quòd ſi in lege correctoria ſit expreſſa ratio, quæ pariter militet in caſu per ius antiquum æquiparato, admittendam eſſe extenſionem, de vno ad alium iuxta communiorem ſententiam, quia tunc ſaltem ſecūdùm mentem videtur comprehenſus,vt ex iure ibidē confirmat,quod tamen limitat ad caſus æquiparatos ſecundùm eādem rationem in ſpecie: nam ſi rationes ſint ſpecie diuerſæ in genere moris, ait,non eſſe locum extenſioni:vnde quia fauor publicus, & fauor pius religionis ſpecie differunt in genere moris, quamuis Eccleſia,& ciuitas fuerint æquiparatę,quoad illud priuilegium, ne aduerſus eas curreret minor præſcriptio, quàm centenaria, l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.ſit vt authent.quas actiones eod.titulo,per quam corrigitur priuilegium illud, quoad Eccleſiam,vt ſola Romana Eccleſia illo vtatur, & contra reliquas Eccleſias quadraginta annis præſcribatur:non cenſeat corrigere idem priuilegium ciuitatibus conceſſum,& ita hodie aduerſus ciuitatem,non niſi centenaria præſcriptio currit, quoad illos caſus expreſſos in d.l.fin.iuxta gloſſ.communiter receptam ad præfatam authenticam. Alioqui iam ob ſimilitudinem rationem fieret extenſio legis correctoris, vt infert Tiraq. ad l. ſi vnquam.C.de reuoc.don.verbo libertis,nu.45.quod nullo modo admittendum eſt iuxta reg. 3. Quando verò in caſu æquiparato militat eadē ratio ſecundùm ſpeciē,quæ in altero caſu æquiparato, & per legem correcto expēſa eſt, non ſimpliciter ſit extenſio, ſed potiùs ex identitate rationis comprehenſio, quæ etiam in correctoriis admittenda eſt iuxta 3.regulam,& probat latè Tiraq.ſuprà.

Quando verba legis contineant ſententiam,latam,quando ferendam, diſp. de lege pœnali fuſè docuimus.

## SECTIO VII.

*Quando,& quomodo lex extendatur,ſeu trahatur ad præterita.*

SYlueſter verbo,lex, qu. 23.ait, legē per ſe loquēdo,ſeu niſi aliud exprimat,nō 17
trahi ad præterita, vnde tunc pœnam non incurrere eos, qui ante deliquerunt, vel opus cœperunt, vt qui extrahebant triticum,& opus perficiunt adueniente lege:Sylueſtrū ſequitur, & explicat Azor to.1.lib.5.cap.16.quæſt. 13.Poteſt tamen lex voluntate Principis de præteritis ferri,vnde in l.leges,C.de legibus, ſic dicitur, *leges & conſtitutiones certum eſt futuris dare formam negotiis:non ad facta præterita reuocari,niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit:*& motus proprius Sixti V.de illegitimis, & receptione religioſorum, de expreſſa volūtate Pontificis ad præterita ſe extendebat.

*Lex non trahitur ad præterita per ſe loquendo.*

Sed pro maiori declaratione dico primò, lex declaratoria ad præterita ſe extendit, Azor ſuprà, Panorm.Decius Felinus, & alij communiter, cap. fin.de conſti.Bart. & alij,l. omnes populi,ff.de iuſt. & iure,ex Authen.de filiis ante dotalia inſtrumenta natis,colla.3.& probatur:nam qui declarat,non nouū ius condit,l.hæredes palam.§.1.ff.de teſtam. ſed præteritum declarat, ſed præteritum ad præterita ſe extendit:ergo & lex declaratoria. Exempla ſumuntur ex cap. vt lex, 27.quæſt. 1.vbi cenſetur, non eſſe matrimonium,quòd clericus in ſacris,vel religioſus profeſſus contrahit, quamuis de hoc textu,& aliis dubiū eſt,an declarēt, vel ius nouum conſtituant. Vnde verborum proprietas, & ratio legis diligenter eſt expendenda in ſingulis, vt bene explicauit gloſſ. & cùm ea Panorm. Clem. 1. de conceſſ.præb.verbo cenſemus, quo vtitur dictum cap.vt lex,& reddit rationem antiquam: ideo non dubito,quin ius declaratiuum contineat,& conſequenter extendatur ad matrimonia, quæ illud decretum præceſſerūt. Clarius exemplum eſt in cap. fin.de

*1.Conc. Lex declaratoria ad præterita ſe extendit.*

Digitized by Google

fin. de ſponſa. duorum; vbi matrimonium contractum, & cõſummatum poſt aliud ratum, nondum conſummatum, cenſeatur nullum: quod ad præterita extenditur. Aliud exemplum eſt in cap. gaudemus, de diuortiis. Ratio verò eſt: quia lex declaratoria nõ eſt regula actionis: ſed ſupponit, & interpretatur regulam: ergo ante legem declaratoriam erat lex inducens obligationem, vel alium effectum: ad quem lex declaratoria ſe extendit legem priorem declarans.

*Lex declaratoria non eſt regula actionis.*

18 *2. Concluſ.*

Dico ſecundò, lex conſtitutiua noui iuris nõ ſe extendit ad præterita, niſi ex voluntate legiſlatoris ſatis expreſſa. Ita Azor, & Syluest. locis initio citatis, & ſumitur ex lege ibi citata, & ex cap. 2. & cap. vltimo de conſtitutione, vbi doctores communiter, Gloſſa ibi & cap. 1. de cleric. nonreſidentibus in 6. verbo, receperint, & Clem. 1. de teſtament. verbo, deputatis, & Clem. 2. de ætate, & qualitate verborum in poſterum: & Clem. 1. de conceſſ. præb. verb. cenſemus. Quod vt melius intelligatur, recolendi ſunt effectus legis. Primus eſt obligare, & hic locum non habet in actibus præteritis: quia ad præteritum nemo poteſt obligari, etiamſi legiſlator id maximè velit. Secundus eſt punitio, & quoad hunc effectum lex ex voluntate legiſlatoris poteſt ſe extendere ad actum præteritum, non ſolùm quatenus continuatur, & habet tractum ſucceſſiuum (quod eſt per ſe notum, & eſt textus expreſſus, cap. cum tu de vſuris, & eſt frequens in cenſuris ferendis) ſed etiam propter actum omnino præteritum, ſeu commiſſum, vt ſit: ſi tamen talis actus fuit malus contra aliud ius antiquius naturale, vel poſitiuum: quia nullus actus eſt pœna dignus, niſi quatenus per illum violatur aliquod ius: intellige de pœna propriè dicta. Nam ſi nõ ſit propriè pœna, ſed irregularitas, vel inhabilitas, poteſt ob præteritum actum inculpabilem imponi. Idem eſt de reuocatione priuilegij. Exemplum primi eſt in motu Sixti V. de illegitimis: ſecundi verò in Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. vbi diſponit de ordinatis in minoribus, & comprehendit eos, qui ante illam legem erant ordinati, & ſuppono, legiſlatorem poſſe punire delicta facta non ſolùm contra ſuas leges; ſed etiam contra alias diuinas, vel humanas: quia ad ipſum pertinet, vt omnia iura ſeruentur, & eorum tranſgreſſores puniantur. Et ſicut poteſt punire delictum per ſententiam, ita & per legem poſteà latam: quia ſententia eſt quædam particularis lex: & generalis lex eſt, quaſi generalis ſententia. Poteſt autem lex dupliciter punire ipſum præcedens delictum. Primò, per pœnam ipſo iure impoſitam, & hoc rariſſimè, aut nunquam fit, quia eſſet nimis rigoroſum, vnde cenſuræ, quæ maximè ſolent ipſo iure imponi, nunquã imponũtur propter delictum præteritum, vt ſic, de quo Suares, & alij tract. de cenſuris, alio modo deſignando pœnam inferendam à iudice, & hoc facilius fieri poteſt in ordine ad delicta iam cõmiſſa, quãdo non habebãt aliam pœnam lege taxatam: nam tunc futura erat arbitraria, & hoc arbitrium poteſt lex definire. Si autem prius erat taxata pœna per priores leges, vix poteſt augeri per poſteriorem in ordine ad delicta iam commiſſa: quia contingeret bis eundem pro eodem delicto puniri. Propter aliquam tamen vrgentem cauſam boni communis id fieri poſſet à ſupremo Principe: quia nunquam ſibi abſtulit huiuſmodi poteſtatem: eodemq; modo ſentio de alio effectu legis, qui eſt irritatio. Rarò enim poteſt lex de nouo irritans ad actus iam factos extendi: vnde Sa, verbo, lex, nu. 24. lex ſequens non tollit actũ præteritum, etiãſi huius effectus pẽdeat ex futuro. Sed ex iuſta cauſa id poteſt Princeps, vt & iudex aliquando per ſententiam; Si tamen actus diſſolubilis ſit. Quod dico propter matrimoniũ, vel ſimiles actus, ſi qui ſunt natura ſua, vel ex Chriſti inſtitutione indiſſolubiles. Imò & in iis, qui ab hominibus irritari poſſunt, quidam ita validè fiunt, vt ſint omninò firmi ex ſe: quia videlicet legitimè facti ſunt, & iuxta omnes leges, quæ vigebant, cùm facti ſunt. Et huiuſmodi actus ſemel facti, nõ poſſunt moraliter loquendo, ſequenti lege irritari, niſi fortè in pœnam alicuius noui delicti, vel propter tantam neceſſitatẽ boni communis, vt ad ſubueniendum illi poſſit quis bonis ſuis priuari. Quia per talem actum eſt ius acquiſitum de ſe firmum, & ſtabile. Alij ſunt actus, qui licet ſint validi: ſunt tamen infirmi aliquo modo; quia ex parte cõtra legem facti ſunt, & hi poſſunt faciliùs ſequenti lege irritari: nam in illis propriè habet locum ratio facta.

*Primus effectus legis eſt, obligare.*

*Secundus punitio.*

*Sententia eſt quædam lex particularis.*

Itaque lex poteſt ſe extendere ad preterita, non præcipiendo, aut prohibendo, vel obligando: ſed puniendo, & irritando: vt autem extenſio ad puniendum, vel irritandum actum præteritum admittatur, neceſſe eſt, in lege ipſa eſſe ſatis expreſſam, vt patet ex iuribus, & doctoribus citatis concluſ. 2. vnde quãdo lex antiquum ius renouat pœnis nouis irrogatis, eas pœnas non contrahunt ij, qui ante deliquerunt, vt docet Azor ſuprà, cum Panor. c. quouiã ſimoniaca, de ſimonia, ex Paulo, & Cardinalis, Clem. ex graui, de vſuris. Quod maximè eſt verum, quando lex ponit particulam aliquam, qua indicat, ſe loqui tantùm de futuris, vt in cap. vnico, de conſuetud. in 6. vbi Gloſſa, verbo, de cætero. Vnde ſi dubium fuerit, potiùs lex coarctanda eſt; quia pœnæ, & odia ſunt reſtringenda: & quia leges modo maximè cùm naturali interpretandæ ſunt: extenſio autem legis nouæ ad præteritum, quodammodo eſt præter naturam legis, quæ eſt regula futurorum. 19

*Lex regula futurorum.*

20 Quæres, quid ſit dicendum de eo, qui certum aliquid ex loco cœperit extrahere, & deinde ſtatuto, vel lege id extrahere prohibetur. Reſpondet Azor ſuprà, ea lege hominem minimè teneri, quia ante legem editam extrahere cœperat: lex autem eſt de non extrahendo; vnde in l. Cæſar, ff. de publicanis, & vectigalibus, cùm lata eſſet Principis conſtitutio: *Ne quis poſt Idus Martias Cotes ex Inſula Creta fodito, néve eximito, néve auellito.* cuiuſdam nauis onuſta Cotibus ante Idus Martias ex portu Cretæ profecta, vento relata in portum in portu erat; Deinde poſt Idus Martias profecta fuit. Quærebatur, num contra legem Principis poſt Idus Martias Cotes ex Inſula Creta exiiſſe viderentur. Reſponſum eſt, nihil contra legem factum eſſe, quia ante legem Principis Cotes ex Inſula euectæ fuerant.

Quærit ibidem Azor, an lex, vel ſtatutum conditum per verba preteriti temporis, & aliquid cõcedens, ad futura trahatur. Reſpondet cum Panorm. cap. cognoſcentes, de conſt. minimè, verbi gratia, ſit ſtatutum, Quilibet publicè proſcriptus ſi ſoluat decem, liber exiſtat: non intelligitur de iis, qui in poſterum proſcribentur: ſed de iis, qui fuerant ante proſcripti, ne detur occaſio peccandi.



Digitized by Google

21 Nota autem, interdum Principem declarare aliquid perperam factum eſſe; nihilominus illud ſuſtinet, vel declarando fuiſſe validum, & nolendo illud irritare, vel illud ratificando: ſic in cap. aqua, de conſecrat. Eccleſiæ, Pontifex declarat, violatam Eccleſiam non poſſe per ſimplicem Sacerdotem etiam ex commiſſione Epiſcopi reconciliari: tamen ait, ſe reconciliationem ſic factam miſericorditer tolerare. Ad idem eſt l.fin. C. de donat. inter virum & vxor. & l. imperialis, C. de nupt.

Nota etiam, aliquando legem declaratoriam habere aliquid admixtum legis cóſtitutiuæ ex poteſtate legiſlatoris declarantis. Et tunc quantùm ad id, quod addit declarationi nudæ, non extenditur ad præterita, ſed ad futura tantùm: vt in cap. quanto, de ſent. excom. per verbum, interpretamur, declarat Panorm. ſub excuſſoribus Epiſcopi comprehendi non ſolùm, qui poſitiuè cooperantur: ſed etiam qui non obſtant, cùm poſſunt. Quæ declaratio non eſt pura, & merè doctrinalis, ſed per poteſtatem aliquid addit, ideò quantùm ad id non extenditur ad præterita, ſicut è contrario aliquando fit declaratio per poteſtatem condendi legem, potiùs quàm per puram interpretationem, & nihilominus ſolet extendi ad præteritum ex peculiari voluntate Principis ſatis expreſſa, vt in declaratione Sixti V. circa ſuum motum proprium de illegitimis, & de receptione religioſorum. Vbi diſtingue de tribus effectibus legis iam commemoratis, qui ſunt obligare, punire, & irritare. Quantùm ad declarationem, ſi declaratio eſt pura, non poteſt non extendi ad præterita, nec fieri poteſt, vt non fuerit culpa contra legem ſic declaratam feciſſe, niſi ex ignorãtia, vel inaduertentia inculpabili; & hinc etiam fieri poteſt, vt lex declarata non extendatur ad præteritos actus quoad pœnam; poſteà verò extendatur: quia ante declarationem excuſabatur actus à culpa propter ignorantiam, poſteà verò poteſt non excuſari: qui autem excuſatur à culpa, excuſatur à pœna propriè dicta. Nam ſi ſit ſola indecentia, vt aliquando irregularitas, non excuſabitur homo ab illa. Idem dicendum de irritatione. Hæc enim non impeditur propter ignorantiam legis: quia non eſt propriè pœna, nec pendet ex culpa: ſed lex per ſe habet efficaciam ad impediendum valorem actus: ideò quoties lex declarat nullitatem actus, declaratio locum habet in actu præterito ſimiliter facto, etiamſi fortaſſe ignorantia interuenerit. Nullus autem aliquando eſt ex defectu conditionis iure diuino neceſſariæ; vt ſi lex declaret ſacramentum Confirmationis datum ſine balſamo non valuiſſe; & ita lex declarans ſic extenditur ad præterita, vt non poſſit per ſe ſupplere defectum, nec reualidare actum: quia pendet ex iure diuino. Aliquando oritur ex iure humano, actus verò eſt talis, vt pendeat ex efficaci conſenſu operantis, ſeu contrahentis, vt matrimonium contractum inter conſanguineos in quarto gradu, eſt nullum ſolo iure Eccleſiaſtico. Et hic etiam actus non poteſt reualidari per legem declaratoriam, aut Principem: ſed neceſſe eſt, vt conſenſus adſit, & eo præſtito reualidetur. Interdum verò valor actus pendet ex iure poſitiuo, & non ex conſenſu alterius: & tunc quamuis lex declarans nullitatem actus comprehendat præteritos, tamen Legiſlator poteſt auctoritate ſua illum defectum ſupplere, diſpenſando, vel per ſe talem defectum ſupplendo,

A & hunc dicunt aliqui eſſe caſum illius cap. aqua, de conſecr. Eccleſ. Nam benedictiò, & purificatio Templi inſtitutio eſt humana, & forma, vel neceſſitas eius potuit per Pontificem diſpẽſari, vel ſuppleri.

---

## SECTIO VIII.

*An lex quæ certum aliquod non prohibet, id concedere videatur.*

IN cap. inter corporalia, de tranſactio. duo dicuntur: primum eſt, nũquam intelligi prohibitum, quod non eſt conceſſum. Secundum, conceſſa creduntur omnia, quæ non ſunt prohibita. Huius textus varias expoſitiones adducit Sylueſt. verbo lex, quæſt. 21. Gloſſ. ibi, ait, Primum habere locum in iudiciis, & contractibus ſtricti iuris, vt in arbitriis, priuilegiis, & reſcriptis. Secundum verò in contractibus, vel aliis rebus bonæ fidei, in beneficiis, abſolutionibus, & ſimilibus. Hoſtien. ait, quando conſtitutio aliquid generaliter concedit, nihil excluditur, niſi id quod fuerit alioqui iure prohibitum: quoniam, qui totum dicit, nihil excludit: & ita lex aliquid in vniuerſum prohibens, omnes comprehendit, niſi ſint alioqui exempti. Quæ doctrina vera eſt: quia cùm in Legiſlatore ſit poteſtas, & ex alia parte generaliter diſponat, omnes perſonas comprehendit, niſi iure eximantur expreſsè. Neque credendum eſt ipſi exemptioni derogare principem, niſi ipſe exprimat. Ita docet Azor tom. 1. lib. 5. cap. 16. quæſt. 12. exempla ſubiungens; lege omnibus conceditur matrimonium contrahere: tunc poteſt quilibet, niſi alioqui ſit per aliam legem excluſus. Pari modo, ſi lex quippiam in vniuerſum prohibeat, id omnibus intelligitur eſſe interdictum, niſi alioqui ſint lege exempti; vt tametſi lege in vniuerſum vetetur, non eſſe furandum, nõ eſſe occidendum: attamen lege naturali excepti ſunt, qui vim vi repellendo occidunt, qui in bello iuſto interficiunt: ergo alium licet occidere, vt nos ipſos tueamur: & in bello iuſto ſimiliter licet alios necare. In extrema etiam neceſſitate furari licet, &c. vide aliqua alia de hoc in ſect. 11.

22 *Nunquã prohibitum eſt, quod non eſt conceſſum, & ſic omnia conceſſa, quæ non prohibita.*

*Qui totum dicit, nihil excludit.*

---

## SECTIO IX.

*Quomodo accipienda ſint, & quam vim habeant verba in literis commendatitijs poſita.*

VT ſi in fauorem tabellarij, vel alterius quis dicat, eſſe virum probum, fide dignum, idoneum, cui ſua negotia, & ſecreta committant, vel diuitem, vel fidelem, cui res ſuas poſſint tradere, vel mutuò dare, &c. Reſpondeo primò cum Rebello 1. de oblig. iuſtitiæ. quæſt. 6. nu. 47. 48. & 49. Prudentia, & charitas ſub mortali obligat ſcribentes litteras commendatitias, ne ij, ad quos ſcribunt, ſuo candido animo, vel ſimplicitate decepti detrimentum graue patiantur, & ſi periculum in ſe ſuſciperent, tenerentur de iuſtitia ad reſtitutionem damni, & cõtra eos daretur actio mandati, per l. ſi verò non remunerandi, §. ſi quis mandauerit, ff. mandati, Gloſſa ibi, Doctores communiter.

Secundò, ſi poſt commendationẽ ante factam per

per verba generalia atteſtantia probitati alicuius, amicus auctoritate tua confiſus, eidem à te commendato, res ſuas committat, antequam improbitatem, & infidelitatem eius, & furta, rerúmque iacturam deprehendat, non orietur inde obligatio iuſtitiæ commutatiuæ, nec ad reſtitutionem teneberis, iuxta l. & eleganter, §. vltimo, ff. de dolo, & l. vlt. verſ. nec. C. quòd cum eo, & Gloſ. ibi, Ang. Bart. Salicet. Sibi enim damnum imputare debet, quòd leuiter ſuas res generaliter laudato commiſerit. Secus, ſi dolo feceris, iuxta eandem l. eleganter, eod. §. vltimo, & Gloſſa, ac Doctores communiter, vide Anton. Gomez. 2. vari. cap. 13. de fideiuſſoribus, num. 5. dabitur enim tunc læſo actio contra te, & in foro conſcientiæ reſarcire damna teneberis, etiam antequam actio iudicialis intentetur.

Tertiò, ſi verba commendatitia adiicias, vt liber, vel equus illi tradatur, vel cum eo contractus vel ſocietas ineatur, aliqui volunt, te inde de iuſtitia obligari ad damna licèt ſine tuo dolo ſecuta, iuxta l. Lucius, citatam; & ibidem Bart. Angelum, Paulum, & Doctores communiter, & l. ſi litteras, C. mandati, Gloſſa, & Doctores ibi, Gomez ſuprà. Oppoſitum veriſimilius aliquibus meritò videtur ſaltem in foro conſcientiæ, ſi conſulere, & non fideiubere, nec mandare intendiſti, nec periculum in te ſuſcipere, maximè ſi potiùs ſignifices, vel ſupponas alterius periculo rem eſſe gerendam, tunc enim nullum pactum, nullúſve cõtractus eſt, vnde obligatio iuſtitiæ reſultet: tum, quia, vt habet reg. 62. iuris, in 6. *Nemo ex conſilio, niſi fraudulentè ſit, obligatur.* quæ regula à ciuili iure ſumpta eſt. & aduerſarij exponi poſſunt de literis rationem mandati continentibus, vel fideiuſſionem, vel vt ſcribentis periculo res geratur, vel dolo ſcriptis. Accedit, quòd ſi in foro externo poſſet fieri compulſio, hoc eſſet per actionem mandati, vt Gomezius, & cæteri aiunt: at ex ſimplici atteſtatione, l. conſilio actio mandati non competit in neutro, ergo foro eſt reſtituendi obligatio; imò addunt quidam, etiamſi verba non eſſent generalia, ſed ſpecialia, ac de re peculiari, & ita obſcura, vt æquale maneret dubium, num ſignificare velles tuo periculo rem gerendam, non contrahi inde obligationem iuſtitiæ ad reſtituenda damna, ſi nihil promittere voluiſti, nec dolo malo ita obſcurè locutus fuiſti, cùm nec ex contractu aliquo tunc, nec ex pacto iniuſtitiæ tenearis, quamuis ſub mortali charitate obligeris ad præcauendum damnum, ne alteri ex verbis, vel literis tuis detur occaſio incurrendi damnum notabile, vt diximus.

## SECTIO X.

### *Vtrum ſubdito licitum ſit præter verba legis agere.*

24 Videnda ſunt, quæ diſp. de lege naturali ſect. 7. de epiikia dicta ſunt, & diſp. de obligatione legis, an in dubio teneatur quis legem interpretari, vt obliget. Eſt modò difficultas, prima; an interpretatio à quolibet ſubdito adhiberi queat, Sotus 1. iuſt. q. 6. 8. dicit, primò, legem in eo caſu non obligare, in quo aduerſatur bono cõmuni, vt ſi lex ſit ne aperiantur portæ ciuitatis tempore obſidionis, & magna pars militũ æquè ad defenſionẽ ciuitatis neceſſa-

A ria, fugiat hoſtium incurſus cũ periculo vitæ aperiendæ ſunt portæ. Secundò dicit, ſi ſubitum ſit periculum, nec poſſit adiri ſuperior, vt declaret legem, & manifeſtum ſit tunc non obligari propter aliquam circumſtantiam, ſubditus poteſt ita interpretari, & contra illam agere. Tertiò, ſi ſit dubium, & non poſſit adiri ſuperior, & ſit periculum, idem poteſt ſubditus, ſecus ſi commodè adiri poteſt.

Caiet. quæſt. 96. art. 6. in manifeſtis non eſſe neceſſariam interpretationem ſuperioris: in dubiis, ſi prudens iudicaret Legiſlatorem præſentem declaraturum, ſe nolle in eo caſu obligare, ſi non poſſit adiri ſuperior, quemlibet poſſe interpretari, B & contra verba legis agere; ſecus ſi adiri poſſit. Si verò adhuc maneat dubium, ita vt prudenter non poſsit iudicari, an Legiſlator id probarit, non poſſit ſubditus præter verba legis agere. Iuniores eod. art. Caiet. ſequuntur, ſic interpretantes verba diui Thomæ cõtra ſententiã, &c. Idem verò Caiet. 2. 2. q. 120. ar. 1. ait, in dubio non poſſe præteriri verba legis. Secundò, legem poſſe deficere dupliciter, primò negatiuè, vt quando obſeruare legem non eſſet peccatum, ſecundò contrariè, vt quando eſſet peccatum. In ſecundo caſu locum habet epikia, in ſecundo ſeruanda eſt lex, quia lex non indiget correctione, quia non corrigeretur iuſtè, quod eſt contra rationem æquitatis, quæ iuſtitia quædam C eſt 2. 2. q. 120. art. 6. Item aliàs ceſſante fine legis in aliquo caſu fornicatio eſſet licita, vt ſi poſſit rectè proles educari, &c. Item ex D. Thom. 3. 37. q. 1. a. 4.

Dico primò, in manifeſtis locum habet epikia contra verba legis, ſiue quia ceſſat omninò finis, ſiue quia eſſet nociua, Caiet. 2. 2. quæſt. 120. art. 1. D. Thom. exemplo depoſiti, & 2. q. 96. art. 6. exemplo apertionis portarum. Vide etiam D. Tho. eod. art. 6. ad 2. quando eſt dubium propter varietatem opinionum, an lex poſſit, vel non poſſit in eo caſu obligare locum habet epicheia. Hæc enim nõ tam eſt interpretatio mentis legiſlatoris, quæ in caſu dubio ad ipſum pertinet, quàm poteſtatis, de qua D quiſque doctus iudicare poteſt, iuxta regulas Theologiæ, Philoſophiæ moralis, & Iuriſprudentiæ, vt ſi probabilior opinio ait in tali caſu cum periculo vitæ obligari non poſſe. Hác opinionem in praxi ſequi poſſumus, licèt alij contrariam teneant. Quando verò ſolùm eſt dubium dè voluntate legiſlatoris, & hoc dupliciter, vel enim difficultas conſurgit ex ſignificatione verborum, an ſub illis talis caſus comprehendatur, & tunc ſi probabile ſit non comprehendi, licitum eſt eam ſequi opinionem, vt in Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform. eſt dubium, qualem pœnam incurrat, qui ordinat ſine patrimonio, quia ex verbis antiquorum canonum, quos renouat, non ſatis conſtat an ſit ſuE ſpenſio, vel irregularitas interpretari poſſumus ſecundùm varias opiniones, verba autem quæ habent difficultatem, habentur 70. d. cap. neminem, & ſequentib. vbi dicitur irritã eſſe ordinationem eius, qui ſine altari ordinatur, & eſt difficultas, an nomine illo irrita intelligatur ſuſpenſio vel irregularitas, quòd ſi verba adeo duplicia ſint, vt non conſtet de mente Legiſlatoris, neque ratione probabili ad ſuperiorem recurrendum, & interim tutior pars eligenda.

Secundò poteſt eſſe difficultas in lege circa caſum particularem, an verbis ipſis ex mente legiſlatoris, cõprehendatur, quẽ verba abſolutè ſumpta ſigni- 25

Digitized by Google

ſignificant & comprehendunt, ſed quia ex aliquibus circumſtantiis præſumi poteſt de legiſlatore non voluiſſe illum comprehendere, tunc ſi res non ſit euidens, ſeruanda eſt lex, ſiue recurri poſſit ad ſuperiorem ante tempus obligationis, ſiue non: cùm enim cõſtet obſeruationem eſſe licitam, non eſt, cur verba legis ſuam obligandi vim non habeant. Secundò, tunc lex non peccat, ergo non debet epicheia emendari. Tertiò, aliàs verba legis mille fraudibus paterent, & falſis interpretationibus. Malè ergo Caiet. & alij relati dicebant in re dubia, ſi ſuperior ante tempus obligationis cõſuli non poſſit licitum eſſe à verbis legis recedere: cùm verò D. Thom. illo art. 6. ait, ſi ſit ſubitum periculum nõ patiens moras, vt ſuperior adeatur locum eſſe epiichiæ. Si verò non eſt ſubitum periculum non eſſe locum epiichiæ, ſed conſulendum ſuperiorem, nõ loquitur vtrobique in caſu dubio quomodocumque, ſed primum loquitur de periculo imminẽti, in quo obſeruare legem eſſet iniuſtum, & in hoc caſu meritò ait, non obligare legem, quia ſubitum periculum facit ceſſare legem: hic autem non eſt caſus dubius, ſed certus. Secundò loquitur de caſu, in quo nõ eſt ſubitum periculum, hoc eſt, non eſt euidens damnum in quo obſeruari poteſt lex ſine periculo, & in hoc caſu rectè inquit, recurrendum eſſe ad ſuperiorem, vt legem explicet.

Placet ergo ſententia Caiet. 2. 2. ſupr. cùm diſſerit epiikiam ſolùm habere locum in caſu euidenti: intellige quando aliàs conſtat euidenter de poteſtate legiſlatoris ad obligandum, nam quando eſt varietas opinionum circa poteſtatem, etiam in caſu non euidenti locum habet epiichia.

Secundò ſequitur, id quod idem Caiet. optimè docuit, tunc epiichiam locũ habere ſupra legem, quando lex deficit in caſu particulari, cõtrariè, non quando deficit motiuum legis in caſu particulari negatiuè: nam tunc non dicitur lex peccare, tum quia obſeruari poteſt ſine peccato, tum quia deficiente motiuo legis in vniuerſum non deficit ipſa vis legis, cùm verò deficit cõtrariè lex, tunc locum habet epiichia, quia in caſu illo particulari ſine peccato obſeruari non poteſt.

Tertiò, colligitur ſenſus duarum legum Codicis, quæ videntur contrariæ. Prima eſt lex, placuit, C. de iudiciis, vbi dicitur, placuit in omnibus rebus præcipuã eſſe iuſtitiæ, æquitatiſque ſcriptæ quàm ſtricti iuris rationem. Secunda eſt, C. de legib. Primò vbi dicitur, inter æquitatem iuſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis, & oportet & licet inſpicere: inquantum legum conciliatione aliqui dicunt, æquitatem ſcriptam præferri iuri ſcripto, & ſecundùm illam iudicandum, ſi verò æquitas ſcripta non ſit, hoc eſt, non explicata ab ipſo legiſlatore, præferendam non eſſe, & ita dicũt l. placuit, loqui de æquitate ſcripta, & meritò præferendam iuri ſcripto, legem autem 1. C. de legib. loqui de æquitate non ſcripta, & de hac meritò dixiſſe, non eſſe amplectendam à iudice relicto iure ſcripto. Ita docent Accurſius, Bart. & Bald. Alex. Iaſon & Fortun. Garſia, l. 1. ff. de iuſtit. & iure qui reprobantur, quia epiichia non tantùm à legiſlatore, ſed etiam à priuata perſona adhiberi poteſt: etiamſi ſcripta non ſit, vt conſtat ex Ariſt. dicente epiichiam adhiberi in caſu, quem legiſlator prę cauere non potuit. Reſpondeo ergo, vt notauit Anton. Aug. 4. emend. iuris, c. 8. & Franciſcus Duarenus 2. diſputationum cap. 18. verbum illud, ſcriptæ, non haberi in l. illa placuit, in emendatiorib. codicib. & ita faciliori ratione conciliari poſſunt prædictæ leges, vt l. placuit, loquatur de æquitate, quæ adhiberi debet legi ſcriptæ in caſu euidenti; in quo priuata perſona vti etiam poteſt epiichia, l. autem 1. C. de legib. loquatur de æquitate non euidenti, ſed quæ eſt in caſu dubio; hæc enim indiget declaratione Principis. Hæc omnia ſumpta ſunt ex Vazq. q. 96. art. 6.

---

## SECTIO XI.

*Vtrùm liceat Doctoribus interpretari Concilium Tridentinum.*

PRO parte negante eſt primò, quia eius eſt leges, & Canones interpretari, cuius eſt illa condere, l. in prætoriis, ff. de prætor. ſtip. l. leges, 3. C. de legibus, c. ſicut. §. ex iis omnibus, 11. q. 1. c. fin. de conſti. ca. cum veniſſent, de iudic. ca. inter alia de ſent. excom. c. ex parte 3. de verb. ſignif. in quibus gloſſæ & doctores, imò eſt id generaliter cæteris omnibus, niſi conditori expreſſè prohibitum, vt notatur in dictis locis, & probatur in diſt. §. ex iis ibi, *ille ſolus*, l. 1. in fine, C. de legib. l. 2. col. vlt. verſ. ſi quid verò. C. de veteri iure enucleando. Sed canones, & decreta iſthæc condita fuerunt à Concilio generali: ergo à nullo minoris auctoritatis poſſunt interpretari. *1. Argum. pro parte neg.*

Secundò, quia huius Concilij interpretatio, qualiſcumque illa ſit, præter eam, quæ auctoritate Apoſtolica facta fuerit, videtur in ſpecie prohibita à Pio IIII. idque quoad prælatos ſub interdicti ingreſſus Eccleſię, & quoad alios ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, vt habetur in bulla cõfirmationis Concilij, §. *ad vitandum*, poſt finem Concilij. Neque ſatisfaciet, qui dixerit, ibi non interpretationem, ſed duntaxat editionem librorum impreſſorum prohiberi. Quia reſpondeo, verba illa, interpretationes edere, non ſolùm ad editionem typis excuſorũ referri debere, ſed ad aliã quãuis ſcripto cõmunicatam. Tum ex mente, quia idem prope eſſet argumento textus in decreto de editione, & vſu ſacrorum librorũ, verſ. quòd autem deſcripto, ſeſſ. 4. Concil. Trid. Tum etiam ex verbo edere iuridica ſignificatione, quæ eſt cõpiam ſcribendi facere, vel dictare, vt alter ſcribendo excipiat, vel proferre ſcriptum, vt legatur, l. 1. §. 1. l. ſi quis ex argẽtariis, §. Si inuictum. ff. de edendo, poſt Budæum ibi, & alios, qui de verbis iuris ſcripſerũt, tradit Simon Sipardius in lexico iuris, verbo *edere*. Tum ex verbis eiuſdem bullæ, ibi, *quocunque modo edere*, quæ vniuerſalia ſunt, argumento textus vbi not. in auctenti. quibuſcunque, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & alibi ſæpè.

Tertiò ex textu ſimili in c. exiit. 3. §. itaque ſub pœna, de verb. ſignif. lib. 6. Vbi ſub ſimili pœna prohibetur illius conſtitutionis interpretatio; & ideo nemo doctorum auſus fuit illam gloſſare, ſeu commentari, vt notat gloſſ. adeo vt neceſſe fuerit, quòd Ioannes XXII. illam prohibitionem ſuſpenderet in extrauag. quia nonnunquam de verb. ſignif.

Sed in contrarium facit primò textus optimus in l. 2. §. iis legibus, ff. de orig. iuris, vbi probatur naturaliter neceſſariam eſſe legum interpretationem, vt præter ordinarios ibi adnotarunt *1. Argum. pro parte affirm.*

Zaſiius

Zaſſius, & Cuiac. Goueanus lib. 1. vari. c. 24. & Vincentius Cabotius lib.2. varia.iuris.c.2. Vnde colligunt dicti Doctores, & alij infrà referendi, interpretationẽ legum non poſſe tolli per legem, vel ſtatutum, argumento textus, §. ſed naturalia, inſt.de iure naturali.

Secundò, quia doctoribus, & Magiſtris permiſſa, imò conceſſa eſt iuris interpretatio, l.vn.C. de profeſſorib. qui in vrbe Conſtant. lib. 1. Cod. de ſtud. liberalibus vrbis Ro.lib.11.l. 1.ff.de orig.iuris,l.1. ff. Si certum petatur,l.ſi negotium, ibi *ita accepi*, vbi gloſſa exponit, id eſt, à præceptoribus, ff.de priuilegiis creditorum. Imò expreſſè præcipitur,vt in Scholiis (quæ ideò inſtituuntur,c.2.de B priuileg. lib.6.c. ſuper ſpecula,per arg.ab ſpeciali, codẽ tit.) vtrumque ius legatur,& interpretetur, d.ca.2.& dicto c.exiit,§.cùm igitur,& dicta extrauag. quia nonnunquam,& in procemio decretal. Sexti,& Clementinarum in fine,& in procem.digeſtorum, §. ſed cum vos iudicibus quoque,l. ingenuum,ff.de ſtatu hom.l.re iudicata, ff. de regulis. Quæ ad hoc allegat Lucas de Penna dicta l. vnica. Sed melius probatur in l. non poſſunt,ff.de legibus.

Tertiò & in terminis ex tex. in Trid. ſeſſ. 25.ca. 2.de reform.verſ.ad hæc:vbi videtur permitti,imò & præcipi huius Concilij interpretatio, quem C textum ad hoc allegant Heriquez, & Rodriguez, locis infrà referendis.

Quartò,quia etſi omnes ferè legulatores,& ſtatuarij eorũ interpretationem, & cõmentationem prohibuerunt, Deut.4.in princ.& ca.5.in fin.l.1.§. noſtra autem,l.2.§.hoc autem, prope finem C. de veteri iure enucl.l. 14.tit.1.partita 1.l.4.tit.4. lib.1. ordinam. tamen contrarium obtinet, & ſemper obtinuit.

*Deciſio.* Pro ſolutione huius quæſtionis multa tradunt gloſſæ, & doctores locis citatis; & poſt Bart. l. omnes populi n.65. ff. de iuſt.& iure,& Abbatem ca.1.col.fin.de conſt. vbi ante eum latiſſimè Bald. à nu. 15. Ioan. Andreas.reg. poſſeſſor de reg. iuris in 6.in Mercurial. Lucas de Penna in d.l. vnica C. de profeſſor.Probus in addi. ad Mon. in d. c.exiit, qui in vrbe, Didacus Perez, qui plures allegat in procem. ordinam.q.2. pentotam, Caſtillo dicta l. 1.Tauri verbo *interpretar*, vbi & in proce.Burgo.de Paz, Couar. regula poſſeſſor,2. p.§. 6. nu. 2.Caie. cum D. Thom.2.2.qu.60.art.5.& q.120. Nauar.in manual.c.27.n.282. Soto.lib.1.de iuſt.q.7.art.3.q. 4.art.5.& alij.

*Con.* Ego dico, non modò vtile, verum & neceſſarium eſſe, ac proinde permiſſum, & permittẽdum leges interpretari, tam exponendo verba,in d.l. 1. ff. ſi certum petatur (quæ eſt propria verbi, *interpretari*, ſignificatio, iuxta Gloſ.& in l.2.ff.de iuris, E & facti ignor.per tex.l.1.in fin. ff.de ver.oblig.) & mentẽ earum,ſeu voluntatẽ,& poteſtatem aperiẽdo, l.ſcire leges,l.Benignius, ff.de legib.l.13.tit.1. p.1.quàm etiã corrigẽdo,coarctãdo,& prorogando,iuxta gloſſ.2.in dicta l.2.ff.de origine iuris,per tex.in l.qui operarũ,vbi etiam gloſſa,ff. ad Tertyl. & in l.iuſta interpretatione,ff.de verb.ſignif. Hoc eſt, vt ego intelligo (ſi de alio interprete, quàm Principe agatur) declarãdo correctas eſſe per alias leges,vel extẽdi debere ad caſus ſimiles ob identitatem rationis, l. non poſſunt, cum l. ſequenti,l. ideo, ff. de legib. vel ex rationis defectu reſtringi oportere,l. adigere,§.quamuis,de iure patronatus:

A præſertim ſi id fiat ex ſententia aliarum legum,vel ex vi rationis, vel vt vitium, ſeu abſurdum euitetur,dicta l.benignius,l.ambigua,ff.de legib.l. non abſurdum, ff. de bonis libertorum,l. non aliter ff. de legat.3.cap.ex ore,de priuileg.cap. fin. de verb. ſignif. in quibus caſibus interpretatio prohiberi non debet,& ſi prohibita fuerit, erit nihilominus admittenda.

Neque obſtant prioris partis fundamenta.Quia ad primum reſpondeo,iura illa, quæ legum interpretationem conditori reſeruant, & cæteris negant, intelligenda eſſe de neceſſaria & generali, & quæ ſit quaſi lex (quia eandem vim habet) in ſcriptis redigenda, qualis eſt principis conditoris: non verò de interpretatione doctorum, vel magiſtrorum,quæ licet ſit probabilis,aut euidens,quatenus ratione, vel legibus aliis comprobatur, l. ego ſolis 1. d. minimè tamen habet vim legis poſitiuæ, nec in ſcriptis eſt redigenda tanquam lex, ſed,vt eius expoſitio,ad memoriam. ita Gloſſ.cap. 1.verſ.interpretatus, de poſtul.prælat. quam dicit notabilem Didacus Perez,l.4. citata ordinamenti. Sed ſunt quatuor aliæ ſimiles, cap.ſicut, §.ex his, 11.quæſt.1.& l.ſi de interpretatione,ff.de legibus, & in dicta l.1.C.eodẽ,& in dicta l.14.partitę,quas ſequuntur communiter Doctores ibi, & in locis ſuprà allegatis, addentes,quòd ad Principem tunc ſolummodò recurrendum eſt, quando intellectus legis aliter percipi non poteſt: quia nec de conſuetudine, vel caſu ſimili conſtat, & opiniones Doctorum ſunt aduerſæ, vt poſt Baldum,l.2.C.de legibus, tradit optimè Abbas dicto cap.1. nu.14. de conſt.communiter receptus ex dicta Gloſſ.partitæ. Non enim paſſim, ſeu de omnibus Princeps conſulendus eſt, vt patet ex l.non ſtatim, ff.ad legem Fab.de plagi.ſed (vt Conſtantinus Imperator Plotiano reſcripſit in l.1. C.de relation.in Codice Theodoſiano) *Super paucis, quæ iuridica ſententia decidi non poſſunt, noſtram debes conſulere maieſtatem, ne occupationes noſtras interrumpas, cùm litigatoribus* D *legitimum maneat arbitrium à ſententia prouocandi.* congerit plura in propoſito Briſonius lib.3.de formulis,à pag.342.

*Ad 1. Arg. partis neg.*

Ad ſecundum reſpondet Henriquez,1.par.ſummæ, lib.7. de indulgen. cap.29. num.4. & Eman. Rodriguez tom.1.regularium quæſtionum,quęſt. 11.art.3.§.ad vitandum,nõ procedere quoad iudices in Tribunalibus,& lecturis,& Academiis,& in praxi ita ſeruari pro communi vtilitate: pro qua contra ſtrictam diſputandi rationem multa in vſu recepta ſunt, l.ſi ita vulneratus, circa finem, ff.ad legem Aquiliam, quaſi velint dicere, prohibitionem illam quoad eos non eſſe vſu receptam, aut contrario vſu abrogatam eſſe, & ideò non ligare, argum.text.in l.de quibus, ff.de legibus, & cap.in iſtis, §.leges, d.4.tradit poſt alios latè Gutierr.lib. 1.quæſtionum canonic.cap.8.nam & leges continentes cenſuras ipſo facto incurrendas, contraria conſuetudine abrogari poſſe communiori, & veriori opinione, licet contradicant Caſtrus de lege pęnali,& alij relati à Syluestro, verbo conſuetudo, quęſt.6.reſoluit nouiſsmè Dauila,1.part.de cenſuris,dub.8. Addit Rodriguez, minimè etiam procedere quoad aduocatos, vel alios viros literatos, qui in foro fori,aut poli verbo,ſeu ſcripto reſpondent: vel auctores, qui in libris,quos imprimunt, decreta Concilij, quæ occurrunt, obiter interpretantur. Verba enim dicti §. intelligenda eſſe de propriis

Digitized by Google

proprijs commentariis, gloſsis, aut ſcholiis, quæ ſuper ipſum Concilium componuntur, vt enim allegato docet Rodriguez, & Suarez to.5. de cenſuris, diſp. 17. ſect. 7. nu. 12. nec ſufficit componere, niſi id eo fiat animo, vt imprimatur, ſeu ad omnium manus peruenire poſsit: nam licebit ad priuatam eruditionem ſibi compoſitos reſeruare. Hæc ipſi, pro ſe duntaxat exempla doctiſsimorum hominum, & conſuetudinem afferentes.

Notabile. Ego tamen pro pleniore dicti §. intellectu animaduerto, triplicem eſſe eius deciſionem; Primò namque in eo prohibentur quæcumque editiones quarumcumque interpretationum.

Secundò, conſtitutiones quorumcumque ſtatutorum, etiam ſub prætextu maioris decretorum Concilij corroborationis, aut executionis.

Tertiò, dubiorum ſuper eis occurrentium reſeruatur declaratio ſummo Pontifici.

Quantum ad primum certum eſt, non ſolùm ex conſuetudine, ſed ex vero, & iuridico verborũ, & mentis Pontificis ſenſu, nullum ibi interpretationum genus præter neceſſarium, ſed duntaxat editiones omnium interpretationum ſuper Concilium prohiberi: quæ duo inter ſe diuerſa ſunt, cùm vnum ſine altero poſsit ſtare, iuxta notata in c. tranſlato, de conſt. & l. Papinianus, ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiren. poſſeſ. vnde quamuis lector in ſcholis, & iudex & alij, de quibus ſuprà, dicantur interpretari, non tamen dici poſſunt interpretationes edere, nec contrauenire legi, hoc, & non illud prohibenti. Et probatur optimè ex iuribus ſuprà adductis, quæ interpretari iura in Scholis & iudiciis iubent, & inſimul commentaria, ſeu interpretationes ſuper illis fieri, vel illis annectere prohibent: & facit text. in dicta Decretali de editione, & vſu ſacror. librorum, verſ. præterea, propè finẽ, & l. lex Cornelia, §. ſi quis librum, ff. de iniur. & famoſis libellis, vbi tanquam diuerſa ponuntur.

Nec obſtat, ſi dictando, vt diſcipuli ſcribant, vel copiam faciendo, vt alij deſcribant, tradantur. Nam, id quod in ſolutione primi argumenti dictũ eſt, quòd magiſtrorum interpretatio non eſt in ſcriptis redigenda, de authenticis ſcriptis rectè intellexerunt Hoſtien. Ioan. Andr. & Panorm. dicto c. 1. de poſtul. præl. licet non ineptè etiã dici poſſet, dictum §. ad vitandum, de editionibus impreſſis, non de manuſcriptis loqui, tum quia non eſt ſimilis ratio, cùm iſtis non ſoleamus vti ad allegationes, illis verò ſic: Tum quia ad dictum decretum de editione, verſ. qui autem, reſpondeti poteſt, potius facere pro iſta parte: nam ſi ſub prohibitione librorum impreſſorum, manuſcripti venirent, non ibi ſpecialiter notarentur. Tum quia licet in edicto de edendo, de quo in dicta l. 1. ff. eodem, verbo *edere*, illas habeat ſignificationes, vbi tamen agitur de librorum editione, de typis excuſſa, & non alia accipiendum eſſe, communis loquendi vſus demonſtrat, qui verborum præualet proprietati, l. librorum, §. quod autem Caſſius, ff. de legatis 3. cùm vulgari vſui non ſolùm verba, ſed & mentem accommodare Legiſlatores ſemper in dubio præſumãtur. Alciatus præſump. 4. Duennas regula 56. Couar. lib. 3. vari. cap. 5. nu. 1.

Quantum ad ſecundam prohibitionem illam ſtatuendi, de ſtatutis declaratoriis decretorum Concilij, non verò de executoriis, vt ita loquar, accipiendam eſſe exiſtimo. Nam in decreto de re-

A cipiendo, & obſeruando Concilio ſeſſ. 25. ipſis Principibus ab ipſo Concilio committitur, vt quę ab eo decreta ſunt, faciãt ab omnibus fideliter recipi, & obſeruari. Sic Bellar. to. 1. lib. 1. de Concilio, cap. 20. ait ad Reges ſpectare, vt cuſtodiri faciant leges, & præcepta Dei, & Eccleſiæ, vt docet Auguſt. epiſt. 48. 50. & 156. & fecerunt pij Imperatores, Conſtantinus, Theodoſius, Martianus, & alij, vt patet ex l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & ex toto tit. de hæreticis, eod. C. & verba illa dictę Bullæ, *Sub prætextu*, &c. habẽt hunc ſenſum, ne ſcilicet ſub prætextu, ſeu colore corroborationis, aut executionis interpretationi ſe immiſceãt. Prętextus enim ſeu color eſt ſimulatio, quæſita ad id faciendum, quod alia via non licet, vt notatur in l. illicitas, §. illicita, ff. de officio Præſidis, l. ſub prætextu, C. de tranſaction. l. hoc colore, ff. de inoffic.

B teſtament. cap. auaritiæ, de electione lib. 6. cap. eos qui, de tempor. ordinationum. Vnde ex dicta bulla non prohibentur Principes ſtatuere pro maiori corroboratione, & excluſione Concilij, ſi id abſque fraude fiat. Ex qua, & aliis ſummorum Pontificum conceſsionibus Rex noſter, vt protector Concilij (ita enim ſe vocat) decretorum illius executionem maximè curat, & violationem, ſeu derogationem impedit, præcipiendo prælatis, vt illa ad vnguem obſeruent, & detinendo in ſuo ſupremo cõſilio contrarias quaſcũque literas, etiam Apoſtolicas, ex officio, vel ad inſtantiam fiſcalis, ſeu partis, & interim ſupplicationem ſuper illis interponendo, vt teſtantur, & vt praxim tradunt Paz in practica, to. 2. præiudio. vlt. & Flores de Mena

C lib. 1. variarum, quæſt. 10. nu. 8. Adeo vt quamuis aliis cauſis Eccleſiaſticis, quæ per viam violentiæ, vt dicitur, ad Regem deferuntur, cognoſcant regię Cancellariæ, ſeu Audientiæ, vt in l. 2. titul. 6. & in l. 35. cum ſequentibus, tit. 4. lib. 2. & l. 7. tit. 2. lib. 3. nouæ compilationis, de iis tamẽ, quæ obſeruationem Concilij tangunt, ſupremus tantummodò Senatus cognoſcit.

Ad tertium argumentum reſpondeo, dictum cap. exiit, §. itaque, ſub pœna ſpecialiter prohibere, ne etiam in ſcholis à lectoribus aliter, quàm ibi præfinitur, interpretetur, quod non fit in dicto §. ad euitandum, nec alibi in toto iure. Vnde per argumentum ab ſpeciali magis ex eo corroboratur, quàm corruit noſtra intentio, præſertim ſi conſi- Ad 3. argum. partis neg.

D deremus, prohibitionem illam non potuiſſe ſubſiſtere, & ob eam præcipuè cauſam fuiſſe ſublatam per dictam extrauagantem; quia nonnunquã verſ. nos attendentes, iuncta gloſſa, vbi maximè commendatur ſcholaſtica diſputatio ſuper canonum deciſionibus, quia per eam veritas eluceſcit, & multiplices ſenſus, qui ſub cortice literæ latent, aperiuntur.

Sed vrget valde textus in l. nemo clericus, C. de ſum. Trin. vbi inhibetur diſputatio ſuper his, quæ in Conciliis definita ſunt: quia iniuria videtur eis fieri, ſi quæ ab ipſis decreta ſunt, in dubitationem ducantur, argumento, l. 2. C. de crimine ſacrilegij. Quæ ratio generalis eſt etiam quoad definita

E de moribus.

Sed reſpondeo, ibi non prohiberi ſimpliciter omnem diſputationem, ſed eam ſolam, quæ publicè ſuſcipitur cauſa ſeminandorum errorum, & tumultus commouendi: nam quæ fit ad Dei gloriam, & catholicæ veritatiş defenſionem, hæreticorum confuſionem, & meliorem dogmatum, ſeu canonum

Digitized by Google

canonum intelligentiam, licita eſt, imò multoties extra ſcholas, & quotidiè in ſcholis neceſſaria: vt latè de illius legis intellectu, & de materia diſputationis tractans reſoluit Penna ad directorium inquiſitorum, 1. part. ſcholio 5. & 23. vbi plures allegat, & poſt eum alios cumulans Petrus Cendo in collectan. ad cap. 2. §. inhibemus, de hæretic. lib. 6. vbi laicis interdicitur publicè, vel priuatim de fide Catholica diſputare, vt & prædicare, cap. cùm ex iniuncto, cap. ſicut, de hæret. Pro quorum interpretatione videndus in ſupradicto ſcholio. 23.

## SECTIO XII.

*Quinam poſſint Concilium Tridentinum auctoritatiua, ſeu neceſſaria interpretatione interpretari.*

DE hac re aliqua diximus diſp. 2. ſect. 9. ſed modò libet aliqua adiicere. Hoc verbo, *interpretationis neceſſariæ, & auctoritatiuæ*, vtitur in propoſito Cardinalis Aræ Cæli in tract. de Concil. cap. 16.

1. Dictum. Et primò illud indubitatum eſt, quòd declaratio dubiorum circa decreta Conciliorum, tam de fide, quàm de moribus, ad eadem ipſa Concilia, ſi ipſis durantibus orta fuerint, pertinebit. Quod vt manifeſtum præſupponunt omnes doctores, eandémque vim habebit talis declaratio, quam alia noua decreta, vt probatur ex ſupradictis, & patet ex iſto Concilio, cap. 1. de reform. ſeſſ. 23. vbi declaratur c. 1. de reform. ſeſs. 6. & in c. 21. de reform. ſeſs. 24. vbi declaratur decretum ſeſſionis 17.

Secundò, idem erit dicendum etiam de alio Concilio ſequenti, quòd ſit paris cum præcedenti poteſtatis, l. omni innouatione, C. de Sacroſanct. Eccleſ. vbi notatur, cap. conſtitutionum, de ſententi. excom. in 6. Clementina Ne Romani, de electione, quod & verum eſt, etiamſi in præcedenti prohibtia fuerit declaratio, quia prædeceſſor non poteſt ſibi, aut ſucceſſoribus legem imponere, à qua diſcedere non licet, cùm par in parem imperium non habeat, dicto cap. exiit, §. cæterùm, cum vulgaribus: & ideò concilium Prouinciale nõ poterit ſtatuta generalis auctoritatiuè declarare, cap. nõ licuit, vbi notata, 17. d. arg. cap. cùm inferior, de maioritate, & obed. dicta Clem. Ne Romani, de elect. Nec maior pars Epiſcoporum, qui in eodem Concilio generali adfuerunt, poſt eius diſſolutionem: quamuis id ſentiat ibi Gloſ. 1. in fine, à qua cauendum eſt. Et conuincitur euidenter; quia auctoritas, quam concilia habent, non prouenit ex multitudine, & numero Epiſcoporum ſeparatim; ſed ex legitima congregatione, iuxta illud Matthæi, c. 18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo.* Ex quo præcipuè loco conciliorum auctoritas, & firmitas deriuatur, vt pluribus adductis Sanctorum Patrum teſtimoniis, probat Anto. Auguſtinus in epito. iuris Pontificij, lib. 5. titulo de auctoritate Concil. & poſt omnes, qui de Conciliis ſcripſerunt, Lelius Zechius de locis Theologicis titulo de Cõcilio, in principio. Cæterùm tam Concilium prouinciale, quàm ſententia Epiſcoporum, qui in Concilio interfuerũt, ſatis probabilem facient interpretationem, quamuis non neceſſariam.

Tertiò, rurſus etiam certum eſt, ad ſolùm Papam per ſe ſolùm pertinere declarare auctoritatiuè, & neceſſaria dubia prouenientia, tam eo diſſoluto, quàm ante diſſolutionem illius, vt probatur in dict. cap. nec licuit, diſt. 17. cap. fin. §. quàmquam 25. quæſt. cap. ſtatum, cap. conſtitutio, de electione, lib. 6. ca. ſtatutum de ſent. excom. eodem lib. vbi Bonifacius interpretatur decreta Concilij generalis Lugdunẽſis: ita notãt Doctores in diſt. cap. nec licuit, & Prępoſitus in cap. ſicut, 15. dict. & Turrecremata in ſumma Eccleſ. lib. 3. cap. 53. Card. Aræ Cæli ſuprà, Curial. de Conciliis, cap. 10. Adeo, vt contrarium aſſerere hęreticum dicat eſſe Paulus Griſaldus in defenſione fidei Catholicæ, verbo Concilium, num. 31. Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 22. nu. 93. Redduntque de hoc omnes doctores rationem duplicem.

Prima eſt, quia ſi hoc facere poteſt Concilium poſterius, vt dictum eſt, idem poterit Papa, à quo concilia auctoritatem habent, & confirmantur. Ita D. Thomas, quæſt. 10. de poten. art. 4. 1. Ratio.

Secunda, quia in ipſis Conciliis ſemper excipitur Papæ auctoritas: vtramque tradit textus in ca. ſignificaſti, de electione, vbi poſt Ioan. Andr. notant omnes. Pro quo animaduertendum eſt, quòd cùm non ſemper facilè poſſit, aut expediat congregare Concilia, neceſſe fuit, vt interim eſſet alius, ad quem recurri poſſet. 2. Ratio.

Quæ ſententia indiſtinctè accipienda eſt, tam in dubiis fidei, quàm morum, licet contrarium ſentiat Dominicus, dict. c. nec licuit, nu. 2. etenim licet Papa contra ea, quæ à Conciliis confirmatis tradita ſunt, ſtatuere non poſſit, poteſt tamen illa declarare, vt omnes fatentur, & gloſſ. in extrauag. cùm inter nonnullos in fine principij, verbo, *declaramus*, de verb. ſigni. Ioan. XXII. ſicque reſpondeo ad ea, quæ affert Dominicus ibi, & in dicto capit. in iſtis, num. 2. diſtinct. 4. & in capit. ſicut 11. quæſt. 1. ſanè quod attinet ad Concilium Tridentinum, Synodus ipſa ſummi Pontificis auctoritatem reuerenter agnoſcens executionem, & declarationem eorum, quæ in ea decreta, & definita ſunt, eidem remiſit, vt conſtat ex decreto de recipiendo Cõcilio. Quare meritò Pius IIII. in dict. bulla id ſibi ſoli reſeruabit, ſequentéſque Pontifices pro faciliori negotiorum expeditione Cardinaliũ cõgregationem inſtituerũt, cui Concilij Tridentini executionem, & declarationem dubiis fidei duntaxat exceptis, cõmiſerunt. Anaſt. Germon. lib. 3. de ſacrorum immunit. cap. 11. num. 6. quinque Cardinales nominat, vt patet ex Bulla 7. Sixti V. anno 1588. quæ incipit Immenſa, cuius aliqua verba pro euidentia dicendorũ inſerere neceſſe eſt: ait itaque inter cætera Pontifex, §. 8. *Cùm ad ſingularem Papæ auctoritatem tantummodò ſpectet generalia Concilia indicere, confirmare, interpretari, & vt vbique locorum ſeruentur, curare, ac præcipere: eorum quidem decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent, nobis ipſis reſeruamus: Cardinalibus verò præfectis interpretationi, & executioni concilij Tridentini, ſi quando in iis, quæ de morum reformatione, diſciplina, ac moderatione, & Eccleſiaſticis iudiciis, & aliis, quæ humana ſtatuta ſunt, dubietas, aut difficultas emerſerit, interpretandi facultatem, (nobis tamen conſultis) impertimur*, & §. 11. quamuis congregationem aliam pro conſultationibus regularium inſtituerit, dubia tamen in illis ad Conciliũ cõcernentia ad eandem congregationem Concilij iuſſit remitti. An verò poſteriores Pontifices aliquid quoad hoc immutauerint, mihi adhuc ignotum eſt: illud verò ex



Digitized by Google

declarationibus impreſſis, & manuſcriptis patet, quòd congregatio non ſemper, ſed in raro caſu, & in grauioribus, & difficilioribus dubiis ſummũ Pontificem conſulere ſolet. Ex relatis tamen verbis colligitur.

*1. Corolarium. Congregatio Cardinalium non poteſt diſpenſare in Concilio.*

Primò, quòd Congregatio licèt poſſit Concilium interpretari, non poterit contra illud diſpenſare, cùm hæc duo valde diuerſa ſint, & conceſſum in vno non poſſit extendi ad aliud: argumento ca. ad audientiam, de decimis cum ibi notatis, Nauar. conſilio 72. num. 4. de regular.

*2. Corol.*

Secundò, quòd non habet iuriſdictionem ordinariam, nec delegatam ad cognoſcendum iudicialiter de quæſtionibus facti, ſed tãtùm ad decidendas extraiudicialiter quæſtiones iuris, quæ ſuper intellectu Concilij emerſerint, niſi aliàs ſibi conceſſum ſit. Ita etiam Nauarr. conſil. 2. num. 4. de religioſis domib.

*3. Corol. Eius tamen declarationes ſunt auctoritatiua.*

Tertiò colligitur, declarationes dictæ congregationis non vt probabiles, & doctrinales dumtaxat, habendas eſſe; ſed vt authoratiuas, & neceſſarias, tanquam ſi ab ipſo Papa editæ fuiſſent, & ideò habere vim obligãdi in vtroque foro tam in iudicio quàm extra, non ſolùm pro illis perſonis, ad quarũ inſtantiam fiunt, ſeu in illo ſpeciali caſu, cui cõgregatio reſpõdet: ſed vt leges generales in ſimilibus omnibus. Probatur tũ ex verbis ſuprà relatis, quibus Papa eandem, quam ipſe habet interpretandi, & exequendi facultatem congregationi impartitur; maximè quia illa exceptio dubiorũ, cùm debeat eſſe de regula legis: nam quod liquet de penu legato, id manifeſtiùs reddit: tum ex conſultatione Papæ, quia ex ea, etiamſi ſit ſuper particulari caſu, ius generale editur: textus optimus, vbi doctores in cap. ex multa, de voto, gloſſ. fin. in cap. conſultationi, de temp. ordinat. Abbas in cap fin. col. 3. de iureiurando, Felin. in cap. 1. num. 77. de conſt. & Cardinalibus dictæ congregationis aſſerentibus ſe ex conſultatione Papæ reſpondere, credendum eſt abſque alia probatione, Imola num. 5. & Felin. num. 12. in c. quod ſuper his, de fide inſtrum. Gabriel lib. 1. de probationibus con. 3. num. 2[illegible]. ita licet non tam dilucidè reſoluit Eman. Rodriguez to. 1. quæſtionum reg. quæſt. 11. art. 1. & 2. contra aliquos Theologos, exiſtimantes dictæ congregationis declarationes doctrinales tantùm eſſe, quorum fundamentis ipſe ſufficienter reſpõdet. Refert & ſequitur eum nouiſſimè Cepola, in praxi Epiſcopali, part. 1. verb. authoritas, & Nicolaus Garzia in procemio ſui tractatus de beneficio, qui pro maiori comprobatione inducit textum in §. reſponſa prudentum, inſtit. de iure naturali: & duas declarationes eiuſdem congregationis, quæ ſic reſpondit. *Eadem ratio habenda eſt de iis, quæ ſcribuntur à Cardinalibus ſanctæ congregationis Concilij Tridentini, nomine ipſius congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent: & aliàs ſic cenſuit, decreta, & litteræ congregationis Concilij ſemotis litibus ſunt executioni demandandæ, nec ſuper his ſententia, nec decretum aliquod eſt faciendum. Et ita ſuper earũ executione Papa dat breue, & auditor Cameræ monitoriũ, eaſque Rota abſque vlla controuerſia ſequitur, & obſeruat, vt praxis oſtendit.* Hæc ipſi, quibus ego addo Deciſiones Rotæ 482. & 743. & 750. 1. part. & 325. & 328. 2. part. in quibus Rota iuxta declarationes Cardinaliũ iudicabit: & quod magis eſt in vna Tridenſis iuriſdictionis, die Mercurij 28. Nouemb. de anno [illegible]07. Rota ſic dixit. *Cùm fuiſſet pro parte Moderni Epiſcopi data quædam* A *declaratio, & quædam annotatio bonæ memoriæ Cardinalis Carrafæ, iterum propoſuit dubium, & Domini affirmatiuam partem amplexi fuerunt.* Quæ verba ideò libentiùs retuli, quia haud ſcio, an alibi tam expreſſum, aut graue teſtimonium pro declarationibus ſanctæ congregationis reperiatur.

*4. Corol.*

Quartò colligo, effectum obligandi, quem diximus habere prædictas declarationes, non ſolùm eſſe quoad futura, ſed etiam quoad præterita. Quia hoc eſt de natura legis declaratoriæ: iuxta notata in l. leges, part. 2. C. de legibus, & in c. fin. de conſt. Pro quibus iuribus eſt videndus Anaſt. Germon. lib. 1. animaduerſionum iuris, cap. 2. Bart. l. omnes populi in 5. quæſt. principali verſi. circa 3. de iuſt. B & iure, Bald. l. non dubium, notab. 3. C. de legibus, & probat id expreſsè textus, quem Felin. d. cap. fin. nu. 4. dicit meliorem de iure in auth. de rapt. mulier. in fine collat. 9. gloſſ. in procemio Clem. verbo, de cætero. Quia qui declarat, nihil de nouò inducit, l. hæredes palam, ff. de teſtam. vnde potius ligat cõſtitutio antiqua, quàm noua declaratoria, vt dixit Abbas dicto cap. fin. num. 8. gloſſ. verbo declaramus, in Clem. ſtatutum, de electio. vbi Cardinal. qu. 2. vbi notat, quòd qui male aliquid percipit ante legem declaratoriam, tenetur poſt illam reſtituere illud: gloſſ. verbo, declaramus, in cap. 1. de decimis, lib. 6. in data eiuſdem libri.

*5. Corol.*

Quintò colligunt docti nonnulli recentiores C canoniſtæ, non eſſe neceſſarium, quòd dictę declarationes publicentur, nam quamuis aliàs de eſſentia legis, vt obliget, ſit promulgatio, iuxta notata per tex. ibi, in cap. 1. de poſtul. prælat. authen. vt factæ nouæ conſti. collatione 5. gloſſ. in dicta data Sixti, & in procemio Clementinarum, Germonius vbi ſuprà, cap. 3. D. Thomas 1. 2. quæſt. 90. art. 4. communiter receptus ex Nauarro, conſil. 1. num. 2. in fine, de cõſt. tamen id procedit in legibus noui iuris editoriis, non verò in declaratoriis: declarationes enim, cùm ipſis legibus à principio inſint, l. ita fidei, ff. de iure fiſci, neceſſe non eſt, vt pu- D blicentur, ſed ſufficit quòd ipſæ leges receptæ ſint, vt declarationes ſuper ipſis legibus editæ obligent ſine noua publicatione, Rodriguez ſuprà, art. 2. ſed dubito de iſto corollario, quoniã licet in manifeſtis declarationes legibus inſint, & ex ſe ſine alia promulgatione obligationem afferant, ſecus tamen videtur in dubiis, quia tales declarationes ſunt veluti nouæ leges, vnde cùm efficiuntur, promulgari iubentur, non ſecus ac leges aliæ nouæ.

*6. Corol.*

Sextò colligunt iidem recentiores Canoniſtæ, quòd vt prædictæ declarationes in iudicio adſtringant, neceſſe eſt, vt in forma authentica exibeantur, ſcilicet vel per breue Papæ, vel per monito- E rium auditoris Cameræ, vt dictum eſt, vel per epiſtolam alicuius ex Cardinalibus ſacræ congregationis nomine ipſius, vt ferè ſemper in nouis declarationibus obſeruatur, vel partibus citatis per tranſumptum ex regiſtris ipſius congregationis deſumptum, ſigillo ſecretarij munitum, & aliter ſententia contra illas lata erit ipſo iure nulla, vt colligitur ex ſupradictis, & probatur in cap. de ſent. & re iudi. cum vulgarib. quæ de extrauagantibus non inſertis in corpore iuris, leguntur, & notantur in cap. paſtoralis de re iudic. & per Romanum conſil. 260. Paulnum, & Briſianum in prę-ludiis ad extrauagan. communes, & Ioannis XXII. Alex. Mont. tract. de decimis cap. 9. num. 27. Rectè tamen faciet iudex, qui illas pro veris alias habuerit,



Digitized by Google

habuerit,&apud aliquẽ probatum auctorem inuenerit,ſequetur,etiam ſi nec à parte allegentur,nec producantur. In foro verò conſcientiæ tenebitur vnuſquiſque eas ſequi, ſi de illis ſufficientem notitiam habuerit,iuxta ea,quæ latè & optimè tradit Nauarr.in dicto conſil.1.num.12.& per totum de conſtit. num.76.vbi etiam dicit,non eſſe recedendum ab interpretatione Concilij Tridentini conſuetudine introducta ex dicta l.ſi de interpretatione, l.minimè, ff. de legibus,cap. cum dilectus,de conſuetud.

## SECTIO XIII.

*Vtrum ratio legis ſit eius anima,& iuxta eam interpretanda ſit.*

26 Communiter Iuriſp.affirmant,rationem & intentionem legis eſſe eius animam Bald. l.ſcire oportet, ff. de excuſ. tutor. Conſtantin. Rogerius tract. de iur. interpret.§.1.num.18.Stephan.Frederic.tit.de interpreta.legum,num.2.& ſequent.Georg.Nata.tract. de ſtatuto, quæſt.4.num.146. Tiraq.l.ſi vnquam, C.de reuoc.don.verbo libertis, nu.45.& ſeqq.ſumitur ex dicta l.ſcire oportet,§.verum,& ex l.Gallus.§. & quid ſi tui,ff.de lib.& poſthum. Quidam rationem & intentionem legis, ſeu Legiſlatoris confundunt, ſed conſtat, eſſe valde diſtincta, vt ſenſit Bart.l.3.§.ſi parens,ff.de legiti.tutor. Decius cap.Secundò requiris, de appell.& l.1.C.de edendo:licet ratio legis ſumi ſoleat ex eius fine, ſeu intentione Legiſlatoris: nam in moralib.ex fine ſumuntur regulæ agendorum, licet autem ſignificatio, ſeu ſenſus verborum, quia in illis includitur, & latet vt anima in corpore, poſſit dici eorum ſeu legis anima, iuxta Aug.de catechiſ.rud.cap.9. relatum, cap. ſedulo. diſt. 38. dicentem vtile,eſſe noſſe,ita eſſe verbis præferendas ſententias,vt anima corpori præponitur: & Hieron. Galat.1.relatum,cap.Marcium,1.quæſt.1.dicentem, non putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu.Tamen etiam ratio & finis legis,vnde ſumitur verborum ſignificatio legitima, dici poteſt anima legis,quia illi dat vim,& robur imò,& eſſe. Senſus autẽ legis communiter ex verbis expreſsis ſumptis in propria ſignificatione ſumendus eſt, vt docet Tiraq.plura iura referẽs illo §.libertis,optimum eſt,cap.2.§.ſed neque,de tranſlat.Epiſco.ibi: *Si circa tranſlationem idem fieri voluiſſet, expreſſiſſet:* ſignificans expreſſis verbis in propria ſignificatione ſumptis ſtandum eſſe. Simile eſt in cap.ad audientiam,de decimis. Ratio eſt, quia verba ſimpliciter prolata accipiuntur in propria ſignificatione,& analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato. Aliàs nihil eſſet certum in legibus: ſemper enim poſſent ad metaphoricos, & improprios ſenſus detorqueri.Hac ratione in ſcripturarum expoſitione proprietatem verborum, quantum commodè fieri poteſt,tenemus,maximè quando dogmata fidei,vel morum traduntur.

27 Sed in verbis legis duplex proprietas à Iuriſperitis notatur: vna naturalis,alia ciuilis. Prior non ita vocatur,quia ſit à natura: conſtat enim eſſe ex impoſitione,& ad placitum:ſed quia eſt veluti naturalis,eo quòd ex primæua impoſitione,& communi vſu tenetur: poſterior autem ſignificatio ex quadam iuris extenſione, & ratificatione. Quo A pacto profeſſio in iure mors dicitur. Adde quaſdam eſſe voces in vſu hominum communes, quibus etiam ius vtitur,in quibus maximè locum habet illa diſtinctio. Aliàs verò eſſe quodammodò proprias iuris: nam vnaquæque ars teſte Cicerone,habet proprias voces, quibus vtitur:vt cẽſura, excommunicatio,interdictum, arrogatio,&c. In his proprietas iuris eſt quaſi naturalis:quia in illis illa eſt quaſi primæua impoſitio,vt quæ ſola eſt in vſu. Cùm ergo diximus, in verbis legis proprietatem verborum eſſe tenendam,regulariter & per ſe loquendo intelligitur de dropriecate naturali, vt ſumitur ex cap.ſuſceptum, de reſcript.in 6. vbi dicitur, reſcriptum datum pro beneficio vacante B per ceſſionem,vel renunciationem, non comprehendere vacationem per mortem:quia proprietas verborum hoc non patitur.Similia ſunt multa tit. de præben. Alia refert Tyraq.dicta l.ſi vnquam, verbo, ſuſcepit, num.17. Propter adiuncta verò, ſeu circumſtantias poſſunt verba extendi ad proprietatem legalem, aut ad aliquam impropriam, ſeu metaphoricam ſignificationem, & interdum coarctari, ne in tota ſua amplitudine,ac omnimoda proprietate ſumantur, vt in ſuperioribus vidimus. Et talem ſæpe ſenſum legis eruimus ex intentione Legiſlatoris:vt patet ex Gregor.26.mor. cap.7.& refertur cap.humanæ,22.quæſt.5. vbi ait: non debere conſiderari verba, ſcilicet nuda, ſed C voluntatem, & intentionem Legiſlatoris:quia nõ debet intentio verbis deſeruire: ſed verba intentioni,& cap.poſtquàm,de elect.in 6.dicitur, *Quia non ſolùm vt quis veniat, ſed etiam ex ſui mente exigit, vt vſque in finem negotium proſequatur:* & l. non dubium,C.de legib.contra legem agere dicitur, *Qui verba legis amplexus,contra legis nititur voluntatem,*& cap.intelligentia,de verb.ſign.dicitur, *Cauſas rei eſſe ponderandas, ac veram verborum intelligentiam ſumendam:quia non ſermoni res,ſed rei debet eſſe ſermo ſubiectus.*& Gregor.c.propterea,de verb. ſign.ait, *Plerumque dum verborum proprietas attenditur,ſenſus veritatis amittitur.* Ratio eſt:quia verba D interdum habent ambiguam ſignificationem, & ex ratione legis,ex fine,& intentione Legiſlatoris ad vnam earum determinantur, & interdum ad minus propriam: & ſimiliter ex circunſtantiis,& adiunctis.

Sed Bart.cap.licet de euitanda, de elect. rectè ait,maioris momenti eſſe verba, quàm rationem etiam magiſtralem:quia ratio ſæpè non eſt textus legis; ſed opinio Doctorum: verba autem ſunt ipſa ſubſtantia legis,& Tyraq.ſuprà,nu.23.ait, homines ſæpè falli in coniectanda mente Legiſlatoris: ideò per ſe loquendo,& regulariter maiorem vim habere verba,& eorum proprietatem, quàm coniecturas,quarum vna eſt ratio Legiſlatoris.

E Erunt autem coniecturæ maioris momenti, ſi 28
aliqua ex tribus conditionibus concurrat.Prima, quod ratio ſit tam intrinſeca, & neceſſaria, vt niſi iuxta illã extendatur,vel limitetur lex,fiat irrationabilis,ſeu contra iuſtitiam: atque adeò lex non ſit lex. Ideò trahenda eſt ſemper ad ſenſum rationabilem; maximè cùm ſemper præſumendum ſit, Legiſlatorem habuiſſe ſanam intentionem; & ita ſumitur ex l.nam abſurdum, ff.de bonis,quæ liberis,& ex l.ſcire oportet.§.aliud,ff.de excuſa.tutor.

Secunda, ſi ſit aliquod ius antiquius, cui lex noua in cortice, ſeu ſpecie repugnare videatur, poſſit autem in concordiam redigi, ſi iuxta exi-



Digitized by Google

gentiam rationis aliter exponatur. Tunc enim A probabiliter præſumitur, talem fuiſſe mentem Legiſlatoris, quia vt notauit Gloſſ.in cap.cupientes, verſ. quòd ſi per 20. verbo, petere, de elect.in 6. correctio iuris odioſa eſt: quia licet Princeps lege noua poſſit antiquam abrogare, vel emendare.l. non eſt nouum. ff.de legib. & l.tanta. C.de veteri iure enucl. tamen ipſa mutatio legis aliqua per ſe cenſetur afferre nocumenta, niſi aliunde compenſetur, vt docuit D. Thom.quæſt.97.art.2. & ſæpè in iure ſignificatur, l.in rebus, ff.de conſt.Princip. & ideò non cenſetur vis antiquum per nouum derogari, niſi quando id exprimitur, vel non poſſunt aliqua probabili intelligentia in concordiam redigi. Cùm ergo in præſenti caſu poſſint probabiliter B conciliari, limitanda erunt verba poſterioris legis. Tertia conditio, ſi alia iura tali interpretationi ſuffragentur, vel quia ſolent in tali ſenſu verba accipere, vel quia ita in ſimilibus ſtatuunt. De quo plura Decius, cap.tranſlato, lectura 1.de conſt. Vnde Sa, verbo lex, num.23.ait, lex generalis poſterior limitatur per ſpecialem priorem, quantum ad id, in quo ei contrariatur, etiamſi dicat, Non obſtantibus quibuſcunque, & nu.17.per ius nouum nõ receditur ab antiquo, niſi exprimatur.

29 Extra hos verò caſus regulariter ſtandum eſt verbis legis. Vnde propter ſolam rationem legis ea non eſt extendenda ad ſimiles caſus, quando illi comprehendi non poſſunt in verbis legis propriè C ſumptis, vel ſaltem in aliqua ſignificatione in iure vſitata. Quæ ſententia communis eſt, licet alij contradicant. Probatur primò, quia ratio per ſe non conſtituit legem, nec eſt de ſubſtantia eius: ſed voluntas expreſſa per verba: ergo non ſunt extendenda ad alium caſum, licet fortè in eo eadem ratio militet: quia de illo non eſt lata lex. Secundò, quia ſtante eadem ratione poteſt homo velle vnum, & non aliud, vel pro ſola animi libertate, aut libidine; vel quia non expedit multa prohibere, aut præcipere, neque omnia omittere; ideò eligitur vnum pro arbitrio Legiſlatoris. Eo vel maximè, quod licet lateat; tamen fortaſſe Legiſlatori D non defuit aliquod motiuum, propter quod vnum præciperet, & non aliud, non obſtante aliqua ſimilitudine. Tertiò, quia ipſa determinatio expreſſa verborum ad vnum caſum, & ſilentium alterius indicat, Legiſlatorem voluiſſe vnum præcipere, aut prohibere, & non aliud, ex illa coniectura, cap.2.de tranſlat.Epiſcop. *quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet*. Vnde potius ſolet argum.fieri ab ſpeciali: quia dum hoc in ſpecie prohibetur, & alia tacentur, ſignum eſt alia non prohiberi. Quartò, quia lex non eſt à propria forma extrahenda ſine neceſſitate, aut ratione cogente: hîc autem nulla eſt ratio; ſed ſola coniectura infirma ex ſimilitudine rationis, quam eſſe omnimodam ægre probari poteſt; cùm non oporteat, Legiſlatorem omnem rationem exprimere, quæ ipſum mouit, & per alias coniecturas illa ſufficienter eliditur, argum. cap. veriſimile, de præſumpt. Ergo propter ſolam ſimilitudinem rationis non eſt lex extendenda vltra verba; quod maximè verum eſt in pœnali.

Imò exiſtimo, propter ſolam rationem non eſſe faciendam extenſionem vltra rigoroſam proprietatem verborum: niſi alia multa concurrant: quia odia ſunt reſtringenda. Intellige quantum eſt ex vi legis. Nam interdum aliud eſſe poterit ex officio iudicis. Quando enim lex pœnam per ſe infert, vera eſt ſine exceptione regula poſita, quæ maximè ſeruanda eſt in cenſuris, & irregularitatibus; in quibus nunquam fit extenſio propter ſolam rationem ſine adminiculo verborum, verbi gratia, ſi excommunicentur religioſi miniſtrantes hoc vel illud ſacramentum ſine auctoritate, non incurrit talem cenſuram Clericus ſæcularis ob ſimile peccatum, quantumuis eadem ratio eſſe videatur. Quando verò pœna eſt per Iudicem imponenda, tunc iudex poterit pœnam legis extendere ad caſum ſimilem, in quo nulla certa pœna fuerit iure taxata: Nam tunc extenſio non eſt ex præciſa obligatione talis legis: ſed ex auctoritate Iudicis, qui vbi nõ habet legẽ, rectè faciet iudicãdo inſtar aliarum, argum.l.nõ poſſunt, cum ſeqq. ff.de legib. Debet enim Iudex quoad fieri poſſit, ſecundùm leges iudicare, iuxta D.Thom.22.quæſt. 60.artic.2.& ideò vti poteſt ſimilitudine rationis, vbi deeſt lex. Atque doctrina ſuperior ſumitur ex Gloſſ.cap.in fidei, verbo inquiſitionis, de hæret.in 6.& ex Gloſſ.Clem.1.de ſent.excom.verbo, matricem, & ex Butrio, cap.fin.de conſuetud. num.57. Domin.c.1.de tempo.ordin.num.9.in 6.Plura alia habet Tiraq.dicto verbo, libertis, nu.2.3.& 45. 30

Ex dictis intelliges Sa, verbo lex, nu.25. & 26. in priori aſſerens. Standum eſt verbis legis ſecundùm interpretationem iuris, etiamſi Legiſlator extra legem dicat, ſe aliter intellexiſſe. A Papa quidem Innoc.IIII. declarante ſuam mentem in conſtitutione à ſe facta anteà receſſit Hoſtienſis, & cum eo alij Doctores: vide cap.1.de conceſſ.præb. in 6. In poſteriori autem ſtandum eſt legis menti apertæ etiam contra verba. Intelligitur autem mens legis ex ratione expreſſa. Hæc Sa. 31

DISPVT.

Digitized by Google

# DISPVT. VIGESIMASECVNDA, DE LEGE DIVINA VETERI.

## Quæſtio nonageſima octaua, de Lege veteri.

Artic. 1. *Vtrùm lex vetus fuerit bona.*
Artic. 2. *Vtrùm lex vetus fuerit à Deo.*
Artic. 3. *Vtrùm lex vetus fuerit data per Angelos.*
Artic. 4. *Vtrùm dari debuerit ſoli populo Iudæorum.*
Artic. 5. *Vtrùm omnes homines obligentur ſeruare veterem legem.*
Artic. 6. *Vtrùm conuenienter data fuerit tempore Moyſis.*

Quæſtio nonageſimanona, de præceptis veteris legis.
Quæſtio centeſima, de præceptis moralibus veteris legis.
Quæſtio centeſimaprima, de præceptis cæremonialibus ſecundùm ſe.
Quæſtio centeſimaſecunda, de cæremonialium præceptorum cauſis.

*DE lege diuina poſitiua in communi, déque eius diuiſione in veterem & nouam diximus diſputatione ſecunda, ſectione prima*, D. Thomas *quæſt. 91. art. 4. Valentia diſput. 7. quæſt. 6. punct. 1. Deinceps de lege veteri, & noua in particulari agendum eſt. De quibus latè D. Thomas, à quæſt. 98. vſque ad 108. incluſiuè, Azor latiſſimè tomo 1. lib. 6. ferè toto. Sotus lib. 2. de iuſtitia, Sebaſtianus Medicis tractatu de legibus, & ſtatutis. Valentia hîc diſput. 7. quæſt. 6. & ſequentib. Barradas tomo 1. in Euang. lib. 1. qui eſt de prærogatiuis noui teſtamenti, Petrus Creſpetius in ſumma, verbo lex.*

### SECTIO PRIMA.

*Vtrùm lex vetus bona fuerit.*

1. Argum. 1 PRo parte negante arguitur primò, ex Paulo ad Hebræos 8. verſic. 7. vbi de veteri teſtamento loquens, ait, *Si illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur*, ergo vetus teſtamentum malum erat.

Secundò, illa ſola lex bona cenſenda eſt, quæ ſubditos facit bonos, & iuſtos: ſed lex vetus non faciebat homines bonos, & iuſtos, & præterea offerebat illis magnas occaſiones peccandi, augebat B concupiſcentiam & peccatum, vt his verbis dicit Paulus Rom. 7. *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces, & peccatum per mandatum operatum eſt in me omnẽ concupiſcentiam: ſine lege enim peccatum mortuum erat:* & cap. 5. *lex ſubintrauit, vt abundaret delictum:* & rurſum. *Per legem peccatum reuixit*, & cap. 4. *lex iram operatur: ergo lex vetus bona non erat.*

Tertiò, quia illud præceptũ iudiciale Exodi. 21. *oculum pro oculo, & dentem pro dente*, videtur ſanè crudele, & improbatum à Chriſto, Mat. 5. Nam facta mentione illius adiecit; *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos.*

Quartò, quia Deut. 23. vſuræ conceduntur, & A cap. 24. libellus repudij, quæ duo aduerſantur rectæ rationi.

Quintò, quia Ezech. 20. dicitur, *dedi eis præcepta non bona: & iudicia, in quibus non viuent.*

Sextò, quia Iſai. 1. dicitur, *Quo mihi multitudo victimarũ veſtrarum? plenus ſum holocauſtis arietum*, &c. *Quis quæſiuit de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis? Non afferatis vltra ſacrificium fruſtrà. Incenſum abominatio eſt mihi. Kalendas veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea; facta ſunt mihi moleſta.* Pſal. 50. *ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis:* & Pſal. 49. *non in ſacrificiis tuis arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos*, &c. & Pſal. 39. *Sacrificiũ, & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti*, &c. & Ieremiæ 7. *Quia non ſum locutus cũ patribus veſtris de verbo holocauſtomatum, & victimarum.* Amos 5. *proieci feſtiuitates veſtras, holocauſta veſtra nõ ſuſcipiam.* Malach. 1. *Non eſt voluntas mea circa vos: & ſacrificium acceptum non habebo ex manibus veſtris:* ergo ſacrificia veteris legis, & alia cæremonialia mala erant, & ingrata Deo.

Septimò arguitur, quia lex bona debet eſſe poſſibilis: vetus autem lex erat impoſſibilis, Actor. 15. C *Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum: quòd neque nos, neque patres noſtri potuimus.*

Quidam hæretici dixere, legem illam malam fuiſſe, ac proinde non fuiſſe datam à bono, & vero Deo; ſed à malo Deo, cui tribuebant mala, & corporea omnia: vel quia lex illa ſacrificia cruenta, ſeu carnalia principaliter continebat, vel quia propter aliqua ex argumentis factis putabant, non eſſe piam, puram, & ſanctam.

Huius hæreſis primũ auctorem fuiſſe Simonẽ Magum intelligimus ex Clem. lib. 6. conſt. Apoſt. cap. 7. & 19. & 20. & Epiphan. hæreſi 21. Eandem ſecuti ſunt Cerdon, Marcion, Valentinus, & alij, contra quos ſcripſit Epiphanius hæreſi 21. & 66. Auguſt. lib. de hæreſib. in 7. eam tribuit Carpocratianis, & in 21. Marcioniſtis, & in 18. Caianis, & in 46. Manichæis, qui eam maximè amplificarunt; quibus eam etiam tribuit Hieronym. in præfatione epiſtolæ ad Titum. Contra ipſam latè diſputat Auguſt. libris contra Fauſtum, & contra Adimantum Manichæos, & libris contra aduerſarium legis, & Prophetarum, & lib. de ſpiritu & lit. & Alphonſus à Caſtro, lib. 9. contra hæreſes, verbo, lex, hæreſi 2. Petrus Cluniacenſis in epiſtolis contra Petrobruſianos, Bellarminus 1. de verbo Dei, ca. 5. vbi eam hæreſim tribuit Simonianis, Baſilidianis, & Marcionitis apud Irenæum lib. 1. cap. 10. 22. & 29. Manichæis apud Epiphan. hæreſi 66. Bogomilo apud Euthim. 2. part. Panopl. tit. 23. cap. 1. Albigenſibus apud Antonin. part. 4. tit. 11. ca. 7. & Anabaptiſtis quibuſdam, & partim Ptolomęo cuidam, de quo ſect. 2.

2 Sed de fide certiſſimum eſt, illam legem bonam, & rectam fuiſſe, & pro illo tempore imprimis vtilem. Vt ait Valentia diſpu. 7. quæſt. 7. punct. 1. conſonè ad D. Thomam, qui art. 1. quæſt. 98. dicit, proculdubio bonam fuiſſe; & communiter ac bene recentiores dicunt, hoc eſſe de fide: & ita in Conc. Lateran. ſub Innoc. III. definitum eſt, legem veterem fuiſſe bonam ſecundùm omnia ſua præcepta.

*2. & Catholica ſententia. Lex vetus bona fuit & pro illo tempore vtilis.*

Probatur primò, quoniam Deus, *cui non eſt in legiſlatoribus ſimilis*, vt ait Iob, ca. 36. fuit eius auctor, vt probant D. Thomas, & alij quæſt. 98. art. 2. & definitur in Concil. Tolet. 1. in definitione fidei, & in Trident. ſeſſ. 4. decreto de canonicis ſcripturis, vbi dicitur, Deum eſſe vtriuſque teſtamẽti auctorem. Et probatur, quia Exod. 20. & 24. 2. Eſaiæ 9. & paſſim in veteri teſtamento dicitur. *Hæc dicit Dominus, mandat*, &c. Idem conſtat ex Pſal. 18. & 118. & aliis, & ex omnibus prophetis. Et in nouo teſtamento, lex illa vocatur lex Domini, & lex fidei, & Lucæ 2. *Obtulerunt pro eo*, &c. *Sicut ſcriptum eſt in lege Domini*: & Marci 7. *Irritum feciſtis præceptum Dei*. Matth. 15. *Deus dixit, honora patrem, & matrem*. Lucæ 1. *Incidentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela*. Hebr. 9. *Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus*. Præterea lex illa erat prophetica, & figura futurorum, 1. Cor. 10. & Galat. 4. quod confirmatur latiùs in epiſt. ad Hebr. & Ioan. 19. *Os non comminuetis ex eo*. Solus autem Deus potuit præceptis, & factis futura infallibiliter præfigurare, præſertim pendentia à ſola ipſius voluntate. Rectè etiam argumentatur D. Thomas, quia lex illa diſponebat ad Chriſtum, & ad illum tota ordinabatur: ideò ille dixit Lucæ vlt. *oportebat impleri, quæ in lege, pſalmis, & prophetis ſcripta ſunt de me*, & Ioan. 5. *Nam de me*, inquit, *ille*, ſcilicet Moyſes, *ſcripſit*, ergo idem Dominus, qui Chriſtum ad nos miſit, legem illam tulit, ac proinde bona, & vtilis fuit.

A Secundò probatur ex Pſalm. 18. *lex Domini immaculata*, &c. & Pſalm. 118. *æquitas iudicia tua*. Rom. 7 *lex peccatum eſt? abſit: ſed peccatum non cognoui niſi per legem*; & ibidem. *Itaque lex ſancta, & mandatum iuſtum, ſanctum, & bonum*, &c. 1. Timoth. 1. *Scimus, quia bona eſt lex, ſiquis ea legitimè vtatur*. Vnde Chriſtus exemplo, & verbo legem illam approbauit: nam & ſeruauit illam Luc. 1. & 2. & Matt. 5. dixit, *Non veni ſoluere legem: ſed adimplere: & Iota vnum, aut apex non præteribit à lege*: & ſeruare docuit, Matth. 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi, omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite*. Quem locum ad hoc expendens Auguſt. 2. contra lit. Pitiliani, ca. 51. dixit, *Nonne illam*
B *cathedram Moyſis commendauit: & illos ſeruato cathedræ honore redarguit?* Ad idem eſt Matth. 8. *Vade, affer munus tuum, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis*. Retulit etiam Chriſtus ſeptem teſtimonia ex lege, & prophetis: ergo legem illam veram & ſanctam putauit.

Tertiò probatur, quoniam ad Chriſtum lex illa dirigebat, & præparabat homines tanquam pædagogus, tum perhibendo illis verbis, & factis teſtimonium, iuxta id Luc. vlt. *oportet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me in lege, & in pſalmis, & in Prophetis*: tum etiam retrahendo homines ab idololatria, eoſque continendo intra limites veri cultus, & religionis erga Deũ, quod attigit Paul. Gal. 3. dicẽs,
C *priuſquam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem, quæ reuelãda erat*, id eſt, in fidẽ Chriſti, & aliorum miſteriorum clariùs explicandam: & ibidem verſ. 24. *lex pædagogus noſter fuit in Chriſto*: erant enim tunc illi pueri, & infirmi.

Quartò probatur, quia lex illa præcipiebat, quæ dictat ratio naturalis, quæ in decalogo continẽtur, & nihil præcipiebat contra rationem: ſed potius in ſingulis præceptis poſitiuis illius legis aliqua ratio honeſtatis, iuſtitiæ, miſericordiæ, vel religionis cernitur; Vt latè proſequitur D. Thom. à quæſt. 99. vſque ad 105. & alij initio citati: ergo erat bona. Vnde Paul. Rom. 7. *condelector legi Dei ſecũdum interiorem hominem*. & iterum: *conſentio legi, quoniam bona*
D *na eſt*. & Clemens illo cap. 19. legem illam appellat, *ſanctam, & naturalis legis adiutricem*.

Quintò probatur, quoniam ea lex conuenienti tempore ſancita eſt, cùm iam nimirum homines obſcurata per peccatũ ratione ignorantiam ſuam agnoſcerent, & humiliati viderent ſe indigere diuina inſtructione, qua ſuam ignorantiam depellerent, vt tradit D. Thomas quæſt. 98. art. 6. & ſimili ratione neceſſariam poſteà fuiſſe legem nouam docuit, quæſt. 106. art. 6. vnde Cyrill. Alexandrin. 1. in Ioan. cap. 11. *lex data eſt, vt per eam lux, quæ in nobis eſt, accendatur lippitudine oculorum mentis deterſa, & depulſis tenebris, quæ priſca ignorantia nos occuparunt*. & Ioſeph. lib. 12. cap. 2. refert, illam legem in
E tanta veneratione habitam, vt ſaltem poëtis eſſet interdictum, ne quid ſuis ſcriptis ex illa mandarent, ne fortè miſcerent ſacra profanis, fabuloſaque veris.

*Lex vetus ſancita conuenienti tempore.*

Argumenta aduerſariorum ſoluit Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, & lib. 2. contra aduerſarium legis, & prophe. & alibi ſępe, & D. Thom. quæſt. 98. art. 1. 3

*Ad argumenta.*

Breuiter ad primum reſpondent aliqui, illud teſtimonium intelligi non de lege ipſa ſecundum ſe, ſed de eius cultoribus. Alij verò nomine culpæ, non veram culpam, & peccatum, ſed defectum, & imperfectionem intelligunt, cum Theodoreto,

*Ad 1.*

Caiet,

Digitized by Google

Caiet. ibi, & Cyrillo, 1. de adoratione: vtramque expoſitionem habet D.Thom. in illum locum, & Medina hîc.

Ad ſecundum reſpondeo, quod lex illa fouebat homines bonos, & iuſtos in hoc ſenſu, quòd exercebat illos in bonis variarum virtutum operibus, quamuis non ſufficeret ſine gratia Chriſti pertinentis ad legem nouam, delere peccatum & iuſtificare ab illo, & quamuis ob magnam eius difficultatem, & ob tenuitatem gratiæ, quæ tunc concedebatur, & ignorantiam, atque imbecillitatem hominum, & quia *nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata*, lex illa fuerit occaſio non data, ſed accepta peccandi, & prouocandi iram Dei: vnde lex illa imperfecta fuit, vt inquit Paul. Heb. 7. *reprobatio fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem*, & ibidem nihil ad perfectũ adduxit lex, & Ro. 7. *occaſione accepta peccatum per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit*, & ibidem, *occaſione accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.*

Ad tertium reſpondeo, illam pœnam talionis rigidam quidem eſſe: non tamen iniuſtam, nec à Chriſto damnatam: ſed Chriſtum rigorem illum abſtuliſſe, & ſuauiorem legem inſtituiſſe.

Ad quartum reſpondent aliqui, Deum iuſtè potuiſſe concedere vſuras, & libellum repudij, & re ipſa conceſſiſſe Iudæis. Alij frequentius, & probabilius dicunt, vſuras, & libellum repudij non conceſſa, ſed permiſſa fuiſſe. Quod non aduerſatur rationi de vſuris hoc diſputauimus cum aliis tract. de vſuris: de libello autẽ repudij tract. de matrim. De vtroque vide Azor. tom. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 3. in fine, & quæ diximus diſp. 5. ſect. 8.

4 Ad quintum reſpondeo primò cum D. Thoma, quæſt. 98. ar. 1. ad 1. Valentia diſp. 7. quæſt. 7. punct. 1. in fine, & Aug. epiſt. 19. præcepta legis veteris, præſertim cæremonialia dici non bona, non quia mala fuerint, vt ibi etiam aduertit Hieronym. ſed quia erant imperfecta, præſertim comparatione nouę legis, quam rationem ex Gregorio 28. moral. cap. 17. in Iob 38. aſſignat Barradas lib. 1. in euang. cap. 2. 1. & quia erant nimis onerosa, & poſita magis ad continendũ populum, ne in idololatriam declinaret, quàm propter intrinſecam, & propriam bonitatem, & perfectionem: vel etiam quia non habebant vim iuſtificandi, vt noſtra ſacramenta, nec ſufficiebant ad iuſtificationem ſine gratia Chriſti: vnde ſubditur, *& indicia in quibus nõ viuẽt.* Hanc expoſitionem de præceptis legis veteris ſiue omnibus, ſiue tantum cæremonialibus probabilem putat Pradus Ezech. 20. pro ea adducens Iuſtinum dialogo cũ Tryphone, Amb. pſal. 118. & lib. 5. epiſtolarum, epiſt. ad Clementianum. Hieronym. ad illum locum Ezech. Appollina. Theod. Polychr. Cyril. Orige. licet nõ eodem modo rem explicent, vt ibi latè refert Pradus addens, multò plauſibiliorem eſſe hanc expoſitionem. Patres bonum vſurpaſſent pro ſuaui, iucundo, & facili, hebræa phraſi non bonum contra, pro graui, duro, & intolerando: Nam vox hebræa *Tob*, non ſolùm honeſtum ſignificat: ſed delectabile bonum, vt Geneſ. 3. verſ. 6. *vidit igitur mulier, quòd eſſet bonum*, ideſt, amœnum, gratum: & Geneſ. 19. *ſi bonum eſt in oculis veſtris*, ideſt, ſi placet. Hac enim ratione præcepta non bona, erunt grauia, & importabilia. Vnde Petrus Act. 15. *iugum*, inquit, *quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus.*

*Præcepta veteris legis quomodo dicantur non bona.*

A Reſpondeo ſecundò, & melius, vt ſentiunt Pradus ibi, Vazquez, quæſt. 98. in commentar. art. 2. & alij recentiores hîc, ibi non eſſe ſermonem de pręceptis veteris legis: quia illa verba dicuntur in comminationem, & pœnam propter tranſgreſſionem præceptorũ legis veteris: vnde prius dixerat Deus, *dedi eis præcepta mea, & ſabbatha* (quo nomine omnes cæremoniæ intelliguntur, vt docet Pradus) *iudiciáque, quæ faciens homo viuet in eis* & poſteà conqueritur, eo quòd iudicia ſua non feciſſent, præcepta reprobaſſent, ſabbatha violaſſent: & ſubdit, *Ergo & ego dedi*, ideſt dabo, *eis præcepta non bona.* Sunt ergo hæc præcepta diſtincta à lege diuina:

B nam in obſeruatione huius viuitur, in illis autem vita non inuenitur: & illa ſunt pœna tranſgreſſionis diuinæ legis. Eſt ergo ſenſus: quia legem bonam non ſeruauerunt, dabo eis legem malam, ideſt, permittam eos abire in vias ſuas, & ſequi ſuas inclinationes prauas, quæ ſunt quodãmodò leges. Ita interpretatur Hieron. ibi, & Vazq. ſupr. & conſonat Paul. Rom. 2. dicẽs, *tradidit eos Deus in reprobũ ſenſum.* Vel dicitur dediſſe illis præcepta nõ bona: quia permiſit, aut voluit eos captiuos duci ſub iniquis regibus, & tyrannis, qui imponebant illis onerosa, & iniqua præcepta, vt rectè explicat Pradus ſuprà, & Azor tom. 1. lib. 6. cap. 2. q. 2. ſimiliter

*Quomodo Deus dederit Iudæis præcepta non bona.*

C in pœnam violati ſabbathi, & cæremoniarum legis, diuinique cultus permiſit eos Deus implere pręcepta gentium de cultu idolorum, & oblatione filiorum per ignem: & ideo, vt notat Pradus, ſtatim in Ezechiele ſubditur, *& pollui eos in muneribus ſuis*, id eſt, pollui permiſi: quamuis D.Thom. ſuprà, exponat, pollui, id eſt, pollutos oſtendi: quia quando offerebant ſacrificia pro peccatis, pollutos ſe oſtendebant.

Ad ſextum reſpondeo, in illis teſtimoniis duo indicari. Alterum eſt, cæremonias, & ſacrificia illa non placuiſſe Deo: quia homines, qui illis vtebantur, putabant ſufficere ad placandum Deum, cùm tamen ſimul eſſent onuſti peccatis: vnde 5

D Iſai. 1. *Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, & digiti veſtri iniquitate.* Alterum verò eſt illa minus perfecta, & Deo grata fuiſſe, & ideo in alia gratiora, & meliora commutanda fuiſſe, nimirum in cæremonias, & ſacrificia legis Euangelicæ.

Ad ſeptimum reſpondet D. Thomas quæſt. 98. art. 1. ad 3. quòd lex illa erat poſſibilis: ſed non ſine gratia, quam lex non dabat: ſed Deus, iuxta id Rom. 9. *Non eſt volentis, neque currentis*, ſcilicet velle, & currere in diuinis præceptis, *ſed Dei miſerentis*: & Pſalm. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum*, ſcilicet per gratiam, & cha-

E ritatem. Adde tamen etiam cum gratia communi, & ordinaria illius temporis fuiſſe ſeruatu difficillimam: quia gratia ordinariè erat modica: præcepta verò grauiſſima, & plurima. Erant enim 613. ſecundùm Abul. Deut. 27. quæſt. 1. & Ruth 1. q. 24. vbi Lyra, & Phariſien. lib. de fide, & legib. & Galatinum, 11. de Archanis cap. 4. Licet ſecundùm Burgenſem in Scrutinio ſcript. lib. 1. d. 8. cap. 9. ſolùm fuerint. 365. iuxta numerum dierum anni. De hoc vide dicta à nobis diſp. 6. ſect. 3. in fine, & à Lorino Actuum, 15. verſ. 10. & Cornelio Muſſo Rom. 7. in fine, vbi ait, præcepta illius legis ex vna parte fuiſſe 365. iuxta numerum dierum anni: ex alia verò 248. iuxta numerum oſſium hominis, & priora eſſe negantia, poſteriora affirmantia, ait Barrad. 1 libr.

*Quot fuerint præcepta in veteri lege.*



Digitized by Google

in Euang. cap. 10. Viegas Apoc. 2. commen. 4. ſect. 5. pro opin. Abulenſis citat Paulum Riceium libro de Pentateucho, & Conradum Geſnerum in ſua bibliotheca: ſed ait Rabi Moyſem lib. 3. dubiorum tract. de præceptis, poſuiſſe 218. affirmatiua, & 365. negatiua. Genebrar. in Chronico, & Hebræi apud Azor. tom. 1. lib. 6. cap. 59. quæſt. 3. ponunt affirmatiua 248. negatiua verò 365.

6 Sed quæres, an lex vetus in ſuo ordine, & gradu perfecta fuerit. Quidam id affirmant, licet fateantur, ſimpliciter fuiſſe imperfectam, & præſertim comparatione nouæ legis. Sumi putant ex D. Thoma quæſt. 98. art. 1. in corp. iunctis ſolutionibus argumentorum, art. 2. & probant primò, quia Dei perfecta ſunt opera: ſed lex illa fuit opus Dei: ergò. Secundò ex Iob 36. *Non eſt ſimilis ei in legiſlatoribus*: Sed alij legiſlatores edunt leges in ſuo genere perfectas: ergo & Deus. Vnde Clemens lib. 6. conſtit. Apoſt. cap. 19. legem illam vocat, perfectam, & plenam, & abſolutam, ſeu nulla ex parte deficientem, omni reprehenſione carentem, &c. Tertiò, quia, vt lex ſit perfecta in ſuo genere, ſatis eſt, accommodari cōditioni eorum, quibus imponitur. Vnde ſi imponitur pueris, nō ſpectat ad eius perfectionem ea præcipere, quæ virorum ſunt propria: ſed quæ ſtatui puerorum ſunt accommodata: ita autem ſe habuit illa lex; puerorum enim erat, ideóque Gal. 3. pædagogus vocatur, ergo. Vazquez quæſt. 98. art. 1. difficilem putat differentiam aſſignatam à D. Thoma inter legem veterem, & aliquas humanas, quòd hæ ſint perfectæ in ſuo genere: illa verò non: eo quòd loquitur D. Thom. de lege veteri, etiam vt comprehendit legem naturæ; vt patet ex articulo primo, & ex tota quæſt. 99. & ex loco Pauli, quem citat argumento: ſed contrà: lex autem naturæ in ſuo genere perfecta eſt: quaſi verò non poſſet id, quod perfectum eſt in ſuo genere, componere aliquid in ſuo genere imperfectum: vt anima perfecta, animal orbatū oculis, vel aliquo membro, aut ſenſu: ſic ergo licet lex naturæ ſit in ſuo genere perfecta: tamen cōponit legem veterem, quæ in ſuo genere imperfecta videtur.

Quæſt.

7 Vnde alij putant iuxta veritatem, & D. Thomam, legem illam nec in ſuo genere fuiſſe perfectam, ſicut lex humana eſt perfecta in ſuo genere: quia poteſt conſequi ſuum finem, qui eſt pax, & tranquillitas Reip. Lex autem vetus non poterat conſequi ſuum finem, qui erat impedire, & expellere peccata, & perducere ad beatitudinem. Ideò imperfecta, inquiunt, in ſuo genere fuit, non priuatiuè, ſed negatiuè: non enim carebat perfectione debita, licet nō haberet ſummam, aut magnam perfectionem, præſertim comparatione legis nouæ. De qua comparatione inferius diſſeremus, & enumerabimus illius legis imperfectiones. Potiſſima erat, quia non dabat ex vi ſua, ſeu ex propriis internam iuſtitiam, *nec iuuabat, ſed iubebat*, vt ſæpe dicit Auguſt. & ideo Ioan. 1. dicitur, *Lex per Moyſem data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*: & Paul. tota epiſt. ad Rom. ait, quòd non auferebat, nec impediebat peccatum, imò erat occaſio peccati, quia præcepta, & non vires ad ea implenda dabat. Et quia Chriſtus nondum venerat, modica tunc propter merita ipſius dabatur gratia ad bene operandum. Si obiicies, nec legem humanam cōferre vires ad ſui impletionem: tamen eſſe perfectam in ſuo genere; reſpōdent legem humanam per ſe promittere, & comminari bona, aut

A mala temporalia, & res diſponere, ita vt ſequatur finis eius præcipuus, qui eſt exterior pax, tranquillitas, & fœlicitas Reip. Ideo eſſe perfectam in ſuo genere: legem autem veterem non præſtitiſſe omnia neceſſaria ad conſequendum præcipuum eius finem, qui erat reddere homines perfectos, & fœlices æterna fœlicitate: vnde Hebr. 7. *Nihil ad perfectum adduxit lex, & reprobatio fit veteris mandati propter eius inutilitatem, & infirmitatem*: & ideo non erat ſimpliciter, nec in ſuo genere perfecta: licèt ſecundùm quid fuerit perfecta, quatenus erat ſecundùm exigentiam illius puerilis ſtatus. Vnde tunc illam legem dare non fuit alienum à ſuauitate diuinæ prouidentiæ: tum quia vt Auguſt. cōtra Fauſtum, & de ſpir. & lit. ſæpe dixit, indigebat tunc ille. Tum, quia vt ait D. Thomas illo art. 2. ad vlt.

*Finis legis humanæ, pax exterior & fœlicitas Reip.*

B licet ipſa lex auxilium gratiæ non daret, Deus non deerat, ſed dabat illud, quādo opus erat, per fidem, & merita Chriſti. Hæc illi: ſed quæſtio eſt de nomine, & parum refert quòd dicamus, aut negemus fuiſſe perfectam in ſuo genere: modò aſſeramus, fuiſſe ſimpliciter, & comparatione nouæ imperfectam, vnde D. Thomas quæſt. 98. art. 2. ad 1. ait fuiſſe perfectam ſecundùm quid, & pro illo tempore, quod erat pueritiæ Iudæorū, cui lex fuit accommodata, iuxta id Galat. 3. lex pædagogus fuit, ſed ſimpliciter imperfectā: quia, *nihil ad perfectum adduxit lex*. Hebr. 7. Vazquez tamen eodem artic. ait, vt continebat legem naturæ, fuiſſe ſimpliciter, & pro omni tempore perfectam.

C
## SECTIO II.

*Vtrùm lex vetus tota fuerit immediatè à Deo; vt Legiſlatore, ſeu an tota fuerit ſtrictè lex diuina.*

IN ſuperiori ſectione, probatione prima oſtendimus, legem veterem datam fuiſſe à Deo vero, & bono; non à malo Deo, vt hæretici multi dixerunt ibidem relati, quibus ex parte conſenſit Ptolomæus quidam apud Epiphan. hæreſi 33. Bellar. 1. de verbo Dei, cap. 5. dicens, auctorem veteris legis fuiſſe triplicem, & nullum illorum fuiſſe verum Deum. Nam partem legis dicebat, eſſe datam ab opifice mundi; quem non Deum: ſed Numen ſecundum eſſe di-
D cebat: partem verò à Moyſe, & aliam partem à ſenioribus illius populi. Prima pars huius hæreſis, quæ vt talis refutatur ab Epiphanio, fundatur in alia hæreſi, quòd Verbum non ſit verus Deus: aliæ verò partes, præſertim ſecunda, poſſunt habere nonnullam dubitationem. Nam aliqui Catholici cenſuerunt, Moyſem miſcuiſſe in illa lege aliqua præcepta propria, & verè humana. Quod de lege permittente libellum repudij ſignificat, ſecundùm aliquos, Canus, 2. de locis, cap. 16. & habet fundamentum in Ambroſio lib. 8. in Lucam, initio; & in verbis Chriſti Matth. 19. vbi prius dixit, legem illam, *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet*, eſſe diuinam: poſteà verò de lege repudij ſubdit, *Ad duri-*
E *tiam cordis veſtri permiſit vobis Deus, &c.* & Salmeron tract. 61. & 62. in Acta, & 1. Cor. 7. diſp. 12. planè docet, Decalogum fuiſſe traditum à Deo, vt ab authore, & legiſlatore immediato: cætera verò præcepta Pentateuchi eſſe tradita à Moyſe, vt ab immediato Legiſlatore per auctoritatem Legiſlatiuam à Deo acceptam: quemadmodum Ioannes 8

1. Opin.

Baptiſta

Baptiſta ſibi è cœlo collatum inſtituit Baptiſma,& Beſeleel,& Ooliab Exod.31.artibus ſibi à Deo infuſis tanquam artifices tabernaculum fabrifaciebant : & Septuaginta ſeniores ſpiritu gubernandi ſibi à Deo infuſo regebant populum , Num.11.& Dauid poteſtate regia immediatè ſibi à Domino tradita,duodecim Tribus gubernabat:ac Salomon dono ſapientiæ à Deo accepto diſputabat ſuper lignis à cedro,quæ eſt in Libano , vſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete. Huius ſententiæ videtur etiam Valentia diſput.7. quæſt.7.punct.4. in 1.obſeruatione , dicens , Deum non immediatè præſcripſiſſe cætera præcepta à Decalogo:ſed Moſem auctoritate diuina ea promulgaſſe;& D.Thomas , quæſt.100.art.5.ad 1.ait , *Præcepta Decalogi eſſe illa , quæ immediatè populus recepit à Deo.* Vtraque autem fuêre mediatè à Deo quantum ad promulgationem : ergo differentia intenta à D. Thoma eſt quantum ad inſtitutionem : & ſic aliqua præcepta ſunt immediatè à Moyſe inſtituta, & alia à Deo.

*Dupliciter ſumitur ius diuinum apud Patres.*

9 Aduerte primò cũ Salmerone tract.61.in Acta. & 1.Cor.7.diſp.12.cui conſonat Couar.1.var.cap. 17.& in pract. cap.31. num.2. dupliciter ſumi ius diuinum,ſeu legem diuinam apud Patres:aliquando quidem laxè,ſeu communiter ; aliquando verò ſtrictè,ſiue propriè. Lex diuina laxè ſumpta non tantùm legem à Deo per ſe , & immediatè inſtitutam, ſed etiam legẽ à Deo per Eccleſiaſticam poteſtatem latam comprehendit : in qua acceptione leges,quas Eccleſia inſtituit,ac proinde tollere,ac mutare poteſt , diuinæ dicuntur : nimirum , quia à poteſtate diuinitus collata emanarunt. Vnde Petrus Cluniacẽſis, Bernardo æqualis lib.4.epiſt. 28.poſt medium, ait : *Diuina mandata diximus non ſolùm ea , quæ per ſeipſam in carne diuinitas apparens hominibus tradidit , aut ea,quæ per Apoſtolos teneri conſtituit,ſiue illa , quæ ante ſuſceptam carnem per Patriarchas,vel Prophetas mandauit : ſed etiam illa, quæ poſt Apoſtolos Apoſtolici viri Apoſtolica veſtigia ſecuti, vnanimi multorum Catholicorum conſenſu ſeruari præceperunt. Idem enim diuinus Spiritus, qui priorum Patrum cordibus ſe infundens humanæ ſaluti congruentia per eos dedit præcepta,per hos quoque,qui recentiores videntur, hominum ſalutem operari ſalubria iubendo non deſtitit. Per diuerſos igitur præcones Domini verba edita venerantur : in diuerſis organis eiuſdem Spiritus flatum agnoſcimus.* Hæc ille. Sic etiam Bern.lib.de præcepto,& diſpenſ. *Quæ Prælati præcipiunt Deus per illos præcipere dicitur.* Qua ratione illorum præcepta dici poſsũt diuina:& Anacletus epiſt.1.leges diuinas vocat, quibus Primates in ciuitatibus cõſtituti ſunt;quas idem vocat eccleſiaſticas,& meritò : quia,vt ipſe ait,ab Apoſtolis, & Clemente diuiſio Prouinciarum facta eſt:hi autem non potuerunt legem propriè diuinam condere : ſic etiam Victor. Papa epiſt.ad Theophilum c.1.ait , ſtatuta de celebrando Paſcha in die Dominico , nulla debere improbitate conuelli , nulla nouitate mutari: *quia alia eſt ratio cauſſarum ſecularium , alia diuinarum.* Refertur in cap.celebritatem,de conſecr.d.3. & Leo epiſt.85.ad Epiſcopos per Africam conſtitutos,ait : *Diuinis,& Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentiſſimi Canonum decreta mutari.* Refertur in decreto Iuonis p.5.cap. 16.& Innoc.IIII. in Concil.Lugdun.& refertur cap.cùm de diuerſis,de priuil.in 6. ius canonicum vocat diuinum;ciuile verò humanum.& Ambroſ. lib.8.epiſt.66. Quartum gradum conſanguinitatis prohibitum dicit lege diuina, id eſt, Eccleſiaſtica, cùm in ea paſſim diſpenſetur:& Epiph.hæreſi vlt. Apoſtolorum Conſtitutiones,quę in ſacris Bibliis nõ ſunt,diuinam ſcripturã appellat, & Cyprianus ſerm.de lapſis,idololatriæ crimine polutos abſque ſatisfactionibus canonicis ad communionem admitti,ait eſſe cõtra legem diuinam;& Athan.epiſt. ad omnes orthodoxos,Diuinas leges appellat Canones Eccleſiæ de ritu excommunicandi , & eligendi Epiſcopos : & Baſil.in Regulis breuior. interrog.139.Præcepta ieiunandi certis diebus,diuina appellat ; & eodẽ modo loquitur Nazian.epiſt. 71.ad Celenſium : & Theophilus Alexandrin.lib. 3.Paſchali.Decreta Eccleſiæ vocat legem Dei.Ratio autem , quare mandata Eccleſiæ appellantur diuina , eſt, quia fiunt auctoritate manante à Deo auctore ſupernaturali : & inſtinctu atque illuſtratione Spiritus ſancti : vt Act.15. *Viſum eſt Spiritui ſancto,& nobis*,&c. & 1.Cor.7. *Puto autem,quòd & ego Spiritum Dei habeam*,ſcilicet ad præcipiendum, vt exponit Salm. ſuprà, qui etiam ſic ſcripſit id 1.Cor.14.*Si quis videtur Propheta eſſe,aut ſpiritualis, cognoſcat,quæ Scribo vobis : quia Domini ſunt mandata.* item præcepta Eccleſiæ mandata Dei dicuntur: quia Deus præcipit obedire Superioribus , ſicut ipſi Deo. Lucæ 10. *Qui vos audit,me audit ; & qui vos ſpernit,me ſpernit.* & Matth.18. *Si Eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut Ethnicus*,&c.& Matth.23.*Quæcumque dixerint vobis,ſeruate,& facite.*

*Ab Apoſtolis & Clemente diuiſio Prouinciarũ facta eſt.*

*Tota lex vetus fuit diuina, & quomodo.*

Hoc ſuppoſito concedit Salmeron , totam legem veterem fuiſſe diuinam,partẽ quidem preſsè, nimirùm , quæ immediatè fuit à Deo tamquam à Legiſlatore , quæ per Moyſem non fuit condita, ſed tantum promulgata:partem verò latè tantùm, nimirum , quæ Moyſem habuit Auctorem, & Legiſlatorem,& non tantùm promulgatorem.

10 Hoc ſecundum, in quo eſt tota, aut principalis difficultas , probat Salmeron : quia paſſim in lege dicitur,hoc,& illud præcepit Moyſes:hoc, & illud factum eſt iuxta præceptum Moyſi. Ipſe quoque ſic loquitur, Deut.4. *Et nunc Iſraël audi præcepta, & iudicia , quæ ego doceo te,&c. Non addetis ad verbum , quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Cuſtodite mandata Domini Dei veſtri , quæ ego præcipio vobis.* Et infrà : *Scietis , quòd docuerim vos præcepta , atque iuſtitias,ſicut mandauit mihi Dominus Deus meus.* Et Eccleſiaſtici 24.*Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum , & hæreditatem domui Iacob , & Iſraël promiſſiones.* Quod quidam vertunt : *Lex , quam Moyſes præceptis iuſtiſſimis tulit populis Iacob hæreditariam vna cum promiſſionibus ad Iſraëlitas pertinentibus.* Et Origenes ho.16. in Num. ante medium, in cap.23.ait : *Per Moyſem quidem multa locutus eſt Deus : aliquanta tamen & Moyſes propria auctoritate mandauit. Quod Dominus in Euangelijs euidentiſſima diſtinctione ſecernit, cum dicit de repudio mulieris interrogatus, quia ad duritiam cordis veſtri ſcripſit Moſes hæc vobis : ab initio autem non fuit ſic.* Et paulò inferius : *Vides ergo & hic Deum non præcepiſſe, nec fieri voluiſſe diuortium, Moyſem verò propter duritiam cordis Iudæorum ſcripſiſſe dandum eſſe repudium. Oſtendit hæc & Paulus in literis ſuis,cùm dicit de quibuſdam : Dominus dicit, & non ego:& de alijs:hæc autem dico , non Dominus : & iterum in alijs præceptum Domini non habeo , conſilium autem do : & iterum : Quæ loquor,non loquor ſecundùm Deum. Vnde ſimiliter etiam in cæteris Prophetis aliqua quidem* 1.Cor.7. 2.Cor.11.

Dominus

*Dominus locutus eſt,& non Propheta: alia verò Propheta,& non Dominus.* Sic Origenes, cuius Opera licet ab Eccleſia damnata ſint: non tamen omnia: cùm multa ex illis longo tempore ſint lecta: & Gelaſius Papa, cap. ſancta Romana, 15. diſt. id iudicium probet, quod de operibus Origenis protulit Hieronymus, qui nõ ſolùm in hoc Origenem nõ damnat: ſed etiam probat, & imitatur: nam Matth. 19. ait: *Numquid poteſt Deus ſibi eſſe contrarius, vt aliud anteà dixerit, & ſententiam ſuam nouo frangat imperio? Non ita ſentiendum eſt: ſed Moyſes, cum videret, propter deſiderium ſecundarum coniugum, quæ vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores eſſent, primas vxores interfici, aut malam vitam ducere, voluit indulgere diſcordiam* (id eſt, diuortium) *potiùs quàm odia, & homicidia perſeuerare, ſimulq́ue conſidera, quòd non dixit, propter duritiam cordis veſtri permiſit vobis Deus: ſed Moyſes, vt iuxta Apoſtolum conſilium ſit hominis, non imperium Dei.* Et Ambr. 8. in Luc. c. 2. ſuper cap. 16. tractans illa verba, *Ad duritiam cordis veſtri,* dicit: *Ait Moyſes, non Deus ipſe: ab initio autem lex Dei eſt. Quæ eſt lex Dei? Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt ambo in carne vna: ergo qui dimittit vxorem, carnem ſuam ſcindit, diuidit corpus. Oſtendit autem hic locus, quæ propter fragilitatem humanam ſcripta ſunt, non à Deo ſcripta. Vnde & Apoſtolus, Denuntio,* inquit, *non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere.* Hæc Ambroſius. Ergo ſentit, conceſſionem libelli repudij factam fuiſſe immediatè auctoritate Moſis, non Dei. Et Clemens Alexandr. 3. pædag. c. 7. *Decuit, Decalogum per Deum Legiſlatorem ferri: qui æternus eſt: reliqua verò minimè duratura, per Moſem mortalem.* Vbi planè Clemens docere videtur, Deum fuiſſe ſolius Decalogi Legiſlatorem, Moyſem verò cæterorum præceptorum, ſed inſtinctu Dei, & ideò dixiſſe videtur, non fuiſſe à Moſe videlicet vt à primo inuentore, ſed à Deo per Moſem, vt per verum Legiſlatorem.

1. Cor. 7.

11 De hac re ſic loquitur Medi. quæſt. 98. art. 2. in fine, *Sed vtrùm omnia mandata, quæ ſunt in veteri lege, fuerint à Deo tradita, ſic vt nullum datum fuerit à Moſe tanquam à præcipuo Legiſlatore, controuertunt ſancti Patres. Origen. & Baſil. dicunt apertè, multa Deum per Moyſem fuiſſe locutum: ſed aliqua Moſes propria auctoritate mandauit: quod Chriſtus in Euãgelio apertè deſignare videtur, cũ dicit de libello repudij; Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis libellũ repudij; ab initio autem non ſic. Sed veritas eſt, quòd omnia mandata, quæ ſunt in veteri lege, fuerunt à Deo inſtituta. Dicitur enim* Exodi 24. *quòd Moyſes legit populo volumen fœderis, & dixit populus, omnia, quæ locutus eſt nobis Dominus, faciemus. Idem habetur* Hebr. 9. *Et eſt ratio euidens: nam ſi Moyſes aliqua propria auctoritate mandauit: quomodo diſcernere poterimus, quid ex Spiritu ſancto, quid ex propria auctoritate mandauerit, & ſic erit rerum omnium confuſio. Loquitur de hoc optimè Magiſter Cano.* Hæc Medina. Sed Canus 2. de locis, cap. 16. & ſequentibus, non tractat præſentem quæſtionem: ſed an omnia quæ in Scriptura continentur, ſint ſcripta dictante illa Spiritu ſancto: & meritò docet, partem affirmantem, contra quam nihil dicunt Baſil. Ambr. aut Origenes, vt explicat ipſe Canus ſuprà, cap. 18. ad 2. Deinde Baſil. de præſenti quæſtione noſtra nihil dicit. Item ratio illa, quam euidentem vocat Medina ad præſentem controuerſiam euidens non eſt; nam in Scriptura quædã dicitur Deus præcipere; alia verò Moſes; & ideò quędã videtur ſpectare ad legẽ Dei preſsè ſumptã; alia verò ad legẽ Moyſis preſsè ſumptã, vt diſtinguebat Salmeron.

2. Opinio. Orig. hom. 16. in Numer. Baſilius, 5. contra Eunom. c. penult.

Canus, 2. de locis cap. 16. arg. ſecundo.

In veteri lege quædam videntur ſpectare ad legem Dei preſſè ſumptam, quædam ad legem Moyſis preſſè ſumptã.

In cuius tamen ſententia hanc difficultatem inuenio: quòd ſi præcepta aliqua veteris legis fuiſſent auctoritate eius impoſita, potuiſſent eiuſdem, vel ſucceſſorum auctoritate limitari, mutari, & abrogari (id quod fortaſſe nemo conceſſerit) niſi dicas, Deum præcepiſſe immediatè, vt quæ Moyſes præciperet, inuiolata ſeruarentur, & ideò præcepta Moſis ipſo defuncto fuiſſe quaſi diuina, & nulla auctoritate humana mutari potuiſſe: res ſanè eſt difficilis, in qua mallem diſcere, quàm docere. Apoſtolus ſanè Hebræo. 10. Salmeroni fauet, dum legem illam vocat legem Moyſis, ſed Eccleſiaſticus fauet aliis: nam de Moſe ait, *dedit illi Dominus legem vitæ, & diſciplinæ.* Fortè lex illa immediatè fuit à Deo, & à Moyſe, ſicut quãdo idem pręcipiũt Deus & homo, vel diuerſi homines, eadem lex dicitur omnium illorum. Vnde Deut. 24. eadem præcepta Deo, & Moyſi tribuuntur, cùm dicitur, *Cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis,* ſic poſſet conciliari opinio Salmeronis cum opinione Medinæ, quam ſequuntur tanquam probabiliorem aliqui recentiores, dicentes oppoſitam ſententiam non poſſumus damnare, vt erroneam, vel omninò improbabilem: quia non ſolùm Canus, & Ambroſ. iam citati: ſed etiam Hieron. illam ſequitur ſpecialiter quoad illam legem repudij, Beda, Hugo, & D. Thomas ibi. Non poſſum tamen illam probare: ſed totam legem vſque ad finem Deut. puto eſſe diuinam (ſcilicet preſsè, & ſtrictè) vt docuit Maldo. Mat. 19. ſanctos piè interpretans. Idem Bellar. 1. de verbo Dei (in quo nihil inuenio) Ioan. Arbor. 10. Theoſophiæ, ca. 6. & videtur communis ſenſus doctorum. Probatur: quia in principio Deut. & ſępe in illo libro Deus dicitur eſſe, qui legem fert, & Moyſes teſtatur, ſe tradere, quæ à Deo accepit, & poſteà eodem contextu, & modo omnes leges fert: ergo nullam poſſumus cum fundamento excipere: aliàs nihil manet firmum. Prætereà nullũ eſt fundamentum ad faciẽdam illam ſpecialem exceptionem. Tum quia, quod Chriſtus dixit, *Moyſes permiſit,* vel *præcepit,* nullum argumẽtum eſt. Nam etiam Matt. 8. dixit leproſis, vt offerrent quod Moyſes præcepit, cùm tamen ſine controuerſia illud eſſet præceptum Dei, & Marci 7. *Moyſes dixit, honora patrem tuum, &c.* & ſtatim, *irritum feciſtis præceptum Dei.* Prætereà materia ipſa requirit diuinam auctoritatem. Nam permiſſio illa dupliciter intelligi poteſt. Primò, vt fuerit vera conceſſio, & licentia validam, & iuſtam efficiens vinculi matrimonialis diſſolutionem: & ſic, conſtat à ſolo Deo eſſe potuiſſe. Secundò, vt ſolùm fuerit impunitas, & nec ſic eſt veriſimile Moyſem ſua auctoritate id permiſiſſe, cùm materia eſſet intrinſecè mala, & in ſe ſpectata permiſſio non videbatur adeò neceſſaria ad maiora mala vitanda: & quamuis alij Principes aliquas leges tulerint: tamen Moſes nullam legem dedit, quam à Deo non acceperit. Hæc illi recentiores. Quibus ſanè fauet Clemẽs Alexandr. 1. pædagogi cap. 7. ante medium, dicens: *Erat enim reuera Dominus per Moſem pædagogus veteris populi: per ſe autem populi noui dux facie ad faciem,* & infrà. *Lex per Moſem data eſt, non à Moſe, ſed à verbo quidem, verùm per Moſem ſeruum ſuum: & ideò fuit ad tempus: æterna autem gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Hanc

12

Suarez.

Deus per Moſem erat Pædagogus veteris populi: per ſe autẽ populi noui dux facie ad faciem.

13 Hanc ſecundam opinionem tenere videntur Valent.diſp. 7. quæſt. 7. punct.1. probatione 1. & Azor to.1.lib.6.cap.2.quæſt.2.& expreſsè id tenēt alij recentiores ex noſtris, inter quos Vazquez quæſt. 98. art. 2.in fine,licet putet,eſſe ſententiam Cani, in lege veteri aliqua præcepta tradita eſſe à Moyſe,vt vero legiſlatore:vt illud de libello repudij: tamen ait,certum eſſe debere, nullum præceptum legis veteris ſic traditum à Moſe: nam ſi aliquod,maximè illud de libello repudij, illud autem non potuit dare nomine ſuo: tum quia ſola auctoritate Dei diſſolui poterat matrimonium legitimum cōſummatum: lex autem illa ſecūdùm probabiliorem opinionem concedebat diſſolutionem vinculi matrimonialis, alioqui non dixiſſet Chriſtus eod. cap. *ab initio autem non fuit ſic*, tum quia nullus legiſlator conceſſit libellum repudij, vt Iudæis concedebatur, cum facultate conceſſa vxori nubendi alteri viro,ergo nullum præceptū illius legis fuit à Moyſe vt legislatore:ſed vt à mediatore,& præcone,

Sed pro contraria Salmeronis ſententia eſt Clemens Romanus VI.conſtit.Apoſt.ca.19.in fine,dicens. *Etenim Moſes legiſlator ſimul ac Pontifex,idemque propheta,& Rex fuit*, & alij multi ipſum vocant legislatorem, vt Philo 3. de vita Moyſis in fine. Numenius Pythagoreus apud Genebrardum lib. 1. Chronic. & Gregor. Nazian.oratione 6. Theologiæ.

Iam diximus conciliari poſſe has duas ſententias, ita vt omnia illa præcepta fuerint, & Dei, & Moſis tanquam legislatoris: eiuſdem enim præcepti poſſunt eſſe duo legislatores,præſertim ſubordinati, ita vt vnus alteri præcipiat, vt eandem legem,quam ipſe tulit,alter & promulget,& ferat.

*Opinio Auctoris.*

14 Vtcumque ſit,ſentio, omnia illa præcepta fuiſſe preſſe diuina,ſeu lata à Deo tanquam ab immediato legiſlatore, vt ſuperiora fundamenta concludere videntur,quæ confirmo:nam Deut. 24.dicitur, Moyſem propoſuiſſe populo omnia verba Domini, atque iudicia, & populum reſpondiſſe, *omnia verba,quæ locutus es,faciemus*:& Hebr.9. dicitur, *lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua,& lana coccinea,& hyſſopo,ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, dicens, iſte eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus*:ergo omnia illa præcepta verè & in toto rigore erant diuina.Item ſi aliqua præcepta ſunt Dei, & alia Moyſis, non poterimus diſcernere, quæ ſint vnius, & quæ alterius:quod eſt inconueniens: nam inde ſequitur, non poſſe cognoſci, quæ ſint humana auctoritate reuocabilia, & diſpenſabilia, quæ verò non.

15 Sentio etiam cum omnibus,Angelos non fuiſſe legislatores, ſed miniſtros in ordine ad legem veterem: quoniam non erant ſuperiores populi Hebræi,nec ipſi, aut Moyſes eorum nomine quicquā populo præceperūt.Miniſterio autem Angelorum datam fuiſſe hanc legem, vt docent D. Thomas quæſt.98. art. 3. & alij ibi. Valent. Azor, & Med. locis cit.Auguſt.2.trin.cap.13,& lib.3.ca.11.quod eſt vltim.& lib.12. Geneſ.ad lit. cap. 27. Grego. in procem. moral. cap. 2. Vazquez 1. part. diſp. 186. Barrad.lib.1.in Euang.cap.15.Dion. cap.4. cœleſt. hierarch.& Alber.ibi,&Salm.1.Cor.7.diſp.12.Patet ex Galat.3.*ordinata per Angelos in manu mediatoris*:&Act.7.*Hic*,ſcilicet Moſes,*fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo,qui loquebatur ei in monte Sina,& cum patribus noſtris, vbi accepit verba vitæ dare nobis*, & eodem cap. *accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum*,ideſt,eorū opera,& miniſterio, quamuis alias expoſitiones copioſè, & eruditè afferat Lorinus ibi.Et Heb. 2.*ſi enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus*,&c.

16 Obiicies,quia multi Patres docuere, eum, qui loquebatur cum Moſe, Iacob, & aliis Patriarchis, fuiſſe verbum ſeu filium Dei in corpore aſſumpto:Clemens lib.5.conſtit.apoſt. cap. 21. Leo epiſt. 13. ad Pulcheriam Auguſtam, Hilar. 12. de Trin.Ambr.1.de fide,cap.5.Irenæus,lib. 4. cap. 37. Nazian. tract. de fide,Athan. ſeu alius auctor, qu. 12. ad Antiochum, & ſerm. 4. contra Arrianos. Chryſoſt.Gen.32.Theodoret. quæſt. 88.in Geneſ. Baſil.2.contra Eunon. Niceph.lib.1.cap.5.Tertul. lib.contra Praxæam,cap.14.Clem.Alexandr.1.pædagog.ca.7.Iuſtin.dialogo cum Tryphone, Euſeb. 1.de demōſtrat.c.5.Concil. Sirmiēſe anathematiſmo 14. quod Concilium licet Baron. tom. 3. pag. 662. dicat fuiſſe Arrianorum, tamen quoad confeſſionem fidei contra Photinum à ſede Apoſtolica approbatum fuit,vt docet Baron.ſuprà,Pererius to.3.in Geneſ.ca.19.Barrad to.1. in Euang.lib.1.c. 15.Niceph.lib.9.ca.31. Denique legem veterem à verbo diuino Moyſi traditam ſentiunt Chryſoſt. in id,Galat.3.*in manu mediatoris*, vbi nomine mediatoris intelligit Chriſtum,vt & Theophylact.& Oecumen.& Primaſius,quamuis hîc Moyſem etiā putat intelligi poſſe nomine mediatoris. Item Ambr.1.de fide,cap.5. & lib. de filij diuinit. cap.8. filium Dei putat cum Moyſe locutum, & legem ei dediſſe.

Reſpondet Barrad.loco proximè citato,contrariam ſententiam, nempè, quòd is,qui loquebatur cum Moſe,Iacob,& aliis patribus, fuerit Angelus, eſſe Diony.de cœleſti Hierar.cap.4.Auguſt.3.trin. cap.11.Anſelm.& D.Thom.Galat.3.Alber. ſuprà, ſed reſpōdeo facilius, has ſententias non eſſe contrarias: quia Angelus,per quem Deus dedit legem Moyſi,repræſentabat filium Dei, & nomine ipſius loquebatur:ſic Angelus,qui cum Iacob loquebatur, Deus dicitur,Geneſ.31.& 32.& Angelus Oſee 12. & Iuſtin.quæſt.142.& Grego. præfat.in lib.Iob,c. 2.& 28.moral.cap. 2. & Hieronym.Gal. 3.docent, eum, qui erat Angelus in ſubſtantia, dictum eſſe Deum propter repræſentationem, vel quia in illo loquebatur interius inſpirando ei ſententias, & verba.

*Angelus loquens Iacob quomodo ſit dictus Deus.*

Angelú autem,qui Deum repræſentans dedit legem Moyſi, fuiſſe Michaelem,docet Barradas illo cap. 15. in fine,cum Pantaleone diacono apud Surium in encomio D. Michaelis, dicente, *Michael Angelorum ductor longè maximus, & excellentiſſimus miniſter diuinæ legis,quæ data fuit in monte Sina*:Cum eo, & Deo in ipſo loquente, & repræſentato fuerunt alij innumeri Angeli iuxta id,Deut.33.*Dominus de Sinai venit,& de Seir ortus eſt nobis,apparuit de monte Pharon,& cum eo ſanctorum millia*,& Pſal.67. *currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sinai,&c.*

Congruum autē fuit, vt inquit D.Tho.illo art. 3.legem illam dari per Angelos, & miniſtros Dei, quia erat lex ſeruitutis.Nam quòd Deus immediatè loqueretur hominibus, & in propria perſona, eiſque legem daret, perfectioni noui teſtamenti reſeruabatur Hebr. 1.*multifariam multiſque modis*

*olim*

Digitized by Google

*olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* Quòd teſte Auguſt. lib. 1. de ſerm. do. in monte in prin. ſignificauit Math. cap. 5. dicens, *aperiens os ſuum docebat eos.*

18 Ex his conſtat, legem datam per Moyſem, tanquam per ſecundarium Dei miniſtrum, & tanquã per ſcriptonem promulgatorem: nam ipſe accepit à Deo mediante angelo, & poſteà eam promulgauit populo, ſiue ſimul idem præcipiendo, ſiue non. Et hoc fuit congruum: nam licet Deus illuminet homines per angelos, tamen etiam inſtruit homines per alios homines, quoad cõmodè fieri poteſt, & præſertim communitatem, & multitudinem per aliquem principem. Et hoc eſt quod dixit Ioa. cap. 1. *lex per Moyſem data eſt*: vbi cum Clemens Alex. 1. pædagogi, cap. 7. pondera, non dixiſſe factã ſed datam: quia ab alio legem recepit, vt eam daret hominibus. Et Galat. 3. *ordinata per angelos in manu mediatoris*: vbi licèt aliqui, vt retulimus, per mediatorem intelligant filium Dei, in cuius manu & poteſtate data eſt illa lex, & cuius digito in tabulis lapideis decalogus exaratus, & ſcriptus fuit, tamen probabilius videtur, & contextui magis conſentaneum, intelligi Moyſem, in cuius manu lex illa poſita eſt, vt eam traderet populo, & ita exponunt Primaſius, Scripandus, & alij Galat. 3. Vnde Deut. 5. dicebat, *Ego ſequeſter veſter*, & Hebr. 8. 9. & 12. Paulus eis tribuit officiũ mediatoris. Et quamnis ipſe propria auctoritate nihil legis præceperit propter prædictum, tamen miniſterium dici quodammodo potuit legislator, ſicut multi ſapientes, qui leges dederunt populis, quorum non erant Principes, ac prinde quos non poterant obligare: ſed ipſi populi acceptantes huiuſmodi leges ſeſe obligabant.

*Lex data fuit per Moſem, tanquam per ſecundarium Dei miniſtrũ, & promulgatorem.*

19 Adde, nullam partem illius legis fuiſſe à populo, vel ſenioribus, vt Ptolomeus initio ſectionis relatus aſſerebat. Probatur, quia in tota illa lege vſque ad finem Deut. nullum eſt veſtigium talium præceptorum. Quamuis poſteà aliqua fuerint in eo populo præcepta humana, & iudicialia, vt 1. Reg. 30. vel cæremonialia, vt Eſther. 9. Iudicum vltimo, 1. Machab. 4. quibus locis aliqua feſta lege conſtituta ſunt.

## SECTIO III.

*Quoſnam obligauerit lex vetus, & quomodo.*

20 DIco primò, illam legem pro ſolo Iſraëlitico populo latam fuiſſe, ſolúmque illum obligaſſe: ita D. Thomas, quæſt. 98. art. 4. & 5. Vaz. & alii recentiores ibi Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 2. Sotus 2. iuſt. quæſt. 1. art. 3. Barrad. 1. in euangelia cap. 12.

*1. Con. Lex vetus pro ſolo populo Iſraëlitico lata fuit, ſolumq́ illũ obligauit.*

Et eſt certum primò, quia circuncisio ſoli Abrahæ, & poſteritati eius demandata eſt, vt patet Geneſ. 17. illa autem lex ſupponebat circunciſionem, Exodi, 12. & Galat. 5. vnde Rom. 3. *quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circunciſionis? multum per omnem modum. Primùmquidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei*, & cap. 9. *quorum eſt teſtamentum, & legiſlatio.* Secundò, quia verba illius legis ad ſolum illum populum ſemper diriguntur, Exodi, 19. & 20. & Deut. 1. &c. Vnde & illi ſoli populo facta eſt illius legis promulgatio: ergo illum ſolum populum obligabat. Vnde cæteri ſine illa ſaluari poterant, vt docet Paul. Rom. 2. & Dionyſius cap. 9. cœleſt. Hierarch. Tenebantur tamen ſeruare præcepta moralia illius legis, non quatenus per illam legem tradebantur, vt rectè ait Valent. ſuprà, & Medina, quæſt. 100. art. 1. & nos diſp. ſeq. oſtendemus: ſed quatenus à ratione naturali præſcribebantur. Item gentiles, ſi vellent, poſſent ſe illi legi ſubiicere, vt ait Vaz. art. 5. Primò per ſolam imitationẽ, ſcilicet ſeruando aliqua, vel omnia præcepta illius legis, vel ſine obligatione, vel obligati quidem à propriis Rebuſp. aut Principibus: Hoc enim per ſe non erat malum, aut prohibitum: & in illis populis illa præcepta eſſent tantum humana, quia non accipiebant ea ab ipſo Deo, ſed à ſuis principibus imitantibus Deum. Vt præceptum ſoluendi decimas eſt modò in Eccleſia ad imitationem præcepti diuini antiqui: eſt tamen humanum, vt inferius docebimus, quia non à Deo: ſed à Pontificibus in Eccleſia Chriſti latum eſt.

Secundò poterãt gentes ſe ſubiicere legi veteri, vt diuinæ, aſſumendo circumciſionem ea intentione, vt efficerent vnum populum cum Iſraelitico, & viuerent lege diuina ſicut ille, iuxta id Exod. 12. ſub finem, *ſi quis peregrinus ad veſtrã voluerit tranſire coloniã, & facere Phaſe domini circumcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque ſicut indigens terræ.* quod plures feciſſe legimus, Eſther 8. *plures alterius gentis ſectæ eorum religioni, & cæremoniis iungebantur.* Hi proſelyti dicebantur, de quibus, 1. Paralip, 22. & lib. 2. cap. 17. & 30. Tobiæ 1. Ezech. 14. Matt. 23. Act. 2. Vnde Gal. 5. *teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quia debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* ſicut nunc qui baptizatur, debitor eſt vniuerſæ legis Chriſtianæ faciendæ: & ſicut omnes nunc tenentur baptizari, ſed ante baptiſmum aliis legibus Chriſti, vel Eccleſiæ non obligantur: ita tunc omnes Iſraelitæ tenebantur circuncidi, & ante circunciſionem illa lege nõ tenebantur, addunt aliqui ex hac ſimilitudine baptiſmi, & ex dicto loco Pauli, neminem potuiſſe recipere circunciſionem, quin maneret obligatus lege veteri: quod verum eſt, ſi circuncideretur ad aggregandum ſe populo dei; ſecus ſi alio animo: vnde aliqui abſolutè dicunt, potuiſſe circuncidi hominẽ, & reliqua non ſeruare, imò ex illo loco Exodi colligitur, non potuiſſe admitti ad Phaſe, & alias cæremonias legis veteris, niſi prius omne maſculinum eius circuncideretur. 21

22 Secundò dico, legem illam obligaſſe ſub peccato (ſcilicet mortali) ita Valẽto illo puncto 2. in fine: nam lex diuina ſub peccato, ſeu in cõſcientia obligat, & non ſolum in foro exteriori: adeo vt Ambroſius lib. de paradiſo cap. 8. definiat peccatum, *vt ſit præuaricatio diuinæ legis, & cœleſtium inobedientia mandatorũ.* & Auguſt. 22. contra Fauſtũ cap. 27. *peccatum eſt dictum, &c. contra legẽ dei.* Deinde leges humanæ etiam pœnales obligant in conſcientia, ergo & diuinæ, & alioqui leges non eſſent; quia Deus non punit niſi pro culpa: ſine obligatione autem ad culpam, aut pœnam nulla eſt lex: vide ſect. 6.

*2. Con.*

23 Quæres, cur illi ſolùm populo fuerit ea lex data. Reſpondent D. Thomas illo art. 4. Valen. & Barrad. ſuprà, non propter iuſtitias eius: cùm populus duræ ceruicis eſſet. Deut. 9. ſed vt gens ex qua Chriſtus propter promiſſionem factam Abrahæ, Geneſi 22. & Galat. 3. naſciturus erat, peculiari lege, & cultu ornaretur: item vt retraheretur à ſuperſtitione, & cuſtodiretur eiuſmodi lege, donec Chriſtus

*Quæſt. 1.*

Chriſtus veniret, ſicut ait Apoſt. Gal. 3. vnde ſcriptura paſſim indicat, legem illam fuiſſe prærogatiuam illius populi propter Chriſtum: vt Exod. 19. *Eritis mihi populus in peculium de cunctis gentibus:* & Deut. 4. *Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat caremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem?* & Pſal. 149. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis:* & Rom. 3. *Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circuncisionis, multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei*, & cap. 9. *Optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt Iſraëlitæ, quorũ adoptio eſt filiorũ, & gloria, & teſtamẽtũ, & legiſlatio, & obſequiũ, & promiſſa*, quorum Patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecũdùm carnem, & peculiarem Deus curã habuit tribus Iuda, & domus Dauid: quia ex illis Beata Virgo, & Chriſtus naſcituri erant. Vnde Ruper. 5. de vict. verbi, c. 18. *Oportuit miſereri domui Iuda, & domui Dauid, oportuit cuſtodiri, & deffẽdi bonã radicẽ iſtius ſtirpis, vnde naſciturus erat Chriſtus*, &c. Vnde Oſee 9. vocatur Iſraël abſq; miſeria, quia perpetua captiuitate puniendus erat: ſed tribus Iuda facienda erat miſericordia in Domino Deo ſuo, id eſt, propter Chriſtum, qui erat futurus de tribu Iuda. Propter hoc Geneſ. 49. *non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Plura de hoc Barradas ſuprà.

24 Secundò quæres, cur illi populo peculiariter facta fuerit illa Meſſiæ promiſſio? D. Tho. d. art. 4. referendum hoc putat in ſolam Dei electionem gratuitam, & non in meritum aliquod etiam ipſius Abrahæ: quia Iſaiæ 40. dicitur. *Quis ſuſcitauit ab Oriente iuſtum:* id eſt, Abraham, *vocauit eum vt ſequeretur ſe.*

*Quæſt. 2.*

Sed Valen. illo puncto 2. contrarium cenſet ſatis probabile, ſcilicet Abraham obedientia ſua atque fide ſaltem ex congruo meruiſſe, vt poſito quod Deus ſtatuerat filium ſuum mittere in hunc mundum, ex ipſius potiùs quàm ex alterius progenie naſceretur: vt dici ſolet beatam Virginem meruiſſe ſaltem ex congruo, vt ex ipſa potiùs quàm ex alia verbum Dei carnem ſumeret, ſuppoſito quòd erat carnem ſumpturum. Probatur ex Geneſ. 22. *Per memetipſum iuraui (dicit Dominus) quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, &c. & benedicentur in ſemine tuo*, (id eſt, Chriſto) vt exponit Paul. Galat. 3. *Omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ.* Nec obſtat quod anteà, Geneſ. 12. & 13. erat illi promiſſa benedictio: primò, quia non ita clarè videtur ibi promiſſa benedictio ſpiritualis in Chriſto, ſed temporalis multiplicatio, & terra promiſſionis. Vt vult Origen. hom. 9. in Geneſ. Secundò, quia ibi benedictio ſpiritualis ratione fidei poſteà exhibendæ, & poſterior benedictio fuit firmior, & ſtabilior propter iuramentum additum, & propter meritũ Abrahæ ex congruo facta eſt, vt patet ex verbis citatis.

*Beata Virgo meruit ſaltem ex congruo, vt ex ipſa potiùs quàm ex alia Chriſtus naſceretur.*

Ad locum Iſaiæ reſpondet Valentia, referri debere ad prædeſtinationem priuatã ipſius Abrahæ, per quam illi ſine vllo ſuo merito decreta eſt gratia, & gloria.

Alij media via procedunt, dicentes, Abraham meruiſſe de congruo executionem incarnationis ex ſuis ſucceſſoribus: non tamen electionem: ſicut dicitur communiter, homines mereri gloriam: ſed non electionem ad gloriam. Vide Suar. 3. par. tom. 1. diſp. 10. ſect. vlt. meruit de congruo vt ſentio, eſſe Chriſti progenitor, meruit electionem ad id, licet potuerit alia electione prius ad idem eligi. Et de hac inquiri poſſet, quã habuerit rationem: quia Deus nihil ſine ratione facit: ſed altiora nobis, ne ſcrutemur, iudicia Dei quis inueſtigabit?

---

## SECTIO IIII.

*An conuenienti tempore, & modo lex vetus lata fuerit.*

DIco primò, cum D. Thoma quæſt. 98. art. 6. conuenienti tempore latam fuiſſe: Deus enim nihil poteſt facere, niſi conuenienter quantum ad ſubſtantiã, tempus, & modum, &c. & ſuppono datam eſſe anno bis milleſimo, quingenteſimo ducenteſimotertio à creatione mũdi, & quadringenteſimo trigeſimo ab egreſſione Abrahæ de terra ſua, & à promiſſione illi facta, Geneſ. 12. & anno quadringenteſimo à tempore datæ Circuncisionis Geneſ. 17. & ita conciliantur quantum ad rem præſentem Stephanus, & Paulus: nam Stephan. Act. 7. numerat quadringentos annos, Paulus verò quadringentos triginta, Galat. 3. vt & Moſes Exodi 12. verſ. 40. quę latius tractat Suarez 3. part. tom. 1. diſp. 6. ſectio. 1. Pererius Exodi 12. diſput. 19. & Lorinus Actor. 7. verſu 6. 25

*1. Con. Lex lata conuenienti tempore.*

Hoc ſuppoſito, in primis reddenda eſt ratio, cur dilata fuerit lex tanto tempore à creatione mundi. Quam quæſtionem aliqui pendere dicunt ex illa, cur incarnatio tanto tempore dilata fuerit: nam cùm lex data fuerit intuitu incarnationis Chriſti, dari debuit tempore, & modo conuenienti comparatione incarnationis. Alij verò dicunt, incarnationem dilatam quouſque populus Iſraëliticus per hanc legem eſſet ſufficienter diſpoſitus hac lege ad myſteria incarnationis. Hanc verò legem eſſe dilatam, quia oportuit prius relinquere homines ſine lege veteri, vt experimento cognoſcerẽt ſuam ignorantiã, & infirmitatem, & ideò eo tempore & aliquo modo dari cœpit, quo mundus ferè totus idololatriæ deditus erat, ſcilicet tempore Abrahæ, in quo Circuncisio inſtituta eſt, quæ fuit inchoatio legis: ſed quare poſt Circuncisionem per tot annos dilata eſt lex? Reſpondeo, quia oportuit prius multiplicari ſufficienter, & congregari populum, cui danda erat: & ideò præmiſſa eſt Circuncisio, vt illa mediante populus à cæteris ſegregaretur, & Deo conſecraretur. Lex enim integra adeò grauis, & tot myſteriis plena non debuit dari vni familiæ, nec paruo populo: ideo expectata eſt ſufficiens eius multiplicatio, qua exiſtente non eſt vlterius dilata lex: Quam oportebat multis annis eſſe priorem aduentu Chriſti: tum vt per ſacrificia, cæremonias, & prophetias myſteria Chriſti præfigurarentur, & prædicerentur, vt poſteà maiori fide, & reuerentia ab omnibus reciperentur: tum etiam vt experimento illius legis cognoſcerent homines infirmitatem naturæ, quæ nec adiunta lege illa ſcripturæ potens ſit ſine gratia ad cauenda peccata: & ita gratiam Redemptoris magis deſiderarent; & in maiori pretio haberent.

Licet autem lex Circuncisionis fuerit à Moyſe ſcripta: tamen tradita fuit Abrahæ quadringentis triginta annis ante legem ſcriptam: & ideò dicitur Ioan. 7. *Non quòd ex Moyſe ſit Circuncisio, ſed ex Patribus.* De tempore item datę huius legis agit Ioan. Annius in 2. partem Breuiarij Philonis Iudæi de



Digitized by Google

temporib. Euſeb. 1. hiſt. cap. 1. Niceph. 1. hiſt. cap. 3. A

26 *2. Concl.* Dico ſecundò, legem illam conuenienti modo fuiſſe datam; conſtat Exodi 20. vbi refertur, factam eſſe ſolemnem promulgationem accommodatam diuinæ Majeſtati, & legi timoris, qualis illa erat. Vnde Auguſt. 10. Ciuit. cap. 13. Non Moyſi populus Iſraël credidit, ſicut Licurgo Lacedæmonij, quòd à Ioue leges quas dedit, accepiſſet. Cùm enim lex dabatur populo, qui vnum Deum colebat, in conſpectu ipſius populi, quantum diuina prouidentia ſufficere iudicabat, mirabilibus eius ſignis, & motibus apparebat, ad eandem legem dandam, Creatori ſeruire creaturam. Reliqua de illa promulgatione vide in Abul. Exod. 20. quæſt. 36. & ſequentibus. B

## SECTIO V.

*In quem finem data fuerit lex vetus.*

27 *1. Concl. Finis veteris legis ſanctus, & optimus.*

DIco primò, finem fuiſſe ſanctum, & optimum, vt patet ex ſapientia, & ſanctitate Legiſlatoris. *Lex fuit ſancta, & mandatum iuſtum, ſanctum, & bonum,* Roma. 7. Ergo proportionem habuit cum iuſtitia, & ſanctitate illius populi: quas certum eſt, Deum intendiſſe, ſicut intendunt alij boni Legiſlatores, præſertim ſpirituales; vnde 1. Tim. 1. *Finis præcepti eſt charitas*, &c. Et Deut. 10. *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum?* C

*Duo potiſſimũ fines veteris legis.*

Fines remotiores erant duo potiſſimum. Vnus erat diſponere, & præparare populum ad Chriſti aduentum. Alter, mundum totum ab idololatria, & aliis peccatis abſtrahere. Vtrumque finem attigit Paulus iuxta expoſitionem Chryſoſtomi, Hieronymi, & aliorum, Galat. 3. Nam quod ait, *Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt*, non ſignificat tráſgreſsionem eſſe cauſam finalem; ſed occaſionem. Loquitur autem de tranſgreſsionibus antecedentibus legem, per quas homines conſtituti erant in ſumma neceſsitate, & indigentia legis diuinę, quæ Iſraëliticum populum, & per ipſum alios illuminaret, & ita patet poſterior finis. D Priorem verò indicat Paulus ibi, dicens, *Donec veniret ſemen*, id eſt, Chriſtus, vt ipſe explicat cap. 4. nam veniente Chriſto hæc lex, quæ ad eius aduentum præparabat, ceſſatura erat. Quod autem dixerat cap. 3. *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum*, non ſignificat cauſam finalem; ſed conſecutionem ob illorum fragilitatem: quo ſenſu etiam dicitur, 2. Cor. 2. *Littera occidit.* Sic etiam lex dicitur miniſtratio mortis, cap. 3. vt rectè Auguſt. de Spir. & lit. cap. 4. & ſeqq. & lib. 83. quæſtionum, quæſt. 8. & lib. 15. contra Fauſtum, cap. 8. & 1. contra duas epiſt. Pelagianorum, cap. 4. quamuis ille locus alias etiam habeat expoſitiones, de quibus Belarm. 1. de verbo Dei, cap. 2. & 3. Ioan. Arb. 10. Theoſoph. cap. 6. & 7. & in illum locum Galat. 3. Barrad. 1. in Euang. cap. 3.

*Duplex ratio principalis illius.*

Hinc duplex principalis ratio illius legis aſſignari ſolet, ſcilicet, moralis, quæ clariùs litteralis dicitur, & ſpiritualis, ſeu figuratiua. Ita enim data eſt illa lex ad componendos mores hominum, vt ſimul data fuerit ad præfigurandum, & prophetandum myſteria Chriſti, vt latiſsimè proſequitur. D. Thomas à quæſt. 101. vſque ad 105. Auguſtinus contra Fauſtum, præcipuè lib. 4. cap. 2. & lib. 22. cap. 24. & lib. contra Adimantum Manich. & 18. ciuit. cap. 11.

Sed in præceptis moralibus non eſt quærenda figura: quia illa præcepta ratione materiæ non erant propria illius legis, ſed præceſſerant emanando à natura: & durant modò, quando figuræ iam ceſſarunt. Tota ergo ratio illorum erat honeſtas actionum.

In iudicialibus etiam præceptis, licet poſsit figura inueniri; nam etiam ſunt data ad aliquod repræſentandum: tamen in eis non fuit hæc ratio præcipua, vt bene docet D. Thomas, ſed conueniens gubernatio illius populi in ciuili, externa, & politica vita, ad quam ſingula ſunt vtilia, ſed non ſingula cõtinent figuram, vt rectè hîc notãt viri doctiſsimi. Vbi autem commodè præcipuè iuxta interpretationem Patrum inueniri potuerit, ſpernenda non eſt. In præceptis cæremonialibus inuenitur ratio literalis: ſed præcipua ex intentione Legiſlatoris eſt ratio figuralis. Ratio literalis in genere fuit, vt ille populus contineretur in vero cultu Dei: & in ſacrificiis inueniuntur peculiares rationes recognoſcendi diuinam Majeſtatem, gratias agendi illi, impetrandi aliquid, & expiandi peccatum. Inter Sacramenta verò primum, & præambulum illius legis, Circumciſio videlicet, erat ad deſignandum, diſtinguendum, & quaſi conſecrandum illum populum, eúmque ab aliis ſeparandum, & ſimul erat in remedium originalis peccati. Reliqua verò Sacramenta ordinabantur ad ſacrificia, quibus Miniſtri ſacrificiorum conſecrabantur.

Aliquando etiam participatio rei in ſacrificium oblatæ erat ſacramentum, vt videre licet in Agno Paſchali. Sacra verò habebant rationem literalem in ordine ad ſacrificia, vel Sacramenta. Similiter ex parte materiæ literalis ratio erat, ob quam offerebantur Deo in cultum res ad vitam humanam neceſſariæ, vt viderentur homines de ſuo aliquid ponere ad Dei honorem; & vt expreſſius illum confiterentur Dominum omnium. Et ſpecialiter quædam mactabantur in deteſtationem Ægiptiacæ idololatriæ. Quæ enim Ægyptij pro diis colebant, Hebræi immolabant, vt ſignificatur Exodi 8. vbi Pererius diſp. 7. *Quæ Ægypti pro Diis colebant, Hebræi ſacrificabant.*

Item, vt ſuprà ex Auguſtino tetigi, literalis ratio multitudinis cæremoniarum fuit, vt populus ille occupatus, ab idololatria contineretur. Ratio autem ſpiritualis, ſeu figuratiua triplex reddi poteſt. Prima moralis: quia per illa exteriora opera ſignificabatur honeſtas, quam in illo populo eſſe oportebat. Secunda allegorica, id eſt, repræſentatiua myſteriorum Chriſti in lege gratiæ, Coloſſ. 2. *Quæ ſunt vmbra futurorum: corpus autem Chriſtus.* Tertia Tropologica, id eſt, ſignificatiua ſtatus gloriæ, Hebr. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum: non ipſam imaginem rerum.*

Vide quæ de triplici ſenſu Scripturæ ſpirituali, ſcilicet morali, allegorico, & tropologico tractantur 1. p. q. 1. art. 10. Quæ ad hæc cæremonialia maximè applicanda ſunt: quod in particulari fecit D. Thomas in his quæſtionibus. Duos item fines à Deo intẽtos in præceptis cæremonialibus, nempè auocare populum ab idololatria, & futura præfigurare, ponit Tertul. 2. contra Marcionem circa medium, vt refert Petrus Creſpetius in ſumma, verbo, lex. Vbi ad idem refert Nazian. oratione in ſanctum Paſcha, & Epiphan. lib. 1. hæreſi 8.

SECT

## SECTIO VI.

*De effectibus, & vtilitate veteris legis.*

28 *Effectus veteris legis, obligare ad actionem.*

EFfectus eius per ſe, ſeu non media obſeruatione, vel violatione ipſius, erat, obligare ad actionem, vel omiſſionem: aliàs non eſſet vera lex. Vide ſect. 3. con. 2. Vnde Galat. 5. *Debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* Media verò violatione obligabat ad pœnam: ideò dicebatur miniſtratio mortis, & inducere iram. Inducebat quoque aliàs irregularitates legales. Et eius auctor poterat aliàs per ſe inducere, & irritare contractus, & ſimilia.

Per eius autem obſeruationem merebatur, impetrabat, & ſatisfaciebat homo apud Deum, quāuis non ex vi legis, ſed fidei & gratiæ. Lex enim ſolùm oſtendebat, quæ operari oporteret: ideò in Deut. vocatur *Sapientia illius populi.* Et Pſal. 18. *Lex Domini immaculata conculcans animas,* &c. *Sapientiā præſtans paruulis:* & Pſal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum,* &c. Virtus autem, & principium operandi illa opera, & dignificans illa, aliunde petebatur. Deinde opera illa non ſanctificabant ex opere operato excepta Circumciſione: quæ tamen propriè nō fuit ſacramentum illius: quia quadringentis triginta annis illam anteceſſit: & vtilitas, quam habebat communis illi fuit cum remedio legis naturæ, & tribuitur fidei parentum, à qua ſecundùm multos in ſuo effectu pendebat. Et ea virtus data eſt ei ex diſpenſatione diuina propter infantium neceſſitatem. Adultis enim, ad quos ſolos pertinet obſeruare legem, non conferebat gratiam ex opere operato iuxta communiorem, & probabiliorem opinionem.

## SECTIO VII.

*An in veteri lege fuerint promiſſiones, & comminationes non ſolùm bonorum, & malorum corporalium, & temporalium, ſed etiam ſpiritualium, & æternorum.*

29 *1. Concluſio. In veteri lege fuerunt comminationes, & promiſſiones.*

DIco primò cum D. Thoma quæſt. 99. art. 5. & 6. in illa lege fuiſſe promiſſiones, & comminationes: alioqui fuiſſet valdè imperfecta: fuit autem perfecta in ſuo genere ſecundùm aliquos, & non valdè imperfecta, ſecundùm omnes. Vnde in illa legimus multas promiſſiones, & comminationes, Leuit. 26. & 28. Deut. 4. Iſai. 1. & alibi. In quibuſdam tamen præceptis expreſſius habetur comminatio, vel promiſſio, quàm in aliis. Cuius rationem reddit D. Thom. quæſt. 100. art. 7. ad argumentum 3. & 4. Erat autem lex illa timoris, propter quod lex mortis appellatur, Rom. 7. & 2. Cor. 3. Quia verò continebat etiam promiſſiones hæreditatis temporalis, & conſtituebat ſuos cultores quaſi hæredes, & legatarios, vocatur teſtamentum: quod ſignificauit Paulus Hebr. 8. vbi teſtamentum nouum melius eſſe dicit: *Quia melioribus ſancitum eſt.* Vide Barradam lib. 1. cap. 1. vbi rectè docet, ſicut mundus diuiditur in regionem elementarem, & cœleſtem: ita ſacrum volumen in vetus, & nouum Teſtamentum, & applicat veteri

*Quare Teſtamentum dicta ſit ſacra ſcriptura.*

A Teſtamento proprietates regionis elementaris; Nouo verò cœleſtis. Deinde docet, non ſolùm voces hebræam, & Græcam, quibus Teſtamentum vetus, aut nouum appellatur, ſignificare pactum, aut diſpoſitionem quamlibet etiam viuentium: ſed etiam vocem Latinam, vt Pſal. 77. *Non cuſtodierunt Teſtamentum Dei,* id eſt, pactum: Et Pſal. 82. *Teſtamentum diſpoſuerunt Tabernacula Idumeorum, & Iſmaëlitæ;* 1. Machab. 1. *Diſponamus Teſtamentum cum gentibus,* id eſt, fœdus. Vnde Hieronym. Malach. 2. *Notandum,* inquit, *in pleriſque Scripturæ locis Teſtamentum non voluntatem defunctorum ſonare, ſed pactum viuentium.* Et Auguſtinus Pſal. 82. *Teſtamentum in Scripturis non illud ſolùm dicitur, quod non valet,* B *niſi teſtatoribus mortuis: ſed omne pactum, & placitum teſtamentum vocatur.* Similia dicunt Hierony. Galat. 3. & Auguſtinus 16. Ciuit. cap. 27. & ideò vox Hebraica *Berich*, quæ teſtamentum vertitur Hebr. 8. vertitur pactum, Hieremię 31. vbi dicitur; *Feriam domui Iſraël, & domui Iuda fœdus nouum,* &c. Et eodem loco habentur promiſſiones bonorum conferendorum in lege noua. Et propter hanc rationem vtraque lex, & noua, & vetus dici poteſt magis propriè teſtamentum; nimirum, quia vtraque hæreditatem confert eius obſeruatoribus: *Eſt enim teſtamentum,* vt definit Ambroſius 1. de Cain, & Abel. cap. 7. *Quo defertur bonorum hæreditas.* Obiicies: quia, *vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt inter-* C *cedat teſtatoris,* Hebr. 9. Sed in veteri pacto non interceſſit mors teſtatoris: ergo tale pactum non fuit teſtamentum. Reſpondet Barradas, interceſſiſſe mortem non re ipſa, ſed per ſimilitudinem, & vmbram ſanguinis effuſi, vt ibidem ait Paulus: *Vnde neo primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.* In quam ſententiam Paulum interpretatur Theodoretus ibi, dicens: *Quia natura diuina eſt immortalis, per hoſtiarum, & teſtamentum confirmauit,* &c. Adde teſtamentum illud non fuiſſe omninò firmum: mors autem teſtatoris requiritur precipuè ad firmitatem, & irreuocabilitatem: & proptereà nouum teſtamentum omninò firmum, & irreuocabile eſt: quia vera mors interceſſit teſtatoris: vnde Matth. 26. *Hic eſt ſanguis noui, & æterni teſtamenti,* D & Zachar. 9. *In ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu.* In cuius rei figuram ſacerdos Aaronicus *Non ſine ſanguine ſemel ſingulis annis introibat in ſancta.* Hebr. 9. quæ latius proſequitur Barradas ſuprà. Vide etiam Salmer. tom. 1. prologom. 1. pag. 5. col. 1. & prologom. 21. ferè per totum, vbi prædictis conſonat, Naclantum Epheſ. 2. digreſſione de Teſtamento nouo, & veteri, &c.

*Nouum teſtamentum omnino firmum, & irreuocabile.*

His ſuppoſitis, circa quæſtionem propoſitam D. Thomas, quæſt. 99. art. 6. & quæſt. 114. art. 10. ad 1. & 3. diſt. 40. q. 1. art. 1. q. 1. & Bon. 3. diſt. 40. art. 1. quæſt. 1. ſentire videtur, omnes promiſſiones veteris teſtamenti, ſeu legis, fuiſſe de rebus tempora- E libus: & fauet Paul. Hebr. 7. vocans Teſtamenti noui *Meliorem ſpem, per quā proximamus ad Deum:* quia ſcilicet cœleſtia, & æterna ſperat. Et cap. 8. dicens, *Teſtamentum nouum melioribus promiſſionibus ſancitum eſſe, & Chriſtum melioris Teſtamenti mediatorem eſſe,* id eſt, meliorum bonorum, ſcilicet, æternorum, vt exponit Salmer. tom. 1. prologom. 14. pag. 329. col. 2. Ergo vetus non fuit ſpiritualibus, & æternis, ſed corporeis, & tēporalibus ſancitum. Vnde quod de obſeruante illam legem dicitur Leuit. 18. vita viuet, de corporali intelligit D. Thomas quæſt. 100. art. 12. ad 2. & Chryſoſt. hom. 4. in

Marcum, *Regnum Cœlorum nunquam audiui, niſi in Euangelio*, & Hieronym. 1. contra Pelagianũ ait, Regnum Cœlorum primò prædicatum in Euangelio per Ioan. Baptiſtam, Chriſtum, & Apoſtolos; & Bernar. ſerm. 30. in Cantica, *Graue legis iugum, & vile præmium: nam terrena eſt in promiſſione*, & Auguſtinus, 4. contra Fauſtum, cap. 2. *temporalium rerum promiſſiones teſtamento veteri contineri, & ideò vetus teſtamentum appellari, nemo noſtrum ambigit, & quod æterna vitæ promiſſio, regnumque cœlorum ad nouum pertinet teſtamentum*, &c. & epiſt. 120. ad Honoratum, *volens Deus oſtendere, etiam terrenam fœlicitatem ſuum donum eſſe, nec aliunde ſperari oportere, diſpenſandum iudicauit teſtamentum vetus, quod pertineret ad hominem veterem, à quo iſta vita neceſſe eſt incipiat*, & 18. ciuit. cap. 11. ait, rerum ordinem efflagitaſſe, vt prius in veteri teſtamento temporalia bona, deinde in nouo æterna, & ſpiritualia promitterentur: quia prius quod animale, deinde quod ſpirituale, 1. Cor. 15. & primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cælo cœleſtis. Item Hebræi fuerunt vt pueri: lex verò vt eorum Pædagogus, Galat. 3. pueri autem munuſculis ſolent à Pædagogo inuitari: ergo & lex temporalia ſolum Hebræis promiſit. Vnde Exodi 3. *dixi, vt educam vos ad terram fluẽtem lacte, & melle*. Item id promittere par erat vetus teſtamentum, quod poſſet ſoluere: cæleſtia bona è Theſauro ſuo ſoluere non poterat: non ergo æquum erat, vt illa promitteret: nemo enim mente ſanus iis ſe promiſſionibus obſtringit, quibus ſe nõ poteſt liberare: cœleſtis gloriæ pollicitatio ad ſummum regẽ Chriſtũ ſpectat, qui vt regna, cœloſque polliceri, ita reddere poteſt cumulatiſſimè. Propter hæc quidem apud Pariſi. lib. de legib. cap. 20. in princ. illam vocauerunt legem fortunæ, quippè quæ bona tantum fortunæ promitteret, & mala fortunę comminaretur, & Barradas, 1. in Euang. c. 6. hanc ſententiã tuetur: quę ex alio Aug. loco cõfirmatur. Nã 1. retract. c. 22. ait, *regnũ cœlorũ illi populo fuiſſe promiſſum nõ legimus, in iis, quæ promiſſa ſunt lege data per Moſem in monte Sinai*.

*Hebræi vt pueri; lex verò vt eorum Pædagogus.*

Contrariam tamen ſententiam meritò tenet Azor to. 1. lib. 6. cap. 2. quæſt. 4. & Medin. & Vazquez, quæſt. 99. art. 6. & alij, & nonnulli recentiores hîc & Feliſius in elucid. Decalogi, ca. 7. Naclantus ſuprà: iterum Vazquez, diſp. 183. cap. 3. num. 18. & Azor eod. lib. cap. 59. in princ. dicentes, eſſe certum, in illa lege fuiſſe promiſſiones æternæ vitæ, quam obſeruatores eius ſperabant. Probant ex Paulo ad Galatas 3. dicente, *credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*, nam his, aut ter dictum eſt illi, *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, Geneſ. 12. 15. & 17. & 18. & explicuit Paulus, *in ſemine tuo idest Chriſto*. Abrahæ quoque dixit Deus, *ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis* Geneſ. 15. Et pſal. 111. *in memoria æterna erit iuſtus*: pſal. 118. *inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem*. Tobię 4. *Eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur, animã ire in tenebras*, & c. 12. *filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt iis, qui fidem ſuam nunquã mutãt ab eo*, Sap. 5. *ſtabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerũt*, &c. Iob 19. *ſcio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum ſaluatorẽ meum*, &c. & Ezec. 37. deſcribitur optimè mortuorũ reſurrectio, & Deut. 12. *multi de iis, qui dormierunt in terra puluere, euigilabũt, alij in vitã æternã, alij in opprobriũ, vt videant ſemper*: & Act. 23. Sadducæi perhibentur negaſſe reſurrectionem mortuorum, quam cæteri Iudæorum credebant. Et 2. Mach. 6. dixit quidam, *Nam etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar. Sed manus omnipotentis Dei nec viuus, nec defunctus effugiam*: & cap. 7. vnus dixit, ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit: alius autem dixit, *fratres mei, modico nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt*, & 1. Reg. 28. narratur vera apparitio Samuelis, in quo ſignificatur, animam viuere poſt hanc lucem, & in veteri teſtamento promittitur Chriſtus, in quo benedicendæ erant omnes gentes benedictionibus ſpiritualibus in cœleſtibus, Epheſ. 1. & Gal. 3. & pſal. 72. Ierem. 12. Iob. 2. & Habacuc 1. proponitur illa quæſtio, quare via impiorum proſperatur, &c. quam quæſtionem diſſoluebant prophetæ conſideratione præmiorum, & pœnarũ alterius vitæ, & promiſſionẽ illam *vita viuet*, etiam de vita æterna intellexiſſe videntur patres illius legis, de qua etiam vita loquitur Ezechiel ca. 18. *Si iuſtus fecerit*, &c. *vita viuet*; quod ad vitam ſpiritualem maximè pertinet, idem, cap. 20. & 33. & Chriſtus Mat. 22. probauit Sadducæis reſurrectionem, inquiens. *Non legiſtis, quod dictum eſt à Domino, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium*, & Lucæ 18. Princeps interrogat, *quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?* Ergo illã nouerat, & ſperabat. & Heb. 11. de patribus antiquis dicitur, *iuxta fidẽ defuncti ſunt omnes iſti nõ acceptis repromiſſionibus: ſed à lõgè eas aſpicientes, & ſalutãtes*: loquitur de promiſſionibus cœleſtis regni, quas enim alias illi patres defuncti non receperunt; ergo promiſſum illis erat regnum cœleſte, quòd, vt Paulus ibi ait, velut patriam appetebant, & ſuſpirabant, *confitentes quia peregrini ſunt, & hoſpites ſuper terram: qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere, & ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierant, habebant vtique tempus reuertendi; nunc autem meliorem appetunt, ideſt cœleſtem*. Et eodem, cap. ait Paulus, *Alij autem diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem*: & ibidem, *expectabat fundamentum habentem ciuitatem*: & ibidem, *accedentem ad Deum oportet credere: quia eſt & inquirentibus ſe remunerator eſt*: quòd intelligendum eſt de remuneratione bonorum æternorum, aliam enim credere non eſt neceſſarium, nec ſufficiens ad iuſtificationem. Item aduentus Meſſiæ, vt iuſtificatoris, & ſaluatoris ſpiritualis promiſſus in illa lege eſt: ergo, & bona ſpiritualia cum illo promiſſa ſunt. Vnde Eccleſia in Miſſa defunctorum ait, *Signifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam, quã olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius*, & 1. Tim. 4. *pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*: quia nimirum vtraque vita promiſſa erat pietati in veteri teſtamento, & Iſai. 64. *oculus non vidit, &c. quæ præparaſti diligentibus te*, quo loco vtitur Paul. 1. Cor. 2. de quo vide Vazquez 1. part. diſp. 2. cap. 2. & Sap. 2. *hæc dixerunt impij, &c. nec ſperauerunt mercedem iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum: Deus enim inexterminabilem fecit hominem*: & Heb. 4. populo Hebræo promiſſam eſſe requiem æternam, vt nobis, probatur ex pſal. 94. *quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*. Et fuiſſe etiã tunc comminationes ęternę mortis, patet Danielis 12. 2. Machab. 6. &

*2. Concl. & ſententia auctoris.*

6.& libro Sapientiæ, vbi ſæpe habentur. Alia affert Feliſius ſuprà, & nos afferemus diſp. 24. & Naclantus ſuprà meritò docet, Adamum pro ſe, & poſteris promiſſionem vitæ æternæ habuiſſe, ſi eius præcepta ſeruarent: idem ait de Abraham, & aliis, qui idem de aliis diceret.

31 Ad obiecta in contrarium reſpondet Azor, Differentia, quam inter teſtamentum vetus, & nouum Auguſtinus conſtituit, eſt, quòd Moſes in lege à Deo data, æterna dona proponebat: quibus moueretur populus ille ad eam cuſtodiendam, comminabaturque huius vitæ mala, vt à violatione eius auocaretur: ſub typis verò, vmbris, & figuris ſpiritualia bona lex illa continebat, vt ait Auguſtinus 1. retract. cap. 22. vnde Paul. Heb. 10. *vmbram habens lex futurorum bonorum*, &c. At in noua lege Chriſtus nos excitat, ac mouet ad eam ſeruandam, promittendo planè, apertè, & ſine typis, & vmbris bona ſpiritualia, cœleſtia, & æterna. Alij verò, reſpondent, D. Thomas, & alij patres in contrarium relati, in primis intelligendi ſunt, de ordinariis, & ſequentibus promiſſionibus: quæ in illa lege temporales erant, vt maximè patet Deut. 4. Leuit. 26. & 28. In noua autem vel nullæ, vel rariſſimæ, & cum reſpectu ad ſpiritualem finem, vt Mat. 19. *centuplum accipies*, &c. Deinde verum eſt, ſub illa expreſſa voce regni cœlorũ non inueniri promiſſionem eius in veteri teſtamento, quamuis Iſai. 64. æquiualentia verba legantur, *oculus non vidit*, &c. vt expoſuit Paul. 1. Cor. 2. Denique regnum cœlorum tunc non promittebatur vt pro illo ſtatu acquirendum. Hæc enim perfectio legi gratiæ reſeruabatur, teſte Paulo Heb. 9. 10. & 11. de quo latè Barradas, lib. 1. cap. 6. vnde etiam reſpondent, promiſſiones ſpirituales, licet tunc fuerint, non fuiſſe ex vi illius legis: ſed per reſpectum ad legem gratiæ.

*Ad argum. 1. Opinionis.*

32 Barradas autem ad argumenta, quę pro ſecunda opinione facta ſunt, reſpondet illo cap. 6. ſi Abrahamo, & ſemini eius lux ſancta promiſſa eſt, promiſſionem illam non fuiſſe legis veteris: nam ante legem vixit Abraham: & illam in ſacris litteris non apertè, ſed ſubobſcurè tradi illis verbis: *in ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, & illis: *ego ero merces tua magna nimis*: myſticè etiam doceri, & latere ſub promiſſione terræ ſanctæ, quæ cœleſte regnum ſignificat. Vnde Auguſt. epiſt. 120. ait, temporalia bona & fœlicitatem temporalem illi populo promiſſam, & datam, ſignificaſſe æternam. Machabæos autem, Phariſæos, & Iudæos alios fatetur Barradas vitam æternam, mortuorumque reſurrectionem fide nouiſſe, & in votis atque ſpe habuiſſe: legem tamen veterem hæc non promiſiſſe, vt præmia obſeruantię eius: imò nec Chriſti aduentum, vt præmium obſeruantiæ legis promiſſum eſſe, vt patet Rom. 4. *non enim per legẽ promiſſio Abrahæ, vt eſſet hæres mundi*, &c. Vide etiam Gal. 3.

*Ad argum. 2. Opinionis.*

*Machabæi, Phariſæi, & Iudæi alij fide nouerunt vitam æternam, & reſurrectionem mortuorum.*

33 Ex quibus patet, Barradam ferè omninò conuenire in re cum ſecunda ſententia: nam concedit, veteribus patribus promiſſam eſſe vitam æternam, licet non in lege Moyſi ſtrictè ſumpta; quod ſecunda quoque opinio fatetur, quam ego ſic explicatam amplector. Quo modo etiam ſentire videtur Valent. diſp. 7. quæſt. 6. in princ. vbi ait, legem nouam eſſe perfectiorem Veteri: nam veteris cultoribus ex inſtituto temporalia bona proponebãtur: ſiquidem terra Chananæorum fuit illi genti ab initio, promiſſa: legis autem nouæ vnus ferè

*Auctor.*

A ſcopus eſt regnum cœlorum, quod ſpiritualibus bonis huius, & alterius vitæ continetur, quare Chriſtus Math. 4. in exordio ſuarum concionum dixit, *pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum*. Nec obſtat quòd Marc. 10. dicitur, *Nemo eſt qui reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores*, &c. Hoc enim vel ad ſpiritualia bona, quę inſtar ſunt omniũ temporalium etiam cẽties multiplicatorũ, referri cum Beda ibi poteſt. Vel ſi intelligatur etiam, vt aliis placuit, de commoditate temporali, quam Apoſtoli, & alij fideles ex communicatione cum aliis
B fidelibus, officio, beneficentiaque tanquam patribus, & fratribus conſecuti ſunt, ne ita quidem ea promiſſio temporalia ex inſtituto, & purè, ſicut promiſſio veteris legis pollicetur. Nam ea commoditas ex aliena fide, atque charitate pendet: & tum conſolatione ſpirituali ob mutuam fidelium charitatem: tum etiam tribulationibus multis, vt ibi Marcus dicit, admixta promittitur, idque obiter, monſtrato ſimul præcipuo fine, qui eſt vita æterna, neque vllius aut regni, aut dignitatis temporalis in ſpecie facta mentione.

Ex dictis intelligitur, quod ait D. Thomas quæſt. 91. art 5. legem veterem ad bonum ſenſibile ordinatam fuiſſe. Rectè enim Conradus ibi ait,
C legem veterem non fuiſſe ex natura ſua ordinatã ad temporalia bona: ſed Legiſlatorem ea cum illa lege propoſuiſſe obſeruantibus illam, vt ſic ad eius obſeruantiam allicerentur, quamuis ea temporalia deberent ad beatitudinem, aut alios honeſtos fines referre: & Deus in ea lege, & in noua eundem finem habuit, vt ait D. Thomas quæſt. 107. art. 1. nempè ſpiritualem hominum ſalutem, & gloriam Dei. Naclãtus ſuprà inſinuat, ad iuſtificationem olim ſuffeciſſe notitiam implicitam remunerationis æternæ, ſed de hoc in tract. de fide diſſeremus.

D
## SECTIO VIII.

### *De diuiſione præceptorum veteris legis in moralia, cæremonialia, & iudicialia: & ſpeciatim de moralibus, & Decalogo.*

HAnc diuiſionem tradunt D. Thomas quęſt. 99. & ſeqq. Valent. diſp. 7. quęſt. 7. punct. 3. & ſequentib. Azor tom. 1. lib. 6. cap. 2. quæſt. 3. & cap. 3. & ſequentib. & paſſim alij. 34

Et certum eſt, nomine moralium præceptorum non intelligi ea omnia, quæ de actibus moralibus, ſeu humanis dantur; ſic enim omnia præcepta
E etiam cæremonialia, & iudicialia eſſent moralia. Certum quoque eſt, non appellari moralia omnia, & ſola illa, quæ diſponunt de moribus hominis, vt eſt quædam priuata perſona non reſpiciens caput, ſcilicet Deum, nec alia membra, nempè proximos, nec communitatẽ, cuius eſt pars. Nam quòd præceptis decalogi quædam præcipiuntur in ordine ad Deum, alia in ordine ad proximum particularem, quæ etiam pertinent ad ipſam communitatem, *vt non furaberis*: & in præceptis poſitiuis diuinis, quædam ſunt, quæ pertinent ad homines, vt ſunt priuatæ perſonæ, tamen reduci debent ad cæremonialia, vel iudicialia, vt dicemus. Vnde

*Nomine moralium quid intelligatur.*

non rectè Azor ſuprà, & lib. 5. c. 1. art. 5. Feliſius in A Decalogo, c. 5. & alij probant ſufficientiam huius diuiſionis: quia in Rep. oportet homines eſſe bene inſtitutos in ordine ad ſe, & in ordine ad Deum, & in ordine ad proximos. Primum fit præceptis moralibus: ſecundum cæremonialibus: tertium iudicialibus. Vnde quod ait D. Dhomas q. 99. art. 1. præcepta moralia eſſe, quæ de actibus virtutum dantur, intelligendum eſt de actibus virtutum, ad quos natura ipſa ſine voluntaria Principis inſtitutione obligat.

*in Rep. oportet homines eſſe bene inſtitutos in ordine ad ſe, in ordine ad Deum, & in ordine ad proximos.*

35 Vt ergo recta ſit diuiſio, per præcepta moralia intelligere debemus omnia, & ſola naturalia, ſiue affirmãtia, ſiue negantia, ſiue diſponant hominem in ordine ad ſe, vt præcepta temperantiæ, & fortitudinis: ſiue in ordine ad Deum, vt præcepta fidei, amoris, religionis, &c. ſiue in ordine ad proximũ, vt præcepta de honorandis parentibus, &c. Hæc eſt ſentẽtia D. Thomæ, quæſt. 99. art. 3. ad 2. & art. 4. in corp. & ad 3. & art. 5. in corp. & quæſt. 100. art. 1. & art. 3. 4. 6. & 8. ſed præſertim art. 11. in corp. & ad argumenta, Salmeron tom. 1. prologom. 10. can. 19. §. tertium eſt. Valent. diſp. 7. q. 7. punct. 3. Feliſius in decalogo, c. 5. Medina quæſt. 100. art. 1. & Caiet. ibidem.

Omnia autem, & ſola præcepta naturalia appellata ſunt moralia peculiariter: quia iſta ſola ſimpliciter debent, & ſolent eſſe in moribus omnium hominum: poſitiua enim pendent à voluntate Dei, vel alterius principis, aut Reip. ſtatuentis illa, & quia ferè omnia poſitiua pręcepta Dei ſunt de cæremoniis, & cultu Dei, aut pertinentibus ad illum: vel de rebus, quæ ad bonam Reip. gubernationem ſpectant: ideò præcepta poſitiua Dei diuiduntur in moralia, & iudicialia. Nec enim fuerunt neceſſaria aliqua præcepta poſitiua, quæ ordinarent hominem ad ſe ipſum: & eſto aliquod fuiſſet neceſſarium, ſi pertineret ad bonum animæ, ad cæremonialia reduceretur: quia Deus maximè colitur actibus ad bonum animæ ſpectantibus: ſi verò ad bonum corporis, reuocari poſſet ad præcepta iudicialia, quia in iudiciis humanis præcipuè tractari ſolent, quæ bonum corporis aſpiciunt.

36 Aduerte autem, in ſcriptura ſæpè nomine præceptorum intelligi ſola moralia, ſeu naturalia: nomine autem cæremoniarum, cæremonialia: iudiciorum verò iudicialia, Deut. 5. & 6. & Leuit. 17. & 18. ratio eſt, quia præcepta naturalia ſunt perpetua, & immutabilia, & res quæ cum aliquibus circunſtantiis eſt naturaliter præcepta, ſemper, vbique, & neceſſario eſt præcepta, vnde moralia quaſi per Antonomaſiam ſunt præcepta: vt cum D. Thom. quæſt. 99. art. 4. arg. ſed contra notat Valent. illo punct. 3. qui etiam dicunt iſta tria genera præceptorum ſignificata illis verbis Rom. 7. mandatum, ſanctum, & iuſtum, & bonum.

*Naturalia & præcepta perpetua, & immutabilia.*

37 Inter moralia præcipua ſunt, quæ continentur in decalogo, de quib. Exodi 20. quæ ſpecialiter dicuntur verba Dei Deut. 4. *decem verba quæ ſcripſit*, &c. & hoc ipſum ſonat nomen decalogi decem verba, aut decem ſermones: quia peculiari modo ab ipſo Deo ſunt tradita, vt eodem loco Deut. ſignificatur, & cap. 9. ac 10. & ſumitur ex cap. 20. & 31. Exodi. Sunt præter præcepta decalogi alia moralia præcepta: ſed omnia ad decalogũ reducũtur, vt docet D. Thom. quæſt. 99. art. 2. quæſt. 100. art. 1. 2. 3. & 11. Valen. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 3. & 4.

Tria priora præcepta decalogi ſcripta fuerũt in vna tabula lapidea, & ſeptem in alia, ſecundùm D. Thomam, quæſt. 100. art. 5. & Auguſt. quæſt. 71. in Exod. & quæſt. 7. lib. quæſtionum vtriuſque teſtamenti, & lib. de decem chordis, cap. 6. Abul. Exod. 20. quæſt. 2. Burgenſ. Exod. 32. additione 4. Hieronym. Pſ. 32. Valen. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 4. Medina quæſt. 100. art. 3. ſed ſecundùm Hebræos erant quinque in vna tabula, & quinque in alia, auctore Ioſepho, lib. 3. antiquitatum cap. 6. ex communi ætatis ſuæ conſenſu, & Philone lib. de Decalogo: Hugone Card. Exodi 20. Soto 2. iuſt. quæſt. 3. art. 4. Alij ponunt quatuor in vna tabula: & ſex in alia, vt Origen. Ho. 8. in Exod. ponens quatuor erga B Deum, & ſex erga proximum.

Inter has ſententias difficile eſt iudicium ferre: quia auctores harum opinionum non viderunt tabulas ipſas, & ſcriptura hanc quæſtionem non explicat, nec traditio, aut firma aliqua ratio: ſi tamen coniectura vtendum eſt, prior pręferri debet: quia decuit, vt præcepta ad Deum pertinentia, ſeparatim, & in prima tabula traderentur, & ita vſus obtinuit, vt illa dicantur præcepta primæ tabulæ; alia verò ſecundæ, vt patet ex D. Thoma quæſt. 100. art. 4. & 5. Magiſt. & aliis. 3. diſt. 37. & alibi ſæpe. Feliſius in elucid. Decalogi, c. 14. dicẽs, hoc eſſe magis conſentaneum Scripturæ: nam Epheſ. 6. præceptum honorandi parentes dicitur primum, C ſcilicet ſecundæ tabulæ, vt exponit Ambroſ. ibi, licet Hieronymus dicat eſſe ſimpliciter primum in promiſſione. Et Matth. 19. Chriſtus in Cathalogo ſecundæ tabulæ præceptum hoc reponit, quamuis Feliſius oppoſitum putat probabile.

D. Thomas quæſt. 100. art. 2. & Valen. diſput. 7. quæſt. 7. punct. 4. docent, de omnium virtutum actibus eſſe præcepta moralia. Hoc non caret difficultate: quia ſecundùm D. Thomam 2. 2. quæſt. 152. artic. 3. Virginitas eſt virtus ſpecialis diſtincta à caſtitate: tamen de nullo actu illius eſt præceptum morale. Reſpondeo, multos, quos citauimus, & ſecuti ſumus tractatu de virtutibus, tenere, virginitatem, & caſtitatem non eſſe virtutes diſtinctas, & ita tenet Vaſquez hîc, quæſt. 100. art. 2. 38

Probatur, alioqui, qui virginitatem extra matrimonium amitteret, peccaret duplici peccato: altero contra caſtitatem, altero contra virginitatem: & per peccatum, imò, & per honeſtum actum matrimonij amitteretur, irreparabiliter aliqua virtus, Tenendo tamen, diſtingui realiter à caſtitate: Reſpondeo, aliquem actum eius eſſe in præcepto, nempe abſtinere à venereis, dum non contrahitur matrimonium. Vel reſpondeo cum Vaſquez, D. Thomam non egiſſe de ſingulis omninò virtutibus: ſed de ſingulis Cardinalibus, vel quaſi Cardinalibus. Nã cuiuſlibet virtutis, Cardinalis, vel quaſi Cardinalis aliquis actus eſt in præcepto morali: licet nõ cuiuſlibet virtutis ad Cardinales reductæ.

Deum autem in lege præcepiſſe eadem, quæ præcepta erant lege naturæ: patet ex ipſa lege veteri, & ex Paulo ad Roma. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt.* Et c. 7. *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces.* Idem docet Auguſtinus de ſpir. & lit. cap. 14. D. Thom. tota ferè quæſt. 99. & quæſt. 100. art. 1. vbi Caiet. 39

Sed addit Valent. diſput. 7. quęſt. 7. punct. 4. omnia præcepta naturalia, etiamſi in nullo Scripturæ loco poſita ſint, ad Decalogum reuocari, vt ait D. Tho

*Omnia præcepta naturalia ad Decalogum reuocari.*

Digitized by Google

D.Thomas q.100. art.3. quia omnia ſunt vel principia, vel concluſiones Decalogi. Melius diceretur, quia ſunt veluti declarationes, vel ampliationes, aut determinationes, aut ſuppoſitiones comparatione eorum, quæ in Decalogo continentur:& quia ſaltē in genere lex illa præcipiebat omne, quod ratio præſcribit. Vnde Iuſtinus Dialogo cū Triphone ait: *Nam Moſis lex preſcribit quidquid naturaliter honeſtum, pium, iuſtúmque eſt.*

40 *Dub.* Dubitatur tamen primò, an lex vetus præceperit actus ſupernaturales fidei, ſpei, & charitatis, aut etiam religionis, & pœnitentiæ infuſæ. Pro parte negante eſt primò, quia hi actus non cadunt ſub præceptis moralibus, cæremonialibus, aut iudicialibus: ſed in illa lege nulla erant præcepta, quæ ſub iſtis non continerentur: ergo ſub nullis illius legis præceptis dicti actus cadebant. Secunda, illa lex *Nihil ad perfectum adduxit*, Hebr.7. Sed hi actus ſunt perfectiſsimi: ergo non pertinebant ad præcepta illius legis. Tertia, quia illa lex non iuſtificabat, præcepta autem horum actuum illis mediis iuſtificant. Nec ſatisfaciet, qui dixerit, cùm Paulus ait, legem illam non iuſtificaſſe, loqui ſolùm de illa quoad cæremonialia, vel iudicialia: id enim repugnat D. Thomæ quæſt.100.art.12. Auguſt. de Spir.& lit.cap.14. imò & Paulo ad Galat. dicenti, *Si ex lege iuſtitia: ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.* Nam ſi ratio eſt efficax, concludit, legem illam nulla ſui parte iuſtificaſſe. Et hæc eſt mens Pauli, qui propterea diſtinguit legem à fide viua iuſtificante: vnde Roma.7. vocat illam *Legem factorum*, quaſi tota eſſet de factis, & iuſtitiæ externis. Ad quod etiam videtur alluſiſſe Chriſtus Matth.5. dicens: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm ſcribarum, & Phariſæorum.*

Reſpondeo tamen, proculdubiò in lege illa fuiſſe præcepta de actibus virtutum infuſarum, Vazq. quæſt.99.art.1. Caiet. quæſt.100.art.1.& ſumitur ex D.Thoma qu.100. art.3. ad 1. vbi ait, illa duo pręcepta moralia: *Diliges Dominū Deum tuum*, &, *Diliges proximum*: eſſe principalia inter moralia illius legis, vt patet Matth.22. & redduci ad Decalogum, & eſſe maximè nota per lumen naturæ, vel fidei. Illa autem præcepta ſaltem ſunt de actibus ſupernaturalibus: ergo D.Thomas ſentit, & rectè ex loco citato probatur, in illa lege fuiſſe præcepta de actibus ſupernaturalibus charitatis, quod etiam patet ex Matth.19. *Si quis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, ſcilicet, legis veteris, ad quam iuuenis ille pertinebat: non eſt autem dubium, quin Chriſtus potiſſimè intellexerit de præceptis virtutum infuſarum, quę ſunt maximè obſeruāda ad cōſequendam vitam æternam. Item in lege illa, & Prophetis poſtulabātur ab illo populo tanquam media neceſſaria ad ſalutem vera fides, & pœnitentia de peccatis, quæ in actibus virtutum Theologalium conſiſtant, vt de actu pœnitentiæ paulò poſt explicabo: ergo de his actibus erat illa lex. Vnde Rom.2. dicitur, *Factores legis iuſtificabuntur*: cùm tamen Hebr.11. dicatur, *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*: & de dilectione ſaltem virtuali etiam conſtat eſſe neceſſariam ad iuſtificationem.

41 *Ad primum Argum.* Ad primum autem argumentum reſpondent aliqui, præceptum credendi reduci ad cæremonialia, quæ præſcribebant modū pertinentem ad cultum externū. Hoc reſponſum futile cēſent Vazq. ſuprà, & Medina q.99.art.5. nā aliud eſt pręceptū colendi Deum, aliud verò colēdi ipſum: item, quia ſic præceptum de ſanctificatione Sabbathi ad cæremonialia pertineret, cùm præſcribat modū ſanctificandi Sabbathum. Alij, vt Medina, reſpondent, præcepta fidei, ſpei, & charitatis non pertinere ad legem veterem, ſed ad nouam: quia ſæpè diſtinguit Paulus fidem à lege Moſaica. Hoc etiam reiicit Vazquez. Nā quoties Paulus diſtinguit fidē à lege in epiſt. ad Rom.& ad Galat. nō ideò diſtinguit, quaſi Iudæis non eſſet præceptum fidei, neque ſolùm diſtinguit à lege veteri: ſed à quacumque lege, vel præcepto ſcripto, vel à notitia nuda ipſius legis, quod idem eſt. Quare diſtinguit etiam à præcepto ipſo fidei, ſpei, & charitatis. Diſtinguit autem ea ratione, quia ſola notitia legis non tribuit vires ad obſeruandam legem: Spiritus autem fidei, & gratiæ intus adiuuantis ad id vires miniſtrat, &c. Vnde reſpondet Vaſquez, Iudęos habuiſſe præcepta fidei, ſpei, & charitatis: tamen ſecundùm phraſim Scripturæ nō cōnumerari inter pręcepta moralia, cęremonialia, aut iudicialia: nihilominus eorum fieri mentionem in Scriptura ſub alio nomine. Nam præter præſcripta dicitur in ea lege fuiſſe teſtimonia: quare fuit illud Deut. 6. *Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt.* Et illud Geneſ.1. *In principio creauit Deus*, &c. & hæc ſunt pręcepta fidei, quibus auctoritas Legiſlatoris commendatur. Proponuntur etiam in lege præmia obſeruantibus, & ſupplicia tranſgreſſoribus, & huiuſmodi dicebantur iuſtificationes. Inter hæc autem connumerari poteſt præceptum pœnitentiæ, in quo etiam includitur peculiare præceptum charitatis erga Deum: nam generale illud, *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. Eſt veluti principium ſeruandi totam legem. Inter iuſtificationes etiam cùm proponantur pręmia ſeruantibus legem connumeratur præceptum ſpei. Porrò in Scriptura aliud eſſe præcepta, aliud iuſtificationes eo modo, quo explicatum eſt, docet D. Thom. quæſt.99.art.5.& in eodem diſtinguit mandata à pręceptis: quia mandata non obligant: ſecus verò præcepta.

*Iudæi habuere præcepta fidei, ſpei, & charitatis.*

Reſpondeo tamen quartò, omnia præcepta ſimpliciter ſupernaturalia, ſeu de actibus ſupernaturalibus, connaturalia tamen fidei, & gratiæ pertinuiſſe ad præcepta moralia legis veteris, vt docent Suarez, & alij recentiores hìc cum Caiet. ſuprà, & eſt expreſſa ſentētia D. Thomæ quæſt.100. art.1. ad 3. vbi ait, quædā præcepta moralia eſſe, ad quæ indigemus inſtructione Dei: hæc autem eſſe præcepta fidei per charitatem operantis, & art.3. expreſsè dicit, ad moralia præcepta pertinere ea, quæ dictat naturale lumen, & quæ ex fide diuina innoteſcunt: & ad 1. dicit, quæ ſuperius retulimus. 42

Item præcepta moralia ſunt, quæ dictat ratio ſecundùm ſe, id eſt, ſecluſa omni conſtitutione, & voluntate formali obligandi in ſuperiore: ſed talia ſunt præcepta fidei, ſpei, & charitatis: ergo verè ſunt moralia. Confirmatur, quia ſecundùm D. Thomam quæſt.99.art.5. Conradus, Medina, & alios ibi, & alibi, omnia præcepta illius legis erant moralia, cæremonialia, aut iudicialia: ſed prædicta non erant cæremonialia, nec iudicialia: ergo moralia. Et idem eſt de præcepto internę dilectionis ſupernaturalis proximi, ſi quod eſt. Quod dico: quia multi contendunt, nec modò eſſe præceptum diligendi proximum actu interno ſupernaturali: ſed ſatisfieri præcepto dilectionis proximi, benefaciendo illi ex alio affectu, præſertim amicitiæ naturalis. Non tamen mihi placer,

*Præcepta moralia ſunt, quæ dictat ratio ſecundum ſe.*

placet, quod quidem recentiores dicunt, præcepta virtutũ Theologicarum eſſe propriiſſimè moralia: quia ſicut virtutes Theologicæ nõ ſunt propriiſſimè morales, ita nec earũ opera, aut præcepta ſunt propriiſſimè moralia. Addunt iidem, obſeruationes omnium præceptorum poſſe dici iuſtificationes, vt notauit D. Thomas quæſt. 100. art. 2. ad 1. & omnia præcepta legis quatenus cognoſcebantur reuelatione diuina, poſſe dici teſtimonia: & ita voces illas generales eſſe, idque nõ obſcurè colligi ex diſcurſu Pſal. 118. qui explicat communem phraſim Scripturæ in vſu harum vocum. Sed certè negari non poteſt, quin præcipuè præcepta fidei teſtimonia dicantur, cùm fides ex ſua propria ratione, & intrinſecè nitatur teſtimonio Dei. Negari etiam non poteſt, quin præcepta de actibus neceſſariis ad iuſtificationem prę aliis dici poſſint iuſtificationes; quamuis aliqui hos terminos aliter exponant dicentes, In lege illa erant teſtimonia, quale erat illud Deut. 6. *Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt.* Et illud Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Et hæc teſtimonia ſunt præcepta fidei, quibus commendatur auctoritas Legiſlatoris. Erant etiam præmia, & ſupplicia, quæ dicebantur iuſtificationes: quia iuſtè faciebat Deus remunerando, & puniendo. Inter hęc poteſt poni præceptum pœnitentiæ, in quo includitur charitas: quia ſupplicia proponuntur non pœnitentibus, ſeu non conuerſis in Deum ex charitate. Illud autem præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum*, non eſt peculiare: ſed generale, & quaſi initium, & principium ſeruãdi totam legem. Præceptum autem ſpei continetur in iuſtificationibus, dum proponuntur præmia ſeruantibus legem: quod autem diuerſa ſint teſtimonia, & iuſtificationes à præceptis affirmat D. Thomas quæſtion. 99. art. 5. vbi tamen addit, quamuis ea etiam, quæ pertinent ad pœnas, & præmia dici poſſint teſtimonia, quatenus ſunt proteſtationes quędam & argumenta diuinæ iuſtitiæ: & omnia præcepta legis poſſint dici iuſtificationes, quatenus ſunt quædam executiones legalis iuſtitiæ. Vnde non eſt hærendum in hac quæſtione, quæ de nomine eſt, & quocunque modo decidatur, nullum habet periculum. Probabilius tamen puto, hæc nomina in Scriptura ſæpe idem ſignificare, & ſub præceptis moralibus præcepta fidei, ſpei, & charitatis poſſe comprehendi, licet ſtrictius præcepta moralia ſint, quæ ad virtutes ſtrictè morales pertinent. Addit Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 4. ex D. Thoma quæſt. 110. art. 5. ad 1. præcepta dilectionis Dei, & proximi in genere nõ eſſe præcepta Decalogi; ſed potius ſe habere ad illud antecedenter tanquam præambula; quoniam ſunt per ſe cognitu facillima ex ipſo lumine rationis, vel fidei: vnde præceptum primum Decalogi non propriè pertinere ad fidem, ſed ad Dei cultum, licet huic præcepto annexa ſint præcepta fidei, ſpei, & Charitatis: & ideò ibi tractari ſolere ab exponentibus Decalogum. Rectè etiam Azor to. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 7. ait, hæc præcepta, licet ſint ſupernaturalia: quia ſunt de actibus ſupernaturalibus, & ſupernaturaliter ſint à Deo impoſita, & reuelata: tamen quodammodò eſſe iuris naturalis: quia naturalis ratio dictat credendum eſſe Deo, in eo ſperandum, ipſum diligendum naturaliter, vel ſupernaturaliter, quomodo ipſum diligere valeamus. Cùm ergo præcepta omnia naturalia ſimpliciter, aut aliquo modo ad præcepta moralia reducantur, ad ea reducere debemus huiuſmodi præcepta. Obſerua autem, præceptum pœnitentiæ ſupernaturalis ſaltem præcipuum non eſſe de actu elicito pœnitentiæ: ſed de imperato à pœnitentia, & elicito à charitate, qui eſt dolor de peccatis propter Deum ſummè dilectum. Quem actum non eſſe elicitum à pœnitentia, ſed à charitate, rectè docet Vazquez 1. de adoratione, diſ. 1. cap. 2. nu. 18. *Præceptum pœnitentiæ ſupernaturalis eſt de actu imperato à pœnitentia, & elicito à charitate.*

Ad ſecundum argumentum reſpondeo, legem illam non dici imperfectam, quia non comprehenderet præcepta de actibus perfectis; ſed vt rectè dicit Auguſt. lib. contra Adamantum Manichæum: quia præcipiendo non iuuabat, & multa onera imponebat, propter quæ etiam per antonomaſiam dicitur lex factorum: non quia ſola externa opera præciperet, nam etiam præcipiebat interna: *Erat enim lex ſpiritualis.* Rom. 3. 43 *Ad 2.*

Ad tertium reſpondeo, quòd illa lex non iuſtificabat, quia licet præciperet actus illos fidei, ſpei, & charitatis, quibus iuſtificamur, non tamen dabat vires ad faciendum illos: ſed eæ procedebant ex Chriſti venturi meritis. Ad 3.

Dubitatur ſecundò, cur in Decalogo nullum datum fuerit præceptum de dilectione propria. 44 *Dub. 2.* Reſpondeo, præter rationes D. Thomæ quæſt. 100. art. 5. ad 1. id factum eſſe: quia huius nulla fuit neceſſitas propter magnam inclinationem ad bonum proprium, quæ potius moderanda fuit per præcepta ad Deum, & proximum pertinentia.

Dubitatur tertiò, an præcepta decalogi comprehendant aliquod præceptum poſitiuum, ac proinde ex ea parte ſimpliciter moralia non ſint. 45 *Dub. 3.* Ratio dubitandi eſt, quia tertium præceptum de ſanctificatione ſabbathi poſitiuum erat; idem videtur eſſe de primo præcepto quoad illam partẽ, *non facies tibi ſculptile.* Nam poſitiuum fuit, & ideò iam ceſſauit, vt ſentit D. Thomas, q. 100. art. 7. ad 2.

Pro reſolutione aduerte, multos diſtinguere quatuor præcepta decalogi erga Deum, & ſex tantùm erga proximum, confundentes duo vltima in vnum negatiuum, *non concupiſces*, &c. *Diſtinctiones præceptorum decalogi à variis varia.* Numeratio autem quatuor priorum præceptorum non vno modo fit: nam Origen. hom. 8. in Exod. & Burgen. Exodi 32. additione 4. diſtinguũt primum in duo negatiua, *non habebis Deos alienos*: & *non facies tibi ſculptile.* Hieronymus autem Oſeę 10. & Rupertus, 3. in Exod. cap. 32. diſtinguunt etiam primum in duo: vnum tamen affirmatiuum: *ego ſum dominus Deus tuus*; & aliud negatiuum; *non habebis Deos alienos, nõ facies tibi ſculptile.* Heſichius autem Leuit. 26. quem refert D. Thomas, quæſt. 100. art. 4. diſtinguit primum præceptum in tria, vnum affirmatiuum, & duo negatiua, & conſequenter excludit à decalogo tertium præceptum de ſanctificatione ſabbathi: quia poſitiuum eſt, & ita facilè reſpondet ad primam rationẽ dubitandi; ſed non ad ſecundam, nec conſequenter loquitur: nam eadem ratione excludere debeat illud negatiuum: *non facies tibi ſculptile.* Nam quatenus diſtingui poteſt ab alio: *non habebis Deos alienos*, poſitiuum eſt, & cæremoniale, vt notauit D. Tho. art. 7. ad 2. & prætereà tertium pręceptum de ſanctificatione ſabbathi nõ refertur expreſsè Exodi 20. ſcriptum in tabulis, vt non poſſit abſolutè reiici à decalogo: & deinde duo vltima in ſecunda tabula, vt diſtincta ponuntur, & habent materias diuerſarum virtutum, & ideò præualuit opinio Auguſtini poſita in ſuperioribus,

Digitized by Google

tibus,& à ſcholaſticis,& ferè tota Eccleſia recepta diſtinguens ſeptem præcepta erga proximum, & conſequenter tria tantùm erga Deum. Nam in primo verba illa, *ego ſum dominus Deus tuus*, nihil præcipiunt, ſed ſupponunt poteſtatem Dei ad ferendam legem: & rationem reddunt, quare Deus ſit adorãdus,& non idola. Deinde ſi aliquod præceptum continent, eſt de credenda vnitate Dei: quod includit negationem plurium deorũ, quam explicant alia verba, *non habebis Deos alienos*, illa verò non facies tibi ſculptile, ſi intelligantur de prohibitione imaginis ad hunc finem, vt colatur pro Deo, non diſtinguitur à priori negatiuo,& ita eſt præceptum morale, vt expoſuit D. Thomas, quæſt. 100.art. 4.ſi autem intelligatur abſolutè de poſitione imaginis Dei, eſt cæremoniale, & non morale,vt D.Thomas expoſuit art. 7.& reducitur ad primum præceptum, vt circunſtantia eius. Similiter dic de tertio, quatenus enim præcipit ſeruare tempora cultui Dei dicata, & aliquando vacare diuinis, naturale eſt, & morale: ideo ſemper durat: quatenus verò determinabat talem diem, fuit cæremoniale,& ceſſauit,vt expoſuit D. Thomas ead.quæſt.art.3.ad 2.

46 Prædictis conſonat Vazquez 2. de adoratione diſp. 4. vbi latè probat,& defendit,vſum imaginũ in ordine ad adorationem in veteri teſtamento ſimpliciter,& omnino fuiſſe prohibitum illis verbis,*non facies tibi ſculptile*,ſcilicet nec veri Dei, nec Angelorum,aut aliorum ſanctorum fini, & modo accommodato,vt adorentur, licet poſſent fieri ad ornatum:& cap.7. ponit obiectionem Alani Copi dialogo 4.cap. 15. poſt medium, tenentis oppoſitum,&aliorum recentiorum.Nam præcepta decalogi tantum ſunt decem,Exod.31.& 34.Deut. 4.9. & 10.ſi autem prohibitum eſſet,imagines,& ſimilitudines effingere,& non ſolum idololatriæ cultũ ipſis exhibere, plura iam eſſent,quàm decem præcepta;Primum,*non habebis Deos alienos:* ſecundum, *non facies ſculptile:* tertium, *non aſſumes nomen Dei tui in vanum:* quartum,*ſabbatha ſanctifices*,&c.decimum,*non concupiſces vxorem proximi tui:* & vndecimum,*non concupiſces rem alienam*.Hæc enim duo vltima diuidit Clemens 6.lib.ſtroma.Auguſt.quæſt. 71. in Exod. & epiſt. 119. cap. 11. & communiter ſcholaſtici, 3. diſt. 37. Reſpondet Vazquez,Huic obiectioni occurrere poſſet aliquis non ſine probabilitate dicens, illa duo vltima non eſſe diſtinguenda,vt arbitrantur Ioſeph.3.antiq.cap. 6. & 8. Origen. hom.8. in Exod. Ambroſius,& Hieronymus,in cap. 6. epiſt. ad Epheſ. Procop. & Rupert. Exodi 20. Ego verò, inquit,cum exiſtimem,illud præceptũ *non concupiſces*,in duo eſſe diſtinguẽdum, quia materia vnius cõtraria eſt caſtitati,alterius verò iuſtitiæ: & quia,vt notat Auguſt.ideò repetitur verbum, *non concupiſces:* Reſpondeo,duo illa, *non facies tibi ſculptile,nec vllam ſimilitudinẽ:* &,*non adorabis ea*, pro vno, & eodem præcepto poni: cum eodem perpetuo tenore verborum proferantur,& ad eandem virtutem religionis obſeruatio vtriuſque, & ad idem peccatum ſacrilegij tranſgreſſio vtriuſque pertineat. Nam quamuis facere ſculptile ex ſe non ſit contra religionem: lege tamen poſitiua id prohibente, in materia ſacrilegij contra religionem conſtituitur. Hanc enim vim habet poſitiua lex etiam humana,vt id,quod præcipit,in materia neceſſaria illius virtutis ponat, cuius intuitu aliquid iubet: contra verò in materia oppo-A ſiti peccati id,quod prohibet,vt in materia de leg. 1.2.ſæpius dicemus, &c. Sed rurſum opponet aliquis Irenæum lib. 4. cap. 31. aſſerentem, omnia præcepta decalogi eſſe naturalia, præter illud de ſanctificatione ſabbathi: quod cæremoniale eſt: quocirca & Auguſt.19.contra Fauſt.c. 18.& lib.3. contra duas epiſt. Pelagian. cap. 4. docet,adhuc à Chriſtianis decalogum obſeruari præter illud de ſabbathi ſanctificatione: ergo illud, *non facies tibi ſculptile*, non eſt cæremoniale: ſed naturale. Reſpondeo,omnia præter illud ſabbathi verè eſſe iuris naturalis, & adhuc à Chriſtianis obſeruari etiã primum. Eſſe enim aliquid cæremoniale in primo præcepto, veluti additamentum illius, quod iam ceſſauerit,nihil obeſt,quominus dicatur præceptũ naturale,& adhuc permanere: quia id, quod in eo B præcipuum eſt,adhuc perſeuerat, ſcilicet, *non coles Deos alienos:* cuius veluti appendix eſt, *non facies ſculptile:* quòd ſub eodem præcepto contineri diximus.Quare Catherinus fatetur,& omnes auctores poſterioris ſententiæ concedere tenentur, primo præcepto aliquid etiam cæremoniale additum fuiſſe, tametſi ipſum fuerit naturale ſecundum id, quod in eo præcipuum eſt.Hæc Vazquez,& ſimilia dicit Valent.diſp. 7. qu.7. punct.4.vbi ait,præceptum primum quoad illam partem, *non facies tibi ſculptile*, fuiſſe cæremoniale, quo omnis vſus imaginum ad venerandum erat prohibitus: & tribuit D.Thomæ quæſt. 100. art. 7. ad 2. nec repugnare putat art.4.in corpor.ſimiliter cum D. Tho. qu.100. art.5. ad 2. ait,illud præceptum de ſanctificatione ſabbathi partim fuiſſe morale; partim C cæremoniale; & præceptum non concupiſcendi diuidit in duo. Quod ſanè difficile eſt, nam, vt obſeruat Feliſius ſuprà, in Hebreo, & in editione latina,ſic legimus Exodi 20. *Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius; non ſeruum, non ancillam,non aſinum.nec omnia, quæ illius ſunt*.Vbi vides planè concupiſcentiam vxoris in medio collocari: ergo cum extrema ad idem præceptum pertineant, idem videtur de concupiſcentia vxoris dicendum. Sed reſponderi poteſt negando conſequentiam, quia materia eſt valde diuerſa.Quantum attinet ad præceptum de ſanctificatione ſabbathi, partim eſſe naturale, & partim poſitiuum conſentit Azor,tom.1.lib.6.cap.1.quæſt. 6.Idem de primo præcepto decalogi ait lib.9. cap. D 6.quæſt.6. multos referens, nimirum eſſe poſitiuũ quantum ad id,*non facies tibi ſculptile*.

## SECTIO IX.

### *De præceptis cæremonialibus.*

PRimò obſerua ex D. Thoma quæſt. 100.& ſequentibus, Valent.diſp.7.q. 7.punct.5. Azor tom.1. lib. 6. cap. 3. quæſt.1. præcepta cæremonialia ad quatuor capita reuocari poſſe. Primum cõtinet præcepta ſacramentorum. Quorum primum fuit Circunciſio, quamuis ante legem in-E ſtitutum, in qua lege fuerunt addita alia, vt agni paſchalis, & conſecrationis Pontificis, quam ſacramentum vocat D. Thomas, quæſt. 101. art. 4. (vbi hæc genera cæremonialium præceptorum ponit)& alia multa: nam ſacramenta veteris legis multa,& varia fuere,teſte Auguſt.lib.de vera relig. cap.17. & 3.de doct. Chriſtiana, cap. 9. & lib. 15. 47

contra

contra Fauſt.cap.13.& ſacrificia expiatoria,& quędam expiationes erant ſacramenta, vt cum D. Thoma,quęſt.102.art.5.explicat Valen.illo punct. 5.& Alan.1.de ſacram.cap.9.Præter conſecrationē erant alia ſacramenta ſacerdotibus propria ſecundum D.Thomam,& Valen,ibidem,vt eſus panum propoſitionis,&ablutiones,raſioneſque quædam. A

Secundum caput continet ſacrificia, quæ ex parte rerum, quæ offerebantur, erant multiplicia: formalis verò diſtinctio erat, quoniam aliud erat holocauſtum in recognitionem diuinæ maieſtatis: aliud hoſtia pacifica, quæ aliquando ad impetrandum noua beneficia,aliquando ad agendas gratias pro iam ſuſceptis mactabatur. Aliud dicebatur,pro peccato: quia in eius expiationem,& ſatisfactionē immolabatur. B De quo toto genere ſacrificiorum, & quomodo omnes illæ rationes in vno Miſſæ ſacrificio contineantur,tractat Suarez 3.part.tom.3. ad finem.; & alij agentes de ſacrificio Miſſæ, qui etiam explicant,in quo conſiſtat ratio ſacrificij.Vt in materia de ſacramētis inueſtigatur,in quo conſiſtat ratio ſacramenti. De illis ſacrificiis latè D. Thomas hîc,Abulen.Origen.ho.5.in Leuit.Philo lib.de ſacrificiis,Azor tom.1. lib. 6. cap. 25.vſque ad 30.Ribera 4.de templo,Valent.diſp.7.quæſt.7. punct.5.Ioſeph.3.antiq.cap.10.

Tertium caput continet ſacra,ideſt, tabernaculum,arca fœderis,templum, altare, & omnia vaſa ad diuinum cultum inſtituta: C de quibus latè Ribera 1.& 2.de templo,de quo fuſius Ioan. Villalpandus tom. 2. in Ezechielem: & de eodem, & de omnibus ſacris Azor ſuprà,cap.43.vſque ad 58.

Ad eundem ordinem pertinent veſtes ſacerdotales, & Pontificiæ, dierumque feſtorum celebritates,de quibus Ribera ſuprà lib.5.& Toletus breuiter Ioan.7.Azor ſuprà,à c.31.vſque ad 40.De ſacerdotibus verò,& eorum veſtibus agit c.41.&42.

Solùm aduerte,in littera D. Thomæ,quęſt.102. at.4.ad 6.haberi,propitiatorium fuiſſe tabulam lapideam; exiſtimo tamen cum Vazquez quæſt.102. art.4. & Suarez hîc,mendum irrepſiſſe in textum: D conſtat enim Exodi 25.fuiſſe tabulam auream, vt notauit etiam D.Thomas Heb.9.lect.1.Azor tom. 1.lib.6.c.44.quæſt.2.Valent.diſp.4.quæſt.7.punct. 5.Med.quæſt.102.not.vnica,probans etiam, mendoſam eſſe litteram D.Thomæ: quoniā in antiquo exemplari,quod habetur in Salmanticenſi Bibliotheca, non habetur illud vocabulum, lapidea, ſed ſic legitur, *ſuprà arcam erat quædam tabula, quæ propitiatorium dicebatur.* De propitiatorio vide Vazquez de ador.lib.2.diſp.4.cap.4.

Quartū caput continet peculiares obſeruantias illius populi,vt ſpecialia ieiunia,abſtinentias,& ſimilia, de quibus Deut. 18. *Tu autem à domino Deo* E *tuo aliter inſtitutus es,* & Leuit.3. *nec ſanguinem, nec adipē omninò comedetis.* Aliæ abſtinētiæ ab eſu quorundam animalium habentur Leuit 11. & Exodi 23.& Deutero.14.dicitur, *Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.* De quo vide Azor tom.1.lib.6.ca. 22.in fine,Barradam in morali de innocētibus. Et Leuit. 19. *quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum,poma,quæ germinant,immunda erunt vobis,* &c.& ibidem. *Agrū non ſeres diuerſo ſemine: veſtem, quæ ex duabus texta eſt,non indueris,* & Deut.22. *non induetur mulier veſte virili: nec vir vtetur veſte fœminea. Non indueris veſtimento,quod ex lana,linoque contextum eſt.Non arabis in boue ſimul,& aſino.* Deut.23. *fodies per circuitum, & egeſta humo operies.* Num.15. *loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum,ponentes in eis vittas hyacinthinas,*&c.

Solùm poteſt dubitari de præcepto abſtinentię 48 à ſanguine,& ſuffocato,an fuerit antiquius illa lege:nam videtur latum Geneſ. 9.& an fuerit retentum poſt illam legem, vt ſignificatur Actuum 15. Sed de hac poſteriori parte dicam diſp.23.

De priori autem in hac diſp.ſect.12. & vide expoſitores Leuit.17.& Deut.12.vbi habetur prohibitio de eſu ſanguinis,& ſuffocati, & ſtrangulati, ſanguinem nimirum incluſum habentis,& capti à beſtia,&morticinij.Rationem autem huius interdictionis lege apud Azor tom.1.lib.6. cap. 22. vbi etiam reddit rationē, ob quam Deus prohibuerit eſum adipis,Leuit. 3. & multorum animalium,de quibus ſigillatim differit. Vide etiam Lorinū,act. 15.verſ.20.& alios ab eo citatos.

Generatim circa præcepta cæremonialia, Nota 49 primò, varias eſſe etymologias huius nominis Cæremonia,de quibus agit D. Thomas,quæſt. 99. art.3.& quæſt. 101. art. 1. ex quibus illa nominis etymologia magis probatur Valentiæ diſp. 7. qu. 7.puncto 3.quam oſtendit Valer.Maxi.lib.1.ca. 1. in Lucio Furio Bibaculo, ſcribens, ea, quæ ad ſacrum cultum pertinent, cœpta fuiſſe nominari cæremonias, propterea quòd præcipui religionis cultores fuerint incolæ populi dicti Cerete, ſeu Ceretani.

Nota ſecundò, certiſſimum eſſe, omnia huiuſmodi præcepta habuiſſe ſignificationem congruentiſſimam,& vtilitatem reſpectu illius populi: quoniam fuerunt illi per diuinam ſapientiam præſcripta: vnde Deut. 4. *Hæc eſt ſapientia veſtra, & intellectus coram populis.* Quæ autem fuerit ſignificatio ſingulorum,exponit rectè D. Thomas, qu. 102.art.3.4.5.& 6.& alia,quæ ad cæremonialia, & eorum ſignificationem pertinent,latè tractat Azor tom. 1. lib. 6. à cap. 22. vſque ad finem ferè libri: cap. verò 3. quæſt. 2. in genere, an cæremonialia præter rerum futurarum ſignificationem, cauſam aliquam litteralem, & hiſtoricam continerent. Quidam cenſent,multorum præceptorum nullam fuiſſe cauſam litteralem: ſed tantùm myſticam,ita vt Deus multa fieri iuſſerit ob ſolam ſignificationem rerum futurarum. At Azor cum D. Thoma, quæſt.102.art.2.docet, omnia præter ſignificationem futurorum habuiſſe cauſam aliquam litteralem,& hiſtoricam, vt cætera geſta in illo populo, quamuis interdum litteralis cauſa nos lateat. Sic circuncifio præter ſignificationem futuri baptiſmi diſtinguebat illum populum ab aliis. Sic etiam mactando animalia in ſacrificiis, ſe dignos morte propter peccata profitebantur:&ſic pro illis ſatisfaciebant,& veniam impetrabant,& ſic de aliis, vt eadem quæſt. & cæteris locis citatis fusè proſequitur Azor,item D.Thomas illo art.2.& ſequentibus.Nota 3.ex D.Thoma,quæſt.101.art.1. cæremonialia fuiſſe determinatiua moraliū ad Deum pertinentium, vt iudicialia fuere determinatiua moralium pertinentium ad proximum.Vnde Exodi 18. *Eſto populo in iis,quæ ad Deum pertinent, oſtendeſque populo cæremonias,& ritum colendi.*

Nota quartò ex D. Thoma ead.qu.99. art. 5. & quæſt. 101. art. 2. aliquos actus religionis exterius conſummari,vt laus,gratiarū actio, votum,oratio, &c. De adoratione idem ſentio cum Suar. 3.part. q.25. Aliàs angeli non adorarent propriè Deū,niſi in cor

Digitized by Google

in corpore aſſumpto. Vazquez tamen illo art.2.& lib. 1. de adoratione diſp. 1. contendit, adorationem non poſſe interius cõſummari. De quo alibi.

## SECTIO X.

*De Præceptis iudicialibus.*

50 *Iudicialia præcepta, quæ.*

*Reip. membra, quæ ſint.*

IVdicialia præcepta erant ea omnia, quæ exceptis cæremonialibus ad rectam Reip. adminiſtrationem pertinebant: cum autem Reſp. conſtet familiis, magiſtratibus, priuatis hominibus; & in ea etiam ſint aduenæ, externi, peregrini, incolæ, & indigenæ; de his omnibus iudicialia præcepta dari oportuit, vt notat Azor to. 1. lib. 6. cap. 3. quæſt. 3. vnde ad quatuor capita reuocantur ab eodem quæſt. 5. Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 6. & ab aliis cum D. Thoma qu. 104. art. 4. Aut enim præſcribebant ordinẽ inter principem, & populum: aut inter ipſos populares: aut inter populum, & extraneos, id eſt, peregrinos, hoſtes, &c. aut inter domeſticos eiuſdem familiæ, vt inter parentes, & filios, ſeruos, & dominos, & inter coniuges, quæ præcepta habebant ſuã ſpiritualem ſignificationẽ moralem, Allegoricam, vel Analogicam: ſed litterali, & hiſtorica non carebãt, vt docet Azor. illo ca. 3. quæſt. 4. Valent. illo punct. 5. cum D. Thoma quæſt. 104. art. 2. quamuis cæremonialia præcipuè inſtituta fuerint ad ſignificandum, iudicialia verò ad regimen populi, & ſecundariò, ad ſignificandum: vnde 1. Cor. 10. *omnia in figura contingebant illis*, quod rectè explicat Valent. loco cit. & 1. part. diſp. 2. quæſt. 1. punct. 1. §. 12. Nam intelligi debet de iis, quæ fuere propria illius populi: vnde in præceptis moralibus, quorum materia ad omnes gentes pertinebat, nullam peculiarem ſignificationem animaduertere doctores, peccata etiam illius non habebant ſignificationem, vt colligitur ex Auguſt. 22. contra Fauſt. cap. 24. ſed quæ erant illius populi propriè, & bene ab eo fiebant, vel quæ à Deo circa illum gerebantur, & quæ diuinitus ei contingebant.

De ſignificatione autem iudicialiũ præceptorum agit D. Thomas quæſt. 105.

Ad hæc præcepta ſpectabant leges de irritatione votorum, de permiſſione repudij, de pluralitate vxorum, de gradibus conſanguinitatis, & affinitatis, de bello gerendo, de vitando cum externis coniugio, de vſuris permiſſis, &c. de quibus in materia de voto, de matrimonio, de bello, & de vſuris. Latè etiam Azor to. 1. lib. 6. cap. 4. & ſequentibus.

## SECTIO XI.

*Vtrum in lege veteri præter præcepta fuerint aliqua alia.*

*Lex quomodo dupliciter accipiatur.*

REſpondeo, vt in principio huius tractatus, & alibi aduertimus, legem interdum ſumi cum omni rigore, & proprietate, & ſic ſola præcepta obligantia comprehendere: interdum verò pro collectione omnium, præſertim documentorum, & regularũ pertinentium ad aliquam religionem, ſeu viuendi rationem. Sic lex Euangelica continet præcepta, conſilia, ſacramentorum

A doctrinam, & inſtitutionem, promiſſiones, comminationes, &c. Hoc modo lex vetus comprehendit omnia pertinentia ad illum ſtatum, & modum viuendi Hebræorum. Sic nomine legis aliquando intelligitur totum teſtamentum vetus, vt notauit Hieronymus epiſt. 151. ad Algaſiam, quæſt. 8. & Ioan. 5. dicitur, *in lege eorum ſcriptum eſt: quia odio habuerunt me gratis*: quod tamen habetur Pſal. 24. Sic etiam 1. Cor. 14. ſub nomine legis citatur quidam locus Iſai. 28. *in aliis linguis loquar populo huic*, &c. ita ergo lex cõprehendebat conſilia quædam, quæ D. Thomas quæſt. 99. art. 5. cum Hieronymo appellat mandata, & à præceptis condiſtinguit:

B conſiliumque putat D. Thom. ibi, & Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 3. eſſe illud Exod. 22. *Si in pignus acceperis veſtimentum à proximo tuo, redde ei ante Solis occaſum.* Conſilium etiam erat illud, *vouete.* Pſal. 75. licet cõſilia perfectionis diſtinctè, & exactè omnibus tradita, ſint propria legis Euangelicæ. Sic etiam lex illa comprehendebat pœnas, præmia, comminationes, & promiſſiones, item teſtimonia, teſtificationes, & iuſtificationes, de quibus ſæpè fit ſermo, Pſal. 118. & diſſerit D. Thomas ſuprà.

## SECTIO XII.

C *Vtrum ante legem Moyſi præter Circuncißionem fuerint aliqua præcepta diuina poſitiua.*

PRo parte affirmante eſt id geneſ. 2. *Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum*, vbi, *&*, ſumitur pro, *id eſt*, vt ſit ſenſus, benedixit, id eſt ſanctificauit, vel, *&*, ſumitur pro, *quia*, vt ſit ſenſus, *benedixit, quia ſanctificauit*, hoc eſt, ſeparatum à cæteris diebus, & diuinis vſibus deſtinatum, ſanctum, ac celebrem haberi voluit. Et Geneſ. 4. Abel, & Cain obtulere primitias, primos ſcilicet ſuorum bonorum fructus Et geneſ. 7. munda animalia ab immundis diſtin-

D guuntur: & Geneſ. 9. conceditur vſus carnium, excepto quòd carnem cum ſanguine non comedant, vbi videtur ſupponi, eſum carnium anteà fuiſſe prohibitum. Quòd ſatis indicat Gennad. ibi dicens. *Deus, cum hominem creauit, fructus tantum, qui de ſegetibus, arboribuſque leguntur, in eſcam elargitus eſt: à diluuio verò maiori vſus eſt liberalitate*, &c. Et Geneſ. 14. Abraham ſpoliorum, quæ de hoſtibus bello victis cœperat, decimas obtulit Melchiſedech ſacerdoti, & Geneſ. 15. cum Abraham immolaſſet quadrupedes animantes, & turturem, & columbam, quadrupedes diuiſit, volucres non ſecuit: & Geneſ. 17. datum eſt præceptum circunciſionis, & Geneſ. 38. mortuo primogenito Iudæ relictam

E ſine liberis vxorem ſecundus filius in matrimonium duxit, vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo: & ibidem Iudæ auctoritate Thamar condemnatur ad ignem, eò quòd cùm deſponſa eſſet, tertio eius filio adulterium commiſiſſe putabatur: ergo aliqua præcepta diuina poſitiua veteris legis, & vſus eorum præter circunciſionem præceſſere ipſam legem. Confirmatur: nam ante legem habebant homines præceptum poſitiuum applicandi ſibi, & ſuis paruulis remedium legis naturæ, ſicut poſteà circunciſionem, & baptiſmum, tenebantur etiam habere fidem Chriſti venturi.

Propter hæc aliqui cõceſſere, ante legem Moyſis fuiſſe aliqua præcepta poſitiua præter circunciſionem: quod videtur concedere Azor to. 1. lib. 6. cap. 1.

Digitized by Google

cap.1. quæſt.8. ait enim, illud tempus dictum eſſe legis naturalis: quia magna ex parte diuina lege viuebatur: quamuis aliqua diuini, ac ſupernaturalis iuris pręcepta ſeruarentur, vel inſtituto, & conſuetudine maiorum, vel iuſſu etiam Dei.

Alij verò nulla volunt eo tempore admittere præcepta diuina poſitiua, præter præceptum circunciſionis: quia illa lex dicebatur naturæ, & nihil cogit ad ponendum eo tempore præceptum aliquod poſitiuum. Quod verò dicitur Geneſ. 2. de die ſabbathi, *& ſanctificauit illum*, volunt hi dictum eſſe per occupationem; non quòd tunc coli cœperit dies ſabbathi ſaltem ex præcepto Dei: ſed poſteà. Eodem modo dictum putant Geneſ. 7. illud de mundis, & immundis animalibus: vt munda dicta ſint animalia, quę poſteà lex Moſis ab immundis diſcreuit. Ad illud de remedio legis naturæ pro paruulo, reſpondeo, de illo nullum fuiſſe præceptum poſitiuum, ſed naturale, aut connaturale inſtitutioni illius remedij: nam ex charitate, & pietate tenebantur parentes in tempore neceſſitatis illud applicare paruulis, ſecus extra neceſſitatem: Circuncißio autem, & Baptiſmus, etiam extra neceſſitatem applicari debebant vi alicuius præcepti diuini poſitiui. Eodem modo ipſi non tenebãtur ponere mediũ neceſſarium ad propriam ſanctificationem, niſi quando natura per ſe, vel cum fide iudicaret id eſſe neceſſarium ad conſequendam vitam æternam. Vnde Maldonatus Matth. 11. nu. 21. ait, gentiles omnium confeſſione ante Chriſti legem ſaluari potuiſſe in lege naturæ, quæ ſatis erat eis ab ipſa natura prædicata: cenſeo autem præceptum diuinum poſitiuum tunc fuiſſe abſtinendi à ſanguine, & ſuffocato, vt planè ſignificat Azor ſuprà: quia manifeſtè colligitur ex Geneſis 9. vide Pererium ibi, lib. 14. diſp. 2. vbi contra Eugub. oſtendit, in illis verbis Geneſ. 9. non contineri ſolam homicidij prohibitionem: quæ prohibitio eſt præceptum negatiuum, naturale: ſed prohibitionem comedendi carnem cum ſanguine: quod eſt pręceptum negatiuum poſitiuum in lege Moyſi repetitum, & in Eccleſia Chriſti aliquo tempore retentum, Act. 15. Quam ſententiam tenent Abulenſis, Caietanus, Eucherius, Lyra, Carth. D. Thomas, Chryſoſtomus, & alij ibi, & expreſſiùs Martinus del Rio ibidem, & Auenezra. Imò aliqui ante diluuium ponunt præceptum poſitiuum abſtinendi à carnibus: ſed Lyra, & Caietanus, Geneſ. 9. dicunt, eſum tunc non fuiſſe prohibitum, licet non fuerit in vſu, nec expreſsè conceſſus, vt eſus herbarum, & fructuum, Geneſ. 1. Imò Sotus 5. iuſt. quæſt. 1. art. 1. ait, fuiſſe conceſſum, & vſitatum fuiſſe, tamen prohibitum Geneſ. 9. eſum carnis cum ſanguine, & Medina, quæſt. 103. art. 1. id quod dicitur Geneſ. 7. de animalibus mundis, & immundis, non debere ita intelligi, vt diſcreta ſint quoad eſum. Nam Geneſ. 9. dicitur, *omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*: Sed quoad ſacrificiorum oblationem, quia de quibuſdam determinatis animalibus ſacrificia offerebantur. Si tamen quantum ad eſum erat aliqua differentia; hoc non erat, quia eſus reputaretur illicitus, vel eſſet prohibitus: ſed propter abominationem, & cõſuetudinẽ, ſicut nunc videmus aliqua cibaria in aliquibus terris eſſe abominabilia, quæ in alijs comedũtur. Vel tunc animalia quędã dicebantur immunda per præoccupationem: quia in lege erant prohibenda. Ibidem ait Medina, ante legem fuiſſe vſum quarundam cæremoniarum non ex præcepto diuino, ſed ex voluntate, & deuotione Deum colentium, vel etiam inſtinctu diuino.

## SECTIO XIII.

*An ſub lege naturæ, & veteri iuſti habuerint gratiam habitualem inhærentem.*

QVidam huius tempeſtatis Theologi auſi ſunt affirmare, veteres patres nõ habuiſſe gratiam habitualem inhærentem; & ideo non fuiſſe iuſtos eiuſdem omninò rationis cum Euangelicis, nec verè filios, ſed nomine tenus, ſeu quadam tenus, & in typo, atque æquiuocè. Probant primò: quia Ioannes opponens nos illis ep. 1. cap. 3. ait, *videte, qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus*, & Paulus ad Galat. 4. *Ergo iam nõ eſt ſeruus: ſed liber: quòd ſi filius, & hæres per Deum:* ergo illi non erant formaliter filij, & hæredes: ſed in promiſſione, & typo, & nomine tenus. Vnde Ioan. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine eius*: Ergo anteà non habebant talem poteſtatem, niſi remotam, reducendamque ad actum in aduentu Chriſti, & Rom. 8. *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis*, &c. *ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei*, & ibidem, *primitias ſpiritus habentes adoptionem filiorum Dei*. Sic enim ordinandum rectè notat Sa ibi. 51 1. *Sententia.*

Secundò probant ex Auguſt. lib. quæſtionum noui, & veter. teſtam. cap. 123. tom. 4. planè docet, Adamum nec in ſtatu innocẽtię habuiſſe ſpiritum ſanctum: idemque ait de cæteris ante aduentum Chriſti, & ideo non fuiſſe filios Dei adoptiuos, ſicut ſunt iuſti tempore legis Euangelicę. Idem his verbis dicere videntur Pradus, & Villalpandus, Ezech. 1. part. 2. ſectio 12. colum. 2. littera B. *Diuinæ naturæ participatio Iſraeli quadãtenus, & quaſi in typo communicata eſt, videlicet, quatenus à Deo electus erat pro populo ſibi charo, & præ cæteris electo. At verò magna nobis, & pretioſa promiſſa donauit 2. Pet. 1. verſ. 4. vt diuinæ efficiamur conſortes naturæ, Neque nomine tenus, vt olim Iſrael, quem primogenitum ſuum vocauit Dominus: cum tamen ad honorem filij non peruenerit. Nobis autẽ talem charitatem dedit pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus 1. Ioan. 3. verſ. 1. nõ enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum, vt illi, in timore, qui ſeruorum eſt, ſed ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater, &c. Iſta prærogatiua meritò in alis aquilæ intelligitur: nam aquila ſublime volat*, &c. Nec obſtare putant recentiores Trid. Concil. ſeſ. 6. cap. 7. docens, homines iuſtificari iuſtitia inhærente: nam ſolùm videtur loqui de hominibus Euangelicis contra hæreticos noſtri temporis. Quod cernitur ex locis, quibus vtitur, omnia enim ſunt noui teſtamenti. Nec debemus putare, Concilium definiiſſe plus quàm neceſſarium erat, contra Lutherum, & Caluinum: Contra quos ſunt clara teſtimonia ſcripturæ, & Patrum. Sed ſi nominatim ageretur de iuſtis antiquis, ex quibus teſtimoniis definiret Concilium, iuſtificatos fuiſſe gratiæ habituali inhærente, maximè cùm oppoſitum non ſolùm doceat Auguſt. ſuprà, ſed etiam Theophyl. Ioan. 1. dicens, *Lex adoptionem filiorum non dabat Iſraëlitis: ſed quaſi in figura, & typo: ſicut illorum baptiſma in vmbra, & figura erat. Propterea quamuis vocati fuerint filij, hoc tamen contigit in vmbra, nec in*

veritate

Digitized by Google

*veritate eandem filiorum adoptionem habuerunt, quam nos per baptiſma.* Hæc Theophylact. Cyril. etiam 1. in Ioan. cap. 14. ait. *Quia futurorum bonorum vmbram lex continebat, propterea non ſecundum veritatem, ſed figuratè Iudæi aſcribebantur filij,* &c. Auguſt. lib. contra Adimantum, cap. 16. *In veteri teſtamento erant onera ſeruorum: in nouo gloria liberorum.* Alia teſtimonia Cyril. & Chryſoſtomi referemus infrà ex Suarez. Quidam etiam exiſtimant, hanc eſſe ſententiam Ariæ Montani in id Ioan. 1. *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, & 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus*, & 2. Petri 1. *Magna, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt diuinæ efficiamur conſortes naturæ*; & Rom. 8. *adoptionem filiorum Dei*, & pluribus aliis locis, nec ſine apparentia id ei adſcribitur, & præter ſuperiora ſcripturæ teſtimonia eſt illud Galat. 4. *teſtamentum vetus in ſeruitutem generans*: & quod ibidem dicitur, Chriſtum in orbem veniſſe, *vt adoptionem filiorum reciperemus.* Item in veteri teſtamẽto non erat regeneratio per aquam, & ſpiritum ſanctum, vt modò in baptiſmate: vbi autem nõ eſt regeneratio, non poteſt eſſe filiatio: ergo iuſti ante legem gratiæ non erant verè filij: ſed figuratè, & nomine tenus.

*In veteri teſtamento non erat regeneratio per aquam & ſpiritum Sanctum. Vbi non eſt regeneratio, non eſt filiatio.*

Deinde multi tenuere, cùm homines in veteri lege per circuncisionem iuſtificabantur, non accepiſſe gratiam inhærentem. Ita expreſſè docet Magiſter 4. diſt. 1. §. penultimo. Varro. 1. diſt. 41. quæſt. 2. & gloſſa, cap. quod autem, de conſecrat. diſt. 4. ergo tunc paruuli ſine gratia inhærente iuſtificabãtur, ac proinde etiam adulti; quia quantum ad hoc par ratio eſt de vtriſque.

Aliqui etiam cum Soto 4. diſt. 2. quæſt. 1. art. 4. docuere, cultores legis Moſis, etiam iuſtos, non plenè, & perfectè meruiſſe nomen filiorum Dei, & ita gratiam illorum non obtinuiſſe abſolutum, & perfectum nomen gratiæ.

52 *Secunda & vera ſententia. Iuſti ante legem Chriſti iuſtificati ſunt per gratiam habitualẽ inhærentem.*

Tenendum tamen omninò eſt, iuſtos ante legem Chriſti iuſtificatos fuiſſe per gratiam habitualem inhærentem, & fuiſſe verè filios Dei, & participes diuinæ naturæ: ita docet Barrad. lib. 1. in Euangel. cap. 6. poſt medium: & probat, quia id ſacræ literæ prædicant, & ratio ipſa docet. Nam Iſai. 1. ait Dominus, *Filios enutriui, & exaltaui.* Et Exod. 4. populum Hebræum filiũ ſuũ primogenitũ appellat: Et Deut. 32. in Cantico Moſes ait: *Prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ.* Item: *Deum, qui te genuit, dereliquiſti: nõnne ipſe eſt pater tuus?* Sapient. 12. *Bonæ ſpei feciſti filios tuos.* Eodem cap. *Cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos.* c. 16. *Filios tuos nec draconum venenatorum vicerunt dentes:* Eodem cap. *Dulcedinem tuam, quam in filios habes, demonſtrabas.* Addit verò Barradas, *In his autem locis crediderim non ſolùm dici filios viros probos, verùm etiam improbos: loquitur enim Scriptura vniuersè de toto populo.* Dicuntur improbi filij Dei, quia ab eo ſunt procreati, quomodo Iob 38. dicitur pluuiæ pater; præterea quia Deus vt filios, illos nutrit, curat, & benficiis afficit, iuxta id Iſai. 10. *Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me.* Probi autem viri tum ob eaſdem rationes filij Dei appellantur: tum vel maximè, quia à Deo per gratiam ſunt adoptati, & cœleſtis regni hæredes effecti. Quæ ratio filiationis non ſolùm Chriſtianis, verùm etiam Iudæis iuſtis congruit: per gratiam enim à Deo adoptati ſunt etiam ante Chriſti aduentũ, & cœleſtis regni hæredes conſtituti. Hæreditatem tamen ante Chri-

A ſtum adiri non erat fas: erant enim pueri: hæreditas autem ante prouectiorem ætatem non traditur. Teſtimonia verò illa Pauli, quæ ſpiritum ſeruitutis Iudæis tribuunt, de ſtatu legis intelligenda ſunt: nam Iudæi ſecundum ſtatum legis ſerui erant, & ſpiritum ſeruitutis accipiebant: gratia verò filij erant, quod indicat Paul. Galat. 3. cùm legem pædagogum vocat: pædagogus enim filijs datur, ſed quia paruuli erant, vt ſerui habebantur, iuxta id Galat. 4. *Quãdiu hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo,* &c. *vſque ad præfinitum tempus à Patre. Cùm verò*, ait, *miſit Deus Filium ſuum, vt adoptionem filiorum reciperemus*, loquitur de adoptione filiorum quoad ſtatum: & ſic explicantur alia teſtimonia. Regenerabantur autem Iudæi per Circumciſionem, in qua illis gratia dabatur. Hæc eiſdem ferè verbis dicit Barrad. Vazq. etiam diſp. 183. c. 3. B nu. 14. refellit id quod ex Soto retulimus num. 51. in fine, & ait, iuſtos antiquos verè fuiſſe filios Dei, adoptiuos, vt oſtendet 3. part. quæſt. 23. art. 1. & eos qui inter illos fuere perfectiſſimi, habuiſſe perfectiſſimam gratiam adoptionis filiorum.

*Hæreditas nõ traditur ante prouectiorem ætatem.*

53 Suarez autem 3. p. to. 1. q. 23. art. 3. in commentario, docet, Angelos eſſe filios Dei adoptiuos ex D. Thom. ibi, ad 1. & Iob. 1. & 2. vbi appellãtur filij Dei. Quod etiam concedit Athanaſius Orat. 2. cõtra Arian. loquendo de filiatione adoptiua, quæ eſt, per gratiam: quod verò, inquit Chryſoſtomus, ho. 22. in Geneſ. nunquam in Scriptura appellari filios Dei, licet eſſet verum, non obſtaret, quia ſatis eſt, rem ipſam in Scriptura doceri, cùm dicitur Matt. 22. homines futuros eſſe ſimiles Angelis, & Matt. C 18. videre Deum: nam ſi ſunt participes diuinæ hæreditatis, filij ſunt Dei adoptiui. Deinde docet Suarez, Adam fuiſſe filium Dei, adoptiuum; quia fuit creatus in gratia, & cum iure ad æternam hæreditatem: vel ſi non fuit creatus in gratia, vt ſentire videtur Magiſt. 3. diſt. 10. & Alen. 3. par. qu. 10. in 4. in fine: tamen illam paulò poſt habuit. Tandem docet etiam iuſtos, qui præceſſere aduentum Chriſti, fuiſſe filios Dei adoptiuos. Quod ait apertè probari: quia iuſtificatio ipſa eſt adoptio: ſed illi fuere iuſti, & ſancti, vt patet Roman. 2. 3. & 4. & Hebr. 11. & tota Scriptura: ergo verè, ac propriè fuerunt filij Dei adoptiui: & ita loquitur Chryſoſtomus hom. 22. in Geneſ. de Patribus, qui ante legem naturæ extiterunt, explicans id Geneſ. 6. *Vi-* D *dentes filij Dei filias hominum.* Eſt aperta ſententia Pauli, Galat. 4. vbi comparat Patres veteris teſtamenti filio hæredi ſub cura tutorum exiſtenti, & & Roman. 9. dicenti, *quorum eſt adoptio.* & in vtroque teſtamento paſſim Iudæi vocantur filij Dei, & filij regni, vt notauit Cyprianus in Orat. Domin. & Athanaſius Orat. 2. contra Arian. & Fer. de paſſione, ferè in fine, Cyril. 1. in Ioan. c. 14. Chryſoſt. hom. 13. in Ioan. & 14. ſuper ad Rom. Auguſt. 3. contra duas epiſt. Pelagia. cap. 14. Dubitat autem Cyrill. ibi, Si adoptio filiorum Dei communis eſt hominibus vtriuſque teſtamenti; cur per Chriſti aduentum dicatur ſpecialiter data poteſtas hominibus, vt poſſint filij Dei fieri, Ioan. 1. & ad E Galat. 4. dicatur miſſus filius, vt adoptionem filiorum recuperemus? Et reſpondet, antiquorum Patrum adoptionem ſolùm fuiſſe figuram, & typum verè adoptionis nobis conferendæ per Chriſtum, & eandem doctrinam habet Chryſoſtomus locis ſuprà citatis. Eſt tamẽ, inquit Suarez, accuratè explicanda. Nam ſicut in illis Patri-



Digitized by Google

bus fuit vera iuſtitia, eiuſdem ſpeciei, & perfectionis eſſentialis cum noſtra: ita etiam fuit vera adoptio; nec de hoc poteſt vllus Catholicus dubitare. Tamen eſt differentia, quòd illi Patres, vt bene Auguſtinus notauit, ex vi legis veteris non habebant veram iuſtitiam, & adoptionem: & hoc modo illa legalis adoptio, & iuſtitia erat figura iuſtitiæ per Chriſtum dandæ, quam etiam illi conſequebantur per viuam fidem eiuſdem Chriſti venturi, & vt ſic magis ad legem nouam, quàm ad veterem pertinebant. Deinde illi licèt eſſent verè filij: tamen non habebant ſtatum filiorum, ſed ſeruorum, quia erāt ſub lege, & ſpiritu timoris ducebantur. Vnde erant tanquā paruulus, *qui quandiu ſub actoribus & tutoribus eſt, nihil differt à ſeruo.* Deinde nō poterant adire hæreditatem, donec Chriſtus veniret. Erat ergo adoptio illa vera, ſed imperfecta: & hoc cenſerunt Cyrillus, & Chryſoſtomus. Ideò etiam Chriſtus dicitur miſſus, vt adoptionem filiorum reciperemus, id eſt, ius ad gloriam accipiendam ſtatim poſt mortem, & purgationem: imò etiam nunc expectamus adoptionem filiorum, Rom. 8. id eſt, conſummationem, & perfectionem adoptionis per poſſeſsionem hæreditatis. Hæc ex Suarez.

*Legalis adoptio veteris Teſtamenti, erat figura iuſtitia per Chriſtum dãda.*

Bellarminus etiam lib. de gratia primi hominis, cap. 3. tom. 3. docet Adamum in ſtatu Innocentiæ gratiam inhærentem habuiſſe, imò cùm illa creatum fuiſſe, vt contra Mag. 2. d. 24. Scotum, & alios tenuere D. Thomas 1. p. q. 95. art. 1. Alber. & alij 2. d. 24. Id verò probat ex Epheſ. 4. *Renouamini ſpiritu mentis veſtra, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* Et Coloſſ. 3. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum.* Et 2. Cor. 4. *Sed licet his, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur: tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Idem probat ex Concil. Arauſ. 2. can. 19. & Trident. ſeſſ. 5. in decreto de peccato origin. Irenæ. Cyprian. Baſil. Ambroſ. Nazianz. Chryſoſt. Auguſt. Cyril. & Leone Magno. Vnde colligit Auctorem quæſtionum noui, & veteris teſtamenti non ſolùm nō eſſe D. Auguſtinum, ſed neque hominem Catholicum: tametſi S. Thomas 1. part. qu. 95. art. 1. ad 2. piè eum interpretari conetur: nam is Auctor. c. ſeu. quæſt. 123. diſertis verbis refellit eos, qui dicunt, Adamum accepiſſe Spiritum ſanctum, & fuiſſe filium Dei adoptiuum. Quæ ſētētia non eſt, vt ille Auctor dicit, Patrum quorundam ſimplicium, ſed doctiſsimorum, tum Græcorum, tum Latinorum: & ex Paulo colligitur, inquit Bellarminus, qui etiam alios errores enumerat, qui in eo libro continentur: ergo non eſt Auguſtini. Tandem explicat Bellarminus locum Pauli, cui innitebatur auctor illius libri.

A

Confirmatur noſtra ſententia ex Baſilio, lib. de Spiri. ſanct. ad Amphil. cap. 16. generaliter aſſerente, Sanctos non fieri niſi Spiritu ſancto per gratiam inhabitante corda hominum: & ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. vbi etiam generatim dicit, homines iuſtificari per gratiam inhærentem: & conſtat loqui etiam de antiquis patribus: nam de illis etiā intelligitur, quod immediatè præmiſerat, *Sine fide nulli vnquam contigit iuſtificatio*, & in fine cap. ait, *Itaque veram ac Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam ceu primam ſtolam pro illa, quam Adam ſua inobedientia ſibi, & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam*, &c. Sentit ergo Concilium, Adam iuſtificatum fuiſſe gratia inhærente: quod etiam de reliquis Patribus credendum eſt, & de paruulis. Vnde opinionem illam Magiſtri, & Gloſſæ pro contraria ſententia relatam, quod in Circumciſione paruulis remittebatur culpa, & pœna, non autem conferebatur eis gratia habitualis, & inhęrens, referemus, tract. de gratia, & tract. de ſacramentis in genere. Vide interim Azorem tom. 1. lib. 4. cap. 34. De Montano, ſi fuerit prioris ſententiæ, parùm curamus, ſatis eam inſinuat: tamen adhuc poteſt piè exponi, ſicut Pradus, & Patres, & Scripturæ pro prima ſententia adductæ, vt tantùm velint, antiquos Patres non habuiſſe gratiam inhærentem, aut filiationem adoptiuam, aut ſpiritum ex vi legis naturę, vel ſcriptę, aut ſuorum ſacramentorum, ſed ex fide Chriſti explicita, vel implicita, cum qua applicabantur, & ex meritis Chriſti ad legem nouam pertinentis; & in minori quantitate gratiam illos accepiſſe: quia minora auxilia habebant, quàm iuſti legis nouę; item ductos illos communiter magis Spiritu timoris, vt ſeruos, quàm amoris vt filios. Vide Sotum lib. 2. iuſt. quæſt. 7. art. 1. & 2. vbi concedit, in lege naturæ, & ſcripta collatam fuiſſe gratiam, non ex vi illius, ſed ex fide, & meritis Chriſti ad nouam legem pertinentis.

B

C

D

## Remiſſiones quarundam quæſtionum ad alia loca.

*Circa quæſt. 100. art. 8. inquirere iuniores ſolent, an præcepta Decalogi ſint diſpenſabilia: ſed de hoc abundè diximus diſp. de lege naturali.*

*Circa quæſt. 100. art. 9. & 10. tractari ſolet, an modus virtutis, & charitatis cadat ſub præcepto: ſed de hoc diſſeruimus diſp. de materia legis humana. Vide Medinam, & Vazquez his duobus articulis.*

DISPVT.

# DISPVT. VIGESIMATERTIA, DE CESSATIONE VETERIS LEGIS.

## Quæſtio centeſimatertia, de duratione cæremonialium præceptorum.

Artic. 1. *Vtrùm cæremoniæ legis fuerint ante legem.*
Artic. 2. *Vtrùm cæremoniæ veteris legis haberent virtutem iuſtificandi tempore legis.*
Artic. 3. *Vtrùm cæremoniæ veteris legis ceſſauerint in aduentu Chriſti.*
Artic. 4. *Vtrũ poſt paßionẽ Chriſti legalia poßint ſeruari ſine peccato mortali.*

1 VIde Vazquez diſputatione 180. Valentiam diſput. 7. quæſt. 7. punct. 7. Feliſium in expoſit. decalogi capit. 5. & ſequentib. Radam tomo 2. controuerſia 20. quæ eſt vltima. D. Thomas, Medina, & alij hac quæſt. 103, artic. 3. & 4. & quæſt. 104. artic. 3. Iuniores 3. part. quæſt. 37. artic. 1. ad 2. cum Caietano ibi, & iidem in materia de baptiſmo, 3. part. quæſt. 66. artic. 2. Barradas tomo 1. in Euangel. lib. 1. cap. 11. & ſequentib. Sotus 2. iuſt, quæſt. 5. art. 3. & 4. Salmeron, Seripandus, Ludouicus Legion. Galat. 2.

### SECTIO PRIMA.

*Vtrùm lex vetus per diſpenſationem olim ceſſauerit ſecundùm quid, & reſpectu alicuius.*

REſpondeo in primis, nunc diſpenſationem in ea lege locum non habere, cùm iam fuerit abrogata. Olim ante aduentum Chriſti; quando lex alia obligabat, nullus homo poterat in ea diſpenſare: quia erat lex Dei: in lege autem Dei nullus poteſt diſpenſare ſine eius facultate, quam tamen nulli conceſſam legimus, vel cum fundamento tribuere poſſumus; vt etiam de lege noua dicemus, nullam puram creaturam in ea diſpenſare poſſe. Potuit tamen Chriſtus in lege veteri diſpenſare, quantum ad præcepta poſitiua, ſicut potuit eam abrogare. Mat. 12. *Dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi*, ſic quidam interpretantur id Galat. 3. *ordinata per Angelos in manu mediatoris*, id eſt, in poteſtate Chriſti, qui eam, quando voluiſſet, abrogare poſſet, Barradas lib. 1. cap. 11. cum Anſel. & Theophilact.

*Nemo potuit olim diſpenſare in lege veteri, quia erat lex Dei.*

Habuit tamen locum in illa lege interpretatio; quæ in omni humana gubernatione neceſſaria eſt. Et interpretatio obligans pertinebat ad Pontificem illius temporis, iuxta id Deut. 17. *ſi quid ambiguum, & difficile occurrerit*, &c. & in caſu neceſſitatis, cùm non poſſet facile adiri Põtifex, fieri à iudicibus, & à doctis, & prudentibus poterat. Quomodo Chriſtus Matt. 12. intellexiſſe videtur factum Dauid, quando panes propoſitionis comedit, 1. Reg. 21. *quod* (ait Chriſtus) *non licebat, niſi ſolis ſacerdotib.* Et interpretatio vnius præcepti potiſſimè fieret per aliud: ſic Chriſtus eodem loco dixit, *non legiſtis, quia ſabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum violant, & ſine crimine ſunt*, ſcilicet ſecundùm apparentiã, videlicet quia faciunt ſecundùm aliam legem, A Leuit. 24. ſic etiam Exod. 12. præſcribitur dies, & menſis celebrandi Paſcha: licebat tamen mutare illum diem ſecundùm aliam legem, Num. 9. ſic etiam Machabæi, qui prius nuda corpora obtulerunt hoſtibus, ne violarẽt ſabbathum, interpretati ſunt, per pugnam in propriam deffenſionem minimè violari, & ſabbatho cùm ad bellum prouocarentur, vlti ſunt innocentium fratrum ſuorum necem.

### SECTIO II.

*An lex vetus iam ceſſauerit.*

2 NOn loquimur de lege veteri, vt eſt in diuino intellectu, vel voluntate: quia ſic B ceſſare non potuit, cùm Deus ſit immutabilis: ſed de ceſſatione eius quantum ad obligationem, quæ, vt ſuperiùs diximus, eſt de eſſentia legis in communi: ſiue ergo lex vetus ſupponat pro dictamine, aut volũtate Dei obligante, ſiue pro verbis, & ſcriptis, quibus expreſſum eſt dictamen Dei, & voluntas obligandi, quærimus, an ceſſauerit quoad iſtam obligationem, Ita ferè terminos, & ſtatum huius quæſt. explicat Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. in principio. 1. Sen

Inter præcipuos Iudæorum errores, hic eſt, legem veterem æternam eſſe, ſeu vſque ad finem C mundi duraturam, neceſſarióque ſeruandam, noua ſpreta. Hæretici autem aliqui ſenſerunt, ſimul cum lege noua ſeruandam ſemper eſſe. Ita Ebion Cherinthus, & Nazaræi apud Epiphanium Hæreſi 18. 28. 30. 66. & aliis, Irenæum lib. 1. cap. 26. Auguſt. lib. de Hæreſ. cap. 8. & 9. & Hieron. Epiſt. 89. quæ apud Auguſt. eſt 11.

*Legem veterẽ æternam eſſe vetus Iudæorum error.*

Suadetur primò, quia lex durat, quamdiu non abrogatur: ſed lex illa nunquã abrogata eſt à Deo, ergo durat. Minor probatur, quia ſi eſſet abrogata

à Deo maximè dum fuit in carne mortali: at tunc nullibi legimus ab eo abrogatam fuiſſe: imò Mat. 5.dixit, *nõ veni ſoluere legem:ſed adimplere:* ergo nunquam à Deo abrogata fuit.

Secundò, quia de circuncisione dicitur Geneſ. 17. *erit pactum meũ in carne veſtra in fœdus æternum,* & Exod.12.ritus agni paſchalis dicitur perpetuus, & cultus ſempiternus, & de cultu ſabbathi idem dicitur ca.31.& Baruch.8. *Hic eſt liber mandatorum, & lex æterna.* Leuit. 23. *præceptum eſt ſempiternum in generationibus.*

Tertiò, quia videmus, in eccleſia vſurpari modò cæremonias aliquas, quæ non videntur à cæremoniis veteris legis differre, vt veſtes ſacerdotales, vſus olei, incenſi, templa, & ſimilia.

3 Contrarium certa fide tenendum eſt, ſicut patres citati, & alij paſſim contra Hæreticos illos cõfirmarunt, & Apoſtoli definierunt Act.15. *viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil vltrà oneris vobis imponere,* &c. vnde Auguſt. illa Hæreſi 9. *Chriſtiani veterem legem per Apoſtolicam traditionem non obſeruare carnaliter, ſed ſpiritualiter didicerunt.* Et patet Luc. 16. *lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem,* Galat.3. *lex propter tranſgreſſionẽ poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat ordinata per Angelos in manu* (id eſt, poteſtate) *mediatoris,* (ſcilicet Chriſti) ſecundum Anſel. & Theophilact. ibi, quos ſequitur Barrad. 1. in Euang. cap.11. potentis eam, quando voluerit, abrogare: & eodem cap. *priuſquam veniret fides ſub lege cuſtodiebantur, concluſi in eã fidem, quæ reuelanda erat,* id eſt, in ea, vt in domo, vel arce cuſtodiebamur, vt poſteà reciperemus fidem, ab illa exeuntes, & liberi, vt à pædagogo, ſic enim ibi vocatur à Paulo dicente, *itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto: at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo,* videlicet ſicut nec pueri, quando ad adultã ætatem venerunt. Vide Ludouicũ Legionenſem in illum locum, & c.4. *quando venit plenitudo temporis,* id eſt, donec impleretur tempus, quo Deus decreuerat eam finiri, nempe adueniente Chriſto, & cap. 5. *ſi circuncidemini, Chriſtus vobis nihil proderit:* & iterum, *Euacati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini,* Heb. 7. *reprobatio fit prioris mandati propter eius infirmitatem,* &c. & eodem cap.7. *tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.* & cap.8. inducens Ieremiæ teſtimonium ex cap.31. vbi Deus pollicitus erat teſtamentum nouum, *dicendo,* inquit, *nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur, & ſeneſcit, propè interitum eſt,* & cap.9. *iuſtitias carnis vſque ad tempus correctionis impoſitas,* id eſt, vſque ad tempus, quo lex vetus per nouam corrigeretur, & emendaretur. Et Epheſ.2. *Chriſtus fecit vtraque vnum,* id eſt, ex duobus populis Iudaico, & Gentili fecit vnum ouile: *& medium parietem maceriæ diſſoluit,* id eſt, legem, quæ hos populos diuidebat, & facilè diſſolui poterat, ſicut maceria: *legem mandatorũ decretis euacuans,* id eſt, legem veterem, quæ multis conſtabat mandatis, abrogans per noua Euangelij decreta, vt exponit Hieronym. ibi dicens, præcepta legalia in præcepta Euangelica commutata fuiſſe: licet aliam expoſitionem Chryſoſtomi Theophil. Oecumenij, magis probet Vaſq. diſp.180. cap.1. nu.6. & 7. quam etiam confirmat ex loco ſtatim citando, Coloſſ.2. & Barradas exponunt, *decretis euacuans,* id eſt, euacuans illam ſuis decretis, ita vt vacua, & ſine ſuis decretis, & præceptis maneat, nimirum quia abſtulit eis vim obligandi. Eraſmus verò exponat *legem mandatorum in decretis ſitam euacuans,* nam pa-

A tres Græci citati legunt *in decretis,* vt ait Vaſquez, ſed ad rem idem eſt. Sic etiam Coloſ.2. *Delens quod aduerſus nos erat chirographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci,* vbi Chriſoſtomus, Oecumenius, Theophilactus, Hieron. & Aug. legunt, decretis, ita vt chirographum decretis à Chriſto deletum ſit. Nec immeritò Adamus nomine chirographi intelligit Decalogum, vel legem veterem partim manu Dei, partim manu Moſis ſcriptam: Chirographum enim Græcè ſignificat idem quod Latinè manuſcriptum, ideò pro lege etiam illud ſumit Barradas ſuprà, quæ dicitur contraria nobis: quia grauis illam tulit de medio, id eſt, abrogauit, crucifigen-
B do illam ſecum, ita vt ſine viribus, & mortua manſerit. Vnde ſubditur, *Nemo ergo vos iudicet in cibo,* &c. Et Rom.7. *Lex in homine dominatur, quandiu viuit:* ſcilicet lex ipſa, vt exponit Barradas ſuprà, Ambroſ. & Origen. & alij, licet Salmeron Rom.7. diſput.6. exponat de ipſo homine cum Chryſoſtomo, & Auguſtino, id eſt tãdiu habet vim, & robur quandiu viuit, ſicut quandiu vir viuit, legi cõiugij obnoxia eſt ipſius vxor: mortuo autem viro, lege Soluitur: eodem modo, quandiu lex vixit, Iſraelitis dominabatur: nunc autem mortua eſt, homines verò à iugo illius liberati. Ita exponit Barradas, Salmeron autem ſic, lex matrimonij dominatur, id eſt, ius, & auctoritatem habet obligandi, quan-
C diu vir viuit, &c. Ita lex vetus vſque ad mortem Chriſti habuit authoritatem obligandi, non autem poſteà. *Itaque fratres,* ait Paulus, *& vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo.* Id eſt, mortui eſtis legi, & ipſa vobis mortua per cruciatus corporis Chriſti: vel. mortui eſtis legalibus vmbris per aduentum corporis Chriſti, quod illæ vmbræ figurabant, iuxta id Coloſſ.2. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut in neomeniæ, aut ſabbathorum; quæ ſunt vmbra futurorum: corpus autem, ſcilicet illis vmbris ſignificatum, eſt corpus Chriſti, licet de lege carnis
D hunc locum Pauli ad Rom.7. exponat Vazq. diſp. 180. c.4. & 181. n.18. Addit Paul. Rom.7. *Seruiamus in nouitate ſpiritus, non in vetuſtate litteræ.* Et cap.10. *Finis, id eſt, terminus legis, eſt Chriſtus ad iuſtitiã omni credenti.* Cap. etiam 6. dixerat: *Peccatum vobis non dominabitur, non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.*

Sed quoniam aduerſarij aliqui nouum Teſtamentum non admittunt, confirmanda eſt hæc veritas etiam ex veteri. Quod diligenter fecere Cyprianus 1. contra Iudæos, cap.8. & ſeqq. Iuſtinus Dialogo cum Triphone, Irenæus lib.1. c.26. Origenes hom.6. in Ioſue, Epiphanius ſuprà, & hæreſi 40. Auguſtinus contra Fauſtum, & aliis lib. contra hunc errorem, qui habentur initio tom.6. Aliqua
E etiam habet Clemens lib.6. conſt. à cap.12. vſque ad 23. plura ex Hebræis congerit Galatinus lib.11. de arcanis à principio. Marſil. Ficen. lib. de Chriſtia. Relig. cap.34. Cornelius Muſus in id Rom.7. *Lex in homine dominatur, quandiu viuit.* 4

Optima loca ſunt, in quibus promittit Deus, ſe daturum nouam legem, quæ diſp. ſeq. referemus, vt Ierem.31. vbi promittitur fœdus nouum, non ſicut prius. Fœdus enim legem ſignificat, vt patet ex Geneſ.17. Exod.34. & Deut.25. *Dicendo autem nouũ, veterauit prius,* vt cõmentatur Paulus Hebr.8. & dicendo, *non ſicut prius,* ſignificat, poſterius fore longè excellentius, & non temporale, ſicut prius. Quod

1. Sent.

Quod figuratum eſt Leuit. 26. *Vetera nouis ſuperuenientibus proyicietis*. Sic Malach.1.dicitur, *Non eſt mihi voluntas in vobis,dicit Dominus, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus, & offertur nomini meo oblatio munda*. In quo apertè prædicitur, totum illum cultum ſacrificiorum veteris legis abiiciendum à Deo fuiſſe, & abolendum, & in aliud puriſſimum ſacrificium commutandum, vt expoſuit etiam Tridentinum ſeſſ.22.cap.1.& in tract.de ſacrificio Miſſæ latius à Bellarmino, Suarez,Sanch. & aliis tractatur, vide Origen. Leuit. 26.& Barradam 2.lib.cap.21. Cui etiam conſonat quod Deus Samaritanæ dixit Ioan.4.de adoratione futura in omni loco. Et Iere.23.*Ecce dies veniūt, dicit Dominus,& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum*,&c. Quæ eſt clara promiſſio Meſsiæ, de quo ſtatim ſubditur: *Et hoc eſt nomen,quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter*. Et additur: *Propter hoc dies venient, dicit Dominus, & non dicent vltra, viuit Dominus,qui adduxit,& reduxit ſemen Iſraël*,&c. Et Iſai. 43.poſt promiſſionem Meſsiæ: *De Oriente adducam ſemen tuum*,&c. Subiungitur: *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini*. Per quæ omnia ſignificatur,cæremonias veteris legis antiquandas fuiſſe in aduentu Meſsiæ. Et Pſal.109.de Chriſto dicitur: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*. Ex quo habemus, aliud nouū ſacerdotiū à Chriſto inſtituendū & introducendū fuiſſe, ac proinde nouam legem, iuxta regulam Pauli Hebr.7. *Tranſlato Sacerdotio,neceſſe eſt,vt legis tranſlatio fiat*. Et ſanè durum eſſet ſuper legem Moyſi grauiſsimam addere legem Chriſti, quæ nōnulla præcepta habet ſatis difficilia,vt præceptū de confeſsione,&c. Item Daniel.9.poſt 62.hebdomades dicitur occidendus Chriſtus, & in dimidio hebdomadæ ceſſaturam hoſtiam,& ſacrificium.

*Sex rationes propter quas lex vetus abrogata eſt.*

Aſsignant autem Barradas ſex rationes, propter quas lex illa antiquata, ſeu abrogata ſit. Prima,quia erat imperfecta, & infirma, Hebr.7. *Reprobatio fit præcedentis mandati propter eius infirmitatem,& inutilitatē. Nihil enim ad perfectū adducit lex.*

Secunda, quia erat grauiſsimum iugum, Actuum 15.

Tertia,quia per Chriſtum impleta eſt, Matth.5. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere*. Et Auguſt. 19. contra Fauſtum,cap.13. *Prima ſacramenta prænuntiatiua erant Chriſti venturi, quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt:& ideò ablata, quia impleta: non enim venit ſoluere legem: ſed adimplere*,&c.

Quarta, quia legis illius ſplendor veluti aſtrorum erat noctem illam illuminans: vnde Sole Chriſto adueniente ceſſare debebat, Hieronym. Galat.4. Adde,legem vmbram fuiſſe,quæ ſplendidiſsimis huius ſolis radiis ceſsit.Vnde Auguſtinus 2.contra aduerſar. legis, cap.7. ideò dictum putat,2.Corinth.3. *Propter gloriam vultus Moyſis, quæ euacuatur*.Sic cognitio fidei euacuatur lumine gloriæ, 1.Corinth.13. *Cùm venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*. Theodoretus ad Philippenſ 3.*Superuacaneus eſt lichnus, ſi Sol apparuerit: ſuperuacaneus pædagogus iis, qui perfectam acceperunt ſapientiam: inutile lac nutricis iis, qui ſolido cibo veſcuntur. Palea fert frumentum, ſed eo collecto eiicitur*, &c.Bernardus hom.1.ſuper Miſſus eſt: *Prodeunte fructu flos decidit: quia veritate apparente in carne figura pertranſiit.*

Quinta ratio, quia, vt fieret vnum ouile,oportuit medium parietem diſſoluere,vt ſuprà dictum eſt ex Epheſ.2.

Sexta, quia ad dignitatem Meſsiæ pertinebat poteſtas, & vſus abrogandi veterem legem: licet enim Deut.18.dicatur: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui*. Tamen in hoc fuerunt diſsimiles, quod Moyſes nullam legem abrogauit, ſed legem Dei promulgauit,non tulit. At Chriſtus veteri lege abrogata nouam tulit.

*Ad primum argum.* 5

Ad primum argumentum reſpondeo, legem illam à Chriſto fuiſſe abrogatam in morte, poſtquàm eam impleuit in vita. Duobus modis reſpōdet Auguſtinus, quæſt.43. & 124.in Exod. & lib. contra Priſcillianiſtas, cap.5. Primò data eſſe illa præcepta, vt perpetuò durarent, vel in ſe, vel in obligatione circa eandem materiam, qua parte erat moralis,vel in myſteriis,quæ repræſentabant, vt ritus agni Paſchalis durat in Chriſto per illum repræſentato:ſicut etiam idem Auguſtinus quæſt. 31.in Geneſ.ait, quòd promiſſiones rerum temporalium interdum fiebant in veteri teſtamento, vt perpetuæ, Geneſ.13.& Ezech.32. Cùm tamen ipſa bona temporalia non concedantur perpetuò: ſed quia ſub figura illorū promittebantur æterna, ideò in illis cenſentur impleri promiſſiones:quod etiam notauit Hieronym. Ezech. 32. & Lyran. Exod.15.

*Ad ſecūdum.*

*Sub figura temporalium promittebantur æterna.*

Secundò reſpondet Auguſt.& magis literaliter, illam vocē in æternum, non ſemper ſignificare in Scriptura permanentiam propriè æternam, neque durationē vſque ad finem ſæculi,& ideò Exod.15. & aliis locis additur, *In æternum,& vltrà*, vt notauit D.Thomas 1.part.quæſt.10 artic.2.ad 1.Sæpe etiam dicitur in ſæculum ſæculi:vbi eadem vox in Hebræo, & Græco reſpondet: ſignificat ergo in illis durationem longæuam.

Tertiò reſpondeo,cum Abulenſi Exod.15.q.18. Legem Moſis latam eſſe in perpetuum, quantum erat ex ſe,& ſuapte natura,& ſub conditione,quod non abrogaretur. Non enim lata eſt in tempus definitum,aut determinatum: ſed ſine vlla temporis limitatione: ita tamen vt liberum eſſet Deo illam abrogare, quod & fecit. Duas priores ſolutiones ponit illa diſp.7.quæſt.7. punct.7. in fine, dicens cum D.Thoma quęſt.103.art.3.ad 1.legem illam quoad materiam quidem moralium adhuc durare, quoad alia verò in ipſa veritate Euangelica, quam ſignificabat. Solere etiam dici ſempiternum in Scriptura illud, quod longiſſimo tempore durat, vt notauit idem Valent.1.part.diſp.1. q.10.punct.2.Sed Barradas lib.2.cap.20.tres datas ſolutiones amplectitur (ex quibus quatuor facit, primam in duas diuidens) & primam confirmat teſtimonio Cyrilli 9. contra Iul. dicentis: *Tranſitus ad veriatem ab vmbris legem Moſis non tollit:ſed manifeſtiorem eius mentem exhibet. Et ita æternam legem nominatam eſſe dicimus: minimè enim ceſſauit, quæ in nobis impletur iuxta ſpiritualis cultus modum*, &c. Secundam verò ſolutionem latius confirmat dicens, vocem Hebræam *Golam*, qua lex vetus dicta eſt æterna, longum tempus ſignificare, vt 1.Reg.1. Anna mater Samuelis ait, *Ducam eum,vt appareat ante conſpectum Domini, vt maneat ibi iugiter*. Hebraicè,*Gad Golam*,id eſt,vſquè in æternum, Et Deut.15. *Seruiet tibi vſque in æternum*, id eſt, vſque ad Iubilæum. Prouerb.22. *Ne tranſgrediaris terminos golam*,id eſt,antiquos,ſiue æternos.1.Reg.



Digitized by Google

27. *Erit mihi Dauid ſeruus ſempiternus.* Geneſ.49.& A Deut.33.colles çterni,id eſt,antiqui.Ierem.2.*A ſæculo fregiſti iugum, me golam*, id eſt, ab æterno,ſeu ab antiquis temporibus,Geneſ.6.Iſti ſunt poteſtes me golam,id eſt,ab æterno, vel ſæculo. Num.25. Phineæ promittitur ſacerdotium ſempiternum: tamen iam eſt abolitum omninò:eandem ſolutionem ex voce *golam*, ſeu *gholam*, confirmat Vazquez diſput.180.cap.& num.1.

Ad tertium reſpondet Valent. illo puncto 7. in fine, ſpeciales tantùm modos illatum cæremoniarum eſſe antiquatos, & lethales, non autem alios ſimiles genericè.

6 Firmum igitur manet, legem poſt paſsionem Chriſti extinctam eſſe, vt docet Auguſt.epiſt.9.& B epiſt.19. ad Hieronymum, & ipſe Hieronymus epiſtolis ad Auguſtinum de ceſſatione legalium, Gloſ.in id Heb.10. *Hoſtiam & oblationem noluiſti*, quæ exponit, Noluiſti à tempore paſsionis. Cur putatis ad magnam illam gloriam transfigurationis veniſſe Moyſem (ait Cornel.Muſſus.Rom.7.) niſi vt iura omnia, quæ olim habuerat, Chriſto ſponte cederet; Synagogamque, quam vxorem, bis mille annis ſibi deuinxerat,illi commendaret, quò ex illa ſuſcitaret ſemen fratris ipſius iam ſcilicet vita functi? Et Paul. 1.Cor.10. *Omne quod in macello venit manducate.* Et Roma.14. *Non eſt Regnum Dei eſca & potus.* 1.Tim.4.*Omnis creatura Dei bona eſt: & nihil reijciendum, quod cum gratiarum* C *actione percipitur.* 1.Cor.8.*Eſca nō nos cōmendat Deo.* Et Rom.14.*Omnia munda mundis.* Idē ad Titum.1. Item Matth.5.*Non quod intrat in os coinquinat hominem.* Luc.10. *Manducate quæ apponuntur vobis.* Quæ omnia intelliguntur pro tempore legis nouæ.

7 Pro maiori autem huius veritatis intellectione aduerte, abrogationem illius legis non potuiſſe fieri reſpectu gentilium: quia illos non obligabat, vt diſp. præced.ſect. 3. diximus. Solùm poterant aliqui exiſtimare, gentiles non fuiſſe admittendos ad religionem Dei,niſi mediante circumciſione,ac proinde lege illa: quia circuncìſio debitorem totius legis faciendæ conſtituebat Galat.5.& ita aliquos putaſſe conſtat Act. 15.imò & Petrum in ea D exiſtimatione fuiſſe,donec diuina viſione,&reuelatione illuminatus fuit,conſtat Act.10.nullū tum vnquam fuit fundamētum talis obligationis, nam in veteri teſtamēto ſolùm ponitur illa lex pro populo Iſraëlitico: ergo gentiles illa lege non tenebantur.Nec dici poteſt,quòd licet per ſe non tenerentur,tamē in ordine ad intrandum in Eccleſiam Dei, & gaudendum fructibus eius, teneri prius circuncidi, & ſuſcipere legem illam: hæc enim obligatio nullibi gentilibus imponitur,& hoc eſt, quòd præcipuè intendit Paulus epiſt. ad Rom. & ad Galat. & Apoſtoli Act. 15. Et probatur, quia à principio mundi quotquot ſaluati ſunt,participauerunt redemptionem Meſſiæ abſque lege veteri: ergo multo magis poterunt fideles participare poſt aduentum eius: vnde Deus Matth. vltimo ait, *ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Vbi nullam legis veteris, vel circunſionis diſpoſitionem requirit: Sed baptiſmum, & fidem ex toto corde,vt explicuit Philippus Act.8.ſcilicet viuam, coniunctam charitati,& bonis operibus, vt dixit Paulus: ergo lex vetus nunquam fuit neceſſaria gentilibus, ex quo colligitur, neque Iudæis eſſe modò neceſſariam:quia eadem diſpoſitio in vtriſque requiretur ad participandam Dei redemptionem, & pares ſunt, vt in dictis epiſtolis contendit Paulus, *non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, neque circunciſio aliquid valet,neque præputium, non eſt acceptio perſonarum apud Deum:* ergo lex illa pro Iudæis iam eſt abrogata,non quidem formaliter, & expreſsè:nullibi enim legimus,aut audiuimus formalem,& expreſſam abrogationem factam à Deo, ſed virtualiter, & implicitè, nimirum per legem nouam repugnantem veteri: quomodò videtur intelligendum id Epheſ. 2. *Legem mandatorum decretis euacuans:* nam.vt exponunt Chryſoſtomus,& Græci,Hieronymus,& ferè alij latini, per decreta intelliguntur dogmata Euāgelica,quæ comprehēdit Chriſtus in illis verbis, *docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.*

*Lex vetus nunquam fuit neceſſaria gentibus.*

Dices,lex poſterior non reuocat implicitè priorem,niſi ſit ei contraria,repugnans,aut incompatibilis: lex autem noua & vetus, baptiſmi, & circunciſionis non ſunt incompatibiles: ergo. 8 Reſpondeo negando minorem: nam licet materialiter earum actus non videantur repugnare, formaliter tamen repugnant.Primò,quia lex noua tradit baptiſmum,& alia, vt ſufficientia ad ſalutē, ſi autem eſſet obligatio circunciſionis, & aliarum legis veteris obſeruantiarum, illa non eſſent ſufficientia ad ſalutem.Secundò,quia duriſſimum eſſet vtriuſque legis ſtatuta ſeruare: nam lex vetus per ſe erat grauiſſima, & lex noua aliquas habet difficiles obſeruantias, vt Confeſſionis, &c.Habet,etiam conſilia difficillima,quæ cum præceptis veteris legis ſeruari eſſet moraliter impoſſibile:ergo eo ipſo quòd Deus illa præcepta, & conſilia tradidit,implicitè, & virtute abrogauit præcepta veteris legis.Tertiò, quia lex vetus data eſt ſolùm pro iudæis: noua pro vniuerſo mundo;non expediebat autem magis grauari iudæos, quàm reliquos, quia non erant futuri deteriores conditionis, nec conueniebat vnitati, & paci Eccleſiæ, vt qui conuerterentur ex iudæis, haberent ſpecialem legem,& diuerſos ritus,ac cæremonias, ſigna &obſeruātias:& hoc eſt,quod dixit Paulus Epheſ. ſecundo, Chriſtum abſtuliſſe de medio parietem maceriæ,& inimicitias inter vtrumque populum, faciens vtraque vnum, & Euſeb. primo demonſtrationis cap.tertio, ait,Moſem etiam vidiſſe,aliquando legem ſuam gentibus accommodari non poſſe.Quartò,quia ex vi illius legis conſtituebatur ſpecialis Reſp. habens ſupremum pontificatum, ſui iuriſdictionem, & alia multa: lex autem noua introduxit nouum ſpiritualis Reip.ſtatum,& Pontificatum diuerſum cum ſuprema iuriſdictione in totum mundum: & ideo repugnantem priori ſtatui:conſequenter ergo,& implicitè, hæc lex reuocauit illam,& hoc eſt quod dixit Paulus,tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt,vt legis trāſlatio fiat. Quintò,quia obſeruantiæ antiquæ legis dabantur præcipuè ad ſignificanda futura myſteria Meſſiæ,quæ ſignificatio poſt aduentum Meſſiæ iam falſa eſt,& pugnat cum ſacris inſtitutis à Deo, quæ ſignificant Deum iam veniſſe,& mortuum eſſe: ergo eo ipſo quòd hæc ſacramenta inſtituta ſunt, virtualiter derogata eſt lex vetus: præterquam quod expreſsè etiam videtur derogata à Chriſto, cum in cruce dixit, *conſummatum eſt*, & *velum templi ſciſum eſt*: id enim inter alia ſignificauit legis deſtructionem:ſicut & fractio tabularum Moyſis,cui aliæ integræ ſucceſſerunt Deut.32.ſignificauit ſecundùm Auguſti

*Obſeruantiæ antiquæ legis dabantur ad ſignificanda myſteria Meſſiæ.*

*Aruit lex vmbroſa pro qua orta eſt vita arbor, noua lex.*

Auguſtinum, lib. 2. quæſt. 144. in Exodum deſtructionem legis veteris, cui noua ſucceſſit. Aruit Hedera illa, cuius vmbra Ionas oblectabatur. Aruit lex vmbroſa cuius vmbris Iudęi gaudebant: pro ea verò orta eſt pulcherrima vitæ arbor, lex noua. *Obliuiſcere Iudeę populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum*, pſalm. 44. id eſt, obliuiſcere antiquos populi tui ritus, &c. Eiice domo veterem Ancillam Agar ſeruorum matrem, id eſt, legem veterem Galat. 4. Mortuus eſt Moyſes, & ſepultus Deo iubente, Deut. 34. id eſt, lex Moſaica: ſepeliuit Deus Moyſē, & nō cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentē diē, id eſt, Iudæi adhuc non cognoſcunt legem Moſis eſſe mortuam, & ſepultam. Iacobi 1. lex noua dicitur perfectæ libertatis: quia à lege Moſis homines liberauit. Extinctam legem Moyſi vox illa teſtatur, quam ſcribit Ioſephus 7. de bello Iudaico, c. 12. auditam à ſacerdotibus in die Pentecoſtes in templo: *migremus hinc*: qua Angeli teſtati ſunt repudium templi, populi, & legis iudaicæ: erat enim vox illa angelorum, vt teſtatur Hieronymus, ep. ad Damaſum, & Ezechielis, 11. & Ioſephus ſuprà. Vnde Mat. 5. *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta*, & Iſai. 5. *expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas*. Septuaginta vertūt fecit ſpinas, *auferam ſepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in conculcationem*, &c. Deſtructo templo, quod erat nodus iudaicæ religionis, in quo ſolo licebat ſacrificare, Deut. 12. totus Iudaicus ritus corruit Deo volente, vt docet Chryſoſt. ho. 1. aduerſus Iudæos. Repugnante Tito templū exuſtū, vt refert Ioſeph. 7. de bello iudaico cap. 10. ſed Deo volente, teſte Ioſepho eod. lib. cap. 9. nec permiſit Deus vnquam reparari, vt docet Chryſoſtomus orati. 2. aduerſus Iudæos. Vide Barradam 2. in euang. cap. 20. Pſalm. 49. inquit Deus: *nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? immola Deo ſacrificium laudis*, &c. Quaſi dicat, volo alia ſacrificia loco veterum. Vnde pſalm. 109. *Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternū ſecūdum ordinem Melchiſedech*. Quaſi eum pœnituerit prioris ſacerdotij inſtituti, ipſiuſque loco aliud inſtituerit duraturum in æternum. Tranſlato autem ſacerdotio neceſſe fuit legis tranſlationem fieri, Hæb. 7. & mutato regno, & republica, neceſſe fuit leges iudiciales tolli: ſolùm manent in arca fœderis leges ſeu præcepta decalogi ex lege naturæ, & Euangelica ſeruandi 3. Reg. 8. *Oſtendit dominus*, Deut. 34. *Moſi terram promiſſionis, dixitque ei, non intrabis ad illam*. Sic lex Moſis non intrat Eccleſiam Chriſti. Iudęi, vt infantes faſciis legis veteris inuoluuntur, & ligantur, non Chriſtiani; quia adulti ſunt. Vnde Gregor. 28. moral. cap. 27. *Deus iudex Iudæorum populos non aperta ſpiritus prædicatione edocuit: ſed figurata locutione, præceptis litteræ aſtrinxit adhuc infirma ſapientes, verborum ſuorum caligine, quaſi pannis infantiæ obuoluit*, &c. *Vſquequo paruuli diligitis infantiam?* Prouerb. 1. Pſalm. 58. *Errauerūt Iudæi ab vtero*, id eſt à lege, vt exponit Auguſtinus ſer. 20. de ſanctis. Origen. 3. in Iob, *ſicut abortiua non viderunt lucem impij*, ſcilicet Iudæi. Idem docet hom. 7. in Num. Theatro ſynagoga ſimilis fuit, in quo mille figuræ Chriſti, & aliorum ad Chriſtum ſpectantium non perpetuum præbuere ſpectaculum. Iordanis, qui iudæos irrigabat in mare mortuum ingreſſum eſt, id eſt, lex Moyſi mortua iam eſt, ædificato palatio Eccleſiæ: typus (*Hiſpanè el modelo*) de-

*Synagoga ſimilis fuit theatro.*

A ſtructus eſt, id eſt lex vetus. Facta ſtatua ærea, vel aurea figmentum luti diſſolutum eſt, id eſt, antiqua lex noua inſtituta, Origen. hom. 10. in Leuit. Deſtructo mobili tabernaculo, & ligneo Sinagogæ, & legis veteris, templum veri Salomonis, Eccleſia ſcilicet Chriſti, & lex Euangelica firma, & ſtabilis, conſtructa eſt. Certè ſi maneret reſp. & lex antiqua, quæ longè plura præcepta, & ſacramenta habet, quàm Chriſtiana, populus diceretur Moſaicus potius quàm Chriſtianus: quod eſſet indecens. Vide alia apud Cyrillum de adoratione, & lib. 9. contra Iul. & apud Barradam 2. in Euang. cap. vltimo, vbi etiam reſpondet ad id Malach. 4. *mementote legis Moſis*, B vt referatur ad antiquum tempus, vel cum Burgenſi, vt meminerimus legis Moſis non ad obſeruationem: ſed ad eruditionem, quia in ipſa, vt in ſpeculo multæ veritates videntur, teſte Cyrillo 1. de adoratione. Id verò Matth. 5. *Non veni ſoluere*, &c. Explicat, quòd Chriſtus in vita ſua legem non ſoluerit, ſed ſeruauerit, idque fecerit, quod in ea erat figuratum; & ſic eam vacuam anteà, impleuerit; & quantum ad Decalogum confirmauerit, & perfecerit, vt patet Matth. 5. quod etiam notauit Cyrill. locis citatis. & lib. 8. contra Iul. & Theophylactus in Matth. 5. de eodem loco vide.

C Præcepta verò minima, quæ Chriſtus ibi ſeruare præcepit, ſi ſunt Moſayca, ante mortem Chriſti ſeruari præcipiuntur, & non poſteà: quod verò dicitur Matth. 24. *Rogate ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbatho*. Non ſignificat legem ſeruandam, ſed metaphoricè deſignat petendum eſſe commodum tempus fugiendi.

---

### SECTIO III.

*An lex vetus, etiam quoad præcepta iudicialia, & moralia ceſſauerit.*

D

9 *De Præceptis iudicialibus.*

AVguſtinus contra Fauſt. cap. 2. ait in lege veteri quædam fuiſſe præcepta vitæ agendæ, alia vitæ ſignificandæ: & poſteriora hæc abrogata eſſe: ſub quibus meritò aliqui nō ſolum cæremonialia intelligunt: nam etiam iudicialia ſignificationem habebant, quamuis minus principaliter, vt ſuprà diximus, & ideò etiā dici poſſunt, vitæ ſignificandæ. Vnde D. Thom. & cum eo alij quæſt. 104. art. 3. & communi conſenſu omnes citati ſect. præcedenti, & nunc citandi, docent iudicialia iam ceſſaſſe.

*Mutato ſtatu Reip. mutantur leges eius propria.*

Quod confirmatur; quia mutato ſtatu Reipub. E mutantur omnes leges propriæ ipſius, ipſique accommodatæ, & eius gubernationi: quales erant leges iudiciales: ergo tales ceſſarunt, pręſertim ſublato fundamento nempe circunciſione: quia pro circunciſis tantùm ex ſemine Abrahę datæ ſunt. Poterant quidem Iudæi manere in ſua Repub. & conſtituere ſibi regem, & retinere leges iudiciales à Domino receptas, ſicut etiam modo Eccleſia aliquas ex illis legibus iudicialibus renouauit: tamen lex illa quoad præcepta iudicialia nullam vim habet: nam à Chriſto abrogata fuit, ita vt nec Hebræos circunciſos obliget. Cum autem dixit Paul. Galat. 5. *teſtificor omni circūcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ*: non ſignificauit adhuc vigere legem Moyſi pro his qui cir-



Digitized by Google

cunciderentur: ibi enim Paulus loquitur de lege etiam quoad cæremonialia: hęc autem ceſſaſſe docet ea Epiſt. & alibi ſæpe: ſed argumentatur ad homines. Cùm vos dicatis, retinendam circuncisionem, conſequenter debetis totam legem ſeruare: quia circuncisio vt à Deo erat, erat quaſi proteſtatio totius legis, & ad eam obligabat. In his omnibus conſentit nobiſcum Vazquez quæſt. 180. cap. 2. & 182. cap. 9. D. Thomas, Medina, & alij. quæſt. 104. art. 3. Sot. 2. Iuſt. quæſt. 6. art. 1. Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. & iterum D. Thomas quæſt. 108. art. 2. ad 4. & art. 3. ad 3.

10 *De præceptis cæremonialib. prima ſententia.*

De præceptis autem moralibus, quæ ab Auguſtino ſuprà vocantur, vitæ agendæ, ſignificat ibi Auguſtinus, non ceſſaſſe: quia dicit ex veteri Teſtamento à Chriſtianis ſeruari: quod expreſſiùs tenet Vazquez diſput. illa 180. cap. 3. & 4. docens, quæ præſcribebant præcepta illa moralia, facienda eſſe non ſolùm ex obligatione legis naturalis, ſed etiã ex obligatione illius legis poſitiuæ: quàm tenet quoad materiam præceptorum moralium etiam ad Gentiles, & ad totum orbem ſe extendiſſe, & modò ſe extendere. Pro qua ſententia referuntur aliqui Theologi, 4. diſt. 1. præſertim Dur. quæſt. 9. num. 8. 9. & 10. Palud. quæſt. 6. art. 5. imò & D. Thom. hîc; quæſt. 103. art. 3. quoniam ait, legem veterem futuram in æternum ſecundùm pręcepta quidem moralia ſimpliciter, & abſolutè: ſecundùm cæremonialia autem quantum ad veritatem ipſis figuratam: & quæſt. 104. art. 3. diſtinctè docet, cæremonialia & iudicialia ceſſaſſe: de moralibus autem nihil dicit: & Epheſ. 2. lect. 4. ait, nõ ceſſaſſe, ita exponens id Matth. 5. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere:* ſcilicet, quoad partẽ moralem: quam quidem Chriſtus non abſtulit, ſed adimpleuit, tum melius illam interpretando: tum addendo conſilia, vt perfectius ſeruaretur. Quod videtur conſentaneum verbis Chriſti, *audiſtis quia dictum eſt antiquis,* &c. Quod non reuocat, ſed quodammodo confirmat, & auget, dicens, *Ego autem dico vobis, omnis, qui iraſcitur,* &c. Idem fecit circa præceptum non fornicandi, & nõ furandi. Eadem autem eſt ratio de omnibus moralibus: quia omnia ſunt connexa in illo, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum,* vt dicitur Roman. 13. vnde Paul. ibi, & Epheſ. 6. allegat illa mandata tanquam retinentia obligationem. Idem Iacobus cap. 2. & vocat illam regalem legem. Verba Pauli Rom. 13. ſunt. *Nam non adulterabis, non occides,* &c. *in hoc verbo inſtauratur, diliges proximum tuum ſicut teipſum,* & Epheſ. 6. *Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod eſt mandatum primum in promiſſione,* & Iacobi 2. *Si tamen legem perficitis regalem ſecundùm Scripturas: diliges proximũ tuum ſicut teipſum: bene facitis.* Si autem illa teſtimonia, & promiſſiones ſolùm pertinerent ad populũ antiquum Iudæorũ: nulla ratione Paulus, & Iacobus ea allegaſſent pro Iudæis, & gentibus ſui temporis, in quo eſſent antiquata. Deinde eod. c. Iacobus inquit, *quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus:* de quo loco multa à nobis, & aliis dicuntur circa quæſt. 72. art. 2. Probat deinde Iacobus his verbis, *Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit, non occides: quod ſi non mœchaberis, occidas autem, factus es tranſgreſſor legis.* Conſtat autẽ ſermonem ibi eſſe de lege lata à Deo in mõte Sinai: ergo cenſuit Iacobus, legẽ illam poſitiuã adhuc obligare: alioqui nõ rectè probaſſet, tranſgreſſorẽ vnius mandati fieri reum vniuerſæ legis: quia qui dixit, nõ occides, dixit non mœchaberis.

Confirmatur ex modo, quo data ſunt præcepta moralia diſtincto à modo, quo data ſunt cæremonialia, & iudicialia.

Præterea cùm illa præcepta ſeruanda eſſent in Eccleſia ex vi legis naturæ, inutilis fuiſſet eorum abrogatio: non ergo ſunt abrogata à Chriſto: ſed potius confirmata. Ridiculum autem eſſet dicere, fuiſſe abrogata, vt erant olim lata lege poſitiua: confirmata verò, vt erant naturalia. Cur enim id faceret Chriſtus? Sanè id eſſet dicere, Nemo teneatur deinceps ad hoc ex præcepto meo; ſed naturæ: quod videtur impertinens. Quorſum verò reuocaret præceptum iterum dandũ ſtatim? Deinde lex Moſaica non ceſſauit per ſe ex ſolo lapſu temporis determinati, pro quo lata fuerit: nã pro nullo determinato tempore lata fuit: alioqui lex propriè non fuiſſet. Nec verò per explicitam abrogationem: ſed per implicitã propter repugnantiam legis nouæ cum veteri: ſed lex noua non pugnat cum veteri quoad præcepta moraliã: ergo vetus non eſt per illam abrogata: ſed adhuc manet in ſuo vigore quoad moralia præcepta.

Secunda & vera opinio eſt, veterem legem ceſſaſſe etiam quoad præcepta moralia: quia licet ad materiam illorum pręceptorum teneamur ex lege naturæ aut Euangelica: non tamen ex diuina poſitiua per Moſem promulgata. Ita tenet Sotus 2. Iuſt. quæſt. 2. art. 4. Medina hîc, quæſt. 103. art. 3. con. 2. (oppoſitum cenſens eſſe contra fidẽ) & quæſt. 100. art. 1. Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 2. & punct. 7. circa princip. Feliſius in elucid. Decalogi, part. 1. cap. 5. Barrad. lib. 2. in Euangelia cap. 21. colum. 2. Azor tom. 1. lib. 6. cap. in princi. Suarez hîc, & alij moderni expoſitores D. Thomæ. Et ſumitur ex ipſo D. Thoma quæſt. 98. art. 5. dicente, præcepta Decalogi obligaſſe Gentiles, nõ vt erant legis Moyſis, ſed vt naturalia: quod docent Conradus, & Medina ibi, & Barrad. ſuprà, col. 2. & Valent. locis citatis. Nam ſi tunc Gentiles illa lege non tenebantur: ergo nec modò: ſed Iudæi conuerſi ex Iudaiſmo, non habent nunc plura præcepta, quàm alij Chriſtiani: ergo neque illi tenentur ad materiam præceptorum moralium, ex vi legis Moſaicę: ſed ex vi legis naturalis, aut Euangelicæ. Et planè Durandus, & Paludanus aliud non ſenſerunt, dicunt enim, ita nos obligare illa præcepta, ſicut obligabant gentiles tempore Moſis, vel omnes ante ipſius legem: illa autem obligatio non manabat ex lege Moyſi, quia nondum ea lex erat, vel cum gentibus non loquebatur: nam Dominus laturus legẽ illã Exod. 20. ait, *Ego ſum Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti,* & Pſal. 47. *qui annunciat verbum ſuum Iacob, iuſtitias, & iudicia ſua Iſraël: non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Ergo neque obligatio, quam nunc ponunt Durandus & Paludanus, ex lege illa oritur: ſed ex lege naturali, vel Euãgelica. Et eodem modo ſunt intelligenda teſtimonia Pauli, Iacobi, Auguſtini & D. Thomæ ab aduerſariis citata. Alioqui cùm non ſolùm loquantur de Iudæis, vel proſelytis, qui ad Chriſtum venerunt poſt circunciſionem: ſed etiam de omnibus Chriſtianis, ſequitur omnes ex lege Moyſi teneri ad materiam illorum pręceptorum. Quod licet de illis, imò & de omnibus antecedentibus incarnationẽ Chriſti, & poſterioribus lege Moſis concedat Vazquez, alij nõ admittunt: quia

11 *Secunda & vera ſententia.*

Digitized by Google

quia illa lex quoad omnem ſuam partem ſolùm loquebatur cum Iudęis: ergo illos ſolos obligabat: ergo modò non obligat Gentiles ad Chriſtum conuerſos: ergo nec Iudæos ſimiliter ad Chriſtum conuerſos: quia eiſdem præceptis tenētur vtrique. Deinde etiamſi lex illa olim Gētiles quoque obligaret, iam nullos obligat: quia ſcripturæ ſimpliciter, & abſolutè docent, ceſſaſſe, mortuam, & abrogatam eſſe, vt patet ex adductis ſect. præced. Confirmatur ex Paulo ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt*, & ibid. *qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*: ergo Gentiles nec tunc, nec modo tenentur lege Moyſi; ſed naturali, ſi manent in Gentilitate, inſuper verò lege Euangelica, ſi baptiſati ſunt. Quare ſi peccatum aliquod, eo quòd ſit contra legem poſitiuam, notabiliter eſt grauius, quàm ſi eſſet ſolùm contra legem naturalem: iſtam grauitatem nō habent modò peccata commiſſa contra decalogum ratione legis Moſaicæ: ſed ad ſummum ratione legis poſitiuæ Euangelicæ.

Vide Pererium Rom. 2. diſp. 6. num. 43. qui ex illo loco Pauli ibi, *qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*, & ex Pſal. 47. *non fecit taliter omni nationi*, &c. & ex communi ſententia ſcholaſticorum, & patrum docet, Gentiles nunquam fuiſſe obligatos lege Moyſi, eo quòd ſolis Hebræis eſt lata, & promulgata. Ideóque reprehendit authorem cōmentariorum epiſtol. ad Rom. qui falsò ſub Ambroſij nomine circumferuntur, eo quòd dixerit, Gentiles, qui non credunt, peccare contra legem Moyſi, eo quòd dudum ſe illi adiungere noluerunt, nec ei aſſenſerunt. Vide etiam Pererium Rom. 1. diſpu. 6. num. 35. vbi ait, legem illam vni tantùm Hebræorum populo latam fuiſſe; licet Rom. 7. diſp. 5. num. 20. dicat, *lex Moſis quantum ad obſeruantiam decalogi, & moralium præceptorum, non minus obligat Chriſtianos, quàm olim Iudæos*.

12 Ad argumenta in contrarium reſponderet fortaſſe quiſpiam, legem veterem per ſe expiraſſe, ſine vlla formali abrogatione, ex ſolo lapſu temporis definiti, pro quo impoſita fuit, vt ſignificat Sotus, 2. iuſtit. quæſt. 5. artic. 2. paulò ante 2. concl. & lib. 1. quæſt. vlt. Sic explicans id, quod dicitur in epiſt. ad Galat. *Cùm venit plenitudo temporis*. Et Matt. 5. *Non veni ſoluere, ſed adimplere*, id eſt, non veni eam tollere, quaſi eſſet perpetua: ſed adimplere, id eſt, ad complendum tempus, pro quo lata fuit: ſic etiam exponi poteſt id Luc. 16. *Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem*. Et Galat. 3. *Lex poſita eſt donec veniret ſemen*, id eſt, Chriſtus. Sed hoc non placet, quia ſic non fuiſſet propriè abrogata, aut ſublata: imò non fuiſſet propriè lex: quia de ratione legis eſt, eſſe ex ſe perpetuam, & ferri ſine vlla temporis diffinitione, aut limitatione, vt diſp. 1. docuimus. Vnde Abulenſ. Exod. 15. quæſt. 18. Barrad. lib. 2. in Euang. cap. 20. docent, legem veterem ſuaptè natura fuiſſe perpetuam, & æternam: quia ſine vlla temporis limitatione poſita fuit. Cùm ergo nō expirauerit ſolo lapſu temporis, dicendum eſt, ceſſaſſe vera, & formali abrogatione, ſeu reuocatione per Chriſtum facta, & Apoſtolis ante mortem, vel in Reſurrectione manifeſtata, ſimul imponendo illis præceptum promulgandi eam abrogationem, & reuocationem: vel certè reuocatam eſſe implicitè, & virtute; nempè inſtituendo Baptiſmum, & obſeruantias Chriſtianas, vt neceſſarias, & ſufficientes ad ſalutem, & conſequenter tollendo præceptum Circumciſionis, & aliorum legalium, maximè cùm alia præcepta præcepto Circumciſionis nitantur, quo Reſpubl. Iudaica ab aliis diſcernebatur.

*De ratione legis eſt, eſſe ex ſe perpetuam.*

---

## SECTIO IIII.

*An lex vetus ante mortem Chriſti ceſſauerit.*

PArs affirmatiua ſuaderi poteſt, Primò, quia ab eo inſtanti, quo Chriſtus incarnatus eſt, cœperūt in eo impleri aliquę figuræ: ergo cœpit mori, extingui, ſeu euacuari lex illa: cùm iam ſignificatio eius, quæ erat de ea re vt futura, contraria eſſet veritati. 13

Secundò, ex Paulo ad Galat. 3. *Donec veniret ſemen*. Ergo in aduentu Chriſti ceſſauit lex illa.

Tertiò, ex Lucæ 16. *Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem*. Ergo ſaltem ab illo tempore, quo Ioannes prædicare cœpit, ceſſauit lex illa.

Quartò, quia ſacramentum Baptiſmi inſtitutū eſt, quando Chriſtus dixit, *Niſi quis renatus*, &c. Ioan. 3. quod de Baptiſmo intelligendum docet Trident. ſeſſ. 7. can. 2. vel quando fuit baptizatus, & paulò poſt cœpit per Apoſtolos miniſtrari: ergo ex tunc ceſſauit neceſſitas Circumciſionis: quia Baptiſmus tunc erat ſufficiens remedium: ergo etiam tunc ceſſauit præceptum, & obligatio Circumciſionis: quia ad hanc non erat obligatio, niſi propter neceſſitatem.

Propter hoc quartum argumentum Scotus 4. d. 3. quæſt. 4. §. quantum ergo, & Gabriel. d. 1. q. 4. art. 3. dub. vnico, con. 1. Rada. tom. 2. controuer. vlt. art. 2. & alij Scotiſtæ dixerunt, ſtatim poſt Baptiſmi inſtitutionem ceſſaſſe Circumciſionis præceptum. Et quidam Thomiſtæ referunt idem dixiſſe Scotum de aliis cæremonialibus, & de iudicialibus. Quod tamen non dixit: ſed ſolùm de Circumciſione, ceſſaſſe tunc quoad obligationem, licet non quoad vtilitatem: quia tunc cœpit Baptiſmus eſſe in conſilio: per conſilium autem Baptiſmi tollitur præceptum Circumciſionis: vt ſi eſſet præceptum matrimonij, tolleretur per conſilium virginitatis.

Aduerte, in operibus illius legis tria poſſe diſtingui. Primum, vtilitas eorum, ſi qua erat ex operato; ſeu vltra meritum, & diſpoſitionem recipientis, vt ſentio fuiſſe in Circumciſione remiſſionem peccati, & collationem gratię habitualis inhærentis. Secundum eſt, ratio Diuini cultus, & religionis. Tertium eſt, obligatio.

Dicimus ergo; Primò, legem veterem propriè ſumptam vt condiſtinctam Circumciſionis, quæ illam longo tempore anteceſsit, quoad illa tria duraſſe, ſaltem vſque ad inſtans mortis Chriſti. In hoc cōuenire Auguſt. Hieronym. cæteróſque Patres, & Scolaſticos doctores, & nulla ratione negari poſſe, affirmat Vazquez diſput. 180. cap. 2. Quod ſtatim oſtendemus. 14

*1. Concl. Lex durauit vſque ad inſtans mortis Chriſti.*

Secundò, idem dicimus de lege veteri, vt includit ipſam Circumciſionem, vt latè docet Vazquez ibidem cap. 5. Valentia diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. Med. quæſt. 103. art. 3. con. 3. & alij recentiores, Sotus 2. iuſtitiæ, quæſt. 5. art. 4. D. Thom. quęſt. 103. art. 3. ad 2. & 3. part. quæſt. 37. art. 1. ad 1. & 4. d. 3. art. 5. quæſt. 3. Bon. quæſt. 2. Rich. art. 3. quæſt. 5. Capriol.

*2. Concl.*

Digitized by Google

Capriol.quæſt.vnica, ad 1.cótra 1.con. Palud.q.6. A art.3. Maior quæſt.2. Dur.d.1.q.9. Feliſius in elucid. Decalog. p.1. cap. 6. Martin. Ledeſma,1.p.4. q.7.art.2. dub.3. Nunius Cabezudus 3.p.q.66. art. 2.difficult.3.

Vtraque concluſio probatur, ſcilicet, legalia præcepta, etiam Circumciſionis non ceſſaſſe ante mortem Chriſti: & quidem de tempore ante aduentum Chriſti res eſt omnibus nota ex Galat.3. *Donec veniret ſemen*,&c. De tempore autem Chriſti ante eius mortem. Probatur primò,quia Paulus ad Roman.7. durationem legis veteris declarat exemplo legis matrimonij,qua mulier ſubiecta eſt viro quanto tempore vir eius viuit:Si autem mortuus fuerit, vir eius liberatur à lege: ergo ſentit, B viuente Chriſto Synagogam manſiſſe ſubiectam illi legi. Secundò, quia Paul.ad Heb.7.ait, *Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat*: Ergo è contrario,durante ſacerdotio,durat lex antiqua: ſed ſacerdotium antiquum non eſt ſublatum ante mortem Chriſti: ergo nec lex antiqua. Tertiò, quia Paul. Hebr.9.ait, teſtamentum nouum non eſſe confirmatum vſque ad mortem teſtatoris,ſcilicet Chriſti: ergo vſque ad illam non fuit ruptum prius teſtamentum.Nam, vt ibidem dicitur, Chriſtus abſtulit primum, vt ſecundum ſtatueret: ergo primum teſtamentum permanſit integrum vſque ad mortem Chriſti. Quartum,quia Chriſtus dum vixit,procurauit, legem illā in ſe,& aliis C impleri,Matth.5. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* & cap.23. *Super Cathedram Moyſis ſederunt*, &c. *Omnia quæcunque dixerint vobis,ſeruate, & facite:* Durabat ergo poteſtas, & virtus legis.Vnde Lucæ 5. & 17. cùm mundaſſet Chriſtus leproſos, præcepit eis,vt oſtenderent ſe Sacerdotibus, vt in lege Moſis præceptum erat, & tempore Paſchæ etiam vltimæ, curam habuit, vt lex impleretur. Quintò, quia vſque ad mortem Chriſti lex vetus non eſt formaliter, & expreſsis verbis reuocata: nec verò implicitè per legem repugnantem, quia lex noua nondum lata erat: nec verò per conſilium repugnans; D quia nullum conſilium Dei pugnabat cum præcepto Circumciſionis, aut alij legis veteris: ergo. Sextò, quia Deus non abrogauit legem veterem, niſi impleto opere redemptionis: hoc autem non fuit impletum, niſi in morte Chriſti, quando *vna oblatione in æternum ſanctificatos*, Hebr.10. ergo vſque ad illud tempus manſit lex. Vnde eouſque non eſt ſciſſum velum templi, nec dixit Chriſtus, *Conſummatum eſt.* Septimò, quia Chriſtus in vita ſua non abſtulit gubernationem temporalem,nec prohibuit decimare mentam,rutham,& alia: ſed dixit Matth.23.& Lucæ 11. *Hæc oportet facere, & illa non omittere.* & cùm quidam Chriſto dixiſſet Lucæ 12. *Magiſter, dic fratri meo,vt diuidat mecum hæreditatem,* reſpondit, E *quis me conſtituit iudicem?* Quibus verbis eum remiſit ad Iudices,à quibus ſecundū legem Moyſi iudicari debebat: ergo non abrogauit in vita ſua iudicialia,ac proinde nec cęremonialia:& alioqui tunc homines eſſent ſine vlla lege diuina poſitiua: quia nec lege Moſis, nec Chriſti aſtringerētur. Octauò, quia cæremonialia præcipuè figurabant mortem & paſſionem Chriſti: quibus omnia myſteria vitæ Chriſti erant conſummanda,& confirmanda:ergo vſque ad mortē Chriſti debuere perſeuerare, & ſub præcepto eſſe. Quod magis ex ſequentibus conſtabit,& patet ex dictis ſect.2.

Ad primum argumētum in contrarium reſpondeo, vel nihil probare, vel probare, legem quantùm ad ea,quæ per legalia multa figurabātur, non ſolùm expiraſſe ante mortem Chriſti: ſed etiam fuiſſe mortiferam:quia falſam habebant ſignificationem: & neque ipſum Chriſtum potuiſſe circuncidi, aliáve legalia facere:quod eſt abſurdum. Dico ergo, legalia illa præter myſticam ſignificationem rerum,quæ in aduentu,vel circa auentum Chriſti geſta ſunt,habuiſſe alias ſignificationes,& alios fines, propter quos ſine mendacio vſurpari poterant,& interdum debebant, vt Cyprian.epiſt. 59.ait, Circumciſionem ſignificaſſe reſurrectionē: propter quam ſignificationem poterat aſſumi, licet deeſſet alia eius ſignificatio, & ſic de cæteris cæremoniis. 15 *Ad primum argum.*

Ad ſecundum, quando dicitur, *donec veniret ſemen*,intelligitur de aduentu in ratione redemptoris conſummati,& legiſlatoris. *Ad 2.*

Ad tertium reſpondeo,illud, *vſque ad Ioannem*, non eſt intelligendum phyſicè, aut Mathematicè: ſed moraliter:vel dicitur, quia ex eo tempore cœpit lex illa quaſi ægrotare,& ſeneſcere:& quod dixit Paulus: *quod antiquatur, & ſeneſcit,prope interitū eſt.* Præterquā quòd Mat. 11.additur, *omnes Prophetæ, & lex vſque ad Chriſtum prophetauerūt:* Quia prophetię de aduentu futuro Meſſię ceſſauerūt,& cœpit Meſſias digito pręſens oſtendi.Et hoc eſt,quod ibidem dicitur, *ex Ioanne regnum Dei euangelizatur*,id eſt,præſens denunciatur. *Ad 3.*

Ad quartum, negatur conſequentia: quia licet reſpectu infantis baptizati Circunciſio tunc non eſſet medium neceſſarium ad tollendum originale peccatum: erat tamen præcepta ob alios fines, qui tunc non ceſſabant,vt ob diſtinctionem Iſraelitarum ab aliis:& Vazquez illo cap. 5.ſentit,Circunciſionem non fuiſſe inſtitutam in remedium originalis peccati, licet ea poſſent Iudæi vti ad ſuos paruulos iuſtificandos.Præterea ſine Circunciſione nemo erat capax ſacramentorum illius legis,nec obligationis eius, & omnes Hebræi tenebantur ſe, & filios ſuos reddere capaces iſtorum: ergo,etiam ſi infans eſſet baptizatus, debebat circuncidi: & ita tenet Angles quæſt.de eſſentialibus baptiſmi,art. 9.affirmans non eſſe contra Scotum: quia Scotus loquitur dubitatiuè.Vtcūque ſit,dico teneri: ſicut ſi adultus eſſet iuſtificatus per contritionem, aut dilectionem Dei, adhuc deberet ob prædictos fines circuncidi. Vt ſi paruulus propter periculum mortis eſſet iuſtificatus ante octauum diem per fidem parentum applicatam alio ſigno, ſeu ſacramento legis naturæ, adhuc deberet poſt octauum diem circuncidi, cùm commodè poſſit: ſicut etiam Ioannes Baptiſta, licet ſanctificatus fuerit in vtero, debuit tamen circuncidi octaua die,vt fieret membrum illius Eccleſiæ,& capax rituum eius.Itaque ſicut parentes tunc non erant liberi ab aliis obligationibus legis: ita nec ab iſta conſignandi, & conſecrandi legaliter filios Deo per Circōciſionem,& efficiendi eos capaces rituū illius legis, qui in Circunciſione fundabantur, vt patet ex Galat.5. ſic Abraham, quamuis eſſet iuſtus, Rom. 3. & 4. tamen ex Dei præcepto debuit circuncidi:& Cornelius, quamuis eſſet iuſtus: tamen ex Dei præcepto debuit baptizari, Act. 10. Quod verò dicitur, cōſilium de re perfectiori tollere obligationem de re minus perfecta, ſolùm eſt verum,quando ſunt de rebus oppoſitis,repugnantibus, *Ad 4.* *Ioannes Baptiſta circumciſus octaua die licet ſanctificatus fuiſſet in vtero.*

Digitized by Google

tibus, vel incompatibilibus, vt ſunt virginitas, & vſus matrimonij: Baptiſmus autem, & circuncisio non erant incompatibiles: quia non obſtante baptiſmo poterat homo circuncidi ſine vlla imperfectione, & cum aliqua vtilitate.

16 Dices, ſi gentilis ad Chriſtum adhuc viuentē conuerſus, baptizaret filium ſuum, non teneretur poſteà applicare illi ſacramentum legis naturæ: ergo nec Iudæus fidelis obligabatur in ſimili caſu applicare ſacramentum legis Moyſi. Nego conſequentiam: quia in lege naturæ non erat præceptum applicandi peculiare remedium aut ſacramentum: ſed ſubueniendi filiis indefinitè per ſacramentum, vel remedium ſufficiens: quale erat applicatio fidei quocunque ſigno fieret: ideo per baptiſmum, vel circuncisionem hæc obligatio ſufficienter implebatur. Imò iam non manebat paruulus capax iuſtificationis per ſacramentum legis naturæ, vel circuncisionem. Circuncisio verò erat in particulari præcepta omnibus Hebræis, non ſolùm in remedium: ſed etiam in ſignum, & ob alios fines: ideò recepto baptiſmo adhuc manebat obligatio Circunciſionis. Nec eſt maior ratio, quare obligatio ipſius dicatur ceſſaſſe ante mortē Chriſti, quàm aliorum legalium: nam obligatio aliorum pendebat ab obligatione circunciſionis: ergo ablata obligatione circūciſionis auferebatur obligatio aliorum legalium.

---

## SECTIO V.

### *An lex vetus in ipſa morte Chriſti ceſſauerit.*

17 *Lex vetus totaliter ceſſauit in morte Chriſti.*

PArs affirmans eſt vera, & D. Thomas, quæſt. 103. art. 3. ad 1. & 2. vbi ait, legem veterem totaliter ceſſaſſe, cum Chriſtus dixit Ioan. 19. *conſummatum eſt*, & 3. part. quæſt. 66. art. 5. ait, in morte Chriſti terminata eſſe ſacramenta legalia: eandem tenet Durandus 4. dict. 1. quæſt. 9. num. 8. Paludanus, qu. 6. art. 5. Richardus, art. 6. quæſt. 4. Bonauentura, diſt. 3. art. 3. quæſt. 2. Adrianus, quæſt. 1. de baptiſmo, §. quoad primum, Maior. 4. dict. 3. quæſt. 1. Hieronymus, & Auguſt. ep. 11. & 19. inter epiſto. Auguſt. Hugo. 2. de ſacram. part. 6. cap. 4. Valentia diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. & quæſt. 8. punct. 1. Sotus 2. iuſt. quæſt. 5. art. 4. Vazquez diſp. 181. cap. 2. docens, neminem dubitare, quin lex vetus quoad obligationem in morte Chriſti ceſſauerit: & ego ita ſentio cum iſtis, & Palacio 4. dict. 3. diſp. 1. pag. 60. colum. 2. Medina hîc quæſt. 103. art. 4. certum id conſentit Marti. Ledeſ. 1. part. 4. qu. 7. art. 2. dub. 3. Nuñio 3. part. quæſt. 69. articul. 2. diffic. 2. & 3. Scotus, Gab. & Rada citati ſect. præced. Hieron, ep. 89. quæ eſt 11. apud. Auguſt. & ipſe Auguſt. ep. 9. & 19. vt illis tribuit Vazquez ſuprà, & Angleſ. quæſt. de eſſentialib. baptiſmi, art. 9.

Probatur ex aliquibus teſtimoniis ſcripturæ, & patrum, quibus ſect. 2. oſtendimus legem veterem ceſſaſſe: nam eadem deſignant tempus mortis Chriſti, vt Coloſ. 2. *delens, quod aduerſus nos erat, chirographum decreti* (ſeu decretis) *affigens illud cruci*, & Rom. *Lex in homine dominatur, quamdiu, viuit*, &c. Item quia Chriſtus tunc ſe obtulit patri, & *vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos*, Hebr. 10. ſed conſummata redemptione ſtatim ceſſauit vetus teſtamentum: ergo tunc ceſſauit.

Vnde D. Thomas 3. par. quæſt. 37. art. 1. ad 1. & alij patres ſic exponunt id Ioan. 19. *conſummatum eſt*, id eſt, finita es lex Moſayca: in cuius ſignum velum templi tunc ſciſum eſt.

Notat autem Sotus ſuprà, hoc non ita intelligendum eſſe, quaſi in ipſo puncto mortis Chriſti indiuiſibiliter lex illa antiquata fuerit, ſed ait, punctum mortis in propoſito latiùs accipiēdum eſſe, vt complectitur totum illud tempus mortis, & ſepulturæ Chriſti vſque ad momentum reſurrectionis incluſiuè. Probat primò, quia in reſurrectione fuit completum myſterium redemptionis noſtræ. Rom. 4. *Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Secundò, quia myſterium reſurrectionis in lege veteri erat etiam ſignificatum, & prophetatum: & circuncisio ſecundum Cyprianum, ep. 59. non ſolùm ſignificauit mortem peccati, ſed etiam reſurrectionē, ſicut eam quoque ſignificat baptiſmus: ergo lex circūciſionis non ceſſauit vſque ad Chriſti reſurrectionem. Ita etiam explicat Nuñius ſuprà, ſed hæc interpretatio reiicitur à Valentia; primò, quia ſimpliciter Chriſtus in cruce dixit, conſummatum eſt, & Paulus Heb. 10. *vna oblatione conſummauit, in æternum ſanctificatos:* & infrà, *in qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti*, & ita etiam ſimpliciter patres ſignificant tunc fuiſſe legi finem impoſitum. Tertiò, quia Chriſtus per ſuam reſurrectionem non ſoluit pretium redemptionis noſtræ, ſed per meritum paſſionis, & mortis: poſt mortem enim iam non erat viator, & ideò nihil meruit, vt docet D. Thomas Rom. 4. lect. 4. finis autem legis fuit meritū, & ſatisfactio Chriſti, vt completa, & perfecta, non autem, vt extenditur ad myſteria conſequentia, quale fuit myſterium reſurrectionis. Alioqui deberet Sotus dicere, legem veterem non ceſſaſſe vſque ad aſcenſionē Chriſti, & aduentum ſpiritus ſancti: nam hæc myſteria quodammodò etiam pertinent ad redemptionem, & fuerunt in lege veteri ſignificata, & prophetata, Act. 2. Et ad primum argumentum Soti reſpondet Valentia ex D. Thoma Rom. 4. ſenſum Pauli non eſſe, quòd Chriſtus per reſurrectionem obtinuerit nobis iuſtificationem, ſed quod ea fuerit exemplaris cauſa ipſius, Rom. 6. *vt quemadmodum Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Sicut mors Chriſti fuit exemplar mortis peccati: vt ibidem ſignificatur illis verbis, *mortuus eſt propter delicta noſtra*; quæ mors etiam fuit meritoria noſtræ iuſtificationis iuxta id Iſa. 53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum*, &c. Ad ſecundum argumentum Soti iam reſponſum eſt, inquit Valent. myſterium redemptionis noſtræ quoad meritum, & ſatisfactionem fuiſſe in morte Chriſti conſummatum: ideo mortem Chriſti fuiſſe finem legis. Adde, Chriſtum ſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram: quia reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria ad firmandam fidem, & ſpem. 1. Cor. 15. *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt fides veſtra, inanis eſt prædicatio noſtra.* Similia contra Sotum dicit Vazquez diſp. 181. cap. 2. ad finem.

19 *1. Argum.* Sed contra hanc veritatem arguitur primò ex Aug. Epiſt. 19. cap. 3. in fine, vbi ſic de Paulo loquitur, *cùm illa teſtamenti veteris ſacramenta, etiam ſibi agenda minimè recuſabat, non miſericorditer fallebat: ſed omninò non fallens, atque hoc modo à Domino Deo illa vſque ad certi temporis diſpēſationē iuſſa eſſe commendans, à ſacrilegis ſacris gentium diſtinguebat.* expende verbum

verbum, *iuſſa*, quo videtur Aug. dicere, illa adhuc poſt paſſionem Chriſti, & vſque ad plenam Euangelij promulgationem iuſſa eſſe. Secundò arguitur ex D. Thoma 4. diſt. 3. art. 5. quæſt. 3. vbi loquens de Baptiſmo, inquit, *poſt paſſionem obligatorius fuit, quādo Circunciſio mortua fuit, quantum ad omnes ad quos inſtitutio potuit peruenire:* ſentit ergo, non aliter, nec anteà fuiſſe omninò mortuam quoad obligationem, quàm baptiſmus omnes obligaret: ſed baptiſmus non obligabat omnes à puncto paſſionis: ſed tantùm eos, ad quos inſtitutio eius potuit peruenire: ergo circunciſio non deſiit ſtatim obligare omnes: ſed eos tantùm, ad quos inſtitutio baptiſmi peruenire poterat: cum qua ſimul veniebat abrogatio circunciſionis. Et ibidem ad argumenta indicat D. Tho. rationem quare præceptum baptiſmi non obligauerit omnes vſque ad eius promulgationem in toto orbe: *quia præceptum non obligat, niſi ſit diuulgatum*: & eodem loco ſupponit aliud principium, quod omnes ferè pro comperto habent, præcipuè Sotus, Ledeſma, Nuñius, Valentia, Vazquez, Palacios, & alij multi locis citatis, ſcilicet vnius legis obligationem non fuiſſe excluſam, niſi prout alterius legis obligatio introducebatur: quia non debuit Dei populus priuari vna lege, niſi propter aliam meliorem, nec erat expediens manere aliquando ſine vlla lege diuina. Et quia nullum eſt fundamentum ad affirmandum alium abrogationis modum: aut ad ponendum ſtatum illum, aut tempus quaſi neutrum. Cùm ergo lex noua non omnes obligauerit ſtatim à paſſione, vel reſurrectione, ſed cū proportione quādo fuit promulgata; dicendū eſt, cum eadē proportione ceſſaſſe obligationē legis Moſaicæ, & nō ceſſaſſe omninò à paſſione, vel reſurrectione Chriſti.

*2. Argum.*

*Præceptum non obligat, niſi ſit diuulgatum.*

20 Confirmatur: nam ſicut ad honorem Dei pertinuit, vt ſtatus Reip. & legis pro aliquo tempore duraret, in quo vſus illius legis eſſet licitus: ita & quod duraret obligatio colendi Deū iuxta ritum, & modum legi, & tempori illi accommodatum.

*Confirm.*

*Sententia quorundam recentiorum.*

Vnde aliqui recentiores doctiſſimi abſolutè docent, obligationem circunciſionis, & aliorum legalium non ceſſaſſe à puncto paſſionis, vel reſurrectionis: ſed ſine dubio duraſſe vſque ad Pentecoſtem, ita vt eo tempore tenerentur Iudæi in templo Hieroſolymitano illas cęremonias facere: quia in Pentecoſte cœpit obligatio legis nouæ, quæ antiquæ abſtulit obligationem. Item abrogationem quoad obligationē non eſſe ſimul factam in vno die Pentecoſtes pro toto orbe, ſed temporis diſcurſu, quo fiebat promulgatio legis nouæ. Intelligunt, per ſe, & ex vi legis: nam per accidens poterat eſſe tunc obligatio. Primò quidem ratione ignorantiæ: multi enim etiā conuerſi, & credentes in Chriſtum, ignorabant ceſſationem illius legis, & ideò ex conſcientia erronea obligabantur. Secundò ratione ſcandali vitandi: quod ſignificauit Paul. Rom. 4. dicens, *infirmum in fide ſuſtinete*: vocat enim infirmum in fide, vt omnes ferè exponunt, Iudæum iam credentē, & nondum valentem relinquere legalia. Idē ſignificatur 1. Cor. 8. & 10. Tertiò ex quadam conſuetudine humana, vel humano præcepto, vt verbi gratia, ſi vniuerſus populus obſeruarat eo tempore feſtiuitates legales ex ſolemni conſuetudine, vt ait Aug. nō erat licitum parti diſcordare à toto, quia hoc per ſe, & ex natura rei turpe eſt. Deinde ſi ad pacem, & quietem illius populi hoc erat neceſſarium, poterat etiam

*Præceptum circunciſionis durauit vſque ad Pentecoſtem.*

A Pontifex id præcipere: quia adhuc retinebat ſuam dignitatem, & poteſtatem, & materia erat licita, & vtilis communi bono. Nihilominus lex illa quodāmodò fuit mortua, & extincta in morte Chriſti, ſcilicet virtualiter, & fundamentaliter: quia tunc accepit lethale vulnus, ex quo ſenſim, & paulatim, vt Auguſt. dixit, intra breue tempus interitura erat, cui conſonat id Hebræorum 6. *Quod antiquatur, & feneſcit, prope interitū eſt.* Fuit ergo antiquata illa lex in puncto mortis Chriſti, & mortua virtualiter, & cauſaliter: non autem formaliter. Vulnus autem lethale conſiſtere videtur in hoc, quod amiſit finem, & rationem diu obligandi, cui prius B nitebatur, ſcilicet non eſſe completam, & conſummatam redemptionem. Inde enim factum eſt, vt breui duraret, & quaſi ex diſpēſatione, vt loquuntur Hieronym. & Auguſt. epiſt. 11. & 19. apud Auguſt. Ratio legis eſt anima legis: ideo ceſſante pręcipua ratione quaſi ſpirat lex, & eſt in articulo mortis, & quaſi agonizans: quia ratio, & anima quæ eſt ei reliqua, non eſt ſufficiens ad dandam ei perſeuerantiam magnam, aut vitæ longitudinem. Quod autem præcipua ratio illius legis defuerit, explicatur ſic. Ratio principalis illius legis fuit, vt præfiguraret myſteria Chriſti, & præpararet ad vtilem, & decentem eius receptionem, iuxta id, C *donec veniret ſemen*, quæ ratio planè ceſſauit in morte Chriſti, & ideò tūc virtualiter dicitur ruptum vetus teſtamentum, nouumq́ue firmatum, propter honorem tamen illius legis, & ipſius legiſlatoris; & ſuauiorem prouidentiam, ad tempus ex diuina ordinatione retenta eſt, non ſeruanda iam ſpiritu Iudaico, vt ſignum futuri Meſſiæ, nec ponendo ſpem in illa, quaſi per ſe neceſſaria eſſet: ſed ſpiritu Chriſtiano, ſolum vt cum honore ſepeliatur, & ita poteſt accommodari exemplum Pauli de lege matrimonij, à qua ſoluitur vxor per mortem viri. Ita enim ſoluitur, vt poſſit alteri nubere: non tamen ita vt nō teneatur corpus defuncti honori- D ficè ſepelire. Ita ergo Synagoga liberata eſt à lege Moyſi per mortem Chriſti: quia potuit, & debuit nouæ legi Chriſti ſtatim promulgandæ ſubiici: nihilominus tamen debuit cadauer ſuæ legis, ſeu legem quaſi mortuā cum honore ſepelire. Hactenus recentiores illi.

*Ratio legis anima legis.*

Sed quia ipſi pro ſe nullū auctorem proferunt, nec ego vllum inuenire potui: & teſtimonia Scripturæ, & Patrum, quibus probatum eſt, legē veterem morte Chriſti extinctam fuiſſe, minus ſincerè ab illis exponuntur, dicendum ad propoſita argumenta puto. Ad primum; quòd Auguſt. loquitur de iuſſione vſque ad paſſionem Chriſti: vel ſi poſt paſſionem, id eſſe intelligendum reſpectu eorum, E quibus nondum erat Euangelium promulgatum, ſecus reſpectu eorum, quibus promulgatum erat, vt fuerunt Apoſtoli, & alij, qui ex prædicatione Chriſti nouerant, eo mortuo legem nouam incepturam, & veterem ceſſaturam: ſeu baptiſmum fore neceſſarium ad ſalutem, nō verò circunciſionem, aut alia legalia. Hoc enim crediderim Apoſtolis patefeciſſe Chriſtum ante ſuam mortem, & clarius illis dixit poſt reſurrectionem, cùm *loquebatur illis de regno Dei*: ideſt, de ſtatu ſuæ Eccleſiæ: vnde iam aſcenſurus in cœlum dixit eis, *Docentes ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Matth. vlt. ergo ante Pentecoſtem tenebantur aliqui præcepto Baptiſmatis, & ſoluti erant lege circunciſionis, & omnium legalium, vnde illi nō tenebantur illas cæremonias

Digitized by Google

monias in templo exercere, nec ſeruare præcepta iudicialia quaſi diuina, licet tenerentur legibus humanis ſuorum principum ſecularium, & ſacerdotum, qui ſacerdotes iam nullam habebant auctoritatem à Deo, ſed à Repub. Sed illi ad quorũ notitiam lex baptiſmi, & Euangelica, & abrogatio legis veteris peruenire non poterat, nec tenebãtur lege, nec ſoluti erant à veteri; & hoc planè voluit D. Thomas in 2. argumento citatus.

Ad confirmationem reſpondeo, ad honorem Dei pertinuiſſe, vt lex nõ ſtatim à paſſione Chriſti redderetur mortifera: ſed poſt Euangelij promulgationem in maiori parte orbis tunc noti: non tamen, vt non ſtatim extingueretur, imò ad honorem Chriſti pertinuit, vt ſtatim à paſſione ſua lex eius inciperet, vetuſque expiraret reſpectu eorum, quibus Euangelium ſtatim annunciaretur, vel in vita ipſius Chriſti quoad hæc duo fuiſſet annunciatum.

## SECTIO VI.

*An vtilitas Circumciſionis, & aliorum legalium, ſi quam habebant quaſi ex opere operato, ceſſauerit ſtatim poſt mortem Chriſti.*

22 *1. Sententia.* VAzquez diſp. 181. cap. 2. affirmatiuè reſpondet, citans pro ſe D. Thomã, Sotum, Durandum Paludanum, Richardum, Bonauenturã, & Adrianum, citatos initio ſectionis præcedentis, & Hieronymum, atque Auguſtinum in Epiſtolis, quas mutuò ſibi ſcripſerunt de ceſſatione legalium. Adde Medinã ſuperiori ſectione relatum, licet Sotus, & quidam recentiores Thomiſtæ per mortẽ Chriſti intelligant tempus illud, quod fuit ab inſtanti indiuiſibili mortis Chriſti vſq; ad inſtans reſurrectionis, ac proinde velint, in triduo circunciſione paruulum iuſtificari potuiſſe; vnde Salmeron Gal. 6. diſput. 31. ſolũ ait, poſt Chriſtum mortuum, & ſuſcitatum vanã, & inutilem factam fuiſſe Circunciſionem, licet Iudæis ad tempus permiſſa ſit, vt Synagoga cum honore ſepeliretur. Angles etiam quæſt. de eſſentialib. Baptiſmi, art. 9. tenet ſecundùm D. Thomam, & veritatem, circunciſionem fuiſſe inutilem, dum Euangelium promulgabatur.

23 *2. Sententia.* Alij tamen ſentiunt, legem non fuiſſe ſic inutilem ſeu mortuam vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem, quæ ſententia tribus modis intelligi poteſt iuxta varios modos explicandi promulgationem illam. *Abrogatio legis veteris cõſummata in die Pentecoſtes.* Primus in die Pentecoſtes omninò fuiſſe conſummatam abrogationem illius legis: quia abrogatio illa ſolùm debuit fieri reſpectu populi Iudaici: nam gentiles non obligabat: reſpectu autem Iudæorum promulgatio legis nouæ ſufficienter facta eſt in die Pentecoſtes: quia facta eſt in ciuitate metropolitana, & eo die quo congregati erant Iudæi ex omni natione, & magnis ſignis de cœlo exhibitis, & magna Apoſtolorum virtute, & efficacia publicè, & ſolenniter: vt conſtat Actuum 2. ergo ex tunc introducta eſt lex noua ſaltem pro illo populo, & conſequenter vetus antiquata, & abrogata eſt, factáque omninò inutilis.

Secundus Modus eſt, legem illam permanſiſſe viuam, & vtilem, non ſolùm vſque ad Pentecoſtem, ſed etiam vſque ad promulgationem ſufficientem A Euangelij in toto orbe: ita vt nullibi ceſſauerit, aut facta fuerit inutilis lex vetus, quouſque verum fuit dicere, iam ſufficienter in toto orbe prædicatum eſt Euangelium. Docet autem Vega 5. in Tridentinum, cap. 3. promulgationem requiſitam ad vim legis nouæ cœpiſſe in die Pentecoſtes, & duraſſe ſpatio viginti vel triginta annorum: nam ſecundum Chryſoſt. hom. 76. in Mat. in illa verba, *in vniuerſo orbi prædicabitur*, ait prædicationem Euangelij quouſque in toto orbe extẽderetur per viginti aut triginta annos duraſſe: idẽ tenet Scotus infrà.

Tertius modus dicendi eſt, legem illam cœpiſſe abrogari in die Pentecoſtes, ita vt ex eo die amiſerit ibi obligationem, & vtilitatem, non verò in B aliis locis, ſed ſucceſſiuè, & reſpectiuè in illis ceſſaſſe, cum in illis promulgabatur lex noua.

Hanc ſecundam ſententiam hoc tertio modo intellectam tenet Scotus, 4. diſt. 3. quæſt. 4. §. quantum ad iſtum, Bonauentura art. 3. quæſt. 2. in fine, Gabriel. diſt. 1. quæſt. 4. art. 3. not. 2. & conc. 2. & multi moderni, præſertim Maldonatus in id Mat. 5. *Non veni ſoluere legem: ſed adimplere*, & Rada to. 2. controuer. vlt. ſeu, 20. art. 2.

Hanc fuiſſe ſententiam Bernard. ep. 77. ingenuè fatetur Vazquez diſp. 181. cap. 1. & 5. tractans enim Bernardus id Ioan. 3. *Niſi quis renatus*, &c. Probat, non obligaſſe baptiſmum, nec euacuatam eſſe virtutem circunciſionis, quouſque Euangelium C promulgatum fuit, & ex eo tempore antiquam obſeruationem non valere, ex quo præceptum baptiſmi inexcuſabiliter obligauit: & antiqua valuiſſe ſacramenta, quandiu palam interdicta eſſe non conſtitit. Aliqui pro eadem ſententia citant Hugonem ſuprà: ſed melius Vazquez, cap. 2. & 5. docet, ſenſiſſe, legem illam à tempore paſſionis Chriſti extinctam fuiſſe quoad obligationem, & quoad vtilitatem. Et quod attinet ad obligationem per ſe, & ſecluſa ignorantia, quòd poſt paſſionem nulla fuerit, fatentur Scotus, Rada & Gabriel. Imò Vazquez ait, de hoc neminem dubitare. Medina etiam ſuprà certum id cenſet. Quare quòd ait Angles, quæſt. de eſſentialibus baptiſmi, art. 9. circunciſionem D etiam poſt ſufficientem promulgationem eſſe obligatoriam ſecundum Scotum, vel eſt intelligendum de obligatione per accidens, & ratione ignorantiæ: vel de promulgatione ſufficienti in aliquo loco, & non in toto orbe.

Sed ſententia Scoti aſſerentis, legẽ veterem ante ſufficientem Euangelij promulgationem fuiſſe 24 *1. Argum. pro Scoto.* vtilẽ ad iuſtificationem puerorum eo modo, quo iuſtificatio fiebat per circunciſionem, validis argumẽtis munitur. Primum eſt: Quia toto illo tempore nõdum baptiſmus erat medium neceſſarium ad ſalutem: ergo adhuc antiquiora remedia erant vtilia. Si enim inutilia fuiſſent, baptiſmus eſſet medium neceſſarium: Antecedens ſignificatur in E Tridentino ſeſ. 6. cap. 4. dum ait, à promulgatione Euangelij neminem iuſtificari à peccato ſine baptiſmo in re, vel in voto. Sentit ergo, ante promulgationem Euangelij non eſſe talem neceſſitatem: quia per circunciſionem poterat quis iuſtificari. Quod etiam probatur, quia ante mortem Chriſti non erat talis neceſſitas, vt omnes fatẽtur: à morte Chriſti vſque ad Pentecoſtem nulla noua baptiſmi promulgatio facta eſt, neque aliquid additum, vnde illa neceſſitas oriri potuerit: ergo non erat talis neceſſitas. Reſpondent aliqui, promulgationẽ factam à Chriſto in vita ſua. Contra, quia



Digitized by Google

in promulgatiône debet explicari à quo tempore lex obliget, quando non ſtatim obligatura eſt: id verò nunquam expreſſit Chriſtus, dum viueret: non ergo promulgauit in vita ſua plenè integrè, & ſufficienter legem nouam. Vnde D. Thomas 3. part.quæſt.66. art.2.docuit, præceptum baptiſmi non obligaſſe, donec Chriſtus poſt reſurrectionem dixit Apoſtolis: *euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. Nec verò putandum eſt, eadem die, vel momento, quo Chriſtus illa verba protulit, cæpiſſe præceptum baptiſmi obligare: Sed quando Apoſtoli cœperunt promulgare baptiſmum; quod ante Pentecoſtem factum non eſt.

*A quo tempore præceptum Baptiſmi obligarit.*

25 *1. Argum.* Item incredibile eſt, infantes omnes eo tempore manſiſſe ſine remedio, quod moraliter eis applicari poſſet: quod tamen concedendum eſt, ſi circunciſio eo tempore iam erat inutilis: quia licet baptiſmus fuiſſet inſtitutus: non tamen erat ſufficienter propoſitus maiori parti hominũ: ergo non poterat moraliter applicari.

Reſpondet Vazquez, diſp.181.cap. 3. num. 31. non eſſe inconueniens id, quod infertur, quia illa impotentia eſt per accidens ex ignorantia parentum. Iam enim datum erat remedium de ſe ſufficiens, & legiſlator optimè poteſt reuocare priuilegium, vel irritare factum à die, quo condit legem, licet ad notitiam ſubditorum non peruenerit: ſed hoc Suarez alienum putat à diuina prouidentia ordinaria: nam poſtquàm Deus ex ſe voluit omnes homines ſaluos fieri, debuit conſtituere remedium humano modo omnibus applicabile: baptiſmus autem non ſufficienter propoſitus, & promulgatus, non erat omnibus humano modo applicabilis: ergo debuit circunciſio ſuam vim retinere. Confirmatur: quia Chriſtus non obligauit ſua lege à puncto paſſionis, aut reſurrectionis: ergo neque abſtulit vtilitatem circũciſionis: & alioqui magnum nocumentum intuliſſet infantibus, qui tunc ſancto, & legitimo ritu circuncidebantur, & moraliter baptizari non poterant, quia patres vel vim baptiſmi, vel neceſſitatem eius ignorabãt, vel ad illum applicandum non tenebantur: quòd videtur incredibile de viſceribus diuinæ miſericordiæ, in quibus viſitauit nos oriens ex alto, maximè eo tempore, quod ſupremis miſericordiæ vſibus deſignauerat.

Alij reſpondent, eo tempore paruulis fuiſſe vtilem circunciſionem, non vt ſacramentum legis veteris, ſed vt remedium legis naturæ. Ita Sotus 1. inſt. quæſt. 5. art.4. Capreol. 4. dict. 3. quæſt. 3. art. 3. Medina quæſt. 103. art. 3. ad finem, licet Medina, priorem quoque ſolutionem aſſignauerit.

Sed hanc ſolutionem reiiciunt etiam Suarez, Vazquez, & alij recentiores: quia ſi Chriſtus propter neceſſitatem infantium illam vim non abſtulit à ſacramentis legis naturæ: ſed per ipſa omnes pueri gentilium poterant iuſtificari: ergo nec à circunciſione, ſed per ipſam, etiam, vt pertinebat ad legem veterem, poterant pueri Hebræorum iuſtificari: ſiue circunciſio daret plus gratiæ, quàm remedia legis naturæ, ſiue nõ. Nulla enim apparet ratio, cur illo gradu, vel ratione efficiendi priuari tunc debuerit circunciſio, retento alio gradu, vel ratione efficiendi. Addunt, quòd fortaſſe circunciſio nunquam aliam, ſeu maiorem virtutem habuit, quàm ſacramentum legis naturæ: ſolùm enim facta eius inſtitutione, per quandam conſecutionem, habuit vim iuſtificandi, ſicut alia ſigna, quorum vſus erat anteà in lege naturæ, vt tractat Suarez 3. part. tom. 2. agens de ſacram. in genere, & ait Vazquez diſp.181.cap.2.n.16.&diſp.184.c.4.

Item ſi aliquid ſpecialis vtilitatis in propria inſtitutione illi additum eſt, non eſt, quòd illi fuerit ablatum, antequàm baptiſmus eſſet in præcepto: quia nullo teſtimonio ſcripturæ, vel traditione conſtat, & circa remedium legis naturę ita factum eſt, vt vi ſua vſque ad obligationem baptiſmi non caruerit.

Vnde inferunt Suarez, & alij auctores ſecundæ ſententiæ, à die Pentecoſtes circonciſionem ita ceſſaſſe quoad effectum gratiæ, quæ in ea dabatur, ſicut cœpit baptiſmus eſſe ad ſalutem neceſſarius: quia vnum ſacramentum quoad hunc effectum non fuit excluſum niſi per neceſſitatem alterius: & quia eo ipſo, quòd vnum ſit inutile, alterum ſit neceſſarium, & obligatorium: cùm paruuli ſine alterutro ſaluari non poſſint, & adulti teneantur paruulis medium neceſſarium applicare. Sed hoc ex dictis non bene infertur: nam fieri potuit, vt ab inſtanti mortis Chriſti, vel Reſurrectionis per obligationem baptiſmi, & neceſſitatem præcepti excluderetur præceptum, & obligatio circunciſionis, retenta tamen eius vtilitate ſaltem in ignorantibus, ne inde paruuli incommodum paterentur: quando verò baptiſmus fuit neceſſarius omninò, & reſpectu omnium etiam neceſſitate medij, circunciſionem redditam eſſe penitus inutilem. Vnde Palacius 4.dict.3.diſp.1.pag.60. docet, baptiſmum per ſe vim obligandi habuiſſe à morte Chriſti: ſed eam vim ſuſpenſam habuiſſe, donec innotuit per prædicationem Apoſtolorum in die Pentecoſtes: Et in eodem inſtanti mortis Chriſti, legalia expiraſſe, licet per accidens obligauerint tantiſper, dum ignotum erat Iudæis illa expiraſſe: item, licet per ſe circunciſio eſſet tunc inutilis, & eneruis: tamen per acciddens ratione parentum, potuiſſe paruulos, quibus per eam ignorãtiam applicata fuiſſet, iuſtificare. Sic etiam Nunnius, 3.part.quæſt.66.art.2.diffic.3.ad 2.ait, Piè credendum eſſe, quòd poſt aliquod tempus poſt Reſurrectionem fuerit circunciſio ſufficiens ad iuſtificãdum ſicut anteà, loco ſacramenti legis naturæ: de quo etiam credendum eſt, quòd durabat pro gentilibus aliquo tempore poſt Reſurrectionem: facta verò mediocri promulgatione Euangelij iam nullum erat ſactamentum circunciſionis, vel legis naturæ, &c. Hæc Nuñius, qui in eadem difficultate docuerat, à pũcto Reſurrectionis expiraſſe legem veterem, & nouam obligare cœpiſſe; quia dominus in vita ſua cœpit promulgare legem baptiſmi, & Apoſtoli quando baptizabant, explicando tamẽ, quòd non obligabat, niſi à die Reſurrectionis. 26

*Circunciſio penitus inutilis, quando Baptiſmus cœpit eſſe neceſſarius.*

Dico primò, licèt ſit probabile, à puncto mortis Chriſti, vel reſurrectionis Circumciſionem fuiſſe inutilem ad iuſtificandum, vt Vazquez aſſerebat: tamen probabilius eſt, vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem habuiſſe aliquam iuſtificandi vim, ſiue vt remedium legis naturæ, vt dixère Sotus, Capreol. Medina, & Suarez, ſiue etiam ex propria inſtitutione, vt videntur tenere Scotus, Gabriel, Rada, & Palacios. Alioqui enim non ſatis eſſet conſultum infantibus Hebræorum, aut etiam Gentilium: quibus moraliter non poterat Baptiſmus applicari, eo quòd eius vis, aut neceſſitas ignota erat parentibus. 27 *1. Concl.*

Dico ſecundò, etiam eſt probabile, Baptiſmum obligare 28 *2. Concl.*

A obligare cœpiſſe à die Pentecoſtes, & non à puncto mortis, vel Reſurrectionis Chriſti: ſed probabilius eſt, obligare cœpiſſe ab inſtanti mortis Chriſti, vel Reſurrectionis. Priorem partem probo ex iis, quæ docet Suarez 3.part.tom.3. diſp.31. ſect.1.in fine. Vbi ait, Occurrebat hoc loco tractandum, quando cœperit præceptum Baptiſmi vniuerſum mundum obligare: ſed quia hæc quæſtio generalis eſt de tota lege noua, illam relinquo in materiam de legibus. Mihi tamen ſemper placuit D.Bernardi ſententia, in epiſt.77.ad Hugonem, & Hugonis 1.de cærem.& offic.Eccleſ.cap. 13.& in ſumma ſent. tract. 5. cap. 2. ſcilicet hoc præceptum non obligaſſe vniuerſum mundum B ante ſufficiētem Euangelij promulgationem: quæ comprehendit ſufficiens tempus, & diligentiam, ac publicationem præcepti de ſe ſufficientem, vt poſſet notitia eius ad omnes mundi homines peruenire: quia nec obligatio legis aliter prudentibus imponeretur, nec eſſet hominibus accommodata, quia non ſolùm ex accidenti, ſed per ſe eſſet impoſsibilis eius notitia: ſecluſo enim miraculo per ſe repugnat, legem vno tantùm loco diuulgatam, eadem hora, vel die in notitiā totius orbis deuenire: non eſt ergo humanum, hoc modo vniuerſos homines aliqua lege obligare. Nec eſſet prudens prouidētiæ genus, præſertim in lege introducente nouum remedium neceſſarium ad C ſalutem, & antiqua remedia irritante: quia non poſſet non afferre multis neceſsitatem quandam pereundi abſque remedio ſalutis, pręſertim infantibus. Adde, nullum aliud tempus conuenienter aſsignare poſſe: Nam quod quidam dicunt in die Reſurrectionis, vel Aſcenſionis cœpiſſe hanc legem obligare omnes: quando Chriſtus dixit Apoſtolis, *Docete omnes gentes baptizantes*, &c. non eſt veriſimile, quia tunc Chriſtus non promulgauit hanc legem, ſed ſolùm inſtruxit Apoſtolos, eiſque præcepit, vt eam promulgarent, & executioni mādarēt. Quod verò aliqui dicunt, hanc vniuerſalem D obligationem cœpiſſe in die Pentecoſtes, nullum etiam habet ſufficiens fundamentum: quia nec eo die legimus factam hanc vniuerſalem promulgationem. Aut enim hæc intelligitur facta in ſolo aduentu Spiritus ſancti vniuerſali, & publico; aut in prædicatione Petri. Nulla enim alia actio eo die facta eſt, quæ poſsit vim promulgationis habere: ſed in neutra earum actionum facta eſt talis promulgatio: nam per ſolum aduentum Spiritus ſancti, & omnia ſigna, quæ in eo facta ſunt, nihil potuit mundus percipere, aut intelligere de tali lege, vt per ſe conſtat: ergo per illud ſolum myſterium non eſt facta promulgatio ſenſibilis, & E humana. Nec etiam facta eſt per prædicationem Petri: quia nec ipſe tunc direxit ſermonem ſuum ad vniuerſos homines: Sed ad Iudæos, & Iſraëlitas, vt patet ex illis verbis Actor.2. *Viri Iſraëlitæ, audite verba hæc.* Et illis, *Vobis enim eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & omnibus qui longè ſunt, quoſcunque aduocauerit Deus noſter.* Quæ poſteriora verba poſſunt intelligi vel de Iudæis vbique diffuſis: vel certè de quibuſcunque hominibus, quos Deus vocare dignaretur: de quibus Petrus nihil tunc ſatis cognoſcebat: vnde Act.10.Petro facta eſt ſpecialis reuelatio de baptizandis gentibus. Non eſt ergo veriſsimile, ipſum voluiſſe in prima illa prædicatione Baptiſmi legem promulgare omnibus gentibus: non ergo fuit illa vniuerſalis, & integra promulgatio: ſed ſolùm inchoatio quædam promulgationis paulatim perficiendæ. Hactenus Suarez, qui in vltimis verbis inſinuat, Baptiſmi obligationem inchoatam eſſe à prædicatione Petri in die Pentecoſtes: quia anteà nulla fuit promulgatio baptiſmi, vel nouæ legis: ſed ſucceſſu temporis circuiſſe, & extenſam ad alios fuiſſe eam obligationem per alias promulgationes. Similiter Scotus 4.d.3.quæſt.4.& eius ſequaces docent, Baptiſmum cœpiſſe eſſe in præcepto poſt ſolennē Euangelij promulgationem in die Pentecoſtes, ita vt ex tunc obligauerit populum Iudaicum: aliàs verò nationes poſteà. Idem tenet Angles quæſt. de eſſentialib. Baptiſmi, art.9. imò & Bern. epiſt.77.

Quæ opinio probatur primò, quia lex vetus 29
promulgata eſt die quinquageſima ab egreſſu Iſraël ex Ægypto. Promulgatio autem illa fuit figura promulgationis legis factæ die Pentecoſtes, ſeu quinquageſima à reſurrectione Chriſti, vt docet Auguſtinus epiſt.119.& Leo I.Serm.1.de Pentecoſte: ergo tunc cœpit lex noua obligare: quia lex à ſua promulgatione incipit obligare. Confirmatur, quia lex non obligat ante ſufficientem promulgationem, vt docet D.Thomas quæſt.90. art.4. Sed præceptum Baptiſmi non fuit promulgatum vſque ad Pentecoſten: ergo.

Secundò, quia quando cœpit obligare Baptiſmus, facta ſunt inutilia omnia ſacramenta legis naturæ, & veteris: ergo ſi ante ſolemnem promulgationem obligabat Baptiſmus, cùm id ignorarent parentes, inutiliter applicarent filiis Circumciſionem, quod eſſet inconueniens.

*Ante Reſurrectionē Chriſti non obligauit lex noua, quia non erat promulgata.*

Valentia 3.part.diſput.4.quæſt.1.punct.4. huic ſententiæ fauet, quoniam certum putat, ante reſurrectionem Chriſti non obligaſſe præceptum Baptiſmi, aut legem nouam: quia tunc non erat promulgata, & ſic ait, poſſe exponi Leonem epiſt.4. ad Epiſcopos Siciliæ, & Chryſoſt.ho.28.in Ioan. cùm dicunt, Baptiſmum fuiſſe inſtitutum, Matth. 28. vt ſcilicet intelligantur de inſtitutione quoad neceſſitatem præcepti: quia tunc dixit Chriſtus, *Ite docete omnes gentes*, &c. quibus verbis Valentia ſatis inſinuat, vſque ad promulgationem ab Apoſtolis factam poſt Chriſti Aſcenſionem, non fuiſſe obligationem vllam Baptiſmi: ſed cùm lectorem mittat ad 1.2.diſp.7. quæſt.8.punct.1. vbi expreſsè dicit, probabilius eſſe, pręceptū Baptiſmi & totā legem nouam à puncto mortis Chriſti obligare cœpiſſe, pro ſequēti ſententia allegandus eſt: quamuis etiam dicto punct.1. hanc ſent. probabilem exiſtimet: ait enim, Chriſtum Dominum per ſe hanc legem promulgaſſe in Paleſtina iuxta id Matth. 28. *Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis*: & hoc ſuppoſito, de tempore, quo hæc lex cœperit obligare, eſſe tres doctorum opiniones: quarum quælibet eſt probabilis. Prima, Caprioli 4.diſt.3. quæſt.3.ad 3.argum. Scoti contra duas primas concluſiones, quam etiam tribuit Gabrieli, & aliis, cœpiſſe obligare à die Pentecoſtes. Secunda Soti, 2.iuſt.quæſt.5.art.4. & in 4.d.3. quæſt. vnic.artic.2. cœpiſſe obligare à puncto Reſurrectionis Chriſti. Tertia, cœpiſſe obligare à puncto mortis Chriſti: & hanc ait Valentia ſibi magis placere. Sed Medina 1.2.quæſt.103. art.3. planè tenet, præceptum Baptiſmi non obligaſſe à paſſione Chriſti; ſed à promulgatione Euangelij, licet teneat, obligationem Circumciſionis, & aliorum legalium ceſſaſſe in morte Chriſti: quia ad re-

reuocationem non requiritur promulgatio: ſecus ad obligationem.

30 Poſteriorem concluſionis partem docet Magiſter 4. diſt. 3. cap. 10. & eadem diſt. Palac. diſput. 1. D. Thom. 3. part. quæſt. 66. art. 2. Armil. Baptiſmus, num. 3. Victor. quæſt. 12. de Baptiſmo. Candelab. de Baptiſmo, quæſt. 9. fauet Concil. Tolet. 4. cap. 5. expreſſiùs tenet Martin. Ledeſ. 1. p. quarti, quæſt. 7. art. 2. dub. 2. Valent. 1. 2. diſp. 7. quæſt. 8. punct. 1. Sotus locis proximè citatis, Vazquez diſp. 181. cap. 2. num. 19. & 20. Nuñius 3. part. quæſt. 66. art. 2. diffic. 3. qui & Sotus ſentiunt, non obligaſſe à puncto Paſsionis, ſed Reſurrectionis. Cæteri verò abſolutè docent, obligaſſe à puncto mortis, quod mihi placet; pro quo alios referam diſp. ſeq. ſect. 4. vbi de hac re latiùs agemus. Et ea pars probatur, primò, quia lex vetus expirauit in morte Chriſti: ergo & noua tunc cœpit: nam generatio vnius fuit veluti corruptio alterius. Antecedens patet, ex initio ſectionis quintæ.

*Virtute ſanguinis Chriſti Baptiſmus vim obligãdi, & cælos aperiendi.*

Secundò, quia ſtatim mortuo Chriſto exiuit de latere Chriſti ſanguis & aqua vera, ad ſignificandum virtute ſanguinis Chriſti Baptiſmum ex tunc habere vim obligandi, & cœli fores apperiendi, vt ait Palacios ſuprà.

Tertiò, quia in cõſecratione calicis dixit Chriſtus, *Hic eſt ſanguis noui, & æterni teſtamenti*, id eſt, quo tale teſtamentum confirmatur: ergo morte Chriſti nouum Teſtamentum confirmatum fuit, vimque habuit obligandi, ſicut & reſerandi cœlum. Vnde Paulus Hebr. 9. ait, Nouum Teſtamentum morte Chriſti confirmatum eſſe.

Quartò, quia tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat, Hebr. 7. ſed in puncto mortis Chriſti trãſlatum eſt Sacerdotium ad Chriſtũ, & eius Vicarium: cum quo eſſet inconueniens alium eſſe ſummum Sacerdotem: ergo ex tunc etiam tranſlata eſt lex: ita vt vetus deſierit, ac proinde noua incœperit. Nam *dicendo nouum, veterauit prius*, Hebr. 8. vnde cap. 9. ait Paulus, *Iuſtitias carnis vſque ad tempus correctionis impoſitas fuiſſe*, id eſt, vſque ad tempus, quo lex vetus per nouam corrigeretur, & cap. 10. *Aufert primum vt ſequens ſtatuat*. Et Epheſ. 2. *Legem mandatorum decretis euacuans*, id eſt, lege noua, vt expoſuimus ſect. 2. ſic etiam explicantes id Coloſſ. 2. *Delens quod aduerſus nos erat Chirographum decretis*. Nam *decretis*, legunt Auguſtin. Hieronym. Chryſoſt. Oecumen. Theophil. & alij. Si noua lege excluſa eſt vetus, & vetus excluſa eſt in morte Chriſti: ergo & noua tunc cœpit, & non poſteà.

31 Si argumentum retorqueas, quia lex vetus non ceſſauit ſtatim à morte Chriſti: ergo nec noua tunc cœpit. Antecedens probatur; quia vt ait Medina quæſt. 103. art. 3. Apoſtoli etiam poſt Pentecoſtem dubitabant, vtrum legalia eſſent obſeruanda necne: Vnde Petrus Actuum 10. inquit, *Abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum*: & de Circumciſione, an ſeruanda eſſet, magna fuit diſceptatio Act. 15. Ergo tunc ceſſatio legalium non erat dicta, ſeu promulgata Apoſtolis: ac proinde nec aliis: ergo nondum erat extincta obligatio illius legis.

Hoc argumentum nimium probare videtur, nempè, quòd nec poſt Pentecoſtem ſtatim ceſſauerit obligatio legis veteris; ac proinde, quòd nec ſtatim cœperit obligare lex noua: quod eſt contra primam opinionem. Vnde etiam auctores primæ opinionis huic argumento occurrere debent.

Nos dicimus, etiamſi Apoſtoli ante reuelationem Petro factam Act. 10. ignorauerint, legalium obligationem ceſſaſſe, vt docet Ludouicus Legionenſis Galat. 2. & ibidem Salmeron diſp. 23. §. non videntur: imò & Hieronym. epiſt. 89. quæ eſt 11. inter epiſtol. Auguſt. dicens, *Ante Apoſtolum Paulum non ignorabat Petrus, imò Princeps fuit huius Decreti, legem poſt Euangelium non eſſe ſeruandam*. Et infrà: *Nulli dubium eſt, quin Petrus huius ſententiæ primus auctor extiterit*. Et infrà: *Petrum bene ſenſiſſe oſtendimus de abolitione legis Moſaycæ*. Tamen reuerà à puncto paſsionis ceſſaſſe, vt iidem docent, nec enim ad legis reuocationem requiritur aliud, quàm Dei voluntas, præſertim aliquo ſigno, licet obſcuro inſinuata, quale fuit illud Verbum Chriſti in cruce, *Conſummatum eſt*, licet hunc eius ſenſum propter ipſius obſcuritatem non intellexerint tunc Apoſtoli. Actuum verò 15. iam propter antecedentem Petri reuelationem certiſsimè nouerant Apoſtoli, legalium obligationem ceſſaſſe: ſed inquiſitionem fecerunt, an expediret aliqua præcipere Chriſtianis etiam conuerſis ex gentilitate, vt præceperunt Spiritus ſancti reuelatione, declarantes, à reliquis liberos manere.

32 Ad argumenta autem, quæ pro priori parte cõcluſionis facta ſunt, reſpõdeo. Ad primum quidem concedendo, promulgationẽ legis Moſaicæ fuiſſe figuram promulgationis legis nouæ factæ cum ſolennitate ſufficienti ad obligandum: & ideo obligatio illius legis reſpectu totius populi non cœpit à paſſione Chriſti: ſed à die Pentecoſtes, in quo etiam accepit completam rationem legis: nam de complemẽto eſſentiali legis eſt, fuiſſe propoſitam alicui populo, vel communitati: tamen in ratione præcepti obligauit à paſſione Chriſti Apoſtolos, qui ante mortem Chriſti nouerant ex eius reuelatione id, quod ſtatim poſt Reſurrectionem meliùs cognouerunt, baptiſmi, & legis nouæ obligationem à morte ipſius inchoandam eſſe reſpectu eorum, qui talis præcepti notitiam haberent. Vnde præceptum, quod anteà erat quaſi priuatum, in die Pentecoſtes tranſiuit in legem. Veluti ſi Rex aliquibus domeſticis præciperet, vt aliquid facerent, & deinde aliis ſubditis id faciendum publicè denunciarent, præceptum illud, quod initio non fuit cõpletè lex, ſed ſimplex præceptum, & lex inchoata, in illa publica denũciatione acciperet complementum eſſentiale legis. Hoc ſenſu intellige illud, *quia de Syon exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem*.

*Ad 1. argum. prioris partis.*

Sic etiam intellige, quod aiunt Ledeſma & Vazquez ſuprà, non eſſe de ratione legis, vt ſit ſolenniter promulgata: nam ſi Apoſtoli priuatim prædicarent, & non publicè, nihilominus præceptum Chriſti obligaret, vt inquit Ledeſma: & ſimiliter ſi Papa vellet ſuo præcepto ſine ſolẽni promulgatione obligare omnes, quibus denuntiaretur priuatim, reuerà eos obligaret, vt idem Ledeſma docet.

Item Clemens epiſt. 3. ad Iulium, & Iulianum, ex eo ſolo, quòd Chriſtus præceperit baptiſmum, colligit, omnes eo obligari: ergo etiamſi nulla facta eſſet ſolennis denuntiatio, ſed priuata obligaret ſingulos, vt ſi Apoſtoli illud priuatim denuntiarent, poſtquam Chriſtus illis dixit, *Docete omnes gentes, &c. docentes eos ſeruare omnia*, &c. Matth. vlt. fateor ergo, quòd præceptũ baptiſmi ſine ſolenni pro

promulgatione obligaret: non tamen præceptum eius eſſet lex, donec publicè, vel priuatim multitudini eſſet propoſitum: & ſic accipe, quod ait Vazquez legem Moyſi, & nouam ante ſolemnem promulgationem obligaſſe.

*Ad confirm.* Ex quibus etiam patet ad cõfirmationem: nam de ratione legis eſſentialiter completæ eſt ſolennis promulgatio:& ſic lex Euangelica non fuit lex vſque ad Pentecoſtem:fuit tamen lex inchoata,& incompleta, habens vim obligandi per modum priuati præcepti.

33 *Ad 2. argum.* Ad ſecundum reſpondeo, eadem proportione, qua obligabat præceptũ baptiſmatis, ceſſaſſe obligationem,& vtilitatem Circumciſionis. Vnde ſicut baptiſmus, à Chriſti paſſione obligabat eos, quibus propoſita erat eius obligatio,nõ verò alios vſque ad ſufficientem pro eorum terris promulgationem:ita Circunciſio ſtatim à paſſione Chriſti cœpit non obligare eos,quibus eius abrogatio, & lex Euangelica ſufficienter erat propoſita:& eodem tẽpore cœpit eſſe illis inutilis pro ſeipſis, & pro paruulis,quibus eam applicarent: ſed à die Pentecoſtes facta eſt libera, & inutilis reſpectu populi Iudaici habitantis in terra promiſſionis: & idem dico pro illis de omni remedio legis naturę, quo infantes maſculi, aut fœminæ poſſent iuſtificari. An verò pro omnibus Iudæis tunc ceſſauerit obligatio, & vtilitas Circunciſionis, dubitari poteſt: nam in die Pentecoſtes erant congregati in Ieruſalem Iudæi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt:ergo pro illis ſatis fuit tunc conſummata promulgatio Euangelij,ac proinde liberi erãt ab obligatione Circunciſionis,& aliorum legalium,& ea illis erant inutilia pro ſe, & ſuis paruulis. Licet pro Gentilibus remediũ legis naturæ non ſit tunc factum inutile: quia Chriſtus in vita ſua nec per ſe,nec per Apoſtolos cœpit illis promulgare Euãgelium:nam de ſe dixit, *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël,* Apoſtolis autem præcepit, *in viam gentium ne abieritis:* & in die Pentecoſtes non fuerunt præſentes Apoſtolicæ prædicationi. Ad hoc reſpondent aliqui, probare intra breuius tempus ceſſaſſe vtilitatem Circunciſionis pro Iudæis, quàm remedij legis naturæ pro gentibus: non tamen quod ſtatim illo die pro omnibus Iudæis per vniuerſum orbem diſperſis ceſſauerit vis Circumciſionis: quia licet fides Chriſti anteà prædicari cœperit Iudæis:tamen neceſſitas baptiſmi nõ fuit anteà pręcicata,& ideo tunc cœpit eius promulgatio: quæ non poterat diffundi humano modo in omnes prouincias,in quibus Iudæi habitabant:& ideò etiam ad hoc eſt tempus moraliter ſufficiens concedendum:ne dicamus, omnes illos paruulos fuiſſe priuatos remedio circunciſionis ante opportunum tempus, ac proinde etiam remedio legis naturæ:quia vtrumque ſimul ceſſabat reſpectu eorundem, cùm non eſſet maior ratio de vno,quàm de alio.

34 Sed inquirunt Sotus,& Medina locis citatis,an interim,dum circunciſio,vt remedium legis naturæ,poterat paruulis prodeſſe, licet non ex propria inſtitutione: ſi applicaretur paruulo à parentibus errantibus vincibiliter, & pertinaciter circa res fidei,prodeſſet illi circunciſio. Reſpondent negatiuè;quia circũciſio,& ſacramenta legis naturæ non habebãt vim ſine fide miniſtri:licet Medina addat, oppoſitũ quoque eſſe probabile, quia vt in ſacramentis legis nouæ non requiritur fides miniſtri:

*Sacramenta legis naturæ non habebant vim ſine fide miniſtri.*

ſed ſatis eſt intentio faciẽdi, quod faciunt fideles: ita dici poteſt de ſacramento circunciſionis, & aliis antiquis remittentibus peccatum originale, quaſi ex opere operato.Ego autem exiſtimo,quòd quamuis admitteretur, fidem miniſtri non fuiſſe olim per ſe neceſſariam ad effectus horum ſacramentorum: tamen illum, qui vincibiliter erraret circa fidem de extincta per ſe vi circunciſionis, & remedij legis naturæ in morte Chriſti, ſiue circa id erraret cum pertinacia, ſiue ſine illa, ac proinde ſiue amittendo, ſiue non amittendo fidem, inutiliter applicaturum iſta remedia: quia poſt paſſionem Chriſti inutilia reddita ſunt,niſi reſpectu eorum, qui cum ignorantia inuincibili Euangelij illa applicarent: vnde ſi aliqui paruuli propterea damnarentur, non eſſet imputandum prouidentiæ diuinæ: ſed parentum vel aliorum miniſtrorum culpæ. Obiicies Bern. ep. 77. dicentem, fruſtrationem Circumciſionis, & euacuationem ſacrificiorum contra peccatum originale inſtitutorum, cœpiſſe ex eo tantùm tempore cõparatione adultorum,quo noui præcepti baptiſmi rei extiterent, quia præceptum ipſum ad eorum potuit inexcuſabiliter peruenire notitiam: & addit. *Sanè paruulis,& nec dum ratione vtentibus,quia ſola nocere creditur peccati contagio:non etiam mandati præuaricatio,tandiu credendum eſt, antiqua valuiſſe ſacramenta,quandiu palam interdicta non fuiſſe conſtiterit.* Sed poſt Euangelij in toto orbe promulgationem poteſt quis ignorare inuincibiliter præceptum baptiſmi,& interdictionem veterum ſacramẽtorum: ergo tunc illi & illius paruulis prodeſſet circũciſio: quod eſt cõtra omnes.Propter hoc Vazq.diſp.181. c.5.reiicit Bern.Sed piè poſſumus illum exponere, vt ſacramẽta illa adultis eo tempore non proſint, quo nõ poſſint excuſari à violatione præcepti baptiſmi:proſint verò illis eo tempore,quo excuſari poſſint ea ratione, quia non in maiori parte orbis Euangelium ſit prædicatum: ſecus ſi alia ratione excuſentur:paruulis verò tunc incipiant non valere ſacramenta illa, quando per ſe loquendo poterat ad parẽtum notitiam peruenire eorum interdictio,licet per accidens non peruenerit.

## SECTIO VII.

*An lege veteri vetitum fuerit prædicare gentilibus,vel communicare cum illis.*

NOn quærimus de lege noua,quamuis enim Chriſtus aliquando præceperit Apoſtolis, ne Euangelium gentibus prædicarent, *in viam gentium ne abieritis.* Matth. 10. tamen eam prohibitionem abſtulit, Marci vltimo dicens. *Prædicate Euangelium omni creaturæ,*& Matth.vltimo, *Docete omnes gentes,* &c. Nec eſt difficultas de gentilibus conuerſis ad Iudaiſmum, ſeu proſelytis, qui Circunciſione iungebantur populo Dei, & eius lege, & ritibus aſtringebantur: ſed gentilibus non proſelytis,nec Circunciſis. 35

Pro parte affirm. eiuſmodi prohibitionem eſt, quòd vt Petrus baptizaret Cornelium gentilem, neceſſarium fuit, vt diuina reuelatione admoneretur Act.10.Vnde tunc primum intellexiſſe videtur, gentiles æquè ac Iudæos indifferenter vocari ad Eccleſiã: ergo anteà erat obligatio nõ communicandi cum gentilibus: & non ex lege noua:ergo



Digitized by Google

ex veteri, & Act. 11. fideles credentes ex Iudæis contra Petrum indignari cœperunt eo quòd ad gentes ingreſſus fuiſſet, & cum eis comediſſet, donec eis reuelationem narrauit, eóſque ſufficienter inſtruxit: & quòd mirabilius eſt, poſt aliquot annos timens Petrus ſcandalum Iudæorum ſegregabat ſe, & non audebat comedere cum gentibus Galat. 2. & Act. 23. conqueruntur Iudæi de Paulo eo quòd introduxiſſet gentes in templum, & polluiſſet locum ſanctum illum; & inter præcepta negatiua lata à Moyſe, quæ antiqui Rabbini poſuere vnum, vt refet Ribera. 1. de templo, cap. 16. ne gentiles permitterentur templum Dei ingredi, & Ioſephus, 8. antiquit. cap. 2. aliàs 3. dicit, non fuiſſe admiſſos intra templum Dei, niſi mundos, & cultores illius legis, & videtur colligi hoc præceptum ex Tren. 1. vidit gentes ingreſſas ſanctuarium: de quibus præceperas, ne intrarent in Eccleſiã tuam, & Ezech. 44. 7. ſufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſraël, eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde, & incircunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam.

36 Conc. Dico tamen, etiam ſi in lege veteri fuiſſet præceptum non prædicandi gentibus legem Dei, vim obligandi amiſiſſet in morte Chriſti iuxta dicta in præcedentib. de morte legis veteris, & licèt daremus, tale præceptum, & alia aliquando poſt Chriſti paſſionem manſiſſe: tamen per verba citata ex Marci vltimo, & Matth. vltimo manifeſtè reuocatum fuiſſet: quia illa verba continent præceptum contrarium. Item eſto in lege veteri fuiſſet præceptum de non communicanda ſua lege gentilibus non prius circunciſis: hoc deberet intelligi de communicatione legis veteris, non de noua. Vnde Act. 8. Philip. baptizauit Aethiopem Eunuchum, qui gentilis erat, vt teſtantur. Euſeb. 2. hiſto. c. 1. D. Thomas Ioan. 12. lect. 4. Abul. Matth. 6. q. 129. Salmeron tract. 28. & 34. in acta. Tolet. & Mald. Ioan. 12. & colligitur ex circunſtantiis perſonæ, & patriæ eius, & reginæ, cui ſeruiebat. Idẽ tenet Ianſen. cap. 111. Concordiæ. Claud. Arbor. & Alb. Ioan. 12. & Sa ibidem citans Bedam, Nicepho. 2. hiſto. cap. 6. Arator 1. carminũm in actus, qui ferè omnes Eunuchum vocant primitias gentium, & in eo impletum eſſe id Pſalm. Aethiopia præueniet manus eius Deo, putat Oecum. Act. 8. Euthym. Theodoret. ſiue Baſil. in illum Pſalm,

Nec videtur dici poſſe, id factum eſſe ex peculiari inſtinctu ſpiritus ſancti. Nam ipſemet Ethiops interrogauit. *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?* & Philippus reſpondit. *Si credis ex toto corde*, &c. Supponens per ſe eſſe licitum, & ſolùm requiri fidem tanquam diſpoſitionem neceſſariam ad baptiſmum. Accedit quòd nullum erat præceptum expreſſum in lege veteri prohibens Iudæis communicationem cum gentilibus, niſi vel in matrimoniis vel in cibis lege prohibitis, vel in quibuſdam aliis determinatis, vt tractat Abul. Leuit. 20. quæſt. 1. & ſumitur ex Ioan. 12. vbi legimus, gentiles ſolitos aſcẽdere Ieruſalem adDeum adorãdum, vtique in templo, vt colligitur etiam ex 3. Reg. 8. vnde Martinus del Rio, in verba citata thren. 1. ſciendum inquit, quòd ab ea parte templi, vbi erat ſancta ſanctorum, omnes arcebantur præter ſolum Pontificem ſemel in anno: à ſancto omnes, qui ſacerdotes non erant: ab interiore atrio omnes, qui nec ſacerdotes nec Leuitæ (de quo dixi ad Heb. 9.) ab exteriore atrio Iudæorum omnes gentes, & incircunciſi: ab atrio verò profano, ſeu gentium ſoli Ammonitæ, & Moabitæ in æternum arcebantur Deuter. 23. 3. Idumæi, & Aegiptij expreſſè à Deo iuſſi admitti. Ibidem verſ. 7. Poſt tertiam generationem. Hos tamen, vt & Chaldeos Iudæi quadam vſurpatione in perpetuum excludere conabantur, quaſi foret contra legem, vt patet actor. 21. verſ. 28. & nihilominus fauore, & gratia cum quibuſdam, vt dixi, diſſimulabant, &c. Hæc Mart. del Rio. Cui conſonat Azor, tom. 1. lib. 6. cap. 58. ad finem dicens, in oraculum ſeu ſancta ſanctorum ſolus intrabat ſum. Sacerdos ſemel in anno non ſine ſanguine: in atrium gentium omnes etiã Ethnici: in atrium Iſraelitarum ſoli Iſraelitæ: in atrium interius ſoli ſacerdotes, & Leuitę. Vnde patet, non fuiſſe omnino prohibitum Iudæis admittere gentiles ad templum Dei, & præſertim hoc eſt verum de gentilibus habentibus veram fidem, & colentibus vnum Deum, quales nonnulli erant ante Chriſti aduentum.

37 Addunt tamen aliqui recentiores, in principio non fuiſſe plenè manifeſtatum Apoſtolis, an myſteria legis gratiæ communicanda eſſent gentilibus in præputio manentibus: & ideo in principio illos non baptizaſſe, niſi prius circunciderentur, & fierent proſelyti, & ſic intelligunt locum Act. 8. exiſtimantes Æthiopem illum etſi gentilis eſſet, fuiſſe Circumciſum, & profeſſorem Iudaicæ legis, quod notauit Baronius, tom. 1. anno Chriſti. 35. ſub finem, & dicit eſſe communem conſenſum ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Sed illos non refert, nec præfati iuniores (vt dicunt) repererunt: nam Chriſoſt. qui citatur hom. 19. in Acta, ſolùm dicit, fuiſſe ex iis, qui aſcenderant adorare in Ieruſalem, & hom. 65. in Ioan. dicit, gentiles illos, qui adorare aſcenderant, parum abfuiſſe, vt fierent proſelyti. Non tamen dicit fuiſſe circunciſos; imò Theophilactus, qui maximè ſequi ſolet Chryſoſtomum, expreſsè hoc negat Ioan. 12. Dicunt nihilominus illi Iuniores, quòd dicit Baron. de illo Æthiope, eſſe veriſimilius propter reuelationem poſtea factam Petro, quæ planè oſtendit, antea nullum gentilem incircũciſum fuiſſe baptizatum: alioqui non fuiſſet neceſſaria ſpecialis reuelatio, vt Petrus baptizaret Cornelium gentilem. Fuiſſe etiam conueniens putant, vt tanquam neceſſarium myſterium, primùm paſtori omnium Petro reuelaretur. Nec enim ſine cauſa ſpiritus ſanctus non ſtatim à principio veritatem hanc Apoſtolos expreſsè docuit, ſcilicet, quia oportebat iuxta ſuauem Dei prouidentiam in principio non ſtatim tranſire ad gentes: Sed poſt ſufficientem prædicationem factam Hebræis, vt Paul. etiam proſequitur ep. ad Rom. Ergo tempus opportunum, in quo Deus diſpoſuerat, gentes admittere ad baptiſmum, Petro debuit priuſquam aliis reuelari: ſiquis etiam conſideret pietatem illius Eunuchi, & affectionem ad ſcripturam ſanctam, quam Chryſoſt. ſupra eleganter expẽdit, facile ſibi perſuadebit, fuiſſe illum legis cultorem. Vnde ex diſcurſu Actorum poterit quis progreſſum promulgationis baptiſmi, & legis nouæ intelligere. Nam primùm Iudæis facta eſt: deinde Samaritanis, tertiò gẽtilibus proſelytis, 4. gentilibus incircunciſis fidelibus, & colentibus Deum. Non autem à principio negata eſt communicatio gentilibus incircunciſis in myſteriis Chriſtianæ legis; quia id eſſet contra aliquod præceptum diuinum in re, ſed in falſa æſtimationẽ multorum,

Digitized by Google

torum, quæ fundabatur in obſeruata conſuetudine illius populi. Timebat enim ex communicatione cum gentilibus peruerſionem in fide, & moribus, & ideo etiam Chriſtiani ex Iudæis conuerſi hanc communicationem in principio vitabant, donec à Deo magis illuminati ſunt mediante Petro. Hæc recentiores illi, quibus conſonat Lorinus Act. 10. verſ. 14. dicens Petrum, cùm dixit, *abſit domine, quia nunquam manducaui omne commune*, &c. Nondum ſciuiſſe mortuam penitus legem, ac vim amiſiſſe obligandi, ideo eam ſeruaſſe, & Med. q. 103. art. 3. ait, quòd Apoſtoli adhuc poſt pentecoſtem dubitabant, vtrum legalia eſſent obſeruanda nec ne, quod probant ex hac hiſtoria Petri, & ex diſceptatione, & inquiſitione facta Act. 15. ſuper obligatione Circunciſionis, & aliorum legalium.

38 Quod verò attinet ad Eunuchum illum Actorum 8. Lyra probabile exiſtimat, fuiſſe proſelytum ſine religione Iudæum: quia legebat Iſaiam: id etiã Carth. tenet, quia venit adorare in Ieruſalem: & Baronius, to. 1. Annal. arguens erroris contrariam ſententiam, eo quòd non erat reſeratus gentilibus non proſelytis aditus ad Eccleſiam: ſed primum patuit per Petrum Cornelio: & Aethiopes cum Iudæis eadem pene ſentiebant, authore Strabone, lib. 17. vtentes quoque Circunciſione, vt teſtatur Herodot. apud Ioſephum 8. Antiquit. cap. 4. Idem tenet Bellarm. 1. de Pont. cap. 22. propter 1. rationem Baronij, & alias antecedentes; maximè quòd ipſemet Petrus indicat, ſe primum prædicaſſe gentibus, Act. 15. 17. & anteà dubitauerat, an eſſet tempus illis prædicandi, Act. 10. 10. & 20. & de diſperſis à tribulatione, quæ facta eſt ſub Stephano, ſcriptum eſt Act. 11. 19. quòd *nemini loquebantur verbum, niſi ſolis Iudæis*, & Hieron. ep. ad Saluinam, & Chryſoſt. hom. 22. in Acta Aiunt, Cornelium primum à Petro baptizatum ſalutem gentium dedicaſſe, & initium gentium ab illo factum, & Pontius diaconus Cypriani diſcipulus in eius vita ait, tam citò baptizatum eunuchum, quia iudæus erat, & de templo domini veniens Iſaiam legebat. Iren. quoque lib. 4. cap. 4. ait, *parum fuiſſe laborandum Philippo: quia deerat ſola cognitio Eunucho, aduenisse filium Dei: cæterum à Iudæis præcatechizatum fuiſſe circa Deum patrem, & conuerſationis diſpenſationem, vitæ mores, & præaptatum in timore Dei.*

39 Cæterùm fuiſſe origine Aethiopem, ac religione etiam gentilem, ſentiunt Beda, gloſſa ordin. & interlin. Hugo, & Caiet. Act. 8. & probabile ducit Lyranus ibi, & Lorinus verſ. 27. Nec de Petri prærogatiua vllum inde præiudicium fieri cenſet: nam apertè palam porta non eſt, niſi per Petrum: in tranſitu tantum aſcitus eſt Eunuchus. Quomodo ſuperſtite adhuc Chriſto pauci quidam Samaritani ac gentiles vocati ſunt ab eodem, vt mulier ſamaritana, & Chananæa, ſiue Syrophœniſſa, & alij, qui non ſuis modo id inhibuerat, *Sed ſeipſum quoque veniſſe negauerat, niſi propter oues, quæ perierunt domus Iſrael*. Mat. 15. 14. Neque obſtat profectio ad templum Hieroſolymitanum: id enim celebratum à gentilibus teſtatur Ioan. cap. 12. 20. Quod famoſiſſimum in toto orbe dicitur 2. Machab. 2. 23. & ibi Heliodorũ hoſtiam obtuliſſe refertur eod. lib. c. 3. 35. ſicut, & eodem miſiſſe munera Cyrum, & Darium Eſdras commemorat lib. 1. cap. 1. 5. & 6. Quòd legebat Eunuchus Iſaiam, id faciebat vel curioſè, vel ſtudio cognoſcendi veritatem, præſertim cum magna eſſet conſenſio inter Aethiopes

A & Iudæos in rebus pertinentibus ad religionem. Quæ ratio non iuuat contrariam opinionem (ſed nos potius) vt minus veriſimile videri debeat, ab homine etiam profeſſione gentilem adiri templũ, & legi ſacram ſcripturam potuiſſe, quam conſtat, iuſſu etiam Ptolomæi Græcè redditam. Hæc Lorinus.

Certè ſi Aethiopes tunc circuncidebantur, non oporteret hunc denuo circuncidi, vt à Philippo 40
baptizaretur, quamuis opinio communis tunc eſſet, prius debere circuncidi gentiles, quàm ad baptiſmum admitterentur. Quæ tamen opinio falſa erat, & parum cõſentanea ſcripturę, in qua ad fidẽ, & religionẽ, & myſteria Chriſti gẽtiles admittẽdos B abſolutè dicebatur, & ſine reſtrictione & cõditione prius ſe circũcidẽdi. Zach. 2. *Applicabuntur gentes multæ ad Deum in die illa, & erunt mihi in populum*, Pſalm. 48. *Loquetur pacem gentibus*. Geneſ. 49. *Erit expectatio gentium*, Pſal. 21. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes*, Oſee. 2. *Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & erit in loco vbi dictum eſt eis non populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei viuentis*. Quaſi dicat non ſolùm in populis Iudæorum quaſi illis aggregentur, ſed etiam in ipſis populis gentilium, & independenter à Circunciſione, & templo Hieroſol. vt notat Cornel. Muſſus Rom. 9. dum explicat hunc locum Oſee, quem Paulus ibi adducit: vnde Malach. 1. *In omni loco offertur* C *nomini meo oblatio munda*. Ioan. 4. venit hora quando nec in Hieroſolymis tantùm, nec in monte Garizim, ſed in omni loco adoratur Deus; quod Iudæorum patres antiqui cõfeſſi ſunt in id Pſalm. 66. *Vt cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum*. Vnde Iſai. 45. *Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua*, & cap. 42. *dedi te in lucem gentium*, &c. Sopho. 3. *Tunc conuertam ad gentes labium electum*, &c. Vide alia apud Cornel. ſuprà.

## SECTIO VIII.

*Vtrùm lex vetus iam ſit mortifera.*

D RAtio dubitandi eſt, quia ad non ſeruandum hanc legem non tenemur 41
iure naturali, vt cõſtat: nec poſitiuo, quia nullibi extat, præſertim diuinũ: humanum autem poſſet lege humana, vel conſuetudine abrogari: ergo lex vetus non eſt mortifera, ita ſaltem vt nec ex voluntate Papæ poſſint Iudaicæ cæremoniæ vſurpari.

*Non tenemur iure naturali ad non ſeruãdam legẽ veterem; nec poſitiuo.*

Dico primò, legem illam quoad iudicialia non eſſe lethalem, ita D. Thomas, Medina, & alij queſt. 104. art. 3. Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. §. nunc quod attinet. Etſi enim mutata, vel antiquata potius forma, & ſtatu illius populi, qui erat finis huiuſmodi præceptorum, ſic ceſſauerint præcepta iudicialia, vt à morte Chriſti fuerint mortua, id eſt, amiſerint obligandi vim: quia tamen principaliter non referebantur ad ſignificationem myſteriorum Chriſti futuri, ac proinde nec pertinebant primariò ad cultum proprium illius populi, idcircò non fuit poſt Chriſti mortem, nec nunc eſt illorum vſus mortiferus, quinimò ex lege Eccleſiæ poſſent aliqua ex illis, quæ expedire viderentur, obligatoria eſſe, vt affirmant D. Thomas, Medina, Valentia & alij, & nos docuimus ſect. 3. initio.

*1. Concl. Lex vetus quoad iudicialia non eſt lethalis.*



Digitized by Google

42 *1. Concl. Vſus cæremonialiũ lethalis.*

Dico ſecundò, vſus cæremonialium illius legis iam & à multo tempore lethalis eſt. Eſt de fide, & iam erat tempore Hieronymi, & Auguſtini, vt patet ex epiſt. 89. Hierony. quæ eſt 11. inter epiſtolas Auguſtini, & 9. & 19. ipſius Auguſtini. Vnde cùm Hieronymus in epiſt. Auguſtini legeret aliquid, quo oppoſitum indicari videbatur, auſus eſt ad Auguſtinum ſcribere, aliquid ſe legiſſe in ſua epiſtola, quod ſibi hæreticum videbatur, à qua ſuſpicione purgat ſe Auguſtinus, & explicat ſuam mentem ab eo errore omninò alienam, & confitetur hanc fidei veritatem, vt & Ambroſ. epiſt. 41. & tribus ſequentibus, & cæteri Patres, atque Doctores Scholaſtici in ſuperioribus relati, & inferius referendi.

Præcipuè fundatur hæc veritas in teſtimoniis Scripturæ, quibus ſect. 2. oſtendimus, legem veterem ceſſaſſe, quæ ex traditione Eccleſiæ, & communi conſenſu Patrum, & interpretum, & ex forma loquendi Scripturæ, ita intelligũtur, vt quantum ad cæremonialia non ſolùm ceſſauerit lex vetus, ita vt non obliget; ſed etiam ita vt eius vſus ſit lethalis, & Deo diſplieeat. Pſal. 39. *Sacrificium & oblationem noluiſti*, &c. quod ita interpretatur Paul. Hebr. 10. & latè proſequitur Auguſt. eodem Pſal. & eodem modo expendit Hieronymus illud Hieremiæ 31. *Conſumando domui Iſraël, & domui Iuda teſtamentum nouum, nõ ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſui Patribus eorum*, &c. Ex quo colligit Hieronymus, legalia eſſe mortifera, non tantùm gentibus, ſed etiam Iudæis, quibus Deus ibi dicit diſpoſuiſſe Teſtamentum nouum, per quod vetus ita rumpitur, vt eo vti non liceat, ſic enim intelligitur ponderatio Pauli Hebr. 8. vbi Paulus ait, Hieremiam in illo teſtimonio Iudæos vituperaſſe, & vetus Teſtamentum culpa non vacaſſe, id eſt, non caruiſſe imperfectionibus, propter quas reiici omninò debuerit quoad aliquam ſui partem, ſcilicet, quoad cæremonialia, & ideò Paul. Hebr. 7. cap. ait, *Reprobatio fit præcedentis mandati propter eius inutilitatem, & infirmitatem.* Vnde errat Lutherus Gala. 2. docens, modò etiam cum Euangelio licitum eſſe vſum Circumciſionis, vt refert Salmerom. Galat. 2. diſp. 22. vbi illum confutat; quia moyſes id prohibet ſub illis Symbolis, *Non ſeres vineam tuam altero ſemine, & ſementis quam feciſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. Non arabis ſimul in boue & aſino. Non indueris veſtimento, quod ex lana linoq; contextum eſt.* Abſurda ſanè eſſet admixtio legis, & Euangelij, qua Iudæi potius quàm Chriſtiani videremur. Et ex illa peſtifera, & hæretica doctrina Lutheri nati ſunt Eleuterobaptiſtæ, qui liberum faciunt aquæ Baptiſmum: quia Circumciſio eſt licita, & ea ſufficit: ergo non eſt neceſſarius Baptiſmus: ita refert Salmeron ſuprà: ſed ad rem reuertamur. Circumciſionem, & alia legalia interdicta iam eſſe, tenet etiam Bernard. epiſt. 77. Hugo. 2. de ſacram. part. 6. cap. 4.

44 *Tribus vel quatuor modis poſſunt vſurpari legalia.*

Pro huius rei intelligentia, Nota cum Valent. illo puncto 7. & cum aliis, tribus vel quatuor modis potuiſſe, & poſſe vſurpari legalia, ſcilicet formaliſsimè, formaliter, merè materialiter, partim materialiter, & partim formaliter. Vſus formalis eſt, ſi legalia fiant eodem ſpiritu, ſeu eadem credulitate, & cogitatione, quibus ante aduentum Chriſti fiebant à Iudæis, in quo vſu ſunt varij gradus, ſcilicet: Primus, ſi legalia fiant ponendo in eis ſpem ſalutis, ac ſi ex vi illorum poſſet homo iuſtificari, vel quaſi ad iuſtificationem eſſent neceſſaria. Et ſic conſtat, vſum eſſe pernicioſum, iuxta id Galat. 5. *Si circumcidimini, Chriſtus vobis nihil proderit*, quod maximè de hoc vſu exponit Auguſtinus: & hic vſus inuoluit infidelitatē, propterea cenſores fidei animaduertere ſolent tanquam in infideles, in eos, qui ſeruant Iudaicos ritus.

Imò hic vſus quoad priorem partem ſemper fuit illicitus; quia nunquam legalia vi propria iuſtificabant, vnde Galat. 5. *Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini*, & quoad poſteriorem fuit illicitus à paſſione Chriſti, vel ſaltem poſt Pentecoſtem, aut promulgationem ſufficientem Euangelij, quia eo tempore nec Iudæis erat vſus legalium neceſſarius ad iuſtificationem. Secundus gradus formalis vſus eſt, ſi legalia fiant, vt præfigurantia, aut promittentia venturum Meſſiam, vel aliqua myſteria Redemptionis noſtræ completa in vita Chriſti: & talis vſus etiam eſt falſus, & inuoluens infidelitatem, & ideò illicitus: & ſic procedit ratio D. Thomæ quæſt. 103. art. 4. vbi probat, perinde eſſe illicitum mēdacium in ſignificatione operis, atque in ſignificatione verborum de myſteriis noſtræ fidei. Tertius gradus eſt, ſi illa legalia fierent abſtrahendo quidem à ſignificatione rei futuræ, tamen vt permanētia in ſua inſtitutione non quoad obligationem, vel neceſſitatem: quia hoc pertinet ad primum gradum: ſed quoad vim iuſtificandi, quam anteà habebant, vel quaſi eſſent de conſilio: & iſte vſus etiam eſt illicitus propter infidelitatem admixtam.

Vſus merè materialis eſt, ſi vſurparentur non cum falſa aliqua credulitate, nec ad cultum Deo exhibendum, ſed propter alium finem, & commoditatem, vt ſi quis circumcideretur gratia ſanitatis; & iſte vſus per ſe, & ſecluſo ſcandalo licitus eſt, vt ſignificat D. Thomas quæſt. 104. art. 4. ad 1. & apertè concedunt Sotus 2. iuſt. quæſt. 5. art. 4. in fine corp. & Valent. ſuprà, & alij communiter. 44

Sic etiam Hieronymus dixiſſe videtur, hunc vſum aliquando fuiſſe licitum ad vitandam turbationem infirmorum in fide per fidei occultationem: & contra illum argumentatur Auguſtinus: quia videtur ſequi, nunc etiam eſſe licitum talem vſum: quod cenſet omninò falſum, & erroneum, & contra ipſum Hieronymum, qui ad ſummum dicit, ex diſpenſatione aliquãdo licuiſſe: & ſequenti ſect. diſputabimus, an ille vſus ſit intrinſecè malus: an verò etiam nunc ſit licitus.

Vſus medius, ſeu ex materiali, & formali mixtus eſt, ſi cæremonia veteris legis fiat, non quidem ſpiritu illius legis, nec tanquam habēs fundamentum in illa, qua ratione talis vſus materialis eſt: fiat tamen intentione cultus religioſi, vel ex proprio arbitrio, vel ex aliqua conſuetudine humana, vel ex præcepto, & inſtitutione Eccleſiæ: qua ratione ille vſus eſt formalis, & in genere religionis. De hoc eſt aliqua controuerſia inter Scholaſticos, an ſit omninò mortiferus, & quo iure. Nam Caiet. 3. part. quæſt. 37. art. 1. ait, non eſſe per ſe mortiferum vti circumciſione non ſpiritu legis veteris, ſed ad imitandum Chriſtum, ſicut faciunt Indi, qui Presbytero Ioanni parent. Quod ſi ita eſt, etiam poterunt aſſumi legalia illa ad proteſtationem excellentiæ diuinæ, vel ad ſignificãdum præcepta illa mala non fuiſſe: ſed bona, & à bono auctore. Quæ ſententia confirmatur: Primò, quia iſte vſus nullo iure prohibitus videtur. Secundò, quia 45

Digitized by Google

quia Actor.15. Apoſtoli præceperunt fidelibus abſtinere à ſanguine, & ſuffocato: & quamuis nonnulli Patres omittāt ſuffocatum, & aliqui per ſanguinem intelligant homicidium, vt videre licet apud Irenæum lib. 3. cap. 12. Cyprianum 3. ad Quirin. cap. 119. ſeu in fine, Auguſtinum epiſt. 19. Tertullianum in Apologet. cap. 9. & lib. de pudicitia, cap. 12. Pacian. tract. de pœnitentia. Amb. etiam Galat. 2. docet, Sophiſtas Græcorum id addidiſſe. Videtur autem cauſa additionis fuiſſe, vt indicat quoque Auguſtinus 32. contra Fauſtum, cap. 13. & Gauden. Brixun. tract. de Machab. vt per ſuffocata magis declararetur præceptum de immolatis, & ſanguine.

Nihilominus paſſim hæc diſtingui ſolent, vt videre eſt apud Tertull. in Apologet. cap. 9. Iuſtinū quæſt. 45. ad Orthodoxos, Origen. 8. cōtra Celſum, Nazian. Oratio. de Paſcha, Cyrill. Ieroſolym. Catecheſi 4. & canon. 62. Apoſto. & Concilia antiqua ſtatim citanda, vt notat Lorinus Act. 15. verſ. 20. adducens etiā Leonem Imperatorem nouel. conſt. 58. Et ſanè ſi quando aliquis Patrum in recitatione Decreti Apoſtolici ſuffocata præteriit, id fecit, quoniam non referebat ad rem, quam tractabat: vel quoniam nomine ſanguinis etiam eum intelligebat, qui intra animalia eſſet, vt notat Lorinus ſuprà, & Vazquez hic diſp. 182. c. 9. & Azor tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæſt. 3. Vulgata Lectio retinenda eſt: nam & Græca, & Latina exemplaria ita habent, & communi conſenſu, & traditione Eccleſiæ firmata eſt, multum etiam fauet approbatio Tridentini ſeſſ. 4. Nomine etiam ſanguinis non rectè intelligitur homicidium, vt rectè probat D. Thomas infrà Ambr. Auguſt. Gauden. & Lorin. ſuprà, quia contra malitiam homicidij nunquam fuit error, nec dubitatio inter Gentiles, vt neceſſarium fuerit ſpeciale præceptum negatiuum de illo. Prohibitum ergo fuit, comedere ſanguinem, & ſuffocatum: quod erat etiā prohibitum in lege veteri. Nec valet dicere, illud fuiſſe prohibitum, quando lex vetus non erat omninò reiecta: quia multum durauit in Eccleſia, præſertim Orientali, vt patet in Concilio Gangrenſi c. 2. quod tempore Sylueſtri celebratum eſt, & multò poſt renouatum fuit, & auctum illud præceptum in Concilio Aurel. II. canon. 19. & 20. & Vuormatienſi, can. 65. vel 63. vbi etiam citatur Concilium Carthaginenſe.

Simile argumentum ſumitur ex præcepto ſoluendi decimas; quod cæremoniale fuiſſe videtur, & in lege gratiæ renouatum eſt, adeò vt à Pontificibus diuinum appelletur, vt conſtat ex titulo de decimis, & ex cap. 1. de purificatione poſt partum, & ex multis Decretis de conſecr. diſt. 1. & ſequentibus videtur conſtare, multas legis veteris cæremonias ab Eccleſia retentas.

46 Sotus ſuprà, & Moderni, quæſt. 103. art. 3. & 4. vbi præſertim Medina, & Valent. ſuprà, & Angles quæſt. de eſſentialib. Baptiſmi, art. 9. grauiter reprehendunt dictum illud Caiet. de Circumciſione: & à paritate rationis ſentire videntur, nulla cæremonialia exerceri poſſe. Nam ſi aliquod poſſet, cur non & ſacrificia omnia, & totus ritus poſſet ab Eccleſia inſtaurari? quod dicere abſurdum eſſet. Et planè huius ſentētiæ videtur D. Thomas, quæſt. 104. art. 3. & 22. & quæſt. 87. art. 1. vbi ait, iudicialia præcepta licet ſint mortua: non tamen ita mortifera, quin poſſint per magiſtratum humanum in aliqua Rep. acceptari: cæremonialia verò ita eſſe mortifera, vt non poſſint per humanam poteſtatem iterum introduci. Quia iudicialia non erant principaliter propter ſignificationem: ſed propter vſum, & æquitatem in illis contentam: cæremonialia autem erant principaliter propter ſignificationem futurorum myſteriorum Chriſti: ideò priorum acceptatio poteſt fieri ſine præiudicio fidei, non verò poſteriorum. Eandem ſententiam videntur ſupponere communiter Doctores 4. diſt. 1. & 3. dum abſolutè dicunt, cæremonialia eſſe mortifera poſt Euangelij promulgationem, & Salmeron Galat. 6. diſp. 31. ad 3. damnat Chriſtianos Æthiopes, & Indos, quòd ſe ad Chriſtum imitandum circuncidant.

*Iudicialia nō erant principaliter propter ſignificationem, ſed propter vſum.*

Aliqui tamen hanc ſententiam moderantur dicentes, conſideranda ſunt illa, in quibus illius legis cultus principaliter conſiſtebat: huiuſmodi erant ſacrificia, ſacramenta, & ſacerdotes, quæ omnia erant etiam principaliter propter ſignificationem. De his certiſſimum eſt, ita eſſe iure diuino abrogata, vt nulla ratione vſurpari poſſint ex intentione cultus: quod ſatis probat ratio D. Thom. & confirmatur, quia Chriſtus inſtituendo vnū ſacrificium, conſequenter voluit, vt nullum aliud eſſet in ſua Eccleſia: propter quod nō ſolùm vetera illa ſacrificia, verùm etiam neque alia, quæ in lege naturæ fieri, & inueniri poſſent ab hominibus, in lege gratiæ vſurpari poſſunt: quia repugnant perfectioni, & inſtitutioni vnici, & infiniti ſacrificij, vt latè oſtendit Suarez 3. part. tom. 3. vnde fit etiam in lege gratiæ Sacerdotium aliud eſſe non poſſe præter illud, quod Chriſtus inſtituit: nam Sacerdotium, & Sacrificium correlatiuè dicuntur. De ſacramentis dantibus gratiā ex opere operato certiſſimum eſt: quia Eccleſia non poteſt inſtituere noua ſacramenta: ergo nec vetera reuocare, vel acceptare. Nam vel id faceret ex vi primæ inſtitutionis diuinæ, & hoc nō, quia ceſſauit: vel faceret per nouam inſtitutionem, & ad hanc non habet poteſtatem. Vnde conſtat, circunciſionem, quæ erat ſacramentum aliquomodò conferens gratiam ex opere operato, nullo modo poſſe iam hac via ad vſum reuocari. Sed dicit Caiet. verum eſſe de circunciſione, vt erat ſacramentum aliquomodò conferens gratiam: non verò vt eſt ſignum quoddam alterius rei, vel imitatio Chriſti. Reſpondeo tamen, ſecluſa illa ratione ſacramenti, & aliis peculiaribus legis veteris, quæ modò intendi non poſſunt, ſuperſtitioſum, inutile prorſus, & impertinens eſſe circuncidi, & in hoc velle Chriſto cōformari; in quo fuerunt rationes, quæ modò non ſunt, cùm alioqui ex ſe poſſit eſſe nociuum corpori, & ſcandaloſum. 44

*Sacerdotium, & ſacrificium correlatiuè dicuntur.*

*Superſtitioſū, & inutile prorſus circuncidi.*

Præter hæc verò erant ſacra, & obſeruantiæ in quibus eſt interdum moralis vtilitas, & decentia, ſecluſa omni ſignificatione allegorica, ſeu myſtica futurorum, & aliqua ex his ſub prædicta ratione ab Eccleſia vſurpari poſſunt. Quod obſeruauit Couar. 1. variarum cap. 17. referens Antoninum 1. part. tit. 14. cap. 5. & Maiorem 4. diſt. 3. Sed illi reuerà nihil in particulari dicunt, ſufficiēter tamen probatur exemplis adductis: ita enim reſpondet ad primum de ſuffocato: & ſanguine Auguſt. 32. contra Fauſtum cap. 13. dicens illud fuiſſe tunc prohibitum quia iudicatum eſt conueniens prohiberi ad vitandum ſcandalum, & de morticinis ibidem ait fuiſſe prohibita, eo quod morbida carò eſt, & noxia homini, & ita procedunt decreta

Conciliorũ adducta;ſic etiã vſus ſoluendi decimas retinetur;quia aptus eſt ad ſuſtentandos miniſtros Dei. Vnde D.Thom. iudiciale præceptum illud vocat,potiùs quàm cæremoniale, & eodem modo loquuntur aliqui de præcepto abſtinendi à ſanguine,& ſuffocato:quia magis retinebatur propter commoditatem,vel bonam gubernationem Reip. quàm propter cæremoniam. Sic etiam retinuit Eccleſia vſum incenſi, veſtes ſacras, & ſimilia propter decentiam, & ornatum, ſub qua ratione magis dici poſſunt morales leges, quàm cæremoniæ. In his tamen propter vitandam occaſionem erroris ſemper ſeruauit Eccleſia, vt licet in communi ratione ſit aliqua conuenientia,in particulari modo, & ritu ſemper ſit diuerſitas, ſicut obſeruauit etiam in celebratione Paſchatis, vt nũquam incidat in eum diem, in quo ſecundùm legem celebrabatur. De quo Auguſt. epiſt. 119. aliàs lib.2. ad inquiſitionem Ianuarij.

48 Hæc illi recentiores: ſed abſolutè, & ſine vlla limitatione tenendum cenſeo, cæremonias Iudaicas in eadem ſpecie per modum cæremoniarum, ſeu propter myſticam aliquam ſignificationem aſſumi non poſſe: nihil enim cogit, vt id aſſeramus.

Nam abſtinentia à ſuffocato, & ſanguine non propter ſignificationẽ ad Apoſtolis præcepta fuit: ſed ob alios fines,vnde Origenes 8. cõtra Celſum ait, *ſuffocata fuerunt ſanguine non expreſſo de mortuo, quem quia dæmonum eſſe cibum vigebat opinio inter Gentiles,ideò vt ex eius nidore illi paſcantur, propterea inhibita ſunt, ne illorum nutrirentur cibo:neu nobiſcum iſtiuſmodi ſpiritus coalerentur, ſi ſuffocatis veſceremur.* Imò magna pars victus humani, vt ait Magnetes apud Turrian. 1. contra Magdeburg.cap.5.dæmonibus erat dicata,& eandem cauſam indicat Paul.1. Cor.10.nu.20. & 21, & priora illa verba Actorum 15. *contaminationes idolorum*, Aug.32.contra Fauſt. cap.13.ait, in ea prohibitione reſpectum habitum fuiſſe ad Iudæos, qui abhorrebant ab his eſcis, & ad antiquius tempus Noë, in cuius arca omnium gentium Eccleſia præfigurata eſt,& in cuius tempore hoc vetuit Deus Geneſ.9. vnde hoc non fuit proprium illius legis, nec Hebræorum: ſed commune ipſis & Gentilibus.Clem.lib.6.conſt. ca.12. conſentire videtur,affirmans,in lege naturæ etiam ante diluuium hæc eadem ſeruata eſſe: & Arias Montanus Actor. 15. in illud *ſuffocatis & ſanguine*, ait,etiam in pręceptis filiorum Noë duo hæc fuiſſe non ſine magna ſignificatione, quæ interim per Chriſtianos ex gentibus factos obſeruanda cõmendabant Apoſtoli, donec ipſa veritas Chriſti manifeſtè omnibus eluceſceret:ne omninò Chriſtiani ex Iudæis abalienarentur à Gentilibus, & vt auferretur à Iudæis anſa calumniandi Chriſtianam diſciplinam, dicentibus, ab ipſa non excipi etiam cæremonialia omnibus olim gentibus ſingulari cum ſignificatione tradita.

*Suffocatum quodnam interdictum.*

Turrianus 1.cõtra Magdeb.cap.5.& lib.6.conſt. Clemens cap.12. arbitratur, ſuffocatum id duntaxat prohibitum fuiſſe, quod erat immolatitium. Hac verò ratione idololatria excepta veſci licuiſſe iſto & ſanguine, & idolothyto, ſeu ſi ſcandalum deforet,aut ſi conſuetudo in naturam iam conuerſa non abhorreret:idémque iudicium eſſe de capto animali à beſtiis, & de morticino, quæ nimirum quoque ad idolorum cultum pertinebant. Hoc propter ſanguinem retentũ, illud propter beſtias, quas gentes pro Diis colebant: vt liquet auctoritate Iſichij Leuit.22.

Valentia diſp.7.quæſt.7.punct.7. ad.5. cum D. Thoma quęſt.103.art.4.ad 3.ait,id non fuiſſe pręceptum ad cultũ, ſed materialiter in alium finem vt ſcilicet poſſet faciliùs ex Iudæis, & gentibus vnus populus coaleſcere, ſi in eo genere abſtinentiæ ſeſe Gentiles cum Iudæis,qui maximè à ſuffocato abhorrebant, in communi conuictu conformarent,eadem ratione aſſignat Sotus 2.iuſt.quęſt. 5.art.vlt.ad finem.

Lorin.Act.15.verſ.20.vtraque inquit ratio impuliſſe potuit Apoſtolos ad eam legẽ ſcribendam, tum ſuperſtitioſa in Gentilibus talium eſcarum vſurpatio,tum religioſa Iudęorũ ab iiſdem propter diuinum præceptum abſtinentia. Quamdiu autem Chriſtiani in eadẽ abſtinẽtia propter legẽ Apoſtolicam perdurabant, inter teſtamenta,vt ait Tertul. botulos illis cruore diſtẽtos admouebãt Gentiles, certiſſimi ſcilicet illicitũ eſſe penes illos, per quod exorbitare eos volebant. Conſtat hoc idem teſtimonio Minucij in Octauio, & Blandinæ Martyris apud Euſeb. 5. hiſt.cap.1. Eccleſia Latina nuper hanc abſtinentiã à ſanguine, & ſuffocatis negligit, quam immeritò hoc nomine inſectatur Theodor. Balſamon tom.1 Bibliot.patrum.Et ſi hodie Gręci ab his abſtinent putantes,ſe hac lege adhuc teneri, ſuperſtitioſi ſunt: quia neminem nũc ligat, & eius obſeruatio ſapit cæremonias veteris legis, inquit Lorinus, ſi verò quòd naturaliter ab huiuſmodi cibo abhorrent, vel honeſta alia de cauſa reprehendi non debent, in quibus verbis inſinuat Lorinus,legem prædictam apud Iudæos cæremonialem fuiſſe.Quod licet daremus, tamen negaremus apud Apoſtolos eſſe cæremonialem, cùm non reſpexerint ſignificationem: ſed fines indicatos, qui quoniam vniuerſè, & prorſus ceſſarunt, ceſſauit lex ipſa: contraria etiam conſuetudine abrogata videtur. 49

Stultè autem Luther. quadam concione errorem Cõcilio Apoſtolico appinxit, quoniam decreuerit neceſſaria eſſe opera, & legis obedientiam. 50 Nam viſum eſt ſpiritui ſancto,& illi Concilio, imponere illud præceptum ob fines prædictos, & nihil cæremoniale, vt cæremoniale iniunxit. Qui in præcepto abſtinentiæ à ſanguine homicidium caueri docent, vel tropologicè, vel argumento à minori, vt plerique ex citatis auctoribus faciunt, ferendi ſunt, ita vt tria illa prohibita ab Apoſtolis reſpõdeant tribus illis poſitis à Paulo ad Titum 2. *Sobriè, iuſtè, & piè viuamus.* Sobriè abſtinendo à fornicatione,iuſtè à ſanguine,rapina,& violentia, piè ab idolothytis ſeu idololatria,& impietate.

Non intenderunt Apoſtoli eo præcepto vitium gulæ comprimere, ſunt enim alia ciborum genera multò delicatiora,& guſtui iucundiora:quæ vitanda potius fuiſſent. 51 Nec reſpexit Deus ad ſalutem corporis, vt voluit Eucherius Geneſ.9. quia ſaluti officit morticina caro. Et mirum eſt potuiſſe Eugubinum ibi ſibi perſuadere in illis verbis, *Carnem cum ſanguine non comedetis*: homicidium tantum inhiberi: ibi enim poſt præmiſſum eſum quorumlibet animalium mox ſubiungit Deus, *Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis*. Nec docebit Eugub. *Comedere carnem cum ſanguine*, phraſi ſcriptura eſſe occidere hominem: ſed intenſo odio expetere alicui mortem, vt Pſal. 26.2. Iob 31. quamuis his locis non dicitur cũ ſanguine Chryſoſt. homil.27. in Geneſ.

Digitized by Google

in Geneſ. illum locum exponit de ſuffocato, quod prohibetur Leuit. 17. Caiet. de carne ſeu animali viuo: Lyra, Abul. & Carth. ne viuum ex animali membrum abſcindatur ad eſum: ne comedatur ſuffocatum: ne captum venatu, vel aucupio, ne ſeparatus ab animali ſanguis. Breuius, & melius Lor. cum aliis, ne comedatur ſanguis in animali incluſus, vel ab eo ſeparatus. Vide alia in Lorino Act. 15. verſ. 20. Soto ſuprà, Azor tom. 1. lib. 6. cap. 23. ad finem, & Vazquez diſp. 182. cap. 9. qui inter alia dicit, canonem ſexageſimum ſecundum Apoſtolorum, quem optimè deffendit Apoſtolorum eſſe Turrianus ſuprà, & decretum Apoſtolorum Act. 15. non eſſe renouatum, vt communiter aſſeri ſolet, in Concilio Gangrenſi canone 2. nam verba Concilij ſunt, *Si quis carnem edentem præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum cum religione, & fide condemnat, velut ſpem propter huiuſmodi præceptionem non habentem, Anathema ſit.* In his autem verbis potius videtur licentia dari comedendi iſta omnia, modò illud fiat ſana conſcientia: anathematizat enim eos, qui damnant comedentem huiuſmodi cibos cum bona conſcientia, hoc eſt, non credentes illicitum eſſe. Cæterùm ne à communi ſententia recedamus, dicere poſſumus, reuerà hîc reuocari canonem Apoſtolicum: nec enim eſt credibile à Concilio Gangrenſi, quod prouinciale fuit, reuocari, maximè cum illa forma non ſit reuocatoria: nec verò ſupponi iam reuocatum ab aliquo Pontifice, vel Concilio generali: nullum enim veſtigium talis reuocationis habemus. Et ſi reuocatum tunc iam eſſet, non renouaretur poſteà, vt renouatum videmus, & fatetur Vazquez à Conciliis Aureli. & Vuormatiẽſi, & à Leone Imperatore, nec in Theodori Pœnitentiario manuſcripto inueniretur pœna iniuncta iis, qui veſcerentur ſuffocato: nec huius præcepti tanquam vigentis meminiſſent Patres ſuperiùs citati: nec denique etiam nunc ſeruaretur à Græcis. Deinde illa particula, *præter*, manifeſtè inſinuat manentem prohibitionem, ſenſumque hunc indicat. Si quis edentem carnem, excepto ſanguine (qui ad carnem quoque pertinet,) & immolato, & ſuffocato, (quæ edere prohibitum eſt,) ſi quis, inquam, talem damnat, affirmans non poſſe habere ſpem conſequendi vitam æternam, eo quòd ſit violator præcepti prohibentis eſum carnis, Anathema ſit.

52 *Dubium.* Deinde Vazquez dubitat, quomodò præceptum illud quòd cæremoniale fuiſſe videtur, renouari ab Eccleſia potuerit: nam, vt omnes cum Hieronymo, & Auguſtino docent, poſt ſufficientem Euangelij prædicationem omnia cœremonialia pernicioſa ſint, & nullum renouari queat: alioqui Eccleſia poſſet nunc victimas animalium præcipere, quod eſt abſurdum. Reſpondet, inter præcepta cæremonialia quædam fuiſſe tradita in figuram Chriſti, qualia fuerunt præcepta de ſacrificiis, & de circunciſione: quædam autem, vt aliqua prohiberentur habentia ſpeciem ethnicę ſuperſtitionis, vt edere ſuffocata, & ſanguinem effuſum, vt notauit S. Thom. quæſt. 102. art. 6. ad 1. Nam inter pretioſa ſacrificia, quæ diis offerebantur, computabantur carnes ſuffocatę, & ſanguis ipſe, de quibus immolantes comedebant; vt teſtatur Origen. 8. contra Celſum, & Strabo lib. 15. geographię agens de Indorum moribus: vt colligit Turria. lib. pro canonib. cap. 5. ex Magnete apologetico 3. contra Theoſtenem, qui inter varia, quæ mactabãtur diis,

*Ethnicorum in ſacrificandis victimis ritus.*

enumerat quadrupedes nigros ſuffocatos in ſcrobibus, & foueis. Quæ ſacrificia pretioſa à gentilibus putabantur, vt inquit Strabo, quia ſic totum animal diis cõſecrabatur, videlicet, cum ſuo etiam ſanguine. Hæc ratio colligitur ex Leuit. 17. Vbi ſanguinis eſus prohibetur; quia cum anima carnis in ſanguine ſit, voluit Deus ſibi in altari pro peccatis offerri, vt ſimul etiam illo cultu ritum idololatriæ de medio tolleret, qui partim in eſu ſanguinis idolis oblati conſiſtebat. Sic poſſet modo Eccleſia prohibere, ſi opus eſſet, vt olim prohibuit propter ſpeciem idololatrię, eſum idolothytorum: ſed iam hæc prohibitio neceſſaria non eſt, cùm illæ gentilium cæremoniæ inter fideles non extent.

*Sanguis oblatus in altari pro peccatis in veteri lege.*

Aliam huius prohibitionis rationem aſſignat Cyrillus Catecheſi 4. *Quia multi feri homines, & more canum viuentes ſanguinem lambebant in modum ſæuiſſimarum belluarum; ſuffocata verò crudeliter vorabant.* Hanc rationem reiicit Vazquez, quia non videtur ſufficiens ad prohibendum vniuersè eſum ſanguinis, & ſuffocati, etiam cum igne præparata ederentur. Aliam rationem aſſignat Auguſtinus 32. Cõtra Fauſtum, c. 13. Quare Apoſtoli hoc præceperunt Act. 15. vt rem facilem, neque obſeruantibus oneroſam, in qua gentes cum Iſraelitis conuenirent, aſſignarent, & ita duo parietes in angulari lapide coniungerentur. Vazquez illam de idololatria rationem magis probat, certumque arbitratur, licet in Leuitico non eſſet prohibitus eſus ſanguinis ad vitandam ſpeciem idololatriæ: tamen ea de cauſa eſum ſanguinis, & ſuffocati eſſe ab Eccleſia prohibitum. Addit Geneſ. 9. illis verbis *Excepto quòd carnem cum ſanguine*, &c. Non eſſe prohibitum homicidium, vt putauit Eugub. Nec eſum ſanguinis, vel abſcindẽdo membrum viuum ex animali, vel comedendo ſuffocatum, vel ſeparatim ſangninem ipſum, vt putarunt Lyra, Abul. & Carth. Sed ſolùm eſum carnis viuę, vt docuit Caiet. Nam cũ Deus dixiſſet, *& omne quòd mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*, congruè addidit, *excepto*, &c. Nempe vt nihil viuum comedatis: & ita pro eo quòd in vulgata eſt. *Carnẽ cũ ſanguine nõ comedetis*, in Hebręo eſt. *Tantùm carnẽ in anima ſanguine ipſius non comedetis*, id eſt, in anima, quę eſt ipſius ſanguis, quia ſanguine vita animalis conſeruatur. Hoc autem prohibuit Deus, quia ferinũ, & inhumanum. Quòd verò poſteà ſequitur, *Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum*, duobus modis ait Vazquez intelligi poſſe.

Primus eſt, vt particula, *enim*, pro, *&* vel, *autẽ*, ponatur, nullamque cauſam præcedentis reddat: ſed nouum indicet præceptum prohibens effuſionem ſanguinis humani, ita, vt de manu beſtię ille etiam requirendus ſit, eo quòd, vt quidam volunt, poſteà Exod. 21. lata fuerit lex, vt bos, qui percuſſerit aliquẽ, obrueretur lapidibus, nec carnibus eius quiſquam veſceretur. Verùm cum ſcriptura dicat, cunctarum beſtiarum, & poſteà ſolùm contra quaſdam beſtias lex lata fuerit, alio modo hic locus intelligi debet: primo quidem per hyperbolem, ad denotandum quantum Deo hoc crimen diſpliceret: ſecundò, vt aliquid ſuppleatur prius, cuius hæc verba cauſam reddant, ſicut in ſcriptura ſæpe fit, nempe, *Nolo vos aut cibi, aut vindictæ, aut voluptatis cauſa ſanguinem humanum fundere: ſanguinem enim animarum veſtrarum*, &c. Littera autem Hebraica ad vtrumque anceps eſt: nam particula aliquando *quæ*, aliquando, *quia*, ſignificat.

Denique

Denique eodem modo, & ob eandem cauſam prohiberi poteſt, & prohibitum in Eccleſia fuit, ne vllus veſceretur carnibus captis à beſtia: quia etiam ſanguis retinebatur intra illas, & ita rationem ſuffocati habebant. Vide Vazquez diſp. 152. & quæ nos diximus diſp. 10. ſect. 1.

53 Vide etiam Martinum del Rio, Geneſ. 9. verſ. 3. & 4. vbi 1. cum Chryſoſt. hom. 27. Theodor. quæſt. 55. docet, ante diluuium licuiſſe carnibus veſci; ſed poſteros Seth illis abſtinuiſſe: poſt diluuium autem ſignificaſſe, non fore ſibi ingratum, ſi carnibus deinceps æquè atque oleribus veſcantur; quia plantarũ vis diluuio debilitata fuit. Sic Deus conſuluit humanæ neceſſitati, vt benè Nouatian. ep. de cibis Iudaicis; & male Tertul lib. contra pſychicos, cap. 4. id humanæ incontinentiæ indultum dixit. Male etiam Pythagorei nefas putabant animal occidere, & veſci. Vnde Ouidius metamorphoſi extrema.

*Heu quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi,*
*Congeſtóque auidum pingueſcere Corpore Corpus,*
*Alteriúſque animantem animantis viuere letho.*

Non refellitur ciborum delectus, de quo Clemens 2. Pædagogi, cap. 1. & latiùs Bellarm. 2. de bonis operib. cap. 7. Pugnaret, inquit Rius, cum Dei permiſsione lex Eccleſiæ, ſi carnes ſemper, & omnibus prohiberet. Hebraicè habetur, *Carnem in anima ſua in ſanguine ſuo non comedetis.* Id eſt, non comedetis carnem cum anima ſua, quæ eſt ſanguis, vt egregiè poſt Chryſoſt. & Auenezram tradidit Eugub. Hieronymus ad ſenſum breuiter reddidit, carnem cum ſanguine. Prohibentur duo modi ſanguinem edendi; vnus eſt ſanguinis adhuc exiſtentis in animali viuo, aut ſuffocato, aut morticino. Alius eſt ſanguinis iam ab animali ſeparati, coagulati, vel liquidi, ita Eucherius. Addit. *Seder goſam*, membrum animali viuo exciſum interdici eſui. Sed hoc reducit Rius ad priorem modum. Lutherus ibi putat, ſenſum eſſe viui corporis carnibus abſtinendum. Ne ſicut milnus pullos, aut lupus oues vorat, nos crudas, & palpitantes, & calido ſanguine ſtillantes partes voremus. Quæ opinio fatua Rio videtur: quippe non Leſtrigonibus, vel Cyclopibus: ſed Noe, & Seth filiis lex ferebatur. Ratio huius præcepti poſitiui eſt, vt homines ab homicidio deterrerentur. Nec id immeritò cauebatur. Nam gentiles poſteà vſque ad ſanguinis humani potum prorupiſſe refert Tertul. apolog. cap. 9 Renouatum ab Apoſtolis, Act. 15. durauit eius obſeruatio temporibus Tertul. dict. cap. 9. & Minucij in Octauio; & vſque ad Bedam, & Rabanum, vt ex huius pœnitentiali patet. Demum (neſcio quando) Eccleſia permittente, per non vſum poſterior comedendi ſanguinis modus, ſed non bibendi liber factus: forte quando ceſſauit ſuſpicio, & periculum idololatriæ de carnibus immolatis: nam hanc cauſam fuiſſe huius Apoſtolicæ prohibitionis quidam tradiderunt. Vide Turria. 6. conſt. Apoſt. cap. 12. *Sanguinem enim animarum*, &c. Id eſt mihi adeò pretioſus eſt ſanguis veſter, vt etiam à brutis, quæ hominem necarint, requiram. Fecit Exod. 21. num. 28. *Si bos percuſſerit*, &c. Hæc ex Rio retuli, quia duo contra Vazquez ſuprà docet. Primum eſt, quod dixit contra Lutherum. Secundum verò, quod in vltimis verbis continetur. Lector eligat. Non damno opinionem Vazquez circa primum, quamuis Lutheri ſit: quia expreſsè etiam eam tenent Diodor. ibi apud Franciſ. Zephirum, & alij catholici ſuperiùs citati, & quoad 2. dictum Rius probabiliter loquitur: ſed Theodoretus explicat, in die reſurrectionis ſanguinem humanum requirendum de manu beſtiarum omnium, vt corpori reſurgenti reddatur.

*Sanguinis eſus in veteri lege quare prohibitus.*

Ad argumentum factum de decimis, reſpondeo, præceptum de decimis, qua parte poſitiuum erat, iudiciale fuiſſe, vt docet D. Thomas 2. 2. qu. 87. art. 1. & Azor tom. 1. lib. 7. cap. 34. quæſt. 4. Ideò ab Eccleſia retineri, aut renouari potuiſſe. Iam enim ſuperiùs oſtendimus, præcepta iudicialia retineri, ac reuocari potuiſſe à gubernatoribus Reip. & licèt ſint mortua poſt Chriſti mortem, nunquam tamen facta fuiſſe mortifera.

## SECTIO IX.

*Quando legalia cœperint eſſe mortifera.*

HIERONYMVS epiſt. 89. quæ eſt 11. inter epiſtolas Auguſtini, & Galatas 2. tria dicit: Primùm, legalia fuiſſe à principio mortifera. Aliqui intelligunt, à puncto, quæ lex mortua fuit, quodcunque illud ſit, & Hieronymum nunquam explicuiſſe, quòd à puncto Paſsionis, vel Reſurrectionis fuerint mortua, aut mortifera. 54

*Sententia Hieronymi.*

*Legalia principio fuerunt mortifera.*

Sed certè quamuis Hieronymus id clarè non dixerit, ſatis id inſinuauit, tum quia in ea epiſt. referẽs Auguſtinum dicentem, à tempore Paſsionis, & Reſurrectionis fuiſſe bona: ſed nõ neceſſaria ad ſalutem; ipſe ſine vlla limitatione tenet, non fuiſſe bona, nec indifferentia: ſed mala: & abſolutè, ac ſine vlla reſtrictione docet, in nouo teſtamento, ſeu poſt Euangeliũ Chriſti, ſemper fuiſſe mala, & prohibita Iudæis, & Gentilibus: tempus autem Euangelij, & nouũ Teſtamentum ſcribat cœpiſſe à morte Chriſti: ergo ex eo tempore ſenſit, legalia non ſimulatoriè, ſed ex animo ſeruata, eſſe non ſolùm mortua, ſed etiam mortifera: & ita Hieronymum interpretatur Valentia, diſput. 7. quæſt. 7. punct. 7. Vazquez diſp. 181. cap. 2. num. 15. & diſp. 182. cap. 2. num. 9.

Fundamenta quibus Hieronymus in hoc dicto nitebatur, referam poſteà, & diluam.

Secundùm Hieronymi dictum eſt, Apoſtolos nunquam ex animo vſos fuiſſe legalibus tempore prædicto: ſed per quandam ſimulationem ad vitandum ſcandalum, & damnum ſpirituale Iudæorum. Nam ſi Iudæi viderent legem ab Apoſtolis non ſeruari, vel non conuerterentur ad fidem, vel conuerſi ab ea recederent. Ait autem Hieronymus, Apoſtolos ſic vſos legalibus ex quadam diſpenſatione: vbi nomine diſpẽſationis, vt notat Adrian. in 4. quæſt. 1. de Baptiſmo, §. ad partem oppoſitam, & Vazquez diſp. 181. cap. 2. num. 10 non intellexit Hieronymus præcepti relaxationem: ſed prudentem vſum, & adminiſtrationem loco, & tempori conuenientem: in quo ſenſu eadem voce vſus eſt Chryſoſtomus in id Galat. 2. *Cum veniſſet Petrus Antiochiam*, &c. & paulò antè, & lib. de Sacerdotio œconomiam eam vocans, & paſsim alij Patres: nec verum eſt quod quidam dicunt, *Quam non videtur ſatis intellexiſſe in Hieronymo Auguſtinus epiſt. 19. exiſtimans diſpenſationem hoc operari, vt mendacium non ſit mendacium.* Nam Auguſtinus perfectiſsimè vim vocis, & ſenſum Hieronymi intellexit,

Digitized by Google

tellexit, ſed colligebat tanquam abſurdum, ſi ex diſpenſatione licitum erat ſimulare, licitum quoque eſſe mentiri: nam ſimulatio ipſa mendacium eſt: quod tamen nulla diſpenſatione, ſeu œconomia licitum eſſe poteſt.

Tertium dictum Hieronymi eſt, Totum illud factum Galat. 2. tam Petri ſeparantis ſe à Gentibus, quàm Pauli reprehendentis Petrum, factum eſſe per ſimulationem, hypocriſim, & fictionem, atque ſecretam conuentionem, & concordiam, ſeu ex compoſito inter illos, vt illo modo efficacius donarent neophitos ex Iudæis, cæremonias legis non eſſe neceſſariò ſeruandas, cùm viderent Petrum acquieſcere reprehenſioni Pauli. Hoc ſibi ſuaſit Hieronymus, vt Petrũ excuſaret à crimine, & Paulũ à procaci reprehenſione Paſtoris vniuerſalis, maximè cùm in eo notare videretur, quod ſępius ipſe fecerat: nã 1. Cor. 9. ait, Iudæis factus ſum Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem, & Act. 16. Circumcidit Timotheum, qui erat ex patre Gentili, & matre Hebræa, & cap. 18. Totundit ſibi caput in Cenchris, & cap. 21. ex conſilio ſeniorum, inter quos vnus erat Iacobus, cum quatuor Iudæis ſe purificauit, vt templum ingrederetur, ne verũ videretur, quod de eo dicebatur, docere diceſsionem à Moyſe.

Propter quod Marcio notauit in Apoſtolos, quòd aliquid eis tunc deeſſet ad perfectam notitiam Chriſtianæ religionis, & quòd Paulus aliam formam religionis induxerit præter eam, quam Petrus, & alij prædicauerunt, vt refert Tertul. lib. de præſcriptionibus, cap. 23. qui Marcionem impugnat eod. cap. & 4. lib. contra Marcio. cap. 3. Porphy. etiam in Paulo arguebat, id in Petro damnaſſe, quæ ſæpius ipſe fecerat, vt refert Hieronymus, epiſt. 89. quæ eſt 11. apud Auguſtinum, & ipſemet Auguſtinus epiſt. 19. Quare deceptus eſt Eraſmus annotat, ad Hieronymum, illa epiſt. 89. dicens, ſe ignorare, quem errorem ſecutus eſt Porphyrius circa legem Moyſi, cùm neque legem, neque Euangelium crediderit. Eraſmum reprehendit Marius Vict. annot. ad eandem epiſt. nu. 15. oſtendẽs ex Hieronymo errorem Porphyrij fuiſſe, quod Paulum circa hoc reprehẽderit. Iulianus Apoſtata in Petrum conuitia iactauit, teſte Cyrillo 9. contra Iulianũ, in fine, eò quòd varius fuerit, & nũc more Gentilium, nunc Iudæorum vixerit. Et ſanè ſi peccauit Petrus in eo facto, eius peccatum videbitur alicui fuiſſe graue: quia inducebat Gentes in grauem errorem contrarium Euangelio.

55 Reſpondent aliqui, Cepham, de quo Galat. 2. non fuiſſe Petrum Apoſtolum, ſed vnum ex 72. diſcipulis Chriſti, vt docuit Clemens Alexandrinus 5. Hypotypoſeon, quem refert & ſequitur Euſeb. 1. Hiſto. cap. 12. & Oecumenius Galat. 2. & confirmatur, quia auctor epiſtolarum, quæ Martialis nomine circumferuntur, in titulo ſe appellat Apoſtolum Martialem Cepham: & Paulus Galat. 2. Principem Apoſtolorum appellat Petrum, non Cepham. Sed illum Cepham fuiſse principem Apoſtolorum docet Hieronymus Galat. 2. & ſupponunt ipſe, & Auguſtinus epiſt. citatis: & probatur: quia Galat. 2. dicitur de Cepha, Ioanne, & Iacobo, *Qui videbantur columnæ eſſe*, & 1. Corinth. 15. Chriſtus primò apparuit Cephæ, id eſt, Petro, & Chriſtus illũ appellauit Cepham, id eſt, Petrum, cùm anteà vocaretur Simon. Quod verò etiam Martialis dictus fuerit Cephas, nihil refert.

56 Vt igitur à tanto peccato Petrus excuſetur, ait Hieronymus, ſimulatoriè egiſſe: quod planè dicit textus. Vide Vazq. diſput. 182. cap. 1. num. 5. & ſeq. *Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi.* Et ſimulationem etiam in rebus ad religionem pertinentibus ex cauſa aliqua licitam eſſe ſuadet Hieronymus Galat. 2. *Quia Chriſtus venit in ſimilitudinem carnis peccati, vt peccatum damnaret in carne*, &c. Et Luc. 24. *Finxit ſe longius ire*, vt inuitaretur à Diſcipulis. Et Ieſu 4. Reg. 10. Finxit ſe velle ſacrificare Baal, vt eius ſacerdotes occideret. Hoc ipſum probat Adrianus quæſt. illa 1. de Baptiſm. §. ad partem oppoſitam: quia Ioſuë cap. 8. cum ſuis militibus de præcepto Domini parauit inſidias ciuitati Haim, & receſſere loco ſimulantes metum, & fugientes. Quod explicans Auguſt. lib. quæſtionum in Ioſuë, inquit, *Quando iuſtum bellum geritur, vtrum ex inſidijs an apertè pugnetur, nihil ad iuſtitiam intereſt.* Et idem Adrian. ibidem §. ſed maior eſt difficultas, probat ex 4. Reg. 5. vbi Naaman Syrus mundatus ab Eliſeo, dixit ei, *Hoc ſolum eſt, de quo depreceris, Dominum pro ſeruo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remon, adorante eo in eodem loco: vt ignoſcat Dominus mihi ſeruo tuo pro hac re.* Quibus verbis videtur veniam poſtulaſſe, vt poſſet ſimulare in eo euentu cultum idolorum. Eliſæus verò annuens petitioni eius dixit: *Vade in pace.* Idem confirmamus ex 1. Reg. 21. vbi Dauid ſe finxit ſtultum coram Achis, vt euaderet: & Paulus 1. Corinth. 4. aliorum perſonam induẽs. *Hæc*, inquit, *fratres, transfiguraui in me, & Apollo propter vos.* Et in bello licere ſtruere inſidias, & vti ſtratagemate, ex vſu omniũ perſpicuum eſt; vnde Virgil. *Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat.* Et ſaltem ſimulatio licita videtur, quando quis non intendit alium decipere, ſed eius deceptionem occaſione ſui facti euenturam permittere ob aliquem honeſtum finem. Neque factis non impoſitis ad ſignificandum, ſed naturaliter ſignificantibus eo modo, quo effectus ſignificat cauſam: vnde oriri ſolet, mendaciũ videtur. Vnde Hieronym. epiſt. citata ad Auguſtinũ ſic ſcribit: *Nec me putes magiſtrũ eſſe mendacij, qui ſequor Chriſtum dicentem, Ego ſum via, veritas, & vita.* Ioan. 14. *Nec poteſt fieri, vt varietatis cultor mendacio colla ſummittam.* Et ibidem: *Ego, imò alij ante me expoſuerunt cauſam* (ſcilicet quare Apoſtoli aliquando legalia ſeruauerint) *quam putauerunt non officioſum mẽdacium defendentes, ſicut tu ſcribis: ſed docentes honeſtã diſpenſationem, vt & Apoſtolorum prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis Porphyrij impudentiam coërcerent, qui Petrum, & Paulum puerili inter ſe dicit pugnaſſe certamine, imò exarciſſe Paulum in inuidiam virtutum Petri, & ea ſcripſiſſe iactanter, quæ vel non fecerit, vel ſi fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehẽdens, quod ipſe cõmiſerit.*

Simulatio in rebus religionis licita eſt ex cauſa aliqua.

Quando bellum iuſtũ geritur, vtrum ex inſidijs, an apertè pugnetur, nihil intereſt.

Pro hac ſententia faciunt verba illa textus, *In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat*, Si bene expendantur: nam, Κατὰ πρόσωπον, ſignificat idem quod in ſpecie, & apparenter, vt interpretantur Chryſoſtom. & ſequaces, vt 2. Corinth. 10. *Quæ ſecundùm faciem ſunt, videte*; vbi etiam habetur, cata proſopon, & cap. 5. *Vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.* Nec obſtat illud verbum, *Quia reprehenſibilis erat*: nam Ambroſius, & Græci legunt, *Quia reprehenſus erat*, ſcilicet à Iudęis, vt addit Caietanus de hoc, quòd cum Gentilibus manducaſſet: vt ergo intelligeretur imme- 57

ritò à Iudæis reprehenſum fuiſſe, illum in ſpecie reprehendit, eò quòd à Gentilium cõmunicatione ſe ſubtraxiſſet; vel *reſtiti ei in faciem*, eò quòd iam ab ipſis Gentilibus fuerat reprehenſus. Veriſimile enim admodũ videtur, nonnullos ex Gentilibus, cum quibus ederat ante aduentum Iudæorum, propter quos ſe à Gentilibus poſteà ſubduxit, illũ admonuiſſe, cur ita ageret, & cur faueret cæremoniis, quas certò ſciret, & coram Gentibus diceret, extinctas eſſe, & inutiles. Et licet legamus; *reprehenſibilis erat*, vt legit Hieronymus: tamen ipſe ſic explicat; *Quod autem*, ait, *reprehenſibilis erat, propterea media temperauit, vt intelligamus, non tam à Paulo eum fuiſſe reprehenſibilem, quàm his fratribus, cum quibus anteà edens, ſe ab eis poſteà ſeparabat.* Verba autem illa: *Cùm vidiſſem, quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij*; intelligit Hieronymus dicta nõ de Petro, & Barnaba; ſed de Iudęis, ob quorum emnedationẽ oportuit Petrum apparenter reprehendere. Citat Hieronymus pro ſua ſententia, & tota expoſitione huius loci, Galat. 2. Septem antiquos Græcos, Origen. Didymum, Appollinarem Laodicenſem, Euſebium Emiſſenum, Theodorum Heracleotem, Alexandrum veterem hæreticum, & Ioannem Chryſoſtomum 1. de Sacerd. ad finem Galat. quem poſtea Græci ſecuti ſunt, Theophyl. & Oecum. & Caſſian. collatio. 17. cap. 20. ſed malè citatur Theodoretus: in eãdem expoſitionem inclinat Adamus, qui etiam præfert ſententiam Hieronymi quoad primum dictum: & eandem ſequitur Adrianus quæſt. 1. de Baptiſmo, art. 1. & eãdem defendi poſſe ait Maior 4. diſt. 3, quæſt. 1. & Salmeron Galat. 2. diſp. 23. ait, ſententiam Hieronymi à multis valde probabilem exiſtimatam fuiſſe: quia & aliis Scripturis nõ deſtituitur, & interpretationi Patrum nititur: & Valentia diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. ait, adhuc tanquam probabilem ſuſtineri poſſe. Nec obſtare putat, quod notant Caiet. quæſt. 103. artic. 4. Sotus 2. iuſt. quæſt. 5. art. 4. oppoſitam ſententiam confirmatam eſſe auctoritate Concilij Florentini, vbi cùm definitum eſſet, legalia poſt Chriſti paſſionem eſſe mortua, ſubiunxere Patres: *Non tamen negat ſancta Synodus, licuiſſe illa obſeruare ante ſufficientem Euangelij promulgationem: modò ad ſalutem neceſſaria eſſe crederentur.* Nam hic locus in Concilio Florentino non reperitur, & licet reperiretur, ſolùm poſſet colligi, opinionem contrariam non fuiſſe damnatam in eo Concilio: quia non ait, *Definit ſancta Synodus*: ſed, *eam nõ negat*. Vazquez etiã diſp. 182. cap. 3. in fine ait, verba illa non reperiri in decreto Eugenij, nec in litteris vnionis. Salmeron autem Galat. 2. diſp. 23. ait, opinionem Auguſtini, vt meliorem prælatam eſſe à Concilio, ſed cum opinione Hieronymi componi poſſe. Angleſ. q. de eſſentialib. baptiſmi art. 9. ait, Concilium Florentinum definiſſe, legalia poſt ſufficientem Euangelij promulgationem eſſe mortifera, ſed neque hoc ibi inuenio.

58 *Sentẽtia Aug.* Sed Aug. ep. 9. & 19. ad Hieronymum quatuor dicit. Primum, in quo conuenit cũ Hieronymo, legalia fuiſſe mortua à tempore paſſionis, & reſurrectionis Chriſti. De qua re abundè diximus ſuperius. Secundum, in quo etiam conuenit cum Hieronymo, obſeruationẽ legalium ponendo ſpem in illis, quaſi neceſſaria eſſent ad ſalutẽ poſt paſsionẽ Chriſti, ſemper fuiſſe mortiferã, iuxta id Pauli Galat. 5. *Si circuncidimini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Ratio eſt, quia talis intentio erat contraria veritati fidei, & ſupponebat, legem viuam eſſe, & neceſſariam neceſſitate medij, vel præcepti.

Pro quo nota, dupliciter potuiſſe ſpem poni in operibus legis. Primò abſolutè, & ſine relatione ad Chriſtum, & gratiam eius, & conſequenter fundatam in bonitate operum, quam habebant ex libero arbitrio, & viribus naturæ: & ſic ſemper fuit mortiferum ponere ſpem in illis, vt diſp. ſeq. latiùs dicetur.

Secundò reſpectiuè, & in ordine ad Chriſtum: eo tamen modo, quo legalia per ſe, & ex vi antiquæ inſtitutionis illum reſpiciebant; quæ ſpes fundabatur in pretio promiſſo, & nondum ſoluto: Et hoc modo vult Auguſtinus, ponere ſpem in legalibus à morte Chriſti lethale fuiſſe, cùm iam pretium fuerit ſolutum. Et ſimiliter inniti illis tãquam in rebus neceſſariis ad ſalutem neceſſitate medij, vel præcepti: quia baptiſmus, & alia pertinentia ad legem nouam, erant ad ſalutem ſufficientia: ergo legalia non erant neceſſaria.

Tertium dictum Auguſtini eſt, legalia fuere licita à paſſione Chriſti vſque ad ſufficientem promulgationem Euangelij. Hoc idem contra Hieronymum tenet D. Thomas, quæſt. 103. art. 4. ad 2. & ibi Caiet. Medina, Conradus, & reliqui Thomiſtę, Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. Vazquez diſp. 182. cap. 2. & ſeqq. Sotus 2. iuſt. quæſt. 5. art. 4 Bonauentura 4. diſt. 3. art. 5. quæſt. 2. Scotus quęſt. 4. §. quantum ergo, Maior, quæſt. 1. & quæſt. 2. §. Circa illud, & diſt. 1. Vbi Rich. art. 6. quæſt. 4 Durandus, quæſt. 9. num. 7. & 8. Palud. quæſt. 6. art. 5. con. 4. Gabriel, quæſt. 4. art. 3. dub. 3 Hugo, 2. de ſacram. part. 6. ca. 4. & quæſt. 6. in epiſt. ad Gal. vbi Salmeron diſp. 23. & 24. & cap. 6. diſp. 31. Ludouicus Legionenſis, ca. 2. eiuſdem epiſto. Cornelius Muſſus in id Rom. 2. *Circũciſio quidem prodeſt*, &c. Beda Acto. 16. & 18. 59 *Legalia fuere licita vſque ad ſufficientem promulgationem Euangelij.*

Probatur primò: quia decebat, non ſtatim à Chriſti paſsione, vel reſurrectione legalia prohiberi, tum ad conuerſionem Iudæorum, tum ad honorem illius legis, & Dei, qui illam tulit. Si enim ſtatim prohiberetur, indicaretur, aliquomodò illam legem malam fuiſſe, ac proinde vel non fuiſſe à Deo latam, vel Deum legem malam tuliſſe: proptereà ergo permiſit deus vſum legalium, vt lex illa iam mortua cum honore ad tumulum duceretur, & ſepeliretur. Quæ eſt ratio Auguſtini, & reliquorum, quos citaui.

Sed nota, quòd tunc non erat licitum vſurpare illas cęromonias ad ſignificandã Chriſti paſsionẽ, vt futurã, & idem eſt de aliis myſteriis iam factis: nam talis ſignificatio iam erat falſa, ſed ad ſignificandam ſubiectionẽ Deo debitam, vel interiorem cultũ, vel ſanctificationẽ, vel ſimilia, vel quatenus referebantur ad illa myſteria ſecundùm ſubſtantiã abſtrahẽdo à tẽpore futuro, & ab aliis circunſtantiis, quę ſignificationem falſam redderent. Vt bene Sotus 2. iuſt. quæſt. 5. art. 4. & Capreol. 4. diſt. 3. q. 3. art. 3. & in ſimili dixit D. Thomas, 2. 2. quæſt. 1. art. 3. & quæſt. 87. art. 1. ad argumenta; ſicut etiam circunciſio in Chriſto, & purificatio in Virgine non idem ſignificabant, quod in aliis. Idem eſt de baptiſmo in B. Virgine: non enim ſignificabat in ea abſolutionem à peccato præcedenti, ſicut in aliis. Erat etiam licitum, illa legalia exercere ad alios fines, qui nullam ſignificationem continerent, vt ad vitandam aliqua ſcandala, vel incommoda animi, vel corporis, propria, vel aliena.

Secundò

Digitized by Google

*exercuerunt legalia poſt promulgationē Euangelij.*

Secundò probatur aſſertio iſta Auguſtini: quia A Apoſtoli legalia interdum exercuerunt poſt paſſionem Chriſti ante promulgationem Euangelij, ſed non eſt credendum ipſos peccaſſe: ergo vſus ille tunc erat licitus.

60 Quartum dictum Auguſtini eſt, Apoſtolos ſeruaſſe legalia ex animo ſine fuco, vel ſimulatione vel fictione: quia ex ſimulatione ea exercere eſſet mendacium, ac proinde peccatum. Hoc dictum, vt iacet, eſt expreſsè contra Hieronymum: nam ipſe, vt retulimus, dixit, Apoſtolos ſeruaſſe legalia ſimulatè, & fictè: neque tamen in eo peccaſſe, vel mentitos fuiſſe. Aliqui tamen quantum ad honeſtatem, vel turpitudinem ſimulationis conantur Auguſtinum cum Hieronymo conciliare, vt ſimulatio formalis ſemper mendacium, & peccatum ſit, & de hac ſimulatione intelligendus ſit Auguſtinus: ſimulatio verò materialis mēdacium non ſit, ſed licita aliquando; & de hac intelligendum eſſe Hieronymum. Simulationem materialem dicunt eſſe, quando aliquis non intēdit alium decipere, ſed facit aliquid ob aliquam aliam ſignificationem, quæ vera ſit, vel ob alium finem: prævidet tamen eius deceptionem, & ipſam permitit, ſeu vult permittere: vnde D. Thomas 2. 2. quæſt. 111. art. 1. ad 1. ait. *Dicendum eſt, quòd ſicut Auguſtinus dicit in lib. de quæſtionib. Euangelicis, cap. 51. non omne quod fingimus, mendacium eſt, ſed quando id fingimus, quòd nihil ſignificat, tunc eſt mendacium. Quādo autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem, non eſt mendacium: ſed aliqua figura veritatis, & ſubiungit exemplum de figuratiuis locutionibus, in quibus fingitur quædam res, non vt aſſeratur ita eſſe: ſed eam proponimus in figuram alterius, quod aſſerere volumus. Sic ergo dominus in Euangelio finxit ſe longiùs ire, quia compoſuit motum ſuum, quaſi volentis longiùs ire, ad aliud figuratiuè ſignificandum, ſcilicet quòd ipſe ab eorum fide longè erat, vt Greg. hom. 23. in Euang. dicit: vel, vt Auguſt. dicit, quia cum longiùs receſſurus eſſet aſcendendo in cœlum, per hoſpitalitatem quodammodò retinebatur in terra,* &c. & ad 2. ait, *quòd quando Hieronymus ait, ſimulationem interdum eſſe vtilem, & aſſumendam, vtitur largè nomine ſimulationis pro quacunque fictione.* Quòd verò ait, D. Thomas eodem art. & Caiet. ibi, & ipſe atque alij ſummiſtæ, verbo, ſimulatio, & Vazquez diſp. 182. cap. 4. & 5. Simulationem in factis eſſe mendacium, & peccatum, intelligunt recentiores illi de ſimulatione propriè dicta, rigoroſa, & formali: qua etiam diſtinctione vtitur Vazquez diſp. 182. cap. 8. num. 68. de ſimulatione materiali explicans illud Chriſti, *finxit ſe longiùs ire*, maximè cùm potuerit tunc Chriſtus animum habere longiùs eundi, ſi à diſcipulis non inuitaretur, & ita eo motu nihil falſum Chriſtus ſignificaret. Vbi etiam, & c. 4. bene notat Vazquez hanc eſſe differentiam inter ſignificationem vocum, & rerum: quòd vocibus non poſſumus vti, niſi in communi ſignificatione: quia ſunt impoſitæ ad ſignificandum ex humana inſtitutione, & per ſe ordinantur ad communicationem inter homines, quæ labefactaretur, ſi voces extraherentur à propria ſignificatione. Rebus autem, quæ non ſunt inſtitutæ ad hominum communicationem, nec impoſitæ ad ſignificandum, vti poſſumus ad ſignificandum omne verum, quod illis ſignificari poteſt, licet aliquis aliquam falſam ſignificationem concepturus ſit: ſed cap. 3. & ſequentibus Hieronymus interpretatur de ſimulatione formali, & cap. 4. ait, Hieronymum ſenſiſſe, mendacium ex cauſa honeſta licitum eſſe, & non eſſe appellandum mendacium, ſicut nec homicidium auctoritate Dei factum, eſt dicendum homicidum. Cæterùm melius Adrianus, & nonnulli recentiores dicunt, Hieronymum nūquam aſſeruiſſe, ſimulationem quę eſſet mendacium, Apoſtolis tribuiſſe: iam enim verba Hieronymi adduximus dicētis, in illa ſimulatione Apoſtolorū, mendacium nullū fuiſſe.

*Voces impoſitæ ad ſignificandum ex humana inſtitutione.*

Quidquid autem ſit de mente Hieronymi, dicunt illi recentiores, ſimulationem materialem nec ſecundùm Auguſtinum damnandam eſſe: quia Apoſtoli videbant multos ex Iudæis ſeruare legalia, vt neceſſaria, & ex actionibus Apoſtolorū occaſionem ſumebant ad exiſtimandum, Apoſtolos idem ſentire, & nihilominus Apoſtoli actiones illas exercebant, diſſimulantes, tolerantes, & permittentes Iudæorum ignorantiam, vt conſtat ex facto Patri, & colligitur ex verbis Iacobi, & facto Pauli Actorum 21. ergo aliqua erat ſimulatio abſque mendacio. Si autem Hieronymus ſenſit, ſimulationem formalem eſſe licitam, cum eo ſentiendum non eſt: quia illa mendacium eſt; ſiquidem ex factis ſignificare velle cōtrarium ei, quod ſentis, aliumque velle decipere, & fallere: mendacium autem ſemper eſt illicitum, & nulla de cauſa honeſtari poteſt, vt docet D. Thomas 2. 2. qu. 110. art. 3. & Auguſtinus libris de mendacio, & contra mendacium tom. 4. & locis citatis, & omnes communiter, præſertim Innoc. III. cap. ſuper eo de vſuris: quamuis cōtrarium ſenſerit Caſſian. collat. 17. cap. 15. & ſeqq. & lib. 5. de inſtitutis cap. 37. & 39. Euſtratius 3. ethic. cap. 1. Marti. de magiſtris tract. de fortitud. quæſt. 5. de martyrio. Imò penè omnibus videri ait Aug. lib. 3. quæſtionum in Leuit. quęſt. 68. eandē ſententiā tenuit Orig. lib. 6. in epiſt. ad Galat. citatur etiam 10. Stromatum, ſed ſtromata ſunt Clementis Alexandrini magiſtri ipſius. Idem tenet Chryſoſt. hom. 32. & 53. in Geneſim, Plato lib. 3. de Repu. Maximus Tyrius. ſer. 3. Vnde non mirū, ſi Caſſianus collat. 17. cap. 10. dicat, Apoſtolos ex ſimulatione licitè obſeruaſſe iudaicas cæremonias. Pro nulla igitur re mentiendū, aut cum formali ſimulatione agendum eſt: *quia non ſunt facienda mala, vt inde eueniant Bona.* Rom. 3. ſecus de materiali ſimulatione, vt in comœdiis, tragœdiis, Apologis, & parabolis: & in illo facto Chriſti, & Dauidis, & in factis Ioſue, & aliorum, qui in bello vtuntur inſidiis, & aliis ſtratagematum generibus, non intendendo (ſi bene agunt) deceptionem, ſed deceptione aliorum, quam permittunt in ſuum vtendo commodum. Exempla autem Iehu, & Naaman non ſunt à nobis defendenda, præſertim cùm verſentur in materia idololatrię, in qua certum eſt, vt docent Hieron. & Aug. ſuprà, non eſſe licitam talem ſimulationem, & ita reſpondet D. Thom. 2. 2. quæſt. 111. art. 1. ad 2. loquens de Iehu. Eliſæus autem non probauit factum Naamani: ſed indicauit ſe oraturum pro illo, vt ſi fortè illud peccatum committeret ſuppoſita pœnitentia illi remitteretur: Vazq. diſp. 182. cap. 8. qui de Iehu ait, non poſſe excuſari, niſi fortè per ignorantiam: quia verbis ſimulauit, & mentitus eſt, & Naaman non petiiſſe licentiam ad ſimulandam idololatriam: ſed orationem pro illo, ſi in illud peccatum laberetur.

Quamuis autem daremus Hieronymo, licitam fuiſſe ex ſimulatione obſeruationem legalium 61

tempore Apoſtolorum: tamen id non eſſet concedendum tempore Hieronymi, vt docet Auguſtinus illa ep. 19. Poſtquam enim ex opinione Hieronymi intulit tanquam abſurdiſſimum, & fidei contrarium, quòd modo etiam licitum eſſet ex ſimulatione ſeruare legalia, ſacrificia illa offerre, ſabbatha obſeruare, filios circuncidere, &c. ait, *Quòd ſi reſpondeas, vt te ab hac purges ſententia, tunc Apoſtolos iſta laudabiliter ſimulaſſe, ne ſcandalizarentur infirmi, qui ex Iudæis multi crediderant, & ea reſpuenda nondum intelligebant: nunc verò confirmata per tot gentes doctrina gratia Chriſtiana, confirmata etiam per omnes Chriſti Eccleſias lectione legis, & prophetarum, quo modo hæc intelligenda, non obſeruanda recitentur: quiſquis ea ſimulando agere voluerit, videatur inſanire: cur mihi non licet dicere*, &c. Iam ergo & à multis temporibus nulla ſubeſt cauſa ſeruandi ſimulatè legalia, quod verum eſt de ſimulatione etiam materiali: nam nec iſta aſſumi poteſt in rebus fidei ſaltem abſque neceſſitate: modò autem non eſt talis neceſsitas, ergo non eſt vnde talis ſimulatio materialis honeſtari poſsit, licet gratis concederemus, tempore Apoſtolorum licitam fuiſſe: quia tunc erat neceſsitas illius, & illa non eſt intrinſecè mala. Vnde etiam ſi ſimulatio formalis non eſſet intrinſecè mala, (quod negamus) aſſumi non poſſet tempore Apoſtolorum: quia non eſſet neceſſaria, cum ad vitandum ſcandalum Iudæorum ſimulatio materialis ſufficeret. Deinde etiamſi formalis ſimulatio in aliis rebus parui momenti ſolùm ſit venialis: tamen in rebus fidei eſt peccatum mortale grauiſsimum contra confeſsionem fidei, vel etiam contra religionem, vt probat Vazquez diſp. 182. cap. 5. quia eſt falſum contra fidem aſſerere factis, quod perinde eſt, atque id aſſerere verbis, vel ſcriptis. Si ergo Apoſtoli ſimularent, ſe ſentire cæremonias legis eſſe neceſſarias: quia ſciebant id eſſe contra fidem, peccarent mortaliter contra confeſsionem fidei, veluti ſi ſimularent ſe eſſe idololatras, & idola pro diis habere. Vnde omnes docent, eſſe contra fidei confeſsionem, etiam metu mortis aſſumere veſtes ſacerdotales alienæ religionis, aut res alias ad eius ſignificationem inſtitutas, vt indicent ſe eſſe illius religionis: & alioqui modò etiam liceret ſeruare cæremonias iudaicas, ne ſcandalizaretur aliquis infirmus, qui errore inculpabili arbitraretur eſſe modò neceſſarias: quia ſic audiuit à viro, quem exiſtimat eſſe doctum, & veracem. Conſequens eſt abſurdum: ergo.

61 Quintum Auguſt. dictum eſt, reprehenſionem Pauli Galat. 2. non per ſimulationem fictam, aut conuentionem, ſeu compoſito factam fuiſſe: ſed ſimpliciter ſine fuco, aut ſimulatione. Pro ſe adducit Ambroſiũ in cõmentariis illius loci, & Cyprianum epiſt. 71. quamuis loca non indicet: eandem ſententiam indicauit Epiphanius Hæreſi 41. & tenent Anſel. & ferè omnes alij poſt Auguſtinum præſertim Vazquez diſp. 182. cap. 6. & alij citati pro tertio dicto.

*Simulare formaliter eſt mendacium, & peccatum.*

Probatur primò, quia ſimulare formaliter eſt mendacium, & peccatum: ſed non eſt dicendum in ea reprehenſione peccaſſe Paulum, & fuiſſe mentitum: ergo nec ſimulaſſe. Cõfirmatur: quia ſimulare reprehenſionem veram, & fingere peccatum, quod in eo non erat, eſſet illum falsò infamare. Hoc autem eſſet peccatum: ergo.

Probatur ſecundò: quia licet, *cata proſopon*, in aliis

A locis idem ſignificet quod in ſpecie, ſiue iuxta externum ſchema, & ſecundùm apparentiam: hîc tamen idem eſt, quod in publico, ſeu coram aliis: dum enim Paulus narrat cauſam reprehenſionis, ſubdit: *prius enim quàm quidam veniret à Iacobo, cum gentibus edebat*, ſcilicet Petrus: & poſteà; *Sed cum vidiſſem quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij*, ſcilicet Petrus, & alij ſubducentes ſe à gentilibus, *dixi Cephæ coram omnibus*. Hoc idem eſt, *reſtiti in faciem*, id eſt palam in ipſius, & aliorum præſentia, ſic enim 2. Cor. 10. *in facie quidem humilis ſum inter vos*, ideſt in præſentia, *abſens autem confido in vobis*, & Actor. 25. *Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, donec is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores*. Græcè pro, *præſentes*, legimus,

B *cata proſopon*. Item licet Ambroſius, & Græci legant, *quoniam reprehenſus erat*, tamen veriſimile eſt, in Græco olim fuiſſe *catagnoſtos*, id eſt, dignus reprehenſione, ſeu reprehenſibilis, ſicut interpretatur ipſe Hieronymus, & habet editio vulgata, cui ſtandum eſt. Et licet omnes textus Græci habeant, *catagnomenos*, ideſt, reprehenſus, tamen benè poteſt accipi, *reprehenſus*, pro, *reprehenſibilis*, vt benedictus pro, benedicibilis, laudatus pro laudabilis, amatus pro amabilis, vt 2. Reg. 1. Saul, & Ionatas amabiles Hebraicè amati, ſeu dilecti: vnde Septuaginta verterunt, *igapimeni*, dilecti, vnde Syriacus textus Galat. 2. habet, *in faciem illum coargui,*

C *quoniam offendebantur in eo*. Hoc eſt, reprehenſibilis, ſeu reprehenſione dignus erat. Non autem dicit, quia ego tunc illum iudicabam reprehenſione dignum; ſed quia dignus erat reprehenſione: ergo non ſimulatè tantùm, ſed verè illum reprehendere debuit, & non ſimulatè: ac proinde ita credere debemus, ipſum reprehendiſſe. Confirmatur, quia vel ſubducere ſe à gentibus habebat incõmodũ in ordine ad progreſſum Euãgelij, & ſalutẽ Gentiliũ, vel non: ſi non, ergo nec ſimulata reprehenſio erat neceſſaria: ſi verò ſubductio erat incõmoda, meritò, verè, & ſine fuco debuit, & potuit reprehendi à Paulo: ergo fruſtrà fingimus ſimulationes, præſertim ſi à Hieronymo formales ponerentur: quia

D tales, vt diximus, ſine mendacio, ac proinde ſine peccato contingere non poſſunt. Et multò minus dicere poſſumus, ſimulatè, fictè, & non verè dixiſſe Paulum, quoniam reprehenſibilis erat: quia ſic ſcriptura, & Deus mentiretur, ſeu falſum diceret: loquitur enim Paulus affirmando, vt ſcriptor canonicus, & ex motione Spiritus ſancti: præterea ipſemet Galat. 1. cap. 1. ait, *Quæ autem ſcribo vobis, teſtificor coram Deo: quia non mentior*. Ergo, niſi dicamus, eſſe periurum, nec vt priuata perſona, nec vt Scriptor canonicus mentiebatur.

Expoſitio ergo Auguſtini amplectenda eſt tanquam conformior vulgatæ; & ipſius Hieronymi editioni, præſertim cum textui Græco rectè ac-

E commodetur, & nihil vrgeat ad ponendam fictionem, ſed magis ad diminuendam illam: & id magis ſit conſentaneum intentioni Pauli, quæ erat, oſtendere, quanta libertate, & conſtantia libertatem Euangelicam defenderit. Quod non ita efficaciter probaret, ſi res per ſimulationem, & fictionem acta eſſet. Simulabat quidem Petrus materialiter iudaiſmum, quoniam licet non haberet intentionem decipiendi Iudæos, vel Gentiles; tamen id efficiebat, ex quo ſciebat, aut ſcire debebat occaſionem aliquam ſumere poſſe, aut ſumpturos ſic iudicandi: tamen Paulus non ſimulauit, quin potius

Digitized by Google

tius reprehendit Petri ſimulationem,& noluit admittere eam ſimulationem circumcidendi Titum, *Quibus*, inquit, *neque ad horam ceſſimus*,&c. Quomodo ergo ſimulatè tantùm,& non ex animo Petrum reprehenderet? Et ſuperior ſanctè poteſt reprehendere prælatum etiam publicè : quando ſecreta monitio non ſufficeret, aut eſſet minus idonea, ſicut in caſu propoſito. Nam licet veriſimile ſit,Petrum ſecreta Pauli correptione emendandum fore:tamen non haberet Petrus apud Iudæos tantam excuſationem redeundo ad communicationem Gentilium , quantam publicè à Paulo admonitus. Deinde id fecit Paulus ſeruata reuerētia Petri,& cum debita moderatione,non dicens Petrū peccare, ſed nudè oſtendendo incommodum, quod ex eius ſimulatione ſequebatur : nempè quod cogebat Gentiles iudaizare; cùm tamen ipſe Gentiliter viueret,& non iudaicè. Vnde in Paulo fortitudo,& charitas,in Petro patientia, & humilitas commendatur, ſimul cum ingenij ſuaſibilis lenitate, & ſapientia. Nam *ſi corripueris ſapientem, intelliget diſciplinam*. Prouerb.19. Et Petrus poſteà ſuum correptorem laudauit maximè 2. Petri vlt. de eius in hac re patientia, & modeſtia. Vide Cyprian.epiſt.ad Quintum.

62 Sed dubitabis, primò ; an verè Petrus in ea ſimulatione peccauerit. Quidam dicunt,lapſum,& defectum illum , vel formaliter apud Deum culpam non fuiſſe, vel venialem ad ſummum. Nam ſanè operabatur , & neceſſitate quadam compulſus : quia ex vtraque parte timebat ſcandalum , & damnum hinc Iudæorum, illinc Gentium, & non erat facilè diſcernere,quodnam erat maius,magiſque vitandum : & ideò in eorum fauorem inclinauit,quorum ſpecialem curam ſuſceperat,& qui erant eius fratres ſecundùm carnem. Deinde materia in indiuiduo videbatur leuis, quia non videbatur vnum damnum notabiliter maius alio , & per inaduertentiam potuit excuſari,& fuit excuſatus ab omni peccato ſaltem mortali. Nam in mortale incidere non potuit,cùm per aduentum Spiritus ſancti fuerit in gratia confirmatus.Et ad reprehenſionem nō requiritur peccatū mortale, vel veniale;ſed ſufficit imprudētia, inaduertentia,vel incircunſpectio aliqua:ita Vazq.diſp.182.c.7.vbi rectè probat,Petrum non rectè conſideraſſe circumſtātias,ob quas magis (licet non peccauerit)expediebat tunc retinere ritum Gentiliū , quàm ad Iudaicum redire:ideò meritò reprehenſum à Paulo.

*Dub.primum.*

*Petrus per aduentum Spiritus ſancti in gratia confirmatus.*

63 Alij etiam abſolutè,& determinatè dicunt, Petrum verè non peccaſſe : meritò tamen, & verè fuiſſe à Paulo reprehenſum. Quod eleganti diſcurſu probat Ludouicus Legionenſis Galat. 2. Summa eſt , per Chriſti mortem legibus obliteratis Moſaycis, hæc duo pro certis à Hieronymo, Auguſtino,& vniuerſis Theologis haberi : vnum, pernicioſum deinceps fuiſſe legalia ſeruare , vt ſaluti neceſſaria. Alterum,illis Apoſtolorum temporibus licuiſſe omnibus legalia exercere, quoties id Euangelij,aut ſalutis aliorum cauſa poſtulaſſet, licet tunc Hieronymus ſimulatè faciendum putarit: Auguſtinus verò ex animo ſeruandi illa, & ſine fuco,aut ſimulatione. Quibus addendum etiam tanquam certum apud omnes, tunc non licuiſſe ſeruare legalia cum aliorum ſcandalo,& offenſione. Quod ſi timeretur ex obſeruatione quoſdam eſſe offendendos , alios verò ex neglectu, certius, aut grauius damnum fuiſſe vitandum. Si res ex natura rei offendit , ſtatim vitanda eſt, ſi ex aliorum infirmitate, & inſcitia , poſtquam id nouerimus. Factum Petri ex ſua natura nullam ruinæ præbebat Antiochenis cauſam:ſed ex eorum ignorantia , & infirmitate. Nam cur exiſtimaret Petrus Antiochenſes ſibi perſuaſuros , ſe cenſore legalia neceſſariò ſeruanda eſſe, apud quos ipſe toties de abrogata lege ſuam ſententiam declaraſſet verbo,& opere? Neque ſi eorum cauſa,qui è Hieroſolymis venerant,ſe pauliſper ab Antiochēſium menſa,& conuictu ſubtraheret, vereri debuit , ne idcirco mutaſſe ipſum ſententiam Antiochenſes putarent : ſed putauit,ipſos intellecturos , Iudæorum infirmitati id concedere. Itaque Antiochenſes magis offenderunt in facto Petri, quia non attentè rem conſiderarunt, quàm quòd Petrus de ſe malè iudicandi vllam iuſtam cauſam illis præbuerit. Neque iſta Antiochenſium exiſtimatio tota ſubitò eſt orta ſtatim , atque Petrus ipſorum conſortia vitauit ; ſed poſteà quando plures alij ipſius exemplo idem fecerunt. Sic enim dicitur Galat. 2. *Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi , ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illā ſimulationem*.Subtrahentium ſe numerus adeò creuit , vt Anthiochenſes ab omnibus Iudæis, cum quibus anteà viuebāt, præter opinionem ſuam deſertos, & vt apparebat,ſpretos ſe viderent:quod grauiter mouit, atque pupugit illorum animos, & fortè aliqui decreuere,iudaicè viuere.Paulus animaduertēs,quod bono conſilio à Petro cœptum erat , longè in diuerſum euadere , foreque , vt Antiochenſes Iudæi efficerentur, aut Euangeliorum remitterent,ex facto Petri , & aliorum indignatione concepta , decreuit,Petrum publicè corrigere , vt Iudæi, qui ſe exemplo Petri ſubtraxerant , ſi qui eorum fortaſſe putabant,legalia neceſſariò vitanda , Petro corrupto tacente , & acquieſcente admonitioni Pauli, ſuum errorem deponerent , & Antiochenis communicātes,ipſorum animos lenirent, & in profeſſione Euangelica ſeruarent. Petrus ergo non peccauit,ſed ob Antiochenſium,& Iudęorum bonum corripi à Paulo debuit , & ab incœpto deterreri, quod ſi proſequeretur , peccaret. Et id ſignificat, *In faciem ei reſtiti*, id eſt,publicè me oppoſui : *quia reprehenſibilis erat* : quamuis Græcè habeatur , reprehenſus. Idem tamen ſignificat, Hebræo more, & Syra editio habet, quia offendebātur in eo,&c. Vide alia,ſi placet,in Ludouico Legionenſi. Cornelius Muſſus in id Rom.2.*Circumciſio quidem prodeſt,ſi legem obſerues*,&c.ait,ſi fortè peccauit Petrus, eius peccatum fuiſſe leuiſſimum. Valent. diſp.7. quæſt.7.punct.7. ait , peccaſſe ſecundum D.Thomam,& Auguſtinum,ſed peccatum fuiſſe veniale, Idem tenet Angles,quæſt.de eſſentialib.Baptiſmi, art.10. Salmeron Galat.2.diſp.23.& 24.ait,peccaſſe, ſed eius peccatū leue fuiſſe,nimirum cuiuſdam leuis incircūſpectionis,& incogitantiæ,& addunt Bezam confitentē,*non peccaſſe in doctrina,ſed in certo facto:quia videlicet dum Iudæorū infirmitati cupit conſultum,Euangelicam veritatem in diſcrimen adducit*.

*Petrus peccauit, ſed peccato leui morem gerendo Iudæis.*

Vazquez diſp.182. cap.7. vt dixi,etiam à peccato veniali Petrum excuſat, non à defectu inaduertentiæ,& incautæ, atque intempeſtiuæ obſeruationis legalium:quæ etiam concedenda eſt,licet daremus , quod alicui dicunt , antequam Petrus ſe ſubduceret à menſa Antiochenſium , illos admonuiſſe de cauſa illius ſubdūctionis. Imò Salmeron ſuprà ait,id non fuiſſe ſufficiēs, vt omninò excuſe-



Digitized by Google

tur à peccato. Paulum verò omninò à peccato excuſat, (vt & omnes faciunt) quia ſciebat tunc licitã eſſe obſeruationem legalium, idq; faciebat tempeſtiuè abſque vllo ſcandalo, & offenſione, &c. addit autẽ, quod caput ſibi dicitur totõdiſſe in Cẽchris, Act. 18. melius exponi de Aquila, qui id vouerat. Nã textus ait, *Nauigauit in Syriam Paulus, & cum eo Priſcilla, & Aquila, qui ſibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum.* Vbi Sa ait de Paulo, vel de Aquila iuxta varias opiniones debere intelligi. Alij in plurali legunt, totonderant, & vouerant, & exponũt de priſcilla, & Aquila, vt Iſidorus 2. officiorum cap. de Tonſura, & Beda ibi obſeruat, in quibuſdam codicibus legi in numero multitudinis, & Baron. to. 1. annaliũ ait, ſe ſic legiſſe in codice quodam manuſcripto, & falsò tribuit Chryſoſt. quod de Priſcilla, & Aquila interpretatur, vt notat Lorinus ibi: vbi etiam ait legendum in ſingulari: quia ita habent omnes textus Græci, & Latini, & Syri, Chriſoſt. atque Oecum. & intelligendum de Paulo Hieron. epiſt. 11. apud Aug. & cum ipſo Aug. ep. 19. Beda, & Oecum. Act. 18. vbi etiã Arias Montanus.

64 *Dub. 2.* Dubium ſecundum, an quando Iudæis licitum fuit ſeruare legalia ſeriò, & ex animo ſecundum Auguſtinum, idem gentibus licuerit. Aliqui abſolutè negant, & conſequenter aiunt, ſemper legalia Chriſtianis conuerſis à Gentilitate fuiſſe mortifera, ita Salmeron Galat. 6. diſp. 31. & ad 2. & Galat. 2. diſp. 22. §. dixit ergo Paulus. Alij dicunt, ſaltem à tempore Concilij Apoſtolici Act. 15. fuiſſe illis prohibita. At ibi nullum eſt verbum prohibens; ſed tantùm declaratur talem vſum non eſſe gentibus neceſſarium: nec inuenio vllum fundamentum prohibitionis ſpecialis. Vnde Auguſtin. epiſt. 9. & 19. ſimpliciter dicit, fuiſſe illo tempore licitum vſum legalium: ergo ſentit etiam gentibus licuiſſe. Vnde Paulus Galat. 2. dicit ſe non potuiſſe induci, vt circuncideret Titum, qui gentilis ex vtroque perente erat, *propter introductos falſos fratres*, indicans vt ſentit Auguſtinus, non id omiſiſſe: quia eſſet per ſe malum: ſed ne conſentire videretur errori eorum, qui exiſtimebant, Circunciſionem eſſe neceſſariam gentibus conuerſis. Item ante paſſionem Chriſti, licitum erat gentibus circuncidi: ſed poſt paſſionem Chriſti ante ſufficientem promulgationẽ Euãgelij nulla erat prohibitio pro illis, etiam ad fidem cõuerſis: ergo tunc per ſe licitũ erat illis circuncidi, & legalia ſeruare. Semper tamẽ à legalibus abſtinuerũt: quia vt ait Hieron. nolebãt fruſtra aſſumere dolorẽ circunciſionis, & alia onera ſibi non neceſſaria, nec vtilia, & quorum conſuetudinem non habebãt. Accedebat, quod alij ex errore volebant illos cogere, & tenebantur errori non conſentire. Semper enim fuit per ſe malum, & illicitum: imponere illis legalia tanquam neceſſaria ex vi legis veteris: licet ab Apoſtolis poſſent illis aliqua imponi præcepto humano, quæ viderentur expedire ad aliquem finem honeſtum, vt ad vitandum periculum idololatriæ, vt factum eſt Act. 15. de quo vide Turrian. 1. pro canon. apoſt. cap. 5.

Non ergo fuit reprehenſus Petrus à Paulo, quia legalia ſeruabat: Hoc enim ſæpe etiam fecit Paulus, ſed circunſpectè inter Iudæos ipſos, nõ in Ciuitatibus Gentiliũ, qualis erat Antiochia, vt faciebat Petrus cum damno, & offenſione Gentilium; non quia cogeret Gentiles violare præceptum abſtinendi à legalibus: tale. n. non habebant, ſed quia illos cogebat ſubire onus grauiſſimũ, quod ſubire nõ tenebãtur, nec volebãt: ideo fuit à Paulo reprehẽſus. Vnde Tertul. lib. de præſcr. c. 23. *Si reprehẽſus fuit Petrus, vtique conuerſationis fuit vitiũ, non doctrinæ.* Idem l. 3. contra Marcion. c. 3. Greg. 28. moral. c. 12. & Aug. lib. de agone Chriſtiano, cap. 30. ait, *Petrum poſt prauam ſimulationem, Pauli voce correptum.*

Tertiũ dubiũ, cùm legalia non fuerint mortifera 65 ſecundum Aug. quem ſequimur, vſque ad plenam ſeu conſummatã Euangelij prædicationem, quando cœperint eſſe mortifera, eò quòd iam tũc Euangelium iam cenſeretur ſufficienter promulgatum.

*Dub. 3. Legalia mortifera poſt ſufficientẽ Euangelij promulgationem.*

*1. Conc.* Dico primò ſaltem à tempore Euangelij ſufficienter promulgati fuiſſe lethifera. In hoc conueniunt Auguſtinus, Hieronymus, & omnes, & eſt traditio Eccleſiæ, vſu, & conſuetudine firmata, & declarata, & ſignificatur in cap. maiores de baptiſmo. Quòd fuiſſe definitum in Concilio Florentino allegant Caiet. & Sotus, ſed ſuprà diximus cum Valen. Vazq. & aliis, id non reperiri in Florentino. Ratio verò eſt, quia illud tempus fuit ſufficiens, vt legalia cum honore ſepelirentur, & veriſimile eſt, Chriſtum præcepiſſe Apoſtolis, & per eos aliis, vt legalia ab eo tempore omninò reiicerentur, & lex ſemel ſepulta nunquam exhumaretur: ſed irreparabiliter dereretur, vt loquitur Aug. illa ep. 19.

*2. Conc.* Dico ſecundò, annus, & dies ex quo legalia cæperunt eſſe mortifera, non poteſt cum omnimoda certitudine deſignari: quia ab Eccleſia definitum non eſt. Aliqui putant, tempore Ignatij diſcipuli Ioannis Euangeliſtæ cœpiſſe eſſe mortifera: quia ep. 8. dicit, *Conteſtor Epiſcopo, & presbyteris in Domino, ſiquis cum Iudæis*, (id eſt, eo tẽpore, quo Iudæi,) *celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtiuitatis eorum recipit, particeps eſt eorum, qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos eius.* Sed fortè vt ait Vazquez diſp. 182. cap. 9. eo tempore tantum fuit vetita celebratio Paſchę die, quo celebrabatur à Iudæis, non verò aliæ cęremoniæ. Veriſimilius videtur, quod plures Theologi affirmant, cœpiſſe eſſe mortifera, anno quadrageſimo à paſsione Domini, quando Hieruſalem, & templum deſtructa fuere: quia iam nulla erat occaſio ſeruãdi legalia in honorẽ legis, & alioqui tempus illud ſufficiens fuit ad Euãgelij promulgationem. Sect. tamen 6. n. 23. adduximus Scotum 4. d. 3. q. 4. §. quantum ad iſtum, & Vegam 5. in Trid. c. 3. cum Chryſoſt. hom. 76. in Matt. in illa verba, *in vniuerſo enim orbe prædicabitur*, aſſerentes, prædicationem Euangelij, quouſque in vniuerſo orbe extenderetur, per viginti, aut triginta annos duraſſe.

*3. Conc. Legalia non cæperunt eſſe mortifera ex determinatione Apoſtolorum vel Eccleſiæ.*

Dico tertiò legalia non cœpere eſſe mortifera ex determinatione Apoſtolorum, vel Eccleſiæ. Eſt contra Angles q. de eſſentialibus baptiſmi, a. 9. con. 3. vbi ſic ait, conuerſis à circũciſione poſt ſufficientem Euangelij promulgationem legalium, obſeruatio fuit tantùm licita vſque ad tempus per Apoſtolos, vel per Eccleſiã determinatum. Sed concluſio noſtra probatur: quia non Apoſtoli, nec Eccleſia legẽ veterem abrogarunt & prohibuerunt, ſed Deus: ergo etiam ipſe tẽpus determinauit, ex quo cœperit eſſe mortifera, & prohibita. Alioqui poſſet modò prohibitionẽ ſuſpendere, & tollere, quòd eſt abſurdum, & expreſsè contra Aug. ep. 19. dicentem iam irreparabiliter eſſe mortiferã. Deinde nunquã legimus, Apoſtolos vel Eccleſiã determinaſſe tempus, in quo legalia redderẽtur mortifera: ergo hoc inſtitutione diuina determinatũ fuit, nempe poſt promulgationem Euangelij in toto orbe noto, ſeu præcipuis eius partibus.

DISPVT.

# DISPVT. VIGESIMAQVARTA, DE LEGE EVANGELICA, NOVA SEV GRATIÆ.

Quæſtio centeſimaquarta, de præceptis iudicialibus.
Quæſtio centeſimaquinta, de iudicialium præceptorum cauſa, & ratione.

*De præceptis iudicialibus rectè D. Thomas, his duabus quæſtionibus, & aliqua diximus diſp. 22. ſectione 8. & 10. & diſp. 23. ſect. 3.*

Quæſtio centeſimaſexta, de lege Euangelica, ſeu noua, ſecundùm ſe.
Quæſtio centeſimaſeptima, de lege noua comparatione veteris.
Quæſtio centeſimaoctaua, de iis, quæ in lege noua continentur.

*DE hac lege breuius diſputant Theologi, quàm de reliquis: quia pauciora habet præcepta propria paucioréſque difficultates, & illa in materia de fide, & ſacramentis, & alibi attinguntur. Vide diuum Thomam, & eius interpretes hîc, Sotum 2. iuſtitia, quæſtione ſeptima, & ſequentibus. Azor tomo 1. libro 6. cap. 59. Barradas lib. 1. in Euangel. à cap. 2. Valent. hîc diſput. 7. quæſt. 6. punct. 3. & 4. & quæſt. 8. per totam, Feliſium, 1. part. decalogi, cap. 7. & 8.*

## SECTIO PRIMA.

*Vtrùm lex gratiæ ſit vera lex, & vera continens præcepta.*

1 *Hæreticorum ſententia.* HÆretici aliqui huius temporis negant latam eſſe à Chriſto aliquam veram legem. Putant enim repugnare gratiæ Chriſti, & libertati Chriſtianæ; Primò, ex Ioan. 1. *Lex per Moyſem data eſt: gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Secundò, Marci vlt. *Prædicate Euangelium omni creaturæ:* Nam Euangelium non eſt lex: ſed bonum nuncium, vt ait Auguſtinus 2. contra Fauſtum, cap. 2. illud autem nuncium conſiſtit in promiſſione ſalutis, quæ promiſſio anteà fiebat ſub conditione mãdatorum, iuxta id Ezech. 20. *Qui fecerit ea viuet in illis:* nunc ſub conditione ſolius Baptiſmi, & fidei. Marci vlt. *Qui crediderit, & Baptiſatus fuerit, ſaluus erit,* &c. Tertiò, quia lex gratiæ dicitur, *Lex ſpiritus vitæ,* Rom. 8. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas, 2. Corinth. 3. Hæc autem libertas eſt ab obligatione legis, iuxta id Galat. 5. *Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Et ibidem, *Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.* Alludit ad id Geneſ. 21. *Eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.*

*Euangelium bonum nuncium.*

2 *1. Concluſ.* Dico primò, Lex noua eſt verè & propriè lex, à Chriſto lata. Et definita in Concil. Trident. ſeſſ. 6. can. 19. & 21.

Probatur primò ex Ioan. 15. *Hoc eſt præceptum meum:* & item de præcepto Baptiſmi, *Niſi quis renatus,* Ioan. 3. de præcepto Euchariſtiæ: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis,* &c. Ioan. 6. De præcepto Pœnitentiæ, & Confeſſionis: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt.* Ergo lex vetus etiam quantum ad 3
Decalogum non obligat Chriſtianos.

De Ordine, & Matrimonio non eſt præceptum pro nunc obligans priuatas perſonas: de aliis verò ſacramentis Confirmatione, & Extrema vnctione non eſt præceptum obligans ſaltem ſub mortali.

Probatur ſecundò ex loco Hierony. 31. adducta à Paulo, Hebr. 8. *Hoc eſt Teſtamentum, quod diſponam domui Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſuperſcribam eas.* De quo loco vide Hieronym. Hieremiæ 31. & Auguſt. lib. de Spir. & lit. c. 26. & 27. Iſai. 2. & Mich. 4. *De Syon exibit Lex, & Verbum Domini de Hieruſalem iudicabit gentes:* id eſt, gubernabit: nam in libro Iudicum gubernatores Iudices appellantur. Locum illum, Hunc locum de lege propriè ſumpta exponit Auguſt. 17. ciuit. cap. 17. adiungẽs id Pſalm. 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Vbi nomine virgæ lex ipſa ſignificatur, quia à virga, ſceptro ſeu poteſtate Regia & legiſlatiua proceſſit: & ibi commemoratur Sacerdotium Chriſti æternum; quia lex illi debuit eſſe conformis, iuxta id, Hebr. 7. *Tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt vt legis trãſlatio fiat.* Et Deut. 18. *Prophetam de gente tua, & fratribus tuis ſicut me,* id eſt, etiam Principem, & Legiſlatorem, *Suſcitabit tibi Dominus, ipſum audies,* Iſai. 33. *Dominus Iudex noſter, Dominus Legifer noſter, Dominus Rex noſter.* Et c. 42.



Digitized by Google

*Legem eius Inſulæ expectabunt.* Pſalm.9. *Conſtitue* A *Domine Legiſlatorem ſuper eos.* Pſalm.83. *Etenim benedictionem dabit Legiſlator.* Quæ loca de Chriſto explicat Salmer.to.5. tract.1. in Euang. Ezech.36. *Dabo vobis cor nouum, & Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciã, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* Matth.5. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis,* &c. *ego autem dico vobis,* &c. Ioan.14. *Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me.* Et, *Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Et, *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.* Matth.19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Matth.vlt. *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes ſeruare omnia quæcun-* B *que mandaui vobis.* Vbi Hieronym. Iuſſit, inquit, Apoſtolos primùm docere vniuerſas gentes: tum fidei tingere Sacramento, & poſt fidem, & Baptiſma quæcunque ſeruanda eſſent, præcipere. Ac ne putaremus leuia eſſe, & pauca, quæ ſunt obſeruanda, addidit, *Omnia quæcunque mandaui vobis,* An Paulus non facit Chriſtum Legiſlatorem cùm dicit Romanor.7. *Cùm ego ſine lege non eſſem: ſed in lege eſſem Chriſti:* Et capite 13. *Plenitudo legis eſt dilectio.* Et Galat.5. *Omnis lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Et Galat.6. *Alter alterius onera portate; & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Rom.2. *Non auditores legis iuſti ſunt apud* C *Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Rom.3. *Legem ergo deſtruimus per fidem, abſit: ſed legem ſtatuimus.* Et Galat.2. *Per legem legi mortuus ſum,* id eſt, per legem nouam, veteri, vel legi peccati.

4 Et certè hoc pertinebat ad perfectam Chriſti prouidentiam circa Eccleſiam ſuam, vt daret ei leges accommodatas: nam Eccleſia eſt perfecta Reſp. à Chriſto fundata: fundatores autem præcipuas, & fundamentales leges dare ſolent. Aliàs neque perpetuitatem, neque continuam vnitatem habere poſſet. Et ſi nulla eſſet lex niſi fidei, vt hæretici mentiuntur, nullum Chriſtianis eſſet peccatum præter infidelitatem: quod eſt contra Euangelium, Matth.25. & ſæpè alibi. Quia *vbi non eſt* D *lex, nec præuaricatio.* Rom.4. Vide Suarez 3.part. tom.1. diſp.47. ſect.2. Pererium Rom.7. diſp.6. lege Lucam, cap.6. num.27. & ſeqq. vbi multa præcepta Chriſtus tradidit, vt & Matth.7. & 19. Lucæ 18. & Marci 10.

5 Vnde malè Caluinus in id Galat.4. *Miſit Deus Filium ſuum factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* O miſerabilem, inquit, inſcitiam, ô pernitioſum errorem prædicantium Chriſtum tanquam nouum Legiſlatorem: quaſi veterem Iudæorum legem abrogauerit, vt nouam Chriſtianis hominibus legem imponeret. Non fuit id Chriſti Ioan.3. officium, ſicut ipſe dixit, *Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mun-* E Ioan.5. *dus per ipſum.* Et alio loco, *Ego,* inquit, *non iudico quemquam.* Non habuit profectò Chriſtus id operis, ac muneris, vt nouam inſtitueret legem: ſed vt ab hominum ceruicibus ſeruile illud legis iugum auferret. Hoc illud eſt quod Paulus clamat, *Deum miſiſſe Filium ſuum factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Noſtri verò nouitij Theologi diuino aduerſantes conſilio pro liberatore Legiſlatorem, qui nos in duriſsimam trudat ſeruitutem, ſuſcipiendum docent. Sic Caluin. Qui tamen ſibi aduerſatur. Nam in id Rom.7. *Itaque fratres mei, & & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti,* Docet Chriſtianos liberatos eſſe ab obſeruatione legis, non omninò: ſed à lege tantùm cæremoniali, quæ Moſis miniſterio propria erat: ſic enim ſcribit. Tenendum eſt, Paulum eam duntaxat legis partem, quæ propria eſt Moſis miniſterio, hîc attingere. Nam quatenus decem præceptis tradidit Deus, quid rectum ſit, vitámq; noſtram inſtituit, nulla ſumnianda eſt legis abrogatio: quia vrgere perpetuò debet Dei voluntas. Itaque diligenter meminerimus, non eſſe hanc à iuſtitia, quæ in lege docetur, ſolutionem: ſed à rigida exactione, & ab ea, quæ inde ſequitur, maledictione. Non ergo bene viuendi regula, quam lex præſcribit, abrogata eſt: ſed qualitas illa, quæ libertati per Chriſtum partæ opponitur: nempè dum ſummam perfectionem requirit, & quia eam non præſtamus, conſtringit nos ſub reatu mortis æternæ. Et in id Rom.7. *Sed neque exhibeatis membra veſtra,* &c. Viderint, inquit, hoc loco, quo iure Chriſtianum nomen faſtuosè oſtendant, quorum ſingula membra tanquam Satanæ proſtibula in omnem fœditatem perpetrandam parata ſunt. Contra enim nunc iubet Apoſtolus, vt nos totos ſiſtamus Deo: nempè vt ab omni vagatione mentem, atque animum coercentes, in quam nos abſtrahunt carnis cupiditates, vnius Dei nutum intueamur: ad eius excipienda iuſſa intenti, & ad exequẽda eius mandata accincti. Membra quoque noſtra illius arbitrio deſtinata ſunt & conſecrata, vt nihil quàm eius gloriam ſpirent omnes animi, ac corporis noſtri facultates. Quia non fruſtrà Dominus abolita priori vita in aliam nos creauit, quam actiones debent imitari. Hæc ille. Vide Scripar. quæſt.26. in epiſt. ad Galat. vbi refert, & refellit hæreticos negantes, Chriſtum veniſſe Legiſlatorem.

6 *Ad primum arg. hæret.* Ad 1. hæreticorum fund. reſp. cùm Ioannes dixit, *gratiam per Chriſtum factam,* non excluſiſſe legem: ſed hanc legem nominat à principaliori, ſub quo includit reliqua: & tacitè ſupponit gratiam, quam Moyſes facere non potuit. Poteſt etiam veritatis nomine lex comprehendi, quatenus intellectum illuminat, vel quatenus dare hanc legem pertinuit ad complementum antiquarum prædictionum, ac figurarum: in quo illa veritas conſiſtit.

*Ad ſecũdum.* Ad 2. reſp. quamuis Euangelium dictum fuerit à bono nuncio regni cœlorum & ſalutis: tamen non excludere reliqua ad hunc finem neceſſaria: & Euangelica præcepta eſſe optimum nuncium: quia ſunt perfectiſſima, & efficaciſſima ad dandam ſalutem, vel in Euangelio contineri, vt ait Barradas lib.1. in Euang. ex Aug. de fide, & oper. cap.19. de vera Relig. cap.17. & 1. de ſerm. Dom. in monte, & Matth.28. *Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.*

7 *Ad tertium.* Ad 3. reſp. hanc legem eſſe fidei, & Spiritus vitę in ſuo fine & effectu: non tamen excludi eius obligationem: ad quam implendam iuuat ipſa gratia. Dicitur etiã lex fides, & Spiritus: quia pręcipuè fuit interiùs promulgata, & propoſita per gratiã Spiritus ſancti. Illud verò Pauli, *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas:* intelligitur de libertate à ſeruitute peccati, diaboli, carnis, & mundi, ac veteris legis: & à ſeruili timore, quo legi, & Deo ſeruitur, nõ amore iuſtitiæ: ſed metu ſupplicij. Liberũ enim definiunt Philoſophi, quod ſui gratia eſt: nam mancipium domini gratia eſt: quia ergo homines ſeruantes legem amore illius, ſuæ conſulunt vtilitati, & non timore,

Digitized by Google

timore, vt ſerui violentè trahuntur, liberi eſſe dicuntur. Vnde Aug. lib. de gratia cōtra Pelagianos, *Præceptum liber facit, qui libens facit.* Vnde deceptus eſt Lutherus exiſtimans pugnare inter ſe, facere aliquid ex debito, & liberè: ex obligatione, & amore. Id verò 1. Tim. 1. *Iuſto non eſt lex poſita, ſed peccatoribus.* Intelligitur primò cum Chryſoſt. Theodo. & Theophyl. ibi, & Auguſt. lib. de Spir. & lit. cap. 10. de lege per ſe ducente, & diſponente hominem ad accipiendam à Chriſto peccati remiſſionem. Nam talis lex cùm peccatoribus loquitur non cum iuſtis. Secundò, cum D. Thom. lex non eſt impoſita iuſto tanquam onus, ſed tanquam iugum quoddam leue & ſuaue: quæ peccatori eſt onus grauiſsimum, & intollerandum. Vnde 1. Ioan. 5. *Mandata eius grauia non ſunt.* Vt idem pōdus ſano & præualenti leue, infirmo graue. Tertiò cùm aliis, vt ſermo ſit de lege veteri, cui peccatores ſeu infideles putant ſe ſubeſſe, iuſti autem non. Quartò cùm Caiet. lex quoad pœnæ comminationem non eſt impoſita iuſto, ſcilicet perſeueranti in ſua iuſtitia: quia is nunquam eſt pœna dignus. Hoc eſt quod alij dicunt, iuſtum ſubeſſe legi quoad vim directiuam, non quoad punitiuam: ſeu coactiuam, vt tradit Ariſtot. 1. Ethic. ex Heſiodor. Quidam quod agēdum eſt, per ſe norunt, & agūt; alij egent monitu, ac magiſterio ad cognoſcēdum quid agere oporter. Alij inſuper pœnis & comminationibus. His lex coactiua & pœnalis imponitur. Illud Galat. 5. *Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Intelligitur de lege veteri, cui fideles nec in re, nec in propria æſtimatione ſubsūt; quia à Chriſto liberati ſunt, & non ſunt filij Agar ancillæ: ſed Saræ liberæ, quia libertate donati à Chriſto ſunt. Sic intelligitur id Galat. 3. *Priuſquā veniret fides, ſub lege iuſtò dicebamur cōcluſi; itaque lex Pædagogus noſter fuit in Chriſto. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.* Et cap. 4. *Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Scilicet à peccatis, & à maledicto legis, & pœnis, quas eius tranſgreſſores incurriſſent. Sed ne putarent Galatæ, ſe per Euangelium ab obſeruatione moralium præceptorum liberatos, vt aliqui putabant, teſte Hieronymo ibi, cautè ſubiunxit Paulus: *In libertatem vocati eſtis: tantum ne libertate in occaſionem carnis detis.* Sic etiam Roma. 6. *Non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia.* Vt autem oſtendat, per hoc non excludi nouæ legis obligationem, ſubiungit. *Quid ergo? peccabimus: quia non ſumus ſub lege: abſit.* Aut eſſe ſub lege eſt eſſe ſub illa, vt ſub graui onere. Vnde ſæpè Auguſt. ait, ſub lege eſſe, cui præcipitur, & non iuuatur lege, vt in lege veteri. Qui autem habet legem adiuuantem, non eſt ſub lege: ſed in lege, vt Pſalm. 1. *Et in lege Domini voluntas eius.* Quod ita ibi Auguſt. expoſuit. Sic etiam lib. de contin. cap. 3. *Concupiſcentiarum oppugnatione vincuntur, qui ſub lege viuunt: quia iubetur quod bonum eſt, & non datur. Sub gratia autem viuunt, qui per Spiritum ſanctum recipiunt quod lex iubet.* Idem habet de natu. & gra. cap. 57. Sub lege etiam dicitur eſſe, qui à lege damnatur vt tranſgreſſor. Quod ſignificant Anſel. & Adamus in Paulum. Vide Auguſt. de correpT. & gra. cap. 4. Alia expoſitio ſcholaſticis frequentior eſt, illum eſſe ſub lege qui ſpiritu timoris ducitur ad obſeruantiam legis. Indicat D. Tho. quæſt. 97. art. 5. Sotus 3. naturæ, c. Vega 11. in Trid. cap. 6. & 7. & ita poteſt intelligi illud, *Chriſtus nos redemit de maledicto legis.* Et id 1. Cor. 9. *Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: ijs, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cùm ipſe non eſſem ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem: ijs, qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege Dei non eſſem: ſed in lege eſſem Chriſti.*

8 Quod autem dicebant hæretici, promiſſiones noui teſtamenti non eſſe factas ſub cōditione ſeruandi legem, reiicitur ex Ioan. 15. *Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea.* Et iterum, *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis,* &c. Et Roma. 8. *Si tamen compatimur.* Et 2. Tim. 2. *Si quis emundauerit ſe ab his, fiet vas in honorem.* Ideò promiſſio aliquando fit potius operibus, quàm perſonis. Matth. 7. *Qui facit voluntem Patris,* &c. 2. Petri 1. *Satagite, vt per bona opera,* &c. Et Rom. 2. *Reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.* Ideò etiam Hebr. 5. dicitur, *Chriſtus cauſa ſalutis æternæ omnibus obtemperantibus ſibi.* Matth. 9. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Romanor. 2. *Factores legis iuſtificabuntur.* Vide ſect. 6. ini. different. Denique quod Caluinus dicebat, Chriſtum non veniſſe vt iudicem, reiicitur, ex 1. Cor. 4. *Qui iudicat me, Dominus eſt.* Et Rom. 2. *Theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei.* Matth. 16. *Pater omne iudicium dedit Filio: & poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia Filius hominis eſt.* Et Petrus Act. 10. *Præcepit nobis prædicare, & teſtificari: quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.* Eandem ſententiam dixit Paulus Athenienſibus, Act. 17.

## SECTIO II.

*Quænam præcepta lex noua contineat.*

9 Dico primò, Hæc lex præter moralia præcepta, & fidei, & ſpei, ac charitatis, ſolùm continet præcepta Sacramētorum, & obedientiæ Eccleſiæ: colligitur ex D. Thom. quodlib. 2. art. 8. quem citát & ſequitur Azor tom. 1. lib. 7. cap. 34. quæſt. 4. §. in his igitur, aſſerente, in nouo teſtamento nullum diuinum præceptum eſſe datum, niſi ad Decalogum & mores, ad fidem, ſpem, & charitatem, ac ſacramenta à Chriſto inſtituta pertineat. Non excludūt hi præceptum generale obediendi Eccleſiæ Prælatis: tum quia hoc naturale & morale eſt, cùm natura dictet Prælatis eſſe obediendum. Tum quia loquuntur de præceptis perticularibus ex parte materiæ: hoc autem generale eſt valde. Eandem doctrinam colligit Valent. diſp. 7. quæſt. 8. punct. 2. ex D. Thoma quæſt. 108. art. 1. quem ibi ſequuntur Med. & alij recentiores, & Sotus 2. iuſt. quæſt. 9. art. 1. ait enim D. Thom. in lege noua nihil à Deo in particulari præcipi, niſi quod ad gratiam acquirendam, & ſeruandam pertinet, vt ſunt ſacramenta (quorum vnum, ſcilicet Euchariſtia etiam eſt ſacrificium) & moralia, & actus fidei, ſpei, & charitatis, quibus ad gratiam præparamur: cætera verò tam cæremonialia, quàm iudicialia, tam Eccleſiaſtica, quàm ſæcularia, relicta eſſe diſpoſitioni ſuperiorum ſæcularium, & Eccleſiaſticorum, quibus generatim præcepit, vt obediamus. Ob hoc inquiunt citati, legem Euangelicam appellari à Iacobo cap. 1. *Legem perfectè libertatis.*

10 *Præcepta moralia obligarent etiamſi non eſſet lex naturæ; quia Chriſtus ea obſeruari præcepit.*

Et quidem præcepta moralia obligarent Chriſtianos, licet non eſſet lex naturæ de eiſdem rebus, quia Chriſtus ea obſeruare præcepit, licet non præcepiſſet fortaſſis, niſi ea iam eſſent lege naturæ præcepta:

Digitized by Google

præcepta: ſicut etiam lex vetus ad Decalogum A obligaret, eſto non eſſet præceptus lege naturæ. Hæc præcepta moralia non ſolùm ſunt à Chriſto confirmata, aut renouata: ſed etiam aucta quantum ad expreſſionem,& declarationem quandam in lege veteri non contentam, vt patet Matth.5. *Ego autem dico vobis*,&c.vt ibi notant expoſitores, & Auguſt.lib.de ſerm.Dom.in monte,& 1.retract. cap.22.Sic Ioan.13.& 15.Chriſtus præceptum fraternæ dilectionis vocat præceptum ſuum,& mandatum nouum,id eſt,à ſe renouatum,vt ſentit Auguſt.& Clemens lib.6.conſtit.Apoſtol.cap.23.qui adiungit id Matth.23. *Quæcunque vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis*.Vnde Gal.6.*Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* B

Lex ergo Chriſti principaliter continet præcepta moralia: quæ in hoc verbo continentur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*: quod magis inferius exponam.

11 De præceptis autem fidei generaliter aſſertio conceditur etiam ab Hæreticis. Sed catholicè declaratur hoc modo, Chriſtus noua myſteria mundo reuelauit, & conſequenter homines obligauit ad credendum illa, iuxta vires ſibi conceſſas, ac proinde aſſenſu ſupernaturali,& ad habendum fidem magis explicitam Dei, & incarnationis, & paſſionis eius,quàm antea erat.Nam fides in communi ſemper fuit neceſſaria neceſſitate medij, & C præcepti. Vbi aduerte, præceptum fidei quodammodò poſſe dici naturale:& quodammodò poſitiuum.Nam eo ipſo, quo myſteria fidei ſufficienter proponuntur vt credẽda,oritur obligatio non diſſentiendi illis,&aſſentiẽdi illis aliquãdo,præſertim principalibus myſteriis, quæ vel ſunt ad ſalutẽ neceſſario credenda, vel ſaltem debent intelligi, & memoria retineri, vt ſuo tẽpore credantur:magna enim ſocordia eſt,ea neſcire,quę præcipuè ad propriam religionem ſpectant,& ſunt principalia eius capita, vnde licet neceſſitate ſolum ſit neceſſariũ credere,quòd Deus,& ſupernaturalis remunerator eſt:tamen neceſſitate præcepti omnes tenentur D ſcire,& interdum actu credere articulos fidei,quæ ſunt potiſsima eius capita, & paratus eſſe ad reddendam ſuæ fidei rationem aliquam,&aliqualiter ipſam explicandum; & hoc totum poſtulat natura ipſa, & ratio naturalis ſuppoſita diuina reuelatione,& ſufficienti propoſitione, & auxiliis ſupernaturalibus ad credendum à Deo conceſsis. Et ſimiliter actus fidei, qui eſt medium neceſſarium ad iuſtificationem,vel vitam æternam,eſt neceſſarius neceſsitate præcepti: quando tenemur ad iuſtificationem,vel vitam æternam nos præparare.Quę omnia vberius explicabimus tract. de fide. Idemque dicendum eſt de præceptis ſpei, & charitatis, quæ in præceptis fidei,ſcilicet viuæ, continentur: & ſunt moralia,& cõnaturalia gratiæ, & antiqua; E ſed aliquid nunc habent ſpeciale: nam ſuppoſita fide explicita trinitatis, & redemptionis, & bonorum ſpiritualium, & æternorum ſpecialis modus ſpei, & dilectionis neceſſarius eſt, & amplius tenemur ad eliciendos actus harum virtutum. Idem eſt de actibus religionis, & aliarum virtutum:tenemur enim eos exercere iuxta exigentiam huius ſtatus.

Vnde etiam conſtat, legem hanc præcipuè in internis actibus verſari,ideo vocatur lex fidei, lex ſpiritus vitæ,& aliis modis ſimilibus;& patet:quia actus virtutum theologalium, & religionis interius ſæpiſsime conſummantur: & per eos verè iuſtitia comparatur, conſeruatur, & augetur: quod lex hæc præcipuè intendit: & quamuis actus aliqui interni non interius,ſed in externo,verbo vel opere conſummantur: tamen de illis dantur præcepta Chriſti clariùs quàm in lege, vnde Iudæi multi dixerunt in actibus internis peccatum non eſſe,contra quos dixit Chriſtus Matt.5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Et docuit,ac præcepit, cohiberi id iam odium prauam concupiſcentiam,& intentionem,ac ſimilia opera interna:vt latè explicat D. Thom. Med. & alij qu. 108.art.3.Valen.ſuprà,Sotus illa quæſt.9.art.2.

Sunt in hac lege alia præcepta veluti cæremonialia: quæ omnia ſunt ſacramentorum: quia aliquod ſit ſacrificij, tamen re idem eſt ſacrificium cum ſacramento Euchariſtiæ:ideo Theologi citati & alij communiter dicunt, in lege noua ſolùm eſſe præcepta morum, fidei, & ſacramentorum. 12 *Sacrificium cum ſacramẽto Euchariſtiæ idem.* Quod ſignificat Aug.initio Pſalm.73.dicens,pauca, eſſe præcepta in lege noua quæ non continerentur aliquo modo in prophetis,id eſt,in veteri Teſtamento. Ibi enim continebantur præcepta fidei,& morum,quibus addit Aug.ſacramenta.Quæ dicit,in hac lege faciliora:pauciora,ſalubriora, & feliciora eſſe: quia non ſunt tantùm promittentia: ſed etiam dantia ſalutem.Quod latè etiam tractat lib.11.contra Fauſtum. Præcepta ſacramentorum ſect. 1. indicauimus. Præceptum autem ſacrificij expreſsè habetur in Euangelio.Nam Trid. ſeſſ.22. cap. 1. docet Chriſtum in cœna Apoſtolis, quos tunc noui Teſtamenti Sacerdotes cõſtituebat,corpus & ſanguinem ſuum, ſub ſpeciebus panis, & vini,vt ſumeretur,tradidiſſe, & eiſdem eorúmque in ſacerdotio ſucceſſoribus,vt offerrẽt, præcepiſſe per hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem*: vti ſemper Catholica Eccleſia intellexit,& docuit. Vnde cautè in nonnullis editionibus legendus Maldonatus Ioan.6.num.53.indicans, illa Chriſti verba non habere formam præcepti ſacrificandi: quod in aliis editionibus correctum habes. De aliis ſacris,ſacramentalibus,aut obſeruantiis nihil ſpeciale præcepit Chriſtus: ſed generale illud præceptum renouauit, vt ſancta ſanctè tractentur. Quamuis vt diſpoſitionem neceſſariam omnibus ſacramentis, vt effectum haberet, deſignauit,vel eſſe in gratia, vel habere attritionem, qua ſimul cum ſacramento illã comparent:& pro Euchariſtia ſtatuit debere præcedere Confeſſionem in eo, qui habet conſcientiam lethalis peccati.

Præcepta iudicialia nulla tradidit Chriſtus:quia 13 præcipuè reſpiciebant temporalia, de quibus non curauit,nec ni eis voluit aliquid ſtatuere,vel innouare;præſertim cùm præcepta tẽporalia ſæpè mutari expediat,& varia eſſe pro varietate tẽporum, Gentium, & nationum. Sed ad hæc præcepta iudicialia imponenda in ordine ad ſpiritualia negotia, & ad peculiares cæremonias inſtituendas poteſtatem dedit Eccleſiæ, cui nos obedire præcepit. Quæ poteſtas,& præceptio continetur illis verbis:*Paſce oues meas*: & illis, *Si Eccleſiam non audierit*,&c.& eo ipſo quod conſtituit Prælatos in Eccleſia, implicitè iniunxit nobis obedientiam. Quia natura dictat obediẽdum Superioribus:vnde hoc præceptum etiam eſt morale, & connaturale gratiæ,& inſtitutioni diuinæ, qua Prælatos inſtituit,

Digitized by Google

inſtituit: ſicut & præcepta ſacramentorum omnia, vel fere omnia ſunt connaturalia inſtitutioni ipſorum, & omnia præcepta fidei prædicationi Euangelicæ, & gratiæ: & hoc voluiſſe videtur Maldo. Matth. 11. verſ. 30. dicens, in Euangelio non ſunt, niſi neceſſaria ad ſalutem præcepta, quæ natura ipſa docet (ſcilicet ſuppoſita gratia, & inſtitutione diuina) quæque vno verbo continentur. *Omnia quacumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*, Matth. 7. verſ. 12. vt in illum locum Matt. 11. docet Hilar. Sic idem Maldon. Matth. 11. n. 21. ait, quòd olim Gentiles poterant ſeruata lege naturæ, omnium confeſſione ſalui eſſe: quæ ſatis illis erat ab ipſa natura prædicata, intellige ſuppoſita diuina gratia, & inſtitutione; nam ſuppoſita propoſitione aliquorum myſteriorum fidei, natura prædicabat eſſe credenda; & ſic de aliis rebus.

## SECTIO III.

*An lex noua tantùm fuerit à Chriſto ſcripta in cordibus hominum.*

14 *Lex noua in quo differat à veteri.*

RESPONDEO: Legem nouam in hoc differre à veteri, quòd vetus quantum ad Decalogum ſcripta eſt à Deo, in tabulis lapideis: noua verò ab illo, & ab Apoſtolis in tabulis cordis carnalibus. D. Thom. Med. & alij q. 106. art. 1. Sotus 2. iuſt. q. 7. nu. 1. D. Thom. 3. part. quæſt. 42. art. 4. vbi ex profeſſo tractat, cur Chriſtus doctrinam ſuam externis characteribus ſcriptam non reliquerit: vbi etiam aliquid dicit Suarez, plura Salmeron tom. 1. in Euangel. prologom. 26. & 2. Corinth. 3. & Hebr. 8. Barradas tom. 1. in Euang. lib. 1. cap. 2. Lyra, Hebr. 8. vbi Paul. ex Hierem. 31. id probat, ait enim: *Hoc eſt Teſtamentum quod diſponã domui Iſraël poſt dies illos dabo leges meas in mentem eorũ, & in corde eorum ſuperſcribam eas.* Et 2. Corinth. 3. *Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta, non atramento, ſed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Vnde Auguſtinus 15. contra Fauſtum cap. 4. Sic Eccleſiam alloquitur, Tu, ô Eccleſia, es epiſtola Apoſtolorum, ſcripta non attramento, ſed Spiritu Dei viui: nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus: Similia Theophyl. 2. Corinth. 3. in illis verbis: *In tabulis cordis carnalibus*, alludit Paul. ad id Ezech. 11. & 36. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Iudæi habuere cor lapideum, id eſt, durum, quod ſignificabat legem illis in tabulis lapideis ſcriptam fuiſſe, vt notauit Auguſt. tract. 33. in Ioan. & 15. contra Fauſtum, cap. 4. ſed cor Chriſtianorum eſt carneum, molle, & cereum, vt Pſalm. 21. *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens.* Sic explicat Hieronym. vt Eccleſia ſit cor Chriſti charitatis igne emollitum. Bene etiam Salmeron 2. Corinth. 3. notat cum Iulio Polluce, vocem Græcam, *Sarpines*, cum accentu in antepenũ ſubſtantiam carnis ſignificare, ex qua vt materia aliquid conſtet; ſed *ſarchior* cum accẽtu in vltima, ſignificare qualitatem, ita vt carneum ſit, quod qualitatem carnis habet, ſcilicet mollitiem.

15 Sed explanatione indiget hæc differentia inter legem nouam, & veterem. Nam leges ambæ atramento ſcriptæ ſunt, vetus à Moſe; noua ab Apoſtolis: ambæ ſcriptæ ſunt in intellectu, memoria, & voluntate hominum: nam etiam Hebræi multi

A legem veterem intellexerũt, memoria tenuerunt, & magna voluntate ſeruarunt. Hunc nodum ſoluit Auguſt. de Spir. & lit. cap. 17. cùm legem veterem docet eſſe præcepta literis exarata: nouam verò charitatem diffuſam in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, & Chryſoſt. tom. 3. homil. de Spiritu ſancto in Pentecoſte, rogat, quæ eſt lex, quam hodie è cœlo latã diſcis? Reſpondet, Spiritus ſancti gratia. Poteſt autem gratia & charitas dici lex: quia eſt magna quædam propenſio ad opera, fortis enim eſt, vt mors dilectio, Cant. 8. Propenſio autem ad aliquid lex dicitur, ſic Paulus legem carnis appellat fomitem, ſeu propenſionem eius in malum, Rom. 7. & de lege

B fomitis multa diximus, diſp. 2. ſect. 10. Sic etiam D. Thom. quæſt. 106. art. 1. & alij ibi dicunt præcipuum, quod in lege noua eſt, eſſe gratiam, & charitatem, & quia hæ ſunt in anima, ideò legem nouam dici in corde ſcriptam. Sed certè hoc non eſt agere de lege propriè dicta, quæ præceptum, ſeu congeries præceptorum eſt. Gratia autem, & charitas non ſunt leges propriè: ſed metaphoricè, quia rationem præcepti non habent. Vnde dicendum eſt, legem nouam propriè dictam eſſe præcepta Chriſti. Hæc autem in intellectu, memoria, & voluntate per abundantem gratiam Spiritus ſancti dati ex meritis Chriſti noui Legiſlatoris, & ad legem nouam pertinentis impreſſa eſt cordibus

C Chriſtianorum, præſertim in primitiua Eccleſia. Quod non competit legi veteri: nam licet Hebræi multi gratiam & charitatem habuerint: tamen eam habuerunt ex fide, & meritis Chriſti pertinentis ad nouam legem: & præterea minus abundantem, maximè cùm lata fuit lex. Ideò lex vetus dicitur ſcripta in tabulis lapideis: noua verò in cordibus, ſeu in tabulis cordis carnalibus. Si plenitudo legis eſt dilectio, Roma. 13. & Galat. 5. & charitas habitualis faciat diligere ad id inclinando, ratione illius rectè dicitur lex eſſe in corde, nempe affectiuè, & tanquam in cauſa ſuæ obſeruationis, maximè cùm dilectio mentem ad rem dilectam trahat, ratione cuius dilectum dicitur

D eſſe intentionaliter, & intelligibiliter in diligente. Quinimò & lex naturalis dicitur impreſſa cordi, ratione luminis, & inclinationis naturalis, ad eius obſeruationẽ, iuxta id Chryſoſtomi Rom. 7. hom. 12. Simul atque hominem finxit Deus, ei indidit naturalem legem: quam veluti fidum coniectorem apud vnumquemque deponit, ac cõmittit, &c. Et Paulus Rom. 2. *Cùm Gentes quæ legem*, ſcilicet ſcriptam, *non habent, naturaliter quæ legis ſunt, faciunt, non oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.*

Sed cur Chriſtus legem ſuam ſcripto externo non tradiderit; cum tamen legem veterem partim Deus digito ſuo ſcripſerit Exod. 31. & 34. nempe 16 *Quæſt. Chriſtus in terra nihil ſcripſit; eiuſque epiſtola ad Abagarũ eſt apocrypha.*

E quoad Decalogum: & Moſes aliam legis partem, & hiſtoriam totius pentateuchi ſcripſerit, & Iulius Cæſar geſta propria? Reſpondet Salmeron illo Prologom. 26. Nihil Chriſtum ſcripſiſſe præter id quod in terra ſcripſit Ioan. 8. quod ſtatim obliteratum eſt. Nam epiſtola Chriſti ad Abgarum, quam refert Euſeb. 1. hiſtoriæ apocripha eſt Gelaſio in Concilio Rom. 70. Epiſcoporum; & impium eſt commentum illud quorumdam Paganorum: qui vt refert Aug. 1. de conſenſu Euang. c. 10. & 11. iactabant, ſe legiſſe aliquos libros per Chriſtum ad Petrum, & Paulum ſcriptos, in quibus totius artis magicæ

Digitized by Google

magicæ doctrinam eſſet complexus, qua tot miracula edidiſſet: quod commentum refellit bene Aug. ibi, & ex eo Salmero ſupra. Vbi etiam quæſtioni propoſitæ reſpondet primò; cum Auguſt. lib. de cõſen. Euang. cap. 7. Chriſtum Euangelium ſcripſiſſe dictãdo illud Euãgeliſtis, ſicut Principes ſolent manu famulorum ſcribere, quæ propria ſubſcribunt: ſicut etiam Hieremias per manum Baruch prophetiam ſuam ſcripſit, cap. 36. & Paulus per fidelem quemdam nomine Tertium ſcripſit epiſtolam ad Ro. cap. 16. *Saluto vos ego tertius qui ſcripſi epiſtolã in Domino*. Pythagoras nihil ſcripſit, Socrates ſolũ Æſopi fabulas, pauculis verſib. proſecutus eſt. Vide Auguſt. illo cap. 7. & 8. & lib. 6. Trin. cap. 2. Secundò, reſpondet Salmeron Primò, ideò Chriſtum per ſe nihil exterius ſcripſiſſe quia magis ſpectabat ad eius dignitatem ſcribere interius in cordibus. Secundò, quia modeſtius eſt calamo, & ore alieno laudari, quàm proprio. Prouerb. 27. *Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus & non labia tua*: ſic nemo obijciet. *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum*. Ioan. 8. quamuis hoc male obiectum illi fuerit, quia teſtimonium quod Chriſtus aliquando de ſe dedit, teſtimonio patris & miraculis confirmatũ fuit. Hanc rationem latius proſequitur Salmer. qui & tertiam rationem adiungit: quia nihil magis proderat, ſcribi Euangelium à Chriſto, quàm ab Apoſtolis, cùm eadem ille eſſet ſcripturus; quæ illi ſcripſerunt. Et exemplar quod manu propria ſcripſiſſet, non poſſet in totum orbem deferri: ſed in alios codices transferendum eſſet. Quartò, quia periculum eſſet, ne cætera Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta præ illo Chriſti ſcripto vileſcecerent. Quintò, quia filius Dei quaſi abſens cœpit olim ſcribere & per Prophetas nuncios ſuos, ſua myſteria reuelare: ſed cùm venit plenitudo temporis, & carnem ſumpſit Gal. 4. locutus eſt per vocem ſuam inarticulatam Ioannem Iſai. 40. & per propriam vocem articulatam & formatam, & manens nobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi Mat. 28. loquitur & ſcribit per Apoſtolos, & Euãgeliſtas. Sextò, nihil per ſe ſcripſit, vt ſignificaret quanta eſſet authoritas Eccleſiæ, quæ aliquo tempore ſine vllo Chriſti ſcripto, imò neque aliorum controuerſias fidei per traditiones diuinas definiebat. Sed mihi potiſſima ratio eſt: quia ſatis erat, vt aliqua inſpiratione diuina, cùm expediret ab Apoſtolis ſcriberentur, cætera verò per traditionem in memoria hominũ ſpeciali gubernatione Spiritus ſancti inuiolata, & ſine errore conſeruarentur: Præſertim cùm maior pars huius legis conſiſtat in præceptis naturalibus, & gratiæ connaturalibus, quæ vix poſſunt obliuioni mandari.

## SECTIO IIII.

*Quando lex noua obligare cœpit.*

17 *Baptiſmus, Euchariſtia, & ordo inſtituta, & celebrata ante mortem Chriſti.*

SVppono inſtitutionem ſacramentorum legis nouæ, cæptam eſſe ante paſſionem Chriſti: conſummatam verò poſt Reſurrectionem ante Aſcenſionem, conſtat enim Baptiſmum & Euchariſtiam & Ordinem, inſtituta eſſe, imo exercita ante mortem Chriſti: quo tempore gratiam etiam conferebant: quia iam Chriſtus eam meruerat: de quo D. Tho. 3. part. quæſt. A 66. art. 2. ad 1. Sacramentum pœnitentiæ nec exercitum, nec inſtitutionem habuit ante mortem Chriſti, ſed promiſſionem clauium, quas poſt Reſurrectionem contulit Chriſtus, ac proinde poteſtatem abſoluendi; vt aliqui dicunt, quamuis Palud. 4. diſt. 2. quæſt. 1. art. 1. con. 1. dicat pœnitentiæ Sacramentũ inſtitutum ante mortẽ Chriſti: ſed alij tenent inſtitutum poſt Paſſionem & mortem: & eodem tempore ſecundùm aliquos inſtituit Chriſtus alia Sacramenta per dies. 40. apparens eis, & loquens de Regno Dei, id eſt, Eccleſia militante & triumphante: ſed D. Tho. 4. diſt. 2. art. 4. quæſtiun. 3. ad 1. affirmat, Sacramentum Confirmationis fuiſſe inſtitutum à Chriſto, quãdo pue- B ris ſibi præſentatis manus impoſuit: extremæ autem Vnctionis, quando Apoſtolos ad prædicandum mittens, oleo inũgere infirmos diſpoſuit, vt ſic curarentur. Igitur ante Paſſionem & Reſurrectionem non obligauit ad Sacramentum pœnitentiæ, nec ad alia Sacramenta nondum inſtituta, ſiqua erant talia. Item ante mortem Chriſti non fuiſſe obligationem Baptiſmi fatentur Scotus, & ſequaces, cùm diſputant an obligatio Circunciſionis extincta fuerit ante mortem Chriſti: dicunt enim, tunc Baptiſmum fuiſſe in conſilio, ideoque Circunciſionis obligationem extinctam fuiſſe. Thomiſtæ autem, vt videre licet in Med. quæſt. 103. art. 3. Soto 2. iuſt. quæſt. 5. art. 4. tenent tunc C Circunciſionem fuiſſe in præcepto, & Baptiſmum in ſolo cõſilio. De Ordine vero & Eucariſtia certũ eſt ante mortem Chriſti non fuiſſe in præcepto: quia in vltima cœna inſtituta ſunt. Imò nec modò eſt obligatio ad recipiendum Sacramentum Ordinis, licet Pontifices & Epiſcopi teneantur ordinare miniſtros Eccleſiæ neceſſarios.

Quantum verò attinet ad Baptiſmum limitationem ponit Sotus, art. cit. §. ſed reſtat argumentum, vbi ait, quòd licet Iudæus ante mortem Chriſti ſuſcipiens legem Chriſti: quia cùm ille circuncidi non poſſet, Baptizari teneretur. Idẽ docet 18 D Medina ſuprà §. ſed iam deuiamus, in ſolutione Confirmationis. Sed hæc opinio meritò quibuſdam recentioribus videtur improbabilis. Primò, quia Iudæi, vt ipſi citati fatentur, non tenebantur tunc ad Baptiſmum, etiamſi fidem & legem Chriſti reciperent: ergo nec Gentiles. Non enim Chriſtus voluit eos magis obligare quàm Iudæos, & ipſi poterant tunc fieri proſelyti & circuncidi; proſelyti autem Iudæorum, & ipſi Iudæi eadem lege tenerentur. Item quia ſicut Iudæi tunc habebant remedium circunciſionis, ita illi habebãt remedium legis naturæ, eaque tenebantur: ergo ſicut Iudæi non tenebãtur ad Baptiſmum: ita neque E Gentiles. Secundò, quia tunc Gentilibus non prædicabatur, nec diuulgabatur Baptiſmus. Ideò enim Chriſtus dixit, *non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël*, & Apoſtolis præcepit, *in viam gentium ne abieritis*. Ergo Gentiles tunc non tenebantur baptizari. Tertiò, generatim probatur: quia tunc teſtamentum Chriſti nondum erat confirmatum: ſed morte Chriſti confirmatum eſt Hebr. 9. & ideo nõ proponebatur neceſſariũ pro tunc quoad ea, quæ erant merè poſitiua: vt enim D. Tho. notauit 3. part. quæſt. 66. art. 2. verba illa de neceſſitate Baptiſmi & ſimilia ad futurum tempus referebantur. Vnde Matt. 19. quærenti iuueni quid facere ad ſalutem deberet, ſolùm reſpondit, *ſerua mandata*, ſcilicet vetera: & ſi vis perfectus eſſe, *vade & vende* &c.

Digitized by Google

*de*,&c. ſolùm de Apoſtolis probabile eſt, tunc non A vniuerſali lege, ſed ſpeciali præcepto fuiſſe ad Baptiſmum obligatos: ſicut in cœna præcepit Petro vt ſe lauari permitteret.

19 Quod verò Sotus, & Medina eiſdem locis dixêre, audientes Chriſti doctrinam ſufficienter miraculis confirmatam, obligationem habuiſſe ſuſcipiẽdi legem Chriſti: in hoc ſenſu verum eſt, quod tenebantur ei credere, & quod illis præciperet facere. Vnde Chriſtus dixit, *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent; nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo*: ſcilicet, non credendi Chriſto: & non recipiendi illum, vt Meſſiam, & Dominum: *Qui in propria venit, & ſui eum nõ receperunt*. Ioan. 1. Cæterùm tunc nullam legem ferebat Chriſtus vt ſtatim obligaturam. B

20 Meritò autẽ Sotus alij fatentur baptiſmi, & legis Euangelicæ obligationem ſaltem à morte vel reſurrectione Chriſti cœpiſſe: & hoc initium abſolutè ei tribuunt communiter doctores, quos retuli & ſecutus ſum, diſputatione præcedenti ſect. 6. num. 30. & pro hac ſententia meritò refertur D. Thomas 4. d. 2. quæſt. 1. art. 4. quæſtiuncula 3. nam dicit ſacramenta quoad vtilitatem diuerſis temporibus fuiſſe à Chriſto inſtituta in vita mortali: ſed quoad vtilitatem omnia ſimul in paſſione cœpiſſe. Idem ſignificat d. 3. quæſt. 1. art. 5. quæſtiuncula 3. & hîc, quæſt. 103. art. 3. & 4. & 3. parte quæſt. 66. art. 2. ad 1. Palud. 4. diſtinct. 2. quæſt. 1. C art. 1. concluſ. 1. ſuadetur: quia per mortem Chriſti confirmatum eſt nouum Teſtamentum, Hebr. 9. ergo extunc habuit perfectam virtutem, & efficaciam: ergo & vim obligandi, alias rationes adiunxi ſect. citata.

21 *1. Obiectio.* Sed obiicies, quia pius latro poſt mortem Chriſti ſalutem conſecutus eſt: tamen ſine baptiſmo: ergo non ſtatim poſt mortem Chriſti fuit neceſſarius ad ſalutem. Auguſtin. lib. 1. de anima, & eius origine, cap. 9. nihil tandem reſoluens, tres aſſignat ſolutiones. Primò, cùm Cypr. illum fuiſſe martyrem, & in ſanguine ſuo baptizatũ baptiſmo ſanguinis. Sed licèt demus æquiualenter fuiſſe martyrem, quia Chriſtum in cruce confeſſus eſt, quando etiam Apoſtoli in eius confeſſione defecerunt, vt ibi tractat Auguſt. tamen cùm non fuerit ei mors illata pro Chriſto: nõ poſſumus dicere, verè, & propriè martyrem fuiſſe. Secundò reſp. Aug. illũ in aqua, quæ fluxit de latere Chriſti baptizatũ fuiſſe: ſed hoc ſymbolicè tantũ dici poteſt: quoniam latronem illa aqua non videtur attigiſſe, & licèt attingeret, deerat intentio baptizantis, & baptizati, imò & miniſter ipſe. Tertiò reſp. Aug. illum forèt antea fuiſſe baptizatum baptiſmo Chriſti: verùm de hoc non conſtat, vt ipſemet Aug. aduertit. Vnde facilè reſpond. quartò illum per contritionem, & dilectionem conſtitutum in gratia ante mortem Chriſti quo tempore non erat neceſſarius Baptiſmus in re, vel in voto ad iuſtificationem, ac proinde nec ad ſalutem æternam: ſed tantùm conſeruatio illius gratiæ ſeruando E præcepta, aut non violando illa cum mortali culpa: ſicut illa non violauit pius latro, ideò enim non ſuſcepit baptiſmum: quia ignorabat inuincibiliter eius pro tunc neceſſitatẽ, vel præceptũ, aut non habuit tunc cõmoditatem ſuſcipiendi baptiſmum, quis enim illum ipſi eo tẽpore miniſtraret.

22 *2. Obiectio.* Secundò obiiciunt aliqui, quia lex vetus nõ fuit in morte Chriſti extincta quoad obligationẽ: ergo nec noua quoad obligationẽ introducta: nam per obligationẽ legis nouæ ablata eſt obligatio veteris. Et ratio vtriuſque eſt, quoniã tunc nõ erat promulgata introductio vnius, nec abrogatio alterius. *Lex vetus nõ fuit extincta in morte Chriſti quoad obligationem.*

Si reſpondeas, promulgationem legis nouæ factam eſſe ſufficienter viuente Domino ſuſpendendo tamen obligationem vſque ad mortẽ, & coarctãdo illam ad illud tẽpus, inſurgũt aliqui, in primis id dicentes, non habere locum reſpectu gentium: quia illis tunc nulla promulgatio facta eſt: deinde etiam Iudæis non fuiſſe tunc ſufficienter propoſitam. Vnde Matth. 19. dicebat Chriſtus Apoſtolis, *quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta:* Et ex nullo loco conſtat, obligationem legis relatam eſſe, vel coarctatam ad inſtans paſſionis, vel reſurrectionis: nec, id eſt, admodũ veriſimile cùm ipſamet reſurrectio Chriſti non fuerit anteà, nec in ipſo momento reſurrectionis ſufficienter manifeſtata, nec Eccleſia fuit integra fundata vſque ad aſcenſionem: nam inter reſurrectionẽ & aſcenſionem, *loquebatur Chriſtus de regno Dei*, id eſt, Eccleſia, cum Apoſtolis, & aſcenſurus in cœlum dixit, *Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto*, indicans, anteà non fuiſſe opportunum tempus ad promulgationem legis Euangelicæ.

Quod ſi ſecundò reſpondeas, legem diuinam non indigere promulgatione. Nam in lege humana, vel non eſt neceſſaria, vel ſolùm eſt neceſſaria ex inſtitutione humana, quæ ad legem diuinam extendi non poteſt: inſtant, quia licèt hoc ſit verum de modo promulgationis, & tempore definito: loquendo tamen de promulgatione abſolutè, & de tempore per ſe neceſſario ad notitiam humanam, falſum eſt: quia per ſe, & ex intrinſeca ratione legis eſt neceſſarium vt publicè proponatur, aut ſaltem ſufficienter, ita vt moraliter, & humano modo ſciri poſſit à communitate: quia præceptum non propoſitum communitati non habet rationem legis, ſed particularis præcepti: quod tamen ita ferri poſſet, vt cùm innoteſceret communitati acciperet rationem legis. *Lex diuina non indiget promulgatione.*

Propter hoc ergo aliqui affirmant legem nouam non obligaſſe ante Pentecoſten, vt videre licet, 4. diſtinct. 1. & 3. ſed inter eos ſunt varij modi D dicendi: nam quidam affirmant, ex eo die obligaſſe mundum vniuerſum. Quod alij reiiciunt, quia erat per ſe impoſſibile, notitiam illius legis diffundi ea die in totum mundum. Sed hoc non vrget: quia id non eſt neceſſarium ad rationem legis: ſed ſufficit eſſe propoſitam communitati cum intentione expreſſa obligandi eos ad quorum notitiam poſteà perueniat: Vt cùm lex aliqua proponitur in curia Romana, in campo Floræ, vt deinde obliget totam Eccleſiam ſine alia promulgatione. Potuit ergo lex Euangelica obligare vniuerſum orbem à promulgatione facta in die Pentecoſtes, ſi Chriſtus voluit, & voluiſſe nõnullis videtur, idque Apoſtolis explicuiſſe per ſe ante aſcenſionem vel in die ipſo Pentecoſtes per ſpecialem reuelationẽ Spiritus ſancti, quod ipſi Apoſtoli alios etiã docuerint. Hoc probant: nam ſi propterea dicatur aliquas orbis partes ex tunc non fuiſſe obligatas, quia in illis Euangelium promulgatum non eſt: idem dici poſſet nunc de aliquibus, in quibus nondum promulgatum videtur: quod tutum non eſt: ſicut nec tutum eſt dicere nullam prouinciam lege noua obligatam fuiſſe, donec in maiori mundi parte ſolemniter promulgata fuit: quia vt lex 23 *Lex noua non obligauit ante Pentecoſten.*

obliget, proponi ſolemniter debet maiori parti communitatis cui imponitur. Quod fundamentũ inane eſt, & abſurdum: neque ego vllum doctorem inuenio, qui dixerit nec à die Pentecoſtes vllam orbis partem obligaſſe. Et certè ſi nullam partem obligarit, donec in ea promulgatum fuit ſequitur, aliquas partes multò pòſt tempore Apoſtolorum obligatas non fuiſſe: quia in multis partibus tunc non erat prædicata lex noua, vt de ſuo tempore dixit Origen. tractatu 28. in Matth. & de ſuo poſteà Rufin. 1. Hiſtor. cap. 9. & conſtat ex Auguſtino epiſtala 80. & Bern. 3. de conſid. & ex gentibus noſtro ſæculi manifeſtatis.

24 Reſpondent aduerſarij diſtinguendo inter promulgationem, & diuulgationem, & inter id, quod eſt per ſe, & per accidens: ſeu inter ſufficientiam, & efficaciam promulgationis. Dicunt ergo, promulgationem huius legis ſufficienter eſſe factam per Apoſtolos pro toto orbe. Nam hoc munus à Chriſto acceperunt, *Docete omnes gentes: eritis mihi teſtes vſque ad vltimum terræ*: quod & ipſi fecerunt. Vnde Paul. Rom. 10. illis accommodat id Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum*. Vbi D. Thom. ait, non ſolum promulgationem: ſed etiam diuulgationem Euãgelij ſaltem per famam, factam eſſe tempore Apoſtolorum per totum orbem: quod etiam ſenſit Hieronym. Matth. 24. ita exponens illud: *Prædicabitur hoc Euãgelium in vniuerſo mundo, & tunc veniet conſummatio*: id eſt, deſtructio Hieruſalem, de qua ibi ad litteram ſermo erat, quod etiam ſenſit Chryſoſtom. homil. 76. in Matth. Hoc ergo, inquiunt, ſatis eſt vt ab eo tempore hæc lex obligaret vniuerſum mundum. Nam ſi alicubi ignorata fuit pro aliquo tempore, illud erat accidentarium: ideò per ſe non impediebat legis oblitionem, quamuis à culpa excuſari poſſent ignorantes.

25 Sed hæc ſolutio doctrinæ ipſiuſmet auctoris aduerſatur: conſtat enim eo tempore non fuiſſe promulgatã ſolemniter in omni loco, licet ex aliis locis notitia ad totum orbem tunc cognitum deuenerit, ita vt in ſingulis regionibus, aut etiam prouinciis aliqui nonnullam notitiam ſaltem confuſam huius legis habuerint: ergo non eſt neceſſaria ſolemnis promulgatio in ſingulis regionibus, regnis, ac prouinciis: ſed ſatis eſt promulgatio alibi facta, cur ergo non ſufficienter facta Hieroſolymis in die Pentecoſtes: quę omnes regiones & prouincias orbis cogniti facile peruaſura erat? Adde quod in orbe tunc incognito, nec tunc, nec poſt multos annos erat promulgata, nec diuulgata, nec cognita ab vllo lex iſta: tamẽ etiã illos obligabat: alioqui paucis ab hinc annis obligare cœpiſſet, & ſi tunc aliquis eius notitiam habuit, non eſſet aſtrictus ea lege quod falſum eſt, ergo promulgatio in ſingulis prouinciis, aut regionibus nõ fuit neceſſaria, & alioqui qui eſſet in ea, in qua non erat promulgata lex, & ſciret eſſe promulgatam in alia; etiamſi crederet, legem eſſe veriſſimam non teneretur baptizari, & alia præcepta ſequentia baptiſmum ſeruare. Imò etiamſi tempore promulgationis in aliqua prouincia ibi eſſet, & poſteà in propriam migraret, non teneretur ibi baptizari, ſiue dicatur fuiſſe anteà obligatum, ſiue non: quod eſt falſum.

26 *Obligatio fidei, & obligatio reſultans* Diſtinguendum ergo eſt inter obligationem fidei, & obligationem reſultantẽ, ex præceptis poſitiuis ſacramentorum. Obligatio credendi ſtatim oriebatur ex prædicatione Chriſti, & Apoſtolorum reſpectu eorum quibus proponebantur myſteria ſufficienter, vt patet ex verbis Chriſti. *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo*, ſcilicet infidelitatis. Et Ioan. 18. *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeant veritati: omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam*. Vnde frequenter illos arguebat infidelitatis. Ratio verò eſt: quia facta ſufficienti propoſitione natura ipſa ſeu ratio naturalis dictat, eſſe credibile & credendum quod dicitur. Vnde ſtatim ſine dilatione vrget præceptum, nec vlla alia requiritur promulgatio. Idem eſt de præceptis ſpei, & dilectionis, & pœnitentiæ, & aliis connaturalibus gratiæ. Vnde etiam ſimul fuit obligatio parendi Chriſto conditionaliter, ſi quid præcepiſſet. Quia ſe ſufficienter proponebat vt Meſſiam, & Legiſlatorem: de quo dictum erat Deut. 18. *Propheta ſuſcitabit Dominus, ipſum audietis*. Vnde ſi quis tunc eliceret actum nolendi obedire præceptis Chriſti, ſi quæ daret; peccaret mortaliter. *ex præceptis poſitiuis ſacramentorum, in quo differant.*

27 Quoad præcepta verò poſitiua Baptiſmi, & ſimilia fortè non cœpit obligare lex Chriſti vſque ad Pentecoſtem: pro qua opinione diſp. præced. ſect. 6. num. 29 retulimus Scotum 4. diſt. 3. quæſt. 4. Gab. quęſt. 4. Capreolum quæſt. 3. ad 3. arg. Scoti contra duas primas concl. Med. quæſt. 103. artic. 3. Angles quæſt. de eſſentialibus Baptiſmi, art. 9. imò & Bern. epiſt. 77. quam eſſe probabilem tenet Valent. hîc, diſp. 7. quæſt. 8. punct. 1. imò eandem videtur abſolutè tenere 3. part. diſput. 4. quæſt. 1. punct. 4.

Addunt Scotus, & Gabr. non ſtatim à die Pentecoſtes cœpiſſe in omnibus locis Baptiſmi obligationem: ſed in quibuſdam poſt menſem à Pentecoſte, in aliis ad annum, in aliis ad 10. annos, & ſic deinceps ſecundùm quòd eis prædicabatur.

28 Probabiliùs tamen eſt, quod ſuperius diximus obligationem cœpiſſe à paſſione, itaque Apoſtolos à Chriſto ante mortem didiciſſe, licet fortaſſis obſcurè. Vnde ſi aliquibus ante Pentecoſtem, imò & antè Aſcenſionem, vel reſurrectionem id propoſuiſſent modo competenti, vt potuere verè proponere, quia verum erat, illi tenerentur ſtatim baptizari occurrẽte articulo mortis, licet eſſent in gratia per Circumciſionem, vel contritionem: & ſi poſt Baptiſmum peccaſſent, deberẽt confiteri: & ſiue poſt Baptiſmum peccaſſent, ſiue non; tenerẽtur in articulo mortis communicare: tenerentur etiã tunc Petro, & aliis Apoſtolis obedire. Quamuis præcepta eiuſmodi poſitiua ante promulgationem ſolemnem factam in die Pentecoſtes non videntur habuiſſe rationem legis, vt diſput. præced. ſect. 6. dicebamus.

## SECTIO V.

*Vtrùm lex gratiæ perpetua, & immutabilis ſit.*

29 *Concl. Triplex mutatio in lege aliqua.* Triplex mutatio in lege aliqua fieri poteſt abrogatio, augmentatio, aut diminutio, & diſpenſatio.

Primò ergo certum eſt, legem nouam numquam eſſe abrogandam, vel in aliam legem commutandam, quæ viatoribus

Digitized by Google

*Lex noua nunquam abroganda.*

ribus conueniat. Eſt de fide; quia nouum Teſtamentum æternum dicitur, an forma conſecrationis, non quia ſit poſita illa particula ab Euangeliſtis: ſed quia ex traditione Eccleſiæ, quæ ab Apoſtolis manauit, conſtat dictam eſſe à Deo, vt notauit Innoc. III. cap. cùm Marthæ, de celebr. Miſſa. ſic etiam regnum Dei æternum dicitur Luc. 1. & Pſal. 109. & Hebr. 7. Sacerdotium Dei dicitur ęternum: lex autem Sacerdotium, & regnum de eiuſdem durationis ſunt. Sic Apocal. 14. dicitur Euangelium æternum, & Hebr. 13. teſtamentum æternum: quia aliud non eſt poſteà futurum, vt ibi ait Theodoretus. Vide Barradam tom. 1. lib. 1. cap. 11. Vazq. diſput. 183. in fine. Dices ſuprà circa legem veterem interpretati ſumus particulam, æternum, non dicere ſemper durationem perpetuam: ergo idem dici poterit in præſenti. Reſpondeo, non poſſe, quia nec Scriptura, nec materia & conditio talis legis patitur ſimilem interpretationem, quamuis aliqua ex parte accommodari poſſit. Duobus enim modis poteſt intelligi legem hanc futuram æternam. Primò, ſimpliciter, ita vt quandiu Deus durauerit, illa duratura, ſic & obligatura, & hoc falſum eſt, quia cùm venerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt: ceſſabit ergo fides, qua ſublata nõ poteſt manere lex fidei, nec sũt neceſſaria ſacramẽta aut ſacrificia. Non dicitur ergo in hoc ſenſu hæc lex æterna propriè & formaliter, quamuis in ipſa gratia conſummata, ſeu gloria manebit lex quædam, ſcilicet, voluntas Dei per viſionem beatificam declarata, & manifeſtata, quomodo etiam regnum Dei eſt ſimpliciter æternum non in hoc ſæculo, ſed in futuro. Alio ergo modo dicitur hæc lex æterna, quia durabit quandiu durauerit mundus iſte, & Eccleſia militãs, & quia illi non ſuccedet alia lex diuina, quæ hãc excludat, in quo hæc lex veterem ſuperat, & hic eſt ſenſus proprius aſſertionis, quæ patet ex Matth. vlt. *Docete omnes gentes*, &c. Et, *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Et cap. 17. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam.* Multi etiam ita exponunt id Matth. 24. *Prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo mundo*: ſcilicet, efficaciter, ita vt ab omnibus recipiatur, *& tunc veniet conſummatio*, id eſt, iudicij dies, de qua explicatione, vide Auguſt. epiſt. 80. ad Caſſulanum, qui etiam hoc colligit quæſt. 124. in Exod. & 17. Ciuit. cap. 17. & 1. contra aduerſa leg. & Prophet. cap. 20. ex illo Pſal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum*, adiunctis illis verbis, *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.* Nam poſita ſunt illa verba, vt nulla timeatur mutatio huius Sacerdotij legis ſacrificij, & conſequenter nec legis: nam ſicut tranſlato ſacerdotio transfertur lex, Hebr. 7. Ita perſeuerante perſeuerat. Ideò tempus legis nouæ dicitur vltimum, ſeu nouiſſimum, & plenitudo temporis. Hebr. 1. & Galat. 4. Quia poſt illud non expectatur in hac vita tempus alterius legis, legæ maioris plenitudinis gratiæ. Vnde probatur aſſertio: nam lex hæc ſufficienter ordinat homines ad Deum, & Deum, & ad gratiã, & gloriã hominum: ergo non oportet vt alia lex ei ſuccedat. Probatur antecedens, quia hęc lex coniungit homines Deo: iam præſenti, & in perpetuum viuenti, non autem futuro, vt lex vetus, quamuis ſperet illum venturum ad iudicandum: ideò inter hanc legem & iudicium non mediat alia lex. Præbet etiã perfectam Dei cognitionem, quoniam præbet fidem explicitam communitati hominum. Continet etiam perfectiſſimum Dei cultum: nam Deum ipſum offert in ſacrificium habet perfectiſſimum ſanctificandi modum, & immediate poſt hanc vitam producit homines iuſtos ad patriam, niſi purgatione indigeant. Ergo non eſt quod poſt hanc legem alia expectetur.

30 Dico ſecundò, hanc legem propriè non poſſe augeri, nec minui: nam Deus ſimpliciter promiſit fore perpetuam, ac proinde in omnibus ſuis partibus, quia nihil excepit, & nemo poteſt, niſi temerè exceptionem facere; Deus ergo, non illam minuet: nec verò augebit, quia perfectam illam dedit à patribus, & Eccleſia, nullum aliud ſacramentum, ſacrificium, aut præceptum generale expectat, & vanum eſſet, atque erroneum aliquid noui circa hoc introducere. l. ſperare: De præceptis verò fidei dubitare poſſet aliquis, nam veritatum fidei manifeſtatio creſcit in Eccleſia. Reſpõdeo, tamen per hoc non augeri legem nouam, rationem reddunt aliqui, quia præcepta poſitiua diuina ſemper ſunt eadem, & veritates fidei neceſſariæ, ac fundamentales ſemper fuerunt manifeſtatæ Eccleſiæ, magis autem vel minus diſtincta cognitio earum, cognoſcendo in ſeipſis aliàs quas continent pertinet ad quandam profectionem maiorem, quam Deus tribuit Eccleſię ſuę temporibus opportunis. Sed melius reſpond. Deum de nouo nihil reuelare Eccleſię immediata reuelatione. Quod de fide credere teneamur, ſed dirigere Eccleſiam, vt explicet & proponat, vel intelligat veritates olim dictas à Deo, ita vt inde reſultet obligatio credendi, & hoc non eſt augere præcepta fidei, ſed apponere conditionem ſine qua non obligarent in actu ſecundò, quod autem per hominem diminutio huius legis fœcunda non ſit clariùs eſt, quia volũtas humana non poteſt tollere obligationem legis diuinæ: aut per conſuetudinem præſcribere contra illam. Vnde Aug. 3. confeſſ. cap. 8. *Cùm Deus aliquid iubet., & ſi numquam factum eſt, faciendum eſt, & ſi omiſſum, inſtaurandum, & ſi inſtitutum non erat, inſtituendum eſt.* Sicut enim in poteſtatibus ſocietatis humanæ, maior poteſtas minori ad obediendum proponitur: ita Deus omnibus. Ergo homines non poſſunt diminuere legem: ſimilitter non poſſunt eam augere: quia præcepta quæ addiderint humana erunt, & legem diuinam non facient maiorem, ſed aliam legem conſtituent. Malè ergo aut impropriè quidam Canoniſtæ dicunt ius diuinum augeri poſſe, & auctum eſſe in Eccleſia ius diuinum ſoluendi decimas per legem quæ in aliquibus decretis, 16. quæſt. 1. & ſub titulo De decimis, diuina dicitur. Vnde poterit etiam minui, quia talis lex, & ſimiles poterunt abrogari. Sed iam ſuperius dixi hęc, & ſimilia præcepta prout ab Eccleſia retinẽtur nõ eſſe diuina, ſed humana, quãuis ſecundùm quandam imitationẽ dicantur diuina, per illa ergo nõ ſit maior lex diuina, vt diuina.

*2. Concl. Lex noua propriè non poteſt augeri, nec minui.*

31 Dico tertiò, Deum in ſua lege diſpenſare poſſe, quòd ſemper faciet iuſtè, quia nihil poteſt male facere, ac proinde ſemper iuſta aliqua ratione mouebitur, ſaltem vt ſuum dominium, & libertatem oſtendat, lege ob alium finem qui in homine non eſſet ſufficiens, vt licitè in propria lege diſpenſaret: nec voluntas diuina diſpenſando mutaretur, ſed mutaret hominum obligationes. Nos autem non debemus aſſerere diſpenſationem aliquam in præceptis generalibus legis nouæ, niſi per Ec-

*3. Concl.*



Digitized by Google

cleſiæ auctoritatem aut aliam certam reuelationem conſtet.

32 *Quaeſt,* An verò Pontifex poſſit diſpenſare in lege diuina aliqui Canoniſtæ affirmant, vt videre licet in Innocent.& aliis,cap.2.de tranſlat.Epiſcop. Felin.cap.quæ in Eccleſiarum, de conſtitu. num.19. & ibi Deci.num. 25.& conſil.112. Hoſtien.& Panorm.cap.vlt.de conſtit. eodem modo loquuntur aliqui Legiſtæ,l.manumiſsiones. ff.de iuſt.& iure, & l.2.C.de ſeruitutibus.Confuſè autem loquūtur de lege diuina poſitiua, & naturali, & interdum ſub lege diuina comprehendunt ius gentium, & de diſpenſatione impropriè & latè; vt comprehendit interpretationem; loquendo autem in rigore, & in noſtra ſpecie ſuadetur hæc ſententia. Ideò inducte, nam Pontifex diſpenſat. Primò, in miniſterio confirmationis, vt ſit ſimplex ſecerdos, cùm tamen iure diuino ſit Epiſcopus. Secundò,in reſidentia Epiſcorum,ad quam ipſi iure diuino tenentur. Tertiò, in voto etiam ſolemni, cùm ſit ex inſtitutione diuina:nam ſtatus religioſus à Deo inſtitutus eſt. Quartò,in illa lege Dei, *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet*, vel diſpenſando in matrimonio rato,l.in vinculo ſpirituali,inter Epiſcopum & Eccleſiam ſponſam ſuam, iuxta mentem Innoc.III.cap.inter corporalia,de tranſla.Epiſc.

Secundò,ex ratione illius textus:nam Pontifex, quando hæc facit, nō operatur poteſtate humana, ſed diuina: nihil ergo mirum eſt, quod in iure diuino diſpenſet, manifeſtum enim eſt Deum poſſe hanc poteſtatem concedere: nam quod poteſt per ſe facere in hoc genere, poteſt facere per hominem, ſicut in homines ſuperior poteſt inferiori concedere, vt in ſua lege diſpenſet. Et hanc poteſtatē videtur Deum dediſſe illis verbis: *Paſce oues meas*, *Quodcumque ligaueris, & ſolueris,* &c.Et hæc diſpenſatio interdum eſt valdè conueniens, & non poſſumus accedere ad Deum ipſum, vt diſpenſet:non enim gubernamur ordinariè immediatis Dei conceſsionibus, l.reuelationibus, licet interdum miraculosè fiant, ergo pertinuit ad ſuauem Dei prouidētiam, vt hanc poteſtatem ſuo Vicario relinqueret, ſicut nunc etiam pertinet ad prudentiam Pontific. concedere inferioribus Epiſcopis, vt in aliquibus legibus Pontificiis diſpenſent.

33 *Vera ſententia.* Vera ſententia negat diſpenſare poſſe, niſi vbi ſpecialiter conſtiterit ipſum Deum id conceſsiſſe. D.Thom. quodlib.4. artic.13. quodlib.9. artic.5. 1.2.quæſt.97.art.4.ad 3.vbi eius interpretes.Sotus 1.iuſt.9.7.art.3.Maior.4.diſt.24.quæſt.12.Turrecr. 2.ſummæ Eccleſ. cap.107. Sylueſt. Papa quæſt. 16.& ibi alij Summiſtæ. Couar.referens alios 2.4. cap.6.§.9.num.4.

Probatur, quia inferior non poteſt propriè diſpenſare in lege ſuperioris: niſi ex eius conceſsione,ſed de hac conceſsione non conſtat.Talis enim cōceſsio in ſpecie facta eſt,& generalia verba non ſufficiunt: nam caſus valdè ſpecialis non continetur ſub generali conceſsione, niſi explicetur, Diſpenſare autem in lege Dei,eſt caſus valdè ſpecialis,& arduus: ergo.Vnde nec ipſi Pontifices ad quos pertinet interpretari ſuam poteſtatem,agnoſcunt in ſe poteſtatem hanc, vt patet cap. contra cum aliis,25.quæſt.1.& inſinuatur cap.2.de bigamis. Adde quòd nec talis poteſtas erat neceſſaria, nec conueniens Eccleſiæ; quia oportebat fundamenta Eccleſiæ immobilia eſſe:in lege enim noua præter præcepta naturalia,etiam ſunt præcepta fidei, & ſacramentorum: in præceptis naturalibus, aut fidei, nec eſſet conueniens, quæ etiam ſunt quodammodò naturalia: quia ſunt connaturalia gratiæ non cadit diſpenſatio, imò nec Papa poteſt mutare ſuas definitiones:quia ſunt infallibiles.

In præceptis autem ſacramentorum conſiderari in primis poteſt inſtitutio,& hanc quatenus diuina non poteſt vllo modo Eccleſia mutare, vt ex propria materia cōſtat: quia ſolùm eſt de ſubſtantialibus, & ſimpliciter neceſſariis ad valorem ſacramentorum (ſub quibus ſacrificiū comprehendimus) quæ ſunt veluti columnæ Eccleſiæ. 34 *Sacramenta ſunt veluti columnæ Eccleſiæ.* Vel poſſunt conſecrari hæc præcepta, quantū ad obligationem vtendi his ſacramentis, & hæc etiam, vt eſt diuina, indiſpenſabilis eſt:quia non expedit, vt in his homo diſpenſare poſſit, quod aliqui ſic confirmant: quia ſi ſunt præcepta negatiua, ſunt vel intrinſecè neceſſaria, vt non accidēdi ad ſacramenta in malo ſtatu,vel proxima illis,& valde neceſſaria,vt,verbi gratia,pręceptum de ſigillo confeſſionis,in quo nullatenus poteſt Pontifex diſpēſare. *Voti ſolemnitas non eſt de iure diuino.* Si autē ſint præcepta affirmatiua, cùm ex diuino iure non habeāt determinatum tēpus,poteſt facilè eorum obligatio variari,& interdum poteſt excuſari homo propter occurrētes circunſtantias, vt patet in præcepto præmittendi confeſſionem ante communionem exiſtente conſcientiam peccati:in illa autem non eſt diſpenſatio, ſed interpretatio; quòd ſi non eſt tanta neceſſitas, quæ excuſet,melius eſt, vt maneat obligatio præcepti, quàm vt diſpenſetur, vt præcepta Dei,quæ grauia non ſunt,immobilia perſeuerent.

Ad abiectionem de miniſtro reſpondeo, vel 35 inſtitutionem Chriſti non fuiſſe omninò licitam ad Epiſcopum, ſed cum illo addito, quod ponunt Concilia, ordinarium miniſtrum eſſe ſolum Epiſcopum:vel certe in eo caſu ſpecialiter conceſſit Deus poteſtatem diſpenſandi, vt colligi videtur,ex vſu & traditione Eccleſiæ,non verò in alijs: in exemplo verò de reſidentia, Sotus,13.iuſt.qu.3. art.4. ſentit tantùm poſſe id fieri per modum interpretationis: aliqui illum reijciunt, quia tunc reuerà tollitur obligatio quæ inhæret, ergo illa non eſt interpretatio pura, ſed materiæ mutatio: nam illa nō eſſe obligatio iuris diuini poſitiui, ſed naturalis, in quod non cadit diſpenſatio, ſed materiæ mutatio,qua facta ceſſat obligatio. Nā obligatio illa oritur ex officio paſtoris, & promiſſione in eo incluſa,Paſtor autem ſupremus poteſt cedere quaſi iure acquiſito,ex promiſſione & curam ouium alij committere; & ita ceſſat obligatio: idem ſuprà agentes de lege naturali diximus in voto, & matrimonio rato.Solemnitas autem voti non eſt de iure diuino: & indiſſolubilitas matri- *Voti ſolemnitas non eſt ex iure diuino.* monij, ſi aliquomodò eſt maior in lege noua, ſolùm eſt in matrimonio conſūmato,& illa omninò indiſpenſabilis eſt, & ita patet ad omnia exempla poſita in primo argumento. Ad ſecundum verò argumentum reſpondeo, talem diſpenſationem non fuiſſe vtilem futurā Eccleſiæ: quia præcepta diuina poſitiua ſunt pauciſſima, & faciliima, & proptereà multomagis commodum eſt, vt immutabilia ſemper retineātur, quàm quòd poteſtas ſic in illis diſpenſandi, ad euitandum in aliquo raro caſu aliquod incommodum priuatum.

Poteſt Pontifex authoritate diuina diſpenſare, & relaxare vota, & iuramenta: ſed hoc non eſt propriè

Digitized by Google

pr●priè diſpenſare in lege noua diuina: ſolum eſt cedere iuri Dei quæſito ex voto; vel iuramento, per authoritatem, quã habet ad talem ceſſionem, tamquam eius œconomus ſeu diſpenſator.

## SECTIO VI.

*In quibus lex noua differat à veteri, ipſamque excedat.*

36 DE hac re, agit D. Thom. & cum eo Med. & alij recentiores, quæſt. 106. art. 1. & tota q. 107. Auguſt. toto lib. de ſpir. & lit. & libris contra Fauſtum. Lyra præfatione ad nouũ Teſtamentum, Salmeron to. 5. in Euang. tract. 1. Barrad. to. 1. lib. 1. cap. 2. & ſeqq. Rada 2. ſent. controuer. 20. quæ eſt vltima, art. 1. Valen. hîc, diſp. 7. quæſt. 6. punct. 3. Sotus 2. iuſt. quæſt. 8. præſertim art. 2. vbi colligit breuiter multas differentias, inter legem nouam & veterem, ipſumque imitatur Med, quæſt. 107. in princ. Vide etiam Feliſium in eludatio. Decalogi, part. 1. cap.

Azor to. 1. lib. 6. cap. 59. Vazq. hîc, diſp. 183.

1. Differentia. Prima ac potiſſima differentia eſt, quod lex noua habet vim ſanctificandi ſeu iuſtificandi, qua tamen vetus caruit. D. Tho. quæſt. 106. art. 2. Med. & alij ibi, Sotus. 2. iuſt. quæſt. 7. art. 2. Barrad. ſuprà, cap. 3. Valen. Salmer.

Eſt de fide ex Paulo ad Rom. Heb. & Galat. Nam Rom. 3. dicit. *Arbitramur, iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis*: & cap. 5. lex ſubintrauit vt abundaret delictum: *vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia*, & cap. 1. *non erubeſco Euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti*: & cap. 8. *lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis*: & ibidem. *Nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnẽ, Deus filium ſuum mittens, damnauit peccatum, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis*: Galat. 2. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro*: id eſt, nulla caro, nullus homo. Et ibidem, *ſi per legem iuſtitia: ergo gratis Chriſtus mortuus eſt*: & cap. 3. ſi eſſet lex, quæ poſſet iuſtificare, ex lege eſſet iuſtitia. *Quoniam in lege nemo iuſtificatur apud Deum; manifeſtum eſt: quia iuſtus ex fide viuit*: Heb. 7. *reprobatio fit præcedentis mandati propter eius infirmitatem & inutilitatem*, 1. Cor. 15. *notum vobis facio Euangelium, quod prædicaui vobis: quod accepiſtis, per quod & ſaluamini*: & c. 1. *verbũ crucis ijs, qui ſalui fiunt Dei virtus eſt*: 2. Cor. 3. *littera occidit: Spiritus autem viuificat*, & Trid. ſeſ. 6. cap. 1. hoc ponit, tamquam fundamentum neceſſitatis gratiæ Chriſti: vide multa de hac re in Barrada to. 1. lib. 1. cap. 3. 4. & 7.

37 Hanc differentiam ita intellexere Luth. Gal. 2. & Meläcton in locis tit. de lege & Euang. Caluin. 1b. Inſtit. c. 11. ſect. 17. & 19. Herbrand. in compendio Theol. c. de lege & Euãgelio. Vt lex vetus promitteret iuſtitiam cum conditione obedientiæ totius legis iuxta id Gal. 3. ex Leuit. 19. & Deut. 21. adductum à Paulo, *qui fecerit ea, viuet in eis*. Lex autem noua promittat iuſtitiam ſub ſola conditione fidei ſine cõditione operum. Idem tenet Kemnicius in examine Concilij Trid. ſeſ. 6. cap. 11. qu. 1. Vnde Luth. lib. de libert. Chriſtiana ex profeſſo probat, alia peccata præter infidelitatem homini non nocere. Vnde male confeſſio Auguſtini cap. 20. contendit falſo accuſari Lutherum & Melanctonẽ, quòd negent, bona opera eſſe facienda. Confutatur verò hæc differentiæ explicatio ex Iacobi 2. *Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt?* & infrà, *Videtis quòd ex operibus legis iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm*. Vide Triden. ſeſ. 6. cap. 5. 6. & 8. & Valen. diſp. 7. quæſt. 6. punct. 4. Vazquez diſp. 183. cap. 1. & quæ dixi in hac diſput. ſect. 1. in fine.

Alij differentiam explicant, vt ante legem nouã nulla daretur iuſtis gratia habitualis inhærens: ſecus in lege Chriſti: ſed diſp. præced. ſect. 13. oſtendimus, iuſtos ſub ſtatu innocentiæ, lege naturæ, & Moyſi habuiſſe gratiam habitualem inhærentem.

Alij conſtituunt diſcrimen: quia lex noua habet Sacramenta phyſicè conferentia gratiam: vetus autem talia non habuit. Sed phyſica efficientia ſacramentorum valde dubia & incerta, & mihi aliiſque multis falſa eſt, ex qua non pendet diſcrimen inter vtramque legem quæ falſa eſt. Verum eſt quòd Sacramenta nouæ legis differunt à ſacramentis veteris legis, quòd noua continent & cauſant gratiam, vetera autem id non præſtabant & propterea legem veterem non iuſtificaſſe: nouam autem iuſtificare, docet Azor illo cap. 59. quæſt. 1. cum Bon. 3. diſt. 40. art. 1. quæſt. 1. & Gab. quæſt. 1. art. 1. cæterum Paulus, & D. Thom. atque alij ponentes diſcrimen inter legem nouam & veterem quoad vim iuſtificandi, non loquuntur de his legibus quantum ad ſolam iuſtificationem, quæ fit in ſacramentis, ſed etiam quantum ad eam, quæ fit extra Sacramenta.

Vnde Vazquez ſuprà, cap. 2. notat ex D. Thom. quæſt. 106. art. 1. duplicem eſſe legem Chriſti; primariam & ſecundariam. Primaria eſt gratia, quæ per fidem communicatur & nos inclinat & adiuuat ad operandum: quæ Ro. 3. diſtinguitur à lege factorum, & vocatur lex fidei: & Ro. 8. lex ſpiritus vitæ: ſicut fomes & propenſio appetitus in malum vocatur lex membrorum, Ro. 7. ſic Auguſt. de ſpir. & lit. cap. 17. & 26. dixit legem factorum in lapidibus: legem verò ſpiritus & gratiæ in cordibus ſcriptã fuiſſe, & D. Thom. quæſt. 106. art. 2. legem veterem ſuis præceptis etiam moralibus non iuſtificaſſe, ſed potius ſine lege ſpiritus fidei occaſionem fuiſſe peccandi iuxta id littera occidit, ſpiritus autem viuificat. 2. Corin. 3. at verò legem nouam primariã iuſtificare: ſic etiam ait D. Thom. quæſt. 106. art. 3. legem gratiæ non incœpiſſe ab origine mundi ſecundùm abundantiam; quod nõ rectè probat ex Ioan. 7. *Nondum erat Spiritus datus: quia Ieſus nõdum erat glorificatus*. Nam ibi ſolum eſt ſermo de aduentu viſibili Spiritus ſancti: item quod adducit D. Thom. ex Rom. 8. *De peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis*: non probat olim non fuiſſe datam gratiam ſimpliciter aut abundanter: ſed Chriſtum veniſſe propter quorũcumque hominũ iuſtificationem: ſemper enim obſeruantes legem, iuſtificati ſunt ex meritis Chriſti præſentibus præteritis vel futuris: ſic Rom. 5. peccatum regnauit vſque ad legem, ſcilicet incluſiuè: quia nondum venerat Chriſtus peccati deſtructor. Hæc Vazq. illo cap. 2. ſed certè ſi D. Tho. per legem nouam intelligeret ſolam inclinationem gratiæ non loqueretur propriè de lege; quia illa nõ eſt porpriè lex, ſed metaphoricè. Deinde, quæſt. 107. artic. 1. 2. & 3. diſcrimen conſtituens inter legem nouam & veterem apertè 38



Digitized by Google

loquitur de noua, vt cõtinet pręcepta, teſte eodem Vazq. cap. 3. num. 16. ergo par eſt, vt intelligamus eodem modo fuiſſe locutum, quæſt. 106. art. 1. & 2. cùm docuit legem nouam eſſe impreſſam cordibus, & iuſtificare veterem autem non.

39 *vera explicatio.* Alij ergo melius, vt rem exponant, ſupponunt ſermonem eſſe, non de externa quadam iuſtitia, quàm Paulus Hebr. 9. vocat iuſtitiam carnis: nec de iuſtitia morali, ſeu acquiſita, quàm poſſumus philoſophicam, ſeu humanam vocare, iuxta id Roman. 2. *Si præputium iuſtitias legis*, &c. Et Rom. 4. *Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam; ſed non apud Deum.* Sed ſermonem eſſe de vera interna iuſtitia ſupernaturali, quæ gloriam habet apud Deum, & ius confert ad vitam æternam. Ad quam iuſtitiam comparandam neceſſaria fuit gratia Redemptoris, quibus operibus placaretur Deus, & gratia hæc obtineretur. Vnde ante aduentum Chriſti nulla lex ſecundùm ſuum præſentem ſtatum ſine dependentia ab alio poterat iuſtificare: quia nihil habebat, quod poſſet Deo offerre ſufficiens ad placandum ipſum: & hæc intendit Paulus ad Hebræos, dicens: *Nihil ad perfectum adduxit lex:* Quia ſanguis hircorum, & vitulorum non poterat Deum placare. Lex autem noua habuit præſentem Chriſtum eius Auctorem, & Legiſlatorem, qui poterat ex perfecta iuſtitia mereri, & Deo ſatisfacere pro omnibus hominibus: ideò ex vi ſui ſtatus dat gratiam, & ſecum illam affert, ſeu ſpiritum, qui eſt quaſi anima ipſiuſmet legis, & hoc eſt, quod dicitur Ioannis 1. *Lex per Moyſem data eſt: gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et Roman. 10. *Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.* Ideò Apocalyp. 13. dicitur, *Agnus occiſus ab origine mundi:* quia ex tunc ſanguis eius operabatur: *quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius*, Roman. 3. Et hinc etiam prouenit vt habeat ſacramenta iuſtificantia ex operato, quæ non habebat lex vetus, niſi ſecundùm Circumciſionem, quæ potius erat præambula ad legem, & ſolos paruulos iuſtificabat ex operato, & dependenter à fide Miniſtri: quare ſacramenta vetera dicuntur à Paulo egena, & infirma elementa, Galat. 4. & non potuiſſe, iuxta conſcientiam perfectos facere credentes, Hebræor. 9. & non continuiſſe, nec dediſſe gratiam doncent Concilium Florentinum, & Tridentinum. Deinde in ſacramento quodam nouæ legis quod etiam eſt ſacrificium, realiter continetur Chriſtus fons gratiæ, quæ non ſolùm in hoc ſacramento, ſed in aliis etiam copioſiùs communicatur, quàm in Circumciſione, eo quòd in illis applicantur merita Chriſti iam exhibita: anteà enim non erat Spiritus copioſè datus: quia Ieſus nondum fuerat glorificatus: nunc autem flumina aquæ viuæ recipiunt credentes in eum, Ioan. 7. *Illa lex tota erat vmbra*, Coloſſenſ. 2. & Hebræor. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum:* non ipſam imaginem rerum. Vacua ex ſe erat, Chriſtus venit vt illam impleret, & ex meritis eius haberet gratiam. Vnde omnes Patres qui in lege naturæ, vel Moyſis iuſtificati ſunt, dicuntur pertinuiſſe ad legem gratię: quia eius diuitiis ditati ſunt, & habuerunt eundem fidei Spiritum, 1. Corinth. 4. ſic loquuntur Euſebius 1. Hiſtoriarum, in princip. Auguſtinus 3. contra duas epiſtolas Pelagian. cap. 4. & cum eis diuus Thomas quæſt. 107. artic. 1. ad 3. addens id quod de Moſe dicitur Hebræor. 11. *Maiores diuitias æſtimans theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti.*

40 Adde nec legem nouã præcisè quatenus continet documenta fidei, & præcepta iuſtificare: ſed de illa vt ſic, poſſe etiam dici id 2. Corinth. 3. littera occidit. Ita docet expreſsè Auguſtinus de Spiri. & lit. cap. 4. & 17. D. Thom. quæſt. 107. artic. 2. Medina ibi, & alij recentiores, & Sotus 2. iuſt. quæſt. 7. artic. 2. Valentia diſtinct. 7. quæſt. 6. punct. 3. §. 2. quos quantum ad hoc non impugnat: ſed potius ſequitur Vazquez diſput. 183. cap. 2. qui omnes affirmant legem nouam à veteri in hoc differre, quòd ipſa iuſtificat ratione ſtatus, ſeu adiuncti, ſcilicet, Chriſti ad ipſam propriè pertinentis, Vetus verò non: ſed ratione alterius ad nouam legem ſpectantis nempè ipſius Chriſti. Vnde 1. Corinth. 10. *Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus:* 4. Regum 4. Famulus Eliſæi cum baculo ipſius non potuit filium Sunamitidis ſuſcitare, ſed ipſe Eliſæus. Sic Moſis cum lege Dei non potuit iuſtificare peccatorem: ſed Deus ipſe in mundum veniens. Lucæ Samaritanus, non autem Sacerdos, aut Leuita, medicinam adhibuit ei qui incidit in latrones, &c. Vide Barradam illo cap. 3. vbi alia multa adducit ad rem. Et ibidem latè explicat, quomodo littera occidat. Vide etiam Feliſium 1. p. Decalogi, cap. 7.

41 *Secunda differentia.* Secunda differentia eſt, quod præcepta veteris legis fuere quaſi doctrina quædam inchoata, & imperfecta; nouæ autem legis quaſi doctrina abſoluta, & perfecta: quia eſt doctrina, diſtinctior, & expreſſior, ita Vazquez diſp. 183. cap. 3. ex D. Thoma quæſt. 107. art. 3. qui argumentatur: ſed contra, adducit Gregorius homil. 6. in Ezech. ſic explicãtem id capitis 1. rota erat in rota, id eſt, Teſtamentum nouum implicite continebatur in veteri. Vnde Auguſt. 19. cõtra Fauſtum, cap. 28. ait penè omnia quæ monuit, vel præcepit Dominus vbicunque dicebat, *ego autem dico vobis:* inueniri implicite in illis veteribus præceptis, & 16. ciuit. cap. 26. Teſtamentum vetus fuiſſe occultationem noui, & Teſtamentum nouum eſſe reuelationem veteris. Quare in illa lege paucis, & parum nota erant myſtęria Trinitatis, & incarnationis, & alia ex his pendentia, quę tamen in nouo Teſtamento etiam vulgo ſunt valde nota. Tunc ſpiritualia, & æterna bona raro, minuſque diſtinctè proponebantur, & nunquam ſub nomine regni cœlorum: ſic intelligitur Auguſt. 18. ciuit. cap. 11. & ſuper Pſalm. 37. cùm ait in veteri Teſtamento promiſſa fuiſſe temporalia: in nouo æterna. Nam vt ipſe ait, 19. contra Fauſtum cap. vltimo, quamuis in Prophetis non pauca inueniantur teſtimonia reſurrectionis, & æternæ vitæ, tamen nunquam expreſſè nominatur regnum cœlorum. Sic Hieronymus reprehendit Pelagianos dialogo 1. contra illos, quod aſſererent in veteri Teſtamento promiſſum eſſe regnum cœlorum. Sed de hac re fuſius egimus diſp. 22. ſect. 7. ſolum adde perperam Seruetum, & nonnullos anabaptiſtas dixiſſe populum Iſraeliticum nullam habuiſſe ſpem cœleſtis immortalitatis. Contra quem errorem peſtiferum, vide Feliſium 1. parte decalogi. Præcepta etiam moralia veteris legis in noua ſunt confirmata; & magis declarata remotis quibuſdam permiſſionibus. Nam lex vetus permittebat vſuras exigere ab externis, repudium vxoris, & multitudinem vxorum:

Digitized by Google

rum:noua autem non. Vide Barradam tom.1.lib.1. cap.16. vbi oſtendit, in nouo Teſtamento eſſe fidem explicitam:in veteri autem implicitam.

42 3.Differẽtia. Tertia differetia eſt, in veteri lege nuptiæ commendabantur: in noua virginitas potiſſimum, & continentia laudatur, & alia perfectionis conſilia dantur:de quibus D.Thom.Medina,& alij,quæſt. 108.art.4.Sotus 2.Iuſt. quæſt.9.art.3.de continentia habes conſilium Matth.19. & 1.Cor.7. de paupertate Matth.19.de obedientia Luc.9. & Mat.16. Sed quoniam Hæc vt notat Valent.diſp.7. quæſt. 8. punct.2. non ſunt materia legis nouæ propriè ſumptæ,& vt eſt præceptum,& obligat,non oportet hîc de illis agere,ſed tract. de voto, & tract.de ſtatu religionis.

4.Differẽtia. Quarta, lex antiqua per Moſem data eſt, qui tantum fuit legiſlator; noua verò per Chriſtum qui ſimul eſt Legiſlator, & redemptor, & auctor gratiæ. Hanc differentiam reiicit Vazquez: quia Moyſes non fuit Legiſlator, ſed legatus:Deus autem fuit Legiſlator qui etiam eſt auctor gratię:ſed reſp.in bono ſenſu verum eſſe diſcrimẽ.Nam etiã Moyſes fuit aliquomodo legiſlator, vt diſp.22. ſect.2. vidimus. Vnde promulgator illius legis,& aliquomodo legiſlator fuit creatura:Nouæ autem Deus in carne humana qui vt Deus contulit,& vt homo,&Deus meruit gratiã,& remiſſionem peccatorum hominibus. Huc ſpectat alia differentia. Lex vetus data eſt miniſterio Angelorum: noua verò miniſterio humanitatis Chriſti,de qua etiam dixi diſputat.22. ſect.2.

5.Differẽtia. Quinta differentia,lex noua cœli fores aperuit: vetus non: Hebræor.9. *In ſecundo tabernaculo ſemel in anno ſolus Pontifex introibat ſemel in anno non ſine ſanguine hoc ſignificante Spiritu ſancto: nondum propalatam eſſe ſanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente ſtatum*: Heb.10. *habentes fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam intrauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam.* Multa alia ad hoc adducit Barradas tom.1. lib.1.cap.5.quæ omitto:quia res eſt clara.

6.Differẽtia. Sexta differentia eſt: vetus lex fuit timoris: noua amoris.Hæc etiam clara eſt, de qua multa Barradas ibidem cap.8. Azor illo cap.59. quæſt.2.Valentia diſp.7.quæſt.6.punct.3.§.1.

7.Differẽtia. Septima,Teſtamentum vetus fuit vmbra noui: nouum verò fuit adumbratum vetere corpus, & lux,ac veritas; hæc etiam perſpicua eſt, quam latè probat Barrad.ibidem cap.9.

43 8.Differẽtia. Octaua differentia eſt, vetus lex fuit iugum, & onus graue:noua verò leue,&ſuaue.Matth.11.*Venite ad me omnes,qui laboratis, & ego reficiã vos:tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt, &onus meum leue*,vbi Hilar.& D.Tho.*Legis difficultatibus laborãtes,& peccati ſæculi oneratos ad ſe vocat*, &c.Act.15.*Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum: quod nec patres noſtri nec nos portare potuimus.* Vbi difficultas maxima, non omnimoda impotentia: Deus enim nihil præcepit impoſſibile.Trident. ſeſſ.6. can.18. Auguſt. de nat. & gratia cap.43.Hieronym.in expoſit.Symb.ad Damaſum. Ideò Exod.17. manus Moſis graues dicuntur:quia graue onus impoſuere. Vnde Auguſt. ſerm.9. de verb.Do. appellat legem illam ſarcinam innumerabilium obſeruationum.De multitudine præceptorum illius legis, vide dicta diſp.22.ſectione 1. num.5. Paucioribus, & minoribus auxiliis manus Moſis graues eleuabantur, & quæ non darentur

A ex vi illius ſtatus:ſed præſentis, vt explicuimus in 1.differentia. Vnde Auguſt. de verbis Apoſtolorum ſer. 6.lex peccato dedit virtutem tantummodò per literam iubendo:non per Spiritũ ſanctum ſubueniendo. Hoc iugum, & onus graue abſtulit Chriſtus:Oſee.11. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis:& ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum & declinaui ad eum, vt veſceretur.* Vbi Chald. veluti bonus agricola, qui boum humerum alleuat,& relaxat in maxillis eorum, ſcilicet funes,&c.vinculum autem amoris quo trahit, præcipuè eſt Euchariſtia,ideò ait, *declinaui ad eum vt veſceretur.* Apoc.2. *Non mittam ſuper vos aliud pondus*:ad legem veterem referunt Rich.de S.Victore, Primaſius,Ansbertus,Pannonius,Hugo Cardinal.

B & Alij id quoque Hebr.12.*Deponentes omne pondus*, de lege veteri quidam interpretantur.Galat.5.*State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.* Iſai. 10. *Et erit in die illa auferetur onus eius de humero tuo,& iugum de collo tuo: & computreſcit iugum à facie olei.* 1.Ioan. 5. *Mandata eius grauia non ſunt.* Cuius vna ratio eſt: quia amanti nihil eſt graue,vt ait Auguſtinus de natura, & grat. cap.69. & tractat.de laudibus charitat. Lex autem noua eſt lex amoris. Multa de hac re videbis apud Barradam tomo 1. libro 1. cap.10.& apud Vieg. Apocalyp.2.commentat.4.ſect.5.quæ breuitatis cauſa omitto.Vide etiam Auguſtinum epiſtola 118.vbi ait, ſacramẽta

C nouæ legis eſſe numero pauciſſima, obſeruatione facillima, ſigificatione præſtantiſſima. & epiſtola 119.cap.19. præcepta legis veteris vocat legales ſarcinas. Vide Hilarium canon.11.in Matthæum, & Chryſoſtomum, homil. 10. imperfecti.

Nona differentia, Lex vetus noua adueniente ceſſauit: noua autem ſemper durabit, vt vidimus ſect.5. 9.Differẽtia.

Decima differentia: lex vetus vni tantùm populo ſcilicet, Iudaico lata eſt, & illum tantùm obligabat: noua verò toti vniuerſo lata eſt, illùmque obligat. Deuteronom.4. *Quæ eſt alia gens, vt habeat ceremonias, iuſtáque iudicia, & vniuerſam legem: quam ego ponam hodie ante oculos* 44 10.Differẽtia.

D *veſtros.* Pſalm.147. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Galat. 5. *Teſtificor omni circumcidenti ſe: quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* Nam lex obligabat circumciſos, non alios, & ſolùm tenebantur ad Circumciſionem Hebræi. Geneſ. 17. At lex Euangelica obligat vniuerſas nationes. Matth.vltim. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Lucæ vltimo:*Oportet prædicari in nomine meo pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.* De hoc diximus diſputatione 22.ſect.3. & Barradam tomo 1. lib.1.cap.12.

Vndecima differentia, Lex vetus tota ferè erat in operibus externis, quæ multiplicabat, 11.Differẽtia.

E vt variis modis poſſet repræſentare myſteria occulta quæ ſperabantur: lex autem noua præcipuè interna dirigit: exteriora autem pauca præcipit, eaque perfectiſſima, eáque vtiliſſima, vt tetigit Auguſtinus 15.cõtra Fauſtum,cap.13. Vide diuum Thomam,quæſtione 108. articulo 2. & 3.Medin. ibi,Valent. diſput.7.quæſt.8.punct.2.

Duodecima differentia, Noua lex eſt finis veteris: & non è contra. De hoc multa Barradas ſuprà,cap.13. vbi docet, variis modis legem nouam eſſe finem veteris.



Digitized by Google

13. *Differunt.* Decimatertia differentia, In lege noua omnia A ſunt noua: in veteri, vetera: latè Barradas ſuprà, capite 14.

14. *Differunt.* Decimaquarta differentia, Congregatio fidelium legis veteris dicitur Synagoga: non verò fidelium legis nouæ. Quia Synagoga eſt congregatio etiam brutorum, vel carentium ratione: Eccleſia verò ſolùm ratione vtentium: In noua autem viget vſus rationis, ideò nomen Synagogæ reſpuit, Eccleſiæ retinuit. Fauet quòd Deus fideles illos, vt bruta habebat proponendo illis frequentiùs bona temporalia: ſecus fideles Euangelicos. Et quòd Synagoga eſt congregatio etiam extra muros: Eccleſia intra: & ſoli fideles Euangelici ſunt ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, qui in cœlum migrant ſtatim à morte, vel purgatorio.

Decimaquinta differentia, lex noua ſcripta eſt in tabulis cordis: vetus verò in tabulis lapideis. De hac ſatis diximus in hac diſp. ſect. 3. 15. *Differunt.*

INDEX

FINIS.

Digitized by Google

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN TOTO HOC OPERE EXPLICANTVR.

*Dominamini hominibus, & piſcibus maris, & volatilibus cœli.* Geneſ.1. 114.b.138.e
*Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* 2. 587.c
*In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* 85.c
*Nequaquam vltra maledicam terræ.* 8. 213.b
*Excepto quòd carnem cum ſanguine non comedetis.* 9. 610.611.c
*Eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liber.* 21. 619.b.621.a.b.c
*Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac.* 22. 84.e.85.b
*Eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* 27. 138.e.139.a
*Dices omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo & mulier à vicina ſua vaſa argentea, & aurea.* Exod.11. 84.e.85 b.c
*In æternum & vltra.* 15. 593.c
Oculum pro oculo, & dentem pro dente. 21. 569.b.571.b
*Pauperis non miſereberis in Iudicio.* 23. 409.b
*Adoleuit ſuper altare incenſum aromatum.* 25. 125.c
*Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis, neque minuetis ex eo.* Deuteron.4. 143.a.147.c.d.& ſequentib.
*Seruiet tibi vſque in æternum.* 15. 593.e
*Eum conſtitue regem quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* 17. 140.c
*Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui.* 18. 593.a
*Vſura conceduntur.* 23. 569.c.571.c
*Libellus repudij conceditur.* 24. 569.a.571.c
*Mortuus eſt ergo Saül propter iniquitates ſuas, eo quòd præuaricatus ſit mandatum domini.* 1.Paralip. 13. 139.b.c,
*Et videbis æmulum tuum in templo in vniuerſis proſperis Iſraël.* 1 Regum.2.verſ.32. 139.a.
*Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui.* 1.Reg.13. 139.b
*Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* 1.Reg.25. 139.d
*Reprehenſio Achaz.* 4.Reg.16. 144.b.148.d.e
*In lege Domini voluntas eius.* Pſal.1. 303.c.621.d.e
*Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Pſal.4. 27.a
*Afferte domino gloriam & honorem.* Pſal.28. 13.c
*Sacrificium & oblationem noluiſti: amore autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato poſtulaſti.* Pſal.39. 569.b.571.c.d
*Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper vniuerſum terram.* Pſal.44. 191.b
*Non in ſacrificijs tuis arguam te, holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.* Pſalm.49. 569.a.572.c.d.
*Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Immola Deo ſacrificium laudis.* Pſal.49. 595.c
*Tibi ſoli peccaui.* Pſal.50. 306.e
*Si voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis.* Pſal.50. 569.a.571.c.d
*Errauerunt Iudæi ab vtero.* Pſal.58. 595.e
*Habitantes vnius moris in domo.* Pſal.67. 329.d
*Vouete & reddite.* Pſal.75. 245.d
*Non cuſtodierunt teſtamentum Dei.* Pſal.77. 379.a
*Etenim benedictionem dabit legiſlator.* Pſal.83. 5.c
*Moyſez & Aaron in ſacerdotibus eius.* Pſal.98. 125.d
*Terminum poſuiſti, quem non tráſgredientur.* Pſal.103. 32.a
*Nolite tangere Chriſtos meos.* Pſal.104. 355.d
*Iurauit dominus & non pœnitebit eum, Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Pſal.109. 595.d
*Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* Pſal.118. 571.e
*Præceptum poſuit, & non præteribit.* Pſal.148. 63.b
*Sciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus eſt.* Sap.8. 214.b.c
*Vna catena tenebrarum omnes erant colligati.* Sap.17. 69.d
*Et legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.* Prouerb.8. 32.a
*Per me reges regnantes conditores legum iuſta decernunt.* Prouerb.8. 223.a
*Quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos.* Prouerb.8 63.a.b
*Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud.* Prouerb.21 317.c
*Si iuſtus fecerit, vita viuet.* Ezechiel.18. 580.b
*Dedi eis præcepta non bona; & iudicia in quibus non viuent.* Ezechiel.20. 569.a.571.c.d.e.& a.b
*Quia non ſum locutus cum patribus veſtris de verbo holocauſtorum, & victimarum.* Ierem.7. 569.571.c.d
*Conſumando Domui Iſraël, & Domui Iudæ teſtamentum nouum, non ſecundùm teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum.* Ierem.21. 608.c
*Quo mihi multitudo victimarum veſtrarum? plenus ſum holocauſtis arietum. Non afferatis vltra ſacrificium:* Iſaiæ.1. 569.a.571.c.d.
*Non ſum medicus ego, nolite me conſtituere principem populi.* Iſaiæ.3. 103.e
*Dabo claues domus Dauid ſuper humerum eius.* Iſaiæ.22. 144.a
*Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt foedus ſempiternum.* Iſaiæ.24. 82.b.c
*Eo quòd appropinquat populus iſte me ſuo, & labijs ſuis*

glorificat me, cor autem eius longè eſt à me. Iſaiæ.29. 144.a.148.a.b
Dominus Iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Iſa.33. 143.d.148.d
Qui ſuſcitauit ab Oriente iuſtum, vocauit eum vt ſequeretur, Iſai.40. 577.c.e
Sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum. Oſeæ 1. verſ.1. 84.e.85.d
Vocabo non plebem meam, plebem meam, & nõ dilectam, dilectam, & erit in loco vbi dictum eſt eis, non populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei viuentis. Oſeæ 2. 607.b
Ipſi regnauerunt, & non ex me; principes extiterunt, & non cognoui. Oſeæ 8. 137.b.139.e
In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quaſi exaltãs iugum ſuper maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt veſceretur. Oſeæ 11. 631.a
Non eſt voluntas mea circa vos, & ſacrificium acceptum non habebo ex manibus veſtris. Malach.1. 569.b. 571.c.d
Proieci feſtiuitates veſtras, holocauſta veſtra non ſuſcipiam. Amos 5. 569.b.571.c.d
Non conſurget duplex tribulatio. Naum.1. 363.e
Vbi vmbra mortis, & terra miſeriæ, & tenebrarum. Iob 10. 68.b.69.c.d
Vſque huc venies, & non procedes amplius. Iob 38. 32.a.33.a.
Diſponamus teſtamentum cum gentibus. 1.Machab.1. 579.a
Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Matth.5. 34.b 596.c.597.d
Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Matth.5. 110.a.b.d.569.b.571.b
Non omnis qui dicit, Domine, Domine. Matth.7. 74.e
Nemo mittit commiſſuram in veſtimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius, & peior ſciſſura fit. Matth.9 213.a
Colligite primùm Zizania, & alligate ea faſciculos ad comburendum. Matth.13. 68.d
Paſce oues meas. Matth.16. 144.b
Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Matth.17. 411.a
Reges gentium à quibus accipiunt tributa. Matth.17. 105.a.111.a
Ergo liberi ſunt & filij. Matth.17. 301.a.304.e.354. d.355.d
Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Matth.18. 151.b.& a.154.c.d.155.e
Vbi fuerint duo, vel tres. Matth.18. 175.e
Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matth.19. 78.c
Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Matth.19. 213.d
Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Matth.22. 108.b. 127.a.b.c
Rogate ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbatho. Matth.24. 595.c
Prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo mundo. Matth.24. 626.c.627.d
Hic eſt ſanguis noui & æterni teſtamenti. Matth.26. 579.d.
Docentes ſeruate omnia quæcumque mandaui vobis. Matth.vlt. 143.d.147.a.b
Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. In nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti docentes ſeruare omnia quæcũque mãdaui vobis. Matth.vlt. 620.a.b
Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Luc.1. 144.d
Vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Luc.2. 129.c
Sedens docebat. Luc.5. 344.c
Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Luc.10. 222.a
Deſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos. Luc.10. 155.a
Quis me conſtituit iudicem. Luc.12. 125.a.126.b
Ad duritiam cordis veſtri. Luc.16. 574.b
Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. Luc.16. 597.b. 598.b
Ecce duo gladij hic. Luc.22. 120.d
Reges gentium dominantur eorum, non ſic erit inter vos. Luc.22. 106.a.111.d.123.e.125.a.126.a
Ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Marc.5. 109.c.d
Nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantùm in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores. Marc.10. 581.b
Prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc.vlt. 619.a 620.d.
Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan.1. 27.a
Lex per Moyſem data eſt. Ioan.1. 576.a
Lex per Moyſem data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ioan.1. 619.a.620.c
Niſi quis renatus fuerit. Ioan.3. 593.b.c.598.c.d. 601.b
Omne iudicium dedit filio. Ioan.5. 33.b
Illa lex tota erat vmbra. Ioan.7. 630.d.
Cum mendacium loquitur, ex propriis loquitur. Ioan.8. 95.a
Ego autem dico vobis, nõ reſiſtere malo. Ioan. 18. 110.d
Sicut miſit me pater, ego mitto vos. Ioan.20. 144.c
Paſce oues meas. Ioan.21. 121.c.151.b.208.e
Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? Actor.15. 22.d.101.e.102.b.569.c. 571.d.e.
Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Actor.15. 145.a c.610.d.
Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit, regere Eccleſiam Dei. Actor 20. 156. a.157.e
Teſtamentum nouum melioribus promiſſionibus ſancitum eſt. Hebr.8. 579.e
Si illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Hebr.8. 569.a.570.e
Vmbram habens lex futurorum. Hebr.10. 630.d.e
Hoſtiam, & oblationem noluiſti. Hebr.10. 594.b
Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Rom.4. 32.& e.d
Infirmum in fide ſuſtinete. Rom.4. 600.e
Lex iram operatur. Rom.4. 569.b.571.b
Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Rom.5. 569.b 571.b
Peccatum vobis non dominabitur, non enim eſt is ſub lege, ſed ſub gratia. Rom.6. 301.d.302.e
Lex in homine dominatur, quandiu viuit. Rom.7. 592.b.
Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret non concupiſces, & peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiã. Rom.7. 569.b.571.a.b
Sentio aliam legem in membris meis. Rom.7. 5.b.52.e, e.53.c

Occa-

Digitized by Google

# Index locorum ſacræ Scripturæ.


Occaſione accepta per mandatum, peccatum operatum eſt in omnem concupiſcentiam.Rom.7. 56.e
Lex quidem ſancta,& mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Rom.7. 55 b
Itaque fratres & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti,vt ſitis alterius,qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo.Rom.7. 592.c
Lex ſpiritus vitæ.Rom.8. 619.b.620.e
Non eſt volentis,neque currentis.Rom.9. 571.d
Finis legis Chriſtus ad ſalutem omni credenti. Rom. 10. 34.b
Omnia in figura contingebant illis.1.Cor.10. 587.c
Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Rom.13. 89.a.106.a.111.a,b
Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Rom.13. 222.b.301.d.344.d.345.b.355.e
Omnes qui ſub lege ſunt,ſub maledicto ſunt.1.Timot.1. 302.c
Iuſto non eſt lex poſita,ſed iniuſtis. 1.Timot.1. 301.d. 303.b.& ſeqq. 621.a
Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. 2.Timot.2. 125.b.126.d
Dolens quod auerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis,& ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.Coloſſ.2. 592.a
Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum, Itaque qui hanc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum.1.Theſſal.4. 222.b
Tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam.2.Theſſal.2. 474.c
Ego quidem abſens corpore,præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens eum 1.Cor.2. 135.b.154.d
Iam quidem omninò delictum eſt in vobis,quia iudicia habetis inter vos.1.Cor.6. 109.d
Pretio empti eſtis,nolite fieri ſerui hominum. 1.Cor.7. 143.b.148.b
Nolite fieri ſerui hominum.1.Cor.7. 106.a.111.b
Factus ſum iis, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem. 1.Cor.9. 302.d
Factus ſum iis qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem, vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem .1.Cor.9. 302.d
Vbi ſpiritus domini,ibi libertas.1.Cor.3. 143.b.148.b 301.d.303.a.619.b,620.e
Habentes eundem ſpiritum.2.Cor.4. 19.a
Vnus Dominus Ieſus Chriſtus.2.Cor.8. 106.a.111.b,c
Prius enim quàm veniret à Iacobo, cum gentibus edebat, ſed cùm vidiſſem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij,dixi Cephæ coram omnibus.Galath. 2. 613. & ſeqq. vſque 618. per totum.
Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.Galath.3.301.a 304.b.578.c,d
Lex ſubintrauit,vt abundaret delictum. Galath.3. 578.d
Lex poſita eſt,donec veniret ſemen.Galath.3. 597.d 598.b.600.c
Ordinata per Angelos in manu mediatoris. Galath.3. 576.b.591.b.592.b
Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant,redimeret.Galath.4. 620.d,e.621.c,d
Non ſumus ancillæ filij,ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. Galath. 4. 301.a.304.e.619.b 621.a,b
Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege.Galath.5.301.c.302.d,& per totum.619.b.620.e
Teſtificor omni circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.Galath.5. 595.e
Chriſtus fecit vtraque vnum,& medium parietem maceriæ diſſoluit,legem mandatorum decretis euacuans. Epheſ.2. 592.d,e
Legem mandatorum decretis euacuans. Epheſ.2.594. a.604.d
Vnus dominus,vna fides,vnum baptiſma.Epheſ.4.106. a.211.b.c
Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos,alios Prophetas,alios Paſtores,& Doctores.Epheſ.4. 156.a,b.157.e.188.b
Serui obedite dominis carnalibus.Epheſ.6. 143.c.148. b,c
Filij obedite parentibus.Epheſ.6. 223.a
Madata eius grauia non ſunt.1.Ioan.5. 631.b
Vnus eſt legiſlator,& iudex,qui poteſt perdere & ſaluare. Iacob.4. 144.a.148.d
Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. 1.Petr.2. 223.a.345.c
Vos genus electum,regale ſacerdotium.1.Petri.2.190.e
Habes claues mortis & inferni.Apoc.1. 144.a
Non mittam ſuper vos aliud pondus.Apoc.2. 631.a




Digitized by Google

# INDEX RERVM, ET MATERIARVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

## A


AAron conſecratus in ſacerdotem. 125.d
Aaroni fuit prohibitum ſub mortali ingredi Sanctuarium intra velum. 254.a
Abbas ſtare debet immediatè poſt Epiſcopum: Præfertur Epiſcopo in rebus ſpectantibus ad regulam. 165.a
Abbas minores ordines conferre poteſt,& vtitur baculo paſtorali,annulo,& mythra. ibid.b
Abbas habet ordinariam iuriſdictionem. ibid.
Abbas non poteſt præcipere Monacho præter id, quod in regula continetur. 167.b
Abbates congregant Conciliũ,quo conſtituunt id quod eſt opus ad conſeruationẽ regulæ. 165.e
Abbatem vel Epiſcopũ ſi ſolo verbo quem compellet Pontifex Romanus,ſtatim fit Abbas, vel Epiſcopus. 446.c
Abbates quinam poſſint leges condere. 165.b.c
Abbatiſſa non poteſt excommunicare: habet tamen iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam. 183.a
Abbatiſſa interdum poteſt ſuſpendere ab officio, & beneficio ſubtrahere præbendas. ibid.d
Abbatiſſam non habere iuriſdictionem quomodo probetur. ibid.d.e
Abbatiſſa nõ poteſt facere noua præcepta. 184.a
Abbatiſſa poteſt præcipere ſub mortali peccato. ibid.b.c
Abbatiſſa habet iuriſdictionem in moniales, & quam. ibid.
Abbatiſſa adminiſtrationem habet,& iuriſdictionem dignitati ſuæ annexam. 319.c
Abel quo ductu obtulerit ſacrificium. 73.d
Abel virgo,ſacerdos & martyr. 149.c
Abel & Cain obtulêre primitias. 587.c
Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, alterum de libera. 6.d
Abraham creditus fuiſſe Rex, vel ſupremus Princeps. 107.e
Abraham ſoli demandata eſt circuncíſio, & poſteritati eius. 576.d
Abraham meruit ſaltem ex congruo, vt Chriſtus ex ipſius progenie naſceretur. 577.c
Abraham iuſtus. ibid.
Abraham vixit ante legem. 581.d
Abraham ſpoliorum,quæ de hoſtibus victis ceperat, decimas obtulit Melchiſedech ſacerdoti. 587.d
Abraham iuſtus debuit circuncidi. 598.e
Abrogatio legis quid. 466.b.c
Abrogatio non pertinet ad legem. 62.d
Abrogatio & derogatio quomodo differant. 82.a
Abrogatio legis eſt exorbitans.469.b. & quando non. ibid.c.d
Abrogatio legis odioſa eſt. 451.c
Abrogatio ſine cauſa valida eſt. 448.e
Abrogationis,& irritationis diſcrimen. 466.c item derogationis,& abrogationis. ibid.
Abrogatio legis citiùs fit per nouam voluntatem Principis,ſcientis conſuetudinem. 483.e
Abrogatio, diſpenſatio, interpretatio, & irritatio legis in quibus differant, & vniuſcuiuſque munus. 505.d
Abrogare legem veterem Chriſtus potuit,ac in illa diſpenſare. 591.a.b
Abrogatio veteris legis pertinebat ad dignitatem Meſſiæ. 593.a
Abrogatio veteris legis quomodo facta. 594.a
Abrogatio legis veteris non eſt facta in die Pentecoſtes quoad obligationẽ pro toto orbe. 600.d
Abrogatio legis veteris fuit conſummata in die Pentecoſtes. 601.d
Abſens nemo debet iudicari. 377.a.b
Abſoluere ſeipſum nemo poteſt. 313.e.319.c
Abſolui poteſt inuitus ab excommunicatione. 417.c
Abſolutionis vis, & in quo differat à diſpenſatione. 507.b.c
Abſolutio à cenſura ſi metu fiat,inualida eſt. 509.c
Abſolutio à cenſuris quid. 512.c.d
Abſtinentia vitam breuiorem reddere licet. 261.e
Abſtinentia carnis ſi ſit mortis periculum poteſt deſpici. 265.b
Abſtinentia ab omni cibo ad vitam neceſſario nõ eſt ſemper malum. 266.b
Abſtinentia à carnibus etiam cùm non eſt alius cibus poteſt eſſe honeſta. 267.a
Abſtinentia cum periculo mortis non eſt ſeruanda,& eſſet peccatum. 267.a,b.c
Abſtinere à mediis quibus propriam tueatur vitam,nemo tenetur abſtinere. 399.b
Abſtinẽdi à ſanguine & ſuffocato præceptum fuit ante legem Moyſis. 588.c
Academiarum magiſtri, & profeſſores quoſnam iudices habeant. 327.a
Acceptationis legis modus quis eſſe debeat. 293.a.c
Acceptio perſonarum in quibus committatur. 531.a
Acceſſorium non tenet ſi non teneat principale. 552.d
Acceptatio præſumitur in fauorabilibus. 449.e
Accuſator ſui nemo debet eſſe ex æquitate. 378.b
Accuſatoris clamore non indiget euidentia patrati


Digitized by Google

ſceleris. 391.a
Achaz & Manaſſes cur reprehenſi. 148.d
Actio externa iuſta vocatur ius ab Ariſtot. 4.b
Actio non datur in foro extremo ex obligatione naturali. 437.a
Actiones in iure quomodo & quando conſcriptæ. 46.d,e
Actiones Dei neceſſariæ non ſubiacent legi æternæ. 64.c
Actiones Dei liberæ non ſunt propriè ſubiectæ legi æternæ. ibid.d
Actionis cuiuſcunque humanæ ratio ſumitur ex fine. 452.a
Actio ſolet appellari omiſſio. 457.e
Actor ſequatur forum rei. 346.b
Actum intelligitur in pactis quod conſuetum eſt. 501.b
Actum quando lex annullat in alicuius fauorem, ſi cedat in diſpendium eius, impeditur effectus. 437.e
Actum non vitiat modicæ ſolemnitatis omiſſio. 552.d
an Acta contra ius naturæ facta ſint irrita, vel non, regulæ quædam. 418.d,e
Acta quibus deeſt aliqua ſolemnitas cur irritentur 437.c
Acta Executoris, Nuncij, vel Legati Apoſtolici firma ſunt, quouſque certior factus ſit ſe eſſe à Pontifice reuocatum. 282.c
Acta procuratoris abſentis volent, donec reuocatio ſit manifeſta. 282.b,c
Acta contra leges facta non valent. 421.c,d
Actus fidei, ſpei, & charitatis perfectiſſimi. 583.b
Actus aliqui Religionis exterius conſummantur. 586.e
Actus virtutum Theologalium, & religionis interius ſæpiſsimè conſummantur. 622.e
Actus obedientiæ quomodo fiat. 54.c
Actus cuiuſlibet virtutis præcipi, & cuiuſlibet vitij prohiberi lege humana poteſt. 211.c,d
Actus virtutum non poſſunt omnes lege humana præcipi. 212.d
Actus intellectus nullus præciſa voluntate obligandi habet rationem legis. 15.d
Actus intellectus an ſit lex naturæ. 73.c
Actus intelligendi, & verbum inſeparabiliter ſe habent, & pro eadem regula reputantur. 16.b
Actus aliqui naturæ intellectu alijs ſunt imperati ab intellectu, & voluntate. 7.c
quoad Actus internos homo ſoli Deo ſubditur. 208.e
Actus interni quando ab Eccleſia iudicari poſsint, & qui. 196.b,c,d,e
Actus internos non poteſt præcipere poteſtas humana. 207.d
Actibus merè internis obligationes, nec alij contractus fieri nequeunt. 196.a
Actus internos proprios difficillimum eſt cognoſcere. 208.b
Actus merè interni non poſſunt humana lege imperari. 194.c
in Actibus internis non eſt expediens leges ferendi poteſtas. 206.e
Actus interni quinam ſubijciantur iuriſdictioni humanæ. 205.d
Actus interior dupliciter comparari poteſt cum exteriori. 196.b
de Actibus tum internis, tum externis longiſsima diſputatio, an poſsint præcipi, nec ne. 193. &c. vſque. 208
Actus in moralibus non excedunt intentionem agentium. 236.a
Actus agentium non operatur vltra intentionem eorum. 293.e, 363.d, 530.e
Actus vitiorum ſunt prohibiti iure naturæ. 212.c
Actus omnes, quos expedit eſſe prohibitos, aut præceptos, ſunt prohibiti, aut præcepti iure naturæ. 195.e
Actus ferè nullus eſt qui non cadat ſub naturali præcepto. 77.d
Actus bonus propter aliud maius bonum prohiberi poteſt. 215.e
Actus humani, valde boni, vel valde mali, vel indifferentes. d, 61.d
ex Actu lege humana irrito nulla oritur naturalis obligatio. 438.c
ex Actu inhoneſto, & turpi nulla oritur naturalis obligatio. 438.b
ex Actu lege humana irrito naturalis obligatio poteſt oriri. 437.b
ex Actu cui forma ſubſtantialis deficit, non oritur naturalis obligatio. 439.a
Actus prauos aliquando iuſtificant leges ciuiles. 217.c
Actus qui reddit hominem indignum vltimo fine eſt peccatum mortale. 92.b
Actus malus nullus, quia prohibitus voluntate diuina. 11.a
Actus ex obiecto malitiam trahit. 193.b
Actus alioqui bonus quomodo poſsit prohiberi ab Eccleſia. 198.a
Actui cùm lex reſiſtit, nulla oritur naturalis obligatio. 438.a
Actus indifferentes qui ſint. 61.d
Actus indifferentes non dantur per ſe in indiuiduo. 77.d, 88.d, 414.c
Actus non poteſt contrahere malitiam ex obiecto cognito vt malum. 88.a
Actus quinam ſit, quod eſt peccatum veniale. 92.b
Actus imperatus ab imperante malitiã capit. 239.a
Actus vt ſit honeſtus debet habere cauſam rationabilem, ſeu finem honeſtum. 438.c
Actibus ſuis legem nemo propriè loquendo imponit. 316.e, 313.c
Actu vnico quænam finiantur, vel non. 458.b, c, & ſeq.
Actus legitimus non recipit conditionem, vel ſuſpenſionem. 325.c
Actus quoſnam legiſlator poſsit præcipere. 195.c
Actus quinam lege humana præcipi poſſint. 212.a
Actus cenſetur moraliter incipere à ſolemnitate antecedente. 433.e
Actus legitimè factus retractatur deficiente cauſa finali. 530.c
Actus quando ſit validus, variæ regulæ. 432. a, b & ſeq.
Actus quando lex præcipiens formam dat ſimul poteſtatem ad efficiendum actum ſeruata tali forma, ſi non ſeruetur, eſt nullus. 435.d
Actus publicæ adminiſtrationis, ſi in eo lex addat ſolemnitatem cum verbo irritante, eſt nullus ipſo iure, & in conſcientia. 433.d
Actus iam cœptus non comprehenditur à lege. 55.d,e
Actus omnis rectitudo pendet à lege. 6.a
Actus etſi pendeat per ſe in ſuo valore à publica



Digitized by Google

poteſtate,eſt nullus, ſi lex ponit expreſsè verba irritantia. 434.a
actus inferioris non præualet contra voluntatem ſuperioris. 431.a
actui aliquando ius aſſiſtit,quem prohiberet.431.b
actus qui certam ſolemnitatem requirunt,non habent vim ſine adminiculo iuris. 329.c
actus prohibitus ſine adiectione pœnæ ſæpe eſt validus,& contrà. 422.b
actus ſimpliciter prohibiti, ipſo iure ſunt irriti. 421.e
actus priuati dominij quando ſit irritus. 433.e
actus non deſinit eſſe validus ſi abſit forma accidentalis,ſecus ſi abſit ſubſtantialis. 431.d
actus nullus duplex. 425.d
actus omnes eo ipſo,quòd ſunt prohibiti in Eccleſia,non ſunt irriti. 427.d
actus prohibitus quando ſit nullus. 424.a,b
actus quando ſit nullus defectu ſolẽnitatis.433.a,b
actus prohibitus eſt irritus, ſi cauſa eſt perpetua. 428.e
actus factus non ſeruata forma inualidus eſt.416.d
actus ſolet reſtringi iuxta exigentiam cauſæ.423.a
actus quando ſit irritus, lege irritante interueniente. 282.a,b
actus nullus eſt pœna dignus, niſi quatenus per illum violatur aliquod ius. 559.c
actus binus eſt quaſi vſus, & conſuetudo. 492 a
actus verba irritantia quæ. 430.b,& ſeqq.
actus duo ſufficiunt ad inducendam conſuetudinem. 492.e
actus duo vel tres contrarij non poſſunt tollere legem ſecundùm ſententiam auctoris. 298. e, & ſeq.
actus binus ſufficit ad inducendam conſuetudinem. 298.a
actus binus aut trinus ſciente legiſlatore ſufficit contra legem,vt vim non habeat. 298.a
actus duo vel tres quatenus præualeant contra legem. 504.b
actus duos vel tres contrarios tollere legem quomodo intelligendum. 299.b
actus frequentia contingit quando bis fit. 298.a
Adam fuit Dei filius adoptiuus. 589.c
adamus in ſtatu innocentiæ grãtiam inhærentem habuit, imò fuit creatus cum illa. 590.b
adamus nec in ſtatu innocentiæ habuit ſpiritum ſanctum. 588.c
adam habuit promiſſionem vitæ æternæ. 581.a
adam obligauit Deus ſub mortali, vt à pomo abſtineret. 235.a
adami peccatum cur mortale. 235.b
adam habuit monarchiã in omnes homines.111.e
adam qualem poteſtatem habuerit in vxorem & filios,&c. 113.c
addictos ſupplicio ſi vindicent clerici, poſſunt à iudice ſæculari puniri. 349.e,350.a,352.a
adoleſcentes duo exemplum edunt mirabile ſuæ abſtinentiæ. 266.e
adoptio filiorum non erat in lege veteri. 588.e
adoptio antiquorum parum ſolùm fuit figura adoptionis nobis conferendæ per Chriſtum. 389. e,590.a
adoptionem veram exui legis veteris non habuerunt patres antiqui. 590.a
adoptio legis veteris erat vera, ſed imperfecta. 590.b
adoptionem quomodo recipiebant antiqui patres. 590.b,c
adoptiui filij Dei verè fuerunt antiqui. 589.b,c
aduentus corporis Chriſti figuratus vmbris veteris legis. 592.c
in aduentu Meſſiæ cæremoniæ legis veteris erant antiquandæ. 593.b
aduentus Spiritus ſancti quodammodo pertinet ad redemptionem noſtram. 599.c
aduenæ exiſtente ſcandalo teneatur ſeruare leges loci. 321.b,c
aduenas & peregrinos princeps poteſt in ſua lege comprehendere. 323.d
aduenas delinquentes in ſuo territorio princeps quilibet iure naturæ, vel gentium punire poteſt. 324.b
aduena quando non ſortiatur forum loci contractus.326.a,b,quando ſic. ibid.c
aduenæ verſantes in territorio quando generale mandatum datur,non ligantur,nec manent excommunicati propter delictum poſtea commiſſum. 325.e
adulterium,homicidium,&c.mala eſſe cognouere Philoſophi. 91.d
adulterium patiens per vim non punitur. 318.d
adulterum cum filia occidere licet Patri. 81.e
adulterium committens ignorans matrimonium complicis,excuſatur à pœna poſita contra adulteros. 410.b
aduocati poſſunt leges interpretari. 563.e
Ægrotus ex vi legis naturalis tenetur facere quod medicus iniungit. 220.a
Aegrotum vt conſoletur quis, poteſt apud eum manere,& ſe vitæ periculo exponere. 261.e
apud Aeginetas cautum fuit, eos qui legis nouæ condendæ cauſam dediſſent, inuiſos hominibus,& execrabiles fieri. 102.e
Aegyptiorum ſpoliatio cur iuſta. 85.b
Aegyptij quæ pro dijs colebant, Hebræi immolabant. 578.d
Aegyptij & Idumæi expreſsè iuſſi ſunt à Deo admitti in templum. 606.a
Aegyptij ex Philoſophis ſacerdotem, & ex ſacerdotibus probatiſſimum in regem eligebant. 126.b
Aegyptiorum reges non minus quàm priuati legibus tenebantur. 306.d
Aequitas Græcè ἐπιείκεια. 95.a
Aequitas ſeu Epijkia ſolùm habet locum contra legem ſcriptam. 95.d
Aequitas ſupplet defectum legis, ipſam emendat, & corrigit. 95.c
Aequitas maximè propria eſt iuſtitiæ. 211.b
Aequitas ſcripta præfertur iuri ſcripto, & ſecundùm eam eſt iudicandum. 562.d
Aequitas non patitur, vt homo ſit contra ſe quaſi iudex,accuſator,& teſtis. 378.b
Aequitas ſoluta eſt legis vinculis. 303.e
Aeſopi fabulas Socrates paucis verſibus proſecutus eſt. 624.a
Aeſtimationi propriæ conſulere quiſque tenetur ex charitate. 309.d
Aethiopes Chriſtiani ſeſe circuncidunt ad Chriſtum imitandum. 609.a
Aethiopes cum Iudæis eadem penè ſentiebant. 607.b,c
Aethiopes vtebantur etiam circunciſione. 607. b,& a
Aethiopem Eunuchũ baptizauit Philippus.606.c

Aeternum

Digitized by Google

Aeternum reipſa nihil, niſi Deus. 31.b
in æternum quid ſignificet. 593.c,d,& ſeq.
Aeternum quomodo quid dicatur. 627.a,b,c
Aeternum dicitur nouum Teſtamentum. 627.a
Aeterna quomodo dicatur lex noui Teſtamenti. 627.c
Aeterna promiſſa ſunt in nouo teſtamento, temporalia in veteri. 630.d
affectus ſunt nonnulli, qui continuò ſunt cum prauitate connexi,& quinam. 89.e
affectus efficax prohiberi poteſt, ſed pœna non poteſt infligi propter illum. 197.c
affectus qui adiungitur actui externo poteſt prohiberi. 197.b
Agar ancilla ſeruorum mater, id eſt, lex vetus. 595.a
Agathonis pronunciatum egregium de poteſtate Dei. 439.c
agens naturale operatur ſecundùm vltimum potentiæ. 237.b
agens & patiens non poteſt eſſe idem. 319.d
agendorum regulæ ſumuntur ex fine. 567.c
agere nemo poteſt pro alio fine particulari eius mandato. 543.c
agitationem taurorum permittentes Magiſtratus quomodo excuſentur à peccato. 298.c,d
agitatio taurorum quomodo permiſſa. ibid.
agnus occiſus ab origine mundi dicitur Chriſtus. 630.c
Alexander Seuerus qua cautione,& qua cum diligentia leges conderet. 101.a
Alexander VI. Caſtellę & Legionis regibus Indiarum occidentalium dominium contulit anno. 1493.& 1. ſui pontificatus. 120.a
Alexander VI. nouum orbem inuentum inter Reges Hiſpaniæ,& Luſitaniæ diuiſit. 120.b
alienatio facta à pupillo ſi cadat in eius vtilitatem non eſt irrita. 417.e
alienationes non poſſunt reuocari per legem continentem pœnam ferendam. 396.a
alienationes in fraudem fiſci factæ ſunt reuocandæ. 391.e,392.b,c,& ſeq.
alimenta ſpurijs ex æquitate canonica conferri iubentur, quæ eis negantur iure ciuili. 124.b
Almaricus damnatus eſt in Concilio Lateranenſi. 301.a
in Alphonſum Hiſpaniæ regem quo iure ſint vſi Hiſpani. 314.c
Alphonſus cognomine ſapiens, Hiſpaniarum rex, fuit priuatus regno,& quomodo. ibid.c
altari debet ſeruire, qui de altari viuit. 202.e
ambitio reſtringenda eſt. 452.c
Ambroſius adhuc laicus factus eſt Epiſcopus 188.c
Ambroſius priuauit Theodoſium Imperatorem communione propter cædem Theſſalonicæ factam. 124.e
Ambroſius Theodoſium Imperatorem excommunicauit. 189.c,192.b
S. Ambroſius coëgit Theodoſium Imperatorem ferre legem, ne Principis iuſſum, quo ſeueriùs in aliquos animaduertere iuberet, iudices ſtatim, ſed poſt 30. dies executioni mandarent. 124.e
Ambroſij verba grauiſſima ad Valentinianum Imperatorem. 192.b,& a
Ambroſij reſponſum in dubio de non ieiunando in ſabbatho Mediolani. 331.d
Ambroſius & Cyprianus diſputarunt contra Nouatianos. 187.a
Ammonitæ arcebantur ab atrio gentium. 606.a
amanti nihil eſt graue. 631.b
amor virtutum in legiſlatore requiritur, qui approbat quod bonum eſt. 55.a
amoris debitum nunquam ita reddi poteſt, quin ſemper amare teneamur. 111.b
amore Dei ſolo poteſt homo beari. 87.b
amoris lex eſt lex noua. 631.b
Anabaptiſtæ & Trinitarij tenuerunt, non licere Chriſtianis gerere magiſtratus,&c. 106.d
analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato. 567.d,e
Angelus ſua voluntate conceptum ſuum ad alium Angelum dirigit. 7.d
inter angelos etiam ſunt præfecturæ. 112.b
per angelos homines illuminat Deus, & inſtruit homines per homines. 576.a
angeli ſunt filij Dei adoptiui. 589.b
angeli non fuere legiſlatores in ordine ad legem veterem, ſed eorum miniſterio data eſt. 575.e
angelus à quo Moyſes legem accepit, perſonam Dei gerebat. 33.b
inter angelos nullus fuit Rex, cùm fuerunt in via. 106.d
angeli teſtati ſunt repudium templi, populi, & legis Iudaicæ. 594.b
anima & corpus diuerſa ſunt. 123.d
anima carnis in ſanguine eſt. 611.a, d, 612.c
animus malus non punitur, ſed actio, & omiſſio mala. 197.b
animi omnium hominum earundem virtutum capaces non ſunt. 18.d
animalia tota dijs conſecrabantur etiam cum ſanguine,& quomodo. 611.a
animalium ſacrificia quid ſignificabant in lege veteri. 586.d,e
Angliæ Rex ſibi vſurpat nomen capitis Anglicanæ Eccleſiæ. 191.e
Anglis mios eſt, vt fœminę in regno ſuccedant, regnique adminiſtrationem ſuſcipiant. 319.b
anglorum regnum vnde cœptum. 135.d
Antiochus 3. ad ciuitates ſcripſit, ſi quid contra leges per literas facere iuſſerit, ne ſibi tanquam ignaro pareent. 305.c
antiochenſes ſcandalizati ob B. Petrum. 617.a,b
Antonini Caracallæ nouercæ Iuliæ impia vox. 314.b
Antoninus Imperator ſeſe arroganter mundi dominum nominauit. 129.a
antitheſes veri & falſi Chriſti. 106.d
appellatio ſeu ſupplicatio licita eſt in reſcriptis particularibus; ſed non in leges communes conuenit. 437.d
appellatio ad Papam quomodo teneat. 221.a,b
appellare licet à lege iniuſta. 20.b
appetitui qui dominatur rectus eſt. 78.d
Appius Claudius, in formam redegit legis actiones. 46.e
Apoſtoli à ſolo Chriſto facti ſunt. 151.d
Apoſtolorum inſtitutio non fuit par per omnia. 152.a
apoſtolos non omnes conſecrauit Chriſtus. 157.a
apoſtolorum principem Paulus appellat Petrum. 613.e



Digitized by Google

# Index rerum, & materiarum.


Apoſtoli facti ſunt ſacerdotes legis nouæ in cœna 622.c
Apoſtolis quomodo collata ſit poteſtas ad fundandam Eccleſiam. 152.a,b
ad Apoſtolorum officium potiſſimè ſpectat gubernare Eccleſiam. 152.a
Apoſtolorum aliorum poteſtas fuit ſubordinata poteſtati Petri. 158.d
Apoſtolis & Petro in quo conſiſtat diuerſa iuriſdictio collata. 152.d
Apoſtoli habuere præcepta. 302.c
per Apoſtolos & Euangeliſtas Chriſtus loquitur, & ſcribit ſemper. 624.d
Apoſtoli omnes habuerunt iuriſdictionem. 151.d
Apoſtoli habuerũt iuriſdictionem in totum Chriſtianum orbem. 191.b
Apoſtoli habuerunt à Chriſto poteſtatem ferendi leges. 144.c,d
Apoſtoli modo extraordinario iuriſdictionem habuerunt. 156.a
Apoſtoli cæteri à Petro vtrum, & vbi leges tulerint, & earum vis quæ fuerit. 152.b
Apoſtolus quilibet ſine auctoritate Petri potuit Epiſcopos creare, iuriſdictionem eis dare, & ſucceſſores relinquere. 160.b
Apoſtoli fuerunt à tributis liberi, quia erant de familia Chriſti. 354.d
Apoſtoli cur verè immunes fuerint à tributis. 127.c
Apoſtolorum prærogatiuæ. 157.b
Apoſtoli cum Petro diœceſes diuiſerunt. 189.b
Apoſtoli cur Hieroſolymis pro legalibus conuenerint. 152.b
Apoſtoli ſcripſerunt legem nouam. 623.e
Apoſtoli quomodo vſi ſint legalibus. 612.d,e
Apoſtoli nunquam vſi ſunt ex animo legalibus legis veteris poſt mortem Chriſti. 612.d
Apoſtoli exercuerunt legalia ante promulgationem Euangelij, & quo animo. 615.a
Apoſtoli ignorauerunt legalia veteris legis expiraſſe, vſque ad reuelationem Petro factam. 604.d,e,& a,b
Apoſtolorum temporibus licitum fuit omnibus legalia exercere. 617.e
Apoſtoli cur non recipiebant initio gentiles incircunciſos ad Baptiſmum. 606.b,c,& ſeq.
Apoſtoli Petrus, & Paulus non diſſimulauerunt. 616.d,e,& ſeq.
Apoſtolis præceptum fuit à Chriſto, ne prædicarent Euangelium gentibus. 605.d
Apoſtoli defecerunt à confeſſione Chriſti in eius morte. 625.c,d
Apoſtolorum tempore Miſſa non celebrabatur cum tantis ceremoniis. 258.b
Apoſtoli promulgarunt legem nouam per totum orbem. 626.b
Apoſtoli quæ facere debuerunt in dilatando Euangelio. 600.a,b
Apoſtolos obligauit lex Euangelica à paſsione Chriſti. 604.c
Apoſtolica ſedes eſt caput omnium Eccleſiarum. 351.e
Apoſtolica cur dicitur Romana ſedes. 152.d
Apoſtolici nuncij, legati, & c. acta firma ſunt, donec ſciat ſe eſſe reuocatum. 282.c
Apoſtolicum præceptum de abſtinentia à ſanguine, & ſuffocato, quàm variè interpretantur. 610.e, 611.a, & an ſit reuocatum à Concilio Gangrenſi, ibid.b,c
Apoſtolicorum errores. 137.a
Aquam luſtralem non ſumere in ingreſſu Eccleſiæ non eſt peccatum. 498.a
per Aquam & Spiritum ſanctum regeneratio non erat in lege veteri. 589.b
Aquæ ducendæ per fundum meum ſeruitus non amittitur per non vſum decennij, ſi fons exaruit. 504.b
Aquæ vſus vſus non tranſmittuntur in hæredes. 457.d
lex Aquilia propriè fuit plebiſcitum. 47.b
Aragoniæ Rex non poteſt conſtituere leges ſine conſenſu Reip. imò neque eas interpretari niſi aſſumptis quibuſdam perſonis regni. 21.b
in Aragoniæ regno quomodo, & à quibus leges ferantur. 305.a,b
Arbiter iudex ſolùm habet auctoritatem de conſenſu vtriuſque partis. 227.c
Arbiter non poteſt collitigatores vltra menſuram ſibi ab eis commiſſam eos punire. 363.a,b
Arbitro iudici quid faciendum, ſi aliud lex, aliud conſuetudo legitimè præſcripta habeat. 501.c
Arcadium imperatorem excommunicauit Innocentius. 189.c, 192.b
Archidamus Rex Lacedæmonum pecunijs multatus fuit à Lacedæmonibus, quòd mulierem puſilli corporis ſibi coniunxiſſet contra legem. 307.d
in Archidamum quo iure ſint vſi Lacedæmones. 314.c
Athenienſium legiſlator celeberrimus Solon. 46.d
Archiepiſcopi poſſunt in ſuis diœceſibus, id quod Epiſcopi in ſuis. 165.d
Archiepiſcopi quomodo habeant iuriſdictionem. 178.a
Archiepiſcoporum prærogatiuæ, & auctoritas. 165 b,c
Archiepiſcopi ſubſunt Patriarchis. 165.a
Archiepiſcopus eſt ſuperior ſynodo prouinciali. 521.a, imò non eſt, ſed inferior. ibid.c
Archiepiſcopus quomodo ſe habeat ad ſynodum prouincialem. 521.c,d,& ſeq.
Archiepiſcopus directè ſubditur legibus ſynodi prouincialis. 319.a
Archiepiſcopus poteſt excommunicare ſuum Suffraganeum. 165.c
Ariſtocratia, ſeu oligarchia quid. 112. c, eiuſque commoda. ibid.d
Archiepiſcopus non poteſt diſpenſare in legibus ſynodi prouincialis ſine cauſa. 521.c, d, & ſeq.
Arma noctu deferre tempore ſeditionis, quando mortale, vel veniale. 242.e
Armeni conſecrant in fermentato. 324.c
Arnaldus de Villa noua, opuſculo refutat opinionem aſſerentium conſuetudinem Carthuſianorum de abſtinentia à carnibus, non eſſe probandam. 264.b
Ars imitatur naturam. 96.b
Artium omnium lex eſt veritas immutabilis. 94.e
Aſcenſio Chriſti quodammodo pertinere ad redemptionem noſtram. 599.c
Aſſyriorum ſeu Chaldæorum imperium per bella iniuſta cœptum. 135.e
Aſſyriorum & Ægyptiorum regna ante Phoroneum. 46.c
Aſtrologiæ vel Matheſi qui crediderit, anathema eſt. 206.a
ab Atrio exteriore Iudæorum arcebantur gentiles, & incir


Digitized by Google

In Atrium gentium intrabant omnes Ethnici, in atrium Iſraëlitarum ſoli Iſraëlitæ, in atrium interius ſoli ſacerdotes. 606.a
Attentio quo iure præcipiatur. 203.c
Attentione carentes cenſentur non recitare diuinum officium. 205.e
Attention in recitandis horis eſt in præcepto. 200.a
de attentione,& intentione tum in oratione,tum, in recitatione officii canonici longiſſima diſputatio,an poſſint,præcipi, quomodo, & quo iure.199.d.& c.vſque 205.per totum.
Attentionis defectus in officio recitando quando ſit mortale,& quando veniale. 203.c.d
Attentio aliqua eſt de ratione diuini cultus. 205.c
Attentio ſi deſit in oratione, quomodo includat peccatum mortale. 201.d
Attentionem quomodò præcipiat Eccleſia tempore orationis. 202.a
Attentiònis defectus cur non puniat priuatione omnium fructuum. 203.a
Attentio in oratione cadit ſub præcepto Eccleſiæ. 200.c
Auctoritas vna in tribus perſonis Trinitatis. 70.c
Auctoritas iuriſdictionis quomodo ſit à Deo. 117.a
Auctoritas principis à Deo eſt, cuius eſt ipſe miniſter. 306.c
Auctoritatem quibus impartimur, ea noſtra facimus. 346.a.468.e
ad Auguſtinum verba B.Hieronymi. 613.d
S.Auguſtini regula. 434.d
Auguſtini, & aliorum multorum Patrum ſcripta omnes aſtringunt,& cur. 178.e
Auguſtini reſponſum de non ieiunando propter conſuetudinem patriæ. 331.e
Auguſtinus reprehenſus à S.Hieronymo. 608.a
Auguſtini regulæ non omnes obligant ſub mortali. 244.b
Auguſta an ſit ſoluta legibus,dubia. 319.a.b.c.d.
Auguſta quomodò legibus non ſubiiciatur. 315.c
in Auguſtum Cæſarem lege lata Romana Reſp. omnem ſuam poteſtatem tranſtulit. 127.e
Auguſtus eo anno,quo M.Antonium vicit, obtinuit,vt penitus ſuis legibus ſolutus eſſet. 315.a
Auguſtus nunquam ſe Dominum appellari paſſus eſt. 111.c
Auguſtus Principis nomen accepit,& Domini dereliquit. 111.d
Auguſtus Cæſar rogauit ſe ſolui lege Voconia de cenſibus. 313.a
Auguſtus Cæſar primus, deinde alii Imperatores ſoluti ſunt legibus. 312. a.b.c
Auguſtus inſtituit hæredes Tiberium ex beſſe, & Liuiam ex triente. 313. d
aurea ſecula ſub Saturno. 46.c
authenticorum ius quid, quando, & à quo compoſitum. 47.b
authenticorum omnium auctor Iuſtinianus. 48.a
authenticę quid in collationes diſtinctę. 47.b

B

Babylonij legem habuerunt, qua concedebant mulieribus omnibus ingenuis, vt ſemel in vita ad Veneris antrum deſidere, & cum externis viris conſuetudinem habere valeant. 79.c
Balaam impius exornatus dono prophetiæ. 140.c
Baptiſma inſtituit Ioannes Baptiſta ſibi è cœlo collatum. 573.a
Baptiſmus quando inſtitutus. 597.a
Baptiſmus conſtitutus, & exercitus ante mortem Chriſti. 614.e
Baptiſmi obligatio non fuit ante mortem Chriſti. 614.b
Baptiſmus quando obligare cœperit. 602..e.603. a.b.
Baptiſmus non obligauit quouſque Euangelium promulgatum fuit. 601.c
Baptiſmus per ſe vim obligandi obtinuit à morte Chriſti. 602.c
Baptiſmus poſt paſſionẽ fuit obligatorius. 600. a
Baptiſmus cœpit habere vim obligandi mortuo Chriſto. 504.i.b.c.d
Baptiſmi obligatio quando eſſe cœperit pro ratione diuerſorum locorum. 626.c.d
Baptiſmus non eſt promulgatus ante Pentecoſten. 602.a
Baptiſmus & circumciſio incompatibiles. 594.b
Baptiſmus & Circumciſio non erant incompatibiles ante mortem Chriſti. 599.a
Baptiſmus eſt Eccleſiæ ianua. 304.c
Baptizati ſolùm tenentur Eccleſię legibus. 120.c
Baptiſmus,fides & religio ſunt fundamentũ obligationis legum Eccleſiaſticarum. 324.c
per Baptiſmum conſtituimur membra Eccleſiæ. 304.c
ſine Baptiſmi charactere nemo Eccleſiæ ſubiicitur. 188.a
per Baptiſmum conſtituitur quis membrum Eccleſiæ, & habet ius ad percipienda ſacramenta. 373.e
Baptizati qui non ſunt,ſunt incapaces legum Eccleſiaſticorum. 324.c
Baptiſmus debet applicari etiam extra neceſſitatem. 588.b
ad Baptiſmum tenentur omnes, non tamen obligantur legibus Chriſti, vel Eccleſiæ ante illum. 576.c
Baptiſmus eſt neceſſarius neceſsitate medij, non præcepti. 358.c
Baptiſmum non eſſe neceſſarium, error Eleuthero-baptiſtarum. 608.e
Babtizans baptizatum eſt irregularis. 409.d
Baptiſmũ qui reiteraret adhibitis omnibus externis,nec tamen attentione, non incurreret irregularitatem. 204.e
Baptizare ſeipſum nemo poteſt. 313.e
Baptiſmus ſignificat reſurrectionem. 599.b
Barnabas,filius conſolationis ſignificat. 155.e
Barnabæ duo. 155.c
Barſabas,id eſt,filius conuerſionis. 155.c
Baſilii Imperatoris ſapiens conſilium in corrigendis legibus. 102.b
Beati omnes ſubiacent ſoli Deo. 106.d
Beatos appellare locupletes ſermo amens eſt. 54.c.
Beatitudo hominis vnde pendeat. 87.b
Beatitudo in quo conſiſtat. 92.d
Beatitudo an poſſit deſperari ab eo,qui habuit reuelationem de ſua damnatione. 93.b
Beelzebub princeps dæmoniorum. 112.b
Beguardi,& Beguinæ hæretici qui. 301.b
Belluæ nullum poſſunt habere dominium, neque ius. 35.a
S. Benedictus in ſua regula præcipit carnem infirmis dare. 265.a
Benedictini euntes in curiam regiam cur excommunica-

Digitized by Google

municabantur. 197.d
Beneficiarij non debent eſſe abſentes ab Eccleſiis. 339.c
Beneficiarius non recitans officium fructus beneficij non facit ſuos, pro rata temporis. 372.a,b. & cur. ibid.c
Beneficiarius, qui non recitat cum attentione, non facit fructus ſuos. 202.e
Beneficiarius tenetur tantùm partem reſtituere, quando habet aliud officium. 203.b
Beneficiarius qui recitauit ſine attentione horas canonicas, tenetur eas repetere, vel fructus reſtituere. 202.b
Beneficiarius non habens intentionem ſuſcipiendi ordinem annexum beneficio, à quo tempore fructus non faciat ſuos. 199.b,c
Beneficiarij qui bona Eccleſiæ alienant, ipſo facto priuantur beneficio. 372.b
Beneficium quid. 441.c,d
Beneficium datur propter officium. 199.d
Beneficium datur propter officium ex ſui inſtitutione. 375.b
Beneficij fructus non tantùm propter officium dantur. 372.d
Beneficium conceditur ſub conditione, ſi acceptetur. 449.c
Beneficium ſine titulo, aut canonica inſtitutione nec obtineri, nec retineri poteſt. 372.d
Beneficium qui petit debet aperire an aliud habeat, aliàs conceſſio eſſet nulla. 448.d
beneficij impetratio vitiatur ex ſuppreſſione veri, quo expreſſo gratia concederetur. 544.c
beneficium quando dicatur vacare. 381.d
beneficium vacat ipſo iure naturali, deficiente titulo. 375.c
beneficia vacantia per legem poſſunt impetrari ante criminis condemnationem. 383.a,b
beneficij priuatio & vacatio idem ſunt. 382.d
beneficio priuatus non tenetur ante ſententiam dimittere illud. 383.e
beneficij titulus non poſſeſſio amittitur ante ſententiam. 382.e
beneficia quando per legem amittantur ante iudicis ſententiam. 381.c,d,& ſeq.
ad beneficium inhabilem conſuetudo poteſt efficere. 496.a
beneficij taciturnitas, quantumuis modica reddit impetrationem alterius ſubreptitiam. 545.a
beneficij impetratio qua ſuppreſsione veri reddatur nulla. 544.d,e
beneficium abſenti collatum non poteſt ante eius diſſenſum alteri conferri. 284.c
beneficij collatio facta abſenti reuocari non poteſt ab Epiſcopo. 284.b
beneficia cum animarum cura qui habent, ſi abſint ab eis contra Tridentini diſpoſitionem nõ faciunt fructus ſuos. 373.b
beneficium curatum habens priuatur ſi intra annum non promoueatur ad ſacerdotium. 375.a
beneficium qui recipit animo non recipiendi ordines, fructus nõn facit ſuos, ſed titulum non amittit. 383.e
ad beneficium ius acquiritur à puncto conceſsionis. 284.c
ad beneficia plura diſpenſatus, conſequenter accipit facultatem non reſidendi in vtroque. 537.a
beneficio priuantium conſtitutionum vis quæ. 382.e
beneficium iuris non eſt auferendum. 280.b
beneficium quid. 50.d,e
beneficium non confertur in inuitum. 417.b,c
beneficium non confertur in inuitum. 284.b,c
beneficium non confertur in inuitum. 447.b
beneficium principis eſt latiſsimi iuris. 451.a
in beneficiis & fauorabilibus latior interpretatio facienda eſt. 552.d,c
beneficium principis eſt latiſsimè interpretandum. 452.a,e,453.a
beneficium principis eſt latiſsimè interpretandũ. 536.b,& quando. ibid.d,e
beneficia principum quomodo ſint latè interpretanda. 554.c
bella, captiuitates, &c. de iure gentium. 39.e
in bello licet occidere infantes, & innocentes ob finem belli. 38.e
bella iuſta vnde orta, & ad quid. 42.e
berich, vox hebraica quid. 579.b
Beſeleel, & Ooliab artibus ſibi à Deo infuſis tabernaculum fabrifecerunt. 573.a
beſtiæ nullo communi iure cum hominibus ſociantur. 105.d
bigami ſiunt irregulares. 250.d
bis quod fit, frequenter fit. 298.a
bonitas voluntatis ex lege æterna pendet primariò, ſecundariò ex naturali. 13.c
bonitas moralis in quo conſiſtat. 65.a
bonitas & malitia actus ex obiecto penſanda eſt. 92.b
bonum & malum quid. 71.c
bona omnia communia ante peccatum. 83.c
bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu. 187.c
bonum commune eſt, quòd iudices ſine quoquam ſuffragio fiant. 20.a
bonum commune eſt, vt quiſque propria vitæ tueatur, eleemoſyna præſtetur, &c. 20.a
bonum commune præferendum eſt priuato. 257.c
bonum commune eſt finis legis. 104.d
bonum commune duplex: vnum ſecundùm ſe totum, alterum ſecundùm partes. 19.e
bona Reip. quomodo diuidenda. 29.d
bonum ſubditi conſiſtit in ſubiectione. 54.c
bonum ſcienti, & non facienti peccatum eſt illi. 14.d
bona prodigens verum transfert dominium. 519.d
bona futura non confiſcantur, ſed præſentia. 385.b
bonus præſumitur, qui malus non probatur. 198.a
in brutis non eſt ius nec ratio. 34.d
bruta etiam vtuntur iure naturæ. 39.e
in brutis propriè nec lex, nec ius reperitur. 105.d
Bullæ Pontificiæ vbi, & quomodo promulgentur. 273.a
Bulla Cœnæ prior non durat niſi vſque ad ſequentem. 287.b
Bulla cœnæ olim non erat lex, quia ſolùm habebat vim obligandi in annum; ſed à tempore Gregorij XIII. lex fuit, quia firmata eſt in perpetuum. 24.e
Bullæ priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda. 540.e
Bullæ Cruciatæ priuilegia ſtrictè interpretanda ſunt. 453.d
Bulla Pij V. de cenſibus non recepta in Hiſpania. 298.b
Bulla Cruciatæ non fuit reuocata in bullis anni Iubilæi. 548.e

Cæſar

C

Cæſar fuit Tyrannus. 108.b
Cæſar Auguſtus primus, deinde alij Imperatores ſenatu ita decernente, ſoluti ſunt legibus. 312.a.b.c
Cæſares vt ſuam tuerentur, Senatus potentiam auxerunt. 47.b
Cæremonia vnde dictæ. 586.b
Cæremoniæ legis veteris cur Deo non gratæ. 571.c.d
Cæremoniæ legis veteris antiquandæ erant in aduentu Meſſiæ. 593.b
Cæremonias quaſdam Eccleſia retinuit, & cur. 610.a
Cæremoniæ ſunt quædam nouæ legis quæ non videntur differre à cæremoniis legis antiquæ. 592.a
Cæremoniarũ vſus qualis poſt paſſionem. 625.d
Cæremonialia erant principaliter propter ſignificationem futurorum myſteriorum Chriſti. 609.a
Cæremonialia præcipuè figurabant mortem, & paſſionem Chriſti. 598.e
Cæremonialia præcipuè inſtituta fuere ad ſignificandum, Iudicialia ad regimen populi, & ſecundariò ad ſignificandum. 587.c
Cæremonialia ſunt ita mortifera, vt non poſſint per humanam poteſtatem iterum introduci. 609.a
Cæremonialium veteris legis vſus iam à multo tempore eſt mortiferus. 608.a
Cæremonialia, & Iudicialia præcepta veteris legis ceſſarunt. 596.c
Cæremonialia præcepta veteris legis ad quatuor capita reuocari poſſunt. 585.d,e.586.a,b,c,d
Cæremonialia in lege veteri determinatiua moralium ad Deum pertinentium, ſicut iudicialia determinatiua moralium pertinentium ad proximum. 586.e
Cæremonialia legis nouæ quæ. 622.b
Cain & Abel obtulere primitias. 587.c
Cain primus fuit qui condidit ciuitatem, & inchoauit regnum politicum. 106.c
Cain quomodo regnum ceperit. 112.d
Cain & Nembrot quomodo proprium regnum primum conſtituerint. 115.a
Cain non habuit poteſtatem legislatiuam in ciuitate quam condidit. 117.d
Caij ſcripta firmata ab Imperatore vt vim legis habeant. 47.c
Caius Marius legibus fuit ſolutus dum abſens in Lybia conſul creatus eſt. 307.b
Cancellariæ regulæ expirant mortuo Pontifice. 274.a
Cancellariæ regulæ obligant degentes extra curiam, etſi extra eam non promulgentur. 275.b
Cancellariæ regulæ non ſunt propriè leges. 274.a
Cancellariæ regulæ quando obligent. 274.b
Canones pro ſola Eccleſia editi multi extenuantur propter diuiſionem Græcæ & Orientalis Eccleſiæ. 361.a
Canones ſacri ius diuinum imitantur, & illi conformantur. 2
Canones ſacri plus habẽt ſupernaturalitatis, quàm leges ciuiles. 2
Canonici Eccleſiæ Cathedralis non poſſunt ſtatuere ſuper his, quæ tangunt Epiſcopum. 179.d
Canonici qui in ſuo capitulo conſtituunt legem manent illi ſubiecti. 305.b
Calſiuenſis ordinis conſtitutiones capituli, præſidentis, &c. ad quid obligent. 367.a
Caluini error & impudentia de Chriſto legislatore. 620.d,e
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis quibus dignitatibus conſtet. 179.d
Capituli eſt Epiſcopus caput. 178.e
Capitulum circa Canonicos, & capitulares ſuos poteſt ſtatuta facere. 178.e
Capitulum nec in ſuos capitulares habet iuriſdictionem. 178.e
Capitulum in quo poſſit ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi. 179.d,e.& a
Capitulum quo caſu poſſit ſtatuere ſede vacante. 180.c,d
Capitulum ſede vacante ſuccedit in his quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ. 180.b
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſed vacantis quid poſſit. 180.a
Capitulum Eccleſiæ collegiatæ nihil poteſt ſtatuere ſine licentia Epiſcopi. 579.e
Capitulum an poſſit diſpenſare ſede vacante cum illegitimo ad ordines minores, & ſimplex beneficium. 180.b
ad Capitulum deuoluitur iuriſdictio mortuo Epiſcopo. 180.a,b
Capitulum vnà cum Epiſcopo poteſt leges condere. 178.c. ſed ſine eo non poteſt. ibid.
Capitulum non poteſt abrogare conſtitutiones Epiſcopi. 179.a
Captiuitates, bella, &c. de iure gentium. 39.e
Captiuitates vnde ortæ. 42.e, & in quos. ibid.
Captiui viuentes apud infideles verum matrimonium efficiunt quamuis clandeſtinum. 277.a
Capti in bello iuſto poſſunt fieri ſerui, qui in cõſcientia ſuis dominis ſeruire tenentur. 40.c
Capti bello efficiuntur capientium mancipia. 81.c
Captis in Bello tenetur ſeruire capienti in conſcientia. 44.a
Caput & membra in pari cauſa non portare onus æquale, turpe eſt. 309.a
Caput naturale & myſticum in quo differãt. 157.c
Capitis pœna indicat obligationem ſub mortali. 252.b
Carcer perpetuus æquiparatur morti. 400.b
ad Carcerem perpetuum damnatus poteſt fugere. 21.a
Carcerum effractores etiam ſine violentia miniſtris facta puniri, ſed leuiter, poſſunt. 401.c.e
in Carcere detentis poteſt dari conſilium vt effugiant, non tamen debent iuuari. 402.c,d. & cur. ibid.d
Carcerem effringere, aut ad illius effractionem iuuare neminem præter quam reo licet. 402.b
ad Carceris effracti reparationem vnde veniat obligatio. 402.a
ad Carcerem redire quando, & quomodo quis obligari poſsit. 404.a,b,c
Carceris longiſsimi pœna indicat obligationem ſub mortali. 252.b
in Carcere manere periculo mortis nemo tenetur. cur. 22.e
Cardinales à Syluestro Pontifice inſtituti ſunt. 164.c.
Cardinales ſede vacante ſunt loco Pontificis, & ſuper Illuſtres. 164.d
Cardinalium cœtus, ſeu collegium viuente Pontifice

Digitized by Google

fice non poteſt legem ferre, 164.a, nec ſede vacante, ibid.
Cardinales eligunt Pontificem, in quem transferunt quod non habent. 164.e,c
Cardinales duo poſſunt eligere Pontificem. 164.a
Cardinales quomodo dent poteſtatem iuriſdictionis Pontifici. 164.c
Cardinalium collegium nullam habet iuriſdictionem. 164.c
Cardinalibus deficientibus quinam poſſunt Papam creare. 174.e
Cardinalis ſi vnus tantùm ſuperſit, quomodo facere poterit in eligendo Pontifice. 164.b
Cardinalibus omnibus defunctis Concilium poterit eligere Pontificem. 164.a
Cardinales non comprehenduntur in conſtitutione pontificis, quoad pœnas, & odia. 361.e
Cardinales non tenentur conſtitutione Pontificis quia cum illo eam ferunt. 361.c
Cardinales in quibus teneantur lege vel conſtitutione Pontificis. 361.a,b,c,d,e
Cardinales ſinguli non poſſunt leges condere, quæ obligent vniuerſalem Eccleſiam. 163.d
Cardinales non poſſunt creare Cardinalem. 164.b
Cardinales poſſunt leges ferre in Eccleſia ſui tituli, & cur. 163.d,e
Cardinales alligantur regulis Cancellariæ. 361.b
Cardinales non intelliguntur nomine Epiſcopi, Archiepiſcopi, &c. 361.c
Cardinalis Hoſtienſis conſecrat Papam, & vngit Imperatorem. 164.d
Cardinalis de Columna electus Pontifex in Concilio Conſtantienſi, & Martinus V. nominari voluit. 174.d
Cardinalium decretum contra religioſos ingredientes monialium monaſteria ſub mortali obligat. 367.c
Cardinalium congregatio quam iuriſdictionem ex commiſſione ſibi data de interpretando Tridentino. 566.a,b
Cardinalium deciſiones pro declaratione Concilij Tridentini quomodo obligent. 550.c
Cardinalium congregatio poteſt ex commiſſione ſibi demandata interpretari auctoritatiuè concilium Tridentinum, exceptis fidei dubiis. 562.d
Cardinalium congregatio ad explicandum concilium Tridentinum qua de cauſa inſtituta. 51.c
Cardinalium declaratione in Tridentinum cuiuſnam ſint auctoritatis. 51.52.53. non vim legis. ibid.
ad Carnium abſtinentiam ex præcepto quando quis teneatur. 359.c
Carnes non ſunt neceſſariæ ad tuendam vitam. 264.b
Carnibus veſci licuit ante diluuium. 612.a
Carnium eſus quomodo liber factus ſit. 612.a,b
Carnes humanas poteſt quis comedere, ſi nihil aliud ſuppetat. 399.b
Carnis anima ſanguis eſt. 611.a.612.c
Carthaginenſiũ leges erant ſcriptæ in tabulis eburneis. 34.d
ad Carthuſianos cæteri Religioſi cur tranſire poſſint. 262.b
Carthuſiani non habent votum de abſtinentia à carnibus. 261.a
carthuſiani quo iure teneantur à carnibus abſtinere. 260.d
carthuſianorum inſtitutum, & conſuetudo de abſtinentia à carnibus non ſunt improbanda. 264.b
carthuſianus non debet edere carnes ſi alij cibi ſint. 261.b
carthuſiano in periculo mortis, ob ægritudinem conſtituto, licitum, imò obligatorium in publico abſtinere à carnibus. 263.c
carthuſianus poteſt, & debet carnibus veſci in ægritudine conſtitutus, ſi medicus iudicet, non poſſe illum ab ægritudine liberari. 263.d
carthuſiano quando carnibus veſci liceat. 246.d,e
carthuſianorum conſtitutio de non veſcendo carnibus, etiam cum vitæ diſcrimine obſeruatur. 255.c
carthuſianus, quando nulli alij ſunt cibi, poteſt carnibus veſci ſemoto ſcandalo. 267.b
carthuſianus poteſt, & debet carnibus veſci, quando non ſunt alij cibi. 262.e
carthuſiano licitum eſt non veſci carnibus cùm alij cibi ſunt, ſed inſufficientes ad tuendam vitam. 268.d
carthuſiano licitum eſt etiam cùm alij adeſſent, carnibus veſci, quando eſt mortis periculum. 261.b
carthuſianus cùm extrema neceſſitate laborat, nec eſt alius cibus præter carnes, tenetur à carnibus abſtinere. 267.a
carthuſianus non poſſet puniri, qui in ægritudine carnibus veſceretur. 264.a
carthuſianus poſſet veſci carnibus, ſi id eſſet neceſſarium ad vitandam mortem. 261.a
carthuſianus ad vitandum ſcandalum quando debeat à carnibus abſtinere. 265.d
carthuſiano quando liceat abſtinere à carnibus. 265.a,b
carthuſiano licet abſtinere à carnibus, etiam cum vitæ periculo. 261.c
carthuſiano cuilibet licitum eſt abſtinere à carnibus cum probabili vitæ periculo. 262.e
carthuſianus quibus rationibus etiam cum vitæ periculo poſsit à carnibus abſtinere. 261.e
carthuſiano licitum, & obligatorium eſt veſci carnibus, ſi ſint omnino neceſſariæ ad vitam tuendam. 264.b,c
carthuſianus quidam ſiti coactus & fame, ſanguinem equi ſui bibit. 263.c.267.a
caſſare quid. 416.c
Caſtellæ & Legionis regibus Indiarum occidentalium dominium tranſtulit Alexander. VI. 12.a
ex caſtellæ regno extrahens aurum, ſeruum, aut equum peccat mortaliter. 368.e
caſtellani poſſunt in ſabbatho comedere exta animalium. 330.d
per caſtellam iter agentes poſſunt diebus ſabbathi exta & viſcera animalium comedere. 332.e
in caſtitatis voto quæ cauſæ requirantur ad diſpenſationem. 539.a
caſus valde generalis non continetur ſub generali conceſsione, niſi explicetur. 628.e
in caſu extremæ neceſsitatis omnia ſunt communia. 43.b
catalogus Imperatorum, qui Codicis leges condiderunt. 47.e
in Catolonia Rex nõ poteſt ferre leges niſi in comitiis generalibus. 21.a
B. Catherina Senenſis non ſemel in conſiſtorio, & apud Papam & Cardinales ſermonem habuit. 183.b

Catholici

Digitized by Google

catholici degentes in Anglia tenentur iuſtis regis illius legibus. 227.b
contra Catholicam fidem credentes ſunt duplicis generis. 205.b
catulus non dicitur cæcus ante nonum diem. 358.e
cauſa ceſſante ceſſat effectus. 268.a
cauſa poſita non eſt in noſtra poteſtate impedire effectum. 236.e
cauſæ grauiores cur ſint Papæ reſeruatæ. 160.e
cauſæ grauiores in Eccleſia quæ ſint. 160.c
cauſæ omnes quæ non poſſunt finiri per iudices temporales deuoluuntur ad ſpiritualem. 122.e
cauſæ quædam ſunt mixti fori, & poſſunt à præueniente iudicari. 216.c
cauſæ monachorum, & ſanctimonialium ab Epiſcopo ſunt decidendæ. 350.d
cauſas decidere eſt iuriſdictionis, non ſanctitatis. 170.c
cauſa iuſta excuſat à violatione legis humanæ. 289.d
cauſam ab initio nullam fuiſſe, & iam illam finitam eſſe, paria ſunt. 530.b
cauſa temporalis ſæpe ſufficit ad diſpenſandum in perpetuum. 529.c
cauſa iuſta legem tranſgrediendi quæ. 270.a
Celeſtinus diſputauit contra Neſtorianos. 187.a
cenſuræ ſunt pœnæ medicinales. 370.d
cenſuræ ſunt pœnæ medecinales, & correctoriæ, quarum facile eſt remedium. 378.a
cenſura quomodo incurratur. 334.e
cenſuræ incurruntur ante omnem iudicis ſententiam. 370.d
cenſuram nemo incurrit ante duodecimum annum. 361.a
cenſura ſtatim obligat. 342.e
cenſuræ ſolùm feruntur in contumaces Eccleſiæ. 207.b
cenſura quando incurratur pro peccatis præteritis. 341.d
cenſuram incurreret qui occideret hominem exiſtentem in Eccleſia, foris proijciendo ſagittam. 334.d
cenſuræ executio adeo tacita eſt, vt nec ſenſu percipiatur. 342.c
cenſura lata à iure, ſeu lege non expirat morte, vel amotione ferĕtis. 24.b, ſecus lata ab homine. ibi.
cenſura quibus bonis priuet. 370.a,b
cenſurarum incommoda. 379.a
à cenſura poteſt quilibet parochus abſoluere, niſi ſit reſeruata. 312.e
cenſus quinā diceretur apud Romanos olim. 313.a
Cepha quis fuerit. 613.d,e
Ceres prima leges tulit. 46.c
Certus qui eſt certiorari vlterius non poteſt. 277.c
ceruorum venatio prohibita ſub pœna capitis in locis vetitis. 252.b
Chanaam fuit filius Cham, & ſecundus filius Noë. 44.d
Chanaam non fuit ſeruus, id eſt, mancipium fratrum ſuorum, ſed quaſi ſeruus. 44.a,b
Chanaam ita poſtpoſitus eſt fratribus ſuis, & in ſuis ſucceſſoribus, vt eorum ſeruus, famulus, vaſallus, vel tributarius factus fuerit. 44.d
Chananæi quomodo fuerint ſerui aliarum gentium deſcendentium à Noë. 44.c,d
Character quid operetur. 187.d
Charitas, & gratia poteſt dici lex. 623.a,b
Charitatis præcepta quæ. 583.e
Charitatis præcepta pertinuerunt ad moralia legis veteris. 583.d,e
charitatem & gratiam quidam in lege veteri habuerunt. 623.c
charitas includitur in præcepto pœnitentiæ. 584.c
charitatis modus cadit ſub præcepto. 210.b
ex charitate quiſque tenetur conſulere propriæ æſtimationi. 309.d
charitas habitualis facit diligere ad id inclinando. 623.c
charitas docet ſententias vtiles proferre. 55.a
charitas perfecta foras mittit timorem. 303.e
charitas erga proximos qualis eſſe debeat in legiſlatore. 55.a
chirographum quid ſignificet. 592.a
chirographum cur dicta lex vetus. 592.a
Chriſtus filius Dei naturalis. 111.a,b, 357.a,b
Chriſtus eſt filius Dei naturalis, tamen fuit ſubiectus legibus patris. 304.a
Chriſtus eſt verus mundi Dominus, cuius vices gerebat Auguſtus, licet non intelligens. 128.c
Chriſtus vt filius Dei nulli legi ſubiectus fuit. 69.d
Chriſtus an ſecundùm naturam diuinam ſubiectus ſit Patri. 69.c
Chriſtus quomodo dicatur ſubiectus Patri ſecundùm naturam diuinam. 70.d,c
Chriſtum nec vt hominem ſubiectum fuiſſe legi Patris quidam affirmarunt. 69.c,d
Chriſtus quomodo ſit obſecutus Patri in mundi creatione. 70.b,c
Chriſtus ſimul & Rex ſpiritualis, & Pontifex maximus fuit. 125.b
Chriſtus vt homo eſt creatura. 70.b
Chriſtus vt homo fuit ſubiectus legi naturali, & poſitiuæ Dei. 302.b
Chriſtus præcepta habuit. 301.c
Chriſtus vt homo ſubiectus eſt legi æternæ, & temporali Dei. 69.e, & ſeq.
Chriſtus vt homo eſt caput Angelorum, & animarum ſeparatarum. 194.d
Chriſtus vt homo non poterat ſecum diſpenſare in præceptis diuinis. 70.d
Chriſtus nec vt homo peccare potuit. 69.d
Chriſtus repræſentatus per agnum paſchalem. 593.b
Chriſtus peccare nequiuit. 302.b
Chriſtus per nomen luminis deſignatur. 8.b
Chriſtus habuit immunitatem à iuriſdictione omnium hominum. 354.c
Chriſtus legiſlator ſummus, cuius leges totam Eccleſiam etiam cum capite obligant. 148.d
Chriſtus conceſſit Petro poteſtatem in totum orbem Chriſtianum. 121.b
Chriſtum libros ſcripſiſſe de arte magica, impium paganorum quorumdam commentum. 623.e
Chriſti epiſtola ad Abagarum apocrypha eſt. 923.e
Chriſtus nihil ſcripſit præter id quod ſcripſit in terra, quod ſtatim obliteratum eſt. 623.e, & cur. 624.b,c,d
Chriſtus cur legem ſuam ſcripto externo non tradiderit. 623.e
Chriſtus & Apoſtoli cur verè immunes fuerint à tributis. 124.a
Chriſtus legiſlatoris nomen Patri tribuit. 74.c
Chriſtus vnus legiſlator, etiam pro internis valens punire. 148.c
Chriſtus fuit legiſlator, & poteſtatem condendi leges Apoſtolis tribuit. 144.c



Digitized by Google

Chriſtus ex dono ſpeciali Dei habuit directum dominium iuriſdictionis in omnia temporalia. 122.c
Chriſtus iuſſit dare tributum pro ſe & Vicario ſuo. 354.d,e
Chriſtus nullum Epiſcopum elegit, nec conſecrauit omnes Apoſtolos. 157.a
Chriſtus non fuit Rex temporalis. 122.b
Chriſtus ſtatim ac natus eſt, cœperunt in eo impleri aliquæ figuræ. 597.b
Chriſtus abrogauit legem veterem in morte. 593.a
Chriſti morte confirmatum eſt nouum teſtamentum. 624.e
Chriſti mors quantum temporis complexa fuerit. 601.b
Chriſtus potuit diſpenſare in lege veteri, ac eam abrogare. 591.a,b
Chriſtus ſemper curam habuit, vt lex impleretur. 598.b,c
Chriſto adueniente lex vetus ceſſauit. 593.d,e
Chriſtus finis legis ad ſalutem omni credenti. 34.b
per Chriſtum impleta eſt lex vetus. 593.d
Chriſti mors fuit finis legis. 599.e
poſt Chriſti mortem lex extincta eſt. 594.b
Chriſtus per mortem fuit nobis exemplar mortis peccati, & per reſurrectionem, exemplar redemptionis. 599.d
Chriſtus non obligauit ſua lege à puncto mortis, aut reſurrectionis. 602.c
Chriſtus fecit vnum ouile ex duobus populis, gentili, & Iudaico. 592.d
Chriſti corpus fuit ſignificatum vmbris veteris legis. 592.c,d
Chriſtum fuiſſe qui loquebatur cum Moſe, Iacob, & alijs patriarchis in corpore aſſumpto, multi Patres tenent, & qui. 575.b
Chriſti lex duplex. 629.c
per Chriſtum data eſt lex noua. 631.b
Chriſtus duos gladios Petro concedit. 120.d
Chriſtus veteri lege abrogata nouam tulit. 593.a
Chriſtus in vita ſua legem non ſoluit, ſed ſeruauit. 595.b
Chriſto vt homini communicata eſt poteſtas alligandi ad actus internos, & qua ratione. 208.d
Chriſtus fons gratiæ continetur in quodam ſacramento legis nouæ, quod & ſacrificium dicitur. 630.c
in Chriſti lege qui eſt, non indiget veteri. 301.b
Chriſtus in cœna conſtituebat Apoſtolos ſacerdotes nouæ legis. 622.c
Chriſtus per ſuam Reſurrectionem non ſoluit pretium redemptionis noſtræ, ſed per mortem. 599.c
Chriſtus nec per ſe, nec per Apoſtolos cœpit promulgare Gentilibus legem Euangelicam in vita ſua. 605.c
Chriſto viuente aliqui gentiles, ac Samaritani vocati ſunt. 607.d
Chriſti redemptionem participarunt quotquot ſaluati ſunt ab initio mundi. 54.d
ex Chriſti meritis præſentibus, præteritis vel futuris iuſtificati ſunt obſeruantes legem. 629.e, 630.e
Chriſtus verè tulit legem nouam. 619.c
per Chriſti aduentum omne dominium infidelium translatum eſt ad Eccleſiam, & reſidet in ſummo Pontifice. 119.b
Chriſtus inſtituens vnum ſacrificium nullum aliud voluit in Eccleſia ſua. 609.b
Chriſtus vnum caput conſtituit in Eccleſia. 113.a
Chriſtus agnus occiſus ab origine mundi. 630.c
Chriſtus præceptum fraternæ dilectionis vocat præceptum ſuum. 622.a
Chriſtus nulla tradidit præcepta iudicialia, & cur. 622.e
Chriſtus cur ſurdo prohibuerit, & cœcis vt nemini dicerent miraculum quod in eis operatus erat. 244.c
Chriſtus nos liberauit à iugo ſeruitutis. 143.a
Chriſtus non manu, ſed lingua reſtitit. 110.d
Chriſtus præcepit Apoſtolis, vt prædicarent Euangelium gentibus. 605.d
Chriſtus an fuerit obligatus ſoluere tributum. 111.a
Chriſtum ſoluiſſe tributum ex obligatione, & neceſſitate coactum, qui hæretici tenuerint. 354.a
Chriſtus non obligauit ſub mortali turbas, nec ſurdum, &c. 244.b
Chriſtum innaſcibilem eſſe, error condemnatus à Concilio Toletano primo. 205.e
in Chriſto circumciſio, & purificatio in virgine non idem quod in alijs ſignificabant. 614.d,e
Chriſtus aliquando ſimulauit. 613.a
Chriſtum falſum qui habeant ſecundùm Miniſtros Tranſyluaniæ. 106.e
Chriſtiana lex non habet tot præcepta quot Moſaica. 595.a
Chriſtiani omnes Deo militant, & in baptiſmo ſunt eius militiæ aſcripti. 126.d
Chriſtiani non ſubduntur legi veteri quoad cæremonialia, & iudicialia. 302.d
Chriſtianis conuerſis à gentilitate ſemper mortalia fuere legalia. 618.b,c
Chriſtiani non ligantur faſcijs legis veteris ſicut Iudæi. 595.d
Chriſtianus ſi cum Iudæa, vel Pagana contrahat matrimonium, eſt contra ius gentium. 43.b
Chriſtianis cur interdicta morticina, ſuffocatum, & ſanguis. 610.c,d,e, & ſeq. 612.e
à Chriſtianis ex veteri Teſtamento ſeruantur præcepta moralia. 596.b
Chriſtiani etiam iuſti tenentur præceptis poſitiuis Dei. 301.c
Chriſtianos non obligari legibus humanis, error eſt. 301.a
à Chriſtianis Saracenus in bello captus fit ſeruus perpetuus capientis. 400.c
Chriſtiani Æthiopes ſeſe circuncidunt ad Chriſtum imitandum. 609.a
Chriſtianorum cordibus ſcripta eſt lex per gratiam Spiritus Sancti. 623.b
Chriſtiani non deſinunt eſſe ciues politici. 109 b
Chriſtianorum cor eſt carneum, molle, & cereum. 623.d
Chriſtianos non eſſe in bello capiendos quomodo intelligendum. 40.d
Chriſtiani capti ab alijs Chriſtianis ſerui non fiunt. 40.b
Chriſtiani capti à Chriſtianis in bello iuſto, mancipia non fiunt. 510.a
Chriſtianis licet eſſe Reges. 109.d


Chriſtiano

Digitized by Google

Chriſtiano licet gladio animaduertere in facinoroſos homines. 109.c
Chriſtianus qui non eſt, non poteſt à Chriſtianis in regem eligi. 140.c
Chriſtianis licet publica iudicia exercere. 109.c
Chriſtiani degentes in Aſia tenentur iuſtis Turcæ legibus. 227.c
Chriſtiani Principis eſt Eccleſiam, & Religionem tueri. 189.e
Chriſtiano magiſtratui licet leges condere, &c. 108.e
Chriſtiana Reſp. legibus Romanorum tota ferè ſoluta eſt. 271.e
Cibum qui poſſint miniſtrare dánato ad inediam. 398.c
Ciceronis libri de Rep. non extant, niſi fragmentum quoddam ſexti libri, quod ſomnum Scipionis nuncupatur. 81.e
Cineres non ſumere in die Cinerum non eſt peccatum. 498.a
Cilices olim rapto vixerunt. 69.a
Circumciſio cur inſtituta. 269.b
Circumciſio ad quid data. 578.b
Circumciſio ſoli Abraham demandata eſt, & poſteritati eius. 576.d
Circumciſio tradita Abraham, & à Moyſe ſcripta. 577.e
ad Circumciſioné tenebátur omnes Iſraelitici. 576.e
Circumciſio non ex Moyſe, quia antiquior illo fuit, ſed ex Patribus. 33.d
Circumciſio erat in particulari prçcepta Hebræis, ob diuerſos fines. 599.b
Circumciſio ſignificauit Reſurrectionem. 598.a, 599.b
Circumciſio fuit inchoatio legis. 577.d
Circumciſio fuit quaſi inchoatio, & prçambulum legis veteris, & eius profeſſio. 33.d
per Circumciſionem cùm ſanctificabantur homines in lege veteri, non accipiebant gratiam inhærentem. 589.b
per Circumciſionem regenerabátur Iudæi, in qua illis gratia dabatur. 589.a
Circumciſio debitorem totius legis faciédæ conſtituebat. 594.c
Circumciſio ſanctificabat ex opere operato. 579.b
Circumciſio quando ceſſare cœperit. 597.b, c
Circumciſionis vtilitas & obligatio quando verè ceſſarit. 605.b, c
Circumciſionis lex non ceſſauit vſque ad mortem Chriſti. 599.b
Circumciſio non ceſſauit ante mortem Chriſti. 598.a, & c.d
Circumciſio fuit mortua poſt paſſionem. 600.a
Circumciſio quomodo ceſſarit in die Pentecoſtes. 602.a, b
Circumciſio iam interdicta eſt, ac omnia alia legalia. 608.e
Circumciſio reddita eſt penitus inutilis quando Baptiſmus factus eſt omninò neceſſarius neceſſitate medij. 601.c
Circumciſio nó fuit euacuata, aut extincta quouſque Euangelium promulgatum fuit. 601.c
Circumciſio quam vim habuerit à tempore mortis Chriſti vſque ad ſufficiétem Euangelij promulgationem. 602.d
Circumciſionis obligatio, & aliorú legalium durauit vſque ad Pentecoſtem. 600.d
Circumciſio in Chriſto, & Purificatio in Virgine non idem ſignificabant, quod in aliis. 614.d, e
Circumciſione vti nulla ratione licet. 609.c, d
Circumciſionem nunc licere cum Baptiſmo error Lutheri. 608.d
Circúciſio & Baptiſmus ſunt incópatibiles. 594.b
Circumciſio & Baptiſmus non erant incompatibiles ante mortem Chriſti. 599.a
Circumciſio applicata ab errante vincibiliter & pertinaciter, an proſit. 605.e
Circumciſio ac Baptiſmus etiam extra neceſſitatem applicari debebant. 588.b
Circumciſos lex obligabat, non alios. 631.d
Circumuenire ſe in emptionibus & venditionibus quomodo liceat hominibus. 45.b
Ciuitas eſt communitas perfecta, valdè grata Deo. 108.d
Ciuitas dicitur communitas perfecta, eò quòd ſibi ſufficiens eſt. 17.c
Ciuitatis finis eſt bene viuere. 54.e
Ciuitas copioſa difficilè gubernatur. 114.e
Ciuitas quomodò optimè gubernetur. 105.e
in Ciuitate nihil præſtantius quàm leges rectè poſitæ. 99.d
Ciuitas abſq; legib⁹ incolumis eſſe non poteſt. 98.
Ciuitatis pax & conſeruatio pendet ex ſolius iuſtitiæ obſeruatione. 211.b
Ciuitas poteſt obligare ſingulos ad ea, quæ toti ciuitati vtilia ſunt. 39.e
Ciuitas poteſt prohibere ciuibus ſuis, ne vadant ad alteram terram. 340.d
Ciuitas poteſt lege lata prohibere, ne quis ei ſubditus extra ciuitaté mercaturá exerceat. 336.a
Ciuitas quælibet poteſt ſibi ſtatuta præſcribere ſine voluntate Principis, & quibus códitionibus. 160.e
Ciuitates non poſſunt imponere pœnam violantibus earum ſtatuta. 156.c
in Ciuitate cùm non fuerit conſuetudo, ſiue lex de re aliqua, attendenda erit conſuetudo vicinarum ciuitatum. 500.d
Ciuitates deſtructæ quando perdant priuilegia, vel non perdant. 445.d, e
Ciuitates in terris Imperij poſſunt ſibi leges quaſdá imponere, quę ius municipale vocátur. 136.d
in Ciuitatem, vel Eccleſiam non poteſt præſcriptio minor, quàm centenaria currere. 558.a
Ciuis cum Principe contrahens obligatur iure naturæ. 316.a
Ciuem quæ faciant. 326.c
Ciuis vt quis dicatur, ſatis eſt ex ea ciuitate patié ducere originem. 348.e
Ciuis non cenſetur bello captus. 339.a
Ciuis eſt magis Reip. quàm ſui ipſius. 256.c
Ciuis tenetur legibus ſui oppidi, etiam extra illud. 330.a
Ciuis bonus differt à bono viro, & quomodo. 56.c
Ciues abſentes à prouincia cur ſint adhuc ſubiecti Principi. 338.e
Ciues nó minus pugnare debét pro legibus, quàm pro mœnibus ciuitatis. 98.c
Ciues debent ligari legibus legitimè, non Reges, & Principes. 315.e
Ciuis & Præſidentis eadem virtus. 56.c
Ciuilis poteſtas non eſt immediatè à Deo. 234.d
Ciues bonos efficere intendit legiſlator. 56.b
Ciues cur ſimpliciter bonos efficere lex debeat. 56.d
Ciuilis & Eccleſiaſticę poteſtatis fines diuerſi. 188.e



Digitized by Google

Ciuilis & Eccleſiaſtica poteſtas vnde ortum habeant. 188.e
Ciuilis poteſtas eſt ſubordinata Eccleſiaſticæ, & quomodo. 187.c
Ciuilis poteſtas eſt naturalis in ſubſtantia. 187.d
Ciuilis poteſtas quid præcipere poſſit. 195.a.b
Ciuilis poteſtas eſt ſubordinata Eccleſiaſticę. 186.d
Ciuilis poteſtas in fœminis eſſe poteſt, Eccleſiaſtica non. 188.a
Ciuilis obligatio oritur ex lege ciuili: & cur dicatur ciuilis. 317.a.b
Ciuilis pars eſt ipſa ferendarum legum facultas. 195.c
Ciuilis Reip. conſtituimur membra per originem naturalem. 304.c
S. Claræ regula in quinque votis tantùm obligat ad culpam. 367.e
Claues ꝑmittere Petro quid ſignificauerit. 144.a
Claues per Presbyterium conferuntur. 183.c
Clauium nomine quid intelligatur. 144.a
Claues regni cœlorum quid ſignificent. 121.b
Claues quænam poteſtas ſit in Eccleſia. 172.d
Clauſulæ inſertæ in diſpenſatione corruunt, ea corruente per contrariam cõſuetudinem. 298.d
Clauſula vltima generalis refertur ad omnia præcedentia, niſi ratio ſit diuerſa. 552.e
Clauſura monialium regulam non mutat. 169.c
Clauſura cur ſit præſcripta Monialibus. 168.e
Clauſuram poteſt præcipere Monialibus Pótifex, quam non erant profeſſæ. 168.e
Clemens Alexandrinus magiſter Originis. 615.c
Clementiæ Iudex inuigilare debet. 103.b
Clerici qui ſint. 343.d
Clerici non ligantur legibus laicorum. 346.c, niſi Eccleſia velit leges illas ſeruari à clericis. ibid.e, vel reſpiciant ordiné procedendi. ibid.a, vel niſi diſponát in bonis clericorum immobilibus, & actionibus realibus. ibid.c, vel niſi ordinatio eſſet rationabilis, & generaliter loquens, & fauorabilis, & canonibus non contradicens. ibid.d, vel ordinationes afficerent res. 347.a, vel niſi ante clericatum ordinatio cœperit in clerico habere vires. ibid. b, vel niſi Eccleſiaſtici vellent illis vti. ibid.c, vel ſi non contineant peccatum. ibid.d
Clerici tenentur obedire ſuis prælatis Eccleſiaſticis. 347.d
Clerici initio naſcentis Eccleſiæ erant ſubiecti principibus ſæcularibus. 355.e
Clerici quomodo ſint exempti à poteſtate ſæculari. 348.a
Clerici vnde habeant immunitatem exactionem ſæcularium. 355.a,b,c,d
Clerici reipſa ſunt exempti iure canonico & ciuili. 356.a
Clerici in cauſis merè Eccleſiaſticis diuino iure ſunt exempti à ciuili, & laica poteſtate. 354.e
Clericorum exemptio non omnis eſt de iure diuino. 354.e
Clericorum exemptio quatenus ſit de iure diuino. 356.d
Clerici iure diuino ſunt immunes à tributis. 111.c
Clericis & Religioſis perpetuam ſecuritatem ab oneribus perſonalibus conceſſerunt. Conſtantinus & Conſtans. 356.a
Clerici & Religioſi quo iure ſint exempti. 218.a
Clerici coniugati qua exemptione gaudeát. 357.e
in Clericos iuriſdictionem non habet princeps politicus. 347.c
Clerici nullo iure ſoluti ſunt legibus Principum ſæcularium. 345.b, nec quoad forum, & tributa ſunt exempti. ibid.c.
Clerici tenentur ratione naturali ſeruare leges ciuiles. 353.a
Clericis violantibus leges ciuiles poteſt Iudex Eccleſiaſticus eandem pœnam infligere, quæ laicis ſtatuta eſt. 345.a
Clerici quando puniri poſſint à poteſtate ſæculari. 349.d,e
Clerici in quibus, & quomodo poſſint cogi, aut puniri à poteſtate politica. 349.a,b,c,d.
Clericos etiã in cauſis Eccleſiaſticis eſſe ſubiectos legibus ciuilibus, qui hæretici dicant. 343.b
in Clericos iuriſdictio ad eos puniendum ſpiritualis eſt. 183.a
Clerici non debent contemnere leges Imperatorias. 344.c
Clerici non tenentur directè legibus ſæcularibus, ſed ex ratione naturali dictante eas eſſe ſeruandas. 345.d
Clerici non tenentur ex obedientia leges ciuiles ſeruare. 353.a
Clericos non poteſt punire princeps politicus. 347.c
Clerici non poſſunt pœna aliqua puniri à magiſtratu politico, niſi ſint ſæculari curiæ traditi. 350.b
Clerici debent ſeruare leges imponentes pœnam contumaciæ. 346.e
Clericos defendere ab hoſtibus princeps tenetur ex iuſtitia. 345.b
Clerici debent obedire Regibus, & eis iuramentum fidelitatis præſtare. 344.d
Clerici non debét pœnis legum ciuilium puniri, quia mitius cum eis agitur. 353.b,c
Clerici in Francia cõueniuntur in cauſis, & actionibus realibus coram iudice ſæculari. 357.d
Clerici in quibus proſint ſæcularibus. 356.a
Clerici quibus legibus ciuilibus ſubiaceant. 343.c
Clerici ſi non ſubeſſent legibus principum ſæcularium quænam incommoda inde ſequerentur. 345.d
Clericos quãdo poſſint animaduertere Principes ſæculares contempta Eccleſiæ immunitate. 352.b
Clerici non poſſunt cogi à principe, vt arma tractent. 354.d
Clericorum bona diſtinguuntur à bonis Eccleſiæ, 353.e
Clerici debent etiam ſeruare leges quæ cõtractus irritant. 345.a,b
Clericis imponentes tributum quando & à quo leges ſint reuocatæ. 348.b
Clerici non ſunt laicis ſubditi. 346.d
Clerici non obligantur directè legibus ſæculariũ; peccant tamen mortaliter, ſi pluris vendant triticum quàm lege taxatum ſit. 309.a
à Clericis quando ſit licitum petere vectigalia, & quibus de rebus. 353.b,c
Clerici patrimonium non gaudet priuilegio bonorum Eccleſiæ. 353.a
Clericos quomodo, & quando liget laicorum conſuetudo. 501.a,b
Clericorum quomodo ſit caput princeps politicus. 348
Clericis quid poſſit Princeps politicus præcipere. 349.b



Digitized by Google

Clerici quomodo ſe habeant ad leges irritantes. 348.e,& ſeq. 349.c,d

Commutatio operis legis nulla eſt ſine auctoritate legiſlatoris. 508.b,c

Clerici non ſortiuntur forum ſæculare. 349.b

Clericus nō poteſt renūciare priuilegio fori. 58.a

Clerici ſunt fori Eccleſiæ. 347.b

Clerici ſi addictos ſupplicio ob crimen vindicent per vim, poſſunt à iudice ſæculari puniri. 349.c, 350.a, 352.a

Clericus conuictus, & confeſſus coram iudice ſæculari ab eo condēnari nō poteſt, & cur. 350.b

Clerici vel Religioſi qui interſunt agitationibus taurorum non ſunt excommunicati, & quantum peccent. 248.e.& ſeq.

Clerici & prælati miniſtri Regis in Caſtella viſitantur in tribunalibus in quibus miniſtrāt, ſunt ſubiecti iuriſdictioni regiæ, &c. 357.e, 358.a

Clerici non tenentur ad reparationem pontium, viarum, &c. & cur. 353.d

Clericorū bona confiſcantur in Hiſpania. 386.a,b

Clericus nutriens comam qua ratione excommunicetur. 247.c,d, 248.d

Clericus vt abſit ſeptennio ſtudiorum gratia, liberè poteſt Epiſcopus diſpenſare. 532.a,b

Clericus beneficiatus cui data eſt facultas, vt in academia fruatur fructibus beneficij ſtudij gratia, perdit priuilegium ſi non ſtudeat. 460.a

Clerici ſunt ciues, & membra Reipub. 3[illegible]4.e

Clericorum conſuetudines cur cōtra canones valeant, & non ſtatuta. 476.e,& ſeq.

Clerici quando deprehenduntur arma noctu deferentes, quando & quomodo poſſint eis arma auferri à magiſtratu politico, & cur. 550.c,d,e, & cui ea debeantur applicari. ibid.e,& ſeq.

Clerici poſſunt puniri à iudice Eccleſiaſtico pœnis legum ciuilium. 352.e

Cleri prohibentur exercere officium tabellionis; ſi tamen exerceant, inſtrumentum ab eis confectum erit validum. 224.c

Clericum ſcholarem percutiens magiſter intuitu diſciplinæ non excommunicatur. 60.c

Clerici tenentur vendere pretio currenti. 348.e

Clericis in ſacris, & beneficiariis interdicitur adeſſe ſpectaculis agitationis taurorum. 248.c, ſed iam eſt permiſſum. ibid.

Clericus quilibet in Sabaudia citatus coram prælato poteſt recurrere ad Senatū ad citationem reformandam. 357.e

Clerici teſtari poſſunt in Hiſpania. 386.a,b

Clerici Angliæ cum in ea florebat Religio, litigabant coram iudice ſæculari in quibuſcunque cauſis realibus. 357.e

Clerici in Aragonia, Nauarra, & Sicilia comitiis adſunt, & in eis habēt ſuffragiū deciſiuū. 344.d

Clerici comam laxantes quantum peccent, & quomodo excommunicentur. 249.d,e

Clericus nutriens comam quid peccet. 236.d

Clerici arma noctu portantes poſſunt in Gallia puniri à iudice ſæculari. 351.c

Clerici cur non debeant arma portare. 249.c,d

Clerico poteſt Epiſcopus præcipere etiam ſub excommunicatione, ne extra diœceſin ſacrum faciat. 343.e

Clericis interdicuntur iudicia ſanguinis. 125.d

Clerici percuſſionem ſi quis ratam habuerit excōmunicatur. 193.d

Clerici arma portantes ſunt excommunicati. 249.a, & quatenus. ibid.b

Clerici dilapidātes bona Eccleſiæ ſunt Regi denūciandi poſt Metropolitanum. 351.a,b,& ſeq.

Coactio eſt actus iuriſdictionis. 308.b

Coactio & obligatio debet eſſe à maiori. 315.e

Codex à quibus Imperatoribus conditus. 47.e

Codicis leges quomodo conditæ. 50.d

Codicis prima cōpilatio quādo facta, & à quo. 47.a

Codicis leges vbi contrariæ, præualent leges iunioris Imperatoris. 47.e

de Codicillis teſtamento non confirmantis Plinij ſententia. 438.b,c

Cogitatio, & conſcientia ad intellectum. 9.d

Cogitationis pœnam nemo meretur. 196.b,c

Cognitio & volitio obiecti eſt lex. 16.c

Collectæ impoſitæ tempore neceſſitatis, ea ceſſante, ceſſare debent. 101.e

Collegium & communitas habent ſe inſtar vnius perſonæ reſpectu Reip. 441.b

penes Collegium Pontificum interpretatio actionum fuit. 46.e

Coloniæ quæ mittebantur in extraneas terras, licitè occupabant in eis poſſeſſiones, & dominiū acquirebant iure gentium. 42.e

Cœlū eſt corpus ſimplex & incorruptibile. 78.b

Cœlorum regnum promiſſum in lege veteri. 580.d,e,& ſeq.

Cœlorum regnum primò prædicatum in Euangelio. 580.a

Cœlorum regnum ſcopus nouæ legis. 581.a

Comæ relaxatio erat apoſtaſia quædam à clericatu. 249.a

Comites, Duces, & Marchiones cur non poſſint leges condere. 159.e

Comitia cum populo partitus eſt Cæſar. 47.c

Comitia à campo Martio ad Partes tranſlata. 47.b

Commertia, contractus fundantur in rerum diuiſione. 41.b

in Commitiis centuriatis ſuffragia Patriciorum valebant apud Romanos. 46.e

Comminationes, & promiſſiones erant in lege veteri. 579.d

Commodū qui ſentit, debet & onus ſentire. 321.d

Commodum ſentiēs debet, & incommodum ſentire. 345.c

Communicatio cum excommunicato qualis prohibita. 259.e,& ſeq.

ad Communionem tenetur quis circa duodecimum annum. 360.d

Cōmunionis paſchalis leges Eccleſiaſticæ obligāt cūm ad annos diſcretionis peruenerint. 360.b

ad Cōmunionē, Cōfeſſionē, Miſſam, &c. quo ætatis anno Eccleſia obliget. 359.e.& ſeq. 360.d.e

Communionis & Confeſſionis præceptum qui nō impleuit in Paſchate, tenetur poſtea ad primam opportunitatem. 333.e

Comunitas perfecta quomodò cōſtituatur. 114.e

Communitas indiget gubernatore. 108.e

Communitas quælibet hominum non impedita poteſt ſuperiorem eligere, & ei concedere poteſtatem leges ferendi in ſe. 167.b

Communitates particulares poſſunt ſibi & ſuis ſucceſſoribus leges condere. 115.c

Communitas ipſa dat vim ſuis legibus, non Pontifex. 181.c

Communitati quomodo concedantur priuilegia, & quæ ſint. 444.a

Communitates non locales quomodo poſſint




Digitized by Google

leges condere. 115.e
Communitas id tota facere moraliter cenſetur, quod facit maior pars. 293.a
Communitas & collegium habent ſe inſtar vnius perſonæ reſpectu Reip. 441.b
Communitas rerum non eſt prohibita iure gentium. 40.b
Communitatum ſtatuta de faciendo, vel non faciendo non ligant ſub culpa. 368.a
Communitates quomodo ſe poſſint gerere ad ſeruandas ſuas leges. 181.e
Communitas legem accipiens quænam intelligenda eſt. 293.b
Communitas quas leges facere poſſit, & quibus de rebus. 181.a
Communitas quomodo poſſit legibus homines ligare 117.b,c
Communitatum minorum leges quomodo approbet Pontifex. 181.b,c
Communitas ſemper aliquo iure ſociatur. 17.c
Communitas & vnitas non poteſt intelligi ſine gubernatione. 114.d
Communitatis cenſetur in moralibus conſenſus maioris partis. 293.e
Communitas conſuetudine poteſt abrogare legem conſuetudine. 289.a
Comparatio non debet in omnibus procedere. 111.c
Compilatio Codicis prima quãdo facta, & à quo. 47.a
Compilatio noua Codicis quando & à quo facta. 47.b
Complacentia quædam neceſſaria eſt in Deo erga creaturas. 90.c
Conceſſa creduntur, quæ non ſunt prohibita. 560. a, b
Conceſſio Principis latè interpretanda eſt. 194.a
in Conceſſione generali non veniunt intelligenda, quæ in ſpecie veriſimiliter quis non eſſet conceſſurus. 453.b
Concedo verbum aliquando permittere, ignoſcere, ſeu non punire ſignificat. 46.a
Conciliorum poteſtas vnde emanat. 172.e.174.a
Concilij iuriſdictio omnis à Papa eſt. 176.e
Concilium generale, ſeu œcumenicum congregatur auctoritate Papæ, alioqui non Concilium, ſed conciliabulum erit. 176.e
Concilia non habent immediatè poteſtatem legitimam, & ideò Papa eſt ſuprà ipſa. 153.e
Concilium generale cum ſummo Pontifice poteſt leges condere. 172.c
Conciliorum decreta à ſummo Pontifice nõ approbata vim legis vniuerſalis nõ habent. 172.b
Concilium generale poterit eligere Papam mortuis omnibus Cardinalibus. 164.a
Concilium eſſe ſupra Papam quidam tenẽt. 174.e
Conciliorum prælati quomodo obligent totam Eccleſiam. 154.e
Conciliorum leges pendent à Romano Pontifice. 152.e
Concilia habent auctoritatem, & confirmantur à Papa. 565.b
Concilia ſemper petierunt confirmationẽ à Pontifice, nec antea obligarunt. 173.d
Concilium generale non poteſt condere leges ſine auctoritate Pontificis. 291.c
Concilium nullam legem ferre poteſt, quę Pontificem obliget. 173.b
Concilij leges non obligare Pontificem, ſed alios tenent quidam. 172.b
Concilium ſine conſenſu Papæ poſſe leges ferre, quæ cæteros à Papa obligent, probabile. 173.e
Concilium nihil poteſt præcipere indubitato Pötifici. 176.a
Conciliũ generale non poteſt ferre leges, quæ totã Eccleſiã obligẽt, niſi in eo præſit Papa. 154.b
Concilium quale poſſit leges condere. 172.c,d,e, & ſeq.
Concilij leges qua ratione obligẽt Eccleſiã. 154.b
Concilium poteſt Papam eligere deficiente collegione Cardinalium. 176.a
Concilium totum obligat ſingulos prælatos. 173.a
Concilium generale nõ poteſt tributa imponere, niſi Papa permittente. 412.b
Conciliorum generalium decreta, ſi in aliqua prouincia non recipiantur per decennium, amittũt vim ſuam. 295.d
Concilium congregatum ſine auctoritate Papæ non legitimum. 173.b
Concilia non fruſtra conuocantur, & cur. 176.c
Concilium non poteſt interpretari maior pars Epiſcoporum, qui in eo fuerunt, interpretatione auctoritatiua. 565
Concilium ſolus Papa poteſt auctoritatiuè interpretari. 565.e
Concilio vniuerſali poteſt Pontifex præcipere. 176.d
Concilio aſſiſtente Pontifice Epiſcopi non habẽt ſuffragium deciſiuum, ſecus quando mittit legatos. 520.e
à Concilio in quo aſſiſtit Papa, appellare nõ licet. 176.d. ſed licet ab eo, in quo tantùm eſt per Legatos. ibid.
Concilium Acephalum quale ſit, & quam vim habeat. 174.e
Conciliũ Tridẽtinũ cõfirmatũ eſt à Pio IV. 173.e
Concilij Tridentini promulgatio quomodo ſit facta Romæ. 275.e.276.a
Concilij Tridentini conſtitutione non ligant eos per quos non ſunt receptæ, dum Pontifex aliud non declarat. 296.b
Concilium Tridentinum non obligauit Romæ, niſi poſt duos menſes à publicatione. 278.b
Concilij Tridentini leges à quo tempore obligare incœperint. 275.d
Concilij Tridentini leges cur non obligẽt in multis locis. 274.b
Concilij Tridentini declarationes Cardinalium ſuper Tridentino quantã vim habeant. 566.a,b, obligant etiam quoad præterita. ibid.a. nec habent neceſſe obligari. ibid.c. vt aſtringant in iudicio quid requiratur. ibid.e
Concilium Tridentinum à cõgregatione Cardinalium auctoritatiuè interpretari poteſt, excepris dubiis fidei. 565.d
pro Concilij Tridentini declaratione factæ deciſione Cardinalium quomodo obligent. 550.c
Concilium Tridẽtinum interpretari prohibitum. 562.c
Cõcilium Tridẽtinum licet interpretari, ſed quomodo, & à quibus. 563.564. per totum.
Concilium Tridentinum quanta diligentia ſeruetur à Rege Hiſpanorum. 564.b
Concilium Conſtãtienſe quomodo approbatum, & coactum. 175.e
Concilium Conſtantienſe alios Electores præter Cardi-

Cardinales adiunxit ad Pontificem creandum, & cur. 174.d

Concilij Lateranenſis decretum de primatu Romani Pontificis. 175.b

Concilium Gangrenſe prouinciale fuit. 611.b

Concilium Toletanum quo anno habitum ſit. 351.c

Concilium Baſilieſe numquam fuit confirmatum, & fuit ſchiſmaticum aliquando. 170.d

Concilium Baſilienſe ſchiſmaticum in quodam caſu. 206.c

Concilium prouinciale, vel nationale, quæ ſint. 176.e

Concilia prouincialia, & nationalia non habent infallibilem auctoritatem. 178.b

Concilia prouincialia, & nationalia ad tria ſunt vtilia. 187.c

Concilium prouinciale, nationale, &c. poſſunt leges ferre, quales, & quomodo. 177.a,b.& ſeq.

Conciliorum prouincialium leges quomodo fiant vniuerſales. 178.b

Conciliorum prouincialis, nationalis, &c. poteſtas à quo ſit. 177.a

Concilia prouincialia quolibet triennio fieri debent. 377.b. eorumque leges qualem vim habeant. ibid.

Concilia prouincialia diuerſa feſta poſſunt indicere. 296.a

Concilium prouinciale non poteſt generale interpretari. 562.d

Concilium ſynodale quod, & quomodo celebretur. 177.a

Concilij ſynodalis poteſtas à quo ſit. 177.c

Concilia Epiſcoporum ad quid conferant. 177.e

Concluſiones aliquæ deductæ ex principiis moralibus. 76.d

Concluſiones agunt de rebus ſecundùm ſe. 77.b

Concluſiones omnes obligantes ad aliquid pertinent ad legem naturæ. 77.a

Concupiſcentia ſeu fomes vocatur lex. 52.e

Concupiſcentia cùm dicatur fomes peccati. 52.d

Concupiſcentia in brutis eſt lex & bona. 53.b

Concupiſcentia ſubiiciebatur rationi dono iuſtitiæ originalis. 53.a

Concupiſcentia cur peccatum vocetur. 109.e

Condemnatus innocens ex falſa præſumptione quomodo teneatur ſe defendere. 399.d,e

Condemnatus iniuſtè ad reſtituendum aliquid, quod non abſtulit, non tenetur in conſcientia ſoluere. 2

Condemnari non debet abſens, nec ille qui ſe non defendit. 377.& ſeqq.

Condere leges ſpectat ad iuſtitiam diſtributiuam. 29.d

Conditores legum ciuilium non ſunt rerum ſpiritualium iudices. 461.d

Conditio importat formam. 26.d

Conditio triplex, caſualis, poteſtiua, & mixta. 384.e

Conditiones legis humanæ quæ ab Iſidoro. 103.b

Conditionalis nihil ponit in eſſe. 127.c

Confeſſio ſacramentalis à Chriſto eſt inſtituta. 215.a

Confeſſionis præceptum eſt diuini iuris, ſed limitati per humanum. 311.d

Confeſſio poſſet præcipi ab Eccleſia. 212.e

Confeſſionis præceptum non eſt merè Eccleſiaſticum. 311.c

Confeſſio quid ſub ſe contineat, & requirat, vt ſit valida. 207.c

Confeſſio publica nulla lege humana præcipi poteſt. 215.c

ad Confeſſionem publicam non poteſt obligare Papa, nec Concilium. 215.a

Confeſſio publica peccatorum quænam fiebat olim. 215.b,c

circa Confeſsionem duo ſunt præcepta. 207.c

Confeſsionis precepto obligantur pueri ſtatim, ac ſunt doli capaces. 360.a

in Confeſsione contritio, confitentis, & intentio, & ſuſcipientis ſunt neceſſariæ. 208.c

Confeſsio facta coram ſacerdote quem quis elegit ex priuilegio ſibi conceſſo, eſt valida, licet priuilegium anteà ſit reuocatum, ſed ipſi reuocatio non denunciata ſit. 283.e

Confeſsionis obſeruantia difficilis. 594.e

Confeſsio comprehendit etiam peccata interna. 207.a

Confeſsio facta non coram ſuo iudice non valet. 50.b

Confeſsio facta coram ſacerdote non approbato, non valet à tempore Concilij Tridentini. 283.e

Confeſsio menſtrua ſi ſit alicui iniuncta, ſatis eſt ſi confiteatur vltima die vnius menſis, & prima menſis ſequentis. 539.e

Confeſsio externa ſiue interna fieri poteſt. 199.c

Confeſsiones audiendi abſolutè conceſſa facultas non expirat morte concedentis. 548.e

in Confeſsionis ſigillo non poteſt Pontifex diſpéſare. 628.b

Confeſsionis animæ, & Paſchalis communionis leges Eccleſiaſticæ obligant, cùm ad annos diſcretionis peruenerint. 360.b

ad Confeſsionem, Communionem, Miſſam, &c. quo ætatis anno Eccleſia obliget. 359. & ſeq. 360.d,e

Confeſſarium eligit Papa qui ipſum abſoluat. 541.c

Confeſſariis conceditur facultas in bulla Cruciatæ ad vota commutanda. 442.a

Confeſſarium eligendi facultas quomodo intelligenda. 453.a,b

Confeſſarium eligendi data facultas ab Epiſcopo debet eſſe perpetua. 445.c

Confeſſarium eligendi priuilegium habens poteſt illum vbique eligere. 456.d,e

confeſſarium eligendi data facultas non extinguitur morte dantis. 548.e

confeſſarium eligendi priuilegium habens, quandiu poſsit illo vti. 282.e

confeſſarium eligendi priuilegio ſi quis elegerit, à quo abſolutus eſt antequam ſciret priuilegium eſſe reuocatum non tenetur iterum peccata confiteri. 464.c.465.a

confirmati in gratia non poſſunt moraliter peccare. 302.b

confirmationis ſacramentum inſtitutum à Chriſto 624.a

confirmationis ſacramentum Deus ſolum ſub veniali præcipit. 276.c

Confirmatio generalis non trahitur ad ſpecialiter reprobata. 171.a

confiſcatio omnium bonorum quænam bona contineat. 384.d

per confiſcationem priuatur quis dominij bonorum, non poſſeſsione. 388.a

ante confiſcationem quæ bona, & quanta poſsit reus alienare, 391.b
Confiſcatione quæ bona acquirantur vel non acquirantur per confiſcationem. 384.c.&c. vſque 386.
Confiſcatio quænam bona auferat filio, item patri ac fidei commiſſario. 385.c.d
Confiſcatio bonorum vxoris quænam bona contineat. 385.b,c
Confiſcatorum fructus quando cedent fiſco. 391.a
Confiſcatio retrotrahitur ad diem commiſſi criminis, 380.b.& ad quid.ibid.c,d
confiſcationis pœna eſt inſtituta contra hæreticos, contra reos criminis læſæ maieſtatis, & in Hiſpania contra ſodomitas. 384.c
per confiſcationem reus non amittit iuſtitiam, poſſeſſionem & dominum bonorum ante ſententiam. 388.e.389.a,b
confiſcationis bonorum pœna obligat in conſcientia ante ſententiam. 388.a,b
confiſcantur bona præſentia, non futura. 385.b
congregatio fidelium legis veteris dicitur. Synagoga, non verò nouæ. 632.a
congregationis Cardinalium declarationes in Tridentinum non habent vim legis. 51.52.53
congregationis Cardinalium inſtitutio ad declarandum concilium Tridentinum qua de cauſa inſtituta. 51,c
coniectare leges dicuntur, & quare, 18.a
Coniectura vnde ducta. 18.a
conimbricæ parochia S. Crucis eſt exempla à iuriſdictione ordinarij, & reſeruata Priori illius conuentus, 340.a
coniungi fornicanti poteſt negari debitum. 376.a
connubia cum alienigenis non contrahere eſt de iure diuino, 42.d.& canonico.ibid,
connubia cum alienigenis quare prohibita. 42.d. & cum quibus.ibid.e
connubia ne cum alienigenis fiant, eſt de iure gentium, 38.b
conſcientia quænam ſit lex, 73.b
conſcientia noſtra eſt lex mentis noſtræ. 8.d
conſilium boni operis interdum dicitur lex. 6.e
conſcientia non eſt lex naturæ, 73.e
conſcientia dictat in particulari, 73.e
conſenſus ex natura rei producit obligationem. 437.d,e
conſenſus ex quo naturalis obligatio oritur, eſt res facti. 437.e
conſenſus populi non eſt expectandus ad vim legis. 288.c
conſenſus maioris partis in mortalibus, cenſetur communitatis. 293.e
conſenſus principis contra legem vnde præſumatur. 492.d
conſenſus principis præſumitur, ſi ſe non apponat conſuetudini. 477,d
ad conſequentiam non ſunt trahenda quæ à communi iure exorbitant. 441.b
conſilium non eſt lex, licet ſit ordinatio rationis. 29.a
conſilium vbi datur offerentis arbitrium eſt, vbi præceptum neceſſitas eſt ſeruientis. 6.b
conſilium qui iubetur petere non tenetur conſilium ſequi. 436.c
conſilium vbi à iure requiritur, niſi adhibeatur, actus eſt nullus. 434.e.&
conſilium legis ad permiſſionem reuocatur. 59.e
conſilium non eſt actus legis, & cur. 62.e
conſilium dare non eſſe effectum legis, quomodo intelligendum. 59.d
conſilium aliud ſimplex, & aliud reuerentiæ. 232.c
conſilium Euangelicum de caſtitate in religione ſeruanda, lex priuata dicitur. 57.b
conſilia Euangelica per verbum imperatiui modi ponuntur. 245.a
conſilia perfectionis ſunt propria legis Euangelicæ. 587.b
conſilium continet indulgentiam faciendi contrarium. 57.b
conſpirationis in Principem pœna. 137.c
Conſtantini Imperatoris modeſtia de iudicandis Epiſcopis. 189.a.&192.a,b.354.c
conſtantinus Euſebium Epiſcopum Nicomedienſem ob Arianam hæreſim ab Epiſcopatu depoſitum, exilio mulctauit, 352.c
conſtantinus donauit prouincias & ciuitates Syluestro Papæ. 126.c
conſtantinus & conſtans conceſſerunt clericis, & & religioſis perpetuam ſecuritatem ab oneribus perſonalibus. 356.a
conſtitutio omnis non eſt propriè lex. 6.c
conſtitutiones non reſtringunt ordinariam poteſtatem Prouincialium, & Viſitatorum. 455.c
conſtitutio nullos aſtringit, niſi poſtquam ad notitiam peruenerit eorundem aut detur tempus infra quod ignorare non debeant. 279.d
conſtitutiones in dubio præſumuntur receptæ, 298.e
conſtitutio in dubio præceptum continet. 225.a
conſtitutionum particularium tria genera. 551.b
ad conſtitutiones particulares locorum reuocandas quid opus ſit. 467.e
conſtitutio perſonalis commune præceptum non eſt. 16.e
conſtitutiones perſonales propriè leges non ſunt. 17.a.imò nec conſtitutiones. ibid.
conſtitutiones perſonales largè dicuntur leges, qui eandem vim obligandi habent, quam leges, & conſtitutiones propriæ dictæ. 17.a
conſtitutio iniqua deſtructio eſt. 6.d
conſtitutio Papæ non ligat in diœceſibus vbi promulgata non eſt. 274.b
ad conſtruendum plura requiruntur quàm ad deſtruendum. 286.b,c
conſuetudo quid. 471.c,d.& b
conſuetudinis vera definitio. 471.b
conſuetudo triplex. 473.b
conſuetudinis triplex genus. 471.d.472.d,e
conſuetudo peculiaris eſſe poteſt circa rem, vel perſonam, vel vtrumque, vel circa facta hominum. 472.c
inter conſuetudinem quæ habet vim legis, & verſatur circa facta hominum, & conſuetudinem circa locum, & perſonam aut rem, differentia. 473.c
conſuetudinem poteſt inducere quilibet populus. 160.a
conſuetudinem non faciunt qui ratione non vtũtur. 488.a
conſuetudinem qui poſſint introducere. 497.d
conſuetudo contra legem à quibus poſſit induci. 484.c
conſuetudo inducitur moribus & vſibus hominum. 490.a

conſue-

conſuetudo introducitur per vnum actum. 298.a
ad Conſuetudinem inducendam ſufficiunt duo actus. 492.e
ad Conſuetudinem introducendam non requiritur ſcientia principis. 298.b
Conſuetudinis effectus. 472.a
Conſuetudo eſt altera natura. 104
Conſuetudo vertitur in naturam. 476.c
Conſuetudo eſt vera lex, licet non ſcripta. 497.a
Conſuetudo eſt lex non ſcripta. 81.b
Conſuetudo quare dicitur lex. 10.a
Conſuetudo habet vim legis. 148.b.545.c
Conſuetudo & lex humana eandem vim habent. 81.b.322.c
Conſuetudines quatenam vim legis habeant. 498.e
Conſuetudo omnis vt vim legis habeat, debet eſſe præſcripta. 475.d
Conſuetudo habet vim legis, & pro lege eſt habenda, & abrogat priorem legem. 480.c
Conſuetudo pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. 25.d
Conſuetudo qua ratione, ac reſpectu habeat vim legis. 473.d
Conſuetudines ex ſola deuotione non habét vim legis, & cur. 498.d,e
Conſuetudo, & lex in quo differant. 25.d
Conſuetudo eſt optima legum interpres. 182.e
Conſuetudo dupliciter poteſt legem interpretari, & quanta ſit vis illius interpretationis. 500.a
Conſuetudo quam vim habeat ad declarandam legis obligationem. 253.a
Conſuetudo quomodo inducat obligationem. 321.b
Conſuetudinis quanta vis, & obligatio. 499.b,c,d,e
Conſuetudinis materia, vt obliget qualis eſſe debeat. 497.a.b
Conſuetudo poteſt vt lex obligare. 497.d
Conſuetudini, vt obliget, quatuor requiſitæ conditiones. 497.a
Conſuetudo vbi eſt rationabilis obligat principem ſicut lex. 499.c
Conſuetudo quæ dicatur rationabilis, antirrationabilis. 484.d,e.& ſeq. vſque ad 485. per totum.
Conſuetudinis obligantis tranſgreſſor puniri debet ſicut legis tranſgreſſor. 4P9.b
Conſuetudo & ſtatutum quid differant. 476.d. 477.c
Conſuetudo & forus in quo differant. 472.a,b,c
Conſuetudo nulla contra charitatem vim habet. 263.c.
Conſuetudo præcedens generalis tollitur per legem ſequentem, non ſpecialia loci. 500.b
Conſuetudo poſterior derogat priori. 500.b
Conſuetudo vel ſtatutum attenditur in reſpicientibus ordinationem litis. 346.a
Conſuetudo nulla vim habet, niſi voluntate principis. 161.b
Conſuetudo & præſcriptio in quo differant. 472.e & a.b.& ſeq.
Conſuetudo eſt communis & generalis, præſcriptio particularis. 471.a,b
Conſuetudo & præſcriptio tantum habent de potentia, quantum de vſu. & actu. 500.c
conſuetudo eſt regula contractuum. 501.a
conſuetudo quomodo probet aut reprobet contractus. 501.a
conſuetudo in dubio quomodo accipienda. 502.a b.& ſeq.
Conſuetudo contraria, etſi ab initio fuerit mala & illicita, efficit vt lex humana aboleſcat. 289.c
conſuetudo contraria quid ſit, & in quo differat à deſuetudine. 291.d
conſuetudo contraria, & deſuetudo, ſiue non vſus in quibus differant. 299.a.b,c,d
conſuetudo introducta in vno loco contra legem priuilegium locale. 330.e
conſuetudo patriæ præferenda iuxta mentem B. Auguſtini. 331.e
conſuetudo patriæ ſeruanda eſt in loco peregrinationis. 321.c
conſuetudinis & legis patriæ non obligantur extra illam iuxta mentem Auguſtini, & Ambroſij 312.a
conſuetudo loci quando liget externos, & peregrinos. 501.d
conſuetudo patriæ non ligat ſubditos extra territorium. 501.e
conſuetudinibus loci obligantur forenſes, quando eſt eadem ratio. 322.d.323.c
conſuetudo gymnaſij eſt vbique ſeruanda. 327.a
conſuetudines poſſunt recipere interpretationem à iure communi. 501.d
conſuetudo dat facultatem non habenti. 493.a
conſuetudo ſolet dare priuilegium, & iuriſdictionem. 472.e
conſuetudine comparatur priuilegium. 446.c
conſuetudo poteſt iuriſdictionem aliquando dare. 446.d
conſuetudo immemorialis habet vim priuilegij. 446.e
conſuetudo poteſt introducere impedimenta dirimentia matrimonium. 495.d.496.b
conſuetudini non poteſt quis renunciare, ſicut nec legibus. 499.d
conſuetudo aliquando facit mortale quod non eſſet. 253.d
conſuetudo non facit peccatum mortale propter numerum. 238.c
conſuetudo confert aliquando ad materiæ grauitatem. 253.d
conſuetudo ſecundum diuinam legem quæ. 474.c
conſuetudo præter ius naturale quæ. 474.b,c
conſuetudo ſecundum legem naturalem quæ. 473.c.& quæ contra eam. ibid.
conſuetudo contra ius diuinum quæ. 474.b
conſuetudo contra ius naturæ inducta corruptela 489.e
conſuetudo ſecundum legem humanam quæ. 474.b c.& vocatur optima legum interpres. ibid.d
conſuetudo qualis contemptus. 253.e
conſuetudo non eſt verè contemptus. 237.e
conſuetudo vſualis ſeu practica. 253.e
conſuetudines clericorum cur contra canones valeant, & non ſtatuta. 476.&.ſeq.
conſuetudo laicorum quomodo, & quando liget clericos. 501.a.b
conſuetudo Eccleſiaſtica vniuerſalis, vnde prouenire poſſit. 474.d.& ſeq.
conſuetudo de re Eccleſiaſtica quæ ſit præter legem canonicam, vim obligandi habet poſt decem annos. 477.a,b
conſuetudo mixta etiam in Eccleſiaſticis vim habet. 357.d
conſuetudo quando tollatur per actus contrarios. 500.d,e
conſuetudo reprobata tamquam irrationabilis, numquam

Digitized by Google

numquam conualeſcit. 491. c.niſi mutatis circumſtantiis. ibid.& d,e

Conſuetudo, vel lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. 253.c

Conſuetudine poteſt lex humana abrogari. 475.d, e,& cor. ibid.a

Conſuetudine poteſt abrogari lex abſque ſcientia, & conſenſu principis. 481.b.482.a

Conſuetudo poteſt duobus modis legem abrogare. 475.e

Conſuetudo vt legem tollat, ſufficit, ſi paſſim agatur contra legem ſciente, & ſe non opponente principe. 477.c

Conſuetudo non requirit certum tempus, vt præſcribat contra legem. 477.b

Conſuetudo vt vim habeat abroganda legem, nullum tempus poteſt à iure aſſignari. 478.a

Conſuetudinis tempus determinans, quo legem vincat: nulla eſt lex in vtroque iure. 478.d,e

ad Conſuetudinem inducendam ius ciuile requirit longum tempus, quod eſt decem annorum. 477.a

Conſuetudo, vt præſcribat contra legem, debet eſſe decem annorum in iure ciuili, & quadraginta in canonico. 477.d

Conſuetudo decennalis introduxit legem. 483.c

Conſuetudo vt tollat legem, an requirat decennale tempus, an verò nullam debeat illi aſſignari, quomodo intelligendum. 479.a,b,c.& ſeqq.

Conſuetudo quando indigeat conſenſu principis ad tollendam legem. 481.per totum.

ad Conſuetudinem contra legem vel canonem non requiritur ſcientia principis. 486.c.niſi in habentibus clauſulam derogatoriam. ibid.d

Conſuetudo contra leges, & canones non valet in quatuor caſibus, niſi nota ſit principi. 486.b examinatur an verum ſit. in ſeqq.

Conſuetudo non poteſt habere vim ad ius abrogandum, niſi ex conſenſu principis, qui ſolus poteſt legitimam conſuetudinem inducere. 494.a

Conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta ſufficit ad abrogandam legem, etiamſi princeps illam ignoret. 475.e

Conſuetudini ſi ſe non opponat princeps præſumitur inde conſenſus. 477.d

Conſuetudo legem tollit, quæ, erat vſu recepta. 299.d

Conſuetudo nõ poteſt præualere iuri diuino. 291.d

Conſuetudo non poteſt præualere contra legem naturalem. 235.e

Conſuetudo non poteſt præualere contra ius gentium. 489.b,c

Conſuetudine non poteſt præſcribi contra legem diuinam, naturalem, vel poſitiuam. 489.d,e

Conſuetudo introduci poteſt contra ius poſitiuũ. 43.b

Conſuetudo ſilere facit principum reſcripta. 500.c

Conſuetudo poteſt legem contra legem inducere. 498.e

Conſuetudo non reprobata à lege poteſt legem vincere, licet lex præcipiat, conſuetudinem non introduci. 491.b

Conſuetudo duplici modo legem extinguit. 490.e

Conſuetudo vt legem vincat, quotnam actus requirat. 492.c.d,e

Conſuetudo poteſt abrogare legem quoad ſolam pœnam, etiam ipſo facto incurrendam. 493.a,b

conſuetudo nõ poteſt abrogare irritationem manente prohibitione. 494.c

Conſuetu do non poteſt abolere legem in qua eſt clauſula derogatiua. 490.b

Conſuetudo vt legem vincat, debet obſeruari ab illis qui legem condere poſſunt, & ideo mulieres non poſſunt eam inducere, nec pueri. 487. c,d,e, & obſeruari à duabus partibus communitatis. 488.a,b.ac induci ex certa ſcientia, & nõ per errorem. ibid.c. & induci ſciente eo qui poteſt legem condere. ibid.a, & lex non debet habere clauſulam derogatoriam. 489.a.nec continere ius in præſcriptibile ibid. ac debet eſſe obtinenda in contradictorio iudicio. ibid.e

Conſuetudo vt legem abrogaret, ius Hiſpaniæ definiuit ſufficere decem, aut viginti annos. 479.e

Conſuetudo non poteſt derogare iuri naturali. 82.c

Conſuetudo legi contraria vim non obtinet, niſi per præſcriptionem, quæ interrepta non poteſt amplius continuari, ſed erit alia de nouo. 299.c

Conſuetudinem qui inducunt primi contra legem peccant. 229.a.non autem ſucceſſores. ibid.b

Conſuetudo contraria aufert legem canonicam quadraginta annis, ciuilem verò decem. 295.c

conſuetudo vt præiudices Eccleſiæ Romanæ, aut coronæ regni debet eſſe centum annorum, vel immemorialis. 483.a

conſuetudo non poteſt præualere contra immunitatem, & libertatem Eccleſiæ. 357.c

conſuetudo ex conſenſu Papæ poteſt præualere contra Prælatos inferiores. 291.e

conſuetudo decem annorum ſufficit ad tollendam legum Eccleſiaſticarum. 478 a,b,c

conſuetudo poteſt abrogare legem conſtituẽtem impedimenta dirimentia matrimonium. 494.e 195.a,b,& ſeqq.

ad conſuetudines particulares locorum reuocandas quid opus ſit. 467.e

conſuetudo vnius loci non poteſt iuri alterius derogare. 500.e

conſuetudo quæ inducitur præter legem, debet eſſe præſcripta. 499.d

conſuetudo quando incipiat eſſe rationabilis, & currere contra legem. 486.d

conſuetudo non habet vim legis, nec abrogat via præſcriptionis legem, niſi ſaltem decem annis contra eam fuit. 491.c

conſuetudinis præſcriptio quando, & à quibus incipiat. 503.b

conſuetudo vim præſcribendi non habet, niſi ex voluntate præterita principis. 476.a,b

conſuetudo etſi expreſſe ſit reprobata à lege, vt irrationabilis, poteſt vincere legem auctoritate ſequenti principis. 491.a

conſuetudo abrogans legem poteſt conſtare actibus malis. 487.d.e,& ſeq.

conſuetudo non valet contra legem conſuetudini derogantem. 298.d

conſuetudo per errore, aut ignorantiam introducta, vim præſcriptionis in legem nõ habet, 299.c

conſuetudo etiamſi cœperit, ſeu cõſtet malis actibus legem abrogat. 485.e

conſuetudo & lex quando ſunt de re eadem, abrogat à lege, abrogatur & conſuetudo. 500.a

conſuetudo quomodo operetur contra legem, ac in quibus differat à deſuetudine, & non vſu. 502.e.503.a,b,& ſeq.

conſuetudo

Digitized by Google

conſuetum dicitur quod bis factum eſt. 492.a
contemptus quid. 239.a
contemptus eſt æſtimatio minus iuſta. 239.b
contemptus dupliciter ſumitur. 241.d
contemptus partim eſſe poteſt in intellectu, partim in affectu. 239.a
contemptus eſt filia ſuperbiæ. 239.d
ex contemptu peccare quid ſit. 238.c,d,e,& ſeq.
ex contemptu peccare quid ſit propriè, & verè. 241.b,242.a
contemptus cur ſemper ſit peccatum mortale. 242 b
Contemptus rei duplici ex capite poteſt eſſe mortale peccatum. 240.c
Contemptus poteſt aliquando eſſe veniale. 240.a
ex Contemptu legiſlatoris legem tranſgredi ſemper eſt mortale peccatum. 240.d,e
Contemptus temerarius circa diuinam perſonam hæreticus. 239.b
Contemptus Dei includitur in omni peccato mortali. 239.c
Contemptus rerum in proportionatus vitioſus. 239.d
Contemptus præſumitur ex conſuetudine. 238.d
Contemptus in omni genere mandatorum pari pondere grauis, communiter damnabilis eſt. 237.e
Contemptus nimius rerum neceſſariarum quibus virtutibus aduerſetur. 239.d
Contemptus affectiuus quis. 239.c
Contemptus intellectualis quis.239.b, & quando vitioſus. ibid.c
Contemptus poteſt eſſe operis, vel legiſlatoris. 240.b
Contemptus Dei virtualis non formalis eſt in eo,qui legem Dei violat. 13.e
Contemptus Prælati quando ſit mortale, vel veniale. 240.e,& ſeq.
Contemptus proximi eſt peccatum veniale.241.e
Contemptus peccatum in quo conſiſtat. 241.c
in Contemptu agitur contra ius alterius. 239.b
Contemptus peccatum quid. 241.d
Contemptibiles in Eccleſia ſunt laici,& cur.109.c
Continentia Euangelica præſcribi nulla humana lege poteſt. 214.b
Continentia coniugalis poteſt ſeruari per gratiam Dei. 214.d
Contractus dicitur lex. 6.d
Contractus,bella,dominia, &c. de iure gentium. 39.a
Contractuum regula eſt conſuetudo. 501.a,b
Contractus quomodo probet aut reprobet conſuetudo. 501.a
in Contractibus forenſes & peregrini tenentur ſeruare formam, & ſolemnitatem legibus vel conſuetudinibus requiſitas. 328.b
in Contractus loco quilibet forum ſortitur. 328.b,niſi in contractu dotis. ibid.e
Contractus intelligitur factus in loco ſolutioni deſtinato. 326.c,d
Contractus non poteſt ex vna parte claudicare. 316.a,318.c
in Contractibus ſeruanda eſt forma loci in quo ſit. 329.c
ad Contractus ſolemnitatem inſpiciendæ ſunt leges illius loci in quo celebratus eſt.130.e,131.a
Contractus alicuius verba non ſemper habēt eandem intentionem,quam in cortice ſonāt.27.c,d
Contractus dolo factus quomodo ſuſtineatur,vel reſcindatur. 217.c,e,& a
Contractus in quo deeſt ſolemnitas requiſita per legem, ſi nihil contineat contra naturalem æquitatem,validus eſt,donec reſcindatur. 433.a
Contractus cui lex humana neque reſiſtit, neque aſſiſtit,validus eſt,ſecus in illo cui reſiſtit.421.a
Contractui in quo læſio fuit citra medietatem iuſti pretij lex nec reſiſtit nec aſſiſtit. 416.c
Contractus nullus rei læſæ majeſtatis valet. 388.c
Contractus ex bonis confiſcatis nullus eſt validus. 392.b,imò eſt aliquando. ibid.d,e
Contractus in quo fuit deceptio vltra medietatem iuſti pretij irritandus eſt. 416.b
Contractus poſt duos menſes publicationis legis irritatoriæ facti ſunt irriti, licet ignorentur à contrahentibus leges irritantes. 281.d
Contractus & vota vi, metu, vel dolo facta ſunt nulla iure naturæ. 418.b
Contractus iure naturæ nullos vnquam poteſt ius gentium reddere validos. 45.d
ex Contractu lege humana irrito, naturalis obligati oritur. 438.b
Contractus nullus valet contra leges factus. 421.c
Contractus hæreticorum cur validi. 392.a,b
Contractus Hæreticorum quando ſint nulli. 393.a,b
Contractus vſurarius quantum ad auctorium eſt nullus iure naturæ. 418.b
ex Contractu vſurario non tenetur quis ad vſuras. 438.d
Contractus minorum irritantur. 416.b
Contractus minoris habentis curatorem ſunt irriti,ſi ſint facti ſine conſenſu curatoris. 420.b
in Contractibus debemus ſequi quod minimum eſt. 552.e
Contrahens cum illo cuius bona poſtea cōfiſcantur,quando ſit ei pretium reddendum fiſco eius bona vendicante. 393.c,d.& ſeq.
Contrahentes legibus prouinciæ in qua contrahunt,tenentur. 130.d
ad Contradictoria nemo poteſt obligari. 91.d
Copulatiua aliquando ſumitur pro disiunctiua, & contra. 553.d,e
Cordis humani cogitationes, & affectus, ſolus Deus cognoſcere poteſt. 195.e
Cornelius primus à Petro baptizatus ſalutem gentium dedicauit. 607.c
Cornelium non auſus eſt Petrus baptizare,niſi diuina reuelatione admonitus. 605.e
Cornelius debuit baptizari, quamuis eſſet iuſtus. 598.e
Corpus & anima diuerſa ſunt. 124.d
ad Corporis conſeruationem quid requiratur. 108.a
Corpus Chriſti fuit ſignificatum vmbris veteris legis. 592.c,d
Corpus politicum quomodo conſtituatur.114.c,d
Correctio iuris eſt exorbitans, 469.b, & quando non. ibid.c,d
Correctio iuris odioſa eſt. 568.a
Correctio iurium vitanda eſt. 441.c,470.a
Correctio legum vitanda eſt, vbi commodè earum fieri poteſt concordia. 440.b
Correctio & limitatio legis in quo differant, & quid ſint. 470.c


Creata

creata omnia regulantur lege æterna. 64.c
creaturarum eſſentiæ an ſubijciantur legi æternæ. 66.d
credentes contra fidem Catholicam ſunt duplicis generis. 205.b
crimen committens cui pœna capitis impoſita eſt, quantùm peccet. 252.b
crimen quando eſt notorium, euidentia facti ſupplet accuſatorem. 391.a
cruciata bulla non fuit reuocata in bullis anni Iubilæi. 548.e
cruciatæ bullæ priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda. 453.d
cruciatæ bullæ virtute ſacerdos poteſt abſoluere à quibuſdam irregularitatibus. 367.b
crudelitas eſt modum in tormẽtis excedere. 397.d
culpa nulla pro quocunque malo vitando committenda. 255.a
culpa & pœna ſunt correlatiua. 366.a
culpa quod caret in damnum vocari non debet. 409.e
cura & adminiſtratio Reip. penes Senatum fuit. 47.b
curiæ apud Romanos quid. 46.b
curiæ triginta apud Romanos. 46.c
curiæ diſtributæ in decurias. 46.b
curiones vnde dicti. 46.b
cupiditas quot mala generet. 99.b
cuſtodes ſyluarum, montium, vinearum, &c. ad quid teneantur. 406.e
cuſtodes ſyluarum, & ciuitatum non manifeſtantes crimina propter quæ poſſet pecuniaria pœna exigi, tenentur ad reſtitutionem. 404.e,c
Cyprianus errauit quoad baptiſmum. 171.c
Cyprianus & Ambroſius diſputarunt contra Nouatianos. 187.a

D

DÆmonibus dicata erat magna pars victus humani apud gentiles. 610.c
Damnare non licet abſentem, nec eum qui ſe non deffendit. 377.e, & ſeqq.
Damnationis ſuæ facta alicui reuelatione, an ſit diſpenſatum cum eo de ſperanda beatitudine. 93.b
Damnati ſubiecti ſunt legi æternæ. 68.c,d
Damnatus ob falſam præſumptionem ad quid teneatur. 398.a
Damnatus iniuſtè tenetur ex carcere fugere, ſi poſſit. 398.d
Damnatus nullo modo poteſt ſibi mortem inferre. 398.e
Damnatus ad mortem ſibi veneno vel iugulatione inferendam, poteſt & debet eam ſibi inferre. 397.a
Damnatus ad mortem non poteſt ſe defendere. 399.c
Damnatus ad mortem nemo poteſt ſpoliari beneficio fugiendi ex carcere. 400.e
Damnatus ad mortem ſi inueniat apertum carcerem, debet fugere. 403.a
Damnato ad mortem licet non fugere. 261.e
Damnatus iniuſtè ad mortem qui iurauit, aut promiſit non fugere, non tenetur fugere. 404.b; non debet tamen redire. ibid.
Damnatus ex falſa cauſa, tamen in iudicio probata, poteſt expectare mortem in carcere: ſecurius tamen, & melius faciet fugiendo. 403.e, & ſeq.
Damnatus iuſtè, vel damnandus ad mortem eam licitè poteſt effugere. 403.a,b
Damnatus ad manendum in carcere interim dum non patitur mortem ad quam damnatus eſt, poteſt fugere. 400.e
Damnatus ad inediam poteſt ſibi oblatum cibum comedere. 397.c, 398.c
Damnato ad inediam qui poſſint alimenta miniſtrare. 398.c,d.
Damnatus ad inediam poteſt abſtinere à cibo clanculum ſibi oblato. 399.a
Damnatus ad triremes, vel metallà non poteſt fugere. 400.b
Damnatus iuſtè ad carcerem poteſt licitè fugere. 400.b
Damnatus ad perpetuum carcerem poteſt fugere. 22.a
Damnatus iuſtè ad perpetuum carcerem non poteſt fugere. 401.a,b
Damnato ad carcerem perpetuum, & ad mortem licet confringere fores carceris, vincula & parietes, vt effugiat. 401.c
Damnatis aliquando eſt licitum dare conſilium, vt effugiant carcerem, non autem eos iuuare. 402.c,d
Damnatus, vel damnandus iniuſtè, peccaret ſi maneret in carcere cùm poſſet ab eo fugere. 403.d
Damnatus ob debita ad tenendum carcerem poteſt fugere. 400.a
Damnatus iniuſtè non tenetur ad damnum effracti carceris reſarciendum, cùm effugerit. 402.b
Damnatus ad venenum licitè poteſt illud potare. 398.b
Damnatus ad exilium tenetur ad locum deſtinatum ire. 397.a,b
Damnum maius eſt mors alterius vel infamia, quàm ſemel non obedire prælato. 23.e
Datio iuriſdictionis eſt eius communicatio. 117.a
Dauid electus in regem à Deo. 107.c
Dauid ſe finxit ſtultum coram Achis. 613.c
Dauid cur non ſit auſus Saülem lædere. 355.e
Dauid in neceſſitate comedit panes propoſitionis. 296.e, 591.c
Dauid cùm iniuſtè opprimeretur à Saüle, noluit eum interficere. 315.a
Dauid peccauit, vt ſolent reges, ſed pœnitentiam egit, quod non ſolent reges. 137.d
Dauid cur dixerit, *tibi ſoli peccaui*. 309.e
Dauid cur non ædificarit domum Deo. 125.e
Debitor poteſt fugere ex carcere. 400.e
Debitor qui in fraudem creditorum renunciat hæreditati, vel legato, peccat. 394.e
Debitum quid dicatur. 96.a
Debitum duplex, legale, & morale. 96.a
Debitum naturaliter, indebitum tamen ciuiliter, ſi ſoluatur, repeti poteſt. 440.b
Debitum naturale repetitionem ſoluti impedit. 440.b
Debitum tenetur quiſquis ſoluere ſine coactione. 411.a
Debeant verbum, teneantur, &c. præceptum ſignificant. 244.e, & ſeq.
Debet verbum honeſtatis. 246.b
Decalogi præcepta ſunt decem. 585.c, & quæ. ibi.
Decalogus fuit traditus à Deo, vt auctore immediato. 572.e
Decalogus antiquior iure gentium. 155.d
Decalogi præcepta dicuntur verba Dei. 582.e
Decalogi primum præceptum non ad fidem, ſed ad cultum

ad cultum Dei propriè pertinet. 584.e
Decalogi præcepta præcipuè moralia. 582.e
Decalogi præcepta quomodo diſtinguantur. 584. d,e,& ſeq.vſque ad 585.d
Decalogi præcepta quomodo ſcripta. 582.a
in Decalogo cur nullum præceptum datum ſit de dilectione propria. 584.b,c
Decalogus cur dicatur chirographum. 592.a
Decalogi præcepta ſeptem non ſunt iuris naturalis,ſed poſitiui. 87.e
in Decalogo continentur præcepta omnia naturalia implicitè,vel explicitè. 94.a
Decalogi præcepta omnia ſunt naturalia. 585.a, præter illud de ſabbatho. ibid.
Decalogus confirmatus, & perfectus à Chriſto. 595.b
Decalogi præcepta omnia ſunt indiſpenſabilia. 87.e
Decalogi primum præceptum fuit diſpenſabile ex parte. 93.d
Decalogi duo priora præcepta primæ tabulæ ſunt indiſpenſabilia,cætera ſunt diſpenſabilia. 87.c
Decalogi tertium præceptum fuit poſitiuum, & diſpenſabile. 93.e
in Decalogi præceptis homo non poteſt diſpenſare. 82.d
Decanus quomodo ſe habeat ad capitulum. 521.d
Decanus eſt inferior toto capitulo. 521.d
Decanus, & Epiſcopus quomodo ſint capita Capituli. 179.d
Decem viri electi ad interpretandas & corrigendas leges duodecim tabularum. 46.d
Deceptio in emptionibus, & venditionibus permiſſa iure gentium,nec vllo modo punitur.45.a
Decimas obtulit Melchiſedech ſacerdoti Abraham ſpoliorum quæ de hoſtibus bello victis cœperat. 587.d
Decimæ Eccleſiæ ſunt tributa realia. 411.c
Decimarum ſoluendarum præceptum quale nunc. 536.a
Decimas ſoluendi præceptum renouatum. 609.d, & cur. 610.a,612.a
Decimarum donatio à laico eas poſſidente facta, vires habet, modo adſit conſenſus Epiſcopi. 169.b,c,171.a
Decipere ſe naturaliter in contractibus licitum eſt,id eſt,non punitur. 45.c
Decipere & circunuenire dolum,& malam fidem iudicant. 45.c
Deciſiones Rotæ non ſunt leges. 502.b
Deciſiones Cardinalium pro declaratione Concilij Tridentini quomodo obligent. 550.c
Declarationes legum à Principe factæ, promulgatæ,& receptæ etſi non diuulgatæ,habent vim legis. 52.e
Declaratio Principis ſuper ius naturæ non habet infallibilem auctoritatem. 51.c
Declaratio legis facit moralem certitudinem, ſi doctores in ea conueniant. 252.e
Declaratio ſuarum legum legitima ad principem pertinet. 52.a
Declaratio nihil de nouo inducit. 566.b
Declarationes cum ipſis legibus initio inſunt, nec neceſſe habent promulgari. 566.d
Declarationes Cardinalium ſuper Tridentino factæ quantam vim habeat.a,b,c, obligant etiam quoad præterita.ibid.a,nec habent neceſſe promulgari.ibid.a,vt in iudicio aſtringant quid requiratur. ibid.e
Declarationes Cardinalium in Tridentinum cuiuſnam ſint auctoritatis. 51. per totam, & ſeqq. Non habent vim legis. ibid.
Decretalis epiſtola dicitur Papæ conſtitutio. 50.d
Decretales epiſtolæ canonibus Conciliorum pari iure exæquantur. 48.c
Decretales epiſtolæ etſi ad ſpeciales perſonas deſtinatæ ſingulos obſtringunt. 48.c,d
Decretum late poteſt appellari lex. 65.c
Decretum neceſſitatem facit. 57.d
Decretum onus quod habet robur à publica poteſtate,dici poteſt lex. 59.c
Decretum Principis in cauſa quam cognouit, vim habet legis. 49.c
Decretum ſeu ſententia Principis inter partes, de quarum cauſa ipſe cognouit, conſtituit legem ſiue ius. 50.a
Decretum Concilij Lateranenſis de primatu Pontificis Romani. 175.b
Decreto Gratiani quæ contineantur. 170.a
Decretum Gratiani non eſt approbatum à ſede Apoſtolica. 170.e
Decretum Gratiani cur pars iuris Canonici cenſeatur. 171.d
Decretum Gratiani ad ius Eccleſiaſticum pertinet. 169.d
Decreto Gratiani leges inſertæ nullius ſunt auctoritatis. 170.b,c
Decretum Gratiani à nullo Pontifice fuit approbatum. 171.d
Decretum Gratiani quomodo Pontifex in cauſis decidendis alleget. 172.a
Decuriæ vnde profluxerunt. 46.b
Decuriones vnde dicti. 46.b
de Defectu vno quando quæritur, in alijs habilitas præſupponitur. 178.b
Defenſio nemini debet tolli,iure naturali. 84.a
Defenſio propria cum moderamine inculpatæ tutelæ ita dictatur à ratione naturali,vt nulla exiſtente lege poſitiua licita ſit. 41.a
Definitio litis facta à Rege quomodo vim legis habeat. 50.b
Definitio iuris à Cicerone. 35.b,& ab alijs. ibid.
Definitio iuris poſitiui. 35.b,c
Definitio iuris naturalis. 34.a,b
Definitiones propriæ legis naturalis, & legis poſitiuæ. 29.c
Definitio vera legis à Scholaſticis in rigore verborum tradita. 29.c,d
Definitio legis vera & propria ſecundùm auctorem,vt ſit præceptum communitati impoſitum perpetuò obligans,niſi reuocetur. 29.c
Definitio legis maximè probata, vt ſit, Ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet,promulgata. 29.a
Definitiones legis à varijs variæ. 28.e,d,& ſeqq.
Degradatio qualis,& quanta pœna. 251.d
Degradationis pœna iudicat obligationem ſub mortali. 252.b
Delegatio iuriſdictionis finitur morte delegantis, vel amiſſione officij. 548.b
Delictum vbi dicatur conſummatum.334.c, d, & ſeqq.
ante Delictum debet eſſe ſubiectio. 325.a
Delictum præcedens dupliciter poteſt lex punire. 559.d,e



Digitized by Google

Delicta morte finiuntur quoad humanum forum. 407.a,niſi hæreſis. ibid.
Delicta omnia iure naturali non puniuntur, ſed quædam tantùm prohibentur. 45.a
Delicta cur forenſia iudicia appellentur. 109.d,e
Delinquentes crimine quod inducit confiſcationem omnium bonorum, perdunt dominium rerum ſuarum. 388.c,& a,392.c
Delinquere etiam peregrinus, & extraneus ſtatim ſubijcitur poteſtati eius qui condidit ſtatutum. 326.b
Delinquentes non ligantur ſtatuto,quando delinquens & res circa quam delinquit,& ipſum delictum ſunt totaliter extra prouinciam. 336.c
Delinquentes extra territorium poſſunt ab ordinario in propria diœceſi puniri. 341.b
Demaratus Spartiatarum rex,interrogatus cur rex cùm eſſet Sparta fugeret,reſpondit,quia illis leges ſunt potentiores. 306.d
Democratia regimen eſt imperfectiſſimum.290.d
Democratiæ incommoda. 112.d
Depoſitio grauiſſima pœna, & ob mortale ſolùm infligitur. 251.c,d
Depoſitum eſt reddendum, ſed non illi qui malè ſit vſurus,vel in ſeipſum,vel in Remp. 269.a
Depoſitum detineri vt in Decalogo prohibeatur. 34.a
Derogatio legis eſt exorbitans. 469. b, & quando non. ibid.c,d
Derogatio legis potius quàm abrogatio eſt admittenda. 470.c
Derogatio,& abrogatio quomodo differant. 83.a
Deſcriptio iuris naturalis ab Azor. 35.d
Deſperatio quid dicat. 93.d
Deſtructio & inſtitutio ad eundem pertinent. 186.c
Deſuetudo quid denotet.291.c,& quid ſit. ibid.d
Deſuetudo quomodo differat à conſuetudine, ac quomodo operetur contra legem. 502. c, 503. a,b,& ſeq.
Deſuetudo & conſuetudo contraria in quo differant. 291.d
Deſuetudo, ſiue non vſus, & contraria conſuetudo,in quo differant. 299.a,b,c,d
Deſuetudine abrogatur lex Principe ſciente, & non puniente cùm poſſit. 298.c
Deſuetudo vt præualeat contra legem, quid neceſſe habeat. 293.c
Deſuetudo ſiue non vſus ſtatim incipit vim habere. 299.d,503.b
Deſuetudine tempus debet eſſe deſignatum à principe in legibus. 295.a,b
Deſuetudo vt legem aboleat,quantum tempus requiratur. 503.d.e
Deſuetudo etiamſi per errorem, & ignorantiam introducatur,legem tollit. 299.c
Deſuetudo non tollit legem ſi caſus non accidat. 504.c,d
Deſuetudo non habet vim contra leges,niſi ex voluntate principis. 295.a,b
Deſuetudo impedit,ne lex vim aſſumat. 503.b
Deſuetudo non tollit legem, ſed impedit, ne vim & auctoritatem aſſumat. 299.d
Deſuetudo legis cuius caſus non occurrit,non tollit illam. 293.c
Deuotio quid ſit. 201.a
Deuotio interna nō ēſt de eſſentia orationis.201.a
Deuotionis modus quiſnam præcipi poſſit. 205.c
Deuotionis conſuetudines non habent vim legis, & cur. 498.d,e
Deum eſſe non eſt per ſe notum. 36.b
Deus ſolus æternus. 31.b
Deus ſolus dominus dici debet. 106.b
Deo ſoli Domini nomen exactè conuenire poteſt. 111.c
Deus eſt Dominus vitæ & mortis. 85.d,114.a
Deus ſolus Dominus quomodo dicatur. 111.b
Deus eſt mundi Dominus,non Imperator. 129.a
Deus non poteſt abdicare ſuum dominium. 111.c
Deus ſolus Rex Regum & Dominus Dominantium. 111.d
Deus fidelis permanet,&c. 11.d
Deus fidelis eſt,& ſeipſum negare non poteſt.11.d
Deus quomodo dicatur ſeipſum negare non poſſe. 12.d,e
Deus nec per ſe,nec per alium mentiri poteſt.84.c
Deus certò ſtat promiſſis. 55.c
Deus tenetur non mentiri,& promiſſis ſtare. 64.c
Deus nullo modo mentiri poteſt. 88.c
in Deo eſt neceſſariò dictamen, quo iudicat ſe teneri ad non mentiendum. 99.a
Deus ipſiſſima iuſtitia eſt. 88.b
Deus non poteſt in ſe perfectionem accipere.92.b
Deus hoc ſolo carere videtur, infectum vt faciat quod factum eſt, atque peractum. Agathonis pronunciatum. 439.c
Dei ſolius eſt poſſe omnibus prodeſſe. 409.a
Deus eſt immutabilis. 591.b
Deus omnia optimè ordinauit.66. c, d, deſcriptio elegans.
Deus nullum habet finem præter ſe. 65.d
Deo non poſſumus reddere æquale. 4.c
Deus non eſt auctor vitiorum,ſed ordinator.68.e
Dei actiones neceſſariæ non ſubijciuntur legi æternæ. 64.c
Dei actiones liberæ non ſunt propriè ſubiectæ legi æternæ. 64.d
in Deo omnino neceſſaria eſt lex aliqua. 92.b
Deus eſt ſibi lex. 12.c
Deus promiſſionibus ſuis imponit ſibi legem.64.c
Deus nullam habet legem poſitiua,qua obligetur. 12.c
in Deo ſunt duæ leges æternæ. 63.b
Deus nulla lege ſuperioris tenetur, cùm ſuperiorem non habeat. 69.d
Deus non poteſt ſe ſuis legibus obligare. 306.e
Deus nulli legi ſubjacet. 65.b,d,e
Deus obligatur lege naturali intrinſeca. 12.c
Deus propriè in nullo præcepto naturali diſpenſare poteſt. 88.c
Deus cur in lege naturæ non poſſit diſpēſare. 90.a
Deum poſſe diſpenſare, & abrogare naturæ qui teneant. 86.c, & ſeq.
Deus nunquam diſpenſauit in lege naturæ. 85.a
Deus an poſſit legem naturæ interpretari. 92.c
Deus ſolus poteſt interpretari legem naturalem. 94.a,b
Deus auctor veteris ac nouæ legis. 33.b,570.b
à Deo malo datam fuiſſe legem veterem qui hæretici ſenſerint. 570.a,b
Deus obligauit Adam ſub mortali, vt à pomo abſtineret. 235.a
Deus cùm decreuit aliquid facere, eſt iam quaſi factum. 32.c
Deus non poteſt vllum peccatum concedere in curſu ordinario mundi. 93.b



Digitized by Google

Deus eſt qui inſtituit, vt eſſent in Eccleſia Apoſtoli, Prophetæ, &c. 157.b
Deus ad ea quæ ſunt naturæ non obligat, niſi media ratione. 13.a
Deus impoſſibile non præcipit. 21.c
Deus non obligatur per leges quas creaturis imponit. 12.c
Deus in populo ſuo regimen ciuile conſtituit. 107.c
Deus propriè non fert leges humanas. 308.a
Deus quomodo leges condat. 67.e
Deus non poteſt præcipere mala fieri. 93.d
Deus liberè non obligat nos. 11.c
Deus non obligat per ſe, ſed media natura rationali. 12.b
Deus non obligat ſuis legibus cum vitæ diſcrimine. 257.d
Deus non poteſt præcipere vt mentiamur. 93.a
Deus in omni lege ſua, non ſolùm propriam gloriam, ſed etiam bonum ſubditorum intendit. 19.a
Deus nihil poteſt facere niſi conuenienter quantum ad ſubſtantiam, tempus, modum, &c. 577.b
Deus poteſt abſoluta potentia non obſtantibus quibuſcumque peccatis huius vitæ homines beare. 92.e
Deus non poteſt dare facultatem blaſphemandi ſe, &c. 88.e
Deus illuminat homines per Angelos, & inſtruit homines per homines. 576.a
Deus numquam bis punit. 369.e
Deus non poteſt alteri concedere facultatem inducendi alium ad malum. 89.b
Deus quomodo diſpenſet in matrimonio, & voto. 94.d,e
Deus poteſt in ſua lege diſpenſare. 627.e
Deus ſolus poteſt dare poteſtatem legiſlatiuam, & gubernatiuam. 114.a
Deus cur Romanis Monarchiam dederit. 135.c
Deum honorat qui implet præceptum, & qui violat inhonorat. 13.d
Deus eſt qui piis & impiis regna dat. 121.a. 137.c
Deus cur det regnum impiis. 140.d
Deus aliquando in pœnam peccati aliquos regno priuat. 139.e
Deus non obligat principem ad ſeruandas proprias leges. 308.d,e,& ſeq.
Deus innocentem omnino morti tradere poteſt, 85.d
Dei iudicium eſt. 107.c
Deus non contemnitur per veniale peccatum, etiamſi ex certa ſcientia, & voluntate fiat. 238.a
Deo ſoli ſubditur homo quoad actus internos. 208.e
Deus elegit in regem Saül. 107.c. Dauid, &c. ibid.
Deus dedit hominibus iura humana per Imperatores, & Reges ſæculi. 99.d
Deus præfecturam Eccleſiaſticam poſuit. 108.c
Deus diſtinxit actus, officia, &c. Pontificis & Imperatoris. 122.b
Deus confert Epiſcopis iuriſdictionem. 159.b
Deus quo iure mandarit occidi Iſaac. 85.e
Deus peculiarem curam habuit tribus Iuda, & domus Dauid. 577.b
Deum qui ſerio in teſtem adducit, tenetur verum dicere. 15.b
Deo ſoli ſubiacent Beati omnes. 106.d
de Deo vilem æſtimationem nemo habet. 240.b,c
Dei imago ad quam factus eſt homo, quæ ſit. 140.e
Deus obiectum Theologiæ. 2.
Dij gentium vnde conuincantur eſſe falſi. 93.c
Deorum plurium cultus quænam incommoda attulerit. 99.c
Diabolus pater mendacij eſt, & inuentor. 95.a
Diaconus rem ſacram faciens, non poteſt ad ſacerdotis officium promoueri. 373.d
Diaconi electi ab Apoſtolis ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, non fuerunt ſacerdotes. 155.b
Diaconi inſtituti ab Apoſtolis. 156.b
Diaconorum ordo primò ab Apoſtolis excogitatus. 157.b
Diœceſes diuiſerunt Apoſtoli. 189.b
Diœceſis conſtituimur membrum per domicilium. 304.c
Dicta Sanctorum decreto Gratiani inſerta qualem vim habeant. 170.c
Dicens de vno, de alio negare videtur. 553.a
Dictum à ſententia, ſiue verbum ab intellectu. 551.e
Dicta Gratiani non habent vim legis. 170.c
Dictamen diuinæ rationis eſt lex. 9.e
Dictamen diuinum non diſtinguitur à voluntate diuina. 64.e
Dictamen diuinum quomodo non ſit lex, & quomodo noſtrum ſit. 12.d
Dictamen commune tribus perſonis Trinitatis eſt lex æterna. 33.b
Dictamen ſuum falſum facere non poteſt Deus. 91.c
Dictamen, quo Deus iudicat ſe teneri ad nō mentiendum, neceſſariò eſt in Deo. 97.a
Dictamen rationis formaliter eſt lex naturæ. 72.a
Dictamen rationis quid requirat. 11.d,e
in Dictamine rationis conſiſtit lex naturalis. 10.e
Dictamen noſtrum diuino conforme. 9.e
Dictare quid ſit apud Grammaticos. 26.b
Dictare & ſcribere ſunt diuerſa & differunt. 26.e
Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis. 26.d
Digeſta ſeu Pandectæ, quid. 47.a
Dignitatis nomē abſolutè prolatum ſtat pro principaliori. 547.d
Dilectionis fraternæ præceptum Chriſtus vocat ſuum. 622.a
Dilectus dicitur eſſe intentionaliter in diligente. 623.d
Diſciplina quid ſit. 103.e
Diſciplina Dei lex. 9.a
Diſcipuli ſeptuaginta non fuerunt ſacerdotes, nec vllum ordinem habuerunt, aut iuriſdictionem. 157.c
Diſcipulis ſeptuaginta duobus nullam poteſtatem legiſlatiuam dedit Chriſtus. 154.e
Diſcretionis tempus ſolet eſſe ſeptennium. 360.c
Diſiunctiuæ particulæ munus. 553.b
Diſiunctiuæ ſumuntur aliquando pro copulatiuis, & contra. 553.d,e
in Diſiunctiuis ſufficit vnam partem eſſe veram, ſi ſint affirmatiua, in negatiuis debet eſſe vtraque. 553.c
Diſpenſandi iuſtæ cauſæ, quæ, & quàm variæ. 532.c,d,& ſeq.
Diſpenſandi poteſtas duplex. 510.c
Diſpenſandi facultas qua conditione detur. 517.c

Diſpenſandi poteſtas poteſt conſuetudine preſcribi. 513.c
Diſpenſandi poteſtas quando ſit late interpretanda, & quando non. 540.a,b,c,d
Diſpenſandi poteſtas quando commiſſarij morte finiatur, vel non. 547.d,e
diſpenſandi poteſtas quando expiret. 511.c
diſpenſare quid ſit propriè. 94.e
diſpenſare eſt verè, & realiter eximere ab obligatione legis. 525.c
diſpenſare nemo poterat olim in lege veteri. 591.a
diſpenſare in lege naturę cur non poſſit Deus. 99.a
diſpenſare non poteſt Deus propriè in vllo præcepto naturali. 88.c
diſpenſari non poteſt iure gentium, niſi à toto genere humano. 40.e
diſpenſare in iure gentium non poſſunt reges. 40.e
diſpenſare in iure gentium quomodo tota Reſp. humana poſſit. 92.e
diſpenſare in iure communi in quibus caſibus poſſit Epiſcopus. 513.d,e,& ſeq.
diſpenſare in iure canonico poteſt Pontifex. 509.e
diſpenſari non poteſt in legibus ſine ſufficienti cauſa. 523.a
diſpenſare in triplici genere rerum poteſt Epiſcopus in iure ciuili. 514.b
diſpenſare quis poſſit, ſi per errorem vnus ordinarius ponatur pro alio. 547.c
Diſpenſare ſecum poteſt princeps. 510.a
diſpenſare ſecum qui poſſint. 541.b,c,& ſeq.
diſpenſare ſecum poteſt Prælatus quoties poteſt cum aliis. 542.b,c,d
diſpenſare ſecum cum aliis poteſt, qui legem cum aliis condidit. 542.b
diſpenſare ſecum in lege propria, propriè nemo poteſt. 541.e
diſpenſare ſecum poteſt Epiſcopus, quoties poteſt cum ſubditis. 520.e
diſpenſare in Concilio Tridentino non poterit congregatio Cardinalium. 566.a
diſpenſare in conſtitutionibus quas iureiurando firmauerit, an poſſit Epiſcopus. 526.d
diſpenſare quando teneatur ſuperior. 530.d,e
diſpenſare non poteſt inferior in lege ſuperioris in iure poſitiuo. 40.b
diſpenſare poteſt Epiſcopus ſi non determinetur à quo. 513.e
diſpenſare in propriis legibus poteſt princeps quilibet. 509.b
diſpenſare in propria lege princeps poteſt ad libitum. 522.b
diſpenſare non poteſt Epiſcopus, aut alius inferior in legibus Papæ, niſi in caſibus ab eo conceſſis. 512.a
diſpenſare quando poſſit Epiſcopus cum illo cui negauit Pontifex diſpenſationem. 542.b,c,d,e
diſpenſare ſine cauſa aditus ad tranſgrediendum leges. 524.b
diſpenſandi commiſſio quando ſit realis, vel perſonalis. 547.c,& ſeq.
diſpenſare in matrimonium dirimentibus impedimentis poteſt Epiſcopus in extrema neceſſitate partium, nec tenetur earum pauperiem ſupplere. 515.b,c. ſic poteſt in dubio declarare non indigere, aut diſpenſare. ibid.d,e
Diſpenſare in voto quid ſit. 513.d
diſpenſans cum vno, & non cum alio non eſt ſemper acceptator perſonarum. 531.a,b
diſpenſatio quid ſit. 88.e.509.e
diſpenſatio quid, & quis dicatur diſpenſator. 505.b,c,& ſeq.
diſpenſatio nihil aliud eſt, niſi declaratio, ſeu interpretatio in caſu dubio. 505.d
diſpenſatio quid propriè. 566.c,d
diſpenſatio diuiditur in diſpenſationem voti, iuramenti, & legis. 507.d,& irregularitatis, quæ diuiditur in plenam, ſemiplenam, pleniorem, & pleniſsimam. ibid.e. in expreſſam, & tacitam. 508.d. in licitam, & illicitam. 509.b. in debitam, prohibitam, & permiſſam. ibid.d
diſpenſatio vocatur aliquando in iure gratia. 531.c. interdum indulgentia. ibid. ac miſericordia. ibid.
diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis. 510.e
diſpenſatio duplex, altera ex gratia, altera ex iuſtitia. 523.c
diſpenſationis variæ diuiſiones. 507.d,e,& ſeq.
diſpenſatio ſtricti iuris quæ. 508.d,e
diſpenſatio impropria quæ. 541.a
diſpenſatio in quo differat à permiſsione. 507.b. item ab abſolutione. ibid. & à facultate ibid.d item à priuilegio. ibid.a
diſpenſatio & permiſsio in quo different. 507.b
diſpenſatio, interpretatio, irritatio, & abrogatio legis in quibus differant. 505.d
diſpenſatio, irritatio, &c. in voto non derogant iuri naturali. 84.a
diſpenſatio requirit cauſam, priuilegium non. 443.c
diſpenſatio non cadit in ius naturale. 40.b
diſpenſatio poteſt cadere in ius gentium. 510.a,b
diſpenſatio à quo fiat. 106.e
diſpenſatio ab vtro poſsit fieri, ſi ſint duo vicarij. 547.d,e
diſpenſatio quomodo fiat. 539.a,b,c,d,e
diſpenſationis iuriſdictio dupliciter poteſt delegari. 511.d
diſpenſationis in foro externo executio committitur Officiali. 539.a
diſpenſationis effectus quis. 507.a
diſpenſatione lex vulneratur. 507.d
In diſpenſationibus quomodo procedere debeat confeſſarius. 539.a,b
diſpenſatio in voto quomodo fiat. 94.d
diſpenſationes quinam poſsint exequi. 539.d,e
In diſpenſationibus clauſulæ apponi ſolitæ. 539.a,b,c,d
diſpenſationis nulla eſt præſcripta forma verborum in iure, quæ ſit de ſubſtantia eius. 535.e
diſpenſatio non requirit certam formam verborum, nec verba. 534.b.535.d
diſpenſationis vulnus legis ſciſſura. 526.d.e
diſpenſationes debent impendi omnino gratis. 540.b
diſpenſationem confert patientia, & taciturnitas ſuperioris. 531.e,d
diſpenſatio Dei in matrimonio & voto quid ſit. 94.d,e
diſpenſatio vera legis reſpectu quorum ſit. 542.a

diſpenſatio

Digitized by Google

Diſpenſitio conditionalis nihil operatur conditione deficiente. 384.b
Diſpenſatio non extenditur ad caſus ſimiles. 588.b
Diſpenſatio poteſt extendi de caſu ad caſum. 538. a,& quando, aut in quibus caſibus ibid. a,b,& ſeqq.
Diſpenſatio poteſt concedi in inuitum. 510.e
Diſpenſatio tacita Papæ, vel alterius Prælati in iuramentis & votis, valida eſt. 535.a
Diſpenſatio tacita quando ſit præſumenda in ſuperiores. 508.a,b,& ſeq.
Diſpenſatio quando ſit debita. 531.b,c,d,e
Diſpenſatio difficilior quàm abſolutio. 512.d
Diſpenſatio concedi non poteſt, niſi ex cauſa legitima. 505.d
Diſpenſatio debet fieri cum cauſæ cognitione. 533.b,c
Diſpenſatio quando fiat cum cauſæ cognitione. 535.a,b
Diſpenſationis ſatis magna cauſa eſt conciliare ſibi animos principum. 525.e
Diſpenſatio ſine cauſa, quid, & quot incommoda afferat. 522.e,& ſeq.
Diſpenſatio poteſt fieri ſine cauſæ cognitione, ſi cauſa eſſet manifeſta diſpenſanti. 533.d
Diſpenſatio tacita ſine cauſæ cognitione valet, etiam in lege ſuperioris. 534.d,e,& ſeq. 535.c
Diſpenſatio poteſt manere abſque cauſa, quia ad nihil obligat. 530.d
Diſpenſatio quanta cautione ſit facienda in lege ſuperioris. 509.b,c
Diſpenſatio deficiente cauſa debet reuocari, alioqui ſemper durabit. 530.a,b,c
Diſpenſatio non eſt ſemper debita exiſtente iuſta cauſa. 531.c
pro Diſpenſatione ſi quis accipiat aliquid peccat mortaliter, & eſt excommunicatus. 540.c
Diſpenſatio eſt concedenda ad vitandum ſcandalum, aut aliud malum commune. 531.c,d
Diſpenſationem quis poſſit reuocare. 533.a,b
Diſpenſatio in lege ſuperioris ſi ſine cauſa fiat irrita eſt. 40.b
Diſpenſatione data ab inferiore in lege ſuperioris ſine cauſæ cognitione poteſt quis vti ſine peccato. 534.b,c
Diſpenſationem ſi negauerit alicui Epiſcopus, & ille obtinuerit à Pontifice facultatem, poteſt nihilominus illam adhuc accipere ab Epiſcopo. 543.a
Diſpenſatio ceſſante fine diſpẽſantis manet. 530.c
Diſpenſationis impetratio ſine mandato valida eſt 543.d. ſi acceptetur. ibid.e
Diſpenſatio finitur morte eius cum quo diſpenſatur: item per non vſum decennalem, ac aliquando primo actu. 549.c,d,& ſeqq.
Diſpenſatio data cum aliqua limitatione determinante beneplacitum concedentis, extinguitur eius morte. 548.c
Diſpenſatio gratis data poteſt à dante vel eius ſucceſſore ſine cauſa reuocari. 548.b.c
Diſpenſatio redditur ſubreptitia per ſuppreſſionem qualitatis quam iura exprimi ſpecialiter iubent. 545.a,d
Diſpenſatio irregularitatis ex homicidio præſbiteri non eſt ſubreptitia, ſi taceatur circumſtanſtantia ſacerdotij. 546.c
Diſpenſatio valet ſine cauſæ cognitione, ſi diſpenſans ſit princeps ſupremus. 532.e
Diſpenſatio in voto & iuramento data ſine cauſa nulla eſt. 516.a
Diſpenſatio obtenta cum iuſta cauſa quæ poſtea ceſſauit, an ſit ſemper valida. 528.d,e,& ſeq. reſoluitur. 529.a
Diſpenſatio qua veri ſuppreſſione reddatur inutilis. 544.a,b,d
Diſpenſatio ſine cauſa quando ſit peccatum & quale. 524.b,c,d,& ſeq.
Diſpenſatio quotupliciter poſſit eſſe nulla. 509.b,c
Diſpenſatio ſine voluntate diſpenſantis valida nõ eſt. 534.e
Diſpenſatio eſt ſubreptitia cùm quis vouit ſe perſeueraturum, & ſolùm expreſſit ſe vouiſſe religionem. 546.d
Diſpenſatio in propria lege, licet ſine cauſa fiat, valida eſt. 40.b
Diſpenſatio in propria lege prohibita eſt iure diuino, ſed non irrita. 519.a.b
Diſpenſatio in propria lege vel inferioris data ſine cauſa valida eſt. 517.e,& ſeqq.
Diſpenſatio inferioris in lege ſuperioris eſt irrita ſi cauſa legitima deſit. 516.d,e. exceptis certis caſibus. ibid.b,c,d
Diſpenſatio facta ab inferiore ſine cauſæ cognitione in iis in quibus poteſt, valida eſt, donec reuocetur. 533.e,& a.b
Diſpenſatio inferioris, vt Epiſcopi facta ſine cauſa in propriis legibus valida eſt. 519.e. niſi in quibuſdam caſibus. 520.b,c,d
Diſpenſatio circa legem ſuperioris ab inferiori habente facultatem vt poſſit fieri debet eſſe iuſta cauſa. 549.a,b
Diſpenſationem petens ſine cauſa ab aliquo in lege alterius ſuperioris, peccat mortaliter. 525.a
Diſpenſatio Papæ in iure humano ſine cauſæ cognitione valida eſt. 533.e
Diſpenſatione obtenta ſine cauſa modò ſit valida, poteſt quis vti tuta conſcientia. 526. b, c, & ſeq.
Diſpenſatio in propria lege ſine cauſa etiam à ſupremo principe, eſt peccatum. 522.b
Diſpenſatio Epiſcopi in legibus ſynodi diœceſanæ valida eſt. 520.c.d
Diſpenſatio in legibus ſynodi prouincialis facta ab Archiepiſcopo, ſine cauſa valida non eſt. 521. c.d.& ſeq.
Diſpenſatio ſi ſit commiſſa vicario, vicarius non poteſt diſpenſare Epiſcopus factus. 547.c,d
Diſpenſatio ſine cauſa valida eſt. 448.e
Diſpenſatio quando ſit nulla quoad perpetuitatem. 529.d
Diſpenſatio quando ſit nulla & peccet, diſpenſans ex defectu cauſæ. 529.d,e
Diſpenſationem petens, procurans, & concedens ſine cauſa non peccant mortaliter. 526.d,e
Diſpenſationem petens ſine cauſa quantum peccet. 525.b,c
Diſpenſationem petens ſine cauſa peccat, ſed magis concedens. 525.a
Diſpenſatione data ſine cauſa vtens quantum peccet. 525.b,c. imò non peccat probabiliter. 528.b
Diſpenſatio ſine cauſa data vti, quando peccatum, & quantum. 527.a,b,& ſeq.



Digitized by Google

Diſpationem petens in dubio de cauſæ iuſtitia, quid agere debeat, vt fiat, ſecurus. 527. a, b, & ſeq.
Diſpoſitionem quodnam inuoluntarium vitiet. 448.c
Diſpenſatio ſuper cognatione valet, etiam tacito eo quod ſe carnaliter cognouerunt. 544.c
Diſpenſatio cùm ſit valida, quando quis petiit facultatem ad diſpenſandum cum alio in caſu, quem non expreſſit. 546.d,e
Diſpenſatio eſt valida quando non exprimitur id quod nec ius, nec conſuetudo, nec ſtylus præſcribit. 545.a
Diſpenſatio quomodo interpretanda. 453.a,b
Diſpenſatio ſtrictè interpretanda. 536.a
Diſpenſatio eſt fauorabilis, & latè interpretanda. 511.b
Diſpenſatio toti religioni conceſſa latiſſimè eſt interpretanda. 537.c,d
Diſpenſatio quando ſit latè interpretanda. 536.a, b,& ſeqq.
Diſpenſatio ad ordines quomodo interpretanda. 453.a.455.e
Diſpenſator ſuſpectus eſt in ſua cauſa. 410.c
Diſpenſatus in ieiunio,& lacticiniis in vno territorio, poteſt vbique vti tali diſpenſatione. 457.a
Diſpenſatum ne ſit deſperanda beatitudine cum eo qui habuit reuelationem de ſua damnatione. 93.b
Diſpoſitione corruente per contrariam conſuetudinem, corruunt clauſulæ in ea inſertæ. 298. d
Diſputatio ſuper Concilia quæ prohibita. 564.e
Diſtractio quo iure prohibeatur. 203.c
Diuerſa ſunt cùm vnum ſine altero ſtare poſſit. 564.b
Diuina eſſentia non eſt prior creatura vt poſſibili. 67.d
Diuina voluntas obligandi, quacumque ratione innoteſcat, inducit obligationem. 287.b
Diuina præcepta quæ. 573.c,& ſeq.
Diuinatores, atque ſomniorum interpretes coniectores dicuntur. 18.a
Diuiſio rerum conceſſa iure gentium. 40.c
Diuiſio rerum ſublata inter Chriſtianos in primitiua Eccleſia. 40.b
Diuiſio dominiorum & rerum eſt de iure poſitiuo. 39.c
Diuiſio noui orbis inuentes qua ratione ſit facta inter Reges. 123.a,b
Diuiſio iuris in naturale & poſitiuum. 35.e
Diuiſio iuris naturalis à Connano in ſemper iuſtum,& in immutabile. 37.c
Diuiſio iuris ab Ariſtotele. 36.c
Diuiſio legis in propriè, & in impropriè dictam. 31.a
Diuiſiones legum variæ. 34.d,e
Doctor etiam intelligitur nomine magiſtri in Theologia. 539.d
Doctoribus conceſſa eſt iuris interpretatio. 563.a
Doctorum interpretatio circa leges qualis ſit. 550.c,d
Doctores ſi diſſentiant in expoſitione legum, quid ſequendum. 252.e
Doctorum vbi diuerſæ ſunt ſententiæ, potior numerus vincit. 47.d
Doctores poſſunt legẽ naturalẽ interpretari. 94.c
Doctores qui in ſuo cluauſtro legem aut ſtatutum condunt, manent illis obligati. 305.b
Domicilium qui habet alibi, obligatur legibus loci in quo eſt. 322.b
ad Domicilium contrahendum, quid requiratur. 320.b,c
Domicilium præſumitur ex habitatione decennali. 320.c
Domicilium viri attenditur ratione contractus dotis. 326.d.& cur ibid.e
Domicilium quando quis habeat in duobus locis. 320.c
Domicilium nullibi habentes vbi inueniuntur pro quolibet crimine puniri poſſunt. 327.b
Domicilium quomodo amittatur. 320.c
Dominandi poteſtas quomodo ex peccatis orta ſit. 111.a
Dominatum qualem Chriſtus damnat. 111.e
Dominia, contractus, &c. de iure gentium. 39.a
Dominiorum & rerum diuiſio eſt de iure gentium. 39.c
Dominium proprietatis totius orbis non eſt in ſummo Pontifice. 123.e
Dominium iuriſdictionis valde diuerſum à dominio proprietatis. 21.c
Dominiorum tranſlationes & obligationes multæ fieri poſſunt per priuatam poteſtatem. 432.b
Dominium rerũ externarũ in quo fundetur. 138.e
Dominium poteſt eſſe ſine poteſtate alienendi. 387.c
Dominus quis propriè. 348.c
Dominus præter Deum nullus dici debet. 106.b
Domini nomen ſoli Deo axactè conuenire poteſt. 111.c
Dominus vitæ ſuæ aut mẽbrorum nemo eſt. 396.e
Domino ſuo res fructificat, apud quemcumque ſit. 393.d
Dominus poteſt irritare vota ſeruorum, & parentes vota filiorum. 416.b
Dominus non obligatur præceptis quæ imponit ſeruis. 307.a
Domino non eſt dandus enſis, ad ſe vel alium occidendum. 263.a
Domino nõ eſt reddendum depoſitum ſi male ſit vſurus vel in ſe, vel in Remp. 269.a
Domitianus crudeliſſimus. 137.c
Domitiani arrogantia in Domini appellatione. 111.d
Domus imperfecta communitas. 17.d. quia ſibi non eſt ſufficiens. ibid.
Domus vox ſupponit pro materia cõnotando formam,& pro forma connotando materiam. 15.e
Donatio facta inter Auguſtum & Auguſtam facta durante matrimonio, rata eſt. 319.c,d
Donatio facta ab Auguſta non indiget inſinuatione. 319.c
Donatio, vel exemptio facta communitati in perpetuum, eſt irreuocabilis. 356.c
Donationes factæ ante crimen non reſcindentur per confiſcationem. 392.c
Donatio inter virum & vxorem, non ſortitur effectum, niſi morte confirmetur. 384.d
Donatio facta vxori non confirmatur morte mariti hæretici. 384.e
Donatio inter virum & vxorem, quando valeat. 394.d
Donatio omnis quæ fit poſt petitionem partis, reuocabilis eſt, quandiu non acceptatur. 451.d
Donatio nõ eſt integra, donec ſit acceptata. 284.a,e



Digitized by Google

Donatione non extinguitur debitum. 210.b
Dotis nomine quæ bona veniant. 385.e
Dotis promiſſio pro primis nuptiis tantum intelligitur. 458.b
Dotis contractus ratione attenditur domicilium viri. 326.d.& cur.ibid.e
Dos debet exigi vbi maritus habet domicilium. 328.e
Dracon legiſlator Athenienſium. 46.c
Draconis leges duodecim tabularum ſcriptæ in tabulis ligneis. 34.d
Draconis leges olim dictæ draconis, quia duræ. 103.c
Dubia omnia poſſunt abſolui doctrinaliter à Iuriſperitis & Theologis. 51.c
in Dubio præſumendum eſt pro ſuperiore.23.b,& illi obediendum. ibid.
in Dubio ſuperior debet eſſe auctoritas prælati. 23.d
in Dubio de mente legiſlatoris duplex poteſt eſſe difficultas. 561.d,e
in Dubio tutior pars eſt eligenda. 225.e
in Dubiis melior eſt conditio poſſidentis. 23.a,227.c
in Dubio fauendum eſt reo. 23.b
in Dubio quomodo diſcernendum,an temerè agamus. 225.a,b
Duelli & mundi leges, ſunt leges tantum metaphoricè. 53.c
Duces Venetorum non ſunt abſoluti principes. 307.d
Dux Venetus & ſimiles legibus ſuis parere tenentur. 304.d
Duces, Marchiones, &c. non poſſunt ferre leges, niſi conceſſione regum, quibus ſubditi ſunt. 135.e
Duces,Comites, & Marchiones, cur non poſſint leges condere. 159.e

E

EBionis Cherinti error, de æternitate legis veteris. 591.c
Eccleſiæ nullus ſubiicitur ſine charactere baptiſmi. 188.a
Eccleſiæ membra conſtituimur per Baptiſmum. 304.c
Eccleſiæ legibus ſolùm tenentur Baptizati. 120.c
Eccleſia eſt vniuerſalis,& perfectè vna. 120.c
Eccleſia præfigurata in arca Noë. 610.c,d
Eccleſia eſt viſibilis. 185.b
Eccleſia verè monarchia. 120.c
Eccleſia eſt cor Chriſti charitatis igne emolitum. 623.d,e
in Eccleſia duo ſunt magna luminaria,Pontificalis auctoritas,& regalis dignitas. 121.b
in Eccleſia conſtituit Chriſtus principatum monarchiæ perfectiſſimum. 315.a
Eccleſia quid poſſit in conferenda Papæ poteſtate ſpirituali.153.c
Eccleſia in vniuerſum orbem ius habet quoad ſpiritualia. 128.c
Eccleſia & Concilium per ſolum Pontificem habent poteſtatem legiſlatiuam. 176.b
Eccleſiæ omnes non poſſunt tollere auctoritatem Papæ. 142.c
in Eccleſia eſt poteſtas condendi leges obligantes in conſcientia. 144.c
Eccleſiæ ordo in dignitatibus. 191.c
Eccleſiæ non eſſet ſatis prouiſum nec Reip.ſi non poſſent ſub mortali obligare. 237.b
in Eccleſiæ cœtu,id eſt,in conciliis non eſt immediatè poteſtas legiſlatiua. 153.e
Eccleſiæ,& ipſarum capita quomodo poſſint leges condere. 160.a,b
Eccleſiæ poteſtas legiſlatiſſima eſt delegabilis. 182.d
Eccleſiæ cur ſit conceſſa poteſtas legiſlatiua.194.e
ad Eccleſiæ perfectionem pertinet,vt habeat ciuilem & Eccleſiaſticam poteſtatem. 120.c
in Eccleſiæ cœtu,id eſt, in Conciliis, an ſit poteſtas legiſlatiua immediatè. 153.
Eccleſia non obligat ſub mortali & excommunicatione, ad Miſſam, Confeſſionem, Communionem,&c. ante decimum vel vndecimum ætatis annum in viris, & octauum aut nonum in fœminis. 359.e
Eccleſia non iudicat de occultis. 196.c
Eccleſia legibus Principum ſæcularium obtemperat. 109.a
in Eccleſia ſunt Reges temporales ſupremi. 121.c
Eccleſia non habet maiorem pœnam excommunicatione. 319.b
Eccleſia Romana non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto primatum obtinuit. 152.e
Eccleſia cur puniat voluntatem non recipiendi ordinem intra annum poſt adeptionem beneficij curati. 199.a
Eccleſiæ paſtorum ordo. 157.b
Eccleſiæ antiſtites quomodo obligentur ſuis ſtatutis. 318.c,& ſeq.
Eccleſia non pôteſt noua ſacramenta inſtituere. 609.c
Eccleſia habet directam poteſtatem ſpiritualem in fideles baptizatos. 138.d
Eccleſiæ poteſtas legiſlatiua extendit ſe ad omnes baptizatos. 150.d
Eccleſia poteſt coercere ſibi non ſubditos, putà infideles,qui Euangelij prædicationem impedirent quoquo modo. 329.d
Eccleſia nullam habet iuriſdictionem in infideles non baptizatos. 138.e
Eccleſia non poteſt cogere infideles ad fidem & religionem. 324.d
Eccleſia non habet iuriſdictionem in infideles. 120.a
Eccleſiæ præcepta non obligant non baptizatos. 304.d
Eccleſia punit ſine cognitione,aut probatione delicti. 194.b
ad Eccleſiæ bonum regimen ſufficicit ſubordinatio inter poteſtatem temporalem & ſpiritualem. 122.c
Eccleſia olim ex agris ſuis tributa ſoluit Imperatoribus. 355.b
in Eccleſia non omnes ſunt pari pôteſtate præditi. 154.a
Eccleſia actus internos imperare & vetare poteſt. 194.c
Eccleſia vbi nihil ſtatuitm,os populi, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. 323.c
Eccleſia non poteſt difficillima præcipere, & quæ 378.c
de Eccleſiaſtica re conſuetudo quæ ſit præter legem canonicam, vim habet obligandi poſt decem annos. 477.a,b
Eccleſia habet cæremonias quæ non videntur à cæremoniis legis veteris differre. 592.a




Digitized by Google

Eccleſia renouauit quaſdam leges iudiciales ex lege veteri. 595.c
Eccleſia cur retinuerit quædã ex lege veteri. 610.a
Eccleſia quomodo debeat regi tẽpore ſchiſmatis. 175.c
Eccleſia non iudicat de internis. 185.b
Eccleſia poteſt punire actionem externam malam procedentem ex malo affectu interno. 198.c
cui Eccleſia parochialis confertur, debet promoueri ad Sacerdotium intra annum. 199.e
Eccleſiam parochialem ſi quis obtinuerit ſine voluntate aſcendendi ad ſacerdotium, beneficium ipſo iure amittit, nec facit fructus ſuos. 193.b
Eccleſia collapſa ſi reædificetur priuilegium cum illa conſurgit, & ſi in alium locum illa transfertur legitimè, illud quoque transfertur. 445.c
Eccleſiæ pertinent ad ſacerdotem. 121.e
Eccleſia Romana poteſt nouas ordinare Epiſcopatus. 155.d
Eccleſia quibus creaturis conſtet. 632.a
Eccleſiæ decimæ ſunt tributa realia. 411.c
Eccleſia poteſt excommunicare pro praua omiſſione, vel actione digna tali pœna. 197.c
Eccleſiæ bona diſtinguuntur à bonis Clericorum. 353.e
contra Eccleſiam non præſcribitur, niſi annis quadraginta. 477.a
in Eccleſiam vel ciuitatem nõ poteſt currere præſcriptio minor, quàm centenaria. 558.a
Eccleſiaſtici, ſunt patres, paſtores, & iudices ſæcularium in ſpiritualibus. 355.e
Eccleſiaſtici peculiari modo ſunt diuinis rebus mancipati, & conſecrati. 355.d
Eccleſiaſtici prælati nõ habent directam poteſtatem temporalem. 345.d
Eccleſiaſticis perſonis multa interdicta ſunt, quæ pertinent ad poteſtatem politicam. 125.d
Eccleſiaſticis poſſunt priuilegia à perſonis ſæcularibus concedi. 447.d
Eccleſiaſtici ſunt exempti à tributis. 413.d,e
Eccleſiaſtici, quoad forũ, ſunt exempti à ciuili iuriſdictione, item à pœnis legum ciuilium, item à legibus ciuilibus. 353.d
ad Eccleſiaſticos cùm res aliqua aduenit, retinet tantùm onus certum, & inuariabile ei annexum. 353.e
Eccleſiaſticis poteſt contributio aliqua imponi ex cõſenſu Pontificis, quando laicorum facultates non ſufficiunt ad ſuccurrendum publicæ neceſſitati. 353.e
Eccleſiaſtici qui in Rep. infidelium commorarẽtur tenerentur tributa præſtare principibus illius Reip. 355.b,c
Eccleſiaſtici ab Eccleſiaſtico iudice non debent puniri pœnis legum ciuilium, quia mitius cum eis agitur. 353.b,c
Eccleſiaſtici poſſunt puniri à iudice Eccleſiaſtico pœnis legum ciuilium. 352.e
Eccleſiaſtici poſſunt puniri à iuriſdictione laica ob crimen læſæ maieſtatis. 349. & in multis aliis illi ſubduntur. ibid.a.b
Eccleſiaſticæ perſonæ ter à Rege vocatæ venire reſpuentes exilio, & aliis pœnis mulctãtur apud Hiſpanos. 345.a,b
Eccleſiaſtici tenentur iure naturali conſulere neceſſitatibus Reip. 348.c,d
Eccleſiaſtici, qui ſæculari curiæ traditi non ſunt, non poſſunt pœna aliqua puniri à magiſtratu politico. 350.b
Eccleſiaſticam præfecturam poſuit Deus. 108.c
Eccleſiaſticum regimen eſt monarchichum. 155.b
Eccleſiaſtica iuriſdictio ad cauſarũ cognitionem delegari poteſt. 182.e
Eccleſiaſtica poteſtas Luminare maius, ſeu Sol, ciuilis verò minus, ſeu Luna. 188.d
Eccleſiaſtica poteſtas ſaltem in ſummo Pontifice eſt immediatè à Deo. 234.e
Eccleſiaſtica poteſtas duplex. 172.c
Eccleſiaſtica poteſtas legiſlatiua eſt donum Dei ſupernaturale. 184.d
Eccleſiaſtica poteſtas eſt ſupernaturalis in ſubſtãtia. 187.d
Eccleſiaſtica poteſtas legiſlatiua quomodo ſit ſupernaturalis. 188.a
Eccleſiaſtica poteſtas, quàm excellens in Pontifice. 188.d
Eccleſiaſtica poteſtas non poteſt eſſe in fœminis. 188.a
Eccleſiaſticam & ſæcularem poteſtatem Deus diſtinxit. 346.c
Eccleſiaſticæ poteſtati eſt ſubordinata ciuilis, & quomodo. 187.c.189.d
Eccleſiaſtica poteſtas in quo præſtet ciuili. 188.e
Eccleſiaſtica poteſtas quomodo ſit nobilior ciuili. 188.d,e
Eccleſiaſticam poteſtatem laicus habere poteſt. 188.b
Eccleſiaſtica & politica poteſtas in vnam perſonam conſpirare poſſunt. 125.e
Eccleſiaſtica poteſtas præſtat Regia dignitate. 188.d
Eccleſiaſtica & ciuilis poteſtas vnde ortum habeant. 188.e
Eccleſiaſtica poteſtas iuriſdictionis poteſt eſſe in homine baptizato fideli etiam iniquiſſimo. 184.c
Eccleſiaſtica poteſtas manet in infideli, donec ab Eccleſia priuetur. 185.a
Eccleſiaſticæ & ciuilis poteſtatis fines diuerſi. 188.e
Eccleſiaſticæ leges cur diuinæ. 573.c, & ſeq.
Eccleſiaſticæ legis obſeruatio eſt neceſſaria ad vitam æternam. 222.c
Eccleſiaſticæ leges ita obligãt, vt earum transgreſſio ſit neceſſariò confitenda. 222.d
Eccleſiaſtica lex fertur poteſtate ſpirituali, & ſupernaturali. 34.c
Eccleſiaſticarum legum obligationis fundamentum eſt Fides, Religio, & Baptiſmus. 324.c
Eccleſiaſticarum legum ſunt incapaces qui non ſunt baptizati. 324.c
Eccleſiaſtica lex poteſt tolli conſuetudine decem annorum. 478.a,b,c
Eccleſiaſtica conſuetudo quæ & à quo. 474.d,e, & ſeq.
Eccleſiaſticæ res quibus oneribus debeant ſubiici. 353.e
Edere iuridica ſignificatione quid ſignificet. 562.d
Edictum ad quid debeat propriè conſtitui. 51.a
Edicta Prætorum quid, quando inſtituta, quomodo, eorúmque robur. 47.e
Editio & promulgatio legis in quo differant. 28.a
Effectus & obiectum ſolet nomen cauſæ ſumere. 5.d
Effectus ſæpe ſumit nomen cauſæ. 74.a
ad Effectum vnum inducta nõ debẽt in cõtrarium operari.



Digitized by Google

operari. 365.d
Effectus legis quis. 583.b
Effectus legis veteris qui. 579.a
Effectus legis humanæ quis. 211.d
Effectus legis varij. 61.b
Effectum legis non eſſe conſilium dare, quomodo intelligendum. 519.d
Effectus legis obligatio, punitio, & irritatio. 559.b 560.b
Eleazar maluit mortem ſubire, quàm carnes porcinas comedere in contemptum legis. 659.c 660.a
Eleazar cur debuit mortem oppetere. 660.e.&ſeq.
Electio infidelis quamuis eſſet peccatum, tamen eſſet valida. 140.e
ad Electionem actiuam, ſeu ſuffragium ferendum in catedris quando, & quomodo quis fiat inhabilis. 380.b.c.&ſeq.
Electio facta à Capitulo, quod nō ſeruauit ſpeciale mandatum petendi cōcilium, irrita eſt. 434.d.e
Electores Imperatoris non poſſunt condere leges 164.a
Electus ſi ante confirmationem ingerat ſe adminiſtrationi Eccleſiæ priuatur iure electionis. 317.b
Eleemoſyna quando præcipi poteſt. 211.e
Eleemoſynæ præcepto ſatisfit etiam dando ex inani gloria. 210.c
Eleemoſyna non eſt danda de neceſſariis ad vitam tuendam. 267.b
Eleemoſynam dans ignorans ſe habere debitum ad illam, ſatisfacit illi. 210.a
Eleuterobaptiſtæ qui. 608.d,e
Eliſæus baculo ſuo ſuſcitauit filium Sunamitidis. 630.b
Emphyteuſis perpetua tranſit ad heredes, temporalis non. 386.b
Emphyteuſis temporalis non confiſcatur. 386.d
Emphyteuſis amittitur ob non ſolutam penſionem triennio. 385.b
Emphyteuta fiſcus poteſt.&c. 386.b,d
Emporia & nundinæ celebrabantur in foribus ciuitatis. 219.b
Emptio rei ſacræ aliquando honeſtari poteſt. 89.d
Emptori qualiter pretium rei reddendum ſit, fiſco rem venditam vendicante. 593.d,e,&ſeq.
Enunciatio eſt rationis dictamen per modum enunciandi. 4.d
Epicurus omnes ſuos libros repleuit oleribus, & pomis. 26.d
Epikiia quid ſit. 95.a
γνώμη quid. 95.a
Epiikiæ & φρόνησις differentia. 95.a
Epiikia quæ dicatur. 105.c
Epiikia iuris quædam moderatio eſt, & quæ ordinationis reſpiciat. [illegible]
Epiikia formaliter reſpicit æquum & iuſtum. 94.b
Epiikia quomodo diſtinguatur à lege. 95.c
Epiikiæ differentia in lege naturali, & poſitiua. 95.b
Epiikia ſeruata mentis lege contra eius verba, ſeu corticem facit. 770.b
Epiikia poteſt cadere in legem naturalem, ſed à Deo ſolo poteſt adhiberi. 94.a,b
Epiikia cur non habeat locum contra legem naturalem, & quomodo poſſit habere. Ibid.
Epiikia ſolùm habet locum contra legem ſcriptam. 95.d
Epiikia non ſolùm à legislatore, ſed etiam à priuata perſona adhiberi poteſt. 562.a
Epiikia ſolùm habet locum in caſu euidenti. 562.b
Epiikia non habet locum in manifeſtis cōtra verba legis. 561.c
Epiikia quando humano iudici licita. 94.b,c
ad Epiikiæ virtutem pertinet aliquando agere cōtra verba legis, vt iuſtum, & æquum obſeruet. 94.b
Epiikia quando locum habeat ſupra legem. 562.c
Epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt, vt Papa Petro. 156.e
Epiſcopi quomodo ſucceſſerint Apoſtolis. 156.e, 157.a
Epiſcopi nullam habent partem veræ Apoſtolicæ dignitatis. 157.b
Epiſcopus quaſi ſpeculator in Eccleſia poſitus eſt. 159.e
Epiſcoporum creandorum formula. 156.b
Epiſcopi vocati Reges. 191.a
Epiſcopus antepoſitus Regi. 191.a
Epiſcopi principes Eccleſiæ conſtituti ſunt. 191.c
Epiſcopo ſunt ſubiecti Principes etiam ſupremi. 188.e
Epiſcoporum præcellentia ſupra Principes ſæculares. 191.b,c,d,e
Epiſcopus eſt perſona illuſtris. 159.a
Epiſcopi fiunt à Chriſto. 156.b
Epiſcopum nullum elegit Chriſtus, nec conſecrauit omnes Apoſtolos. 157.a
Epiſcoporum ordo quo iure in Eccleſiam introductum. 157.b
Epiſcopi, quibus, & quomodo conſtituti. 157.e
Epiſcopus primò debet obedire Papæ, deinde Metropolitano, ſi nō ſit occupatus à Rege; ſed ſi ſit occupatus à Rege, debet ei primas deferre. 344.a,b
Epiſcoporum omnium poteſtas an à Papa dependeat, vel non. 160.a,b,c
Epiſcopus electus ſi non ſit intra tres menſes cōſecratus, ipſo facto priuatus eſt Epiſcopatu. 375.b
Epiſcopus dum conſecratur, quam auctoritatem accipiat. 158.e
Epiſcopum, vel Abbatē, ſi quem ſolo verbō compellet Pontifex Romanus ſtatim fit Epiſcopus, vel Abbas. 446.c
Epiſcopi omnes à quo tempore à Papa auctoritatem habere cœperint. 159.b
Epiſcopus nomen eſt operis, non honoris, & vnde dicatur. 159.a
Epiſcopi non habent ſuffragium deciſiuum, quando Pontifex adeſt in Concilio, ſecus quando mittit legatos. [illegible]
Epiſcopus factus eſt Ambroſius adhuc laicus. 188.e
Epiſcopus non debet admitti ſine literis, tamen fit Epiſcopus per ſiat Pontificis. 449.c
Epiſcopi ſunt ſubiecti legibus Conciliorum prouincialium, & nationalium, in quibus ipſi cum aliis iudices, & legiſlatores fuerunt. 304.c
Epiſcopi poſſunt in ſuis Epiſcopatibus leges condere. 119.c
Epiſcopus debet obedire Regi. 344.a
Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi quidquid Papa poteſt in vniuerſali Eccleſia, niſi ab eo prohibeatur. 511.c.d. explicatur. 512.a
Epiſcopus eſt in ſua diœceſi, quod Papa eſt in vniuerſali

Digitized by Google

uerſali Eccleſia. 121.c
Epiſcopus non poteſt fieri laicus. 188.c
Epiſcopi quomodo habeant iuriſdictionem. 178.a
Epiſcopi ante poteſtatem ordinis, & conſecrationem poſſunt habere iuriſdictionem. 151.e
Epiſcopi officium non poteſt exerceri ſine conſecratione. 375.b
Epiſcoporum iuriſdictio quo iure illis competat. 161.b,c
Epiſcopis Deus confert iuriſdictionem. 159.b
Epiſcopos habere iuriſdictionem à Chriſto, propari non poteſt. 155.d
Epiſcopis qualem poteſtatem conferat Deus. 159.a
Epiſcopi habent iuriſdictionem à ſummo Pontifice. 155.d.e.& ſeq.
Epiſcopis quomodo iuriſdictionem Pontifex conferat. 159.c
Epiſcopi leges ferunt nomine Papæ. 158.b
Epiſcopus in grauioribus nec poteſt leges condere, & cur. 160.b
Epiſcopus non poteſt Clericis tributum imponere. 160.d
Epiſcopus quomodo poſſit contra ius commune decernere. 161.e.162.a
Epiſcopus in quibus non poſſit diſponere. 161.a,b
Epiſcopus poteſt leges ferre, quæ ipſo defuncto, vel amoto vim ſuam retineant. 159.d
Epiſcoporum ſtatuta vbi, & quomodo obligent, 159.c
Epiſcopi poſſunt condere canones Epiſcopales. 162.b
Epiſcopi ex violatione ſuarum legum non poſſunt incurrere excommunicationem, ſuſpenſionem, &c. 307.e
Epiſcopi epiſtola particularis non conſtituit ius. 51.b
Epiſcopus poteſt ſtatuere contra id quòd ipſe, vel eius anteceſſor ſtatuit. 161.d
Epiſcoporum vel Conciliorum decreta à ſummo Pontifice non approbata vim legis vniuerſalis non habent. 172.b
Epiſcopus neminem poteſt damnare ex quo hæreſim à ſe conſictam prædicare cœperit. 187.b
Epiſcopus non poteſt abrogare quæ iure communi ſtatuta ſunt. 161.e
Epiſcopus quomodo diſſoluat vota, iuramenta, &c. 94.e
Epiſcopi vnde accipiant ſubditos, & in eos iuriſdictionem. 158.a,b
Epiſcopus eſt caput ſuæ diœceſis. 159.a
Epiſcopus eſt caput Capituli. 178 e
Epiſcopus, & Decanus quomodo ſint caput Capituli. 179.e
Epiſcopus ſolus habet ſuffragium deciſiuum in Synodo diœceſana. 540.d
Epiſcopus non habet poteſtatem à Capitulo, ſed à Chriſto, vel à Papa. 162.a
Epiſcopus an poſſit ſine Capituli ſui conſenſu leges ferre. 162.c,& ſeq.
Epiſcopus non indiget ſynodo parochorum ad ferendas leges. 163.b
Epiſcopus poteſt ſine Capituli ſui conſenſu leges ferre. 162.a,e
Epiſcopus in quo non poſſit ſine conſenſu Capituli ſtatuere. 162.e
Epiſcopus Synodale Concilium ad libitum diſponere poteſt. 161.a
Epiſcopus non tenetur legibus in ſynodo Epiſcopali latis. 319.3
Epiſcopus quomodo obligetur ſuis ſtatutis. 318.a,b
Epiſcopo mortuo iuriſdictio deuoluitur ad Capitulum. 180.a,b
Epiſcopus non poteſt excommunicare ſubditos ſuos in alieno territorio. 457.a
Epiſcopus non poteſt obligare, niſi ſubditos, qui ſunt incolæ. 320.c
Epiſcopi ſtatutum non ligat ſubditos extra territorium verſantes. 331.e
Epiſcopus poteſt facere Capituli conſenſu quod factum tenet. 162.c
Epiſcopus poteſt ſubditum punire qui deliquit extra prouinciam, ſi in ea poſtea reperiatur. 167.c
Epiſcopus non poteſt excommunicare ſubditum extra territorum. 334.a,b,c,d,& ſeq.
Epiſcopus non poteſt excommunicare non ſubditum ſibi tempore promulgationis edicti. 325.e
Epiſcopus eſt Iudex etiam in ordine ad delicta commiſſa extra territorium. 342.a
Epiſcopus poteſt præcipere clerico, etiam ſub cenſura, ne extra diœceſi ſacrum faciat. 342.c
Epiſcopus poteſt liberè diſpenſare cum Clerico, vt abſit ſeptennio ſtudiorum gratia. 532.a,b
Epiſcopus poteſt generali mandato ſub excommunicatione lata forenſes fures, aut alios delinquentes in ſuo territorio includere. 325.d
Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu cleri, & populi feſta inſtituere. 163.b
Epiſcopus ſi præcipiat, ne quis extrahat triticum ex ſua diœceſi, quatenus cenſuram incurrat qui extrahit. 335.e
Epiſcopi ſtatutum peregrini quando incurrant pœnas illius. 322.e
Epiſcopus poteſt diſpenſare in ſuis conſtitutionibus à Papa confirmatis. 515.b
Epiſcopus ſi conſtitutiones iureiurando firmauerit, an poſſit in illis diſpenſare. 520.d
Epiſcopis quomodo data ſit poteſtas iudicandi de ciuilibus. 122.c
Epiſcopus in quibus caſibus poſſit diſpenſare in iure communi. 513.d,e,& ſeq.
Epiſcopus poteſt diſpenſare in extrema neceſſitate partium, nec tenetur eam ſupplere. 515.b,c
Epiſcopus poteſt præcipere Sacerdotibus, vt tempore epidimiæ ſacramenta miniſtrent. 256.e
Epiſcopus factus ex religioſo ad quid teneatur ex regula. 310.e
Epiſcopus poteſt diſpenſare ſi non determinetur à quo. 513.e
Epiſcopus poteſt ex iuſta cauſa minuere pœnitentiam à ſummo Pontifice impoſitam. 161.d
Epiſcopus poteſt diſpenſare in triplici genere rerum in iure communi. 514.b
Epiſcopus poteſt ſecum diſpenſare quoties poteſt cum ſubditis. 520.e
cum Epiſcopo ludens an peccet ſtante lege in prohibente. 318.e
Epiſcopis ſuis ſedibus pulſis priuilegium collatum. 331.b
Epiſcopus non debet ordinare in aliena diœceſi, ſi tamen ordinet, tenet ordinatio. 425.a
Epiſcopus poteſt teſtari de bonis patrimonialibus, non de bonis Eccleſiæ. 441.c
Epiſcopus debet decidere cauſas monachorum, ſanctimonialium, & clericorum cauſas ciuiles. 350.d



Digitized by Google

Epiſcopus in hæreſim lapſus quomodo olim deponebatur. 185.c
Epiſcopus vel eius vicarius quomodo debeant procedere in cauſis. 162.c
Epiſcopi decretum violãs ab Eccleſia eſt deijciendus. 159.b
Epiſcoporum ſtatutis, in quibus excommunicatio ſtatuitur in eos, qui ingrediuntur, vel accedunt ad monaſteria ſanctimonialium, tenentur qui contra fecerint. 341.d
Epiſcopalis iuriſdictio tantùm eo moriente qui accepit, finitur. 157.c
Epiſtolæ & reſponſa Pontificum vim legis habent. 48.b
Epiſtola Principis in cauſa quam cognouit, vim habet legis. 49.c
Epiſtola, reſcriptum, ſeu reſponſum Principis, etſi ſit de negotio ſpecialis, vim habet legis vniuerſalis. 48.e
Epiſtola ſeu reſcriptum Principis non facit ius, & ab ea appellare licet. 48.d,c, ſed eſt falſum. ibid.
Epiſtola decretalis dicitur Papæ conſtitutio. 50.c
Epiſtola, ſeu reſcriptum Principis ad relationem Magiſtris de re dubia emiſſum, habet vim legis. 50.c
Epiſtola particularis Epiſcopi vt declaret propriam conſtitutionem, non facit ius. 51.b
Epiſtola Chriſti ad Abagarum apocrypha eſt. 623.e
Epiſtola commendãs aliquem obligatur ſub mortali ex prudentia, & charitate, ad impediendum ne alij detrimentum patiantur. 560.d,e
Epiſtola commẽdatitia generaliter laudato ſi quis poſtea committat ſua negotia, non tenetur ad reſtitutionem, niſi ſpecificè dixeris vt ei quid daretur, quod adhuc exceptionem patitur. 561.a,b,c,d
Error communis populi dat iuriſdictionem. 226.d
Eſſeni ſacerdotes ægroti carnibus, & vino abſtinebant. 262.e
Eſſe prius eſt quàm operari. 285.e
Eſſentia rei inuariabilis eſt. 432.b
Eſus carnium non fuit prohibitus ante diluuium, licet non fuerit in vſu. 588.d
Euæ quomodo dictum eſt poſt peccatum, ſub poteſtate viri eris. 112.c
Euangelium eſt bonum nuncium. 619.a, 620.d
Euangelium æternum. 627.a
Euangelium nulla continet præcepta niſi neceſſaria ad ſalutem. 623.a
Euangelium ſcripſit Chriſtus dictãdo illud Euangeliſtis. 624.a
in Euangelio primò prædicatum eſt regnum cœlorum. 580.a
Euangelium quo ordine promulgatũ fuerit. 606.e
Euangelium non cœpit Chriſtus promulgare gentibus per ſe, ſed per Apoſtolos. 605.c
Euangelium quando, & quanto tempore promulgatum. 601.a
Euangelica lex quid contineat. 587.e
Euangelica lex continet præcepta, conſilia, &c. 587.e
Euangelicæ legis propria fuere conſilia perfectionis. 587.b
in Euangelica lege pauca Dei præcepta continentur. 150.a
Eucaitæ, & Meſſalini hæretici. 249.c
Euchariſtiæ ſacramentum quando iuſtitutũ. 622.c
Euchariſtia inſtituta, & exercita ante mortem Chriſti. 624.e
in Euchariſtiæ ſacramento realiter Chriſtus fons vitæ continetur. 630.d
Euchariſtia etiam eſt ſacrificium. 621.e
Euchariſtia eſt vinculum amoris, quo præcipuè Deus trahit ad ſe homines. 631.a
ad Euchariſtiam ſumendam quando teneantur pueri. 358.a,b,c,d
Euchariſtia poteſt dari circa decimum ætatis annum in mortis articulo. 361.a
Euchariſtiam dare excommunicato non licet, etiam metu mortis. 259.d
Euentus fruſtra expectatur, cuius nullus eſt effectus. 277.c
Euidentia patrati criminis non indiget clamore accuſatoris. 391.a
Eulogius noluit communicare cum Imperatore. 192.a
Eunuchi non poterant vendi. 337.e, & ſeq.
Eunuchus Æthiops baptizatus à Philippo erat gentilis. 606.c
Eunuchus baptizatus à Philippo qualis fuerit. 607.b,c,d
Eunuchus Æthiops baptizatus à Philippo vocatur primitiæ gentium. 606.c,d
Eunuchus Æthiops fuit proſelytus. 607.b,c
Euſebium Epiſcopum Nicomedienſem ob Arrianam hæreſim ab Epiſcopatu depoſitum, exilio multauit Conſtantinus. 352.c
Euſtachiani hæretici, & quis eorum error circa ieiunia. 205.d
Excellentes in Rep. non ſunt connumerandi cum reliquis. 315.d
Exceptio à lege generali etiam ſine cauſa facta valida eſt. 519.b
Exceptio firmat regulam. 131.e
Excõmunicandi poteſtas pertinet ad claues. 183.c
Excommunicare non poteſt Epiſcopus exiſtentem extra territorium, aut in loco exempto, aut non ſubditum ſibi tempore promulgationis edicti, ſecus eſt de ſtatuto, & lege quæ poteſt etiam ſubditum poſtea, aut in territorio agentem ligare. 343.c
Excommunicare non poteſt Epiſcopus ſibi non ſubditũ tempore promulgationis edicti. 325.e
Excommunicare ſubditos in alieno territorio non poteſt Epiſcopus. 457.a
Excõmunicari nemo poteſt, niſi à ſuperiore. 316.a
Excommunicare ſeipſum an teneatur mandatarius, cui eſt mandatum vt excõmunicet eos, qui non ſoluerunt procurationem, & ipſe non ſoluit. 319.a,b,c,d
Excommunicatio eſt grauiſſima pœna. 247.a
Excommunicatio dicitur mors ſpiritualis, nec poteſt imponi, niſi propter peccatũ mortale. 366.c
Excommunicationis lex quid præcipiat. 513.b
Excommunicatio maior non poteſt incurri, niſi per peccatum mortale. 222.c, 247.d
Excommunicatio maior poteſt incurri propter peccatum veniale. 250.c
Excommunicatio ſimpliciter lata intelligitur de maiori. 369.a,b
Excommunicatio minor quantam priuationem inducat. 250.d
Excommunicatio minor tollitur ab omni ſacerdote, qui potens eſt abſoluere à peccato mortali, 250.d, aut veniali. 251.e

Excom

Digitized by Google

Excommunicatio minor poteſt tolli à clerico habente forenſem iuriſdictionem, licet ſacerdos non ſit. 251.e
Excommunicatio minor longè minor pœna eſt, quàm irregularitas. 250.c,251.d
Excommunicatio ferri poteſt ab habente iuriſdictionem Eccleſiaſticam, licet non habeat claues. 183.d
Excommunicatio non incurritur in rebus leuibus. 234.c
Excommunicatio fœlix Epiſcopi mucro. 156.e
Excommunicatio per mortale incurritur ſine monitione Prælati. 247.c
Excommunicationem quomodo poſſit ferre iudex, & an debeat monitione vti. 249.e
Excommunicatio ferenda non poteſt incurri, niſi per monitionem. 249.b
Excommunicatio indicat obligationem ſub mortali. 247.d
Excommunicatio nulla incurri poteſt contra voluntatem expreſſam Papæ. 519.b
Excommunicationes de rebus leuibus non ſunt contemnendæ. 234.d
per Excommunicationem quis traditur Sathanæ in interitum carnis. 319.b
Excommunicatio & aliæ cenſuræ incurruntur ante omnem iudicis ſententiam. 370.d,373.c,d
Excommunicatio & abſolutio à cenſura non requirunt præſentiam. 337.c
Excommunicatio lata ſine animo obligandi, non ligat. 15.b
Excommunicatio quibus bonis priuet. 370.e
ab Excommunicationis ſententia lata à Pontifice Romano, vel iure communi poteſt Epiſcopus abſoluere, ſi eam ſibi non reſeruauit Epiſcopus. 513.a
Excommunicatio quos comprehendat. 322.c
Excommunicatio ſine citatione lata valet. 342.c
Excommunicatione nulla eſt maior pœna in Eccleſia. 319.b
Excommunicatio committi poteſt mulieribus, ſed à ſolo Papa. 183.b
Excommunicatio lata contra hæreticos in bulla cœnæ, quid requirat, vt incurratur. 206.e
Excommunicatio ob ſymoniam retrotrahitur ad diem commiſſi criminis. 383.b
Excommunicatio ab Epiſcopo proprio lata in eum, cui Papa conceſſit priuilegium, ne excommunicari poſſit, nulla eſt. 284.b,c,285.e
ſub Excõmunicationis pœna ſi præcipiat Epiſcopus per ſententiam vel edictũ generale, nequis furetur, ille qui furatur etiam extra territorium manet excommunicatus. 342.b
Excommunicatio pro aborſu reſeruata à Sexto V. ablata eſt à Gregorio XIV. 287.a
Excommunicatio legentium libros magorum reſeruata eſt à Pio V. in bulla Cœnæ, quæ non eſt reſeruata ab alijs, nec reſeruatio ablata. 287.b
Excommunicatio ſi ferretur in eum qui habuit priuilegium, ne excommunicaretur, ignorantem tamen illud, nulla eſſet. 285.b
ab Excommunicatione abſoluitur in nomine Papæ. 158.b,& cur. ibid.
ab Excommunicatione poteſt inferior prælatus abſoluere. 511.e
ab Excommunicatione abſolutio valida eſt, etiãſi detur iniuſtè, & ſine cauſa ab eo qui illam tulit. 518.e,519.a
in Excommunicationem reſeruatam ſi quis inciderit, & promulgetur conſtitutio abrogans reſeruationem, poterit abſolui à Parocho. 287.a
Excommunicatus non poteſt in regem eligi iure canonico. 141.b
ab Excõmunicatione poteſt inuitus abſolui. 417.c
Excommunicatus per bullam cœnæ ob vitandam mortem poteſt celebrare Miſſam. 258.b
Excommunicatum publicè denunciatum vitare iure canonico debemus. 141.b
Excommunicatus occultus poteſt ſemel aut iterum Miſſam celebrare, vt manifeſtum vitæ, aut infamiæ periculum euadat. 257.c
cum Excommunicato communicare quando liceat. 259.d
Excommunicati communicatio quomodo prohibeatur ab Eccleſia. 236.b
cum Excommunicatis ab alijs iudicibus quàm à Papa, communicantes in humanis, ſunt excommunicati nec peccant mortaliter. 249.a
cum Excommunicato communicantes in crimine, ſunt ipſo iure excommunicati excommunicatione maiori. 250.a
Excommunicati communicatio quando ſit mortalis. 236.b
Excuſatio ſupponit obligationem. 282.c
Executio literarum Pontificis non ſuſpenditur interpoſita ſupplicatione ad eum. 297.b,c
Executio reſcriptorum, & literarum particularium poteſt ſuſpendi ſupplicatione interpoſita. 296.e
Executio præcepti ſuperioris ſuſpendi poteſt. 297.a
Executoris Apoſtolici acta firma ſunt donec ſciat ſe eſſe reuocatum. 282.c
Exempla plus mouent, quàm verba. 309.d
Exemptio eſt priuilegium & odioſa. 340.e
Exemptio vni conceſſa extenditur ad ſocium. 318.e
Exemptione qui gaudeant. 357.a
Exemptio, vel donatio facta communitati in perpetuum eſt irreuocabilis. 356.d
Exemptio tributorum quando ſit peccatum, & quale. 519.b,c,d
Exemptio clericorum quatenus ſit de iure diuino. 356.d
Exemptio clericorum non omnis eſt de iure diuino. 354.e
Exemptio clericorum cuius iuris ſit. 355.c,d
Exhortatio liberam voluntatem excitat. 57.d
Exilio damnatus tenetur ad locum deſtinatum ire. 397.a,b
Exilij pœna indicat obligationem ſub mortali. 252.b
Exiſtentia rerum duplex, altera earum ab æterno in eſſe cognito, altera in eſſe reali. 31.c
Exorbitare quid. 551.d
Explicatio non poteſt eſſe vera in vno caſu, quin vera ſit in alio omnino ſimili. 506.c
Expreſſum & tacitum in iure ęquiparantur. 459.b, 461.c
Externos & peregrinos quando & qua ratione liget conſuetudo loci. 501.d
Extinctum quod eſt non poteſt reuiuiſcere. 295.d
Extraneus ſubijcitur ſtatuto ratione rei ſitæ in loco vbi eſt conditum ſtatutum. 326.b,d
Exuli non licet dare meatum, aut remeatum, niſi Imperator det. 523.b



Digitized by Google

# Index rerum & materiarum.


F

FAbianus Papa Philippum Imperatorem excluſit à communione Euchariſtiæ in die Paſchę. 192.a
Fabius cur dicatur à legibus ſolutus à Liuio, cùm vna tantùm ſolutus fuerit. 307.b
Facultates diuerſæ verſantur circa diuerſas materias. 216.e
Facultas quomodo differat à diſpenſatione,& eius vires. 507.d,e
Facultas conceſſa ab Epiſcopo,vt aliquis beneficiarius abeſſe poſſit ab Eccleſia ſua,deſinit morte concedentis. 445.b
Facultas conceſſa ab Epiſcopo confeſſarium eligendi,debet eſſe perpetua. 445.c
Facultas quam lex concedit,ius vocatur. 4.e
Facultates quæ vnico actu finiantur,vel non.458. b,c,d,e
Factum quod eſt pro infecto poteſt haberi,& contra. 439.c,d
Factum quod eſt, nulla ratione infectum fieri poteſt. 437.e
Factum ſi non valet eo modo quo fit,valet eo modo quo fieri poterat. 437.c
Facti quæ ſunt, vt conſuetudo, plerunque etiam prudentiſſimos fallunt. 502.b
Factum non dicitur quod non durat. 328.e
Faciendum quod impedit,deſtruit iam factū.530.b
Falcidia lege non ſunt ſoluti Imperatores. 312.e
Famam alterius velle lædere, eſt contemptus, & peccatum. 239.d
Fames eſt teterrimum,ſeu miſerrimum mortis genus. 267.d
Fames acutiſſimus enſis. 267.e
Fame qui patitur mori aliquem, cùm poſſit illi ſubuenire,eſt illius homicida. 267.e
Fame mori eſt vltimum malorum. 267.e
Fas lex diuina eſt,ius lex humana. 4.b
Fauor cōceditur ſub cōditione,ſi acceptetur.449.c
Fauores ſunt amplificandi. 282.e
Fauores ampliari,odia reſtringi decet.207.c,284.a
in Fauorem alicuius quando lex annullat actum, ſi cedat in diſpendium eius, impeditur effectus. 417.e
in Fauorem alicuius quod eſt introductum, non debet in eius diſpendium retorqueri. 417.e
Fauor quando omnino tollatur. 417.d
in Fauorabilibus ſemper præſumitur voluntas noſtra. 543.d
Fauorabilis quæ lex dicatur. 555.a,b
Ferdinandus & Elizabeta Catholici reges quomodo inter ſe conuenerint de regni adminiſtratione. 135.b
Feſtum ſeruandi præcepto duo includuntur. 199.d
Feſtum quandò eſt in vna paræcia oppidi, & non in alia vicina, ſubditi paræcię in qua eſt feſtum, poſſunt extra ſuam laborare, tenentur tamen ſacrum audire manè. 533.c, d, & ſecundùm alios poſſunt non audire. ibid.e
in Feſtorum & ieiuniorum legibus diſpenſat Epiſcopus. 512.a
Feſta diuerſa poſſunt indicere Concilia prouincialia. 296.a
Feudalia bona non poſſunt alienari ſine conſenſu veri domini. 386.c
Feudalia bona alicuius cēſentur deducto ære alieno.386.c
Fictio quænam ſit mendacium. 625.b
Fides eſt fundamentum ſanctificationis, & donorum,quæ ad eam pertinent. 185.c,324.c
Fides eſt fundamentum totius ſpiritualis ædificij. 184.b
Fidei præcepta quæ. 583.e
Fidei præcepta pertinebant ad præcepta moralia legis veteris. 583.d
Fidei præcepta dicūtur præcipuè teſtimonia. 584.a
Fidei præceptum reducitur ad ceremonialia. 583.e
Fidei præceptum poteſt dici & naturale, & poſitiuum. 622.c
Fidei tota materia ſpiritualis eſt, & leges,quæ de ea feruntur,ſunt canonicæ. 217.d
ſine Fide nulli vnquam contigit iuſtificatio. 590.a
Fides quomodo meritoria,eaq; finiet in cœlo.69.b
Fides ceſſabit. 627.b
Fides ſola non iuſtificat. 56.b
Fides non amittitur per quodlibet peccatum mortale. 138.b
Fides bona partium cum mala fide ſuperioris non ſufficit ad valorem actus. 517.b
Fides bona inculpataque requiritur ad præſcriptionem. 483.b,c
Fidei humanæ nihil magis congruum, quàm pacta ſeruare. 314.d
Fideles poterant eſſe olim non obedientes legi Moyſis. 150.c
Fideicommiſſa relinqui poſſunt teſtamento,& codicillis. 440.b
Fideicommiſſa & legata differunt. 440.a
Fideicommiſſa valent ſine ea iuris ſolemnitate, quæ in teſtamento deſideratur. 450.a
Fideicommiſſi relicti in teſtamento, & in codicillis differentia. 440.b,c
Fideicommiſſum non poteſt confiſcari. 387.d
Figuræ legis veteris cœperunt impleri ab eo inſtanti,quo Chriſtus incarnatus eſt. 597.a,b
Filij non debent puniri pro culpa parentum.415.b
Filij non debent theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs. 111.e
Filij votum poteſt irritare pater. 206.a
Filij in bonis parentum ab inteſtato ſuccedunt de iure gentium. 43.c
Filius efficitur ſui iuris damnato patre. 386.a
Filij,ſerui,&c.debēt obedire parentibus,& Dominis. 108.a
Filius non liberatur ab obligatione honorandi Patrem, etſi pater cedat iuri pietatis, quod habet in filium. 89.a
Filius-familias ſi ſine fraude mutuum receperit,in conſcientia non poteſt iuuari Macedoniani exceptione. 419.c
Filius-familias non poteſt renunciare Macedoniano. 461.c
Filij Dei cur dicantur viri probi. 589.e
Filius ſcilicet Chriſtus eſt iudex, & legiſlator legis nouæ. 33.b
Filius eſt æqualis Patri. 69.c
Filij adoptiui Dei verè fuerūt iuſti antiqui.589.b,c
Filius Regis poſt ipſum debet eſſe Rex iure hæreditario. 143.d
Filia ſi excludatur ab hæreditate exiſtentibus maſculis,lex extenditur ad neptem. 556.b
Filiam poteſt impunè occidere pater in adulterio deprehenſam, quam in poteſtate habet. 557.d
Filiatio non eſt vbi non eſt regeneratio. 589.b
ex Fine ſumitur ratio cuiuſcunque actionis humanæ. 452.a




Digitized by Google

ex Fine ſumuntur regulæ agendorum. 567.c
Finis operis non cadit ſub præcepto operis. 204.c
Finis & intentio legum. 99.b
Finis legis duobus modis ceſſare poteſt. 268.a
Finis legis in caſu particulari ceſſare poteſt. 269.c
Fine vno ceſſante,& non alijs,manet lex. 269.a
Fine ceſſante reſpectu vnius, non autem reſpectu cæterorum,lex manet. 269.d
Finis legis veteris ac humanæ quis. 572.a
Finis legis veteris fuit ſanctus,& optimus. 578. b, duplex fuit. ibid.c
Fine legis Chriſtus ad ſalutem omni credenti. 34.b
Finis præcepti non cadit ſub præcepto. 201.a, 270.b
Finis iuſtitiæ legalis eſt, monere per imperium omnes alias virtutes. 30.a
Finis ciuitatis eſt bene viuere. 54.c
Firmitas auctoritatis, & ſtabilitatis in lege attendenda eſt. 292.b
Fiſcus & Rex idem ſunt. 307.e
Fiſcus in quibus ſuccedat reo. 384.e,385.a
Fiſcus non debet cum iactura alterius innocentis locupletari. 387.d
Fiſco quæ bona acquirantur vel non acquirantur per confiſcationem.384. c, d, & ſeqq. vſque ad 386.
Fiſcus aduerſus vxorem delinquentis poteſt vti exceptione dotis non numeratæ. 385.e
Fiſcus recipit grauamen reſtitutionis, ac penſionis. 385.d
contra Fiſcum præſcribere poſſunt hæredes criminoſi. 387.e
in Fiſci fraudem reus ante confiſcationem poteſt renunciare hæreditati ſibi delatæ. 394.c
in Fiſci fraudem factæ alienationes quæ reuocandæ. 391.e
Fiſco cedunt meliorationes intrinſ. 393.c
ad Fiſcum tranſeūt bona cum oneribus ſuis. 386.d
Fiſcus prius debet ſatisfacere creditoribus. 386.c
Fiſco non debent bona dari ante ſentētiam. 380.a
Fiſcus quando poſſit fructus rei confiſcatæ conſequi. 393.d,e
ad Fiſcum ſtatim bona deferre poſt ſententiam non tenetur reus,niſi petantur. 407.e
Fiſco vendicante bona, quæ iam vendita erant, quando pretium ſit emptori reddendum. 393. d,e,& ſeq.
Fiſco non debent tradi bona ſine ſpeciali mandato in ſententia. 390.c,d,e
contra Fiſcum tenendum eſt in dubio. 387.b
Fœdus legem ſignificat. 592.e
Fœdera & pacta iure naturæ ſeruanda ſunt. 42.a
Fœminę non habent poteſtatē in Eccleſia. 154.b,c
Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ ſunt. 133.b
Fœminæ poſſunt aliquo modo iudicare,& alia officia publica exercere,& quomodo. 134.e
Fœminarum officium ex Paulo. 154.c
Fomes quid ſit. 52.d.623.a
Fomes vocatur lex. 52.e
Fomes peccati cur dicatur concupiſcentia. 52.d
Fomes nullus in ſtatu innocentiæ. 112.e
Fomes cur dicatur lex pœnalis. 52.e,& ſeq.
Fomes eſt lex tantum metaphoricè. 53.c
Fomes ad peccandum inducit. 53.b
Forma ſubſtantialis dat eſſe rei. 416.a
Forma illa eſt ſubſtantialis quam non poteſt operans omittere quin actus fiat nullus. 432.d
Forma ſubſtantialis eſt, quando ſolemnitas præſcribitur vt ſeruanda in ipſamet effectione actus. 433.a
Forma legitimè contrahendi deficiente, perſonæ cenſentur ad contrahendum inhabiles. 427.d
Forma accidentalis interdum requiritur in ipſamet effectione actus. 433.d
Forma accidentalis ſi abſit, actus non deſinit eſſe validus,ſecus ſi abſit ſubſtantialis. 431.d
Forma legis quæ à Bartholo. 26.d
Forma ad vnguem eſt obſeruanda. 545.a
Forma quando renunciari nequit ſubſtantialis eſt, aliàs ſecus. 432.b
Forma quando continet in ſe ſolemnitatem ab ipſa lege inuentam, ſignum eſt neceſſitatis ad valorem actus, ita vt actus ſine illa inualidus ſit. 432.c
Forma præſcripta per legem quando naturalem æquitatem continet, illius omiſſio reddit actum nullum. 432.a,b
Formæ ſacramentorum ſunt de ſubſtantia actus. 432.c
Fornicatio quid ſit. 85.d
Fornicatio iure naturæ mala eſt. 145.b
Fornicationem cur Apoſtoli prohibuere. 212.c
Fortitudinis actus eſt, in multis caſibus ſeſe exponere vitæ periculo. 256.a
Forus etiam dicitur in maſculino. 219.b
Forus eſt in ſcripta. 472.d
Forus cur ſic dicatur. 472.b
Fori variæ ſignificationes. 219. a, b, & vnde dicatur. ibid.
Forus & conſuetudo in quo differant. 472.a,b,c
Fori ius apud Hiſpanos quid. 472.a
Forum primæua ſignificatione quid ſignificet. 221.b
Forum internum quid ſit. 221.c
Forum internum & externum. 221.b
Forum conſcientiæ quid ſit,& quid legem obligare in foro conſcientiæ. 219.b
Forum conſcientiæ,populi,ſeu Dei. 221.c
Forum externum duplex. 221.c
Forum Eccleſiaſticum duplex. 219.b
Forum aliud Eccleſiaſticum, aliud ſæculare eſt. 219.a
Forum ſortitur quilibet in loco contractus. 328.b
Forum ſortiri, & ſtatutis ſeu legibus fori ligari à pari procedunt. 347.b
Forum ſæculare non ſortiuntur clerici. 349.b
Forum ſortiuntur homines ratione delicti. 324.b
Fori exemptione qui clerici gaudeant. 357.b
Forum ſortiri, & ad eius ſtatutum obligari à pari procedunt. 325.e
Forenſes obligantur conſuetudinibus & legibus loci,quando eadem eſt ratio. 322.d,323.c
Forenſes & peregrini tenentur ſeruare in contractibus formam & ſolemnitatem legibus & conſuetudinibus loci requiſitas. 328.a,b
Forenſes vendentes triticum in Caſtella tenentur pragmaticam frumenti ſeruare. 329.a
Forenſes quomodo ligent leges territorij ratione ſcandali vitandi. 324.a
Forenſes obligāt leges territorij non tantū quoad vim directiuam, ſed etiam quoad vim coactiuam. 327.c,d
Forenſia iudícia cur delicta appellentur. 109.d,e
Franci Gallias initio iniuſtè occupauerunt. 135.c

Franco

Digitized by Google

Francorum Rex in temporalibus ſuperiorem non agnoſcit. 130.e
Francorum Reges Imperatorem ſuperiorem non agnoſcunt. 128.e
Francorum regnum legitimum. 135.c
à Francorum regni ſucceſſione excluduntur fœminæ lege Salica. 133.e
Francorum duo regna. 126.d
in Francorum reginam aliquãdo compromiſſum eſt. 319.c
Franci nõ ſunt ſubiecti legibus Imperatorũ. 130.e
Franci quomodo vtantur lege Romana. 131.c
B.Franciſcus quomodo regulas ſui ordinis condiderit. 244.e
Franciſcani profitentur abdicationem omnium bonorum,etiam in communi. 267.d
Franciſcanorum regulæ quædã obligant ſub mortali,quædam ſub veniali. 243.a,b,c
Federicus II. depoſitus ab Innocentio IV. & ab imperio reiectus. 119.e
Fructus & fœtus rei ad dominum eius pertinet. 37.c
Fructus reſtituendi pœna tota eſt Eccleſiaſtica. 204.b
Fructus rei confiſcatæ ad quem ſpectent. 393.d,e
Fructuum priuatio quo iure ſit annexa omiſſioni diuini officij. 205.e
Fuga ex carcere quando ſit licita. 402.c
Fuiſſe non videtur qui non durauit. 328.b
Fundamentum obligationis legum Eccleſiaſticarum eſt fides,religio,& baptiſmus. 324.c
Fundamento deficiente deficiunt quæ in eo præciſè fundantur. 419.c
Furem nocturnum depopulatorem agrorum licet propria auctoritate occidere. 81.e,83.d
Furti actio in vxorem non competit. 134.a


G


GAbellæ de quibus rebus exigantur. 411.d
Galteciãna audientia cognoſcit via ordinaria de aliquibus cauſis inter perſonas Eccleſiaſticas. 357.d
Galli non ſunt ſubiecti legibus Imperatorum. 130.e
Galli habent conſuetudinem non abſtinẽdi à carnibus à Natiuitate ad Purificationem. 323.e, quam non poſſunt ſeruare in Hiſpania. ibid.
Galli quomodo vtantur lege Romana. 131.c
Gallia non gubernatur per ius Imperiale. 279.a
Galli Epiſcopi appellarunt à Concilio Lateranenſi tertio,& cur. 176.c
Galliæ & Hiſpaniæ regna excipiuntur à dominatione Imperij. 128.b
Generales Religionum, quæ à ſummo Pontifice approbatę ſunt,habent poteſtatem ordinariam leges condendi in cõgregatione generali. 167.e
Generales obligantur legibus Capituli generalis. 305.a
Generales ordinum quomodo teneantur ſuis legibus. 317.e
Generales alicuius regulæ conuocant Concilium in quo poſſunt ſtatuta facere. 165.e
Generalis alicuius ordinis religioſorum an poſſit cum Capitulo ſtatuere aliquid vltra regulam. 168.c,d
Gentes omnes, quatenus efficiunt vnam communitatẽ totius humani generis, obligare poſſunt ſingulos ad ea, quæ toti humano generi vtilia ſunt. 394.
Gentilibus nunquam fuit neceſſaria lex vetus. 594.e
Gentiles potuere ſaluari ante legem Chriſti in lege naturæ. 588.c
Gentiles vocandi ad Eccleſiam. 607.a,b
Gentilibus primus Petrus prædicauit. 607.c
Gentiles quomodo poterant ſubiicere ſe legi veteri,& per eam ſaluari. 576.a,b
Gentilium ritus in ſacrificandis victimis. 611.a
Gentilium communicatio in quibus fuerit prohibita Gentilibus. 606.d,e
Gentiles non tenebantur ad legem veterem vt intrarent in Eccleſiam. 594.d
Gentilibus prædicare prohibitum in lege veteri. 605.d,e
Gentiles vſque ad ſanguinis humani potum proruperunt. 612.d
Gentiles aſcendebant Ieruſalem ad adorandum. 606.e
Gentiles in ſuis legibus quomodo obligarint ad pœnam æternam. 369.d
Genua Reſp.libera. 161.d
Genus de ſe comprehendit ſpecies. 461.a
Genus humanum etiamſi totum conueniret non poſſet ſtatuere,vt nulli ſint reges. 118.e
apud Germanos olim latrocinia extra ciuitates vitio non vertebantur. 79.a
Gerſon redarguitur. 220.d
Glicia lege non ſunt ſoluti Imperatores. 312.e
Gneus Flauius ſcriba Appij Claudij ſubreptum librum in quo actiones continebantur, ab illo in formam redactæ,diuulgauit, qui liber vocatus eſt ius Flauianum. 46.e
Gothi in Hiſpania initio fuerunt tyranni, poſtea facti reges legitimi. 226.b
*Golam* vox Hebraica quid ſignificet. 593.e
Granatenſes Saraceni potuerunt eſſe ſerui capientium Apoſtaſiam à fide. 40.c
Gratia,& charitas poteſt dici lex. 623.a
Gratia & charitas præcipuum quod in lege noua eſt. 623.b
Gratia & iuſtitia ſunt occultiſſima. 138.e
Gratia copioſa, & ſuperabundans in aduentum Chriſti reſeruata eſt. 304.b
ſine Gratia diuina nemo perfectus in virtute eſſe poteſt. 79.c
Gratiæ pręcepta pertinuęre ad moralia legis veteris. 583.d
Gratia collata fuit in lege naturæ & ſcripta non ex vi illius,ſed ex fide & meritis Chriſti. 590.c
Gratia fuit modica lege veteri. 471.e
Gratiarum actio poteſt interius cõſummari. 586.e
Gratia quando facta, vel facienda. 548.d,e
in Gratia confirmati non poſſunt mortaliter peccare. 302.b
Gratia morte concedentis non deſinit. 445.a, 511.a
Gratia quando dicatur motu proprio conceſſa. 536.c.
Gratia & priuilegium ceſſant ceſſante cauſa. 530.a
Gratia data cum aliqua limitatione determinante beneplacitum concedentis extinguitur eius morte. 548.c
Gratia redditur ſubreptitia per ſubreptionem qualitatis quam intra exprimi iubent. 545.a
Gratia quando non extinguatur morte cõcedentis. 548.c,d

Gratia facta non extinguitur morte,vel officij mutatione. 548.a
Gratiam non poſſunt vitiare cauſæ quæ in futurum contingere poſſunt. 546.a
in Gratiam quod conceditur non eſt in diſpendiũ retorquendum. 457.c
Gratianus priuatus monachus. 171.c
Gratiani decretum non eſt approbatũ à ſede Apoſtolica. 170.e
Gratiani decretũad iusEccleſiaſticũ pertinet.169.d
Gratiani dicta non habent vim legis. 170.c
Græcorum Reges iurabant regno. 314.a
Græcorum imperium per bella iniuſta cœptum. 135.e
Græci & Orientales Clerici in multis ſe non conformant Eccleſiæ Latinæ. 362.b,c,& ſeq.
Græci & Orientales Clerici ſunt ſubiecti iure diuino Romano Pontifici. 362.a
Græcorum multæ conſuetudines diuerſæ ab Eccleſia Latina. 362.c,& ſeq.
à Græcis Imperium tranſtulit Pontifex ad Germanos. 120.a
Græci à tẽporibus Apoſtolorum ſabbathum perinde ac Dominicam diem piè ac religioſè colunt. 362.c
Græci quomodo leges ferebant. 3.c.d
Græca Eccleſia ſi ſit inter Latinos, non poteſt Sacerdos in illo conſecrare in fermentato. 332.d
Gregorius I.Pontifex & Leãder Epiſcopus Hiſpalenſis valde familiares. 351.d
Gregorius V.ſeptem Germanis Principibus poteſtatem dedit eligendi Imperatorem. 119.c
Gregorius XIV.abſtulit reſeruationem excommunicationis pro abortu, quam Sextus V.reſeruarat. 289.a
Gubernatio mundi eſt monarchica. 113.a
Gubernationis genus optimum monarchia. 116.c
Gubernationis genus optimum, quod ſuauius & efficacius. 100.a
Gubernatio politica ex natura rei non conuenit progenitori,& cur. 114.d
Gubernatio Reip.qualis melior & tutior. 115.b
Gubernator vbi non eſt,corruit populus. 108.e
Gredagia ſpecies vectigalium. 411.d
Gymnaſiorum magiſtri, & profeſſores quoſnam iudices habeant. 327.a
Gymnaſij conſuetudo vbique ſeruanda. 327.a

H

HAbitus non eſt præceptum, nec imperium propriè. 72.d
Hæres non poteſt inſtitui codicillis,ſed teſtamentis. 440.b
Hæres ex teſtamento minus ſolemni non poteſt adire hæreditatem. 439.b
Hæres inſtitutus in teſtamẽto minus ſolemni non poteſt tuta conſcientia bona retinere. 433.b
Hæres ex teſtamento minus ſolemni, ſi ei conſtat in eo nullum defectum cõtigiſſe, poteſt ſibi accipere bona teſtatoris,teneturque in conſcientia legata ſoluere. 229.c
Hæres qui non confecit inuentarium, tenetur creditoribus reſtituere vltra vires hæreditatis,non tamen in conſcientia. 231.a
Hæredes non ſuccedunt in bonis defuncto debitis ſub conditione poteſtatiua. 385.a
Hæres poteſt præſcribere legatum. 390.e
Hæredem ſcriptum non deuinciunt leges, ſed teſtatorem. 313.c
Hæres inſtitutus in teſtamento quod probare non poteſt propter inhabilitatem teſtium, poteſt in conſcientia res hæreditarias furari. 231.b
Hæres legitimus ab inteſtato omnium bonorum defuncti ſucceſſionem obtinet, nulla conceſſa retentione bonorum,quæ ex teſtamento minus ſolemni hæres ſcriptus poſſideat. 439.b
Hæredes criminoſi poſſunt contra fiſcum præſcribere. 387.e
Hæreditas ante proue ctiorem ætatem non traditur. 589.a
Hæreditas à quo dicatur accipi, quando hæres inſtitutus non eam adit. 395.c
Hęreditatipaternę quilibet renũciare poteſt.460.e
Hæreditatis renunciatio facta in fraudem creditorum valet. 394.e
Hæreditatem patris hęretici poteſt accipere filius. 392.e
Hæreditati poſſunt renunciare, qui ſciunt ſua bona fiſco applicatum iri. 394
Hæreditas ſi non adeatur ab hęrede, nõ tranſmittitur ad hæredes inſtitutos per mortem ipſius, ſed ad alios qui ſimul erant hæredes inſtituti per ius accreſcendi. 395.b,c
Hæreſis quænam puniatur. 207.d,e
in Hæreſim qui interius conſenſerit, non incurrit excõmunicationem,nec pœnas Eccleſiæ. 207.c
Hæreſis interna nõ priuat poteſtate Eccleſiaſtica. 185.b
Hæreſim exterius profitens ex timore humano nõ eſt excommunicatus. 198.d
Hæreticorum duo ſunt genera. 205.b
Hæretici omnes mali. 112.e
Hæreticus vel ſchiſmaticus, quid iuriſdictionis amittat. 187.d
Hæretici & Schiſmatici quinam iuriſdictionem amittant. 187.b
Hæreticus non amittit iuriſdictionẽ Eccleſiaſticã, donec ab Eccleſia deponatur auctoritate. 187.a
Hæreticus occultus nõ amittit poteſtatem Eccleſiaſticam. 185.d
Hæreticus manifeſtus ipſo facto amittit iuriſdictionem,occultus non. 186.c
Hæreticus publicus manet excommunicatus ipſo facto. 185.a
Hæreticus exterior pœnam meretur, non interior. 196.e
Hæreticus non poteſt in regem eligi. 140.d
Hæreticus & excommunicatus non poſſunt in regem eligi iure canonico. 141.b
Hæreticus licet baptizatus extra Eccleſiam tamen eſt. 140.d
Hæreticus quãdiu maneat mẽbrũ Eccleſię. 186.d,e
Hæretici & Schiſmatici nõ poſſunt habere claues regni Cœlorum,nec ligare,aut ſoluere. 186.d
Hęretico publico poteſt denegari obediẽtia. 185.b
Hæreticos vitare tenemur iure diuino. 184.b
Hæreticorum contractus cur validi. 392.a,b
Hæretici non poſſunt à die commiſſi criminis bona ſua damnare vel alienare,& ideo contractus facti illo tempore ſunt nulli. 393.a.b
Hæretici qui ſenſerũt legem veterem datam fuiſſe à malo deo. 570.a,b
Hæretici qui negarunt in Eccleſia eſſe poteſtatem ferendi leges. 143.a
Hæreticorum error de legibus Principum. 220.b
in Hæreticos proceditur,poſt mortem,ac damnatur. 407.b,c



Digitized by Google

Hæreticus vt cum hæretica alterius ſectæ contrahat non eſt contra ius gentium. 43.b
ab Hæretico qui aliquid emit, an pretium ei ſit reddendum fiſco vendicāte illud. 393.d,& ſeq.
Hæreticus non tenetur bona fiſco deferre ante cōdemnationem. 388.e,389.c,d
Hæreticus qui ſcit ſua bona fiſco applicatum iri poteſt renunciare hæreditati ſibi delatæ. 394.c
Hæreticus poteſt condemnari poſt mortem, & ei ne bona fiſco addici. 384.c.d
Hæreticum ſæpeliens in loco ſacro qualiter excōmunicetur. 198.d
Hæreticus eſt incapax hæreditatis. 386.e
Heretici filius poteſt hæreditatem patris accipere. 392.e
Hæreticè qui exiſtimat eſſe peccatum contrahere ſecundas nuptias, gerere ciuilem magiſtratum, &c.ideoque ab his abſtineat, non peccat. 241.a
Hebræorū lex abſurda de alendis parētibus. 79.d
Hebræi fuerunt vt pueri, lex vt eorū pædagogus. 380.b
Hebræi petierunt ab Ægyptiis argentea. 84.e
Hebræi cur non peccarint ſpoliando Ægyptios. 85.b,c
Hebræi immolabant ea quæ pro diis Ægytij colebant. 578.d
Hebræorum Reges iurabant regno. 314.
Heli ſummus Pontifex, & princeps politicus fuit. 125.e
Hermaphroditus magis eius generis exiſtimandus eſt, quod in eo præualet. 504.d
de Hermaphroditis lex vim habet, etſi permultum tēpus nullus eſſet Hermaphroditus. 294.b
Hermenegildus potius mori voluit, quàm ſumere Euchariſtiam ab Hæretico. 259.c
Hierarchia prima immediatè accipit reuelationes à Deo. 112.a
Hierachiæ Eccleſiaſticè ordo. 153.e,154.a
Hierarchia Eccleſiæ, quib⁹ gradibus cōſtet. 156.a,b
Hieronymi, & aliorum multorum Patrum ſcripta omnes aſtringunt, & cur. 178.e
Hiſpanorum regnum vnde ceptum. 135.c
Hiſpani non ſunt ſubiecti legibus Imperatoris. 130.a
Hiſpani quo iure ſint vſi aduerſus Alphonſum Regem. 314.c
Hiſpanos iudices quomodo poſſunt leuare leges imperij. 131.e
Hiſpanum ius de conſuetudine abrogante legem. 479.c
Hiſpano iure definitum eſt, ne cauſæ, & lites dirimantur, niſi Hiſpanis legibus. 131.d
Hiſpaniæ Rex quanta diligentia curet, vt Concilium Tridentinum ſeruetur. 564.b
Hiſpaniæ Rex tyrānicè occupauit dominium Indorum inſularum. 227.b
Hiſpaniæ Reges antiquiſſimi iurabant regno. 314.b
Hiſpaniæ Reges ſtatuerunt, capite puniēdum qui iudicio legis Imperatorum allegaret. 130.d
Hiſpaniæ quæ regna pareant. 275.d
Hiſpania non gubernatur per ius Imperiale. 279.a
in Hiſpania nulla lex Imperialis vim legis habet. 131.c.
in Hiſpania quomodo liceat allegare leges Imperatorum. 131.b
in Hiſpania & Maiorica præſcriptum eſt contra legem abſtinēdi à carnibus die Sabbathi. 296.b
in Hiſpania fuit lex olim ne reus cibum ſumeret. 267.a
Holocauſtum erat in re cognitionem diuinæ maieſtatis. 586.a
Homicida percutiēs in vna diœceſi illū qui poſtea moritur in alia, quatenus incurrat cenſurā, quæ ipſi infligitur in loco vbi vulnerauit. 335.b,c
Homicida non tenetur ad reſtitutionem creditoribus mortui. 406.e
Homicidium ſine cauſa in omni ſtatu naturæ prohibitum. 38.b
Homicidiū eſſe malū Philoſophi cognouere. 91.d
Homicidij pœnā Deus æterna lege ſanciuit. 109.e
Homicidium factum à proiiciente ſagittam quare puniatur. 197.b
in Homicidij ſecundi remiſſione neceſſaria eſt expreſſio remiſſionis primi. 545.d
Homo cōponitur ex anima & corpore, & vtriuſque viribus debet Deum colere. 149.b
Homo eſt animal ciuile. 108.e
Homo animal ſociabile, & vitam communitatis naturaliter deſiderat. 112.c
Homo virtute præditus optimum animalium, ſine illa peſſimum. 98.a
Homini ſubiectæ fuerunt cæteræ naturæ corporales. 111.e
Homo non eſſet nec lex naturalis, niſi eſſet lex æterna. 13.d.
Homo non poteſt ſubſiſtere ſine Deo. 92.c
Hominis verè vita eſt quę iuris ordine continetur. 99.a
Homo eſt dominus ſuorum operum. 44.c
Homo homini lupus ſine lege. 98.b
Homo homini Deus cum lege. ibid.
Homo naturaliter indiget vita ſociali, & politica. 98.a,& cur.ibid.
Homo poteſt ſe vendere. 81.e
Homo poteſt obligare ſeipſum ſine animo ſe obligandi. 15.e
Homo poteſt volūtariè ſubiicere ſe homini. 194.b
Homo non poteſt vllo modo diſpenſare in præceptia Decalogi. 82.d
Homo ſolo iure naturali, & ciuili vtitur. 37.b
Homo nō poteſt ſoluere in foro cōſcientię, nec remittere culpā, niſi abſoluēdo ſacramētaliter. 221.e
Homines futuri ſunt ſimiles Angelis. 589.b
Hominum proprium eſt inter creaturas rationales eſſe corporeos. 195.b,c
Homines ſoli & omnes vtuntur iure gentiū. 39.e
Homines ſine legibus nihil à feris atrociſſimis diſcreparent. 98.d
Homines non ſubiiciūtur ſeruiliter, atque vt mancipia Principibus, ſed politicè, & vt ciues. 22.b
Homines poſſunt ferre leges per ſe, & obligare in conſcientia independenter à Deo. 117.e
Hominum totus cœtus potuit condere leges quæ ſingulos obligarent. 112.a
Homines cùm ſint corporei non videntur poſſe, alios obligare ꝓmiſſionib⁹ metè internis. 272.b
Homines ſimpliciter bonos efficere cur lex debeat. 56.d
Homines boni quomodo fiant à lege. 54.c,d
Hominum omnium animi earūdem virtutum capaces non ſunt. 18.d
Honeſtum & turpe quid. 71.c
Honeſtum cum religione pugnare nequit. 104.c
Honor primus debetur Deo, ſecundus Epiſcopo, tertius Regi. 191.d



Digitized by Google

Hoſpes inter Religioſos non tenetur ad ieiunia loci. 322.b
Hoſpites ex vna prouincia tenentur ſeruare leges illius,in qua ſunt. 329.c
Hoſtia pacifica ad quid mactabatur. 586.a
Hoſtienſis Cardinalis conſecrat Papam, & vngit Imperatorem. 164.d
Horas canonicas recitandi obligatio non ſolùm beneficiariis, ſed etiam habentibus ordinem,& profeſſis ferè omnium religionum, annexa eſt. 204.e
Horas canonicas recitare cum attentione quomodo Eccleſia præcipiat. 201.b
Horas canonicas qui ſine attentione recitat, aut omninò amittit,non facit fructus ſuos,& tenetur ad reſtitutionem. 200.a
Horas canonicas omittentibus quando pœna impoſita eſt. 203.d,205.e
lege Horatia & Hortentia dederunt robur plebicitis,vt Senatores quoque ligarent. 47.a
Vvicleffi, & Ioannis Huſſi ſententia de eo qui eſt in peccato mortali. 136.d
Hus, & Vviclef condemnati in Concilio Conſtantienſi. 193.d
Hypotheca, ſi pretium hypothechæ vēditæ extet, extrahitur ab emptore ratione obligationis, quæ antiquior eſt. 394.c

I

IAcobus,& Paulus non fuerunt immediatè conſecrati à Chriſto. 157.a
Iacobus à Petro Hieroſolymitano Epiſcopus factus eſt. 156.c
S.Iacobi milites olim in articulo mortis ex lectulo extrahebantur, & ſuper crucem ex cinere factam in pauimento morituri collocabantur. 262.d
Idolum quid ſit. 265.d,266.a
Idolothytis an veſci liceat, longiſſima diſputatio. 265.c.& ſeq.
Idolothytis nō licet veſci etiam in periculo mortis. 255.d
Idolothyto non licet veſci etiam cum vitæ periculo. 263.e
Idolothyta lege humana tantùm prohibita edere. 295.e
Idolothyta cur Paulus Corinthiis cōceſſerit.145.a
Idolothytis veſci quando ſit peccatum. 265.d,e
Idolothytis quomodo veſci liceat. 266.c
Iehu electus in Regem à Deo. 107.c
Iehu à Deo electus Rex. 136.b
Ieiunare nō tenetur totam quadrageſimā,qui non expleuerunt vigeſimum quintum annum,359.c
Ieiunij præceptum eſt merè negatiuum. 199.b
Ieiunium ad quid conferat. 269.a
Ieiunio præcepto non ideo præcipitur voluntas ieiunandi. 199.b
Ieiunio ſemel violato non tenemur amplius à cœna abſtinere. 333.b
Ieiunium tranſgredi quando ſit veniale, vel non. 270.a.b
Ieiuniorum quilibet debet ſeruare conſuetudinem loci in quo eſt. 323.a
Ieiunia cur prohibita die Dominica. 216.a
Ieiunia quadrageſimalia vnde proueniant,& obligent in conſcientia. 219.c
Ieiuniorum contēptores anathematizātur.205.c.d
Ieiunium in dubio ſoluere quis poteſt conſilio ſuperioris,medici,vel confeſſoris. 527.b
Ieiunia diuerſa poſſunt indicere Concilia Prouincialia. 296.a
ad Ieiunia loci non tenetur hoſpes inter Religioſos. 322.b
Ieiuniis ſui oppidi ſui non obligatur qui eſt extra oppidum. 221.d
Ieiunio nō exiſtente in aliquo loco,qui deſcendēs ex illo peteret aliū vbi eſſet, poteſt ante diſceſſum carnes comedere, non verò quando eſt in alio loco. 333.e
Ieiunium ſi ſit in vno loco, qui deſcedit ex illo nō poteſt quidem ibi carnes edere, poterit tamen ientare, ſi ſciat ſe peruenturum in locū vbi non ſeruetur illud ieiunium, & ibi poterit ſecundò & tertiò comedere. 333.b,c
ad Ieiunia quomodo ſit interpretanda diſpenſatio. 457.a
in Ieiuniorum legibus diſpenſat Epiſcopus. 512.a
Ieroboam electus in Regem à Deo. 107.c.139.b
Ieroboam à Deo electus in Regem. 139.b
Iethro ad Moſem ſapiens conſilium. 126.b
Ideæ plures in Deo. 64.a
Ignorans legem non peccat in eam. 27.c
Ignorantes obligantur in actu primo, ſed non in ſecundo. 282.d
Ignorante ad pœnam obligari abſurdum eſt.279.e
Ignorātes ratione pœnæ ligari poſſunt legibus in beneficialibus,& ſpiritualibus. 281.e
Ignorantes inculpabiliter lex poteſt pœna efficere in beneficialibus,& beneficiis. 282.a
Ignorantes non ligantur lege pœnali, vel ſententia. 281.b
Ignorātes propriè nō tenētur,ſed excuſātur.282.c
Ignorantia facit inuoluntarium. 488.e
Ignorantia culpabilis lata,leuis,& leuiſſima, non accipitur eodem modo apud Theologos,& Iuriſperitos. 409.d
Ignorantia legis naturalis non poteſt eſſe inuincibilis. 80.b
Ignorantia iuris naturalis quædam eſt inculpabilis. 80.b
Ignorātia inuincibilis dari poteſt legis naturę.90.d
Ignorantia iuris etiam excuſat à culpa. 409.c
Ignorantia inculpabilis excuſat à culpa. 417.a,b
Ignorantia quantumcumque ſit amens,non excuſat à culpa.410.e, niſi redūdet in obligationem legis.ibid.a
Ignorantia quæ excuſat à peccato,excuſat à pœna. 409.e
Ignorantia iuris rarò eſt inuincibilis. 409.d
Ignorantia quæ excuſat culpam mortalem, licet non venialem,excuſat à pœna graui legis.410.e
Ignorantia non tollit obligationem, licet excuſet à peccato. 358.c
Ignorantia craſſa non minuit pœnam. 410.c
Ignorantia craſſa,& ſupina à peccato non excuſat. 276.e
Ignorantia veræ intelligentiæ legis humanæ excuſat à peccato. 225.c
Ignorantia quando non excuſat à culpa graui propter quam pœna lata eſt,non excuſat ſimpliciter à pœna. 410.a
Ignorantia legis irritantis non impedit eius effectum.417.e,imò aliquando ſic. ibid.
Ignorātia affectata ſola æquiparatur ſciētiæ.410.d
Ignorantia tollit voluntatem. 459.c,462.d
Ignorantia vel ſcientia legis nihil facit ad eam eneruandam. 294.d

Ignoran

Ignorantia legis an tollat ipſam. 293.d,e
Ignorantia legis poteſt allegari poſt duos menſes à promulgatione. 278.e
Imago Dei ad quam factus eſt homo, quæ ſit. 140.e
Imago Dei dupliciter poteſt conſiderari. 140.a
Imagines quatenus prohibitæ in lege veteri. 585.b
Imperare eſſe rationis. 9.c
Immunitas legatorum eſt ex iure gentium. 115.e
Immutabile eſt omne naturale. 37.a
Imperator vnus eſt, ſicut vnus rex in apibus. 128.b
Imperator eſt totius Eccleſię Patronus, protector, &c. 28.c
Imperatores ſequentes poſt Iulium Cæſarem legitimi fuere. 127.a
Imperatores ſoluti ſunt legibus. 312.b,c,d
Imperatores quibus legibus ſoluti non ſint. 312.e
Imperatores ante Veſpaſianum fuerunt ſubiecti legibus. 315.e
Imperator non eſt dominus totius orbis, nec poteſt ei leges dare. 118.c
Imperatores qui ſe dominos totius orbis dixerunt. 128.c
Imperatorem totius orbis dominum cenſent aliqui. 127.e
Imperator quomodo ſit ſupremus dominus. 129.a
Imperator multas orbis regiones ſuo imperio ſubiecit, ſed non omnes. 128.d
Imperatoribus Romanis gentes omnes numquam fuerunt ſubiectæ. 128.d
Imperator non habet dominium proprietatis in omnes orbis partes. 129.d
Imperator poteſt regium titulum dare. 129.c
Imperatorem purpura facit, non ſacerdotem. 192.a
Imperator cuſtos alienæ ſalutis. 103.d
Imperatores quomodo ſint condendarum legum facultatem conſequuti. 47.e
Imperator à Romanis ſpecialem facultatem accepit condendi leges. 129.c
in Imperatorem poteſtas omnis & imperium translatum eſt lege regia à Senatu Populoque Romano. 312.d
Imperatori conceſſa poteſtas condendi leges non poteſt reuocari. 242.b
Imperator poteſt leges ferre in ſubditos tantùm. 129.b
Imperatores qui Codicis leges condiderunt. 47.e
Imperatoris iunioris leges præualent. 47.e
Imperator Romanorum non poteſt Perſis leges dare. 128.e
Imperator poteſt tributa imponere. 412.a
Imperatorem leges apud hiſpanos prohibitæ ſub pœna capitis. 130.d
Imperator an poſſit toti orbi leges dare. 127.d,e,& ſeq.
Imperator patronus Eccleſiæ, &c. 129.b
Imperatores quidam qui adorauerunt ſepulchra Chriſti, & Apoſtolorum. 108.b
Imperator bonus intra Eccleſiam eſt, non ſupra Eccleſiam. 189.a
ad Imperatorem pertinere Papam corrigere, & inſtituere, & ab Imperatore manaſſe, quòd ſacerdos vnus ſit maior alio in auctoritate, poſſeque eam tollere, neque à Papa vel tota Eccleſia puniri quemquam poſſe, niſi Imperatoris auctoritate errores Hæreticorum. 354.b
Imperatores Romani à Pontifice coronantur, eique iuramentum fidelitatis præſtant. 119.c
Imperator ad quid teneatur in Eccleſia. 129.b
Imperatorem vngit Cardinalis Hoſtienſis. 165.d
Imperatores qui & quales immunitates conceſſerunt pontificibus, & clericis. 356.b
Imperatores quam reuerenter ſeſe geſſerint erga Pontifices. 189.e
Imperatorum & Pontificum poteſtas quomodo ſit à Chriſto decreta. 344.b,c
Imperator ex Pontificum pendet iudicio. 189.c
Imperatores non habent poteſtatem ſuam à Pontifice. 121.b,c,d,e
Imperator minatur carcerem, Deus verò gehennam. 424.c
Imperium quid definiatur. 103.c
Imperium per ſe non poteſt dici lex naturæ. 73.d
Imperium & præceptum ſunt idem. 15.a
Imperium inducit neceſſitatem. 290.a
Imperium eſt actus intellectus. 8.b
Imperium propriè dictum diſtinctum à iudicio. 14.b
Imperium actus prudentiæ. 9.c
Imperia celeberrima quatuor. Aſſyriorum, Medorum, &c. per bella iniuſta cœperunt. 135.e
Imperium à ſolo Deo habetur. 113.e
Imperium, & poteſtas omnis tranſlata ſunt in Imperatorem à Senatu populóque Romano lege regia. 312.d
Imperium tranſtulit Pontifex à Græcis ad Germanos. 120.a
Imperio vacante qualem in eo habeat auctoritatem Pontifex. 122.e
Imperio vacante Pontifex ius dicit ſubditis imperij. 119.e
Imperij commoda. 113.c
Imperatoria dignitas Romæ quando inſtituta fuerit. 127.d
Impletio & omiſſio, vt ſit moralis debet eſſe libera. 199.b
ad Impoſſibile nemo tenetur. 21.b
Impoſſibile duplex, phyſicum, & morale. 21.d
Inclinatio naturalis appetitus ſentientis vocatur lex. 5.b
Inclinatio cuilibet homini eſt ad agendum ſecundùm rationem. 78.e
Inclinatio membrorum, & appetitus eorumdem. 53.b
Incola quis. 329.c
Incommoda quæ euenirent, ſi ſola principum arbitrio Reſp. adminiſtraretur. 109.a
Incommoda quæ ex cultu plurium Deorum euenerint. 99.c
Indiarum occidentalium dominium tranſtulit Alexander. VI. regibus Caſtellæ & Legionis. 120.a
Indi Inſulani per tyrannidem ſunt redacti ad dominium Regis Hiſpaniæ. 227.b
apud Indos morte plectebatur qui aliquid pernicioſi inueniſſet. 102.e
Indi qui præſbitero Ioanni parent ſeſe circumcidunt ad imitandum Chriſtum. 608.e
Indiarum nec orientalium, nec occidentalium habuerunt dominium Imperatores Romani. 129.c
Indica regna Romanis non paruerunt. 128.d
Indifferentia an præcipi poſſint lege humana. 215.d,e
in Indiuiduis victoria vnius prodeſt alteri. 318.e
Induciæ, bella, captiuitates de iure gentium, 39.e



Digitized by Google

Inducias concedere iuris gentium vtile adinuentum. 38.b
Indulgentiarum reuocatio & ſuſpenſio quando habeant effectum. 39.a,b,c,d,e.& ſeqq.
Indulgentiarum quomodo fiat particeps Pontifex. 313.e.314.a
Indulgentiæ videntur ſtrictiſſimè reuocari in anno Iubilæo. 282.c
Indulgentiæ omnes ſuſpenduntur per bullas anni Iubilæi. 548.a
Indulgentiæ quando finiantur. 282.d
Indulgentiæ à legato conceſſæ finita eius legatione non deſinunt. 445.a
Indulgentiam quis lucratur ignoratam. 449.d
Indulgentia non reuocatur reſpectu vniuſcuiuſcumque donec ſciat reuocationem. 464.a,d
Infames iure ciuili, regualriter etiam ſunt infames iure canonico. 364.e
Infamiæ pœna non poteſt imponi ab homine, ſed à lege. 395.e
Infamiæ pœna incurritur ante ſententiam. 395.e & ſeq.
Infantes & innocentes licet occidere in bello ob finem belli. 369.e
Infantes quomodo ſanctificarentur in lege naturæ. 599.
Infantes non baptizati damnabuntur. 358.d
Inferior nullam habet iuriſdictionem contra ſuperiorem. 161.b
Inferior non poteſt ſoluere, vel ligare ſuperiorem 261.e
Inferior in ſuperiorem non habet poteſtatem. 263.e
Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris. 512.c
Inferior non poteſt derogare legi ſuperioris. 81.e
Inferior non poteſt in legibus ſuperioris diſpenſare. 173.a
Inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris in iure poſitiuo. 40.b
Inferioris diſpenſatio in lege ſuperioris eſt irrita ſi cauſa legitima deſit. 516.d,e. exceptis certis caſibus. ibid.c,d,&ſeq.
Inferior non poteſt ſine ſuperioris facultate diſpoſitionem eius limitare. 554.d
Inferioris actus non poteſt contra voluntatem præualere. 431.a
apud Inferos nullus ordo. 68.b,c,& cur.69.c
Inferorum confuſionis deſcriptio. 69.d,e
Infideles tranſeuntes per terras Chriſtianorum Eccleſia non poteſt cogere ad fidem. 324.d
apud Infideles non poteſt eſſe iuſtitia nec iura. 140.d
Infideles nulla iure amittunt dominium. 138.c
Infirmus vt communicet, non licet miſſam celebrare poſt ſolutum ieiunium. 258.e
Inhabilitas ad beneficium ob ſymoniamretrotrahitur ad diem pacti. 383.b
Inhabilitas ad cathedram quare imponatur. 381.a
Iniquitas eſt præceptum de re turpi, & iniquum. 6.b
iuſta Initium indulti ſolent adiungi ſubſequentia 456.a
Iniungimus, verbum ſignificat præceptum. 244.e
Iniurias vindicare eſt actus excedens humanam facultatem. 116.e
Iniuſtia conſiſtit in alieni vſurpatione. 315.d
Iniuſtia in legibus in quo ſit poſita. 290.b,c
Iniuſtus eſt quia legibus exorbitat, 4.c
Iniuſtum eſt quod eſt contra legem. 4.c
Innocentis occiſio non eſt intrinſecè mala. 85.c
Innocentem morti tradere poteſt Deus. 85.d
Innocens condemnatus ex falſa præſumptione quomodo ſe defendere teneatur. 399.c,e
Innocentes, & infantes licet occidere in bello ob finem belli. 368.e
Innocentis occiſio non poteſt vlla ratione honeſtari. 85.b
Innocens pro alio puniri non poteſt. 415.b
In Innocentiæ ſtatu homines poterant obligari præceptis, non tamen pœnis. 316.c,d
Innocentius excommunicauit Arcadium Imperatorem. 189.c
Innocentius IIII. Pontifex eximia vtriuſque iuris ſcientia fuit, & doctiſſima in decretales commentaria edidit, quæ tamen noluit, vt ius facerent. 170.d
Innocentius IIII. in Concilio Lugdunenſi Luſitaniæ regi Alphonſum, eius fratrem ad Remp. gubernandam Vicarium dedit. 119.e
Innocentius IIII. Federicum II. depoſuit. 119.e
Inobedientia formalis ſemper eſt peccatum. 237.b
Inquiſitores fidei quatenus excommunicentur, à iuſta via deflectentes. 197.e
Intellectus Dei eſt determinatus ad aſſenſum propoſitionis veræ. 91.e
Intellectus verſatur circa omne ens ſub ratione veri. 216.c
Intellectus noſter non illuſtratus lumine fidei etiã circa veritates naturaliter cognoſcibiles paſſim errat. 102.d
Intelligentia ſcripturæ myſtica lex appellatur. 7.a
Intentio eſt actus voluntatis. 293.e
Intentio eſt quæ dat præcipuam formalitatem actibus humanis. 239.d
Intentio propriè dicta fertur in finem. 204.c
Intentio nulla cadit ſub præcepto. 201.d
Intentio non poteſt cadere ſub præcepto. 204.c
Intentio quando poſſit cadere ſub præcepto. 204.c
Intentio legis præcipuè eſt attendenda. 270.e,& ſeq.
Intentio, & ratio legis eſt eius anima. 567.b,d
Intentio principis præſumitur talis, qualis eſt intentio iuris. 544.d
Intentio & ratio legis valde diſtincta. 567.c
contra intentionem legis quæ fiunt, quando valida ſint. 270.c
Intentio quænam dicatur deuotio. 205.c
non Intentio verbis, ſed verba debent intentioni ſeruire. 454.b
Interlocutio Principis quandonam vim legis habeat. 50.b
Interdictum in quos poſſit imponi. 250.e
Interdictum quantam priuationem inducat. 250.e
Interdictum quãdo obliget ſub mortali, & quando ſub veniali. 251.b,c
Interdictum quando eſt locale, pueri qui non ſunt doli capaces, poſſunt admitti ad diuina officia: non autem doli capaces aut quando interdictum fertur in perſonas. 361.b
Interdum patiuntur oppidani ob dilectum domini. 250.e
Interdicto cur puniantur innocentes. 358.d
Interpretari legem naturalem ſolus Deus poteſt. 94.a,b
Interpretari legẽ eius eſt, cuius eſt condere. 167.d
Interpretari

Digitized by Google

Interpretari legem eius eſt, cuius eſt condere. 552.b
Interpretari licet Concilium Tridentinum, ſed quomodo,& à quibus. 563.564.per totum.
Interpretari legem naturæ an poſſit Deus. 92.e
Interpretando legem vigenti ſex regulæ ſeruandæ. 551.vſque ad 553.per totum.
Interpretes iuris ciuilis imitantur Philoſophos, qui iuxta moralem Philoſophiam loquuntur. 2
Interpretatio quid,& quotuplex. 550.a,b
Interpretatio legis pertinet ad eius auctorem. 94.b
Interpretatio iuris doctoribus, & Magiſtris permiſſa,imò conceſſa eſt. 563.a
Interpretationes Doctorum quas tradunt de legibus,quam vim habeant. 563.b
Interpretationis legum tres conditiones. 567.e.& ſeq.
Interpretatio legis eſt anima legis. 49.b
Interpretatio legis eſt tacitus legis ſenſus. 429.e
Interpretatio, diſpenſatio, irritatio,& abrogatio legis in quibus differant,& vniuſcuiuſque munus. 505.d
Interpretatio diſtinguitur in declaratoriam,reſtrictiuam,extenſiuam,& correctiuam. 551.a
in Interpretatione extenſiua legis octo regulæ ſeruandæ. 555.e.vſque ad 557.e
Interpretationis limitatiuæ, ſeu reſtrictiuæ legis generalis,regulæ quindecim obſeruandæ. 554.d,e.vſque ad 555.d
Interpretando leges correctorias quatuor regulæ ſeruandæ. 557.vſque ad 558.b
Interpretatio legitima legis eiuſdem poteſtatis eſt atque ipſa legis conſtitutio. 49.a
Interpretatio legis habet vim legis, & debet promulgari. 252.d
Interpretatio legum vim legis non habet donec promulgetur. 274b
Interpretatio legis non habet vim legis, niſi promulgata ſit. 52.b
Interpretatio legis auctoritate legiſlatoris facta eſt ipſa vita legis. 49.e
Interpretatio legũ naturaliter neceſſaria eſt. 562.e
Interpretatio legum quomodo fiat. 563.e
Interpretatio non eſt neceſſaria in manifeſtis. 561.a,b
Interpretatio benignior facienda eſt in dubio. 363.b
Interpretatio ſeu definitio litis à Rege quomodo vim legis habeant. 50.b
ad Interpretationem legum quando princeps ſit adeundus. 563.c
Interpretatio legis quomodo facienda in dubiis. 561.a,b
Interpretatio legis in ambiguis, obſcuris & incertis ſolius principis eſt. 550.d
in Interpretatione legum,vel priuilegiorum, vbi res eſt dubia, maximè vtimur coniecturata mente principis. 453.d
Interpretatio legum quomodo fiat in Academiis. 563.d,e
Interpretatio legis à ſuperiore propriè diſpenſatio eſt. 505.c
Interpretatio poteſt cadere in legem naturalem. 94.a,b
Interpretatio tantùm cadit in legem naturæ.506.a
Interpretatio legis veteris ad quos pertinebat. 591.b
Interpretatio locum habuit in lege veteri. 591.b
Interpretatio actionũ erat pene collegium Pontificum. 46.e
Interpretatio Cardinalium ſuper Tridentino quãtam vim habeat. 566. b,c. & ad quid obliget. ibid.a,b.nec debet promulgari. ibid.c
Interpretatio legis dupliciter poteſt fieri à conſuetudine. 500.a,b
Interpretatio Doctorum circa leges qualis ſit. 550.c,d
Inteſtatus quinam dicatur decedere. 439.a
Inſanabiles debet legiſlator extremo ſupplicio afficere. 56.b
Inſidias ſtruere in bello licitum eſt. 613.c
Inſpiratio Spiritus ſancti quid. 443.e,&
Inſpiratio Spiritus ſancti priuata lex. 58.b,c
Inſtituta maiorum vel mos populi pro lege tenenda ſunt,vbi Eccleſia nihil ſtatuit. 323.c
Inſtitutio & deſtructio ad eumdem pertinent. 186.c
Inſtitutionis iuris ciuilis, quando,& à quo compoſita,& quo fine. 4,a
Inſtrumentum cenſetur reprobatum eo ipſo quod iudex contrarium iudicat.
Inuitus poteſt priuilegiari ſeu à communi lege eximi à Principis. 284.e
Inuitus poteſt abſolui ab excommunicatione. 417.c
Inuoluntarium quodnam diſpoſitionem vitiet. 448.e
Ioanna Siciliæ regina in tribunali ſedens, ſententiam dicebat. 319.c
Ioannes Baptiſta fuit qui primus annunciauit regnum cælorum. 580.a
Ioannes Baptiſta debuit circumcidi octaua die, etſi ſanctificatus fuerit in vtero. 598.d
Ioannes Baptiſta ſibi è cœlo collatum inſtituit baptiſma. 573.a
Ioannes XXIII. potuit deponi à Concilio Conſtantienſi,& cur. 175.c
Ioannem VIII.fœminam Pontificem fuiſſe, fabuloſum. 188.b
Ioannis de Ianduno, & Marſilij Patauini error de Chriſto ſoluente tributum condemnatus. 354
Ioannes Vvicleph,& Ioannes Hus condemnati in Concilio Conſtantienſi. 193.d
Ioannis Huſſi ſententia de eo qui eſt in peccato mortali. 136.d
Iob exercuit publica iudicia. 109.d
Iob rex Huſitarum,& ſanctus. 197.e
Ioiada Pontifex cur Athaliam occidi iuſſerit. 124.c
Ionatas fuit ſubiectus legibus patris Saulis. 304.a
Ioſeph contraxit matrimonium cum filia Putifaris.42.e.& qua ratione.43.a
Ioſeph terram omnem Ægypti tributariam fecit Pharaoni, præter terram ſacerdotum. 355.d. 356.c
Ioſeph vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, qui vocabatur Barſabas,& cognominatus eſt Iuſtus 155.a
Ioſue ius gladij publico iudicio exercuit in Achã, & liberos eius. 109.b
Ioſue parauit inſidias ciuitati Haim. 613.a,b
Irregularitas eſt grauiſſima pœna. 250.c
Irregularitas eſt grauior pœna quàm excommunicatio minor. 250.c.251.d
Irregularitas quædam non eſt pœna,ſed indecentia,& inhabilitas. 367.b
Irregu-

Irregularitas,& infamia incurruntur ab ipſo iure, dependenter à ſententia iudicis qua crimen declaretur. 396.a
Irregularitas,cùm ob peccatum conſtituitur, non contrahitur niſi ob lethale. 251.a
Irregularitas propter veniale, imò interdum ſine culpa incurritur. 250.d
Irregularitas & aliæ cenſuræ incurruntur ante omnem iudicis ſententiam. 370.d
Irregularitas ſemper incurritur ante ſententiam iudicis,quia non eſt iudicis,ſed iuris irregularitatem inducere. 379.b
Irregularitas aliquando eſt pœna,aliquando non. 417.b
Irregularitas quando incurritur ob peccatum, & eſt pœna verè, nunquam incurritur ſine graui culpa. 250.a
Irregularitatis diſpenſatio quatruplex. 507.c.508.a
Irregularitatis ignorantia non excuſat eiuſdem pœnæ reatum. 410.c
Irreuerentia eſt alloqui Deum ſine attentione. 202.d
Irrita quædam omnino ab Ecclleſia, & Reſp. 438.a
Irrita non ſunt multa quæ tamen non ſunt prohibita. 422.b.& ſeqq.
Irrita dicuntur prohibita,quæ habent perpetuam cauſam. 434.b
Irrita non ſunt omnia ſimpliciter lege humana prohibita.427.c.nec quando eadem lex,vel alia, aut conſuetudo declarant actum non eſſe irritum. ibid.a
Irritare quid. 416.a
Irritare & prohibere ſunt duo effectus valde diſtincti. 425.a
Irritare poteſt lex humana actus aliàs legitimos. 418.a,b
Irritatio quid. 318.b
Irritatio ſæpe non eſt pœna. 421.d
Irritatio interdum eſt pœna, interdum verò non. 417.a,b
Irritatio,diſpenſatio, interpretatio, & abrogatio legis in quibus differant, & vniuſcuiuſque munus. 505.d
Irritatio an ſit effectus legis. 62.a,b,c
Irritatio,obligatio,& punitio effectus legis.559.b c.560.b
Irritatio quomodo fiat. 416.a,b
Irritatio dupliciter fieri poteſt. 416.c
Irritationem poteſt remouere conſuetudo à prohibitione. 494.c
Irritatio ſolet per effectus declarari. 431.c
Irritatio eſt ſeparabilis à prohibitione, & quaſi pœna. 494.c
ad Irritationem ſufficit vna promulgatio facta in curia principis,vel in metropoli regni. 436.a
ad Irritationem ſufficit ſimplex prohibitio. 421.c
Irritatio quando per ignorantiam impediatur. 417.a,b,c
Irritatio fauorabilis non impeditur per ignorantiam. 417.c
in Irritatione voti quid requiratur. 207.a
Iſaac quomodo nocens. 85.b
Iſaac occidi quo iure Deus mandauerit. 85.e
pro Iſraëlitico populo ſolo lata eſt lex vetus ſolùmque illum obligauit. 576.d
Iſraëlitæ ante legem Chriſti fuerunt iuſti nomine tenus. 588.b,c,d
Iſraëlitico populo cur facta eſt Meſſiæ promiſſio. 577.c
Iubilæi priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda. 540.e
Iuda tribus quas prærogatiuas habuerit. 577.b
Iuda, & domus Dauid Deus habuit peculiarem curam. 577.b
Iudas Galilæus auctor ſectæ Galilæorum quis fuerit. 106.c
Iudæam per tyrannidem occuparunt Romani. 226.d
Iudæi ſecundùm ſtatum legis ſerui erant. 589.a
In Iudæis valde imperfecta fuit poteſtas legiſlatiua. 150.c
Iudæis modò non eſt neceſſaria lex vetus. 594.e
Iudæis quomodo dederit Deus præcepta non bona. 571.a,b
Iudæi exiſtimarunt legem veterem æternam eſſe. 591.b,c
Iudæi in quibus prohibiti fuerint communicare cum gentilibus. 606.d,e
Iudæi habuere cor lapideum, Chriſtiani cor carneum,& molle. 623.d
Iudæi faſciis veteris legis inuoluuntur,non Chriſtiani. 595.e
Iudęorum & Æthiopum erat magna conſenſio in rebus pertinentibus ad religionem. 607.e
Iudæi ſacerdotes nunc non ſunt legitimi. 150.d
Iudaicum populum tot præceptis onerare neceſſe fuit & cur. 102.a
Iudicandum eſt ſecundùm legem, etſi dura videatur. 297.c
Iudices à Deo poſiti vocantur Dij. 107.a
Iudex quid reſpicere debeat. 103.b
Iudices & magiſtratus voluntatem Dei legibus explicant. 107.b
Iudex debet inuigilare clementiæ. 103.b
Iudex tenetur ratione ſtipendij iuſtitiam facere. 406.c
Iudices ordinarij habent iuriſdictionem limitatam. 21.d,e
Iudex in ſeipſum nemo eſt. 376.d
Iudex in ſua cauſa nemo eſſe poteſt. 316.a
Iudices ſupremi poſſunt pœnam remittere.408.b. & quando ibid.d,e
Iudici non licet de lege iudicare, ſed ſecundùm ipſam. 408.a
Iudicis poteſtati quicquid permittitur, id iuris neceſſitati non ſubiicitur. 531.c
Iudicum officium in interpretandis legibus. 502.a
Iudex poteſt interpretari legem inter partes interpretatione obligante,& neceſſaria. 552.c
Iudex quando poſſit legem interpretari. 500.a,b
Iudices deficiente iure peculiari quomodo iudicare debeant. 132.e
Iudex ad quid recurrere debeat deficiente vtroque iure,& conſuetudine. 501.b
Iudices ſolo iudicio, & conſenſu non poſſunt inducere leges,niſi eorum decreta fuerint à Principe vel Rep.approbata. 502.a
Iudex cùm in aliqua cauſa ſententia manifeſta eſt, ad ſimilem procedere debet. 49.c
Iudices de particularibus & præſentibus determinant. 100.d
à Iudice non ſuo nemo poteſt ligari, aut abſolui. 313.e.331.e
Iudicis non legitimi ſententia nulla eſt. 226.c
Iudex non poteſt damnare reum antequam audiatur,quod lex poteſt. 376.e



Digitized by Google

Iudex, ſi non poſſit vni ſubueniri, niſi alter lædatur, commodius eſt ſi neutrum iuuet, quàm ſi grauaret alterum. 409.a
Iudex obligatur ad imponendum pœnam lege præſcriptam. 407.e,& ſeq.
Iudex debet interpretari pœnas de minori. 369. e, niſi ſit de culpa. ibid.a
Iudex quomodo debeat pœnam iudicare. 408.b
Iudex non condemnatus ad pœnam lege præſcriptam tenetur ad reſtitutionem. 404.d
Iudex quoties poteſt obligare ad pœnam per ſententiam, non poteſt lex obligare ante ſententiam. 376.a
Iudices non taxantes pœnam lege præſcriptam & alij miniſtri iuſtitiæ quando teneantur ad reſtitutionem. 405.c,d,& ſeq,& a,b,406. e, & a, b, 407.b
Iudex quomodo debeat procedere ad pœnam augendam vel minuendam. 408.c,d,e,& ſeq.
Iudici cuicunque delegato prohibitum eſt iure communi accipere aliquid præter eſculenta, & poculenta. 540.c
Iudices accipientes munera contra leges, an acquirant dominium. 383.e,384.a
Iudices inferiores conſtituti à Tyranno, non peccant ius dicendo. 227.e
Iudices deſignati à tyranno non peccant exercendo ſuum officium. 141.c
Iudex poteſt in ſuo territorio punire delictum commiſſum extra illud. 331.a
Iudex domicilij quatenus poſſit punire delinquentem extra illud. 335.c
Iudici, aut carcerum cuſtodi non licet dare conſilium reo vt effugiat. 402.a
Iudex Eccleſiaſticus ratione naturali poteſt pœnis legibus ciuilibus taxatis clericos punire. 353.b
Iudex Eccleſiaſticus poteſt clericis violantibus leges ciuiles eandem pœnam infligere, quę laicis ſtatuta eſt. 345.a
Iudex ſæcularis non poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis, nec Eccleſiaſticus ſub mortali. 221.c
Iudices ſæculares in quibus poſſint Eccleſiaſticis præcipere,& ſententia cogere. 349.a,b,c,d
Iudices appellantur gubernatores in libro Iudicum. 619.b
Iudicare neminem licet quin ante audiatur, & ſe defendat. 377.e,& ſeq.
Iudicium eſt Dei. 107.c
Iudicium Dei quomodo nos obligat. 12.e
Iudicium practicum Dei de agendis eſt exemplar noſtri. 92.e
Iudicium de internis eſt proprium Dei. 196.d
Iudicia recta ſemper ſunt in lege diuina. 15.d
Iudicia olim exercebantur in foribus ciuitatis. 219.b
Iudicium temerarium nulla ratione honeſtari poteſt. 89.b
Iudicia ſunt agenda iuxta formam præſcriptam per leges loci, ad quas peregrinus debet ſe accommodare. 129.c
Iudicium redditur in inuitum. 230.d
Iudicium eſt nullum quando eſt à iudice poteſtatem non habente. 226.b
Iudicium temerarium contra iuſtitiam. 239.a
Iudicia forenſia cur delictum appellentur. 109.d,e
Iudicia publica exercere licet Chriſtianis. 109.c
Iudicia ſanguinis interdicuntur clericis. 125.d
Iudicium vſurpatum eſt peccatum. 227.c
in iudicijs fauendum eſt reo, ac poſſeſſori. 552.a
Iudicium noſtrum eſt quaſi notificatio, & promulgatio iudicij,& voluntatis diuinæ. 12.b
Iudicium de honeſtate, vel turpitudine actus, non eſt omnino neceſſarium ad rationem legis. 15.c
Iudex proprius ſi pars apud eum petat ſatisfactionem, poterit aduerſariũ cenſuris cogere, etiamſi delictum commiſſum ſit extra territorium. 341.e
Iudicialia præcepta quæ in lege veteri. 587.a
Iudicialia ad quatuor capita reuocantur. 587.b
Iudicialia non erant principaliter propter ſignificationem. 609.a
Iudicialia primariò fuerunt inſtituta ad regimen populi, ſecundariò ad ſignificandum. 587.c
Iudicialia fuerunt determinatiua moralium pertinentium ad proximum. 586.e
Iudicialia non ſunt lethalia. 607.d
ad Iudicialia ſpectabant leges de irritatione votorum, de permiſſione repudij,&c. 587.d
Iudicialia præcepta nulla tradidit Chriſtus. 622.e
Iudicialia legis veteris ſunt omnino abrogata. 595.e
Iuliæ nouercæ Antonini Caracallæ impia vox. 314.b
Iuliani Apoſtatæ impietas erga Chriſtianos. 260.a
Iulianus apoſtata Petrum varietatis inſimulat. 613.d
Iulius Cæſar ſcripſit geſta propria. 623.e
Iulius Cæſar tyrannicè ſummam poteſtatem politicam Dictatoris & Imperatoris perpetui occupauit. 127.d
Iulius Cæſar leges ſanxit, quibus etiam reges obtemperarent. 312.a
Iulius Cæſar rogauit à Senatu, ſe ſolui à lege, qua interdictum erat, ne conſules abſentes crearentur. 312.e
Iulius Cæſar cùm rogauit ſe ſolui lege nondum rem Romanam adeptus erat. 313.a
Iunioris Imperatoris leges præualent. 47.e
Iuramenti obligatio minor eſt quàm voti. 368.b
ex Iuramento & pacto naturalis obligatio oritur. 314.b
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. 263.e
Iuramentum nemo tenetur ſeruare cum probabili vitæ periculo. 398.e
Iuramentum de re licita obligat etiam cum periculo vitæ. 403.c
Iuramentum iniuſtè extortum poteſt inducere obligationem religionis. 404.d
Iuramẽto potuit quis obligari ad dandas pecunias latroni inuadenti,& vſuras vſurario. 404.b
Iuramentum non capit vim obligandi ex animo ſe obligandi, ſed ex animo iurandi. 15.b
Iuramentum promiſſorium in materia leui tantùm obligat ſub veniali. 368.d
Iuramentum ſibi præſtant Rex & regnum. 314.a
Iuramenta non poteſt relaxare Pontifex in præiudicium tertij. 533.d
Iuramenta quomodo relaxet Pontifex. 628.e
in Iuramento quomodo diſpenſet Pontifex. 506.e
Iuramenti diſpenſatio quomodo fiat. 94.d
Iuramentum inferioris non poteſt obligare contra voluntatem ſuperioris. 422.a

ob Iura

Digitized by Google

ob Iuramentum præſtitum quando quis teneatur redire ad carcerem. 403.b
Iuramenti promiſſorij obligatio quæ. 236.b
Iuramenti promiſſorij violator eſt infamis ipſo iure. 371.d,e
Iuramenti præſtiti qualis pœna. 251.e
Iuſſa Principum ſunt conſtitutiones & leges. 47.e
Iuſtificantur homines iuſtitia inhærente. 588.d
Iuſtificatio nulli vnquam contingit ſine fide. 590.a
Iuſtificatio ipſa eſt adoptio. 589.c
Iuſtificationes in lege veteri quæ. 583.c,584.b
Iuſtinianus auctor Authenticorum omnium. 48.a
Iuſtinianus omnium Imperatorum leges in Codicem redigi mandauit. 48.a
Iuſtus eſt qui legitimè facit. 4.c
Iuſti primi paſtores pecudum, non Reges fuerunt. 106.b
Iuſto non eſt lex poſita. 58.c
Iuſto non eſt lex poſita, quomodo intelligendum. 621.a,b,c
Iuſti potiùs amore ducuntur, quàm timore pœnæ. 303.a
Iuſti quo ductu legem ſeruent. 303.e
Iuſti quomodo ſunt ſub lege. 303. per totum.
Iuſti rarò vel nunquam peccant mortaliter, vel ſtatim à peccato reſurgunt. 303.b
Iuſti ante legem Chriſti iuſtificati fuerunt per gratiam habitualem. 589.c
Iuſti non verè erant in lege veteri, ſed tantùm nomine tenus. 588.b,c,d
Iuſti antiqui verè fuerunt filij Dei adoptiui. 589.b,c
Iuſtos non obligari legibus hominum eſt error Caluini & Lutheri. 301.b
Iuſtos contra nullam legem peccare poſſe, error Begnardorum & Begninarum. 301.a
Iuſtum dicitur, quia ſecundum ius. 4.c
Iuſtum id eſt quod legitimum, & æquum. 4.c
Iuſti & iniuſti eadem ſemper regula, licet circunſtantiæ varientur. 38.d
Iuſta dicimus quæ fœlicitatem, eiuſque partes ſocietatis ciuilis efficiunt, & conſeruant. 18.a
Iuſtum naturale eſt quod habet vim vbique. 77.a
Iuſtitia vera quænam. 140.d,e
Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens. 4.b
Iuſtititia & iuſtum æquiuocè dicuntur. 4.b
Iuſtitia & iuſtum à iure dicuntur. 4.c
Iuſtitia in ſpecie ſumitur pro virtute ad alterum, quæ vnicuique aliorum tribuit quod ſuum eſt. 4.a
Iuſtitia generaliter ſumitur pro omni virtute. 4.a
Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes. 30.a
Iuſtitia requiritur in legiſlatore, vt æqualitas ſuum cuique tribuens. 55.a
ex Iuſtitiæ ſolius obſeruatione pendet pax, & conſeruatio ciuitatis. 211.b
Iuſtitia, nec iura poſſunt eſſe apud infideles. 140.d
Iuſtitia quæ in voluntate exiſtit, ordinat vnum hominem ad alium. 7.d
Iuſtitia per ſapientiam dicitur ſeruari. 8.e
Iuſtitia diſtinguitur in generalem, peculiarem, & legalem. 405.d,e
Iuſtitiæ originalis dono concupiſcentia ſubijcebatur rationi. 53.a
Iuſtitia legalis præclariſſima perſæpe virtutum, & Heſpero, atque Lucifero admirabilior. 30.a
Iuſtitia legalis ſpectat bonum commune. 29.e
Iuſtitia legalis virtus non abſolutè, ſed ad alium. 30.a
Iuſtitia legalis non eſt ſpecialis virtus, ſed ratio generica reperta in omni virtute. 405.d
Iuſtitiæ legalis finis eſt, monere per imperium omnes alias virtutes. 30.a
Iuſtitiæ diſtributiuæ eſt æqualitatem iuxta proportionem geometricam conſtituere. 29.d
Iuſtitia fugata à tempore, quo plures Dij coli cœperunt. 99.c
Iuſtitiæ, ac miſericordiæ præcepto & ſimilibus ſatisfit per actum qui aliàs eſſet peccatum. 210.b
Iuſtitiam veram vnde habuerint patres teſtamenti veteris. 590.a
Iuriſconſulti celeberrimi, & quorum ſcripta ſunt firmata ab Imperatore, vt vim legis habeant. 47.c,d
Iureconſulti quinam, quando creati, & à quo, eorumque auctoritas. 47.e
Iuriſperiti ſolas leges humanas conſiderant, Theologi præcipuè diuinas. 2
Iuriſperiti & Theologi poſſunt doctrinaliter diſſoluere dubia omnia. 51.c
Iuriſperiti leges conſiderant, quatenus ad quietem, & pacem Reip. neceſſariæ ſunt. 2
Iuriſdictio quid. 110.d
Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. 21.d
Iuriſdictionis tres ſpecies. 110.d
Iuriſdictio diſtinguitur in contentioſam & voluntariam. 338.e, & quæ ſit vtraque. ibid.
ad Iuriſdictionem contentioſam, & voluntariam quæ pertineant. 338.a
Iuriſdictionis poteſtas ſubditos in bonum eorum, non in proprium inducit. 21.d
Iuriſdictio requiritur ad ferendas leges. 110.d, 161.a
Iuriſdictio nō requiritur ad meram permiſſionem & conceſſionem, quæ ad nihil obliget. 39.d
Iuriſdictio quomodo tradatur ſuperioribus in Religioſos. 181.e, & ſeq.
Iuriſdictio ab imperio diſtincta. 110.c
Iuriſdictio ſine coactione inutilis eſſet. 347.c
Iuriſdictionis dominium valde diuerſum à dominio proprietatis. 21.c
Iuriſdictio inuoluntaria cum ſtrepitu iudicij non poteſt exerceri in alieno territorio, poteſt tamē voluntaria. 456.a
Iuriſdictio delegata permanet morte delegantis, quando ſub nomine dignitatis delegantis committitur. 548.b
Iuriſdictionis delegatio finitur morte delegantis, vel amiſſione officij, ſi negotium ſit integrum. 548.b
Iuriſdictionem aliquando dare poteſt conſuetudo. 446.d
Iuriſdictionis ius non eſt in domo ſine familia. 17.d
extra Iuriſdictionem ſuam ius non dicit, qui præcipit ſubdito. 337.e
Iuriſdictio cui competit in alterum poteſt eum punire. 347.c
Iuriſdictionem in ſeipſum nemo habere poteſt. 306.e
Iuriſdictioni alicuius ſubijcitur quis ratione rei ſitæ in aliquo loco. 336.c

Iuriſdi

Digitized by Google

Iuriſdictionem in alieno territorio nemo poteſt exercere. 331.a
Iuriſdictionis poteſtas perſeuerat in infideli,etiam reſpectu fidelium,qui ei ſubditi ſunt. 138.b
Ius quàm multa ſignificet. 34.c
Ius eſt iuſti iudicium & ordinatio ciuilis ſocietatis. 4.d
Ius quaſi iuſſus,vel iuſſum,à Iubendo dicitur. 4.d
Ius à iuxta,quia iuxta legem ſit. 4.e
Ius à iuſto,vel iuſtitia. 4.a,c
Ius ars boni,& æqui. 9.a,37.b
Iuris definitio à Cicerone.35.b,& ab alijs. ibid.
Ius varias habet ſignificationes. 3.d
Ius eſt ciuilis æquitas, vel ſcriptis, & legibus ſancita,&c. 4.d
Iuris variæ diuiſiones. 104.d,105.e
Iuris diuiſio ab Ariſtotele. 36.c
Ius in quot diuidatur. 39.b
Ius ab æquo diſtinguitur. 4.a,b
Iura ab antiquis dicta ſunt iuſſa. 4.d
Ius vt dicatur conſuetudo. 4.a
Ius diuiditur in naturale & poſitiuum. 35.e
Ius diuiditur in naturale,gentium & ciuile. 104.b
Ius quod diuiditur in ius naturale, gentium & ciuile,eſt ius ſumptum pro lege. 39.b
Ius & ratio propria hominum. 34.d
Ius non eſt in brutis,nec lex,quia nec ratio. 34.d
Ius quale in brutis reperiatur. 35.a,b
Ius vocatur facultas quàm lex concedit. 4.e
Ius ſemper quæſitum eſt æquale. 99.b
Ius iniuſtum eſſe non poteſt. 22.b
Ius eſt genus,lex autem iuris ſpecies. 4.d
Ius ſuperius lege ſcripta. 4.d
Ius diuinum dupliciter ſumitur apud Patres.573.b
Ius poſitiuum quid ſit. 35.b,c
Ius poſitiuum diuinum eſt,& quid ſit. 511.b,c
Ius poſitiuum poteſt eſſe quodammodo naturale, & ſecundùm quid. 41.e
Ius poſitiuum poteſt eſſe commune omnibus hominibus. 35.b
Iuris poſitiui ſunt omnia quorum obligatio fundatur in voluntate obligandi ſubditum. 36.c
Ius poſitiuum ſolùm voluntarium, & variabile eſt. 41.d
Ius humanum quod. 511.c
Iuris humani ſpecies. 104.b,c
Iura humana data generi humano à Deo per Imperatores,& Reges ſæculi. 99.d
Ius humanum naturali derogat. 81.a,b
Iuris naturalis definitio. 34.a,b,308.d
Ius naturæ quid. 77.a
Ius naturale quid.35.e,poſitiuum quid. ibid.
Ius naturæ & gentium quid. 105.a
Iuris naturalis deſcriptio ab Azor. 35.d
Iura naturalia duo. 41.d
Ius naturæ inter omnia primatum obtinet tempore,& dignitate. 82.b
Ius naturale in quo contineatur. 72.e
Ius naturale duplex. 36.a
Ius naturæ immutabile. 81.c,d
Ius naturale in ſemper iuſtum, & in immutabile. 37.c
Ius naturæ eſt primarium ius gentium, quia ita gentes ligat, vt liberari ab eo non poſſint. 41.a
Ius naturæ idem cum iure gentium ſecundùm Azor. 35.e
Ius naturæ eſt quod natura ipſa ſine humana voluntate conſtituit. 39.e
Ius naturale Deum ſolum auctorem cognoſcit. 117.e
Ius naturæ variari poteſt & quomodo. 81. d, non autem quoad vim obligandi. ibid.e
Ius naturale in homine triplex. 35.c
de Iure naturali aliquid dupliciter dicitur. 43.d
Ius naturæ & ciuile ita denominata ab auctoribus. 39.e
Iura naturæ omnia euidentia. 77.a
Iuris naturæ violatio ſemper periculum animæ inducit. 82.d
Iure naturæ prohibitum, & præceptum eſt quicquid expedit eſſe prohibitum & præceptum. 195.e
Iure naturæ omnia ſunt communia. 37.c,81.c
Ius naturæ præcipit & prohibet. 38.e
Iuris naturæ declaratio facta à Principe non habet infallibilem auctoritatem. 51.c
in Ius naturale non cadit diſpenſatio. 40.b
Iuri naturali nulla conſuetudo derogare poteſt. 82.c
Ius naturæ ſecundarium eſt ius gentium primarium. 43.a
Ius gentium vnde dictum. 39.e
Ius gentium eſt quod omnes gentes natura duce ſtatuerunt. 37.b
Ius gentium eſt quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit. 36.b
Ius gentium quid ſit ex Cicerone.36. d,e, item ius naturæ. ibid.
Ius gentium quid ſit. 38.e
Ius gentium quid ſecundùm Connanum. 37.c,d
Ius gentium duplex. 37.e
Ius gentium alterum primarium, alterum ſecundarium. 36.d,41.a
Ius gentium ad quodnam ius ſit reuocandum. 35.c,d,& ſeqq.
Ius gentium partim ſub iure naturali generatim ſumpto, partim ſub poſitiuo comprehenditur. 36.d,e,& ſeqq.
Ius gentium ſub iure naturali generatim, & latè dicto comprehenditur. 35.d
Ius gentium eſt aliud à naturali. 76.d
Ius gentium quomodo diſtinguatur à iure naturali & ciuili. 40.a
Ius gentium ad naturale & ciuile reduci poteſt. 41.a
Ius gentium humanum eſt. 105.a
Ius gentium eſt poſitiuum. 40.a,316.a,489.c
Ius omne gentium propriè ſumptum eſt poſitiuum. 38.d,39.a
Ius gentium conſtituunt Religio erga Deum, obedientia erga patriam,& parentes. 37.e,38.a
Ius gentium quomodo eſt inſtitutum,& à quibus. 39.d,e
Ius gentium eſt humana conſtitutione factum. 37.a
Ius gentium non eſt inſertum à natura ſola, ſed ab opinione,& conſenſu hominum. 41.e
Ius gentium primi generis ſine vlla hominum conſtitutione extitit. 38.a
Iure gentium ſoli,& omnes homines vtuntur.39.e
Ius gentium ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruatur. 41.c
Iuris gentium variæ partes. 35.e
Iuri gentium ſubiecta. 38.a
Ius gentiū nemo poteſt mutare,nec naturale.447.e



Digitized by Google

# Index rerum & materiarum.


Ius gentium non poteſt abrogari, nec diſpenſari, niſi à toto genere humano. 40.e
Ius gentium vix poteſt in totum abrogari. 41.a
in Iure gentium non poſſunt reges diſpenſare. 40.e
Iuri gentium derogari poteſt per ius ciuile. 41.a
Ius gentium & ciuile qua ratione obligent, & quomodo conſtituta ſint. 39.c,& ſeq.
Ius gentium nihil præcipit, aut prohibet. 38.e
Ius gentium eſt lex, ac proinde ad aliquid obligat, præcipit, &c. 39.c
Ius gentium tantùm permittit, & concedit. 38.e
Ius gentium non ſolùm permittit, & concedit: ſed etiam præcipit, aut prohibet. 39.a
Iuri gentium & naturali quomodo poſſit quis renunciare. 447.a
Ius gentium nunquam poteſt reddere contractus validos iure naturæ nullos. 45.d
in Ius gentium poteſt cadere diſpenſatio. 510.a,b
in Ius gentium diſpenſare poteſt poteſtas humana. 40.b
in Iure gentium vtrùm poſſit Deus diſpenſare, an non. 92.e
in Iure gētium quomodo diſpenſare tota Reſpub. humana poſſit. 92.e
contra Ius gentium præſcribi non poteſt. 489.b,c
Iura publica certiſſima ſunt humanæ vitæ ſolatia. 99.a
Iuri publico non poſſunt priuati derogare. 469.a
Ius canonicum eſt diuinū, ciuile humanum. 573.e
Ius canonicum comparatione iuris Imperialis firmius, & illuſtrius eſt. 132.c
Iure canonico derogatum eſt iuri gentium, quo capti in bello ſerui fiebant. 41.b
Ius canonicum in temporalibus quomodo diſponat. 132.c
Ius canonicum vbi non eſt, & non contradicit ciuili, vtimur ciuili in omni ſimili materia. 459.d
Ius ciuile prius fuit quàm ius gentium. 105.c
Ius ciuile dicitur quod eſt proprium ciuitatis, vel regni. 42.a
Iuris ciuilis & naturalis deſcriptio. 37.a
Ius ciuile quomodo mutet ius naturale. 84.c
Ius ciuile quomodo fiat. 81.c
Iuris ciuilis prudentia ſubordinatur morali philoſophiæ. 2
Iuri ciuili ſtandum eſt, quando iure canonico contrarium ſtatutum non eſt. 274.a
Ius ciuile deficiente iure canonico non eſt ſeruandum in merè ſpiritualibus, ſed in temporalibus. 276.b
Ius Imperiale paucis exceptis legibus magis conducere videtur ad Reip. politicæ gubernationem, quàm canonicum. 132.d
Ius imperiale non habet vim Romæ in temporalibus, niſi Pontifex id velit. 279.b
Iuribus imperatorum ſublatis nullus eſt qui quicquam ſuum audeat dicere. 99.d
Ius honorarium quid. 48.d
Ius Papyrianum quandò, & à quo compoſitum. 46.b
Iura familiæ, ſiue domus quæ. 17.d
Iurium correctio vitanda eſt. 451.c
Ius correctorium reſtringendum eſt. 451.c
Ius tertij ita fauorabile eſt, vt quoad fieri poſſit, illæſum ſeruandum ſit. 451.d
Iuris derogatio vitāda eſt quoad fieri poſſit. 437.a
Iurium correctio eſt vitanda. 470.a
Iuris interpretatio conceſſa eſt Doctoribus, & magiſtris. 563.a
Ius vltra legem ſcriptam, ſuo ambitu complectitur morem ſeu conſuetudinem. 4.d
Iuris diſciplina ex intimis Philoſophię hauriēda. 2
Ius tripliciter conſtituitur à Principe. 51.a
Iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur. 16.c
in Iure non tam deſideratur iuſtitia, quàm honeſtas. 22.b
Iura iurium debent concordare. 470.a
contra Ius aliquid fit dupliciter. 428.b
contra Ius quæ fiunt, debent pro infectis haberi. 428.a,b,c,d,e
cōtra Ius acta in quatuor caſib⁹ valēt. 428.e,& ſeq.
Ius aliquando aſſiſtit actui, quem prohibet. 431.b
à Iure communi quæ exorbitant, non ſunt ad conſequentiam trahenda. 442.b
Ius idem vbi eſt eadem ratio. 555.d
Iuris beneficium non eſt auferendum. 280.b
Iura & leges ſolus princeps relaxat. 447.c
Ius dicere non eſt actus ſanctitatis, ſed iuriſdictionis. 170.c
Iuri ſibi à lege conceſſo quando partes poſſint cedere. 217.b
Iuri ſuo cedere quis poteſt. 460.c
Iuri ſuo quilibet cedere, & renunciare, ſi renunciatio nō redundet in cōmune detrimentum. 447.b
Ius iuriſdictionis non eſt in domo. 17.d
Ius dicenti extra territorium impunè non paretur. 221.c,304.e,339.d
Iuuenes duo exemplum edunt mirabile ſuæ abſtinentiæ. 266.e
Iuuentij & Maximiani martyrum magnanimitas. 260.b

K

Kalendarij mutatio non eſt vbique recepta. 333.d
Κατὰ πρόσωπον quid ſignificet. 613.e,616.e

L

Lacedæmonum legiſlator celeberrimus Lycurgus. 46.d
Lacedæmonij credebant, quòd Lycurgus leges, quas illis dederat, à Ioue patre acceperat. 568.a
Lacedæmonum Reges non poterant ſine conſenſū populi leges condere. 133.c
Lacedæmonum Reges iurabant regno. 314.a
Lacedæmonum rex non erat rex abſolutus. 307.d
Lacedæmones regem ſuum Archidamum pecunijs multarunt, quòd mulierem puſilli corporis ſibi coniunxiſſet contra legem. 307.d
Lacedæmones quo iure vſi ſint in Archidamum. 314.c
Lacedæmonijs eduliorū furta permiſſa fuere. 79.a
Lacticinia cur prohibita. 539.b
Laicum fuiſſe Pontificem inauditum. 188.c
Laicus ſi Pontifex eligeretur, quomodo & quando deberet vti iuriſdictione Pontificia. 188.c
Laicus non poteſt fieri Epiſcopus. 188.c
Laicus poteſt habere iuriſdictionem Eccleſiaſticam. 188.b
Laici non habent poteſtatem coërcitiuam, & punitiuam comparatione clericorum. 353.a
Laicis nullo iure in perſonas Eccleſiaſticas poteſtas data eſt. 347.a
Laicis Eccleſiaſtica negotia tractare, maximè quæ ſpiritualia ſunt, interdicitur. 347.e
Laici cur in tēporalibus iudices eſſe debeāt. 109.c


Laico

Digitized by Google

Laicorum conſuetudo quomodo,& quando liget clericos. 501.a,b
Laicus non poteſt ex præſcriptione acquirere ſpiritualia. 489.b
Lainus ſecundus generalis Charitatis, magno rationum pondere propugnauit pro abſtinentia Carthuſianorum in Concilio Tridẽtino. 264.b
Latrones publicos, vel occultos maleficos licet priuata auctoritate occidere. 83.d
Latro fuit martyr, & in ſanguine ſuo baptizatus. 625.c
Laudes legis ex Iſocrate. 18.d
Leander Epiſcopus Hiſpalenſis, & Gregorius I. Pontifex valde familiares. 351.d
Leander quanta gratia valuerit apud Recaredum. 351.e
Leander Epiſcopus Hiſpalenſis Recaredum regem ſibi à patre Leouilgido traditum in fide orthodoxa inſtituit. 351.d
Leſbia regula quid. 49.b
Leſæ maieſtatis criminis punitio. 213.a
Læſæ Maieſtatis rei nullus valet. 388.c
Legato non nocere ius naturale primarium eſt. 38.c
Legatum lædere non licet ex iure gentium. 38.b
Legatorum immunitas eſt,& iure gentium. 115.e
Legatis aduerſarij nocere non licet. 42.b
Legati,contractus,&c.de iure gentium. 39.e
Legatus Papæ triplex. 165.d
Legatus natus quis. 165.e
Legatus natus quis ſit. 166.d,e
Legatus à latere quis. 165.d. poteſt non eſſe Cardinalis. ibid.
Legatus conſtitutus ibid.e. dicitur temporarius. ibid. eſt minoris auctoritatis, quàm primus. ibid.
Legatorum ordinatio. 166.e
Legati poteſtas eſt ordinaria. 166.b
Legati habent omnem iuriſdictionem ordinariam Epiſcoporum. 166.b.imò plura poſſunt efficere quàm Epiſcopi. ibid.c
Legati poſſunt leges condere in ſua prouincia, earum vis,& quomodo. 166.a
Legatorum leges quis poſſit interpretari. 167.d
Legatus poteſt delegare alium. 166.c,d
Legatus Papæ dum eſt in aliquo Epiſcopatu non tenetur legibus peculiaribus illius. 312.e
Legati officium conſtituit Pontifex propria auctoritate. 182.c
Legatus inſtar Principis habet regiam facultatem, & dignitatem. 166.e
Legatus vbi eſt, ceſſat in multis iuriſdictio ordinarij. 166.d
Legati dignitas tota à Pontifice. 166.b
Legatus poteſt in iure canonico diſpenſare, non contra illud ſtatuere. 166.e
Legati Apoſtolici acta firma ſunt, donec ſciat ſe eſſe reuocatum. 282.c
per Legatum geſta valent,donec ſciat reuocationem. 464.a
Legatorum ſtatutis non tenetur ſubditi qui extra prouinciam deliquerunt. 167.c
Legatorum auctoritas excellens. 166.a,b
Legatum acquiritur abſenti. 449.a
Legatum acquiritur abſenti,& ignoranti. 284.a. 285.d
Legata acquiruntur à morte teſtatoris, & poſſunt confiſcari. 395.a
Legata in ſolo teſtamento relinqui poſſunt. 440.a
Legatis accedunt ea quæ tunc non ſunt, ſi eſſe ſolent. 338.e.339.a,b
Legata mortuo teſtatore pendente quacumque conditione non tranſmittuntur ad hæredes legatarij. 385.a
Legata & fidei commiſſa differunt. 440.a
Legati venditio facta ab hærede quando ſit valida. 383.c
Legatum poteſt hæres præſcribere triginta annis. 390.e
Legatum non tranſit in dominium legatarij à die obitus teſtatoris, ſed à die acceptationis, licet fructus fiant illius ſi acceptet legatum. 395.b
Legatum vitiatur ex defectu cauſæ,ſi probetur fore,vt cognita veritate teſtator non legaret. 544.e.explicatur. 546.a
Legatario qui in poſſeſſione eſt legati ſibi à teſtatore ſibi in minus ſolenni teſtamento relicti, ius competit retinendi legatum. 438.a
Legalia veteris legis iam ſunt interdicta. 608.e,& mortifera. 614,e
Legalia expirarunt in ipſo inſtanti mortis Chriſti. 602.c
Legalia fuerunt mortifera à morte Chriſti. 612.c. & quomodo. 614.e,& a,b
Legalia ceſſarunt à puncto paſſionis,licèt Apoſtoli ignorauerint. 604.b.614.d,e
Legalibus quomodo ſint vſi Apoſtoli poſt mortem Chriſti. 612.d,e.615.a
Legalia quando cœperint eſſe mortifera non poteſt tempus aſſignari. 618.c
Legalia non cœperunt eſſe mortifera ex determinatione Apoſtolorum,nec Eccleſiæ. 618.e
Legalia fuère mortifera à tempore Euangelij ſufficienter promulgati. 618.b
Legalia quibus modis poſſint accipi. 608.e,& ſeq.
Legalia quomodo licuit exercere poſt paſſionem. 614.d
Legalia licuit exercere ante ſufficientem Euangelij promulgationem. 614.c,& b
Legalium vſus quomodo non ſit mortiferus. 608.c,d
Legionis & Caſtellæ regibus Indiarum occidentalium dominium tranſtulit Alexander. VI. 120.a
Legitimatus in ſpiritualibus à ſummo Pontifice, non cenſetur legitimatus in ſpiritualibus in terris Imperij. 123.c
Legum latio ad dignitatem regiam pertinet. 132.e
Legiſlatio eſt quædam iuriſdictio. 110.c
Legiſlatores celeberrimi. 46.d
Legiſlatorum antiquiſſimus Moſes. 46.c
Legiſlator dicitur lex viua. 72.a
Legumlatores boni qui. 102.a
Legiſlatores quinam poſſint eſſe. 304.d
Legiſlator quis eſſe debeat. 102.c
Legiſlatores officium. 363.b
Legiſlatorum & Iuriſperitorum munus. 54.b
in Legiſlatores quatuor virtutes debent lucere. 55.a
in Legiſlatore optimo quæ requirantur. 55,a
in Legiſlatore eſt duplex poteſtas,& quæ. 61.d
Legiſlator quæ debeat attẽdere in ferẽda lege. 17.e
Legiſlatoris æqui non eſt iubere quæ natura non capit,nec admittit. 22.a
Legiſlator quid debeat conſiderare. 56.c

Legiſlator ferendo legem quidnam ſpectare debeat. 54.b,c,& ſeqq.
Legiſlator in materia graui non poteſt non ponere grauem obligationem. 235.e
Legiſlator nō poteſt etiamſi velit, in materia omninò leui imponere graue obligationem. 242.d
legiſlator humanus ſemper poteſt obligare cum periculo vitæ. 255.e
legiſlator quando poſſit obligare cum vitæ periculo. 257.d
legiſlator non poteſt obligare vnam partem, dum alia non acceptat. 292.d
legiſlator non poteſt licitè ſine conuenienti cauſa legem condere. 523.a
legiſlator quomodo obliget ad pœnam æternam. 224.d
legiſlator poteſt in conſcientia obligari. 363.d
legiſlatoris intentio ſine expreſſione non operatur. 425.a
legiſlatores aſſuefaciendo faciunt homines bonos. 54.b,c
legiſlator fert leges, vt miniſter Dei. 223.c
legiſlator ciuilis poteſt condere leges obligantes in conſcientia ſub mortali. 237.e
legiſlator humanus non poteſt de internis ſententiam ferre. 195.c
legiſlatores quomodo debeant cōdere leges. 67.e
legiſlator præſumitur nolle obligare, ſi lex non ſit conueniens bono communi. 289.e
legiſlator non vult, nec poteſt obligare ante promulgationem. 27.c
legiſlator non poteſt obligare populo contradicente, aut non acceptante. 290.a
legiſlator debet ferre leges accommodatas ingeniis ſubditorum. 212.e
legumlatores à Deo licentiam acceperunt. 346.e
legiſlator apud Deum tantùm poteſt timere pœnam. 316.d
legiſlator aliqua ratione tenetur ad ſeruandas proprias leges. 304.b
legiſlator violans legem non redditur obnoxius pœnæ apud homines, ſed apud Deum. 316.d
legiſlator non obligatur ad pœnam ſubeundam, donec princeps eſt. 316.e
legiſlator quomodo puniri poſſit depoſito officio. 316.d
legiſlator humanus omni ſtudio proſpicit, ne ſubditorum animæ illaqueentur. 364.d
legiſlator dupliciter fundari poteſt in præſumptione in lege irritante. 421.c
ad legiſlatorem pertinet legitima ſuarum legum declaratio. 52.a
ad legiſlatorem pertinet, ſuam legem authenticè declarare. 252.c
legiſlator poteſt in lege ſua, æqualium, & inferiorum diſpenſare. 510.d
legiſlator non debet in ſe punire alienas tranſgreſſiones. 317.d
legiſlatores & leges ſolent vileſcere frequenti mutatione. 467.b,c
lex Græcè νόμος, à νέμω, quod ſignificat paſcere, regere, &c. 4.e
lex dicitur à ligando, de cuius ratione eſt, eſſe præceptum. 232.e
lex à ligando dici ſolet. 3.a.& 27.b
lex ab electione dicta. 3.b,c
lex à legendo dicta, quia ſcripta, ac proinde legibilis eſſe debet. 3.b & 27.a
Lex velut manu-ductio, viam præmuniens. 8.d
lex cōſiſtit præciſè in actu intellectus, *fac hoc.* 15.e
lex coaleſcit ex actu Intellectus, & Voluntatis. 9.b,c,d
lex omnis à Deo proficiſcitur. 74.c
lex quid ſit. 195.b
lex eſt lumen vitæ, Rex mortalium, & immortalium omnium. 8.c
lex æternus Dei conceptus. 31.c
lex eſt actus elicitus à voluntate ſuperioris non ab intellectu. 7.c,e
lex eſt regula iuſtorum, & iniuſtorum. 6.e
lex eſt inuentum & donum Dei. 99.d
lex eſt communis Reip. ſponſio. 16.b
lex decretum, ſeu ſcitum ciuitatis. Græcè. δόγμα 9.a
lex præceptum ſuperioris, etiam iniquum, & inutile. 6.b
lex Rex iuſtiſſimus. 533.a
lex propriè dicta præceptum quoddam eſt. 10.e
lex opinio multitudinis. 9.b
lex principis opus. 132.e
lex voluntas obligandi creaturam rationalem. 10.b
lex canon eſt, ſeu regula. 71.c
lex virtus armata. 98.e
lex non eſt quodcumque præceptum, ſed ſtabile & firmum, ac perpetuum. 24.e
leges cur à Cicerone dicantur nerui Reip. 98.d
lex eſt doctrix & Magiſtra. 8.d
lex lux, & via vitæ. 3.a
lex non eſt enunciatio, nec iudicium, ſed imperium ſtrictè ſumptum. 24.d
lex eſt generale mandatum & onus, cui ego non teneor humeros ſupponere, dum alij communiter renuunt, debeo tamen cum illis portare. 292.d,e
lex eſt naturæ vis, ratioque prudentis, iuris, atque iniuriæ regula. 8.d
lex dicitur præceptum. 6.c
lex eſt communis ciuitatis conſenſus. 7.b
lex regula ad bonum ſubditos perducens. 9.a
lex menſura quædam eſt. 65.c
leges dictæ cantilenæ. 4.e
lex ſcriptum præcipiens honeſta, prohibenſque contraria. 10.a
lex ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria. 14.e
leges ſunt generalia iuſſa pertinentia ad vniuerſos ciues, priuilegia verò ſunt priuata iuſſa pertinentia ad ſingulares homines. 441.c
lex eſt opinio bona. 6.d
lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibet quę contraria. 8.d,e
lex appellatur conſilium boni operis. 6.c
lex eſt actus ſuperioris. 404.e
leges dicuntur vincula, iugum, neruos. 3.b
lex eſt iudicium, quo voluntas obligandi denunciatur. 15.b
lex eſt lux & regula humanarum actionum. 104.a
lex mortalium & immortalium regina. 9.a
lex humanarum, diuinarumque Regina. 9.c
leges oculi Reipub. 99.e
lex omnium Regina. 9.c
lex menſura quædam qua ducitur quis ad aliquid agendum, vel ab agendo retrahitur. 5.e
leges anima ciuitatis. 98.b
lex eſt bona opinio, recta ratio. 8.c

lex

Digitized by Google

Lex menſura & regula obligati. 12.d
Lex gubernandi ratio ſic. 9.a
Lex & quaſi ſanctiſſimum templum à ſummi numinis liberalitate collatum. 346.d
Lex omnis & inuentio quædam & domum Dei, decretum hominum ſapientum,&c. 29.a
Lex eſt ſpecies iuris. 6.c
Lex ab Hebræis Thorah,id eſt,doctrina. 5.a
Lex eſt dictamen rationis practicæ in Principe, qui gubernat communitatem perfectam. 29.e
Leges mercaturæ,poëſis,&c. 5.d
Lex imperandi,& vetandi ſapientia. 8.e
Lex prudentium virorum conſilium. 9.c
Lex regina omnium mortalium & immortalium, inuentum Deorum,&c. 314.c
Lex debet eſſe communis regula, & ideo non poteſt ligare aliquos quin etiam alios liget. 289.c
Lex omnis iuſta rationi,& lege naturali conſentanea. 97.b
Leges ab Hiſpanis derechos vocatæ. 5.b
Lex à Patribus,ſcriptura,&c. 8.e
Lex eſt quod Imperator cauſa examinata cognitionaliter dixerit. 49.d
Leges ſunt propoſitiones practicæ. 14.a
Lex quænam ſit ratio. 73.b
Lex eſt recta ratio in iubendo,& vetando. 8.e
Lex eſt cui omnes homines debent obedire. 16.b
Leges quaſi telæ aranearum ſunt. 100.b
Lex appellatur tota ſcriptura, quia tota mentem inſtruit. 6.e
Lex regula iuſtorum,& iniuſtorum. 8.c
Lex omnis non eſt ſignum voluntatis obligandi. 10.d
Lex dicitur quia legat vinculis. ibid.
Lex ſine ratione peruerſitas eſt. 6.d
Lex eſt magiſtratus mutus, magiſtratus lex loquens. 376.c
Lex propriè dicta eſt quæ verè obligat voluntatem. 31.a
Lex eſt quod Princeps vel Reſp. iubet verbo, vel ſcripto. 16.c
Lex reſpectu Dei fas potius quàm ius appellatur. 4.c
Legem eſſe reginam mortalium, & immortalium quomodo intelligatur. 12.c
Lex impropriè dicta eſt quæ non obligat voluntatem. 31.a
Lex impropriè dicta eſt qua gubernantur ratione carentia. 31.a
Lex pro conditione. 5.e
Lex nõ dicitur præceptũ de re turpi,& iniquũ.6.b
Lex quomodo dicatur à Chaldeis. 5.a
Lex dicitur rogatio. 3.a
Lex dicitur contractus. 6.a
Lex nobis futurum eſt quicquid ex ore Dei excipimus. 6.e
Lex dicitur Fomes,& quare. 5.c
Leges dicuntur præcepta cuiuſlibet artis. 5.d
Lex dicitur pædagogus. 8.b
Leges laquei ſunt,& occaſiones delinquẽdi.102.a
de Legis ratione eſt, vt ſit regula,& imperium ex ſe aptum,vt applicetur ad operandum. 273.b
Lex appellatur intelligentia ſcripturæ myſtica.7.a
Legis deſcriptio,& eius qualitates. 18.a,c,d
Legis definitiones quædam ſecundùm ius Romanum. 48.b
Legis definitiones variæ. 67.c,d
Legis definitiones à variis variæ. 28.c,d,& ſeqq.
Legis vera definitio à ſcolaſticis in rigore verborum tradita. 29.c,d
Legis definitio maxime probata, vt ſit,ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet,promulgata. 29.a
Legis vera definitio ſecundùm auctorem, vt ſit, Præceptum communitati impoſitum perpetuò obligans,niſi reuocetur. 29.c
Lex imprudens non eſt vera lex. 215.b
Leges vt libri medicinæ, magiſtratus vt medici. 100.b
Lex quæ ſolum habet vim obligandi ad tempus, non eſt lex,niſi latè. 2.b
Lex dicitur ſtatutum,& conſtitutio, 6.c
Les ſine magiſtratibus videntur inutiles. 100.a
Lex quidquid poteſt, poteſt legiſlator, ſed non contra. 376.e
Lex eſt de præcepto, aut de conſilio perfectionis, &c.58.a
Lex inutilis communitati lex non eſt. 20. d. item lex iniuſta. ibid.
Lex non iuſta non eſt lex. 97.a
Lex non ſcripta non eſt propriè lex,quia non legibilis. 10.a
Lex ſcripta dicitur mortua lex. 49.e
Lex nulla iuſta,niſi imitetur æternam. 67.e
Lex permiſſiua non eſt propriè lex. 6.a
Lex declaratoria non eſt regula actionis. 559.a
Lex aliquando actualiter non eſt in.mente,ſed per modum habitus. 16.a
Lex conſultoria, & permiſſiua non ſunt propriè leges. 10.a.c
Lex ſcripta & vocalis idem poſſunt. 376.c,d
Lex interdum ſumitur cum omni rigore, & proprietate, interdum pro collectione quadam præceptorum. 587.e
Lex iuriſdictionis dominium ſupponit, & ſubditos. 31.a
Lex artis nõ eſt propriè lex,ſed ſecũdùm quid. 5.e
Lex illuminat. 5.a
Lex indicans eſt verè præceptum, & imperium, quatenus regula neceſſariò ſequenda. 14.b
Leges non ſunt quæ non ſunt generalia iuſſa.16.d
Lex mentis noſtræ conſcientia. 8.d
Lex bona cur dicatur. 55.c
Lex iuſta,& quam ſequi tenemur,ſola lex eſt. 6.b
Lex bona non eſt ſine Deo. 101.a
Lex iuſta cur dicatur. 55.c
Leges à Græcis ad Romanos tranſlatæ. 46.c
Leges ad quid factæ. 98.c
Lex ad quos loquitur. 304.d
Lex pertinet ad intellectum. 9.b
per Legem homines ordinantur in finem. 7.d
de Legis ratione eſt,eſſe perpetuum. 441.d
quibus Legibus perpetuitas, & quomodò conueniat. 24.c
Leges duplices, aliæ quæ ad commune bonum ordinantur,aliæ ad particulare. 19.a
Lex ſtuplex,vna propriè imperans, alia indicans, ſeu oſtendens. 14.a
Leges duæ,publica & priuata. 58.b
Lex priuata dignior publica. 58.b
Lex quoad commoda operatur etiam circa ignorantes. 449.e
in Legibus debemus conformari cum membris proximæ ciuitatis vel communitatis. 293.c
Leges aliquæ ſunt neceſſariæ in ordine ad finem creaturæ rationalis. 97.b



Digitized by Google

Lex non fertur in particularem hominem. 268.e
Lex principalius ad Intellectum, quàm ad voluntatem pertinet. 8.a
Leges cum omnibus vna eademque voce loquuntur. 99.b
Lex vt ſit vtilis & iuſta,qualis eſſe debeat. 466.c
Legum diuiſiones variæ. 34.d,e
Lex triplex, Indita, prolata,& vocalis,ſeu mentalis. 9.e
Legum, vel conſtitutionum particularium tria genera. 551.b
Lex ſancta quare dicatur. 55.c
in Lege attendenda eſt firmitas duplex, auctoritatis,& ſtabilitatis. 292.b
Legis à Cicerone pręclariſſima encomia.9.e.&ſeq
Legis laudes ex Iſocrate. 18.d
Lex dupliciter poteſt eſſe iniuſta. 22.d
Lex quomodo non neceſſaria. 97.d
Lex & conſuetudo eandem vim habent. 322.c
Lex & conſuetudo in quo differant. 25.d
Lex & ſententia in quo differant. 195.c
Legis & priuilegij diſcrimen. 443.c
Leges diſtinguuntur à priuilegiis. 16.a
Lex vera maximè differt à conſilio. 231.a
Leges vniuerſalia,& futura reſpiciunt. 100.d
Leges vniuerſè de rebus ſtatuunt, reſpicientes ad ea quæ plerumque accidunt. 100.e
Lex tota meditanda,& cuſtodienda. 5.d
in Legibus & priuilegiis proprietas verborum eſt tenenda. 454.c
de lege ſine conſtitutione dupliciter loqui poſſumus. 279.d
Lex dupliciter fundatur in præſumptione. 228.c
Legis anima eſt eius ratio, & intentio. 567.b.d
Legis ratio eſt legis anima. 600.b
Legis ratio,& intentio valde diſtincta. 567 c
Legis ratio non poteſt extendi extra proprietatem verborum. 568.c,d,& ſeq.
Lex mentis quæ,& eius officium. 74.b
Legis mens magis eſt attendenda, quàm verba. 551.d
Legis menx duplex. 555.b.c
Legis forma quæ à Bartholo. 26.c,d
Legum finis,& intentio. 99.b
Legis ſenſus vnde ſumendus. 567.d
in Legis verbis duplex proprietas notatur. 567.e
de ratione Legis eſt, vt ſit diſtincta à voluntate obligata. 12.d
de Legis ratione eſſentialiter completæ eſt ſolennis promulgatio. 605.a
de Legis ratione eſt voluntas obligandi rationalem naturam. 97.d
Leges rectæ quænam. 18.b
Lex duplicem poteſt habere difficultatem in dubio de mente legiſlatoris. 561.d,e
Legum plurima effecta,& laudes.98.per totam.99 d.& 101.c
Legis effectum non eſſe conſilium dare,quomodo intelligendum. 59.d
Legis opus non poteſt vllo modo commutari ſine auctoritate legis-latoris. 508.b,c
Legis effectus obligatio,punitio,& irritatio. 559. b.560.b.
Legis virtus eſt imperare quod fit neceſſitatem afferendo. 6.c
Legis virtus quæ. 233.b
Legis effectus varij. 61.b
Legis virtus quæ,ſiue effectus. 58.b
Lex non eſt poſita intentione peccati. 304.b
Legis munus præcipere,iubere, vetare & prohibere. 14.e
Leges non multæ,ſed optimæ eſſe debent. 102.
Lex erudit,& oſtendit peccatum. 8.c
Lex omnis aliquibus debet imponi. 32.b
Leges cur inuentæ. 18.c
Lex dirigit,& rectum præſcribit. 5.b
Lex omnis principaliter,& vltimatè intendit bonum commune. 452.b
Legis finis in caſu particulari duobus modis ceſſare poteſt. 269.d
Lex pendet ex voluntate principis. 467.a,b
Legibus remp.regi melius quàm arbitrio Regum. 100.c
Leges quibus de cauſis fiant. 101.e.& ſeq
Legis effectus quomodo ſit punitio. 60.b
Legis eſt vetare,permittere,&c. 8.a
Legis præceptiuæ materia proxima eſt actus virtutis. 217.c
Legis qualitates,& conditiones quales ſint. 104.b
Legis vitia quæ. 18.c
Legibus fuerunt ſubiecti Imperatores ante Veſpaſianum. 315.c
Lex ad rationem pertinet. 10.a
Lex inducit ad bonum. 53.b
Leges conditiones ab Iſidoro vnde ſumptę. 103.b
Lex qualis eſſe debeat. 54.c
Lex debet eſſe iuſta,& honeſta. 22.a
Lex debet eſſe diſciplinæ conueniens, quomodo. 103.e
Leges breues eſſe debent. 102.c
Lex debet eſſe ſcripta. 25.c,d
Leges debent eſſe faciles,& tolerabiles,& accommodatæ humanæ conſuetudini. 378.b,c
Lex debet eſſe poſſibilis. 21.b
Lex poſſibilis quomodo intelligatur. 104.e
Lex debet eſſe facilis, clara,aperta,poſſibilis. &c. 22.c,d
Lex debet eſſe perpetua. 16.c
Lex debet imponi ſubditis exiſtentibus nō ſolùm in cognitione,ſed etiam in re. 32.b
Lex ſuapte natura tendit in bonum cōmune. 29.c
Leges communiter debent eſſe ſuaues, faciles,& moribus populi accommodatæ, non aſperæ,& rigidæ nimis. 290.d,e
in Lege aliqua poteſt fieri triplex mutatio. 626.e
Legis perſpicuitas,claritas,&c.non eſt de eſſentia ipſius. 28.d
Lex habet vim cogentem. 9.c
Legis variæ acceptiones. 5.e.& ſeq.
Leges non poſſunt priuare dominio omnium bonorum ante ſententiam. 391.d
Legibus ſubiacere odioſum non eſt,ſed fauorabile. 338.e
Leges hominem ſimilem Deo reddunt. 19.a
Legis ſcopus. 18.e
Lex neceſſitat,obligat,conſtringit. 57.a
Lex dictat quæ gerenda ſint nec ne. 9.a
Leges cur ligent nos. 481.c
Lex exiſtit in intellectu ſuperioris. 8.a, & pertinet ad rationem,id eſt in ipſa ratione. ibid.
Leges aptari debent ad ea,quæ frequenter accidūt. 16.c
Lex ſemper,& neceſſariò habet præcipere. 58.c
Leges debent fieri gratia communis pacis, beneuolentiæ,&c. 18.b
Lex omnis facit hominem bonum. 54.b

Lex

Lex non operatur vltra intentionem præcipientis. 306.c
Lex cur ſimpliciter bonos facere homines debeat. 56.d
Lex moris facit hominem bonum bonitate morali. 54.b
Legis beneficia quæ. 18.b,c
Lex debet eſſe aliquo modo perpetua & ſtabilis. 23.e
Lex omnium virtutum actus præcipit, omnes verò vitiorum actus interdicit. 30.a
Leges ſunt ad Remp.accommodandæ, non Reſp. ad leges. 18.a
Lex in iudicio rationis practicæ conſiſtit. 14.a
Lex poteſt dupliciter habere difficultatem. 561.d
à Legibus nouiter datis poteſt appellare populus. 296.c
Leges Tyrannorum quæ validæ ſint. 226.d
ſine Lege peccatum mortuum erat. 56.e
Legem obſeruantes ſemper iuſtificati ſunt ex meritis Chriſti,præteritis,præſentibus,aut futuris. 629.e
Lex ſi mentionem faciat de vno, cenſendum eſt poſitum exemplariter. 555.a
Leges Carthaginenſium ſcriptæ in tabulis eburneis. 34.d
à Lege iniuſta licet appellare. 20.b
ad Legem obſeruandam vires tribuit ſpiritus fidei & gratiæ. 583.b
Lex quando inducat ſententiam latam. 396.b,c
per Legem cognitio peccati. 9.b
Leges, & legiſlatores ſolent vileſcere frequenti mutatione. 467.b
Legum multitudo non expedit Reip.101.e.& ſeq.
Lex fundata in præſumptione,quando reuera falſa eſt,& veritati non conſonat, non obligat in conſcientia. 420.a
Leges ſine neceſſitate multiplicandæ non ſunt. 102.a
in Legis dubio ſubditus tenetur conſulere ſuperiorem,ſi commoditas ſuppetat. 269.c,d
Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. 278.c
Lex impletur qualibet intentione operantis, ſiue bona,ſiue mala. 216.c.d.e
Lex quænam dicatur fundata in falſa præſumptione. 229.b
Legati recunciatio facta in fraudem creditorum valet. 395.a,b
Lex quælibet adiuuat, vt bene moraliter operemur. 56.c
Lex præſidet bonis, & malis, & ideò Princeps & Dux eſt. 29.a
Legis ignorantia poteſt allegari poſt duos menſes à promulgatione. 278.e
Lex in dubio cenſenda eſt conditionalis. 369.d
Leges conſtringunt hominum vitas. 2.e, ſicque onerant libertatem. ibid.
Leges de non extrahendis equis è regno,&c.obligant ſub mortali. 367.c
Leges paucæ eſſe debent,eæque perſpicuæ,& ſimplices. 28.a
ſine Lege homo homini lupus. 58.b
Lex à conſilio quomodo diſtinguatur. 59.b.c
Legis verba quando clarè aliquid indicant,& non conſtat aliundè de mente legiſlatoris, non eſt à verbis legis recedendum. 225.d
Leges dicuntur coniectare,& quare. 18.a
Legum multitudo ad quid inuenta. 102.d
Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. 253.c
Lex non denominat habentem. 72.e
Legum multitudo, multorum peccatorum ſunt ſigna,& cauſæ. 101.e
Lex quando contineat ſententiam latam, vel ferendam. 395.d,e,& ſeq.
Lex aliqua poteſt impleri per actum factum malo fine. 56.b
Leges ſuperfluæ,& inutiles eſſe debent. 102.c
Lex quando conditionaliter loquitur, cenſetur requirere id, quod eſt in conditione poſitum. 29.a
Legem obligare ad mortale aliquando interpretatur vſus communis, & ſequendus eſt. 243.b
Leges non eſſe,& inutiles eſſe idem. 109.c
Legis diuiſio in propriè, & in impropriè dictam. 31.a
Legis ignarus non peccat in eam. 27.c
Leges trãſgredi ex contemptu eſt peccatum mortale,etſi materia ſit leuis. 238.a, cum lege homo homini Deus. 58.b
Leges in tabulis & albo deſcriptas apud veteres, & publicè exhibitæ. 28.e
Leges non agunt de vna ſingulari perſona. 555.a
quoad Legis efficaciam Scriptura nihil operatur. 26.b
Legem ſcientes peccãt,etſi ſit irritans,eorum acta erunt irrita. 279.d
Lex quomodo faciat homines bonos. 54.c
Legem transgredi ex contemptu quid ſit propriè. 238.e
contra Legis aperta verba qui peccat,magis delinquit,quàm qui contra ſolam mentem. 430.a
Legis præuaricator eſt qui verba legis cõplectens, contra eius nititur voluntatem. 270.e,& ſeq.
Legis violatio contra quam virtutem ſit. 254.e
Legem non ſeruare quando poſſit ſubditus. 269.e
Legem transgrediens bona fide iudicans nõ obligare,quid & quando peccet. 270.a,b
Legis auxilium fruſtra implorat, qui in legem cõmittit. 430.a
Lex omnis violata pœna dignum conſtituit. 60.e
Lex quando poſſit violari à ſubdito. 561.e
Legi ſit fraus vbi id ſit quod fieri nolit,fieri autem non vetuit. 429.c
Leges cùm conſtitutæ fuerint non erit liberum iudicare de ipſis. 21.a
Leges & iura ſolus princeps relaxat. 447.c
Legis interpretatio,eſt anima legis. 49.b
Lex introducitur conſuetudine decennali. 483.c
Legem interpretari eius eſt, cuius eſt condere. 167.d
Lex per interpretationem non debet reddi inutilis. 454.d,e
Lex de præterito condita non extenditur ad futura. 559.e
Lex quod de nouo ſtatuit in vna materia,extenditur ad alium ſimilem caſum in eadem materia. 556.c,d
Legis declaratio facit moralem certitudinem, ſi Doctores omnes in ea conueniant. 252.e
à Lege quæ exorbitãt,non ſunt extendenda. 470.a
Leges interpretando viginti ſex regulæ ſeruandæ. 551.vſque ad 553.per totum.
Legis declaratio habet vim legis, & debet promulgari. 252.d




Digitized by Google

Legū interpretatio naturaliter eſt neceſſaria. 562.c
Legis interpretatio eſt tacitus legis ſenſus. 429.e
Leges interpretari eius eſt, cuius eſt cōdere. 562.b
Lex dupliciter poteſt à conſuetudine interpretari. 500.a,b
Legis interpretatio legitima eiuſdem poteſtatis atque ipſa conſtitutio legis. 49.a
in Legum interpretatione vbi res eſt dubia, maximè vtimur coniecturata mēte principis. 453.c,d
in Legum interpretatione extenſiua octo regulæ obſeruandæ. 555.e, vſque ad 557.e
Legis interpretatio non habet vim legis, niſi promulgata ſit. 52.b
Legis verba poſſunt aliquando non ſtrictæ obſeruari, vt æquum & iuſtum obſeruetur virtutes Epiikiæ. 4.b
Legum interpretatio vim legis non habet donec promulgetur. 274.b
Lex quomodo ſe extendat ad præterita. 559.b,c
Lex tantùm extenditur ad ſuæ rationis limitationes. 555.d
Lex declaratoria quando extendatur ad futura. 560.a,b,c
Lex ad ſimilia extendi debet. 49.d
Lex declaratoria ad præterita ſe extendit. 558.d
Lex cùm damnat aliquam conſuetudinem ad futuram ſe extendit. 491.c
Lex inutilis nunc, ſed quæ futura eſt vtilis, lex manet, & obligat in actu primo. 268.b
Legem manere præſumendum eſt in dubio. 269.c
Legem falſam tenemur tranſgredi. 228.c
Lex manet ceſſante vna ratione ſeu fine illius, aliis remanentibus. 269.a
Lex ſi non conducat communi bono, nec conductura ſperatur, ſtatim deſinit eſſe lex. 268.b
Lex ſi non aduerſetur iuri naturali, diuino, vel gētium, non deſinit valere. 19.a
Legem tollere non poſſunt actus duo vel tres cōtrarij ſecundùm ſententiam Auctoris. 298.c, & ſeq.
Lex non poteſt reuocari niſi ab eo qui eam tulit, & à ſuperiore, & à ſucceſſore, non autē ab inferiore. 468.b
Lex quomodo dicatur fauorabilis & odioſa, & & quæ. 555.a,b
Legem limitando ſeu reſtringendo quindecim regulæ obſeruandæ. 554.d,e, vſque ad 555.d
Lex poteſt damnare reum antequam audiatur, quod Iudex non poteſt. 376.e
Lex iniuſta peſtis appellatur. 6.d
Lex vt ſit vtilis & iuſta, requiritur populi conſenſus. 289.d
Lex iniuſta non eſt lex, ſed interitus. 6.d
Lex non eſt iuſta, neque obligat, quando id præcipit, à quo planè abhorret ipſa communitas. 289.d
Leges quædam iuſtæ, quædam iniuſtæ. 290.b
Legi inutili parendum eſt. 19.a
Lex quæ deſinit eſſe inutilis eſt nulla. 268.e
Lex inutilis modo, ſi fiat vtilis, incipit valere. 2.c, & illa non fuit propriè inutilis, ſed valida permanſit. ibid.
Lex ex eo quod non ſeruatur, non eſt inutilis, & pernitioſa. 292.a
Lex nulla qua ligetur creatura, eſt omni neceſſaria. 97.c
Leges non præcipiunt quid minus iuſtum, ſed illud tantùm permittunt. 417.c
Lex omnis iubet, & præcipit. 4.e
Lex nulla quæ non obliget. 57.c
Lex alia iubet, alia vetat. 6.b
Lex quid iubeat, aut vetet. 56.c
Lex nulla eſt ſine obligatione ad culpam, aut ad pœnam. 576.d
Legi eſſentialis eſt præceptio. 58.c
Lex quænam præcipere debeat. 215.d
Leges ferendi poteſtatem Legiſlatiuam olim in Romana Rep. Princeps vel Senatus habuerunt dependentem à populo. 290.c
Legum condendarum poteſtas initio fuit in populo, poſtea verò tranſlata eſt in principē. 480.d,e
Leges condere eſt actus principalis regis. 132.d
Leges condere eſt actus ſupremæ poteſtatis. 146.e
Leges qui condere poſſint, & quænam poteſtas in eis requiratur. 21.c
Leges condere potuit totus cetus hominum quæ ſingulos obligarent. 112.a
Leges condendi vnde poteſtatem habeat princeps. 113.a
Legum condendarum poteſtas eo modo, & conditione in principe exiſtit, quo ei conceſſa eſt à communi[illegible]. 133.b
Leges cur condere poſſint Reges. 133.a
Leges condere pertinet ad multitudiem, vel ad publicam perſonam. 113.c
Leges ferre eſt actus ſummi & meri imperij. 161.a
Leges ferre de religione ad Pontificem ſummum pertinet poſt Chriſti aduentum. 211.b
Leges condendi poteſtas in nullo homine particulari fuit ex rei natura. 113.d
Leges ferendi poteſtas fuit in ſtatu puræ naturæ. 149.c
ad Leges ferendas iuriſdictio requiritur. 110.d
Leges condere poteſt aliquando, qui caret iuriſdictione. 110.c
ad Leges requiritur dominium iuriſdictionis. 21.c
in Legibus ferendis quale dominium requiratur. 110.b
Leges ferre non eſt ſanctitatis, ſed iuriſdictionis. 170.c
Leges ferendi poteſtas in actibus internis non eſt ceceſſaria. 206.e
Leges ferre pertinet ad iuſtitiæ legalem. 29.e
Leges condere ſpectat ad iuſtitiam diſtributiuam. 29.d
Lex præſumitur ferri à Legiſlatore ſub ea conditione, ſi acceptata fuerit. 289.d,e
Leges condendi poteſtas qualis delegari poſſit. 167.a
Lex lata à Principe reſpectu Principis, non habet vim reſpectu Principis, propriè loquēdo. 306.e
Leges cur fecerint homines ſibi. 99.c
ſi Lex ſit incommoda vel ſaltem inutilis, Legiſlator peccat mortaliter, eam ferendo. 19.d
Lex fieri dicitur quando impletur, & ſeruatur. 5.d
Leges cur ferantur. 98.c
Leges à Romanis quomodo ferebantur. 3.d
Lex ſtatuebatur interrogatione facta à Conſule, & reſponſione communiter à populo. 16.b
Leges ſine populi conſenſu Pontifex condere poteſt, quæ ad fidem vltimum aſſequendum eſſent neceſſariæ. 289.c
Lex quomodo fieri debeat ad exemplum minois. 101.c
Legem neceſſariam Reip. ſi Princeps abſtulit, tenetur iterum eam ferre. 467.c

Lex

Digitized by Google

Lex imponitur directè ratione territorij præceptum,ſeu ſententia ad perſonas dirigitur. 325.a
Lex quando fertur,tredecim locis examinatur an ſit ferenda. 22.a
ad Leges ferendas idoneus,non minus eſt idoneus ad eas interpretandas. 49.c
Lex quomodo à Grecis ferebatur. 3.c
Leges ferendi primæua poteſtas in quo fuerit. 154.d
Leges condendi conceſſa facultas non poteſt reuocari. 142.b
Legum condendarum facultas in Principes quomodo deuoluta,& à populo tradita. 47.e
in Lege condenda duo conſiderantur. 166.c
Lex non eſt niſi quæ aliquam obligationem inducit. 6.a,c
Lex obligatoria ſola propriè lex. 10.c
Lex obligatoria quid. 10.c
Legis obligatio pendet ex voluntate legiſlatoris. 233.c
Leges obligãtes ipſo iure, ipſo facto ad quid obligent. 379.e.& a,d,380.d,e,& e,381.a,c,382.a,b,c,d,384.b,388.b,c,391.b,c.
Lex ſi non dicat ipſo facto, ipſo iure, non continet ſententiam latam,ſed inferendam. 395.d
Leges ſolùm obligant ſubditos. 129.c, & quomodo. ibid.
Legibus ſuis nemo poteſt obligare non ſubditos. 110.b
Lex nulla comprehendit non ſubditum. 346.c
Lex non ligat pueros, quia eam naturaliter non cognoſcunt, ligat tamen amentes, dementes, &c. 356.e
Lex iniuſta vel inhoneſta obligare nõ poteſt. 22.c
Leges conuentionales, ſeu conditionales, quæ & quando obligent. 367.d,e,& ſeq.
Legi inutili non tenetur quis obedire, niſi ad vitandum ſcandalum. 2.a,nec captioſæ. ibid.
Leges quænam ſeruãdæ in regno extraneo. 130.d.
Lex rarò poteſt obligare ad pœnam, & quænam id poſſint. 376.b,c
Lex fuit in ſtatu innocentiæ de abſtinentia à fructu ligni ſcientiæ. 33.d
Lex quòd magis aut minus obliget vnde proueniat. 235.b
Legis vnius obligatio poteſt colligi ex alia, an ſit mortalis. 252.c
Lex omnis obligat aliquo modo in conſcientia, etiamſi formam habeat purè pœnalis. 233.d,e
Lex nulla eſt quæ non obligat in conſciẽtia. 231.a
Leges mixtæ obligant in conſcientia. 365.c
Lex non obligat in conſcientia,quando id legiſlator non intendit. 231.d
Lex cùm irritat actum,quem ſimul prohibet,obligat in conſcientia ad abſtinendum ab illo. 419.b,c
Leges poſſunt fieri non obligantes in conſcientia. 231.d
Leges quæ fundantur in falſa præſumptione non obligant in conſcientia. 438.c
Lex quando ſe non explicat, non obligat in conſcientia. 253.c
Lex nullam vim habet, vt illi pareatur, niſi ex more. 289.e
Lex non obligat in caſu,in quo aduerſatur bono communi. 161.e
Lex indubio eſt ſeruanda niſi iuſta cauſa excuſet. 270.c
Legem obſeruare in periculo eſſet iniuſtum. 562.b
Leges poſſunt obligare extraneos circa rem exiſtentem in prouincia. 339.c
Lege ſua nemo obligatur, & cur. 306.e
Lege propria quomodo quis comprehendatur. 542.a
Lex ſæpe obligat ad opus,non ad pœnam. 316.d
Lex quando determinat tempus ad ſui obligationem,ſtatim obligat poſt illud. 281.d
Lex ad malum obligare non poteſt. 228.c
Lex quæ præcipit vetera iura ſeruari, ſtatim à publicatione ligat. 280.c
Lex non à ſubditis, ſed à ſuperiore ſuã capit energiam. 288.d
Lex ſi ex parte tantùm acceptetur, ex parte tantùm obligat. 292.d
Lex eam vim habet quàm ei dat legislator. 231.e
Lex quæ nihil abſolutè iniungit, obligat ſolùm ad pœnam. 233.b
Leges quę ſunt inſertæ corpori iuris,obligant ſine alia promulgatione. 276.c
Leges nulla alia de cauſa nos tenent,niſi quòd iudicio populi receptæ ſint. 289.a
Leges vt generales ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruantur. 16.b
Lex totam vim ſuam capit ex intentione, ſeu libera voluntate Legislatoris. 306.c
Lex requirit iudicium de agendis,& voluntatem obligandi ad illa. 9.c
Lex cùm actui reſiſtit nulla oritur naturalis obligatio. 438.a
Lex fundata in falſa præſumptione non obligat. 421.a
Lex fundata in præſumptione non obligat, cùm conſtat de veritate. 229.e
Leges non acceptatæ obligant in actu primo, & ſi poſteà acceptentur,obligabunt in ſecundo,ſine noua edictione. 291.a
Lex captionibus plena valet. 19.b
Leges qua conditione nos teneant. 160.a
Leges iniuſtæ non obligant, nec ante,nec poſt acceptationem. 290.b
ex Legis materia nõ poteſt ſatis diſcerni eius obligatio. 233.d,235.a
Lex quando præcipit aliquid, vetat eius omiſſionem. 58.c
Lex non obligat ad mortale in materia leui. 242.c, ſecus in graui. ibid.e
Lex non poteſt obligare ad pœnam ante vllam ſententiam, quoties iudex id per ſententiam poteſt. 376.a
Lex vera ſemper præcipit, quod eſt rationi conſentaneum,& diuinæ voluntati. 4.b
ad Legis vim non eſt expectandus populi conſenſus. 288.c
Legem non ſeruantes quando peccent. 299.b,c
Lex vniuerſa eſt diligenter exploranda. 5.c
Lex vtilis eſſe debet communitati. 19.c
Legi non ſubiacet neceſſitas. 257.a
Lex conſtitutiua noui iuris non ſe extẽdit ad præterita, niſi ex voluntate Legislatoris ſatis expreſſa. 559.a,b
Legum firmitati repugnare quando ſit peccatum, & in quibus. 292.a,b
Lex,cõſtitutio,&c.nullos aſtringit, niſi poſtquam ad notitiam peruenerit eorundem,aut niſi poſt tempus, infrà quod ignorare minimè debuiſſent. 279.d
Lex prius editur,& poſteà promulgatur. 28.a



Digitized by Google

Legis formale & eſſentiale complementum eſt promulgatio. 31.b
Lex ſine promulgatione non poteſt obligare, nec eſt lex. 32.b
Lex à ſua promulgatione incipit obligare. 603.b
Leges obligare ſtatim à promulgatione, qui tenēt. 277.d,e
Leges non obligare ante duos menſes elapſos à promulgatione, qui tenent. 277.d
Leges promulgatæ, etſi non publicatæ, ſunt veræ leges, & habent plenum robur. 52.d.e
Legum promulgatio quomodo, & quibus ſolemnitatibus fiebat olim apud Romanos. 271.b
Leges & conſtitutiones non valent, nec tractantur, niſi poſt duos mēſes à promulgatione. 278.c
Legis promulgatione facta cur dentur duo menſes, antequam obliget. 278.a,e
Leges tunc inſtituuntur cùm promulgantur. 272.b
Leges inſtituuntur, cùm promulgantur, confirmātur, cùm moribus vtentium obſeruantur. 27.e
Leges inſtituuntur cùm promulgantur, firmantur, cùm moribus vtentium approbantur. 288. d, & ſeq.
Lex quando eſt Epiſcopi, vel alterius cui vnica tantùm prouincia ſubiecta eſt, ſufficit ei publicatio vna in Synodo. 275.b,c
Lex generalis cur poſt duos menſes tantùm à promulgatione obligare incipiat. 280.d
Lex debet eſſe ſufficienter promulgata. 27.e
Lex vt obliget non eſt opus vt ſingulis ſit denunciata, aut nota. 278.b
Lex omnis quæ ſine promulgatione lata eſt, iure naturæ non obligat. 273.a
Leges Romanæ olim tribus nundinis proponebātur populo ante promulgationem. 101.b
Lex interna reuelatione, motibus, & aliis ſignis, promulgari non poteſt. 29.d
Lex non habet vim legis, donec promulgata ſit. 271.b
Lex quamuis inſtituta & promulgata, ciues non ligat, donec vſu recipiatur. 503.c
Legem omnibus æquè notam eſſe oportet. 28.e
Lex debet in ſingulis regnis publicari, quādo plura ſunt ſub eodem principe. 275.d
Leges olim apud Romanos fiebant per populi rogationem, & tollebantur per abrogationem. 466.c
Leges ſi ſine promulgatione fieri poſſent, magna incommoda inde ſequerentur, & quæ. 272.e
Leges vt obligent ſingulas prouincias, debent in ſingulis promulgari. 274.c,d
Lex ignoranter violata, quomodo, & quando tollatur. 294.a,b,c,d
Lex & conſuetudo quando ſunt de eadem re ſi lex abrogetur, abrogatur & conſuetudo. 500.a
Lex vt abrogetur per non vſus, qualis ille debeat eſſe. 299.c
ad Legem eneruandam per non vſum quantum temporis requiratur. 294.c,d
Legis ratione ceſſante in caſu particulari, non ceſſat eius diſpoſitio, ſi ratio legis non ceſſet in communi. 421.b
Legis non vſus vt eam eneruet, non requiritur, vt eius tranſgreſſio, & non acceptio ſit legiſlatori nota. 294.b
Legem non poteſt abrogare populus propria auctoritate. 492.c
Lex quæ non fuit recepta non dicitur propriè abrogari. 300.a,b
Legem vt tollat conſuetudo, ſufficit, ſi paſſim contra eam agatur ſciente principe, & ſe nō opponente. 477.c
Legis exceptio etiamſi ſine cauſa facta ſit valida eſt. 519.b
Lex quando non ſit ſeruanda. 269.a,b,c,d,e
Lex non expirat morte mandantis. 16.e
Lex nulla eſt quæ irrita dicit eſſe omnia prohibita. 429.d
Lex non tollitur per non vſum, ſi caſus in quo ſeruari debet per decennium non occurrat. 298.d
Legem non reddit nullam eſſe inutilem ex culpa ſubditorum. 252.a
contra Leges quomodo, & quando præſcribatur. 291.d,e
contra Legum intentionem quæ fiunt, quando valida ſint. 270.e
Lex poteſt manere ex parte, & tolli ex parte. 475.d
Lex qua poſſeſſor malæ fidei poterat præſcribere, abrogata à Pontificibus. 124.a
Lex nulla eſt in vtroque iure, quæ determinet tēpus, poſt quod conſuetudo vincat legem. 478.d
Lex tollitur per binum aut trinum actum contra eam. 298.a
Lex nulla vel conſuetudo contra charitatem vim habet. 263.c
cōtra Legem præſcribi poteſt actibus malis. 486.a
Lex poteſt contra legem conſuetudine introduci. 498.e
Legibus ſolutus dicitur, qui vna tantùm ſolutus eſt. 307.b
Leges prohibentes, ne ligna cædantur in nemore, ne tali inſtrumento piſces capiātur, &c. ad quid obligent. 368. a, b, & ſeq.
Lex prohibens quando cenſeatur irritare actum. 423.e, 424.c
Leges prohibentes tranſitū ex vno regno in aliud, quænam ſub culpa obligent. 368.b
Leges prohibentes ludum, & ne munera accipiantur à miniſtris iuſtitię, non irritant actum. 435.e
Lex poſterior vt abroget priorem quid conſiderandum. 470.d, & ſeq.
Lex ſequens auffert conſuetudinem generalem, non ſpecialem loci. 500.b
Leges poſteriores ſæpe ad anteriores trahuntur. 470.a
Lex poſterior reuocat priorem. 462.b
Leges iunioris Imperatoris præualent. 47.c
in Lege ſuperioris non poteſt inferior diſpenſare in iure poſitiuo. 40.b
Lex poſterior poteſt abrogare priorem, etiam nulla facta eius mentione. 469.e
Lex inferiorum, vt capitulorū, & vniuerſitatū ſtatim à promulgatione ligat. 280.c
Lex inferiorum non omnes aſtringit. 28.d
Lex ſuperioris per inferiorem tolli non poteſt. 161.a
Lex lata ab inferiori contra legem ſuperioris iniuſta, & nulla eſt. 217.d
Leges diſtinguuntur in fauorabiles, pœnales & odioſas. 551.a
Lex variis modis poteſt abrogari. 467.d
Lex ex fine iudicāda eſt odioſa vel fauorabilis. 451.a
Lex omnis vt obligationem inducit, odioſa eſt. 451.a
Leges exorbitantes non recipiunt extenſionem ex ſimilitudine rationis. 556.c, niſi ad caſum



Digitized by Google

qui per ius antiquum æquiparatus fuit caſui legis exorbitantis. 557.a, & ad caſum qui ſub verbis latè ſumptis comprehendi poteſt. ibid.c
Lex exorbitans quæ. 551.d,e
Lex exorbitans eſt odioſa. 451.b
Lex pœnalis ſi de vno loquatur, quomodo accipienda. 555.b,c,d,e
Leges pœnales obligant, vel ſupponunt obligationem ad culpam. 367.d
in Lege pœnali poteſt fieri extenſio de perſona ad perſonam, ſed non de caſu ad caſum. 555.d
Leges aliquæ pœnales conſtituantur expediens eſt. 363.a
Lex pœnalis ſemper ad aliquid obligat in conſcientia. 233.b
Lex pœnalis in dubio nunquam obligat in conſcientia. 364.c,d
Lex pœnalis ſaltem mixta obligat in conſcientia ad mortale vel veniale iuxta materiæ grauitatem. 365.b,c
Lex pœnalis non obligat ad culpam mortalem, quantumlibet pœna temporalis ſit magna. 368.e
Lex propriè pœnalis ſemper obligat ad culpam. 370.a
Leges quæ poſſunt intelligi de pœna maiori, & minori, in dubio de minori intelligi debent. 225.c
Leges quæ ex forma ſua & vi verborum nihil videntur ſtatuere, ſed tantùm imponere pœnam, obligant in conſcientia. 366.a
Leges purè pœnales non obligant in conſcientia: nec ſunt veræ leges. 365.c,d
Leges purè pœnales ſimpliciter latæ obligant in conſcientia, niſi legiſlator inſinuat ſe nolle ita obligare. 365.e
Leges pœnales in ſummo rigore dicuntur ſanctiones. 21.e
Leges pœnales in duplici differentia. 365.b
Leges quomodo puniant. 61.b
Lex in beneficialibus poteſt afficere pœna ignorantes inculpabiliter. 282.a
Legis tranſgreſſor ſemper manet iudicis arbitrio puniendus. 364.d
Lex quomodo puniat. 60.a
Lex omnis indefinitè loquens à die promulgationis obligat ſcientes. 278.e
Leges quibus aliæ abrogantur non habent vim niſi à die promulgationis. 287.a
Lex temporalis debet cognoſci vt actu obliget. 68.a
Lex non dicitur promulgata verè, & propriè quando Princeps eam apud ſe loquitur. 32.d
Leges latæ à Principe, cui vnum regnum tantùm ſubeſt, debent tantùm in curia ſemel promulgari. 276.d
Leges ad ſe pertinentes vnuſquiſque tenetur ſcire. 409.e
Leges diuinitus per ora principum ſæcularium ſunt promulgatæ. 346.d
Leges reuocatoriæ priuilegij quando vim habere incipiant. 282.d
Leges promulgatæ ſi non acceptentur, non obligant. 276.d
Leges quænam indigeant acceptatione populi, & quæ non. 290.d,e
Lex non acceptata videtur eſſe inutilis. 289.b
Leges ſine acceptatione, aut cum repugnantia populi non obligant, ita tenet maior pars Doctorum. 291.b
Lex quæ de re non neceſſaria iure diuino à principe toto populo contradicente conderetur, nullius prorſus eſſet roboris. 289.a
Lex etſi populus contradicat, ſuam vim, & effectum retinebit. 288.a
Lex, quæ decennio non eſt acceptata, non ligat. 288.b
Lex quando non recepta dicatur. 294.e,b,c
Lex non recepta non obligat, quia non eſt vſu firmata. 294.a
Leges ad ſe pertinentes quiſque tenetur diſcere opportuno tempore. 281.c
Lex non dicitur recepta quando per aliquos actus impugnatur ſciente, & conſentiente principe. 288.c
Leges & conſtitutiones in dubio præſumuntur recepta. 296.e
Lex ſemel lata & acceptata obligat omnes ſucceſſores ſine ipſorum acceptione. 290.d
Lex debet à populo acceptari, vt ſit valida, nec aliter eſt vera lex. 28.b,c
Lex quando cenſeatur acceptari. 293.a
Lex quæ non fuerit à populo acceptata non obligat. 288.b,c
Legis acceptatio non dat ei valorem, quando lata eſt ab eo, qui non potuit eam ferre. 174.e
Leges non approbatę à populo non habent firmitatem. 289.a
Leges quando debeant acceptari, & peccent qui contra agunt. 291.d,e
Lege vt quis teneatur ſatis eſt, ſi ſciat eſſe ſolemniter editam. 277.c
Lex non reuocata, nec tamen acceptata poteſt recipi: reuocata verò minimè. 295.d
Leges quando firmentur, aut tollantur. 292.b,c
Lex prohibens non irritat ſi cauſa prohibitionis ſit temporalis. 423.a
Legis derogatio potiùs quàm abrogatio eſt admittenda. 470.c
Legum correctio vitanda eſt, vbi commodè earum fieri poteſt concordia. 470.b
Legis correctio & limitatio quid, & in quo differant. 470.c
Legis abrogatio, derogatio, & correctio eſt exorbitans. 469.b, niſi fiat reditus ad antiquum commune ius. ibid.c,d
Leges correctoriæ iuris communis, aliæ exorbitantes, aliæ limitantes, aliæ tollentes. 551.d
Lex correctoria quomodo ſit interpretanda, quatuor regulæ ſeruandæ. 557. vſque ad 558.b
Lex corrigens ius commune odioſa eſt, & valde reſtringenda. 536.a
de Legibus irritatoriis, & non irritatoriis eadem eſt ratio. 281.d
Legis mutatio duplex. 466.a
Lex ſi habeat duos fines, & alter ceſſet, non ideo ceſſat. 269.b
Legis reuocatio habet naturam legis. 468.e
Legis reuocatio quando fit inducendo obligationē repugnantē priori, neceſſaria eſt promulgatio, & lapſus duorū menſium vt valida ſit. 468.b
Lex dupliciter poteſt deficere in perſona, vel caſu particulari. 505.e
Lex non cēſetur reuocata, nec eius obligatio ceſſat, donec reuocatio promulgata ſit. 468. e. licet tamen contra eam agere, ſi ſciatur reuocatą eſſe,

Digitized by Google

eſſe,& abſit ſcandalum. ibid.a
legis reuocandæ cauſa iuſta quæ. 467.d,e
ad legem vniuerſalem reuocandam ſatis eſt edere legem contrariam. 468.a
lex non ceſſat ceſſante fine reſpectu vnius tantùm. 267.d
lex ceſſat ceſſante eius cauſa finali. 530.d
contra legem acta celebrata non valent. 421.c,d
lex reuocatoria alterius debet promulgari. 286.d
lex ceſſat ceſſante fine,nec ampliùs obligat. 268.c
ad Legis reuocationem ſolùm neceſſaria eſt voluntas principis ſine promulgatione. 286.b
lex reuocatoria priuilegiorum non habet vim vſque ad publicationem. 282.b
legem reuocare ſine iuſta cauſa peccatum eſt. 467. a,b,& quale. ibid.c
lex dupliciter poteſt deficere. 561.b
leges qua conſuetudine tollantur. 291.b
ad legem eneruandam per non vſum quid requiratur. 294.b
leges irritantes contractus quomodo ſe habeant ad illos. 438.c,d
lex irritans poteſt abrogari quoad ſolam irritationem. 494.c
leges irritatoriæ debent publicari in ſingulis prouincijs,& cur. 275.e,& ſeqq.
leges irritatoriæ cur in pluribus promulgentur. 281.a
lex irritans incipit habere ſuum effectum poſt tempus duorum menſium à promulgatione. 436.b
leges irritantes cur fiant. 420.a
lex ſimplex & ſine pœnæ adiectione irritat actum, ſecus ſi pœnæ adiectio fiat. 422.a,b
lex irritans quando impediatur ſuum ſortiri effectum per ignorantiam. 417.e
lex irritans non habet effectum donec ſit ſolemniter promulgata. 436.e
lex omnis irritans non ſemper irritat ante omnem iudicis ſententiam. 419.c
lex antecedenter irritans triplex. 416.d
lex irritans interdum eſt pœna, interdum verò non. 417.a,b
lex durat quandiu non abrogatur. 591.c
lex abrogatur deſuetudine,legiſlatore ſciente, & non puniente cùm poſſit. 298.e
lex aliquandò abrogatur per actus materialiter tantùm,ſeu per ſe contrarios. 485.c
lex quando abrogetur,vel derogetur. 466.c
legem tollere duos vel tres actus contrarios,quomodo intelligendum. 299.c
lex ſolet eſſe mitior in puniendo, quàm homo. 342.c
lex non punit aut comprehendit actum iam ceptum. 559.d
lex debet eſſe proportionata culpæ. 250.b
lex dupliciter punire poteſt præcedens delictum. 559.d,e
legem qui poteſt alicui ponere non poteſt ſemper illum punire. 349.c,d
lex talionis in Hiſpania obſeruata regnante Philippo II. 110.b
lex talionis omnium opinione iuſtiſſima, nec à Chriſto antiquata. 110.a
lex Principis generalis eſt,& omnes ligat. 280.d
lex generaliter loquens debet reſtringi ad caſum in quo eius ratio locum habet. 554.d,e
lex generalis obligat omnes, ſi eodem modo ad eorum notitiam perueniat. 272.d
lex generalis non derogat priuilegio. 561.d
leges mundi,vt duelli,& ſimiles non ſunt propriè leges. 6.c
leges duelli & mundi ſunt leges tantùm metaphoricè. 53.c
legem ſuſpendere quando liceat principe non reſpondente ſupplicationi. 298.b
legibus territorij,in quo eſt, tenetur, qui alibi domicilium habet. 322.b
leges territorij quomodo obligent forenſes ratione ſcandali vitandi. 324.a
legibus loci obligantur forenſes quando eſt eadem ratio. 322.d,323.c
lex eſt qualitas,non corpus. 78.b
lex æterna qua Deus gubernat creaturas, quid ſit. 63.b,c,& ſeq.
lex æterna quid ſit ex S.Auguſtino. 31.c
lex æterna eſt ratio,vel voluntas Dei. 9.d
lex æterna eſt volũtas Dei, vel illam includit. 11.c
lex æterna eſt ratio,vel voluntas. 13.a
lex æterna eſt ratio diuina cùm voluntate obligandi nos media ratione. 13.c
lex æterna exemplar omnium legum. 67.e
lex æterna vt circulus. 69.b
leges æternæ in Deo duæ. 63.b
lex æterna eſt regula omnium actionum cuiuſcunque creaturæ. 66.b
lex æterna neceſſaria. 97.c
lex æterna eſt immutabilis. 89.d
lex æterna immutabilis in ſe mutat omnia. 68.c,d
lex æterna non poteſt mutari etiam ab ipſo Deo. 68.c
lex æterna propriè & ſimpliciter perpetua. 24.c
lex æterna nulla creata. 31.b,c,& ſeqq.
lex æterna Idea in mente Dei, ſeu regula cuius ad inſtar omnia fiunt ab illo. 31.c
lex æterna non potuit non eſſe in Deo. 90.b
lex æterna in Deo quid. 64.b
lex æterna non poteſt non eſſe iuſta, & ideo non debet iudicari. 68.c
lex æterna quomodo ad diuinam prouidentiam comparetur. 66.a,b
lex æterna in quo differat à diuina prouidentia. 64.b
leges omnes ab æterna lege deriuantur.67.a, b, & ſeq.& quomodo. ibid.e
lex æterna neceſſitat res irrationales, rationales tantùm mouet moraliter. 63.a
legis æternæ obligatio vnde oriatur. 91.a,b
lex æterna quomodo,& ad quid obliget. 97.b,c
lex æterna quomodo obliget. 67.e
legi æternæ ſubiecti ſunt damnati. 68.c,d
lex æterna quomodo cognoſci poſſit. 68.a
legi æternæ an ſubijciantur eſſentiæ creaturarum. 66.d
lex æterna vt obliget non indiget promulgatione. 67.e
lex æterna non obligat, niſi media lege poſitiua, humana,vel diuina,vel lege naturali. 14.d
lex æterna non cognoſcitur ab homine in ſe, ſed in ſuo effectu. 32.e
lex æterna ex æternitate fuit vera lex, & eſſentialiter completa, nec opus ei fuit promulgatione. 27.e.nec tamen obligat actu, niſi mediante alia lege,ſcilicet naturali,vel poſitiua. ibid.
lex æterna ad quid ſit propriè. 66.e
lex naturalis quid ſit. 71.c,& ſeq.72.b,c,d


Lex

Lex naturæ quid. 97.b
Legis naturalis definitiones. 71.a,b
Legis naturalis vera,& propria definitio. 10.c
Legis naturalis, & poſitiuæ propriæ definitiones. 29.c
Lex naturæ eſt ipſa natura rationalis. 92.d
Lex naturæ eſt, Patere legem, quam ipſe tuleris. 310.a
Lex naturæ eſt ipſa rationalis natura. 4.e
Lex naturalis non eſt ſignum ad placitum. 59.b
Lex naturalis non eſt habitus. 72.d
Lex naturalis eſt cognitio menti indita à Deo.73.e
Lex naturæ perfecta. 572.c
Lex naturalis non eſt ipſa natura rationalis. 11.c
Lex naturalis eſt conſcientia quædam. 73.c
Lex naturalis,eſt lumen naturale. 72.d
Lex naturalis eſt conceptus intellectus. 10.c
Lex naturæ formaliter eſt dictamen rationis. 72.a
Lex naturalis non eſt dictamen in Principe, ſed in ſingulis. 29.e
Lex naturæ non eſt ſynderesis. 73.c
Lex naturalis eſt habitus facultatis. 16.d
Lex naturalis eſt habitus, quo bonum à malo diſcernimus. 72.b,c
Lex naturæ eſt imperium propriè dictum. 14.b
Lex naturalis eſt ſignum voluntatis obligandi exiſtentis in Deo. 10.d
Lex naturæ eſt ſignum veritatis practicæ. 10.d
Lex naturæ primaria præceptum quoddam eſt, & iuſſio. 4.e
Lex naturæ eſt actus. 73.b,c
Lex naturalis propria eſt lex Dei. 76.a
Lex naturalis in ratione ſola ſita eſt. 95.b
Lex naturæ vna & eadem apud omnes. 79.e
Lex naturalis ex ſuppoſitione à Deo neceſſariò volita. 12.a
Lex naturalis quædam æterna, quædam temporalis. 72.e
Lex naturalis vna eſt,etiamſi multa præcepta contineat. 79.e
Lex naturæ,artis,& morum. 5.e
Lex naturalis in Deo qualis ſit actus, & qualis in nobis.
Lex naturalis ad ſimilitudinem æternæ. 12.e
Legem naturalem in cordibus hominum ſcribit Deus. 72.c,73.c
Lex naturalis à rationabili Dei voluntate emanauit. 11.b
Lex naturalis eſt immutabilis. 68.d
Lex naturæ immutabilis. 82.c,d
Lex naturæ in quo variauerit ſecundùm diuerſas nationes. 80.c
Lex naturæ eſt immutabilis. 473.d
Lex naturalis non pendet à voluntate peculiari ſuperioris cuiuſdam. 11.a
Lex naturæ neceſſaria ex ſuppoſitione. 97.b
Legis naturæ,& poſitiuæ diſcrimina quædam.78.a
Lex naturalis diſtinguitur à conſcientia. 73.e
Lex naturæ pendet à voluntate Dei, & quo ſenſu. 75.a
in Lege naturæ nullum fuit præceptum poſitiuum, ſed tantùm naturale. 33.d
Lex naturalis ſola Dei voluntate mutari poteſt. 11.b
Lex naturalis dupliciter vſurpatur. 73.b
Lex naturalis duplex. 71.c
Lex naturalis duplex,& quæ illa. 67.c
Lex naturæ in veteri includitur. 33.e
Lex naturalis cur dicatur impreſſa cordi. 623.d
Legis naturæ præclara encomia à Marco Tullio Cicerone. 80.b
Lex naturæ ad nullam Remp. gubernandam ſufficit. 145.e
in Lege naturæ, & ſcripta collata fuit gratia non ex vi illius,ſed ex fide,& meritis Christi. 590.c
Lex naturæ quædam affirmans, quædam negans. 76.b
Lex naturæ non conſtituit iuſtum aut iniuſtum, ſed declarat. 11.b
ad Legem naturæ pertinent non ſolùm principia, ſed etiam concluſiones. 76.c
Lex naturæ non ſemper verſatur circa prima principia.16.d,ſed paſſim circa concluſiones. ibid.
Legis naturalis obligatio vnde naſcatur. 91.c
Legis naturalis obligatio pendet ab agente morali libero. 11.c
Lex naturæ tripliciter intelligitur habere vim obligandi à voluntate diuina. 74.d
Lex naturalis quamuis auxilio actionis ciuilis deſtituta ſit, tamen obligationem in conſcientia inducit. 437.a
Lex naturalis non poteſt obligare, niſi obligante ſimul lege æterna Dei. 11.c
Lex naturæ obligat omnes à quibus cognoſcitur. 272.d
à Lege naturali nemo eximi poteſt. 68.c
Legis naturæ poteſt dari ignorantia inuincibilis. 90.d
Lex naturæ quomodo dicatur inuincibiliter ignorari. 80.d
Lege naturæ prohibetur omne malum. 77.b
Lege naturali quæ inſtituta ſunt, lege humana infirmari non poſſunt. 437.d
ad Legem naturæ non requiritur promulgatio. 80.d
Lex naturalis non indiget promulgatione,vt obliget. 27.e
Lex naturalis promulgatur ex hoc ipſo, quòd Deus eam inſeruit mentibus hominum naturaliter cognoſcendam. 27.b
in Legem naturalem poteſt cadere interpretatio & epijkia. 94.a,b
in Legem naturæ tantùm cadit interpretatio. 506.a
legem naturæ interpretari an poſſit Deus. 92.e
legem naturalem interpretari poſſunt Princeps, & viri docti. 94.c
lex naturæ non eſt propriè diſpenſabilis. 89.c
in lege naturæ cur Deus diſpenſare non poſſit.90.a
in lege naturæ Principes non poſſunt diſpenſare. 82.a
lex naturæ per peccatum Adæ fuit obſcurata. 80.c
lex naturæ non recipit incrementum, neque decrementum. 82.e
legem naturæ ſemper habemus,& quomodo.73.b
lex naturalis non poteſt etiam per peccata omnino aboleri. 80.a
legis naturæ remedium ante legem. 587.e
in lege naturæ quomodo ſanctificarentur infantes. 599.a
lex diuina fœdus ſempiternum. 82.b
lex diuina exemplar humanarum. 21.c
legis diuinæ ſumma & ſcopus. 55.b
lex Dei eſt præceptum. 14.d
legis diuinæ definitiones variæ à varijs.65. b, c, & 66.b,c



Digitized by Google

Legis diuinæ à Cicerone pulcherrima definitio, 9.c,d
Lex diuina temporalis eſt promulgatio æternæ, 68.b
Lex diuina noua perpetua eſt poſitiuè. 24.d
Lex diuina fas, humana ius eſt. 4.b
Lex Dei, vel alterius Principis voluntas appellatur. 7.a
Lex diuina quomodo fuerit neceſſaria, 102.d
Lex Dei facilis & ſuauis, 21.c
Lex diuina poſitiua diuiditur in veterem, & nouam, ſeu in ſcriptam, & non ſcriptam. 33.a
in Lege diuina nihil obſcurum, nihil contortum, &c. 103.a
Lex diuina an externa promulgatione indigeat, 273.c,d
Lex diuina, & naturalis non requirunt vt ſint ſcriptæ, imò nec eſt de eſſentia humanæ. 25.d,e
Lex diuina tam creata, quàm in creata diuiditur in naturalem, & poſitiuam. 33.a
Lex diuina poſitiua dicitur lex ſpiritus & gratiæ, 33.a
Legis diuinæ fructus, ſeu effectus. 55.c,d,e
Lex diuina & naturalis omnes actus malos prohibent. 61.d
Lex diuina dupliciter ſumitur apud Patres. 573.b
Lex aliqua omnino neceſſariò eſt in Deo. 97.b
Lex diuina poſitiua deriuatur ab æterna. 67.a, & quomodo. ibid.
Lex Dei æterna non obligat, niſi mediatè lege aliqua temporali poſitiua, vel naturali. 32.c
in Lege diuina Deus diſpenſare poteſt. 617.e
contra legem diuinam, naturalem, vel poſitiuam conſuetudine præſcribi non poteſt. 489.d,e
Lex vetus lex Dei. 570.d
Lex pædagogus & νόμος, donec fides veniret. 9.a
Lex vetus vocatur pædagogus. 572.b
Lex vetus quo anno data fuerit. 577.b
Legis tum veteris, tum nouæ Deus auctor fuit. 33.b
Lex vetus data intuitu incarnationis Chriſti. 577.c
Lex vetus vocata lex fortunæ. 580.c
Lex vetus ad bonum ſenſibile ordinata fuit. 581.c
in Lege veteri triplex ratio ſpiritualis. 578.d
Legis veteris ratio duplex, 578.e, & a,b
Legis veteris fines duo. 578.c, & e
Legis veteris finis qui, 572.a
Legis veteris finis fuit ſanctus & optimus. 578.b
Legis finis fuit mors Chriſti. 599.d
Legis veteris effectus qui. 579.a
Legis veteris obſeruantiæ dabantur præcipuè ad ſignificanda futura myſteria Meſſiæ. 594.e
Lex vetus diſponebat ad Chriſtum, & ad illum tota ordinabatur. 570.e
Legis veteris ratio principalis quæ. 600.b
Lex vetus dirigebat ad Chriſtum, 570 b
Lex vetus fuit bona. 570.c,d
Legis veteris præcepta quomodo à Deo, aut à Moyſe tradita. 574.e, & per totum. 575.d
Lex vetus quomodo data per Moyſem, 576.a
Legis veteris triplicem fuiſſe auctorem error Ptolomæi. 572.c
Lex vetus non eſt lata per Angelos legiſlatores, ſed tantùm eorum miniſterio data eſt. 575.e
Lex vetus data eſt miniſterio Angelorum, noua verò miniſterio humanitatis Chriſti. 631.b,c
Legem veterem datam fuiſſe à malo deo qui hæretici ſenſerint. 570.a,b
Lex vetus quando ſit promulgata. 603.b
Lex vetus tota fuit diuina. 573.c
Legi veteri præcepta quædam propria & humana immiſcuit Moyſes. 572.d
Lex vetus nullum habet præceptum à populo, 576.c
Lex vetus quid ſub ſe comprehendat. 34.b
Lex vetus diuiditur in præcepta moralia, ceremonialia, & iudicialia. 581.d
in Lege veteri fuerunt præcepta vitæ agendæ quædam, alia vitæ ſignificandæ. 595.d
Legis nomine abſolutè cur in ſcriptura ſignificetur lex vetus. 34.a
Lex vetus cur dilata fuerit tanto tempore à creatione mundi. 577.c,d,e
Lex vetus fuit iugum & onus graue, noua leue, & ſuaue. 631.d
Lex vetus comprehendebat pœnas, præmia, comminationes, &c. 587.b
Legis veteris notitia non tribuit vires ad obſeruandam legem, 583.b
Lex vetus ægrè, & difficulter ſeruari potuit, 22.d
Lex vetus imperfecta comparatione nouæ. 572.b
Lex vetus quatenus imperfecta. 572.a,b,c, & ſeq.
Lex vetus quomodo imperfecta dicatur. 56.e
Lex vetus erat impoſſibilis. 569.d
Leges humanæ interdum derogare poſſunt iuri naturali. 81.a
Lex humana in quantum poſſit derogare iuri naturali. 418.c,d
Leges humanæ fouentur ab vna diuina, 103.a
Lex humana debet eſſe moderata, 212.e
Lex humana poteſt actus aliàs legitimos irritare. 418.a
Lex humana non poteſt præcipere quicquid non eſt contra legem diuinam, naturalem, aut poſitiuam. 484.b
Lex humana quatũ virtutũ actus præcipiat. 213.e
Lex humana cuiuſlibet virtutis actus præcipere poteſt, 211.c
Lex humana non poteſt præcipere actus internos. 209.b
Lex humana quomodo vim habeat in actus internos. 199.e
Lex humana indirectè actum internum prohibere poteſt. 193.a
Lex humana non poteſt omnia vitia prohibere. 212.c
Lex humana eſt viſibilis, & externa. 195.c
Legis humanæ licèt de eſſentia ſit aliqua denuntiatio, non tamen ſolemnis promulgatio. 272.d
Lex humana diuinitùs promulgata, an, & quando obliget. 289.a,b,c
Lex humana non poteſt obligare ad pœnam ante iudicis ſententiam, ſi pœna requirit executionem aliquã, ſecus ſi non requirat executionem. 371.a,b
Legibus humanis iuſtos non ligari, error eſt Caluini & Lutheri. 301.b
Lex purè humana non poteſt obligare cum vitæ diſcrimine. 255.c
Lex humana poteſt obligare cum vitę diſcrimine. 256.d
Leges humanæ legitimè latæ obligant, non ſolùm in foro exteriori, ſed etiam in interiori. 57.a

Lex

Lex humana communiter non obligat cum vitæ periculo. 256.d
Lex humana obligaret in conſcientia,& ſub mortali,etiamſi nulla eſſet diuina. 223.c
Lex humana non poteſt ad difficillima obligare. 255.c
Lex humana quando poſſit obligare ad difficillima. 257.a
Lex humana poteſt obligare in cõſcientia,ad pœnam ſubeundam ante ſententiam iudicis, & in quibus. 378.e
Lex humana etiam laica poteſt obligare per ſe ad culpam. 365.c
Leges humanæ obligant non ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad culpam. 57.a
Leges humanæ non obligãt ad pœnam æternam, id eſt,ad peccatum mortale. 363.e,& cur.ibid. & ſeq.
Lex humana obligat ad mortale,quando eſt capax tantæ obligationis. 243.a
Legem humanam non obligare ſub mortali qui teneant. 237.c
Lex humana ſecluſo contemptu,ſcandalo,&c.poteſt aliquando obligare ſub mortali. 237.a
Leges humanæ etiam pœnales obligant in conſcientia. 576.d
Leges humanæ etiam ciuiles poſſunt obligare in conſcientia. 221.b,c
Leges humanæ non habent vim obſtringendi cõſcientiam. 229.e
Lex humana poteſt facere de non peccato peccatum. 255.a
Lex humana poteſt obligare ad pœnam ante omnem iudicis ſententiam, ſiue pœna in ſola priuatione cõſiſtat,ſiue requirat executionẽ.371.a
Lex humana poteſt obligare ad inferendam ſibi pœnam. 377.c
Lex humana poteſt obligare ad aliquid dandum pro expiatione peccati. 377.d
Lex humana in multis caſibus obligat,in aliis non. 256.b
Legis humanæ tranſgreſſores quando excuſentur à peccato. 254.c
Legis humanæ tranſgreſſio non eſt mortalis, niſi fiat ex contemptu expreſſo. 237.e
Legis humanæ tranſgreſſio quando ſit mortalis. 237.e
Lex humana imitatur naturalem,cuius eſt ipſa parens,fons,& magiſtra. 96.c
Lex humana & conſuetudo eandem vim habent. 81.b
Legem humanam qui violat, conſequenter violat diuinam,poſitiuam,&c. 224.e
Leges humanæ ob ſolam præſumptionem delicti latæ,vim non habent. 228.a
Legis humanæ reuocatio valida eſt, etiamſi facta ſit ſine cauſa. 467.a
Leges humanę omnes recipiunt interpretationes, conditiones,excuſationes. 254.d
Lex humana abrogari poteſt,& cur. 466.a
Lex humana poteſt abrogari quoad ſolã pœnam etiam ipſo facto incurrendam. 493.a,b
Lex humana abrogari poteſt per contrariam conſuetudinem. 289.a
Lex omnis humana, etiam Eccleſiaſtica per contrariam conſuetudinem, vel non vſum amittit ſuam vim. 297.c
Lex poſitiua quid ſit.75.d,& in quo nitatur.ibid.c
Lex poſitiua veriſſimè & propriiſſimè eſt lex.25.d
Leges poſitiuæ vt actu obligent,cognoſci debent ſub ratione legis. 27.c
Leges poſitiuæ aliquæ ſunt neceſſariæ,& cur.97.d
ad Legem poſitiuam ſolum iudicium aptitudinale eſt neceſſarium. 15.d
Lex poſitiua humana non conſiſtit eſſentialiter in præcepto interno exteriùs expreſſo. 15.b
Lex poſitiua in ratione principis ſita eſt. 95.b
Lex poſitiua eſt libera. 64.c
Lex poſitiua ſupponere poteſt pro aggregato ex actibus intellectus & voluntatis. 15.d
Lex poſitiua ſupponere poteſt pro ſigno vero voluntatis obligandi ſubditum. 15.d
Lex poſitiua eſt rationabilis voluntas ſuperioris, vel eius ſignum vocale, mentale,aut ſcriptum. 10.c
Lex poſitiua conſiſtit eſſentialiter in voluntate rationabili ſuperioris. 15.b
Lex poſitiua quomodo,& qua ratione obliget.98.a
Legis canonicæ materia quæ ſit. 217.d,e
Lex canonica verſatur circa totam materiam iuris ciuilis,& circa aliam altiorem. 218.c
Leges canonicæ nullo modo pendent à conſenſu populi. 288.b
Lex canonica conſentit in quibuſdam caſibus, vt cauſa agitetur coram ſæcularibus. 346.b
Leges canonicæ & ciuiles aliquando de iiſdem diſponunt. 217.d,e
Lex canonica & ciuilis in quo conueniãt, vel differant. 217.b,c
Legis veteris promiſſiones fuerunt de rebus temporalibus. 579.d,580.a
Legem veterem æternam eſſe vetus Iudæorum error. 591.b,c
Legis veteris præcepta fuerunt doctrina quædam inchoata,& non perfecta,ſed nouæ ſunt perfecta. 630.b,c
Legis veteris præcepta quot fuerint. 571.e
Legis veteris præcepta tot, quot oſſa in homine. 102.b
Lex vetus dicitur lex factorum: noua autem lex gratiæ. 34.a
Lex vetus fuit lata conuenienti tempore. 577.a
Lex vetus conuenienti tempore ſancita eſt. 570.d
Lex vetus data fuit conuenienti modo. 578.a
Lex vetus non iuſtificabat,& cur. 584.b
Lex vetus erat lex timoris propter quod appellatur lex mortis. 579.e
Lex vetus obligauit ſub mortali. 576.d
Lex vetus quare vocata Teſtamentum. 579.e
Lex vetus & noua ſunt incompatibiles. 594.b
Lex vetus & noua à quibus & vbi ſcripta. 623.e,& ſ.
Lex vetus ſcripta in tabulis lapideis,noua in tabulis cordis carnalibus. 623.b
Lex vetus vnum populum tantùm obligabat, noua totum orbem. 631.c
Lex vetus cur data ſoli populo Iſraëlitico. 576.e, & ſeq.
Lex vetus pro ſolo populo Iſraëlitico lata eſt, ſolumque illum obligauit. 576.d,& cur.ibid.e
Lex vetus ſolùm data eſt pro Iudæis, noua pro vniuerſo mundo. 594.c
ſine Lege veteri cæteri populi à Iudaico ſaluari poterant. 576.e
Lex vetus numquam fuit neceſſaria Gentilibus. 594.e

Lex vetus habuit præcepta de actibus virtutum infuſarum. 583.c
in Lege veteri erant promiſſiones, & comminationes. 579.d
in Lege veteri fuerunt promiſſiones vitæ æternæ. 580.d
Lex vetus quomodo habuerit promiſſionem vitæ æternæ. 581.b,c,d,e
Lex vetus quomodo continebat ſpiritualia bona. 581.a,b
Lex diuina vet⁹ multa peccata puniẽda iuſſit.61.e
Lex nulla poterat iuſtificare ante aduentum Chriſti ſine dependentia ab illo. 630.b
in Lege veteri nuptiæ commendabantur, in noua virginitas,& continentia laudatur. 631.a
Lex vetus vtilis ad iuſtificationem puerorum ante ſufficientem Euangelij promulgationem. 601.d,e,& ſeq.
Lex vetus potuit recipere interpretationem.591.b
in Lege veteri nemo diſpenſare potuit: niſi Chriſtus quantum ad præcepta poſitiua. 591.a,b
Lex vetus fuit timoris,noua amoris. 631.c,d
Lex vetus erat ſolùm duratura vſque ad aduentum Chriſti. 24.b
Lex vetus debuit cum honore ſepeliri. 614.c
Legis veteris repudium teſtati ſunt Angeli in die Pentecoſtes. 595.b
Legis veteris deſtructionem ſignificauit velum templi ſciſſum. 594.e
Lex vetus eſt abrogata. 592.b,c,d,& ſeq.
Lex vetus eſt abrogata iam. 591.a
Lex vetus ceſſauit vera, & formali abrogatione. 597.e
Lex vet⁹ quãdo facta ſit inutilis,&mortua.601.d,e
Lex vetus quomodo ſit abrogata. 594.a,& ſeq.
Lex antiqua cur abrogata fuerit ſex rationes. 593. d,e,& ſeq.
Lex vetus ceſſauit in morte Chriſti. 599.c,d,& quomodo. ibid.a,b
Legis veteris abrogatio non potuit fieri reſpectu gentilium. 594.c
Lex vetus noua adueniente ceſſauit, noua ſemper durabit. 631.c
Lex vetus fuit à Chriſto abrogata in morte, poſtquam eam impleuit in vita. 593.a
Lex vetus in quibus durarit vſque ad inſtans mortis Chriſti. 597.e
Lex vetus non ceſſauit ante mortem Chriſti: ſed verè ceſſauit in ea. 598.a,b,c,& ſeq.
Lex vetus habuit auctoritatem obligandi vſque ad mortem Chriſti,& non poſtea. 592.c
Lex vetus etiam quoad Decalogum non obligat Chriſtianos. 619.a
Lex vetus etiam quoad moralia ceſſauit. 596.c,d
Lex vetus quoad iudicialia non eſt lethalis. 607.d, ſed quoad ceremonialia ſic. 608.a
Lex vetus quomodo obligarit vſque ad Pentecoſtem. 600.d,e,& ſeq.
ex Lege veteri cur fuerint retenta quædam in Eccleſia. 910.a
Legis veteris,& nouæ quindecim differẽtiç,à 629. ad finem.
Lex Moſis quomodo lata in æternum. 593.d
Lex Moſis cur dicatur ignea. 60.d
Lex Moſaica nunquam ſtatuit pœnam mortis,niſi pro tranſgreſſione mortali. 366.b
Lex Moyſis per lucernæ nomen intelligitur. 8.b
Lex Moſis non intrat Eccleſiam Chriſti. 595.d,e
Leges Iudaicæ multò plures, quàm Eccleſiaſticæ, & ciuiles Chriſtianorum. 147.b
Lex noua propriè quid. 623.b
Lex noua lex perfectæ libertatis. 621.e
Lex noua eſt verè & propriè lex. 619.c
Legis nomine aliquando intelligitur totum vetus Teſtamentum. 587.a
Lex noua perfectæ libertatis. 595.b
Lex Chriſti duplex. 629.c
Legis nouæ & veteris diſcrimen. 623.b
Lex noua cœli fores aperuit,vetus non. 631.c
Lex noua poteſt intelligi veritatis nomine. 620.d
Lex noua quomodo dicatur æterna. 627.c
Lex noua eſt lex amoris. 631.b
Lex noua ſcripta eſt in tabulis cordis, vetus in tabulis lapideis. 632.a
Legis nouæ & veteris quindecim differentiæ, à 629.ad finem.
in Lege noua omnia noua,in veteri vetera. 632.a
Lex noua & vetus adæquatè diuidunt legem diuinam poſitiuam. 33.e
Legis nouæ ſcopus regnum cœlorum. 581.a
Lex noua non eſt occaſio peccati. 56.a
Lex noua eſt finis veteris. 631.e
Lex noua habet vim ſanctificãdi,qua vetus caruit. 629.b,c,& ſeq.
Lex noua quid præcipuè intendat. 622.a
Legis nouæ peculiare eſt, quòd Sacerdos ſaltem ſummus non ſubiicitur Principi. 191.c
Lex noua cur dicatur fides, ſpiritus & lex libertatis. 620.e
Lex noua cur dicatur vltimum tempus. 627.d,e
Lex noua fuit neceſſaria. 570.d
Lex noua data eſt pro vniuerſo mundo,vetus pro Iudæis ſolùm. 594.c
Lex Euangelica toto vniuerſali deſeruire debet. 147.a
Lex noua à quibus,& vbi ſcripta. 623.e,& b
Legis nouæ promulgatio quando,& quanto tempore facta. 601.a
Legis nouæ promulgatio quo ordine facta fuerit. 606.e
Legis nouæ promulgatio cœpit fieri in die Pentecoſtes. 604.c
Legis nouæ promulgatio quando, & quomodo facta. 626.b,c
Lex Euangelica non fuit lex vſque ad Pentecoſtem. 605.a
Lex noua facta eſt vera lex in die Pẽtecoſtes.604.c
Legis nouæ obligatio quando cœperit. 625.b
Lex noua obligauit Apoſtolos in ratione præcepti à paſſione Chriſti. 604.c
Lex noua quando cœperit obligare. 603.e.& ſeq.
Legis nouæ obligatio cœpit in paſſione. 626.c
Legis nouæ obligatio cœpit in Pentecoſte. 600.d
Legis nouæ præcepta quæ. 621.c,d,622.b
Lex Euãgelica cõtinet præcepta,cõſilia,&c.. 587.e
Lex Chriſti nonnulla præcepta habet ſatis difficilia. 593.c,594.c
Lex noua qua ratione iuſtificat. 630.a
Lex noua præcipuè verſatur in actibus internis. 622.e
Lex noua nullas pœnas ſtabiliuit. 61.e
Lex noua non poteſt minui,nec augeri. 627.a
Lex Euangelica firma,& ſtabilis conſtituta eſt,deſtructa veteri. 595.a
Lex noua numquam eſt abroganda, vel in aliam commutanda. 626.e


Lex

Digitized by Google

Lex noua ſcripta in tabulis cordis carnalibus, & vetus in tabulis lapideis. 623.b
ante Legem Chriſti iuſti verè iuſtificabantur gratia inhærente. 589.c
in Lege Euangelica pauca Dei præcepta cōtinentur. 150.a
Lex noua quo ordine docenda. 620.b
Lex gratiæ quid contineat. 34.b
Lex ſpiritualis cur dicatur. 55.c
Leges ſpirituales condendi poteſtas fuit in lege ſcripta. 150.a
Leges perſonales quæ. 46.c
Lex peccati quid ſit propriè. 53.b
Lex peccati & membrorū in quo differunt. 53.a,b
Lex peccati eſt priuatio iuſtitiæ originalis, & pœna peccati originalis. 53.a
Lex membrorum à natura, & lex peccati à peccato. 53.a
Lex peccati & membrorum eadem. 53.c
Lex membrorum eſt inclinatio. 53.a
Lex diabolica, & peccati quæ dicatur. 5.c
Lex mala eſt diabolica, & tyrānica, nec ligat. 22.d,e
Leges tyranni quædam validæ. 141.c,d
Lex humana eſt ſcriptum aſſiſtens honeſtis, prohibenſque contraria. 27.d
Lex humana diuiditur in Eccleſiaſticam, & ſæcularem. 34.c
Lex humana preſsè ſumpta ſolam ſæcularem ſignificat. 34.c
Lex humana diuinam ſolet imitari. 366.e
Lex humana diuinam determinat. 212.a
Legis humanæ finis qui. 572.a
Legis humanæ effectus quis ſit. 211.d
Lex canonica non tollitur contraria conſuetudine, niſi quadraginta annis, ciuilis verò decem. 295.c
Leges præſertim canonicæ quando volunt irritare, præter prohibitionem addunt alia verba expreſſa. 425 d
Lex canonica duobus modis poteſt ciuilem abrogare. 468.d
Leges Romani Pontificis non pendent à Conciliis, ſed Conciliorum ab ipſo. 152.e
Leges latæ à Pontifice non obligant, ſi non acceptentur. 289.c
Lex Pontificia quando præualeat imperatoriæ, & contra. 190.a
Leges Pontificiæ vt valeant, requiritur populi cōſenſus. 289.e
Leges Pontificiæ, & regnorum non ſubditorum imperio non ſubduntur authenticō Iuſtiniani de obligatione legis poſt duos menſes à promulgatione. 280.a,b
Leges Pontificum cenſibus ſeruantur. 297.b
Legem Pontificiam tranſgredientes Romę puniūtur, licet duo menſes à promulgatione elapſi non ſint. 277.b,c
Leges Pontificię vt obligent, ſatis eſt in curia promulgari. 276.a
Lex Pontificia poteſt recipi in vno regno, vel prouincia, & ibi obligabit, non in aliis. 293.b,c
Leges Eccleſiæ Canones, ſeu regulæ dicuntur. 9.c
Leges Eccleſiaſticæ cur diuinæ. 573.c, & ſeq.
Lex Eccleſiaſtica fertur poteſtate ſpirituali, & ſupernaturali. 34.c
Secularis verò ſola poteſtate naturali. ibid.
Lex Eccleſiaſtica obligat in conſciētia, eſt de fide. 222.a
Leges Eccleſiaſticæ pauciſſimæ, nempe quatuor, aut quinque. 148.a
Lex Eccleſiaſtica, & politica ad quid ordinētur. 221.a
Legibus Eccleſiæ non tenentur, niſi baptizati. 120.c
Legum Eccleſiaſticarum non ſunt capaces qui nō ſunt baptizati. 324.c
Legum Eccleſiaſticarum & ciuilium diuerſa eſt materia. 217.a,b
Lex Eccleſiaſtica poteſt tolli conſuetudine decem annorum. 478.a,b,c
Leges Concilij Tridentini à quo tempore obligare incœperint. 275.d
Leges Concilij Tridentini, cur non obligent in multis locis. 274.b
Leges Codicis quomodo conditæ. 50.d
Legis ciuilis materia quæ ſit. 218.a,b
Legis ciuilis officium, & effectus. 56.a
Leges ciuiles non ſemper fuerunt in Rebuſp. 46.b
abſque Legibus ciuitas incolumis eſſe non poteſt. 98.c
Lex ciuilis & canonica quomodo concurrant in vna materia. 218.c
Lex ciuilis non prohibet omnia peccata, ſed quædam permittit. 55.b
Lex vera fieri poteſt quæ obliget vnam partem ciuitatis. 20.c
Leges ciuiles aliquando iuſtificant actus prauos. 217.c.
Leges Ciuiles multa ad fidem, & religionē Chriſtianam tuendam, & propagandam, ſtatuunt. 2.
Leges ciuiles non ſufficiunt ad commune bonum Eccleſiæ. 148.e
Legibus ciuilibus quibus ſubiaceant clerici. 343.c
Leges ciuiles quæ dicantur reſpectu clericorum. 343.d,a
Leges ciuiles de Eccleſiis, & aliis rebus ſacris quādo, quomodo, & qua ratione latæ. 218.b, & quomodo vim habeant. ibid.c
Lex ciuilis obligat in conſcientia, eſt de fide. 222.b
Leges ciuiles obligant ſub mortali. 237.d
Lex ciuilis quomodo obliget in conſcientia. 223.e
Legibus ciuitatis obligantur ſoli perpetuò habitantes. 322.e
Lex eſt iniuſta ſi excedat poteſtatem condentis. 23.e
Leges ſæculares ſicut & diuinæ aut Eccleſiaſticæ obligent ſub pœna æterna conueniens eſt. 365.a
Leges Laicorum clericos non ligant. 346.c
Leges duodecim tabularum Draconis ſcriptæ in tabulis ligneis. 34.d.
Leges duodecim tabularum apud Romanos erant ſcriptæ in tabulis æreis. 34.d
Leges duodecim tabularum in tabulis eburneis, vel, vt alij volunt æneis, perſcriptæ. 46.d
Leges duodecim tabularum quomodo conditæ. 46.c,d, & quare duodecim. ibid.
Leges Imperatorum vbi vim habeant. 130.a
Leges Imperatoriæ in multis regnis vim non habent. 426.d
Lex imperatoria, vel regia populum tenet principem, non item. 310.e
Leges Imperatoriæ non ſunt à clericis contemnendæ. 344.c



Digitized by Google

Lex Imperialis nulla vim legis habet in Hiſpania. 131.c
Leges Imperatorum apud Hiſpanos in iudicio allegari prohibitæ ſub pœna capitis. 130.d
Leges Imperatoris non habét vim in ſingulis prouinciis,niſi in ſingulis promulgentur. 274.a
Lex creaturæ in quantum creatura proficiſcitur à creatore. 11.d
Lege Salica fœminæ à ſucceſſione regni Francorum excluduntur. 133.e
Lex Regia quæ fuerit. 127.e
Lege Regia à Senatu, populoque Romano poteſtas omnis & imperium in Imperatorem tranſlatum eſt. 312.d
Lege Falcidia,& Glicia non ſunt ſoluti Imperatores. 313.e
Lege Voconia ſoluti erant Imperatores. 312.e, & quæ ſit. 313.a,d
Lex Aquilia propriè fuit plebiſcitum. 47.b
Lex Glicia ne verbum quidem dicit de inofficioſo teſtamento. 313.c
Lex princeps, ff.de legib. de quibus intelligatur, eiuſque expoſitio. 307.a,c
Legis 2.C.quæ ſit longa conſuetudo, variæ limitationes. 482.c,d,& ſeq.
Lex in fraudé fiſci,ff.de iure fiſci,explicatur. 395.e,& ſeq.
Lex placuit,C.de iudiciis, & lex ſecunda, C.de legib.conciliantur. 562.d,e
Legis non dubiũ,C.de legibus,explicatio.425.b,c
Leuitici conſulebãtur in dubiis de religione.191.b
Libellus repudij à Moſe inſtitutus. 573.e,574.a,b, & cur. ibid.
Libellus repudij quomodo Iudæis permiſſus fuerit. 86.e
Libellus repudij à nullo Legiſlatore,vt Iudæis cõceſſus eſt. 575.b
Libellus repudij non cõceſſus,ſed permiſſus.571.c
Liber ſi quis eſſet beneficio principis à decimis, tributis &c. & decennio vſus non fuiſſet, amiſit priuilegium. 300.c
Liberi ex complexu nefario,aut inceſto nati omni ſubſtantiæ paternæ beneficio indigni reputantur iure ciuili,vt nec alantur à patre, ſed correctum eſt iure canonico. 124.b
Liberum quid. 620.e
Liberum quod eſt licere dicitur. 46.a
Liber vitæ eſt æterna Dei ſcientia, in qua res omnes dicuntur metaphoricè ſcriptæ. 32.e
Liber vitæ dupliciter ſumitur, formaliter, & materialiter. 33.e
Libros Magorum legentes ſunt excommunicati excommunicatione reſeruata Papæ. 827.b
Libertas ineſtimabilis res eſt. 252.c
Libertas eſt vita ciuilis. 90.b
Libertas eſt de iure naturæ. 43.b
Libertas quomodo erat de iure naturæ. 83.d
Libertas iure naturali non eſt præcepta, ſed tantùm permiſſa. 43.d
Libertatem non amittere ſine graui cauſa quiſque ex charitate propria tenetur. 44.c
Libertas auſertur ablato iure,& legibus. 99.c
Libertas acquiritur ſeruo ſtatim atque ei teſtaméto legata eſt. 284.a
Libertas à lege quid. 241.c
Libertas legis gratiæ non opponitur prælatorum obedientiæ. 147.c
Libertates varias,quas Chriſtus nobis attulit.147.d,& ſeq.
Licere dicitur quod liberum eſt. 46.a
Ligare & ſoluere pertinet ad ſuperiorem. 306.e
Limitationes legum generalium quindecim. 554.d,e,vſque ad 555.d
Limitatio etiã in iure diuino locum habet, nec eſt exorbitãs,quia explicat verũ ſẽſum legis.470.c
in Litis ordinationem reſpicientibus, attenditur conſuetudo & ſtatutum. 346.a
Lites & contentiones omnes tam in ſpiritualibus, quàm in tẽporalibus ad iudicium ſummi Pontificis pertinent. 120.d
Litem exortam interpretando & definiendo Rex quomodo legem facere dicatur. 50.b
Lites decidere non eſt ſanctitatis, ſed iuriſdictionis. 170.c
Literæ Pontificis ſunt leges generales pro tota Eccleſia. 297.b
per Literas commendatitias commendãs aliquem obligatur ſub mortali, ne alij damnum ex commendatione patiantur. 560.d,e
per Literas commendatitias generaliter laudato ſi quis poſtea committat ſua negotia,non teneberis ad reſtitutionem fraudis commendati. 561.a, niſi ſpecialiter dixiſti, vt illi liber vel equus daretur: quod adhuc exceptionem patitur. ibid.b,c
in Littoribus genita fiunt primò occupantiũ.43.c
Liuia ex triente, Tiberius ex beſſe ſunt hæredes inſtituti ab Auguſto. 313.d
apud Locrenſes quomodo legis mutatio petenda eſſet.467.b
Locuples nullus fieri debet cum detrimento aliorum. 20.d
Locupletes beatos appellare,ſermo amẽs eſt. 54.c
Locupletior fieri nemo debet cum alterius detrimento. 45.a
Locus in quod ius dicitur,ius appellatur. 4.a
Locus in quo Senatus congregatur, dicitur Senatus. 4.a
Locus exemptus moraliter intra territorium non continetur. 339.c
Locus exemptus in diœceſi aliqua exiſtens,moraliter cenſetur quoad iuriſdictionem extra illam eſſe. 333.a
Loca exempta quæ propriè dicantur. 340.a
Locus ſi particulariter fuerit interdictus tenentur clerici peregrini cenſuram ſeruari. 329.b
Ludouicus Imperator Caroli magni filius Romano Pontifici Romam cum ſuo ducatu, & aliis ciuitatibus contulit. 126.e
Ludens cum Epiſcopo an peccet. 318 d,e
Ludi aliqui ſunt prohibiti, tamen per illos dominium lucri transfertur. 422.d,423.e
Ludo acquiſita quando, & cui ſint reſtituenda. 424.a,b
Lumen rationis in omnibus oſtendit aliqua fugiẽda,aliqua amplectenda. 80.d
Lumen naturale,eſt lex naturalis. 72.d
Lumen,ſeu facultas rationis poteſt dici lex. 16,c
Luminaria duo in Eccleſia. 128.6
Luna lumen ſuum habet à Sole. 121.c
Luſitanorum ſtatutum de legis obligatione poſt ſex dies. 279.a
Lutherus totum corpus canonicum publicè combuſſit. 143.c
Lutheri & Vvicleph error de paupertate Euangelica. 213.d,e



Digitized by Google

Lutheri error de circumciſione cum baptiſmo. 608.d
Lutherus affirmat nullum peccatum prçter infidelitatem nocere homini. 629.e
Lutheri audacia temeraria. 610.d
Lycurgus Lacedemoniis leges tulit. 46.c
Lycurgus ſtabiliuit in ſuis legibus adamare pueros.79.b.& viros ex alienis vxoribus, fœminas autem ex alienis maritis filios ſibi comparare. 79.b
Lycurgus nullas ſcripſit leges, ſed memoriæ ciuium inſculpendas tradidit. 25.b
Lycurgus perſuaſit Lacedemoniis, quòd leges, quas illis dabat,à Ioue patre accepiſſet. 578.a

M

Machabæi & Phariſçi fide nouerunt reſurrectionem. 581.d
Machabæi pugnarunt in ſabbatho. 256.e.259.c
Magiſter poteſt punire diſcipulos. 60.b
Magiſter percutiens clericum ſcholarem intuitu diſciplinæ,non excommunicatur. 60.c
Magiſtri quomodo poſſint punire diſcipulos.60.c
Magiſtris conceſſa eſt iuris interpretatio. 563.a
Magiſtri in Theologia nomine intelligitur etiam doctor. 539.d
Magiſtratus eſt iuſtum animatum, ſeu iuſtitia viuens. 100.d
Magiſtratus eſt lex loquens, lex magiſtratus mutus. 376.c
Magiſtratus optimi,& leges ſunt in ciuitate ſimiles medicis. 104.a
Magiſtratus cur neceſſarius in Rep. 108.d
Magiſtratus optimi ipſi ſunt leges. 100.a
Magiſtratus vbi ſuo iure funguntur, nihil opus eſt multiplici lege: vbi verò improbitate aliò detorquentur, ex legum multitudine perniciem afferunt. 102.c
Magiſtratus ciuiles poſſunt leges condere. 108.d
Magiſtratus poſſunt tantùm obligare ſubditos, qui ſunt incolæ. 320.c
Magiſtratus extra prouinciam verſans poteſt facere adoptiones,emancipationes, & manumiſſiones. 338.c
Magiſtratuum malefacta corrigendi poteſtatem conceſſit Reip.Solon. 315.a
Magiſtratus ciuiles liciti,& neceſſarij. 113.a
Magiſtratus permittentes agitationem taurorum quomodo excuſentur à peccato. 298.c,d
Magorum libros legẽtes ſunt excommucicati excommunicatione reſeruata Papæ. 287.b
Magicæ artis libros ſcriptos à Chriſto impium commentum. 623.e
Maior non poteſt lege minoris conſtringi. 346.d
Maius qui poteſt,poteſt & minus. 198.b
in Maioratus bonis poſſeſſor habet dominium. 387.c
Maioratus quibus criminibus amittatur. 270.d
Maioratus quando non poteſt confiſcari propter crimen inſtituentis ex propriis bonis. 392.e
Maioratus quomodo confiſcari poſſit.386.e.387.a & ſeqq.
Maioratus regum,& aliorum principum, qui electione populi inſtituti ſunt, patre delinquente deuoluuntur ad filium innocentem. 387.c
Maioricenſes poſſunt comedere carnes die ſabbati. 330.d
Malefactor helo iuſtitiæ & exempli publici poteſt ſe offerre puniendum iudici. 399.a.403.c
in Maiorica & Hiſpania præſcriptum eſt in legem abſtinendi à carnibus die ſabbathi. 296.b
Malefici occulti,à quibus damna imminent Reip. vel priuatis,poſſunt priuata auctoritate occidi. 83.d
Maleficos occidendi Princeps non poteſt facultatem concedere vnicuique.84.a.& eſt peccatum mortale ſi concedat etiam poſt latam ſententiam. ibid.b,c
Malitia peccati in quo ſita ſit ex Ariſtotele. 90.a
Malitia omnis moralis debet eſſe contraria alicui legi. 13.a
Malitia theologica eſt materia neceſſaria confeſſionis. 90.e
Malum ex quocumque defectu. 413.d
Malum ex quocumque defectu,bonum ex integra cauſa. 187.c
Malum morale & peccatum idem ſunt. 13.e
Mala quædam & peccata ex natura ſua. 11.a
Malum omne ſecundùm ſe prohibetur lege naturali. 77.b
Malum nihil niſi quia prohibitum. 13.c
Malum nihil,niſi quia prohibitum,de qua lege intelligatur. 91.c
Mala non prohibere interdum expedit Reipub. 59.e
Mala quædam,quia prohibita, & quædam prohibita,quia mala. 14.b
Malum vitare non minus neceſſarium, quàm bonum facere. 212.b
ad Malum reſpiciens nemo operatur. 241.b
Malum non eſt ampliùs quod priuilegio conceſſum eſt. 448.c
Manahem filius Gabi regnum tyrannicè inuaſit. 139,b
Manaſſes reprehenſus, quia in templo aras ſine præcepto Domini conſtituit. 144.b
Mandamus verbum an æquipolleat præcepto. 245.c,d,e
in Manifeſtis epijkia non habet locum. 561.c
Mandari quod nō poteſt expreſsè in ſermone generali non venit. 319.c
Mandatarius qui non ſoluit procurationem ſtante de eo mandato,an debeat ſeipſum excommunicare. 319.b,c,d
à Mandatario Pontificis poteſt fieri lex. 166.d
Mandata Dei quo ordine annuncientur. 112.a
Mandatum & præceptum idem ſunt. 245.d
Mandata hominum quæ dicantur in ſacra ſcriptura. 301.b
Mandata Rectorum, vel vniuerſitatum ſub pœna præſtiti iuramenti non obligant ſub mortali. 247.b,c
Mandatum ſpeciale non tollitur per generale ſubſequens. 463.e
Mandatum generale paſsim variatur. 325.e
Mandatum extinguitur morte mandantis. 445.b
Mandatum morte mandantis quando expirat. 24.b
Mandatum ſuperioris non continens commiſsionem iuriſdictionis, morte mandantis expirat. 24.d. ſecus ſi non contineat commiſsionem. ibid.
Mandatum re integra domini morte finitur. 24.b. non autem ſi res non ſit integra. ibid.c
Mandatum quo confertur alicui poteſtas iuriſdictionis, ipſa cœpta non expirat per mortem mandantis. 17.e

Mandata, quę non ſunt leges, expirant morte mandantis. 101.d
Mandatum teſtatoris confirmatur morte ipſius. 24.c
Mandatum generale ſemper loquitur vſque ad mortem mandantis. 325.d
ſine Mandato particulari nemo poteſt pro alio agere. 543.c
Marchiones, Duces, & Comites cur non poſſint leges condere. 159.e
Maria Virgo meruit ſaltem ex congruo, vt ex ea Chriſtus naſceretur. 577.c,d
in Mari, vel in litoribus quæ gignuntur fiunt primorum occupantium. 43.c
Maria virgo peccare nequiuit. 302.b
Maria virgo dignior, & excellentior fuit Apoſtolis vniuerſis, 183.e
Maria virgo fuit ſubiecta veteri legi. 302.b
in feſtorum Mariæ virginis vigiliis non ieiunare non eſt peccatum. 498.a
Marius legibus fuit ſolutus, dum abſens in Lybia Conſul creatus eſt. 307.b
Maritus & vxor dicuntur duo in carne vna, ſocijque diuinæ, & humanæ domus. 319.d
Mariti honore ſplendent vxores. 319.d
Maritus non poteſt dari curator vxori. 135.a
Maritum nihil ab vxore accipere, & illa à marito, cur ſit cautum. 319.c
Maritus condemnatur in id quod facere poteſt, habita ratione ne egeat, ſecus in eius hærede qui condemnatur in ſolidum. 444.a
Martianus Imperator à Deo electus. 121.d
B. Martinus in mortis articulo molliora ſtramina fugit. 262.d
Martinus Epiſcopus non Imperatori, ſed ſacerdoti ſuo calicem dedit in conuiuio. 192.a
Marſilij Patauini, & Ioannis de Ianduno error de Chriſto ſoluente tributum, condemnatus. 354.a
Maſculinum quando comprehendat fœmininum. 552.e
Materia legum ciuilium & canonicarum diuerſa. eſt. 217.a,b
Materia conſuetudinis vt obliget, qualis eſſe debeat. 497.a
Materia quædam grauis, quædam leuis eſt. 233.d
Materia alicuius peccati quando grauis cenſenda. 254.e
Materiæ grauitas vnde dignoſcenda. 253.d,e
in Materia graui non poteſt eſſe leuis obligatio. 243.a. nec in leui materia grauis. ibid.
ex Materia leui per ſe ſpectata non poteſt oriri malitia grauis. 238.e
in Materia graui poteſt imponi leuis obligatio, non ſecus. 254.b
Materia grauis eſt capax maioris, & minoris obligationis. 236.a
ex Materiæ quantitate ſumitur quantitas culpæ. 236.e
Materia quæ erit leuiſſima in aliis peccatis, & inſufficiens ad mortale, in contemptu erit grauis. 241.e
Matrimonium eſt contractus ſocietatis. 133.d
Matrimonium expoſcit conſenſum in præſens, ſponſalia verò in futurum. 439.a
de Matrimonij ratione eſt abſolutus conſenſus de præſenti. 229.c
Matrimonium debet eſſe liberum, nec poteſt lege præcipi. 213.d
de Matrimonio non eſt præceptum obligans priuatas perſonas. 619.a
Matrimonij lex dominatur quandiu vir viuit. 592.b
ad Matrimonium quid requiratur ex vtroque iure. 81.b
Matrimonij materia cur pertineat ad canonicas leges. 217.d
Matrimonij obligatio quæ. 94.c,d
Matrimonium iure naturæ eſt indiſſolubile. 85.a
Matrimonium non inducit ſocietatem bonorum. 135.c
Matrimonium non transfert dominium regni in virum. 134.c
Matrimonium contractum vbi eſt receptum Tridentinum, ſine parocho, & teſtibus eſt nullum. 417.e
Matrimonia inter perſonas diuerſæ religionis ſine ſcrupulo contrahuntur. 42.c
Matrimonium irritandi vim habet lex humana. 258.c
Matrimonium Chriſtianæ perſonæ cum infideli eſt irritum. 349.a
Matrimonium non poteſt impediri conſuetudine. 497.a
Matrimonium legitimè initum non poteſt conſuetudine diſſolui. 497.b
Matrimonium ſpectat ad Eccleſiæ forum. 496.d
Matrimonium conſummatum eſt omnino indiſpenſabile. 628.e
ad Matrimonium poteſt aliquando princeps obligare. 214.e
Matrimonium ratum non conſummatum non poteſt Papa diſſolui, niſi fortè ex grauiſſima cauſa. 497.c
Matrimonij in certis gradibus cur ſit facta interdictio. 494.b
Matrimonium eo ipſo quòd prohibetur, irritatur. 421.e
Matrimonium ſi prælatus iniuſtè neget diſpenſationem in denunciationibus, poteſt ſimilis licitè contrahi. 531.
Matrimoniũ quibus de cauſis interdicatur. 214.a
Matrimonia inter conſanguineos vel affines intra quartum gradum ſunt irrita. 416.b. 418.c
Matrimonium in primo gradu conſanguinitatis eſt prohibitum iure naturæ. 81.c
Matrimonium inter fratrem & ſororem iure naturæ eſt prohibitum, non tamen irritum. 418.c
Matrimonium ſecundum viuente primo coniuge, item inter patrem & filiam, inter matrem & filiam, ac inter fratrem & ſororem, ſunt nulla iure naturæ. 418.b
in Matrimoniis quidam gradus prohibentur conſanguinitatis in veteri lege. 366.a
Matrimonium non eſt quod clericus in ſacris, vel religioſus profeſſus contrahit. 558.e
Matrimonium contrahere cum conſanguinea licet in gratia cum periculo mortis, ſed non conſummare. 258.a,b
Matrimonium contrahens in gradibus prohibitis antequàm ſciat obtentam diſpenſationem nihil facit. 285.c
Matrimonium impedimenta dirimentia poteſt conſuetudo introducere. 495.d. 496.b
Matrimonium contractum & conſummatum poſt aliud ratum nondum conſummatum nullum eſt. 559.a

Matri

Matrimonium in gradibus prohibitis quomodo ſit validum ante diſpenſationem. 286.b,c
ad Matrimonium quæ reddant inhabiles. 373.b
Matrimonia clandeſtina ſunt irrita. 416.b.418.b
Matrimonium clandeſtinum eſt irritum in foro animæ. 230.e
Matrimonium clandeſtinum non poſſunt peregrini celebrare in locis vbi obligat Tridentinum. 329.b
Matrimonia clandeſtina à quo tempore ſint interdicta. 424.c
Matrimonia clandeſtina non poteſt Epiſcopus irritare. 160.d
ad Matrimonium iure inhabiles non poſſunt conſuetudine ad illud habiles fieri. 494.e.& ſeq.
Matrimonium poſt votum caſtitatis contrahere prohibet ius naturæ, tamen non eſt nullum. 418.b.422.b
in Matrimonio,&voto quomodo diſpenſet Deus. 94.d,e
Matrimonij diſpenſatio primo vſu conſumitur. 528.a
in Matrimonio diſpenſare non eſt cenſendus Papa,ſi ſcienter permittat aliquos in eo manere. 535.e
Matrimonium diſſoluendo an Pontifex propriè diſpenſet. 94.c
Matrimonium factum tempore interdicto ab Eccleſia ſubſiſtit. 422.b
in Matrimonium dirimentibus impedimentis Epiſcopus non poteſt diſpenſare, etiam in caſu extremæ neceſſitatis. 514. a. niſi in quibuſdam circumſtantiis. ibid.b
Matrimonij impedimenta poſſunt conſuetudine abrogari. 494.e.495.a,b.& ſeq.
Matrimonium quomodo reualidetur. 560.d,e
Maximus imperator iuſſit in conuiuio dari primum calicem, qui ſibi offerebatur, Martino Epiſcopo,qui non Imperatori,ſed ſacerdoti ſuo eum reddidit. 192.a
Matthias vnus ex ſeptuaginta diſcipulis factus Apoſtolus. 155.b
Matthias non accepit auctoritatem à Petro,neque electus eſt ab Apoſtolis. 151.c
Medicina primò ſignificat medicum,& per analogiam artem qua tale medium cognoſcimus. 4.c
Medicus & princeps ſaluti ciuium debet conſulere. 103.e
Medicus ante omnia debet monere infirmum, vt ſpiritualem medicum accerſat. 276.c
Medicus miniſtrans carnes Carthuſiano cur non peccet. 266.b
Medicis vti in infirmitate melius eſt,quàm libris medicorum. 100.b
Medicus non ſum apud Iſaiam quid ſit. 104.a
à Mediis quibus propriam tueatur vitam nemo poteſt abſtinere. 399.b
Mediolanenſes non tenentur ieiunare ante primam dominicam quadrageſimæ. 330.d
Medorum ſeu Perſarum imperium per bella iniuſta captum. 135.e
Melchiſedech rex iuſtitiæ. 107.e
Melchiſedech rex Pontifex fuit. 125.a
Melchiſedech ſacerdos. 149.d
Meliorationes intrinſecæ fiſco cedunt. 393.c
Membra debent conformari cum aliis membris in oneribus. 300.b
Membrorum lex eſt inclinatio. 53.a
Membra per appetitum inclinantur. 53.b
Membrorum peccati lex qua ratione differant. 53.a,b
Membrorum aut vitæ ſuæ nemo eſt dominus. 396.e
Membra Reip.ciuilis,Eccleſiæ, vel diœceſis,quomodo conſtituamur. 304.c
Mendatium quænam fictio non ſit. 615.c
Mendacium ſemper eſt illicitum,& nulla de cauſa honeſtari poteſt. 615.b
Mendacium non licet, etiam pro tuenda vita hominis. 95.a
Mendacium non poteſt vlla ratione interpretari. 94.d
Mendacij pater eſt diabolus. 95.a
Mendacium neque de potentia Dei abſoluta honeſtari poteſt. 88.c
Mentiri ſemper malum. 11.b
Mentiendi facultatem Deus non poteſt dare. 89.c
Menſura debet eſſe homogenea menſurato. 195.c
Mens eſt ſui iuris etiam in ſeruis. 195.d
Mens legis duplex. 555.b,c
Mens legiſlatoris dupliciter poteſt habere difficultatem. 561.d,e
Mens legis magis attendenda quàm verba. 551.d,e
ex Mente legis prouenire non creditur, quod ex verbis non venit. 558.a
Mercatores,peregrini,&c.debent in itinere ſecuritate congrua lætari. 442.b
Merces extrahere à regno non eſt mortale. 242.c,d
Mercurius Triſmegiſtus Ægyptiorum legiſlator. 46.d
Mercurius Triſmegiſtus cur ſic dictus. 126.b
Meretrix quæ vult venire ad locum aliquem habitandum,à vicinis poteſt expelli. 211.d
ex Meritis Chriſti præteritis,præſentibus, vel futuris ſemper iuſtificati ſunt ſeruantes legem. 629.e
Meſſiæ promiſſio peculiariter facta eſt populo Iſraëlitico. 577.c
Meſſiæ promiſſio cur facta ſoli populo Iſraëlitico. 577.c
Meſſias à Regibus,& oſculandus, & adorandus. 108.a
Meſſiæ redemptionem participauerunt quotquot ab initio mundi ſaluati ſunt. 594.d
Metropolitanus ſi contra legem agat in Epiſcopatu,non incurrit cenſuram. 27.d,e
Metu quæ fiunt, ſunt verè & ſimpliciter voluntaria. 210.a
Michaël Angelus fuit qui loquebatur cum Moſe in monte Sina. 575.e
Miles non obtemperans duci peccat mortaliter. 255.b
Milites à quibus puniri poſſint. 327.b
Miles condemnatur in id quod facere poteſt. 444.a
Miniſter iuſtè aliter,qui futuris eſt idoneus,vt miniſtret. 200.a
Miniſtrorum Tranſyluanianorum error circa verum & falſum Chriſtum. 106.d
Miniſterium qui negligenter, vel craſſè ignoranter exercet, tenetur damna inde ſubſecuta reſtituere. 410.e
Minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum. 461.c
Minor cenſetur non habere ſufficientem & expedientem prudentiam ad contrahendum. 427.b

Mino

Digitized by Google

Minorum ſtatuta quando obligent ad culpam. 367.d
Minos annis nouen Gnoſſio in antro legum ferendarum rationem à Ioue didicit. 101.b
in Miſſæ ſacrificio omnes rationes veterum ſacrificiorum inueniuntur. 586.b
Miſſa olim non celebrabatur cum tantis ceremoniis. 258.b
Miſſam audiendi præceptum ad quid obliget. 210.a
Miſſam qui audit quauis intentione, ſatisfacit præcepto. 216.d
Miſſæ qui aſtitit ſine attentione, tenetur aliam audire. 205.a
Miſſam volens non audire in feſto peccat, licet poſteà audiat. 194.a
ad Miſſam, Communionem, Confeſſionem &c, quo ætatis anno Eccleſia obliget. 359.c,& ſeq. 360.d,e
Miſſam audiendi debet eſſe voluntas, vt validè audiatur, nec enim audit coactùs adeſſe. 209.e
Miſſam audiens ebrius, ac inuitus, aut reluctans manent excommunicati, niſi aliam audiant. 210.d,e
Miſſæ præcepto non ſatisfacit, qui ebrius, amens. &c. Miſſæ adeſt. 209.c
Miſſæ præſentes ſerui, diſcipuli, &c. coacti à dominis, &c. non implent præceptum. 209.e
Miſſam audire quomodo & pro caſu teneatur viator tranſiens per oppidum, vbi eſt dies feſtus 327.c,d,e
Miſſam qui audiuit in vno loco, non tenetur illam iterum audire in alio. 320.d
Miſſa validè auditur, ſi non adſit voluntas contraria præcepto. 209.a,b
ad Miſſam audiendam non tenetur quis exire domum, qui certò ſcit inſidias ſibi eſſe paratas. 269.b
Miſſam volens non audire in die feſto, & poſteà audiens ante lapſum feſti, non poteſt puniri ab Eccleſia. 199.c
Miſſam qui audiuit manè ignorans eſſe feſtum, non tenetur ad aliam miſſam audiendam ſi poſtea ſciat eſſe feſtum, & velit ſatisfeciſſe priori Miſſa. 209.c,d,e
Miſſam audiendo ſine attentione non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. 200.d
Miſſam audiendi lex quomodo impleatur. 209.c,d
Miſſæ præceptum non implet, qui voluntariè diſtrahitur, licèt habeat ſigna attentionis, & deuotionis. 202.b
Miſſam audiens inuitus, ac reluctãs, tenetur aliam audire. 210.d
Miſſæ aſſiſtentia quæ prohibeatur interdicto. 329.b
ante Miſſam non recitare matutinum non eſt peccatum. 498.a
Miſſam celebrare non licet ſacerdoti poſt ſolutum ieiunium, vt infirmus communicet. 258.e
Miſſam celebrare ſine veſtibus ſacris, &c. licet metu mortis. 257.d
Modeſtini ſcripta firmata vt vim legis habeant. 47.c
Modus aliquis virtutis cadit ſub præcepto, & quid ſit. 209.b
Modus acceptationis legis quis eſſe debeat. 293.a,c
Monachi prohibentur aduocari. 552.b
Monachi non tenentur ſeruare ieiunia ſynodalia. 322.a,b
Monachorum regulam mutat clauſura. 169.c
Monachorum & ſanctimonialium pœnæ ſunt ab Epiſcopo decidendæ. 350.d
Monachi criniti qui ſint. 249.b
cum Monacho non poteſt à prælato diſpenſari in voto paupertatis. 507.e
Monachus Benedictinus qui ſine licentia Præpoſiti, animo accuſandi illum, ad curiam regiam ſe confert, excommunicatur. 194.b.197.d
Monarcham vnum eſſe toto orbe non eſt de iure naturali. 123.a
Monarchicum regimen populari præſtat. 154.d
Monarchiam cur dederit Deus Romanis. 135.c
Monarchiæ incommoda. 112.c
Monarchiæ commoda. 112.c
Monarchiæ auctoritas in quo conſiſtat. 158.e
Monaſterij nomine quid intelligatur. 340.c
Monaſterio facta decimarum donatio à Laico eas poſſidente vires habet, modò adſit conſenſus Epiſcopi. 169.b,c
Monicæ matris B. Auguſtini dubium de non ieiunando in ſabbato ſublatum à S. Ambroſio. 331.d
Monotheti ex iudicibus iurati deligebantur. 3.d
Moniales tenentur obedire Abbatiſſæ, & cur. 183.e
ad Monialium monaſteria accedentes quare excommunicentur, & quando. 340.d
ad Monialium monaſteria accedens an excommunicetur. 340.e
Monialibus poteſt Pontifex præcipere clauſuram, quam non erant profeſſæ. 168.e
Monialium regulam non mutat clauſura. 169.c
Monialibus cur ſit clauſura præſcripta. 168.e
Moralia præcepta legis veteris ſunt in noua confirmata. 630.e
Moralia præcepta obligarent Chriſtianos, licèt nõ eſſet lex naturæ de eiſdem rebus. 621.e
Moralia legis veteris non ceſſarunt. 596.b,c
Moralia præcepta ſunt confirmata, renouata, atque aucta à Chriſto in lege noua. 622.a
Moralia quoad legem veterem ceſſarunt. 596.c,d
ad Moralia qua ratione teneamur. 596.d
Mori ſatius eſt iis qui inſanabiles ſunt, quàm viuere. 56.b
Mors eſt primogenita peccati. 252.c
Mors omnium terribilium terribiliſſima. 252.c
Mors, exilium, &c. non imponuntur, niſi ob grauem culpam. 369.c
Mors poteſt infligi propter ſolum peccatum originale. 85.b
Mortis pœna indicat obligationem ſub mortali. 252.b
Mortem ſibi inferre propria auctoritate in nullo caſu fas eſt. 596.e
Mortem ſibi inferre nemo quacumque ratione poteſt. 398.c
Morte finiuntur delicta quoad humanum forum. 407.a. niſi hæreſis. ibid.
Mortè teſtatoris confirmatur mandatũ ipſius. 24.c
Mors Chriſti fuit exemplar mortis peccati. 599.d
Mors Chriſti fuit finis legis. 599.d
Mos quid. 471.c
Mos adorationis antiquæ. 107.a
Mos Romanorum in legibus promulgandis. 271.b
Mos populi, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, vbi Eccleſia nihil ſtatuit. 323.c



Digitized by Google

Moribus mutatis lex debet mutari. 466.b
Morum vniformitas inter peregrinos & incolas eſt maximè neceſſaria ad pacem. 323.e
Motus proprius nō ampliat vim verborum. 536.b
Moyſes Rex,legiſlator,vates & Pontifex. 125.d
Moyſes fuit Princeps politicus & ſacerdos. 125.c
Moyſes contraxit matrimonium cum filia Ietro. 42.e,& qua ratione. 43.a
Moſes antiquiſſimus legiſlatorum. 45.c
Moyſes conſecrauit Aaronē in ſacerdotem. 125.d
Moyſis ſpiritus cōmunicatus ſeptuaginta ſenioribus,quid ſignificet. 155.a
Moyſes legiſlator ſimul ac Pontifex, idemque Propheta,& Rex fuit. 575.b
Moyſes tradidit præcepta pentateuchi. 572.e
per Moyſem quomodo data lex vetus. 576.a
Moyſes multa præcepta dat proprio nomine. 573.d,e
ante Moyſis legem fuerunt aliqua præcepta poſitiua. 587.e
Moyſis lex cur dicatur ignea. 60.d
Moſes magnam legis partem, & hiſtoriam totius pentateuchi ſcripſit. 623.e
Moyſes exercuit publica iudicia. 109.d
Moyſes miſcuit in lege veteri præcepta propria quædam,& verè humana. 572.d
Moyſes ad quid aparuerit in trāſfiguratione. 594.b
Moyſes & Chriſtus in quo ſunt diſſimiles. 593.a
Moyſis tabularum fractio ſignificauit legis veteris deſtructionem. 594.e
Moyſis ſepulchrum incognitum. 595.a
Moſayca lex nunquam ſtatuit pœnam mortis,niſi pro tranſgreſſione mortali. 366.b
Mulier ſubiecta dominio viri eſt. 133 b
Mulieres legibus condendis ne quidem intereſſe poſſunt. 319.b
Mulier quænam dicatur honeſtè viuere. 211.e
Mulieri interdicta eſt populi gubernatio. 142.c,d
Mulier eſt incapax iuriſdictionis Eccl. 188.b
Mulier non poteſt docere,nec teſtis eſſe,&c. 133.d
Mulier non pōteſt habere poteſtatem Eccleſiaſticam. 182.b
Mulier non poteſt ſecundùm ius commune renunciare priuilegio Velleiano. 549.b
Mulier cui cum viro conſanguinitas innoteſcit, non poteſt eiuſmodi viro ſine mortali peccato commiſceri. 432.b
Mulier nullam auctoritatem habere, nec docere poteſt. 182.d
Mulier poteſt ex Pontificis delegatione leges condere. 183.a
Mulieribus prohibitum erat lege Voconia,ne qua maiorem centum millium numûm hæreditatem poſſet adire. 313.d
Mulieribus committi poteſt excommunicatio,ſed à ſolo Papa. 183.b
Mulier legitimè viro coniuncta fortunarum & ſacrorum illi ſocia eſt. 133.e
Mulier nō poteſt validè renūciare Velleiano. 461.b
Mulier poteſt eſſe arbitrix,& quando. 184.c
Mulieres nullo iure viris ſuis, quàm in ijs quæ ad lanificium pertinent,poſſunt operari. 319.b
Mulieri comam amputanti anathema dicitur. 249. a,& cur. ibid.d
Mulieri poteſt ab Apoſtolica ſede delegari poteſtas ad ferendas leges. 182.e
Mulier debet dotem exigere vbi maritus habet domicilium. 328.e
Mulieres ſunt imbellis,& inconſtantis animi. 319.b
Mulieres non poſſunt inducere conſuetudinem quæ legem abroget. 487.c
Multæ impoſitæ propriæ in iure à Iuſtiniano. 48.a
Multa prohibentur fieri quæ facta tenent. 422.b
Multitudo legum eſt ſignum,ſeu cauſa multorum peccatorum. 101.e
Multitudo legum non expedit Reipub. 101.& ſeq.
Multitudo non poteſt coaleſcere in vnum corpus ſine legibus. 98.d
Multitudo neceſſitati potius,quàm rationi,& pœnæ quàm honeſtati paret. 363.a
Multitudo hominum quomodo faciat vnum corpus politicum. 114.c
Mundi & duelli leges ſunt leges tantùm metaphoricè. 53.c
Municipali lege non obligatur ſubditus extra territorium. 323.c
Municipia quare ſic dicta, & qui in illis ius dicerent. 337.d
Municipem quæ faciant. 326.d
Munus qui recipit, omnem poteſtatem ad illud conuenienter exercendum recipit. 108.d
Mutatio legis duplex. 466.a
Mutilationis pœna indicat obligationem ſub mortali. 252.b

N

Naaman verbis ſimulauit,& mentitus eſt. 615.e
Nabuchdonozor vocatus à Daniele Rex regum. 137.e
Naturæ cæteræ corporales ſubiectæ fuerunt homini. 111.e
Natura eſt legis humanæ fons. 96.c
Natura rationalis ſola poteſt præceptum imponere. 10.b
Natura rationalis tenet locum legiſlatoris. 72.a
Natura rationalis eſt regula actuū humanorū. 8.d
Natura irritat actus humanos habentes magna incommoda. 273.b
Natura nulli dat facultatem accedēdi ad aliquam, niſi perpetuo contractu matrimonij. 273.a
Natura homines fecit liberos. 106.b
Natura rationalis ſola,vt ſic,poteſt obligare. 10.b
Natura poteſt in aliquibus corrigi, in omnibus mutari non poteſt. 213.b
Naturale omne immutabile. 37.a
Naturalis lex quod ratio iubet. 16.c
Naturale ius in homine triplex. 35.c
Naturale præceptum eſt lex, quia in æternum obligat. 34.d
Nouitij cur nō obligētur ſtatutis religionis. 324.b
Naturalis lex non indiget promulgatione,vt obliget. 27.c
Naturalis iuris definitio. 34.b,c
in Naufragio licet relinquere tabulam,patri, principi,&c. 263.a
Nazaræi hæretici dicebant legem veterem æternam eſſe. 591.c
Neceſſarium duplex. 97.b
Neceſſitas eſt ſubijci. 145.a
Neceſſitati vel Dij coguntur cedere. 267.e
Neceſſitas extrema ab omni lege eſt exēpta. 267.d
Neceſſitas non ſubiacet legi. 257.a
Neceſſitudo aliquando ius dicitur. 4.a
Neceſſitas aliorum nō eſt ſufficiēs cauſa ad dādam eleemoſynā de neceſſarijs ad vitā tuendā. 267.b
Negans vnum videtur alterum affirmare. 363.b
Negatio quicquid poſt ſe inuenit,deſtruit. 131.a
Nembrot primus fuit poſt diluuium qui inchoauit

Digitized by Google

uit regnum politicum. 106.c
Nembrot quomodo proprium regnum primum conſtituerit. 115.a
Nemo debet fieri locupletior cum alterius detrimento. 45.a
Nemo tenetur ad impoſſibile. 21.b
Nemo poteſt cogi, niſi à ſuperiore. 308.c
Neſtoriani hæretici contra quos diſputauit Celeſtinus. 187.a
Nobilitatis priuilegium tranſit in filios. 457.c
Nobilitatem procurando quilibet ſuo iure vtitur. 527.d
Noë habuit monarchiam in homines poſt diluuium. 111.c
Noë quomodo conſtituerit Chanaan ſeruum. 44.b
Nomen aliquando auctoritatem ſignificat. 125.c
Nomen generale reſtringitur per ſpeciale. 547.b
Notæ Pauli & Vlpiani in Papiniani corpus factæ infirmatæ. 47.d
Notarij accipientes munera an acquirant dominium. 383.c, 384.a
Notitia & promulgatio ſunt diuerſa. 449.d
Notitia quomodo obliget ſcientes. 282.d
in Notorijs non requiritur iuris ordo. 533.d
Nouatiani hæretici contra quos diſputarunt Cyprianus, & Ambroſius. 187.a
Noua lex cur dicatur lex gratiæ, vetus verò lex factorum. 34.a
Nouitius gaudet priuilegijs religionis, non tamen tenetur eius muneribus. 339.a
Nouitius non tenetur ſeruare ſtatuta Religionis. 322.b
Nouitij habent obligationem ad non reſiſtendum correctioni. 232.c
Noxa eſt à bono deflexio. 10.d
Numa Romanorum legiſlator celeberrimus. 46.d
Numa Romanorum rex etiam Pontificem ſe conſtituit. 126.a
Nuncius Apoſtolicus poteſt leges condere, & cur. 166.c
Nuncij Apoſtolici acta firma ſunt, donec ſciat ſe eſſe reuocatum. 282.c
Nundinæ & Emporia celebrabantur in foribus ciuitatis. 219.b
Nuptiæ fuerunt ab initio. 105.c
Nuptiæ legitimæ ſunt de iure naturali. 105.c

O

Obedire oportet Deo, magis quàm hominibus. 12.d
Obedientia non eſt ſine ſubiectione. 70.b
Obedientia perfecta legem neſcit, eiuſque aliæ qualitates. 169.a
Obedientia ſola virtus eſt, quæ menti cæteras virtutes inſerit. 54.b
Obedientia ſeruanda eſt Regibus & Magiſtratibus. 107.c
Obedientiæ votum ad quid liget. 167.b
Obedientiæ votum ſe tantùm extendit ad actus externos. 208.c
Obedientiæ voti obligatio quam vim habeat. 181.c
Obedientiam quomodo voueant religioſi. 209.a
Obiectum ſolet nomen cauſæ ſumere. 5.d
Obiectum vt cognitum, & volitum eſt lex. 16.c
ad Obligandum plus requiritur, quàm ad deobligandum. 207.c
Obligari quis poteſt iuraméto ad dandas pecunias latroni inuadenti, & vſuras vſurario. 404.b
Obligari ad contradictoria nemo poteſt. 91.d
Obligare nemo poteſt, vbi non poteſt iudicare. 221.c
Obligatio quid ſit. 57.a
Obligatio naturalis quæ. 437.a
Obligatio iuſtitiæ, & fidelitatis vnde oriatur. 65.b
Obligatio eſt effectus legis. 57.c
Obligatio, irritatio, punitio effectus legis. 559.b, 560.b
Obligatio quanta ſit colligitur ex vſu communi. 243.b
Obligatio pœnæ temporalis non excludit obligationem in conſcientia. 252.c
Obligatio ad pœnam eſt coactio quædam. 308.b
Obligatio ad pœnam dedecet Principem ſupremum. 317.a
Obligatio omnis dicitur naturalis in conſcientia, & cur. 96.b, c
Obligatio naturalis non oritur ex legibus, quæ fundantur in falſa præſumptione. 438.c
Obligatio naturalis nulla oritur ex actu lege humana irrito. 438.c
Obligatio legis naturalis oritur ex voluntate diuina. 11.c
Obligatio naturalis oritur ex actu lege humana irrito. 437.b
Obligatio naturalis nulla oritur cùm lex actui reſiſtit. 438.a
Obligatio naturalis oritur ex teſtamento minus ſolemni. 438.a
Obligatio naturalis nulla oritur ex actu inhoneſto & turpi. 438.b
ex Obligatione naturali non datur actio in foro externo. 437.a
Obligatio naturalis exceptionem parit. 439.c
Obligatio nulla quæ non ſit ab aliqua lege. 58.d
Obligatio moralis ex actu naturalis Principis reſultare non poteſt. 90.c
Obligatio tota præceptorum moralium oritur ex inſtitutione diuinæ iuſtitiæ. 11.c
Obligatio grauis non poteſt apponi in materia leui. 234.a
Obligatio mortalis, vel venialis poteſt eſſe in eadem materia propter diuerſam intentionem legiſlatoris. 236.d
Obligatio ad mortalem culpam non deducitur ex verbis ſignificantibus præceptum. 245.c
Obligatio eſt ſub mortali quando materia eſt capax, ſi addantur iſtæ particulæ, præcipimus in virtute S. obedientiæ, vel ſtrictè, vel arctè, &c. 246.c, & ſeq.
Obligationem ſub mortali quæ verba inferant. 243.c
Obligatio indicatur ſub mortali, quando præcipitur ſub excommunicatione. 247.d
Obligatio ad culpam non eſt incompatibilis cum obligatione ad pœnam. 233.d
Obligatio legis humanæ mortalis, quando eſt capax tantæ obligationis. 243.a
Obligationem ſub mortali indicat pœna capitis mortis, &c. 252.b
Obligatio legis non eſt mortalis in materia leui. 242.c. ſecus in graui. ibid.c
Obligatio legis vnius poteſt colligi ex alia, an ſit mortalis. 252.c
Obligatio legis an ſit mortalis iudicandum eſt ex intentione legiſlatoris. 235.c



Digitized by Google

Obligatio ex lege oritur. 15.d
Obligatio omnis oritur ex aliqua lege. 64.e
Obligatio legis naturalis pendet ab agente morali libero. 11.e
Obligatio ciuilis oritur ex lege ciuili. 317.a,& cur dicatur ciuilis. ibid.b
Obligatio quæ conſurgit totaliter ex voluntate mera promittentis, non excedit limites voluntatis. 236.a
Obligatio legis in fieri,& in conſeruari pendet ex voluntate principis. 286.c
Obligatio non eſt ſine animo obligandi. 15.a
Obligatio Principis ad ſeruandas proprias leges eſt charitatis. 309.d,& iuſtitiæ. ibid.e
Obligatio principis ad legem propriam ſeruandam eſt annexa officio ſuo, & pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. 309.b
Obligatio legis poſitiuæ à ſola poteſtate,& voluntate obligandi ſubdito notificata pendet. 14.b
Obligatio per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. 506.a
Obligationem leuem qui poteſt imponere, poteſt & grauiorem, quia ſunt eiuſdem rationis. 235.e
Obligationes multæ fieri poſſunt per priuatam poteſtatem. 421.b
in Obſcuris quod minimum eſt, ſequendum eſt. 225.e
Obligatio quomodo inducatur cõſuetudine. 321.b
Occidere ſe nulla ratione licet. 267.a
Occiſio hominis in genere non eſt prohibita iure naturæ. 92.e
Occiſio poſitiua ſuijpſius eſt vetita iure naturæ. 398.b
Occultum per ſe non poteſt puniri. 208.b,c
Oculus mortuus non eſt propriè oculus,ſed æquiuocè. 348.e
Oculi Reipub. ſunt leges. 99.e
Odia ſunt reſtringenda. 396.d
Odia reſtringi,fauores conuenit ampliari. 451.a
Odium Dei quòd ſit licitum non poteſt concedere Deus. 91.d
Odium vitiorum in legiſlatore requiritur, quod contemptores virtutum ſuſpectos habet, vt hoſtes generis humani,& perpetuos. 55.a,b
Odioſa quæ lex dicatur. 555.a,b
in Odioſis debemus ſequi benigniorẽ partẽ. 552.d
Officium diuinum quomodo recitandum. 193.c
Officij recitatio debet inchoari cum intentione formali virtuali, vel habituali ſatisfaciẽdi. 210.b
Officium recitare cum attentione quomodo præcipiat Eccleſia. 201.b
Officium diuinum qui recitat ſine attentione tenetur illud repetere. 205.a
Officij diuini verba quomodo ſint proferenda vt habeant rationem cultus diuini. 205.b
Officium quotidianum ex voto vel præcepto Eccleſiæ, ſi prætermittatur vno die, non eſt ſupplendum. 539.e
Officium omittentibus quando pœna impoſita eſt. 203.d
Omiſſio ſolet appellari actio. 457.e
Omiſſiones omnes quæ pertinent ad creaturas per diſpenſationem honeſtari poſſunt. 92.c
Onus temporis non eſt ſupplendum. 539.e
Ooliab & Beſeleel artibus ſibi à Deo infuſis tabernaculum fabrifecerunt. 573.a
Opera ſupernaturalia ſunt per ſe diſpoſitio ad gratiam. 56.b
Opera gratiæ & iuſtitiæ à tyranno peti poſſunt. 141.d
Oppidani patiuntur interdictum ob delictum Domini. 250.e
Oppidi ieiunijs non obligatur amplius qui eſt extra oppidum. 321.d
iuxta Opinionem ſuam probabilem vnuſquiſque operari poteſt. 225.d
Opinionem minus probabilem, minuſque tutam, licitum eſt ſequi, cùm intereſt. 291.a
Oportet verbum æquipollet præcepto. 244.b.c
Oportet verbum non ſemper importat obligationem in conſcientia. 246.b
Oportet verbum aliquando ſolùm congruentiam ſignificat. 244.d
Orandi præceptum cum attentione cur obliget ſub mortali aliquando. 203.e
Oratio eſt actus intellectus, non indicatiuus, ſed ſupplicatiuus. 8.c
Oratio eſt expreſſio deſiderij. 7.e
Oratio quando præcipiatur ſub mortali, ſi ſine attentione fiat. 201.d
Oratio vocalis diſtinguitur à mentali, & mixta. 201.e
Oratio nõ includit eſſentialiter attẽtionẽ. 200.d,e
Oratio debet fieri cum attentione. 200.c
Oratio quando ſit repetenda defectu attentionis. 203.c,d
Oratio externa ſine attentione eſt alicuius valoris. 203.e
Oratio quænam ſit nullius valoris. 203.e
Orbis eſt maior vrbe. 176.a
Orbis vniuerſus non ſignificat totũ mundũ. 129.d
Orbita quid. 551.d
Ordinationes factæ à Prouinciali, & Viſitatore ordinis S. Auguſtini, ſine conſilio ſunt validæ. 435.e
Ordo naturalis ſeruatur per legem æternam. 74.b
Ordo & principatus qui eſt inter Angelos in recipiendis Dei mandatis. 112.a
Ordo reipublicæ Romanæ. 46.a,b
Ordo Imperatorum qui leges Codicis condiderunt. 47.e
Ordinis poteſtas cum charactere & gratia datur. 157.d
Ordo præsbyterij iure diuino annexus eſt beneficio parochiali. 199.d
de Ordine non eſt præceptum obligans priuatas perſonas. 619.a
ad Ordinem exercendum neceſſaria eſt iuriſdictio. 156.c
ad Ordines diſpenſatio quomodo interpretanda. 453.a,455.e
Ordines non debent conferri ab Epiſcopo in aliena diœceſi, ſi tamen conferantur, valet ordinatio. 425.a
Ordinis poteſtas nõ amittitur ob hæreſim. 185.b,c
Ordo inſtitutus,& exercitus ante mortem Chriſti. 624.e
Orientales clerici, & Græci in multis ſe non conformant Eccleſiæ Latinæ. 362.b,c
Orientales & Græci clerici iure diuino ſunt ſubiecti Romano Pontifici. 362.a
Origenis opera non omnia damnata. 574.a
Origo ex natura rei non confert poteſtatem politicam. 114.d
per Originem naturalem conſtituimur membra Reip. ciuilis. 304.c



Digitized by Google

Oſeas potuit Gomer in vxorem ducere ſine peccato. 86.b
Oſeas acceſſit ad meretricem præcepto Dei. 84.c, & cur non peccarit. 85.d,e,& ſeq.
Oua cur prohibita. 539.b,e
Ouorum conceſſio extéditur ad lac & caſeū. 539.b
Ozias diuinitus lepra caſtigatus ob eius temeritatem. 191.b
Ozias rex Iuda cùm ſacerdotis officium vſurparet,diuinitus caſtigatus,& à ſacerdotibus è templo expulſus. 124.c

P

PÆdagogus filijs datur. 589.a
Pædagogi munus. 8.b
Pactum nudum eſt prohibitum. 426.a
Pactum nullum valet cótra legem factum. 421.c
ex pacto & iuramento naturalis obligatio oritur. 314.b
Pacta & fœdera iure naturæ ſeruanda ſunt. 42.a
in pactis id actum intelligitur, quod conſuetum eſt. 50.b
Pandectæ ſeu Digeſta,quid. 47.a
Palatia pertinent ad Imperatores. 121.e
Papam quinam creare poſſint Cardinalibus deficientibus. 174.c
Papa electus nullius confirmationem expectare tenetur. 317.b
Papam conſecrat Cardinalis Hoſtienſis. 164.d
Papam eligere poterit Concilium generale defunctis omnibus Cardinalibus. 164.a
Papa non eſt Dominus temporalis totius orbis,ſed ſpiritualis omnium Chriſtianorum. 128.e
Papa habet vtrumque gladium, quamuis corporalis non ſit per eum exercendus. 109.c
Papa vnde habeat poteſtatem. 153.b
Papa vnde habeat ſuam iuriſdictionem. 142.a
Papæ quomodo conferatur poteſtas ſpiritualis. 153.c
Papa non obligatur ſuis legibus. 317.b
Papæ ſententia ius facit. 48.b
Papa eſt ſupra Concilium. 153.e,176.c
Papam non eſſe ſupra Concilium Pariſienſes tenent,& tolerantur. 176.c
Papa non poteſt obligari legibus Conciliorum. 305.a
Papa nec Concilium non poſſunt ad publicam confeſſionem ſacramentalem obligare. 215.a
Papa maiorem poteſtatem habet in ſpiritualibus, quàm Imperator in temporalibus. 146.b
Papa mortuo nón deuoluitur iuriſdictio pontificia ad Eccleſiam,vel Concilium. 180.c
Papa non poteſt errare contra fidem, & quà de cauſa. 190.c
Papa non poteſt falſum definire. 185.c
Papa quod eſt in vniuerſali Eccleſia, illud eſt in propria diœceſi Epiſcopus. 121.d
Papa quod poteſt in tota Eccleſia, id poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi. 161.b
Papa poteſt deprimere Epiſcopos,ſi neceſſe viſum fuerit. 159.a
Papa poteſt præcipere alicui vt cum vitæ diſcrimine fidem contra hæreticos ſuſtineat. 256.d
Papa ſupplicatus de reuocatione, aut moderatione alicuius reſcripti peccaret, ſi non admitteret ſupplicationem. 296.d
Papæ conſtitutio non ligat in diœceſibus vbi promulgata non eſt. 274.b
Papa non poteſt contra ea quæ à Concilijs confirmatis tradita ſunt,ſtatuere. 565.a
Papa ſolus poteſt auctoritatiuè interpretari concilium. 565.a
Papa decidit aliquando per leges ciuiles. 346.d
Papa ſi nunquam confiteretur, duo peccata committeret & quæ. 311.a
Papa tenetur ad confeſſionem annuam, ſed non cogitur. 311.a
Papa ſi nó ſumat Euchariſtiá in Paſchate,aut nó cófiteatur ſemel in anno, grauiſſimè peccat. 311.c
Papa quare teneatur cófiteri,& cómunicare. 311.b
Papa ſi propriam legem non ſeruet, peccat tantùm venialiter. 311.a
Papa non poteſt ſibi præcipere. 305.e
Papa,& quicunque Princeps habens auctoritatem cōdendi leges,poteſt cópellere ſubditos ad earū obſeruationē,ſuppoſito quòd iuſtæ ſint. 288.b
Papæ ſententia lata ſeruato ordine iuris, habet vim legis. 50.c
Papa eligit confeſſariū,qui ipſum abſoluat. 541.c
Papa percutiens clericum non eſt excommunicatus. 317.a
Papa prædium Eccleſiæ non poteſt alienare. 305.e
Papa non poteſt incurrere pœnas ſimoniæ. 311.d, 312.a
Papa ſi fiat hæreticus non excidit à dignitate ipſo facto,ſed debet à Concilio declarari hæreticus, & deponi. 185.c,d,e
Papa hæreticus quomodo deponendus. 186.a
Papa ob ſolam hęreſim poteſt accuſari,excommunicari & deponi. 187.b
Papa ſi incideret in hæreſim eo ipſo deſineret eſſe caput Eccleſiæ,& amitteret poteſtatem, & dignitatem. 184.e,& ſeq.
Papa in ſchiſma lapſus poteſt deponi, quia nó vult eſſe caput,nec pars Eccleſiæ. 186.b
Papa etiam vt priuata perſona hæreticus eſſe non poteſt,nec vllus vnquam fuit. 185.b,c
Papa poteſt diſpenſare in omni genere humano poſitiuo. 40.e
Papa poteſt in legibus Concilij diſpenſare, & eas abrogare. 173.a
in papæ legibus non poteſt Epiſcopus, aut alius inferior diſpenſare. 512.a
Papæ cur ſint reſeruatæ cauſæ grauiores. 160.e
Papatui renunciare quilibet Pontifex poteſt. 175.c
Papinianus ſummę auctoritatis inter iure conſultos. 47.d,ſed tamen debet cedere duobus. ibid.
Papiniani ſcripta firmata ab Imperatore vt vim legis habeant. 47.c
Papyrius,quis,& qualis fuerit, compoſuit Ius Papyrianum. 46.b
Papyrius,vir principalis,tempore Tarquinij Priſci Demarati filij primus de iure Romanorū librum cópoſuit,qui vocatus eſt Ius Papyrianum. 46.b
Papyrius quomodo ius Papyrianū cópoſuerit. 46.b
Papyrianum Ius quando,& à quo cópoſitum. 46.b
Papyrianū ius quádo,& quomodo aboleuerit. 46.c
Paſchatis diem licebat mutare. 591.a
in Paſchate qui non impleuit præceptum confeſſionis, & communionis, tenetur poſtea ad primam opportunitatem. 333.c
Paſchalis agni ritus durat in Chriſto. 593.b
Par in parem non habet imperium. 152.e, 316.e, 314.a,565.d
Parentes primi erant iuſti, & tamen ipſis Deus legem impoſuit. 302.c
Parentes poſſunt irritare vota filiorum. 416.b

Parentes

Digitized by Google

Parentes & magiſtri quomodo poſſint punire ſubditos. 60.c
in Parentes nemo eſt idoneus executor ſententiæ mortis. 399.e
Pariſienſes tenent, Papam non eſſe ſupra Concilium,& tolerantur. 176.c
parere prius optimu vir debet,& poſtea imperare. 56.c
parochi officium quod. 199.d
Parochus qui habuit intentionem toto anno ſuſcipiendi ordinem preſbyterij, ſi in fin anni eam deponat, priuatur beneficio, facit tamen fructus ſuos.200.a.& quomodo retineat,ſi eam deponat ante finem anni. ibid.b,c,d
parochus qui intra annum ordinem non ſuſcepit, priuatur fructibus beneficij. 375.c,d
parochus qui dicit Miſſam,vel officium defunctorum ſine attentione,non tenetur reſtituere fructus pro omiſſa attentione. 204.a
parochus tempore peſtis peccaret mortaliter,ſi relinqueret populum. 255.b
parochianus quando quis fiat. 320.a.b
parochiali beneficio annexus eſt ordo preſbyterij iure diuino. 199.d
parochiale beneficium habens perdit illud ſi intra annum non ordinetur ad ſacerdotium. 199.a,b
parochiale domiciliũ quomodo acquiratur. 320.e
pars iure naturæ debet conformari toti. 309.d
pars quælibet eſt ſubiecta communitati. 304.e
pars maior quod facit,id tota Reſp. facere cenſetur. 293.a
pars maior ciuitatis poteſt leges condere, quæ totam ciuitatem obligent. 115.d
pars pro toto debet aliquã incõmoditatẽ pati. 2.d
pars ſuo vniuerſo non congruens turpis eſt.309.a 323.d
partis maioris conſenſus cenſetur communitatis in moralibus. 293.e
particulæ,Siue,Seu,& Ve,an ſint copulatiuæ. 353. c,d,e,& ſeq.
paſcere idem quod regere & gubernare, & Græcè dicitur,ποιμαίνειν. 151.b
paſcere apud Hebræos,eſt regere. 144 b
paſtores pecudum primi iuſti non Reges. 106.b
Pater ſolus dictat verbum. 33.b
pater poteſt punire filios. 60.b
pater etſi cedat iuri pietatis quod habet in filiũ, filius non liberatur ab obligatione honorandi ipſum. 89.a
Patri licet occidere adulterum cum filia. 81.a
pater impunè poteſt filiam occidere in adulterio deprehenſam,quam in poteſtate habet. 557.d
pater poteſt obligare filium in conſciẽtia, & morte iudicatur filius non obediens patri. 223.a
Patris præceptio vim non habet nec neceſſitatem. 132.e
pater poteſt irritare votum filij. 207.a
pater condemnatur in id quod facere poteſt.444.a
patre damnato nõ confiſcatur vſus-fructus quem habebat in bonis filij. 386.a
patre damnato filius efficitur ſui iuris. 386.a
paterfamiliâs poteſt punire eos, qui ſunt ex familia. 60.d
paterfamiliâs non obligatur præceptis quę imponit familiæ. 307.a
patres qui in lege naturæ & veteri iuſtificati ſunt, pertinuerunt ad legem nouam. 630.e
patres veteris teſtamenti vnde habuerint veram iuſtitiam. 590.a
in Patribus veteris teſtamẽti fuit vera iuſtitia eiuſdem perfectionis eſſentialis cum noſtra. 590.a
patrum ſuffragia in Concilio quomodo conſultiua,aut deciſiua. 176.c
patres in Concilio congregati nihil poſſunt ſtatuere,ſiue auctoritate ſummi Pontificis. 174.a. & cur ibid.& ſeq.
patrum ſuffragia in Concilio merè conſultiua,& non deciſiua ſunt. 173.d
patres Hieronimus, Auguſtinus qui in cauſis definiendis ſecundum poſt Pontifices locum habent. 190.c
patrum dicta etiam decreto Gratiani inſerta vim legis non habent. 170.b
patrum dicta decreto Gratiani inſerta qualem vim habeant. 170.c
patrum ſententiæ,quæ ſunt in decreto,quando vt leges tenendæ ſunt. 169.a
patrum dicta cur vim legis non habeant. 170.c
patientia vera non eſt cùm quis poſſit vitam tueri, ſi eam non teneatur. 403.d
patriæ lex eſt ſeruanda in loco peregrinationis. 321.c
patriæ conſuetudo non ligat ſubditos extra territorium. 501,e
patricij patria poteſtate liberati ſunt. 284.a.285.a
patriarcharum Alexandrini, & Antiocheni poteſtas creandorum Archiepiſcoporum. 157.e
patriarchę quatuor principales.264.d.& quare ſic dicti. ibid.
patriarchæ Inferiores quatuor. 164.e
patriarcharum quilibet eſt maior quolibet Cardinali,excepto Hoſtienſi. 164.d
patriarcha quilibet poteſt legem condere in ſuo patriarchatu. 165.a
patriarchas iudicare nulli principi Chriſtiano licet. 189.e
patriarcharum prærogatiuæ. 165.a,b
patriarchæ aſſimilantur regibus. 165.a
patriarchæ poſſunt in ſuis diæceſibus id quod Epiſcopi in ſuis. 165.d
patrimonium Eccleſię non eſt ſubiectum Imperatori. 129.d
patronatus ius à quo emanarit. 354.c
patronatus ius tranſit ad hæredes. 386.b
patronus cõdẽnatur in id quod facere poteſt 444.a
Paula noluit in mortis articulo parum vini guſtare. 262.e.d
Paulus ſæpe legalia exercuit. 613.b
Paulus cur reprehenderit Petrum. 614.b
Paulus non ſimulatè,ſed ex animo Petrum reprehendit. 616.e
Paulus quomodo reprehenderit Petrum. 617.b
paulus cur Petrum publicè correxerit.617.c.618.e
paulus non habuit auctoritatem à Petro, ſed à Chriſto immediatè. 151.a,b
paulus habuit à Chriſto curam omnium Eccleſiarum. 151.b
paulus & Iacobus non fuerunt immediatè conſecrati à Chriſto. 157.a
pauli ſcripta firmata vt vim legis habeant. 47.c
paulus cur aſcenderit Hieroſolymam. 152.b
pauperes, qui omnia propter Chriſtum reliquerunt,vt Apoſtoli, non tenentur ad ſolutionem tributi. 357.b
paupertas nõ eſt virtus diſtincta à liberalitate.78.c
paupertatis nullus actus eſt in præcepto. 78.b



Digitized by Google

Paupertas Euangelica quid, & an ſit præceptum. 213.d
in Paupertatis voto non poteſt à prælatorum Monacho diſpenſari. 587.c
ad Paupertatem Euangelicam nemo poteſt obligari poteſtate humana. 213.c
Paupertas Euangelica poteſt humana lege præcipi. 213.e,c
Paupertas Euangelica quàm ſtricta. 213.c,d
Pax & conſeruatio ciuitatis ex ſolius iuſtitię obſeruatione pendet. 211.b
Peccandum non eſt ad vitandum ſcandalum. 23.c
Peccare ex contemptu quid ſit. 238.c
non Peccare omninò diuinum, & vltra humanam naturam eſt. 215.b
Peccare ex contemptu quid ſit propriè, & verè. 241.b.242.a
Peccare ex cauſa nemo poteſt. 238.d
Peccari mortaliter dupliciter poteſt. 254.b,c
Peccans in vno mortificat omnia præterita merita. 5.d
Peccator cùm deſerit Deum, incidit in Deum. 69.a
Peccator eo ipſo nõ amittit iuriſdictionẽ. 184.c,d,e
Peccatores retinent iuriſdictionem. 137.d
Peccatores non perdunt regna, nec bona ob peccatum. 138.b
Peccator nõ priuatur ſtatim omnibus donis Dei & retinet fidem, ſpẽ, ac gratias gratis datas. 184.e
Peccator tenetur ſtatim poſt peccatũ habere animum paratum, vt pœniteat. 78.e
Peccatum quid ſit. 74 b
Peccatum theologicè ſumptum quid ſit. 90.b,c
Peccatum eſt dictum, &c. contra Dei legem æternam. 10.d.& 11.c
Peccatum eſt quod operatur mortem. 370.a
Peccatum eſt aliquid repugnans rationi. 13.c
Peccatum ἀνομία id eſt, deflexio à lege. 10.d
Peccatum omne contra duas leges, naturalem, & æternam. 95.e
Peccatum dicit malitiam contrariam legi Dei cognitæ. 13 b
Peccatum eſt contra naturam. 95.d.96.b
Peccatum eſt quid, quia contra legẽ æternam. 13.d
Peccatum omne eſt contra legem naturæ. 95.c
Peccatum omne contra legem eſt. 76.b
Peccatum non omne contra iuſtitiam diſtributiuam eſt graue & mortale. 524.c,d
Peccatum nullum, niſi quia prohibitum. 10.e
Peccata quędã ex natura ſua ſine prohibitione. 11.a
Peccatum mortuum ſine lege. 56.e
Peccatum & malum morale idem ſunt. 13.e
Peccati lex quid ſit propriè. 53.b
Peccati & mẽbrorũ lex qua ratione differat. 53.a,b
Peccati lex eſt priuatio iuſtitiæ originalis, & pœna peccati originalis. 53.a
Peccatum omne eſt pœna ſui ipſius. 68.e
Peccata non remittuntur extra Eccleſiam, nec ſine Spiritu ſancto. 186.b
Peccatum eſt grauius, aut leuius ex qualitate materiæ. 369.c
Peccati malitia in quo ſita ſit ex Ariſtotele. 90.a
per Peccatum idem intelligunt Philoſophi & Theologi. 90.c
Peccatũ nõ poteſt eſſe ſine trãſgreſſione legis. 10.e
Peccata & vitia cur pertineant ad legem canonicam. 218.a,b
Peccata omnia non poſſunt hîc puniri. 112.e
Peccatum non extinguit in homine peccatore poteſtatem iuriſdictionis. 184.c,d,e
Peccatum non reddit hominem incapacem ad regnum. 138.d
Peccata non ſemper punit Deus pœnis temporalibus in hac vita. 203.b
è Peccatis duobus minus præſumi debet. 535.a
Peccatum ſi poſſit, debet excuſari, aut non præſumi. 535.a
Peccata quamuis permittantur, non dicuntur licita, aut conceſſa. 45.e
Peccata cordis, & peccata externa non ſunt eiuſdem rationis. 298.a
Peccatum non eſt effectus legis æternæ. 68.a
ante Peccatum naturalis lex prohibebat omne genus ſeruitutis. 44.b
propter Peccatũ originale meretur quis mortem. 85.b
Peccatum mortale eſt actus qui reddit hominem indignum vltimo fine. 92.b
in Peccato mortali omni includitur Dei contemptus. 239.c
Peccati mortalis, & venialis vnde ſumatur diſcrimen. 223.e
ad Peccatum mortale communiter incipit vſus rationis anno decimo, vel vndecimo in viris, in fœminis verò octauo, vel nono. 359.d
Peccatum mortale eſt extrahere aurum, ſeruũ, aut equum è regno Caſtellæ. 368.e
per Peccatum mortale ipſo facto regnum non amittitur. 139.c,d
Peccatum veniale quid ſit. 92.b
Peccata etiam venialia ſunt verè & propriè contra legem. 61.d
per Peccatum veniale non cõtemnitur Deus, etiãſi ex perfecta ſcientia, & voluntate fiat. 238.a
Peccata plura venialia non faciunt mortale. 238.c
Pecunias extrahere è regno quando mortale. 242.e
ad Pecuniarum pœnam damnatus nõ tenetur eam auferre. 397.b
Pecuniaria pœna quando obliget ad mortale, & quando non. 252.b
Pedagia ſpecies vectigalium. 411.d
Pecus nullo modo modo capax eſt legis. 66.e
Percutiens aliquem contra ſtatutum, & ille moritur, quando, & in quibus caſibus cenſuram incurrat. 341.b,c
Peregrini ad quas leges teneantur. 339.d,e,& ſeq.
Peregrinos & aduenas princeps poteſt in ſua lege comprehendere. 323.d
Peregrinus ſiſtens in oppido vbi eſt dies feſtus, vel ieiunij, tenetur audire ſacrum, & à carnibus abſtinere. 327.c. & quo caſu non teneatur. ibid.d,e
Peregrinus ſi ſit ſuperior ſtatuente, non tenetur illius ſtatuto. 327.d
Peregrini & forenſes in contractibus tenentur ſeruare formam & ſolennitatem legibus, & conſuetudinibus loci requiſitas. 328.b
Peregrinorum acta irritantur per leges irritatorias loci. 329.b,c
peregrini poſſunt certis diebus veſci carnibus, vbi incolæ, vel parochiani id poſſunt. 332.c
peregrinus legibus loci in quo verſatur, quomodo teneatur. 320.a,b
peregrini, clerici, monachi & mercatores debent in itenire ſecuritate congrua lætari. 442.b
peregrini quando incurrant pœnas ſtatuti Epiſcopi. 322.e

Pecc

Peregrini in locis vbi obligat Tridentinum, non poſſűt matrimoniű clandeſtinű celebrare. 329.b
Peregrinus ratione delicti ſubiicitur mandato imponenti pœnam. 326.d
Peregrini & vagi poſſunt recipere ſacramenta vbicumque ſe inueniunt. 321.a
Peregrinorum & incolarum vniformitas morum eſt maximè neceſſaria ad pacem. 323.e
Peregrinos & externos quando, & qua ratione liget conſuetudo loci. 501.d
Periculum minus eſt eligendum. 269.e
Periculum ſubitum facit ceſſare legem. 562.b
Permiſſio,& permittere quid. 59.e
Permiſſio triplex. 62.d
Permiſſio & diſpenſatio in quo differant. 507.b
ad Permiſſionem meram,& conceſſionem quę ad nihil obliget,non requiritur iuriſdictio. 39.d
Permiſſum quod eſt vno iure, ſi ab alio iubeatur, non ei derogat. 43.d
Permittere an ſit effectus legis. 58.d
Perpetuitas quibus legibus, & quomodo conueniat. 24.c
Perſæ legibus permittebant matrum,ſororum,filiarumque connubia. 79.b
Perſona ſola capax eſt priuilegij quoad vſum, & vſum fructum. 443.b
Peſtis tempore lex prohibens ne medici abſint ab oppido,quando morale inducat. 242.d
Petrus princeps Apoſtolorű dictus à Paulo. 613.e
Petrus dictus eſt Cephas ac Martialis. 613.e
Petrus ſuum principatum ſucceſſoribus ſuis reliquit. 153.d
Petro data fuit à Chriſto poteſtas legiſlatiua. 151.a
Petrus ſolus immediatè à Chriſto conſecratus Epiſcopus. 157.a
Petro duo gladij ſunt conceſſi à Chriſto. 120.d
Petro data eſt poteſtas,vt capiti,cœteris,vt membris. 151.d.152.c
Petro & Apoſtolis collatæ iuriſdictiones in quo differant. 152.d
Petri auctoritas in cæteros Apoſtolos. 157.e.158.a
Petrus non potuit aliorum Apoſtolorum poteſtatem tollere,minuere,&c. 155.c
Petro nő eſt conceſſa à Chriſto poteſtas in totum orbem Chriſtianum. 122.b
Petrus poterat alios Apoſtolos ſuis legibus obligare,non illi Petrum. 151.e
Petrus ex cauſa potuit auferre,aut reſtringere aliorum Apoſtolorum iuriſdictionem. 158,d
Petrus prædicauit primus gentilibus. 607.c
Petro facta fuit ſpecialis reuelatio de baptizandis gentibus. 603.e
Petrus quomodo Epiſcopos per orbem ſparſos creauit. 157.e
Petrus & Apoſtoli diœceſes diuiſerunt. 189.b
Petrum,& Paulum ſimulaſſe. 613.a
Petrus in indignationem Iudęorum venit eò quòd cum gentibus comederet. 606.a
Petrus non peccauit ſimulando cum Iudæis ſeruare legalia. 617.c
Petri peccatű in ſimulando fuit leuiſſimum. 617.e
in Petro patientia & humilitas, laudatur in Paulo charitas & fortitudo,cùm illű reprehẽdit. 617.b
Phariſæi cur reprehenſi à Chriſto. 148.e
Phariſæi,Machabæi,& Iudæi fide nouerunt reſurrectionem. 561.d
Philippum Imperatorem excluſit à communione Euchariſtiæ die Paſchæ Fabianus Papa. 192.a
Philippus qui baptizauit Eunuchum, tamen non fuit ſacerdos. 155.b
philoſophi ſolo lumine naturali nituntur. 2
philoſophi cognouerunt adulterium, & homicidium & ſimilia eſſe peccata. 91.d
ex philoſophis ſacerdos apud Ægyptios, & ex ſacerdotibus probatiſſimus rex eligebatur. 126.b
Phoroneus antiquiſſimus legiſlatorum. 46.c
Phoroneus Rex Græcis primus leges cőſtituit. 46.d
Photij damnatio quomodo facta in octaua ſynodo 175.c
Piſani Ciues quidam deputati fuere à poteſtate,& populo ad ſtatuta ciuitatis edenda. 182.d
Pius V. reſeruauit excommunicationem legentiű libros magorum in bulla cœnæ. 287.b
placita principum leges ſunt. 7.b
placitum Principis iniuſtum non eſt lex, ſed iniquitas,fœx,lis,labes,error,tyrãnis,corruptio. 6.e
placita,& iuſſa Imperatorum leges & conſtitutiones dicta. 47.e
Platonis egregium pronunciatum de legibus, & magiſtratibus. 305.d.306.c
Platonis leges quædam abſurdæ,& planè horrendæ. 79.b,c
Plato magiſtratus optimos legibus anteponit. 109.
plebis qua ratione differat à populo. 48.c
plebiſcita quãdo, quomodo,& qua ratione cœpta 47.a
plebiſcita Senatores non aſtringebant initio. 47.a.ſed poſtea ligauerunt,lege Horatia & Hortenſia. ibid.
plebiſcita poſtea vocata leges,vt lex Aquilia. 47.b
Plinij ſententia de codicillis teſtamento non confirmatis. 438.b,c
pluralitas duorum numero contenta eſt. 164.b
pluuię nomine hebraicè Doctores, ac legiſlatores ſignificantur. 5.b
pœnæ duplex eſt genus. 307.d
pœnas imponendi tres cauſæ. 414.b
pœna nulla eſt maior excommunicatione in Eccleſia. 319.b
pœna non poteſt imponi lege humana incurrenda ante iudicis ſententiam, ſi pœna requirat executionem aliquam, ſecus ſi non requirat executionem. 371.a,b
pœna vnius aliorum documentum, doctrina, & exemplum eſt. 414.e
pœna nulla poteſt incurri ante iudicis ſententiam, præter cenſuras Eccleſiaſticas. 370.e.& ſeqq.
pœna à reo non debetur ante ſententiam iudicis. 377.b,c,d
pœna regulariter non debet ſibi infligi à reo ante ſententiam. 378.d.& cur.ibid.d
pœna poteſt ſtatui lege humana ante omnem iudicis ſententiam incurrenda,ſiue in ſola priuatione cőſiſtat,ſiue expoſcat executionem. 371.a
ad pœnam augendam vel minuendam quomodo iudex debeat procedere. 408.c,d,e
pœnam incurrendam ante iudicis ſententiam in cenſuris ſignificant iſta verba: ipſo facto, ipſo iure. 379.e.non in aliis pœnis.ibid.a
pœna quando,& in quibus incurratur,vel non ante iudicis ſententiam. 382.e
pœna etiam poſt ſententiam non debetur, niſi petatur. 384.c,& a
pœna omnis ſupponit culpam. 252.c
pœna imponitur,vt ſeruetur lex. 365 d
pœna ſoluta aufertur facti obligatio. 364.d

per Pœnam confiſcationis reus non amittit poſſeſſionem,& dominium bonorum ante ſententiam. 388.d.389.a,b
Pœna mortis, exilij,&c. non imponitur niſi ob grauem culpam. 369.c
Pœna debet eſſe proportionata culpæ. 247.a
pro Pœna quomodo ſit intercedendum. 409.a,b
Pœna ipſo facto impoſita propter violationem legis,poteſt conſuetudine abrogari, non abrogata lege. 493.b
ad Pœnam æternam non obligat legiſlator niſi id expreſsè explicuerit. 364.b,c
Pœnæ præcipuè imponuntur in lege, vt non maneant arbitrariæ. 408.d
ad Pœnæ ſolutionem nemo tenetur ante ſententiam. 316.e
à Pœna dupliciter poteſt quis excuſari. 409.d
ad Pœnam obligare poteſt lex humana ante iudicis ſententiam in cõſciētia,& in quibus.378.e
Pœnam incurrendam ante ſententiam quæ verba ſignificent,& quæ non.379.per totum, & ſeq.
Pœna non eſt iuſta,niſi ſupponatur culpa. 231.b
Pœnæ quæ apponuntur in contractibus, & teſtamentis debentur in conſcientia ante ſententiam. 384.d.ſi petantur. ibid.e
Pœnæ ſunt ſtrictè interpretandæ. 380.a
Pœnæ extenſio non eſt facienda in dubio. 556.a
Pœnæ obligatio dedecet ſupremū principē. 317.a
Pœna non imponitur,niſi propter culpam. 278.c
Pœna non debetur ante condemnationem. 406.d
Pœna cur infligatur. 377.c.378.a
in Pœnis benignior interpretatio facienda eſt. 396.d
Pœna verberum non imponitur, niſi ob grauem culpam. 369.b,c
Pœna non eſt aſſerēda vbi ius eā non ponit. 544.e
in Pœnis debemus ſequi benigniorē partē. 552.d
Pœnæ plus valent ad continendos homines in officio,quàm amor virtutis. 195.b
Pœnam homicidij Deus ęterna lege ſanciuit.109.e
Pœnas criminum Latini exempla, Græci paradigmata vocarunt. 415.a,b
Pœnam talionis infligere ſolis magiſtratibus licebat in lege veteri. 110.a
Pœna propriè non poteſt eſſe ſine culpa. 281.a
Pœna omnis à lege æterna. 68.e
Pœna capitis,mortis, mutilationis, &c. indicat obligationem ſub mortali. 252.b
Pœnam infligere per ſententiam & per legem eiuſdem poteſtatis eſt. 297.c
Pœnæ aduerſus ſcientes paratæ ſunt. 177.d
Pœnæ conuentionales, quæ in collegiis,& teſtamentis ponuntur,quando debeantur.384.b,c,d
Pœna infertur aliquando ſine culpa,non ſine cauſa. 232.c
ad Pœnam nemo poteſt obligare, quam infligere non poteſt. 121.d
Pœnæ ſunt potius reſtringendę,quàm ampliandę. 369.d
Pœnarum remiſſio quando,& in quibus fieri poſſit. 408.c
Pœnæ quę in executione delinquētis conſiſtūt,an incurrantur ante iudicis ſententiā. 383.c.& ſeq.
Pœna omnis,ſi iuſta eſt,peccati pœna eſt. 366.a
Pœna ſtatuta per legem aut conſuetudinem non poteſt per iudicem remitti. 297.d
ad Pœnam lege præſcriptam imponendam obligatur iudex. 407.e.& ſeq.
Pœnitentiæ ſacramentū quando inſtitutum.624.a
Pœnitentiæ præceptum non eſt de actu elicito pœnitentiæ, ſed de imperato à pœnitentia, & elicito à charitate. 584.a
Pœna & culpa ſunt correlatiua. 369.c
ad Pœnam conuentionalem tenetur quis cùm petitur. 384.d
Pœna confiſcationis obligat in conſcientia ante ſententiam iudicis. 388.a,b
ad Pœnam æternam velle obligare durum & inhumanum eſt. 363.e
Poëtis interdictum fuit ne quid ſcriptis ex lege veteri mandarent. 570.e
Politica poteſtas à Deo. 107.a
Politica poteſtas in ſacris non diſponit. 215.a
Politicam præfecturam non abſtulit Deus, imò commendauit. 108.c
Politica poteſtas poteſt punire falſos ac fictos cōtractus. 205.a
Politici quales ſint. 217.c
in Poloniæ regno quomodo,& à quibus leges ferantur. 305.a,b
Poloniæ Reges non poſſunt ſine conſenſu populi leges condere. 133.c
Poſtliminia de iure gentium. 42.e
Pontifices maximi ſingulis annis ſacris imprecationibus deuouent Eccleſiæ libertatis corruptores. 343.e
ad Pontificē pertinebat interpretatio legis veteris.591.b.& ad iudices,doctos,& prudētes.ibid.c
Pontifex ſemel in anno ſolus introibat in tabernaculum. 631.c
Pontifices à Iuda Machabæo ad Herodem fuere etiam duces & principes politici. 125.e
Pontifex veteris legis poterat iudicare reges propter lepram. 124.d
Pontifices in lege veteri potuerunt in ſpiritualibus leges condere. 150.e
Pontifex vicarius Chriſti. 148.d
Pontifex cur ſit Chriſti vicarius. 154.b
Pontifex dicitur Chriſti vicarius, non Petri, ſed ſucceſſor. 153.a
Pontifex qua ratione ſuccedat Petro. 157.a
Pontifex non à populo, ſed à Chriſto poteſtatem legiſlatiuam habet. 288.d
Pontifex ſummus immediatè accepit à Chriſto poteſtatem legiſlatiuam. 152.c
Pontificis eſt auctoritas maior, quàm omnium Cardinalium. 164.e
Pontifex Romanus non habet iuriſdictionem in totum orbem, quatenus etiam infideles comprehendit. 120.e
Pontifices poſsūt ambas poteſtates exercere.127.a
Pontifex conſtitutiones condit cum collegio Cardinalium. 361.e
Pontifex qualem habeat poteſtatem in omnes creaturas. 122.e
Pontifici,& Eccleſiæ cur ſit conceſſa poteſtas legiſlatiua. 194.e
Pontifex qualē poteſtatē habeat in Eccleſia.168.d
Pontifex eſt paſtor vniuerſalis Eccleſiæ. 189.a
Pontifex ſolus habet infallibilem auctoritatem in moribus inſtituendis. 167.a
Pontifices habent poteſtatem ſpiritualem ſupremam. 121.b,c
Pontifex errare nequit in his quæ pertinent ad fidem. 235 b
Pontifex duos gladios quomodo habeat. 122.c



Digitized by Google

Pontifices quomodo exerceant gladium temporalem. 117.b
Pontifex non debuit eſſe ſubiectus principibus in propria perſona. 190.e
Pontificem ab Imperatore iudicari, puniri, & deponi poſſe, aut à Concilio Epiſcoporum, errores ſunt. 189.c
Pontifices leges aliquas ciuiles conſentientibus Imperatoribus abrogarunt. 124.a
Pōtifex poteſt dare leges politicas toti orbi Chriſtiano. 119.d
Pontifex habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia. 173.e
Pontifex non poteſt condere leges ciuiles extra terras Eccleſiæ. 123.b.
Pontifex poteſt legem ciuilem ad ſalutem animarum neceſſariam condere, & contrariam abrogare. 190.a
Pontifex poteſt iubere regibus, & eos excommunicatione cogere, vt Eccleſiam tueantur. 189.e
Pontifex ſolùm iuriſdictionem temporalem indirectam in totum orbem habet. 129.a
Pontifex poſſet ius gentium abrogare. 510.c
Pontifex temporalem iuriſdictonem exercet cauſaliter. 124.b
Pontifex non eſt capax cenſuræ, eo quòd nulli in terris ſubiicitur. 185.d
Pontifex non poteſt errare in legibus abrogandis nec in iis quæ pertinēt ad fidē, vel mores. 467.e
Pontifex non cognoſcit ſuperiorem, niſi Deum. 146.a
Pontifex à nulla terrena poteſtate extra caſum hæreſis iudicari poteſt. 354.b
Pontifex Romanus de omnibus præſulibus iudicat, de eo nullus. 189.d,e
Pontificis dignitas fuit propria Petri. 152.c
Pontifex habet poteſtatem indirectam in omnes baptizatos; ac poteſt legem alterius principis ſæcularis tollere, derogare, ac in illa diſpenſare. 510.c.d.
Pontifex ſummus ante conſecrationem poteſt habere iuriſdictionem. 151.e
Pontifex Romanus ſucceſſit Petro in Eccleſiaſtica monarchia iure diuino. 153.a
Pontificum poteſtas non datur ab eligētibus ipſos, ſed à Chriſto. 116.b
in Pontifice Chriſtiano perfectior poteſtas, quàm fuerit olim in Iudaico. 144.e
Pontifici qualem iuriſdictionem dent Cardinales. 164.c
Pontificis territorium totum mundum complectitur. 456.d
Pontifex nō habet dominium proprietatis totius orbis. 123.e
de Pontificis Romani primatu decretum Concilij Lateranenſis. 176.b
Pontifex in ſpiritualibus habet ſupremam poteſtatem, cùm ſit Chriſti Vicarius. 146.e
Pontifex non habet directam poteſtatem in temporalibus. 122.d
Pontifices quomodo vſi ſunt poteſtate ſuprema in temporalibus. 121.c
Pontifici ſummo tranſlatum eſt dominium infidelium per Chriſti aduentum. 119.b
Pontifex vt ſic non habet poteſtatem temporalem in totum orbem Chriſtianum. 120.e
Pontifices habent poteſtatem legiſlatiuam à Deo, & in vniuerſum orbem. 150.d
Pontifices vnde habeant dominium temporale, quod habent. 122.a
Pontifex poteſt in temporalibus Chriſtianorum diſponere, cùm fuerit neceſſarium. 123.d
Pontifex habet poteſtatem ad obligandum omnes Chriſti fideles, vt ſuam legem ſeruent, & acceptent. 291.b
Pōtifex habet dominium tēporalis iuriſdictionis in totum Chriſtianum orbem. 119.b
Pontifex quibus verbis vtatur in creandis Epiſcopis. 156.b
Pontifex ſi eligeretur laicus, quomodo & quando debetet vti iuriſdictione Eccleſiaſtica, ſeu Pontificia. 188.c
Pontificis poteſtas ferendi leges in temporalibus ad quæ ſe extendat. 124.c
Pontifex poteſt poteſtate ordinaria in terris, quæ Deus in cœlis. 146.c
Pontifex poteſt præcipere Concilio vniuerſali. 176.d
Pōtificem nihil poſſe præcipere in Eccleſia, quod non contineatur in diuinis præceptis, refutatur. 168.b,c,d
Pontifex ſummus poteſt regna infidelium iure ſuo dare, quibus voluerit. 119.b
ad Pontificem ſummum pertinet poſt Chriſti aduentum de religione leges ferre. 211.b
Pontifex poteſt leges ferre ſine conſenſu populi, quæ eſſent neceſſariæ ad finem vltimum aſſequendum, ſed ſi non acceptentur, non obligant. 289.c
Pontificum epiſtolæ, & reſponſa vim legis habent. 48.b
Pontifici ſunt ſubiecti cæteri paſtores ſpirituales, & ab eo poſſunt emēdari, atque puniri, ille nulli ſubeſt, niſi fortè Concilio, & quo caſu. 190.c
Pontifex eſt maior Concilio ſolo. 510.e, ac æqualis illo etiam ipſum Pontificem includēti. ibid.
Pontifex poteſt abrogare legem Concilij. 173.e
Pontifex poteſt leges condere ſine conſenſu Cardinalium. 153.e
Pontifice aſſiſtente Concilio generali Epiſcopi non habent ſuffragium deciſiuum, ſecus quando mittit legatos. 520.e
Pontificis leges non pendent à Conciliis, ſed Cōciliorum ab ipſo. 152.e
Pontifex indubitatus quantumcumque vellet ſe ſubiicere Concilio, non tenetur eius præceptis. 175.c
Pontificum & Imperatorum poteſtas quomodo ſit à Chriſto diſcreta. 344.c
Pontificis literæ ſunt leges generales pro tota Eccleſia. 297.b
Pontificem fuiſſe laicum inauditum. 188.c
Pontifex poteſt in materia leui obligare ſub mortali. 235.b
Pontifex ſummus iure diuino eſt exemptus ab omni iuriſdictione Principum ſæcularium, & ab omni terrena poteſtate. 354.b
Pontifex ſi ſolo verbo compellet aliquem Epiſcopum, vel Abbatem, ſtatim fit Epiſcopus, vel Abbas. 446.c
Pontifex imperio vacāte qualem in eo habeat poteſtatem. 122.e
Pontifex vacante imperio ius dicit ſubditis imperij. 119.e
Pontifices dubij tres tempore, quo coactum eſt Concilium Conſtantienſe. 175.e



Digitized by Google

Pontifici quando poſſint Principes ſæculares reſiſtere. 354.d
Pontifici Romano Romam cum ſuo ducatu, & aliis ciuitatibus contulit Ludouicus Imperator Caroli magni filius. 126.e
Pontifices alij Reges, alij Imperatores excommunicarunt. 189.c
Pontifex poteſt aliquem honoris titulum iuſtis de de cauſis Principibus concedere. 123.c
Pontificem fuiſſe fœminã Ioannem VIII.fabuloſum. 188.b
Pontifex non peccat mortaliter ſuas leges poſitiuas non ſeruans. 310.d
Pontifices quidam fuère depoſiti ab Imperatoribus. 190.b
Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus vtuntur, 346.c
ad Pontificem interpoſita ſupplicatione non ideò ſuſpenditur executio literarum ipſius. 297.b,c,
ex Pontificum iudicio pendet Imperator, 189.c
Pontifex non poteſt Religioſis viris clauſuram præcipere,ſicut fœminis,& cur. 169.c
Pontifex poteſt monialibus præcipere clauſuram, quam non erant profeſſæ. 168.c
Pontifex tranſtulit imperium à Græcis ad Germanos. 120.a
Pontifex quomodo diſſoluat vota & promiſſiones. 94.c
Pontifex quomodo diſpenſet in voto, & in lege humana. 506.e,ac in iuramento.ibid.
Pontifex quomodo relaxet vota & iuramenta,aut in eis diſpenſet. 628.e
Pontifex rerum temporalium iudicium aliis debet dimittere. 126.b
Pontifex auctoritatem habet declarandi quid ſit ius naturæ. 51.d
Pontifex non poteſt diſpenſare in iure naturali, 311.e
Pontifex non poteſt diſpẽſare in lege diuina.628.d
Pontifex non poteſt diſpenſare in ſigillo confeſſionis. 628.b
Pontifex non obligatur ſuis legibus ex rigore iuris,ſed ex naturali æquitate. 311.a
Pontifex diſpenſat in iure diuino, & naturæ tantùm interpretando. 506 b
Pontifex poteſt diſpenſare in iure canonico.509.e
Pontifex poteſt tributa imponere in ſuis terris,nõ in aliis. 412.b
Pontifex qualiter ſontes puniat. 127.b
Pontifex poteſt diſpenſare in omni lege Apoſtolica humana. 511.b
Pontifex an propriè diſpenſet in matrimonio illud diſſoluendo. 94.c
Pontifices & Epiſcopi ſæpe excommunicarunt principes ſæculares. 192.a,b
Pontifex non poteſt incurrere excommunicationem,ſuſpenſionem,&c. 307.e
Pontifex nõ poteſt vi cogere infideles ad ſibi obediendum. 120.a
Pontifex plus poteſt concedere, quàm petatur. 469 d
Pontifex quomodo approbet leges minorũ Communitatum. 181.b,c
Pontifex non poteſt inuitos priuare bonis internis ſpiritualibus. 190.d
Pontifex cur poſſit ſibi reſeruare abſolutionem quorumdam peccatorum. 207.b
Pontificum leges de cenſibus ſeruantur. 297.b
Pontifici munera quædam reſeruata. 512.b
Pontifex quomodo ſecum diſpẽſet in votis.314.a
Pontifices olim apud Romanos etiam reges erant. 126.a
Pontifices à quibus Imperatoribus immunitatem acceperunt,& qualem. 356.b
Pontifex quomodo fiat particeps indulgẽtiarum. 313.e,314.a
Pontificatus eſt fundatus ſupra petram fidei Chriſti. 184.a
Pontificia iuriſdictio nõ deuoluitur ad Eccleſiam, vel Concilium mortuo Papa. 180.c
Pontificia poteſtas ſubordinabatur regiæ in lege veteri, 190.b
Pontifex quilibet poteſt renũciare Papatui. 175.a
ad Pontificem quomodo recurrendum ſit, ſi lex illius nimis dura videatur. 297.e
Populus quid ſit. 100.a
Populus quoſnam ſub ſe contineat. 48.c
Populi olim ſine legibus ſolo principum arbitrio gubernari ſolebant, 46.b.116.a
Populus voluntatem ſuam ſuffragio, an rebus ipſis,& factis declaret,nihil intereſt. 293.d
Populus cùm eſt legiſlator, quælibet pars obligatur directè, & per ſe eius lege. 304.e
Populus in principem tranſtulit omnem poteſtatem. 48.c
Populus cum tranſtulit poteſtatem ſuam in Regem, eo ipſo virtute ſe ſubdidit illius legibus, 290.e
Populus Romanus totam ſuam poteſtatem tranſtulit in Imperatorem lege Regia. 312.d
Populus quilibet poteſt ſtatuta condere iuri communi contraria. 161
Populi conſenſus non eſt expectandus ad vim legis, 288.c
Populus non poteſt leges condere.136.b.c,& ſeq.
Populus iuriſdictione carens non poteſt leges ferre. 161.a
Populus Principi ſubiectus non poteſt leges condere. 160.e
Populi poſſunt ſe obligare ſtatutis ſcriptis,& conſuetudinibus,modo non aduerſentur iuri communi,aut legibus ſuperiorum. 497.e.499.a
Populus non poteſt condere leges quę partes non conſentientes obligent. 497.e.499 a,b
Populi nihil poſſunt ſtatuere contra ius commune. 551.b
Populus non poteſt propria auctoritate legem abrogare. 492.c
Populi ſtatuta vim nullam habent, niſi à principe confirmentur. 161.b
Populus delinquens non debet eſſe melioris conditionis, quàm innocens. 482.b
Populi cæteri à Iudaico ſaluari poterant ſine lege veteri. 576.e
Populus poteſt ſucceſſores obligare per votum, 362.c
Populus poteſt à legibus ſibi nouiter datis appellare. 296.c
Porphyrius neque legem,neque Euangelium credidit. 613.c.d
Porphyrij conuicia in Petrum & Paulum. 613.d
Portoria ſpecies vectigalium. 411.d
Poſitiuum ius quid ſit. 35.b,c
Poſſeſſor malæ fidei poterat præſcribere decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes iure Romano. 124.a
Poſſeſſor

Digitized by Google

# Index rerum & materiarum.

Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribere poteſt. 124.a
Poſſeſſionum diſtinctio quomodo, & à quibus inuenta. 43.c
Poſſeſſorium prius debet intentari, quàm petitorium. 60.a
Poſſidentis conditio in dubio melior eſt. 388.d
Poſſumus id quod iure poſſumus, & non poſſumus, quæ licitè non poſſumus. 431.c
Poſtliminij iure perinde eſt aliquis liber à captiuitate dolo & fallacia, ac ſi dominus eum miſiſſet. 400.d
Potētia debet habere materiam ſibi proportionatam, nec excedit ſuos limites. 217.c
Potentia phyſica eſt infinita. 234.e
Potentia nulla vltra ſuam ſphæram operatur. 304.d
Potens & volens obligare, voluntatem manifeſtando, obligat. 14.c
Poteſtas Eccleſiaſtica duplex. 172.c
Poteſtas Eccleſiæ cur ſpiritualis dicatur. 146.b
Poteſtas Eccleſię ad ciuilem comparatur, ſicut anima ad corpus. 146.b
Eccleſia poteſt etiam ferre leges circa temporalia. 146.c
Poteſtas Pontificum nō datur ab eligētibus ipſas, ſed à Chriſto. 116.b
Poteſtas legis ferendæ eſt perpetua Eccleſiæ traditio. 145.d
Poteſtas Eccleſiaſtica & politica in vnam perſonam conſpirare poſſunt. 125.e
Poteſtatis Eccleſiaſticæ & ciuilis diuerſi fines. 188.e
Poteſtas Eccleſiaſtica & ciuilis vnde ortum habeant. 188.e
Poteſtas Eccleſiæ, & Reip. eſt in ædificationem, & non in deſtructionem. 378.d
Poteſtas Chriſto data, eſt poteſtas excellentiæ, & quæ illa. 122.e
Poteſtas pōtificia & politica non ſunt incompatibiles. 126.a
Poteſtas ſpiritualis leges cōdendi fuit in lege ſcripta. 150.a
Poteſtas ferendi leges ſpirituales fuit in toto genere humano, & ſtatim. 149.e
Poteſtas ſpiritualis vnde ortum habeat. 149.c
Poteſtas ſpiritualis quo iure & à quibus deferatur. 190.e
Poteſtas ſpiritualis remanſit poſt ſtatum naturæ lapſæ. 149.c
Poteſtas ſpiritualis in lege veteri qualis fuerit. 172.d
Poteſtas politica à Deo. 107.a
Poteſtas politica eſt tanquam in ſubiecto mediatè in tota multitudine iure diuino, & naturali. 118.d
Poteſtas politica habet plures actus qui humanam facultatem videntur excedere. 116.e
Poteſtas politica non repugnat cum ſacra. 126.c
Poteſtatis politicæ finis eſt bonum tēporale. 124.b
Poteſtas politica obligatiua in quo fundetur. 112.b.c
Poteſtas gladij ponitur tanquam ſignum meri imperij. 116.e
Poteſtas limitatur iuxta formam præſcriptam ab eo qui poteſtatem dat. 434.a
Poteſtas ciuilis eſt ſubordinata Eccleſiaſticæ, & quomodo. 187.c
Poteſtatis temporalis & ſpiritualis diſtincta ſunt officia. 121.d
Poteſtas ciuilis quæ eſt in Regibus à populo manauit. 116.e
Poteſtas politica eſt purè naturalis. 138.a
Poteſtas gladij naturalis ex parte principij, & finis. 110.e
Poteſtas ſæcularis, & ſpiritualis ex Chriſti inſtitutione non ſunt coniunctæ. 126.e
Poteſtas ferendi leges ſpirituales fuit in ſtatu puræ naturæ. 149.c
Poteſtas ſæcularis eſt ſubordinata Eccleſiaſticæ. 189.d
Poteſtas politica poteſt acquiri iure belli. 225.d
Poteſtas politica & legiſlatiua eſt in hominū communitate. 114.a
Poteſtas humana non poteſt præcipere actus internos. 208.d
Poteſtas regalis immediatè non eſt de iure diuino. 118.c
Poteſtas politica & ſpiritualis in lege ſcripta ſæpe fuerunt in eadem perſona. 126.e
Poteſtas publica neceſſaria in communitate. 108.b
Poteſtas ſuprema non poteſt præſcribi manente Rege in quo eſt. 412.b
Poteſtas œconomica in vxorem & in filios vnde fluat. 114.c
Poteſtas legiſlatiua data fuit Petro à Chriſto. 151.a
Poteſtas condendi leges poteſt eſſe ſine iuriſdictione. 110.e
Poteſtas ferendarum legum Eccleſiaſticarum, & ſæcularium à quo ſit. 34.c
Poteſtas condendi leges ex ipſa natura rei in nullo homine particulari fuit. 113.d
Poteſtas legiſlatiua in populo Iudaico valdè imperfecta fuit. 150.c
Poteſtas legiſlatiua in Regibus immediatè eſt à Rep. mediatè verò à Rege. 118.e
Poteſtas omnis condendi leges, & gubernandi à Deo. 2.a
Poteſtas legiſlatiua quomodo ſit in prima communitate totius generis humani. 117.e
Poteſtas gladij eſt iuriſdictionis. 110.a
Poteſtas legiſlatiua eſt independenter in toto genere humano, donec transferatur in homines particulares. 117.b
Poteſtas legiſlatiua immediatè eſt in communitate. 117.a
Poteſtas legiſlatiua in genere humano fuit neceſſaria. 115.d
Poteſtas omnis à Deo vt dante, vel permittente. 140.b
Poteſtas legiſlatiua non ita perfectè data eſt Apoſtolis aliis, atque Petro. 151.d
Poteſtas legiſlatiua eſt iniuncta poteſtati iuriſdictionis. 150.e
Poteſtas legiſlatiua ad quid ordinetur. 137.a
Poteſtas ciuilis quid præcipere poſſit. 195.a,b
Poteſtatis omnis Deus eſt auctor. 398.d
Poteſtas omnis in terra à diuina potentia. 113.e
Poteſtas legiſlatiua nō eſt data in deſtructionem, ſed in ædificationem. 22.c
Poteſtas omnis, & Imperium in Imperatorē tranſlatum eſt lege Regia à Senatu populóque Romano. 312.d
Poteſtas legiſlatiua à Deo eſt ſufficienter. 116.b
Poteſtati qui reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. 222.b
Poteſtas non eſt niſi à Deo. 107.c



Digitized by Google

*P*oteſtas legiſlatiua quomodo ſit in Deo. 117.d,e
*P*oteſtatem in omnes creaturas qualem habeat Pontifex. 122.e
*P*oteſtati qui reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit. 57.e
*P*ræceptoris ſæuitia culpa non vacat. 60.c,d
*P*ræceptio & prohibitio quomodo legi conueniat. 61.a
Præceptio eſt eſſentialis legi in communi. 58.c
*P*ræcipio,verbum cur obliget ſub mortali in regula B.Franciſci. 244.e
*P*ræcepta Dei poſitiua quæ. 582.c
*P*ræcepta à Deo eadem quæ naturæ. 582.e
*P*ræceptum naturale quodnam ſit. 55.d,e
*P*ræcepta omnia naturalia ad Decalogum reducuntur. 582.e
*P*ræcepta omnia naturalia in Decalogo continentur implicitè, vel explicitè. 94.a
*P*ræcepta naturalia ſunt perpetua. 582.d
*P*ræcepta naturalia accommodantur inclinationi naturali. 77.b
*P*ræcepta naturalia omnia à principio mundi ſunt tradita. 94.b
*P*ræcepta naturalia omnia quodnam ius conſtituant. 78.b,c
*P*ræcepta moralia quæ. 583.e
Præcepta moralia quæ. 582.a,b
*P*ræcepta moralia præcipua ſunt quæ continentur in Decalogo. 582.e
*P*ræcepta decalogi quædam diſpenſabilia, quædam non. 87.b,c,d,88.b
*P*ræcepta Decalogi omnia ſunt indiſpenſabilia. 87.e
Præceptum decimas ſoluendi non in omnibus regionibus,nec omnes perſonas obligat. 147.b
*P*ræcepta legis veteris quot fuerint. 571.e
*P*ræceptum Decalogi tertium fuit poſitiuum, & diſpenſabile. 93.e
*P*ræcepta legis veteris quomodo à Deo, aut à Moyſe tradita. 574.e,& per totum,575.d
*P*ræcepta legis veteris fuerunt per ſe omnia diuina. 575.d
*P*ræcepta cętera à Decalogo Deus immediatè pręſcripſit,& per Moyſem promulgauit. 573.b
*P*ræcepta ſecundæ tabulæ inſciè dixit Scotus non eſſe naturalia,ſed poſitiua. 91.e
*P*ræcepta Decalogi ſeptem non ſunt iuris naturalis,ſed poſitiui. 87.e
*P*ræcepta legis veteris ſarcina innumerabiliũ obſeruationum. 102.b
*P*ræceptum primum Decalogi non ad fidem, ſed ad cultum Dei propriè pertinet. 584.e
Præceptum primum Decalogi fuit diſpenſabile ex parte. 93.d
*P*ræcepta legis veteris tam affirmantia,quàm negantia quot fuerint. 102.b
Præcepta Decalogi omnia ſunt naturalia. 585.a, præter illud de Sabbatho. ibid.
*P*ræcepta duo priora primæ tabulæ Decalogi ſunt indiſpenſabilia,alia ſunt diſpenſabilia. 87.c
*P*ræcepta legis veteris cur data non bona. 571.c,d, & a,b
*P*ræcepta omnia legis veteris præter ſignificationem futurorum habuerunt cauſam aliquam literalem. 586.d
*P*ræcepta negatiua ſunt indiſpenſabilia,affirmatiua diſpenſabilia. 87.b,c
*P*ræceptan *P*etateuchi tradita à Moyſę. 572.e
*P*ræcepta legis veteris tot, quot oſſa in homine. 102.b
*P*ræcepta poſitiua aliqua fuerunt ante legem Moyſis. 587.e
*P*ræcepta,Diliges Dominum Deum tuum; &, Diliges proximum,ſunt principalia inter moralia, veteris legis. 585.d
Præcepta diuina de actibus internis modificari nō poſſunt ab Eccleſia. 202.d
Præceptum de ſanctificatione Sabbathi erat poſitiuum. 584.c
Præcepta Decalogi quomodo diſtinguantur. 584.d,e,& ſeq.vſque ad 585.d
Præcepta ceremonialia ad quatuor capita reducari poſſunt. 585.d.586.a,b,c
*P*ræcepta quænam obligent ſub mortali. 253.e
*P*ręcepta Decalogi ſunt decem. 585.c,& quæ.ibid.
*P*ræcepta affirmantia & negantia in quo differant, & quomodo obligent. 58 e
*P*ræcepta quæ non obligant ſub mortali. 253.a
*P*ræcepta omnia ad quid reducantur. 78.c
*P*ræceptum affirmatiuum non obligat pro ſemper. 92.a
*P*ræcepta Dei pauca in lege Euangelica. 150.a
*P*ræcepta legis nouæ quæ. 621.c,d
*P*ræceptum cum nullũ datum de dilectione propria. 584.b,c
*P*ræcepta Eccleſiæ non obligant non baptizatos. 304.d
Præcepta fidei,ſpei, & charitatis ſunt annexa primo præcepto Decalogi,ac ſunt ſupernaturalia, ac naturalia. 584.e
Præcepta ſæcularium dicuntur leges preſſius ſumpta, Eccleſiaſticorum verò conſtitutiones, & canones. 21.e
Præceptum ſpei continetur in iuſtificationibus. 584.c
*P*ræcepta fidei & gratiæ,pertinebant ad præcepta moralia. 583.d
*P*ræcepta fidei,ſpei,& charitatis quæ. 583.e
*P*ræcepta Eccleſiæ pauca obligant. 147.b
*P*ræcepta fidei præcipuè dicũtur teſtimonia.584.a
*P*ræceptum latum ſede vacante à Capitulo, ſi per modum ſtatuti feratur non ceſſat per electionē Epiſcopi,donec ab illo reuocetur. 25.b
*P*ræceptum ibi eſt,vbi & peccati pœna. 6.b
*P*ræceptum quod paterfamiliâs ſubditis imponit, non eſt lex. 17.b
*P*ræceptũ de re turpi,ſeu iniquum non eſt lex.6.b
*P*ræcepta maiora, minoraque ſunt, prout qui ea mandauit,voluerit. 235.d
*P*ræcepta quædam diuinis addita. 147.e
*P*ræcepta obligantia leuiter,facilè violãtur. 237.b
*P*ræcepta cuiuſlibet artis leges dicuntur. 5.d
*P*ræceptum de neceſſitate eſt. 6.b
*P*ræceptum nullum eſt concilium. 58.e
*P*ræceptum priuatum expirat morte mandantis. 17.e
*P*ræcepta humana facilè variari poſſunt. 102 e
Præceptum propriè dictum eſt quod imponitur communitati. 17.d
Præcepti & conſilij diſcrimen. 55.b
Præceptum inducit neceſſitatem, & qui non obtemperat reus eſt,& debitor pœnæ. 57.d.& b
Priuilegium requirit ſententiam eius in cuius fauorem cedit. 283.e
Præceptum Principis eſt commmune. 281.b
*P*ræceptum particulare aliquando eſt lex. 17.b,c

Præceptum

Digitized by Google

Præcepta particularia, licet iuſta, & ſeruanda ſint, tamen leges non ſunt. 17.b
Præcepta reſpicientia proximum omnia reducuntur ad illud, *Quod tibi fieri non vis, &c.* 78.c
inter præceptum generale & ſalutem diſcrimen. 325.b
Præcepta non dantur de rebus neceſſarijs. 66.a
Præcepti generalis capax, eſt etiam capax particularis. 306.a
Præceptum non reſpicit directè territorium, ſed perſonas. 337.d
Præceptum prouinciæ ſeu territorij quomodo diſtinguatur à præcepto perſonæ. 343.a
Præceptum non obligat niſi ſit diuulgatum. 600.b
Præcepta qui poteſt imponere obligantia in tempore, non id circo poteſt imponere obligantia perpetuò. 150.b
Præceptum nondum inſinuatum non poteſt habere rationem regulæ apud homines. 286.d
Præceptum & imperium idem ſunt. 15.d
Præceptum generale tēporale ſperat morte mandantis, non verò ſtatutum. 325.c, & quid ſit. ibi.
Præcepta omnia contenta fuere in lege abſtinendi à ligno. 78.d
Præceptum eſt ſignum voluntatis obligantis. 10.b
Præceptum humanum ſemel vel iterum tranſgredi non eſt mortale, ſecus ſi pluries. 253.c
Præceptum eſſentiale legis eſt actus quo voluntas vult ſubditos obligare. 15.c
Præceptum debet procedere ab eo qui habet poteſtatem obligandi. 21.b
Præceptum perfectæ communitatis dupliciter imponi poteſt: primò dirigendo ad Superiores, ſecundo ad ſubditos. 17.d, e
Præceptum nemo ſibi imponit. 209.d
Præcepti ſuperioris executio ſuſpendi poteſt. 297.a
Præceptum generale expirat morte vel amiſſione præcipientis, lex verò ſemper manet. 342.d
Præceptum ſeu ſententia directè ad perſonas dirigitur, lex verò imponitur ratione territorij. 325.a
Præcepta ſuperiorum obligant vbique ſubditos religioſos. 341.a
Præceptum ſeruandi vitam duo includit. 257.b
Præceptum non obligat, niſi ſit diuulgatum. 600.b
Prædicatorum ſtatuta non obligant ad culpam, niſi propter præceptum, vel contemptum. 267.c
Prædicatorum ordinis profeſſores tenentur ad nonnullas leues pœnas ſibi infligendas. 372.a, b
Præfecturæ etiam inter Angelos. 112.b
Pragma Græcè dicitur cauſa ſeu negotium. 48.d
Pragmatica ſanctio quid. 48.c
Pragmaticæ appellatæ leges quæ à Regibus feruntur. 48.d
Prælatus lex eſt animata. 241.d
Prælatus Eccleſię ſi incidat in hæreſim eo ipſo poteſtatem amittit, & dignitatem. 184.e
Prælatus vnius territorij, non poteſt in ſtatuto alterius territorij diſpenſare. 456.d
Prælatus non debet ſemper manifeſtare ſubdito, quare hoc vel illud faciat. 23.d
Prælatus poteſt imponere pręceptum ſubdito vbicunque ſit, & hoc erit perſonale. 337.c
Prælati inferiores habent poteſtatem non dependentem à ſuis Eccleſijs. 291.d
Prælatus poteſt excommunicare ſubditum extra territorium exiſtentem. 337.c
Prælatus poteſt irritare vota religioſi. 207.a
Præmio & pœna vita temperatur humana. 195.b
ad Præſcribendum contra Romanam Eccleſiam, aut coronam regni debet eſſe conſuetudo centum annorum, aut immemorialis. 483.a
Præſcribi non poteſt quod eſt proprium, & intrinſecum ſupremæ poteſtatis. 412.b
Præſcribi non poteſt contra ius gentium. 489.b, c
Præſcribi non poteſt contra legem diuinam, naturalem, vel poſitiuam. 489.d, e
Præſcriptio quid, ac qualis eius effectus. 472.a
Præſcriptio contra legem à quibus incipiat. 486.d
Præſcriptio valet contra ignorantes. 476.c
Præſcriptio minor quàm centenaria non poteſt currere contra ciuitatem, vel Eccleſiam. 558.a
Præſcriptionis tempus contra legem quando, & à quibus incipiat. 299.c
Præſcriptio poteſt interrumpi, & ſemel interrupta non poteſt amplius continuari, ſed erit alia quę de nouo inceperit. 299.d
per Præſcriptionis leges transferuntur rerum dominia. 213.b
Præſcriptio in re honeſta ſufficit ad mutanda prima dominia, & iuriſdictiones. 476.a
Præſcriptio iure Romano quanto tempore currat. 124.a
Præſcriptio vera datur contra legem etiam Eccleſiaſticam. 480.d, e
Præſcriptio non poteſt valere contra immunitatem Eccleſiæ. 357.c
Præſcriptionem vbi lex tollit, non præſcribatur. 491.b
Præſcriptio malæ fidei abrogata à Pontificibus. 124.a
in Præſcriptione omni requiritur fides bona. 412.d
Præſcribi contra legem poteſt malis actibus. 486. d, e, & ſeq.
ad Præſcriptionem rerum ſecundùm canones ſacros requiritur bona inculpataq; fides. 483.b, c
Præſcriptio longi temporis eſt, quæ decem, aut viginti annis introducitur. 479.d
Præſcriptio quomodo, & quando fiat contra leges. 291.d, e
Præſcriptio legitima requirit bonam fidem. 475.c
Præſcriptio & conſuetudo in quo differant. 472.e, & a, b, ſeq.
Præſcriptio omnis non eſt conſuetudo. 473.c
Præſcriptio & conſuetudo tantum habent de potentia, quantum de vſu & actu. 500.c
Præſcriptio omnis legitima titulum poſcit. 486.c
Præſumere non creditur qui probabiliter credit ſe benefacere. 552.d
Præſumptio quid propriè ſonet. 229.b
Præſumptionis duplex genus. 229.b, c
Præſumptio ad forum iudiciale pertinet, non conſcientiæ. 230.e
Præſumptio iuris, & de iure quæ ſit. 229.d
Præſumptio duplex. 228.e, 420.e
Præſes cùm prouincia exceſſit, priuatus eſt. 331.b
Præſidentis & ciuis eadem virtus. 56.c
Prætores non poterant conſtituere ius, niſi per edictum. 51.b
Prætorum ius honorarium appellabatur. 48.c
Præuaricator legis eſt, qui verba legis cōplectens, contra eius vtitur voluntatem. 270.e, & ſeq.
Præuaricator legis quis. 270.d
Preces horariæ quomodo recitandæ. 193.c
Presbyteri quibus ſuccedant. 157.c
Pretium rei an ſit reddendū ei qui emit aliquid ab illo

Digitized by Google

illo cuius poſtea bona confiſcata ſunt. 393.c, & ſeq.
primates quomodo habeant iuriſdictionem. 178.a
primates in quo differant à Patriarchis. 165.a
primates paucis legibus debent eſſe ſubiecti. 315.d
primates poſſunt in ſuis diœceſibus id quod Epiſcopi in ſuis. 165.d
primores regni poſſunt præcepta imponere, non condere leges. 136.c
de primatu Romani Pontificis decretum Concilij Lateranenſis. 175.b
primogeniti omnes illuſtrium familiarum fuerunt ſacerdotes, & in cæteros fratres quaſi regium principatum habebant. 125.a,b
primogeniti Principum qui patribus in politica poteſtate ſuccedebant, ſimul erant ſacerdotes. 125.c
primogeniti omnes olim erant ſacerdotes. 149.d
princeps non poteſt contra ſe dare vlli iuriſdictionem. 316.c
princeps quomodo in ſua lege contineatur, ac quomodo in ea ſecum diſpenſet. 519.d,e
principes ſæculares non debent ſtatuere in Eccleſia. 191.a,b,c
princeps non poteſt ſucceſſorem ſua lege obligare. 307.a
principes deſignandi facultatem nullus homo priuatus habet. 114.b
princeps non tenetur legibus ab alio conditis. 314.d
princeps nõ tenetur ſeruare leges municipales loci in quo eſt. 312. d, niſi talis locus ſit propria habitatio, vt Curia. ibid.e
princeps legibus ſolutus eſt. 306.e
principis omnia eſſe intelliguntur. 315.d
princeps non ſibi imperat, ſed iure naturæ tenetur ad ſeruandas ſuas leges. 310.e
princeps non poteſt ſibi præceptum particulare imponere. 314.a
princeps non ſubeſt legibus ſuis quoad vim coactiuam. 315.b,c
princeps habet dominium bonorum ſubditi. 315.c
principes ſæculares ſunt Miniſtri Dei. 107.d
principes etiam ſupremi ſunt ſubiecti Epiſcopo. 188.e
princeps vel Reſp. poteſt cogere ciuem vendere rem ſuam. 489.d
princeps tenetur iterum ferre legem neceſſariam Reip. quam abſtulit. 467.c
principis conceſſio latè interpretanda eſt. 194.a
princeps quilibet iure naturæ vel gentium poteſt punire aduenas delinquentes in ſuo territorio. 324.b
princeps peccat tantùm venialiter propriam legem non ſeruando. 311.a
princeps ſuis legibus non aſtringitur. 522.b
principes cùm ad fidem conuertuntur ſuum regnum, & magiſtratum retinent. 108.d
princeps eſt lex animata. 315.d
princeps quomodo teneatur ſuis legibus, & ad quid obligetur ratione earum. 306.d
princeps violans ſuam legem non incurrit infamiam. 317.a
principem ſupremum dedecet obligatio ad pœnam. 317.a
princeps non poteſt ab alio iuſtè auferre rem legitimè præſcriptam iure ciuili. 317.c
principes debent ſuis legibus obtemperare. 305. per totum.
princeps poteſt ſecum in legibus proprijs diſpenſare. 311.e
princeps poteſt ad libitum in propria lege diſpenſare. 522.b
principis epiſtola, reſcriptum, ſeu reſponſum vim habet legis. 48.e
princeps ſæcularis quid, & in quibus poſſit Eccleſiaſticis præcipere. 349.b
princeps poteſt obligare ſubditos, vt legem acceptent. 292.e
principis præceptum eſt commune. 281.e
principes ſæculares ſuis legibus poſſunt obligare ſub pœna æterna. 365.a
principum reſcripta quidnam eſſent. 50.c
princeps non habet ſuperiorem. 308.c
princeps tenetur lege naturæ, iuſtitiæ, & æquitatis. 314.b
principes non ſupremi non conſtituunt ius per reſcripta. 51.a
princeps ſua lege obligatur ad culpam, & eſt illi ſubiectus, ſecundùm nonnullos. 305.c,d
in principe eſt abſoluta poteſtas coërcitiua per pœnas. 290.c
princeps ſi non ſeruat propriam legem, reddit eam contemptibilem. 309.c
princeps quando, & quibus caſibus obligetur ciuiliter. 317.a,b,c
princeps ſolutus eſt legibus ſolemnitatis. 314.e
principi ſoli competit auctoritas condendi leges à tempore quo populus ſuam poteſtatem tranſtulit in principem. 288.d
principes ſæculares erga Pontificum reſcripta quomodo ſe gerant, ſi aliqua appareant in eis incommoda. 297.d,e
princeps tripliciter ius conſtituit. 51.a
principes poſſunt diſpenſare in proprijs legibus. 509.e
princeps eſt legibus ſolutus, legibus tamen viuit. 310.c,d
princeps cur non poſſit obligari ſuis legibus. 306. e, & ſeq.
principi ſæculari ad quid conferat iuriſdictio. 168.d
princeps vel Communitas poteſtatem habet obligandi. 21.c
princeps declarando ius naturæ non habet infallibilem auctoritatem. 51.c
princeps obligatur iure naturæ ad ſeruandas proprias leges. 308.d,e
principis iudicium non eſt neceſſarium ad legem. 15.d
principes limitatam habent poteſtatem condendi leges. 82.c
principes debent conſulere legem æternam, quando leges ſunt condituri. 82.c
princeps diſpenſans in propria lege peccat. 522.b
princeps poteſt ſecum diſpenſare. 510.a
princeps vnde habeat poteſtatem condendi leges. 113.a
principis ſcientia & tolerantia requiritur ad legem eneruandam. 294.e
princeps politicus non habet in clericos iuriſdictionem. 347.c
princeps eſſe non poteſt, qui non poteſt eſſe medicus. 103.c



Digitized by Google

principes quomodo ſint condendarum legum facultatem conſequuti. 47.c

Princeps poteſt obligare in vno caſu, & non in alio. 95.b

princeps poteſt cogere, & obligare totam Remp. 288.a

principes debent curare, vt ſuæ leges ſeruentur. 292.d

princeps poteſt comprehendere in ſua lege peregrinos, & aduenas. 323.d

principes ſuis legibus non obligantur. 12.c

principes ſæculares quomodo poſſint ſtatuere in ſpiritualibus. 191.c,d

principi lex non præcipit reſtitutionem, ſed tantùm prohibet occupationem. 389.c

princeps ſi velit obligare, tametſi populus contradicat, lex obligabit. 288.d

princeps non poteſt ſubditos punire vltra menſuram iuriſdictionis. 364.a

princeps vnde habeat obligationem ad ſeruandas proprias leges. 307.d,e,& ſeq.

principes poſſunt ſe obligare ex contractu ad ſeruandas leges. 314.e

principes etiam ſupremi ſunt ſubiecti Epiſcopo. 188.e

princeps contrahens cum aliquo contra leges, cenſetur velle eum eximere à lege irritanti. 318.d

princeps eſt perſona publica, & illum ſuſtentare eſt bonum commune. 412.e

princeps lege contractus & conuentionis obligatur. 314.d

principi quis princeps, niſi lex? 314.c

principes Eccleſiaſticos, & ſæculares poteſtatem accepiſſe obligandi ad pœnam æternam, incertum eſt. 224.b

princeps nullus poteſt obligare ſubditum niſi volens. 11.d

princeps ſæcularis debet ſacerdotes honorare, 148.a, & Epiſcopis, & Archiepiſcopis aſſurgere. ibid.

princeps quomodo obligetur ſuis legibus. 305.e

princeps poteſt ſeruare ſuas leges quoad directionem, ſed non quoad pœnas. 308.b

princeps obligatur ad ſeruandam ſuam legem ex diſcurſu rationis & æquitate. 312.b

princeps poteſt ſtatuere quicquid ad pacem, & cōſeruationem ſubditorum eſt neceſſarium. 323. d, 327.c

principem ſuam legem non ſeruare indecorum, & diſſentaneum rationi eſſet, & cur. 307.c

principis maior eſt poteſtas in Remp. quàm patris in filium. [illegible]

ex principis actu naturali obligatio reſultare non poteſt. 190.c

princeps ad ſeruanda pacta tenetur iure naturæ. 315.e

princeps quibus modis aliquid licitum iniuſtè tamen ſubdito iubeat. 25.d

principes ſæculares quomodo poſſint iuuare Eccleſiam ad coërcendos contumaces ſuis legibus. 351.b

principes ſæculares non poſſunt ſuis legibus obligare ad pœnam æternam, id eſt in conſcientia. 364.e

principes ſæculares non poſſunt in rebus ſacris diſponere. 218.b

princeps ſe gerit in lege & alijs imperat vt Princeps. 273.c

princeps non poteſt imponere pœnam æternam. 364.b

princeps vel ſenatus olim in Romana Repub. habuerunt dependentiam à populo in legibus ferendis. 290.c

princeps eſt ſuperior tota Rep. 288.a, nec eſt illa inferior. ibid.

princeps non eſt iudex ſubditi in aliena prouincia verſantis. 331.a

princeps quando teneatur lege irritante. 318.b,c,d

princeps non ſolùm vt præſit, ſed etiam vt proſit, creatur. 309.d

principis exceptio à ſua lege non tam eſt priuilegium, quàm onus, non tam gratia, quàm conditio iniqua, & cur. 317.c

princeps hæres inſtitutus obligatur omnibus oneribus hæreditarijs adeundo hæreditatem. 317.e

princeps ſolus olim apud Romanos non poterat legem ferre. 17.a

princeps non eſt directè ſubiectus ſuis legibus, tenetur tamen facere quod alijs præcipit. 306.d

princeps non habet dependentiam à populo in legibus ferendis, ſed poteſt ipſos inuitos obligare. 290.b,c,d.

princeps quicunque habens auctoritatem condendi leges, poteſt compellere ſubditos ad earum obſeruationem. 288.b

principes ſæculares quando poſſint animaduertere in clericos. 352.b,c

principes quomodo ſuis legibus ligentur. 307.b,c

princeps non obligatur ſeruare proprias leges ex pacto inito cum communitate. 307.c,d,e

princeps non obligatur directè, ſed indirectè ſuis legibus quoad vim directiuam, non quoad vim punitiuam. 308.c

princeps & medicus ſaluti ciuium debent conſulere. 103.e

princeps poteſt ſubditos ad pœnam in ſeipſos exequendam obligare. 375.b,c

principis præſentia ſupplet omnes ſolemnitates. 314.e

Princeps qui iure belli principatum alicuius ciuitatis obtinuit, ſi non redegerit ciues in ſeruitutem, nō poteſt eos in ſuam vtilitatem tanquam ſeruos conuertere, ſecus ſi eos ſeruos effecerit. 18.e

principum placita leges ſunt. 17.b

princeps debet adhibere miniſtros qui compellant ad obſeruationem legis. 295.b

principe deficiente quo [illegible] gubernatores prouinciarum [illegible]. 174.c

princeps nullus poteſt ſe voto obligare, niſi voluntate libera. [illegible]

princeps dicitur vicarius Dei in tēporalibus. 132.c

principes politici de diuinis iudicare non poſſunt. 122.a

princeps omnis ſupremus poteſt leges condere. 129.b

princeps non poteſt nimis grauare, aut onerare ſubditos. 290.d

principi qui non obtemperat facit contra legem Dei directè. 223.e

princeps legibus ſubiectus non eſt. 57.e

princeps inferior poteſt lege lata prohibere, ne quis ei ſubditus extra prouinciam mercaturam exerceat. 336.a
principatus popularis commoda. 112.c





Digitized by Google

Principatus ad meram ciuium vtilitatem ordinatur. 364.c

Principatus introductus per peccatum. 112.d

Principia rerum agendarũ ſunt leges naturæ. 16.c

Principia practica quædam nota per ſe omnibus, quædam non. 77.a

Principale quando non tenet, neç acceſſorium. 552.d

Priuat veteres dixerunt quod nos ſingula. 441.c

Priuatio officij, beneficij, & bonorum non incurritur ante ſententiam. 382.d,e

Priuilegium quid, & quàm varia ſignificet. 441.b,c

Priuilegium quid. 50.d

Priuilegium aliud ſimplex, aliud multiplex. 447.a

Priuilegij & legis diſcrimen. 443.c

Priuilegij definitio. 441.a,b

Priuilegium eſt priuata lex. 282.d

Priuilegia cauſæ ad hæredes tranſmittuntur non perſonæ. 444.e

Priuilegij vis non in ratione, ſed in voluntate concedentis poſita eſt. 454.d

Priuilegium non indiget ſcriptura ad ſui valorem. 446.c

Priuilegij verba nunquam ſunt à proprietate extrahenda eo fine vt priuilegium reſtringatur, niſi ratio iuſtitiæ cogat. 454.b

Priuilegij verba ſi non ſint obſcura, nec ambigua, eius tenor diligenter debet ſpectari, & ſeruari. 453.e

in Priuilegij extenſione ſiſtendum eſt intra proprietatem verborum, niſi amplius neceſſarium ſit, vt aliquid operetur. 455.b

Priuilegia cùm ſunt duo verum valeat. 548.c

Priuilegij quoad vſum, & vſumfructum ſola perſona capax eſt. 443.b

Priuilegium conceditur ſub conditione ſi voluerit acceptare. 449.c

Priuilegia realia, & localia non extenduntur ad aliam rem, vel perſonam. 444.b

contra Priuilegium qui agit ex parte, non cenſetur toti renunciare. 460.a

Priuilegij extenſio à quo poſſit fieri. 454.e, & quomodo. 455.a

Priuilegium poteſt conuenire ignoranti, & in alijs operari aliquid in fauorem priuilegiati. 285.a,b

Priuilegij reuocatio quando effectum habere incipiat. 464.b,c, & ſeq.

Priuilegio quando, & quo quis poſſit vti extra territorium. 456.d,e, & ſeq.

Priuilegium ſi conceдatur per viam reſcripti, requiritur ſcientiam priuilegiati. 283.d

Priuilegium vt ſit perpetuum quomodo debeat concedi. 444.c,d, 445.b

Priuilegia quatuor modis ſponte ſua, & ſine contrario definunt. 457.b,c,d, item per actionem contrariam duobus modis. ibid.e

Priuilegium ſtatim ligat, à die conceſſionis eùm eſt ſine præiudicio alterius. 450.b, 451.e

Priuilegium priuatũ amittitur per vnum actũ cõtrariũ, non cõmunitati conceſſum. 499.e, & ſeq.

Priuilegium cõceſſum pro ſe & filijs legitimis, intelligitur de legitimis verè, & non fictè. 453.b, & quib. concedatur. 44

Priuilegium reuocare poteſt Princeps ſupremus, antequam acceptetur ab eo cui conceſſum eſt. 284.c

Priuilegium non dat plenum ius ignoranti. 284.e

Priuilegium ſi contineat diſpenſationem in aliqua lege, non operatur antequam notitia perueniat ad priuilegiatum. 286.a

Priuilegium aliud generale, aliud ſpeciale. 444.b

Priuilegium debet eſſe fauor, & gratia. 441.b, 445.a

Priuilegij reſtrictio nunquam debet eſſe tanta, vt reddat illud inutile. 454.d,e

Priuilegio ſi quis renunciet, non poteſt ampliùs eo vti, etiam mutata voluntate. 549.b

Priuilegium datum ciui, ne munera ſubeat, aut onera ſuſtineat, ſeruandum eſt. 457.e

Priuilegium conceſſum ratione muneris tranſit in filios viuente patre. 457.c

Priuilegium non inducit obligationem, ſed facultatem concedit. 449.d

Priuilegium quando ſit nullum ex narratione diminuta. 448.d

Priuilegium affirmatiuum opponitur præcepto negatiuo, & negatiuum affirmatiuo. 446.a

Priuilegium reale occidit cum re. 445.e, & c

Priuilegij verba quando ſunt clara, non ſunt reſtringenda, nec extendenda, ſed tenor eius, & forma eſt ſeruanda. 455.e

Priuilegiũ aliud ſcriptum, aliud non ſcriptũ. 446.à

Priuilegia quibus rebus concedantur. 443.c

Priuilegiarij, ſeu priuilegiati qui ſint. 441.c,d

Priuilegium à quo, & quandiu poſſit reuocare. 461.d,e

Priuilegium quibus occaſionibus non amittatur per non vſum. 300.a,e

Priuilegium interpretari eius eſt, cuius eſt condere. 453.e

Priuilegio ſuo quando quis cedere poſſit, & in quibus. 460.c, d, & ſeq. & quando renunciatio valeat. ibid. & 461.a,b

Priuilegium ſemper derogat iuri communi, etſi mentionem illius non faciat. 463.a

Priuilegium nunquam eſt extentendum ad alias perſonas, & alios caſus propter ſimilitudinem rationis. 454.d

Priuilegia nihil præter, vel contra ius operantia cur concedantur. 442.a,b, & ſeqq.

Priuilegium patri conceſſum habenti filium furioſum, ceſſat filio ſanæ mentis effecto. 530.à

Priuilegio quãdo non poſſit quis renunciare. 549.a

Priuilegium qua ratione dicatur perpetuũ. 444.c.d

Priuilegium quomodo differat à diſpenſatione, & quæ ſit eius vis. 507.a

Priuilegium impetratum per nuncium, procuratorem, &c. ſtatim confert vim ſuam in abſentem. 284.e

Priuilegium quomodo & à quo debeat interpretari. 442.e, & c, 454 b, 256.a,b

Priuilegij quando ſit neceſſaria promulgatio, ſeu notitia & in quibus. 449.e, 450.d,e, & ſeq. 284.a

Priuilegium aliud diuinum, aliud humanum & quid ſit diuinum. 443.d,e

Priuilegij vſus pendet ex voluntate ſubiecti. 456.a

Priuilegium temporale cur ita dicatur. 444.d

Priuilegium quid circa ius operetur. 343.b

ad Priuilegiorum renunciationem, vt valida ſit, quæ requirantur. 459.c,d, 283.d

Priuilegium quomodo, & à quo interpretandum. 454.a,b, 456.a,b

Priuilegio communitati conceſſo quando quis in propria parte poſſit renunciare. 447.e

Priuilegium conceſſum ſine cauſa validum eſt, 448.e, niſi in quibuſdam. ibid.e


Priui

Digitized by Google

Priuilegiũ per non vſum decẽnij amittitur. 300.c niſi occaſio illo vtendi non ſe obtulerit. ibid.a
Priuilegium quodnam fauorabile. 452.c
Priuilegium quod non derogat iuri communi,ſed tantùm conſuetudini, latiſſimè eſt interpretandum. 555.c
Priuilegia Principis ſunt perpetua. 445.a
Priuilegia non extenduntur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam. 444.c
Priuilegium nobilitatis tranſit in filios. 457.c
Priuilegium dum declaratur,cauſa differtur. 454.a
Priuilegium quando eſt odioſum, ſtrictè eſt interpretandum. 455.a
Priuilegij admittitur aliquando probatio. 446.b
Priuilegij verba quãdo ſunt ambigua coniectanda eſt mens & intentio concedentis. 455.e
Priuilegia quædam leges ſunt, quibus renunciare non licet. 57.e
Priuilegiatiua conſtitutio ſtatim ligat,ſeu ſortitur effectum. 283.b
Priuilegiũ aliud affirmatiuũ,aliud negatiuũ. 445.e
Priuilegia Bullæ Cruciatæ ſunt ſtrictè interpretanda. 453.d
Priuilegium ſi occaſionem aliquam præbeat peccandi,ſtrictè eſt interpretandum. 455.a, ſecus latè. 445.c
Priuilegium inſertum iuri habet vim legis, & iuris. 462.a
Priuilegia ſunt quaſi legum exceptiones. 16.a
Priuilegium quomodo cedat cõmunitati. 441.a,b
Priuilegium reuocans conſtitutio debet promulgari. 285.d
Priuilegium conceſſum per viam legis,vel ſtatuti, non requirit ſcientiam priuilegiati. 283.d
Priuilegium legendi libros prohibitos qui habet, aut ferendi arma prohibita, non debet vti illo extra territorium. 456.e
Priuilegia eſſe reſtringenda multa iura ſignificant. 452.b
Priuilegium poſterius non præualet priori in non contentis in iure communi, ſi illius mẽtionem non faciat. 462.c,d
Priuilegium alicui conceſſum dignitatem habens dignitatem ſequitur, & ad aliã dignitatem promotus perdit illud. 444.a,b
Priuilegium aliud perpetuum, aliud temporale. 444.c,d
Priuilegia ſunt interpretanda iuxta conditionem perſonæ cui conceduntur. 456.b
Priuilegia quæ reſpiciunt commune bonum alicuius communitatis obligant ſingulos, vt ſuo priuilegio vtantur. 442.e
Priuilegium perſonale perſonã ſequitur, nec eam tranſgreditur. 443.e,444.e
Priuilegium poteſt reuocare Princeps antequam acceptetur. 451.a.d
Priuilegium humanum quotuplex. 443.a,b
Priuilegium conceſſum Eccleſiæ ſi illa corruat, & reædificetur,priuilegiũ conſurgit cum illa,ac illam ſequitur in alium locum illa transferatur, legitimè. 445.c
Priuilegia quomodo cõcedãtur cõmunitati. 444.a
Priuilegium non habet rationem legis in quibuſdam,& cur. 442.e
Priuilegia quædam mixta. 443.e
Priuilegium nec omninò fauorabile, nec omninò odioſum. 452.c
Priuilegium in odioſis, & litigioſis, ac pœnalibus finitur vnica actione, non in fauorabilibus. 458.a
Priuilegia quænam poſſint Principes, & Prælati inferiores,& in quibus concedere. 448.a
Priuilegium quando vim habere incipiat. 450.e, & ſeq.
Priuilegia communitati conceſſa quomodo amittantur. 459.a,b
in Priuilegiis & legibus proprietas verborum eſt tenenda, niſi neceſſitas cogat aliter interpretari. 454.c
in Priuilegiis quomodo attendenda verborũ proprietas. 455.b,c,d
Priuilegium debet eſſe de re licita. 448.b,c
Priuilegio quis à iure communi ſoluitur,& eximitur. 446.c
Priuilegium dupliciter peti poteſt. 285.a
Priuilegium primum ſuam vim retinet, ſi poſterius non faciat illius mentionem, niſi poſterius eſſet ſpeciale. 463.d
Priuilegium conceſſum nutu proprio concedentis ſtatim operatur à die conceſsionis. 286.e
Priuilegia particularia non reuocantur, donec reuocatio ſciatur ab ipſis priuilegiatis. 464.b,c,e
Priuilegia etiã in foro cõſcientiæ amittuntur per non vſum cõtinuatum per decennium. 459.c,d
Priuilegij renunciatio poteſt reuocari,donec à cõcedente acceptetur. 549.c
Priuilegium non omne perpetuum eſt. 441.d
Priuilegium qui concedere poſsint. 447.b,c
Priuilegium diuiditur in id quod per ſe primò datur propter bonũ priuatum cui poteſt renũciari, & in id quod datur per ſe primò intuitu boni cõmunis,cui renunciari non poteſt. 447.a
Priuilegium reale,& perſonale,quid. 443.b
Priuilegiis, quibus conceditur immunitas à muneribus,non derogatur per vnius acceptationem. 459.e
Priuilegium quibus de cauſis concedatur. 449.b,c
Priuilegium quando debeat pleniſsimè interpretari. 452.e
Priuilegium acquiritur conſuetudine. 446.c
ad Priuilegium licitè concedendum neceſſaria eſt cauſa aliqua rationabilis. 448.c
Priuilegium æquiparatur vltimæ voluntati. 283.d
Priuilegia conceſſa ratione fidei,& religionis ſunt latiſsimè interpretanda. 455.c
Priuilegij lex eſt exorbitans. 451.b
Priuilegium ſpeciale poſterius derogat generali. 462.b,c,d
in Priuilegiorum reuocatione quid attendendum. 465.a,& ſeq.
Priuilegium ſi conceſſum ſit cõmunitati vel collegio,ſatis eſt ſi ipſa communitas certior fiat de reuocatione illius. 464.e
Priuilegium quando non poſsit reuocari à Principe. 548.d
Priuilegium in ſapientibus ambitionem ſtrictè eſt interpretandum. 455.e
Priuilegium quando cenſeatur reuocari. 548.c
Priuilegia ſunt leges priuatorum, quaſi priuatæ leges. 16.a
Priuilegium datur vt aliquis,vel aliqui eo vtãtur. 443.b
Priuilegium omne eſt fauorabile. 451.e
Priuilegia quando extinguantur deſtructo loco, cui inhærebant. 445.d,e
Priuilegium conceſſum prouinciæ, ciuitati, &c.




Digitized by Google

reuocatur per promulgationem in eis factam. 464.e
Priuilegio priuato quando quis non poſſit renunciare. 447.d
Priuilegium amittitur per abuſum.460.b,& quomodo. ibid.& ſeq.
Priuilegium non tam eſt lex,quàm legis exceptio. 285.b
Priuilegium impetratum à Principe non habet effectum ante notitiam petentis. 286.a
Priuilegium ad ſuum valorem nullam promulgationem requirit. 451.e
Priuilegium non finitur morte concedentis. 444.b,c
Priuilegium ex ſua primaria inſtitutione reſpicit bonum priuatum,commune verò tantùm indirectè. 449.b,c
Priuilegium ſpeciale non derogat generali,ſi illud præceſſit. 462.a
Priuilegium datum gratis poteſt ſine cauſa reuocari. 548.b
Priuilegium debet concedere aliquid præter ius commune. 441.b,c,442.b
Priuilegium quomodo finiatur per vſum completum. 457.e
Priuilegia quæ finiantur vnico actu,vel non. 458.b,c,d,e,& ſeq.
Priuilegium ſtatim cõfert vim ſuam in abſentem. 449.a,e, 450.a
Priuilegia amittuntur per vſum contrarium, præcipuè negatiua. 459.e
Priuilegio non derogat lex generalis. 361.d
Priuilegium inſertum iuri communi reputatur ius commune. 462.d
Priuilegij vim habet conſuetudo immemorialis. 446.e
Priuilegio non eſt vtendum in dubio. 450.c
Priuilegium vt poſſit fieri circa legem Superioris ab inferiori habente facultatem,debet eſſe iuſta cauſa. 549.a,b
Priuilegij reuocatio, vel ſuſpenſio quando habeat effectum. 283.c
Priuilegij virtus pendet ex voluntate concedẽtis. 456.a
Priuilegium ad lites odioſum. 455.a
Priuilegium eſt lex priuata. 19.e
Priuilegium non requirit acceptationẽ priuilegiati,nam inuitus poſſet priuilegiari,ſeu à communi lege eximi à Principe. 284.e
Priuilegium facilius tollitur quàm ius commune. 530.c
Priuilegium cenſetur reprobatum, ſi princeps tulerit contrariam ſententiam in iudicio. 463.a,b
Priuilegium toti religioni conceſſum eſt latiſſimè interpretandum. 537.c,d
Priuilegia non reuocantur, donec priuilegiatis manifeſtè fiãt leges quibus illa reuocãtur.282.a
Priuilegio renunciare quilibet poteſt. 57.b
Priuilegium ignoranti prodeſt,ſed non efficaciter antequam fiat. 283.e
Priuilegium debet intelligi iuxta materię,in quam cadit,naturam. 537.c
Priuilegij impetratio ſine mandato valida eſt.543.d,ſi acceptetur.ibid.e
Priuilegium quot modis irritum reddatur. 463.d, & ſeq.
Priuilegium non requirit ſcientiam priuilegiati. 283.b
Priuilegium & gratia ceſſant ceſſante cauſa. 530.a
Priuilegia quomodo irritentur. 282.b
Priuilegia Bullæ, & Iubilæi ſunt ſtrictè interpretanda. 540.e
Priuilegium lex irritans vbi debeat promulgari. 283.a
Priuilegium eſt nullum, ſi falſa cauſa narretur ad illud extorquendũ. 448.b.niſi in quibuſdã.ibi.c
Priuilegiatus vnus non poteſt alterum priuilegiare. 315.e
Priuilegium perſonale quod dicatur. 443.d,& quotuplex ſit. ibid.
Priuilegium quo quis auctoritate Papæ exemptus eſt à iuriſdictione Epiſcopi, non deſinit morte concedentis. 445.d
Proconſules habent iuriſdictionem voluntariam, non contentioſam. 338.c
Procurator generalis poteſt reuocare ſpecialiter à domino prouiſa. 491.d
per Procuratorem geſta moraliter cenſentur geſta ab eo qui curam dedit. 285.e
Procuratoris abſentis acta valent, donec reuocatio ſit manifeſta. 282.b
per Procuratorem ad nuptias geſtum, irritum eſt, ſi reuocatio ſit facta, etiam eo ignorante. 282.c
Prodigus quãdo fiat inhabilis ad contrahendum. 373.c
Progenitores non ſunt nimium apti ad gubernationem poſteritatis. 114.e
Progenitori non conuenit gubernatio politica ex natura rei.114.d
Profeſſio facta ante decimum ſextum annum eſt nulla. 417.c
Profeſſio dicitur mors in iure. 667.a
Prohibitũ non eſt, quod nec eſt conceſſum. 560.a
Prohibitio eſt præceptum negatiuum. 62.c
Prohibitio ſimplex ſufficit ad irritandum. 421.e
Polygamia eſt prohibita iure naturali. 85.a,86.d
Promiſſiones vitæ æternæ factæ ſunt in lege veteri. 580.d,e,& ſeq.
Promiſsio non acceptata non obligat. 232.b
Promiſsiones & iuramenta obligant iure naturæ. 81.c
Promiſsiones & comminationes erant in lege veteri. 579.d
Promiſſiones & vota non ſunt propriè leges.64 a, & quomodo obligent. ibid.
Vota non ſunt propriè leges, & qua ratione obligent. 64.a
Promiſsio lex quædam eſt. 94.d
Promiſsio ſimplex iniuſtè extorta non poteſt inducere obligationem. 404.d
Promulgatio eſt de ratione legis. 31.b
Promulgatio legis non fit verè & propriè quando eam Princeps apud ſe loquitur, vel ſcribit. 32.d
Promulgatio ſolemnis eſt de ratione legis eſſentialiter completæ. 605.a
Promulgatio legum quomodo & quibus ſolemnitatibus fiebat olim apud Romanos. 271.b
Promulgatio Baptiſmi & legis nouæ quo ordine facta fuerit. 606.e
Promulgatio formale & eſſentiale complementum legis. 31.b
Promulgatio eſt de eſſentia vel ſubſtantia legis. 273.e
Promulgatione legis facta cur dentur duo menses

Digitized by Google

menſes antequam obligare incipiat. 278.a,c
Promulgatio requiritur in omni lege, ſiue diuina, ſiue humana. 41.c
Promulgatio & editio legis in quo differant. 28.a
Promulgatio legis fit verbo & ſcripto. 32.c
Promulgatio ad legem naturæ nõ requiritur. 80.d
Promulgatio eſt de intrinſeca ratione legis. 51.b
Promulgatio aliqua ſolemnis requiritur ad legis valorem. 272.a
Promulgatio & notitia ſunt diuerſa. 449.d
Promulgatio debet fieri his quibus lex imponitur. 32.e
ſine Promulgatione lex non obligat, nec eſt lex. 32.b
Promulgatio neceſſaria eſt, & lapſus duorum mẽſium poſt illam, quoties reuocatio legis fit inducendo obligationem, repugnantem priori. 468.b
Promulgatio legum poteſt fieri hac vel illa ſolemnitate pro arbitrio Principum. 273.a
Promulgatio virtualis, & implicita, ſeu interpretatiua ſufficit ad rationem legis. 32.c
Promulgatio Concilij Tridentini quomodo ſit facta Romæ. 275.e,276.a
Proſelyti in lege veteri, qui. 576.b
Propagare quid ſit. 82.e
Propitiatorium quid, & ex qua materia conflatum. 586.c,d
Propoſitio non eſt imperium diſtinctum à iudicio, ſed eſt ipſum iudicium. 14.a,b,c
Propoſitio quando per ſe nota ſit. 78.a
Proportio eſt ſeruanda in tributis. 413.b
Prouinciales benefacient ſi quibuſlibet ſua conſuetudo ſeruetur. 501.e
Prouidentia diuina quid, eius collatio cum lege æterna. 66.a,b
Prouidentia Dei erga ſummum Pontificem. 190.c
Prouinciales religionum poſſunt leges condere in capitulis prouincialibus. 167.e
Prouincialis poteſt præcipere ſubdito, vt ieiunet ſemel in hebdomada. 343.a
Prouincialium, & Viſitatorum poteſtatem non reſtringunt conſtitutiones. 435.c
Prouinciarum diuiſio facta eſt ab Apoſtolis, & à Clemente. 573.d
Proximus licet cedat iuri charitatis, & miſericordiæ, ex quo ei debetur extremè indigenti eleemoſyna, non liberatur alter à debito diligendi illum. 89.a
Ptolomæus hæreticus triplicem facit auctorem legis veteris. 572.c
Prudentum reſponſa vim legis habent. 47.c
Prudẽtes quãdo cœperint reſpõſa dare in iure. 46.c
Prudentia iuris ciuilis ſubordinatur morali Philoſophiæ. 2
Prudentiæ eſt imperare. 244.a,b
Prudentia iniuſtum non dictat. 22.c
Prudentia eſt legum ferendarum facultas. 9.b
Puer interdicti tempore non poteſt ſacræ ſepulturæ mandari. 359.c
Pueri poſt ſeptennium ſunt communicandi in articulo mortis. 360.d
Pueri quando ad Euchariſtiam ſumendam teneantur. 358.a,b,c,d
Pueri qui non ſunt doli capaces, quando interdictum eſt locale, poſſunt admitti ad diuina officia, non autem quando fertur in perſonas. 361.b
Pueri tenentur interdicto ſi ſint doli capaces, ſecus non. 359.b
Puella quando ſcandali vitandi cauſa debeat abſtinere à confeſſione, vel eam dimidiare. 265.a,b
Pueri poſt ſeptimum annum intrantes monaſteria monialium ſi habeant vſum rationis, peccant mortaliter, & excõmunicationẽ incurrũt. 359.e
Pueri obligantur præcepto confeſſionis ſtatim ac ſunt doli capaces. 360.a
Pueri ante vſum rationis nullis legibus tenentur. 358.c
Punire non ſemper poteſt qui legẽ ponit. 349.c,d
Punitio quando ſit effectus legiſlatoris. 60.e
Punitio eſt actus, ſeu effectus legis. ibid.
Punitio ſui ipſius omnibus eſt odioſa, & ab ea omnes naturaliter abhorrent. 289.c
Punitio malefactorum excedit humanam facultatem. 116.e
à Pupillo facta alienatio ſi cedat in vtilitatem eius, non eſt irrita. 417.e
Purificatio in Virgine nõ idem ſignificabat quod in aliis. 614.e
Purpura Imperatorem facit, nõ Sacerdotem. 192.a
Pyratæ cuiuſdam ad Alexandrum pulcherrimum reſponſum. 106.c
Pythagoras nihil ſcripſit. 624.a
Pyrrones Philoſophi quales fuerint. 79.d
Pythagoreorum ineptia de non edendis carnibus. 612.b

Q

Quadrageſima durante qui diſcedit in locum in quo iam peracta eſt, poteſt eam non perficere. 333.d
Quadrageſimæ tempore poſſet quis edere carnes ne fame pereat, nulla licentia petita à ſuperiore, etiamſi facile poſſit. 269.a
Quæſtionum noui, & veteris Teſtamenti non fuit auctor D. Auguſt. 590.c
Qualitas quæ poteſt ſuperuenire actui, non eſt de ſubſtantia actus. 26.c
Qualitas omnis eſt accidens. 545.e
Qualitates legis. 18.
Quantitas eſt accidens. 78.b

R

Radamantus primus omnium leges tulit. 46.c
Radamantus Rex Lyciæ Iouis ex Europa filius, alit legem Talionis. 110.b
Ramos non ſumere in Dominica Palmarum non eſt peccatum. 498.a
Rationalis natura, vt ſic, poteſt ad aliquid obligare. 10.b
Rationalis natura tenet locum legiſlatoris. 72.a
Rationalis natura ſola poteſt præceptum imponere. 10.b
Ratio & ius propria hominum. 34.d
Ratio noſtra & Dei eſt lex. 13.a
Ratio noſtra eſt lex naturalis & participatio legis æternæ Dei. 13.d
Ratio humana recta eſt lex naturalis. 9.e
Rationis primæ non eſt ratio. 65.a
Rationis ſignum ſignificatiuũ triplex. 9.e
Rationis eſt imperare. 9.c
Ratio gubernandi creaturas etiã irrationales quæ eſt in Deo ab æterno dicitur lex, & præceptum quatenus ad aliquid aſtringit creaturas. 33.a
Rationis vſus communiter in ſeptẽnio contingit. 359.d
Ratio eſt factiua legis naturalis. 72.a
Ratio veteris legis duplex. 578.e,& a,b

Ratio legis eſt anima legis. 600,b
Ratio, & intentio legis eſt eius anima. 567.b,d
Ratio & intentio legis valde diſtincta. 567.c
Ratio cuiuſcumque actionis humanæ ſumitur ex fine. 452.a
Ratio legis non poteſt propter ſimilitudinem extendi extra proprietatem verborum. 568.c,d, & ſeq.
Ratio formalis ſub qua obiecti Theologiæ eſt diuina reuelatio. 2.
Rebaptizans eſt irregularis. 409.d
Recaredi Hiſpaniarum regis zelus in fide. 351.d,e
Recaredus Hiſpaniarum Rex inſtitutus fuit in fide orthodoxa à Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi. 351.d
Recaredus obiit anno ſexcenteſimo primo, & anni quadragintaſeptem interceſſerunt inter eius obitum & Receſuinti Regis primordia. 351.e
Receſuintus Rex Hiſpaniæ valde pius, & attentus fidei Chriſtianæ. 351.e
Rectitudo omnis actus pendet à lege. 6 a
Rectus eſt qui appetitui dominatur. 78.d
Rectorum vel vniuerſitatum mandata ſub pœna præſtiti iuramenti non obligant ſub mortali. 247.b,c
Redemptionis noſtræ pretium ſolutum eſt per meritum paſſionis, & mortis Chriſti, & nō per Reſurrectionem. 599.c
Regia lege poteſtas omnis, & imperium tranſlatum eſt in Imperatorem à Senatu, populoque Romano. 312.d
Regale miniſterium quodnam. 139.e, & ſeq.
Regeneratio vbi non eſt, non poteſt eſſe filiatio. 589.b
Regiminis ſpecies ſingulæ ſunt de iure gentium. 117.b
Regimen multitudinis melius quàm Regale. 107.a
Regimen in Rep. quale melius, & tutius. 112.b
Regina ſi vellet, poſſet non permittere nomen Regis marito. 134 d
Reginæ minoris vir non eſt ipſius curator. 134.e
ad Reginam ſolam non ad Reges pertinet adminiſtratio regni, ſi ea ſit Regina iure hæreditario, vel alio titulo, ille autem quatenus eſt vir ipſius Reginæ. 134.b
Regnum Dei æternum. 627.a
Regnum eſt perfectius & tutius aliis Reip. formis. 108.e
Regnum poteſt obligare ſingulos ad ea quæ toti regno vtilia ſunt. 39.e
Regni dominium matrimonium non transfert in virum. 134.c
Regnum vetus dicebatur ſacerdotale, & ſacerdotium nouum dicitur regale. 190.e
Regna ſunt illorum, qui illa bello iuſto occuparunt. 135.d
Regnum & imperium eorum, quæ ſunt in homine, eſt in voluntate. 7.c
Regni propria ſunt, quæ titulo regis regi ipſi conueniunt, nec ea poteſt alienare. 134.d
Regni dominium quod ad vxorem pertinet, nullo iure ad virum ipſius transfertur. 135.c
Regni eiuſdem duos eſſe reges cum naturali ratione pugnat. 134.e
Regnum alienari non poteſt, nec in dotem dari. 134.c
Regna cœpta à mundi initio iure ſanguinis & primogenituræ, & delata hæreditaria ſucceſſione. 113.d
Regnum in quo caſu iuriſdictionem habeat in regem. 314.c
Regno quid iurent Reges. 314.e
Regnum impiis cur det Deus. 140.d
Regna Aſſyriorum & Ægyptiorum ante Phoroneum. 46.c
Regni tranſgreſſio tyrannis eſt. 140.a
Regulæ agendorum ſumuntur ex fine. 567.c
Regulæ neceſſariò ſeruandæ in vnaquaque arte, præcepta dicuntur. 14.b, & ita in moribus. ibid.
Regulæ iuris, Quod à quocumque nomine pœnæ exactum eſt, &c. explicatio. 390.b
Regula Leſbia quid. 49.b
Regula quæ prohibet homicidium ſine cauſa in omni ſtatu naturæ obligat. 38.b
Regula prior quidnam ſit in Religione. 168.e
Regulam & contenta in ipſa qui vouit ſeruare, ad quid teneatur. 368.a,b
Regulæ antiquæ Religioſorum quænam addi poſſint. 168.d
Regulæ Cancellariæ non ſunt propriè leges. 274.a
Regulæ Cancellariæ expirant mortuo Pontifice. 274.a
Regulæ Cancellariæ obligant degentes extra curiam, etſi extra eam non promulgentur. 275.b
Regulæ Cancellariæ Romæ tantùm promulgatæ ſunt. 276.b
Regulæ Cancellariæ quid ſint. 274.b
Regulares debent ſeruare cenſuras & dies feſtas diœceſis. 324.e
Regulari habitu qui triduo fuit indutus, non dicitur habitum induiſſe. 328.b
Relatorum eadem eſt ratio. 316.a
Religio erga Deum, obedientia erga patriam, & parentes ius gentium conſtituunt. 37.e. 38.a
Religio erga Deum, &c. propriiſsimè ſunt de iure naturæ. 42.b
Religio, fides, & baptiſmus ſunt fundamentū obligationis legum Eccleſiaſticarum. 324.c
Religionis ſtat⁹ quas virtutes in ſe includat. 214.b
ad Religionem nemo inuitus debet cogi. 214.b,c
Religionis ſtatus non poteſt lege præcipi. 213.d
Religionis ſtatus humana lege præſcribi nōn poteſt. 214.b
Religionum multæ regulæ non obligant in conſcientia. 231.e
Religionum conſtitutiones cōferunt poteſtatem ſuperioribus. 435.b
Religionū conſtitutiones ſi non obligent ad pœnam, nec ad culpam, non ſunt veræ leges. 232.d
Religionis Prælatus aliquando poteſt obligare ad ſilentium ſub mortali. 234.e
Religionis obſeruantiæ non ligant Religioſum factū Epiſcopū, aut à religione expulſum. 332.c
Religionis Superiores recuperant iuriſdictionem per conſtitutiones. 435.a
Religionum regulæ an obligent ad culpam. 231.c
Religionū Prælati quomodo poſſint aliquid præcipere, quod non contineatur in regula. 168.e
pro Religione quæ facit, ſumma ratio eſt. 452.b
in Religionibus reformandis quomodo ſit procedendum. 168.a
Religionem Prælati limitatam habent poteſtatem in ſubditos. 168.c
Religionis actus ſæpiſſimè interius conſummātur. 622.c

Religionem

Religionem quomodo confirmet Pontifex. 469.e
Religionis actus quidam interius conſummatur. 586.e
Religioſum opus poteſt fieri ſine attentione, ſed non religioſè. 200.e
Religioſi renunciant poſſeſſionum diuiſioni,& in commune viuunt. 41.b
inter Religioſos ſublata eſt rerum diuiſio. 40.b
Religioſus quomodo ſubiiciatur Prælato. 182.a,b
Religioſi tranſgredientes regulam quam iurarunt ſeruare, quantum peccent. 368.c
Religioſus ſolùm promittit obedire ſecundùm regulam. 168.a
Religioſi non poſſunt adeſſe ſpectaculis agitationis taurorum. 248.c.
Religioſus religionis deformatæ quando teneatur ad eam reformatam ſeruandam. 169.d,e
Religioſi poſſunt iurare in propriis cauſis, quando deeſt alia probatio. 442.a
Religioſorum Prælato datur poteſtas in eos ad regendum iuxta regulam,& non aliter. 182.c
Religioſi ſi reſiſtent Superiori ipſos punire volenti, contra quid peccent. 232.e
Religioſorum præcepta propriè non ſunt lex, ſed potiùs decreta hominum ſapientum, habentia magis vim conſilij, quàm legis. 232.e
Religioſi cæteri cur poſſint ad Carthuſianos trãſire. 262.b
Religioſus non habet velle, nec nolle. 168.e
in Religioſos quomodo,& à quo tradatur iuriſdictio Superioribus. 181.e,& ſeq.
Religioſi quatenus obligentur ad regulam. 247.c
Religioſo conceditur tranſitus ad arctiorem religionem. 455.d
Religioſi meliùs poſſunt curari cum aliis cibis, quàm carnibus. 264.d
Religioſi vota poteſt irritare Prælatus. 206.a
inter Religioſos hoſpes non tenetur ad ieiunia loci. 322.b
Religioſus factus Epiſcopus non peccat mortaliter, non ſeruando præcepta religionis, præter tria vota. 316.c
Religioſus factus Epiſcopus ad quid teneatur ex regula. 310.e
Religioſi non habent certum territorium, ſed totam Eccleſiam. 324.a
Religioſis & Clericis perpetuam ſecuritatem ab oneribus perſonalibus conceſſerunt Conſtantinus & Conſtans. 356.a
Religioſi ex decentia debent ſeruare leges nó diſſentaneas ſtatui religioſo. 324.e
Religioſus ſtatus debet eſſe liber, nec eſt neceſſarius Reip. 214.d
Religioſæ communitates poſſunt leges condere, earúmque poteſtas quibus ex capitibus pẽdeat. 181.d,e
Remedium legis naturæ quod. 588.b
Remigantes in triremibus Turcarũ contra Chriſtianos non excommunicantur. 257.e
Remiſſio tributorum quando ſit peccatum, & quale. 519.c,d
Remuneratio non eſt effectus legis. 60.d
Renunciatio qua de re ſit. 395.d
Repetitioné ſoluti impedit debitũ naturale. 440.b
Repreſaliæ quid. 339.d
Repudij libellus quomodo Iudæis permiſſus fuerit. 86.e
Repugnantia per actus contrarios ſufficit ad legem tollendam. 294.e
Rerum diuiſio eſt de iure poſitiuo. 39.c
Rerum diuiſio iure gentium introducta eſt. 81.b
Rerum diuiſio non fuit pręcepta nec prohibita in ſtatu naturæ integræ. 83.d
Rerum communitas non eſt prohibita iure gentium. 40.b,c
Res facilè ad ſuam priſtinam naturam redit. 522.b
Rerum naturas & valorem non poſſunt homines exactè perpendere. 45.b
Res, apud quemcumque ſit, ſuo domino fructificat. 393.d
Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. 466.a
Res facti non ſubiacet legibus poſitiuis. 439.b,c
Res facti humana lege infirmari nó poſſunt. 437.e
Res leuis,& parui momenti aliquando pręcipitur ſub pœna excommunicationis. 233.d
Res poſſunt ſignificare omne verum. 615.e
Res duæ propter quas omnes feruntur leges. 98.c
Res vt ſit,& vt duret idem requiritur. 268.a
Reſponſa Pontificum vim legis habent. 48.b
Reſponſum Principis, etſi de negotio ſpeciali, vim habet legis vniuerſalis. 48.e
Reſponſum præclarum cuiuſdam Pyratæ ad Alexandrum. 106.c
Reſponſa prudentum & Iureconſultorum pro lege quandoque habitæ. 47.a
Reſponſa prudentum cuiuſnam auctoritatis. 46.e
Reſponſa prudentum non habebant vim legis, donec in Digeſtis poſita. 51.d
Reſcriptum quid ſit. 48.a,e
Reſcriptum gratię qua ſuppreſſione veri reddatur ſubreptitium & irritum. 543.e
Reſcriptum ſubreptitium ad lites impetratum nó eſt irritum ipſo iure. 430.c
Reſcripta vt vim legis habeant, debent eſſe ſufficienter propoſita & promulgata. 51.b,c
à Reſcripto Principis quando liceat ad eum prouocare. 49.d
Reſcriptum Principis ad relationem Magiſtris de re dubia emiſſum, vim legis habet. 50.c
Reſcriptum Principis duobus modis vim habet legis. 49.a,b
Reſcriptorum,& literarũ particularium executio poteſt ſuſpendi ſupplicatione interpoſita. 296.e
Reſtrictiones legum generalium quindecim. 554.d,e, vſque ad 555.d
Reſtituendo quacunque intentione ſatisfit pręcepto. 210.c
Reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria ad firmandam fidem,& ſpem. 599.e
Reſurrectionem ſignificauit Circuncinſio. 598.a, 599.b
in Reſurrectione fuit completum myſterium redemptionis noſtræ. 599.a
Reſurrectionem mortuorum fide nouerunt Machabæi, Phariſæi,&c. 581.d
Reſpub. quælibet iuſta conſtituta eſt à Deo. 172.d
Reipub. oculi leges. 99.e
Reſp. non poteſt ſtatuere contra leges principis, niſi ſit libera. 477.a,b
Remp. gubernari legibus melius eſt, quàm ſolo arbitrio Iudicum. 108.e
Reſpub. Romana habuit facultatem condendi leges. 129.e
Reipublicæ Romanæ diſtributio, ſeu ordo, in tribus, curias &c. 46.b



Digitized by Google

Reſp.Veneta, aut Genuenſis oratoribus ſuis & aliis Romæ aut alibi exiſtentibus multa præcipere poteſt. 338.c
Reſp.non poteſt licitè aut validè repugnare mandatis Principis. 288.b
Reſpub. limitatam habet poteſtatem condendi leges. 82.c
Reſpublica libera poteſt ſtatuere contra ius commune. 161.d
Reſp. quomodo leges & iudicia tyranni probabit. 226.e
Reſpublica poteſt pro ſuo arbitrio, hoc vel illud regiminis genus eligere. 117.c
Reipublicæ legibus tamquam neruis colligata. 99.d
Reſpub.non eſt per ſe ad leges ferendas ſufficiens. 107.e
Reſpub.tum ciuilis, tum Eccleſiaſtica eſt viſibilis. 195.e
Reip.ſalus in legibus ſita eſt. 18.d
in Repub. qualibet eſt poteſtas cōdendi leges iure naturæ in ordine ad cultum Dei. 150.c
Reſpublicæ omnes quomodo habeant poteſtatem legiſlatiuam. 272.e
in Rep. excellentes non ſunt connumerandi cum reliquis. 315.d
Reſp.melius legibus regitur quàm arbitrio Regum. 100.c
Reſpublica ex natura rei, & à Deo vt auctore naturæ habet poteſtatem obligandi. 365.a
Reſpub.quando vacat principatu nihil intractabilius. 113.b
Reſpub.quibus partibus conſtet. 587.b
Rep.mutata, & moribus legē quoque mutari neceſſe eſt. 466.b
Reſpublica cur non poſſit punire ſine ſententia iudicis,cùm Eccleſia poſſit. 370.d
Reſp.non habet dominium vitæ ciuium,ſed conuenientem vſum. 256.c
Reipub.ſtatu mutato mutātur omnes leges ipſius. 595.e
Reſpublica ciuilis eſt ſibi ipſi ſufficiens. 352.b
Reipub.bona quomodo diuidenda. 29.d
Reſp.& Princeps poteſt cogere ciuē vendere rem ſuam. 489.d
Reſpub.poteſt, imò interdum tenetur eligere reges. 118.b
Reip. ciuilis quomodo conſtituantur aliqui membra. 304.c
Reſpub.bello iuſto oppreſſa quomodo ſeſe gerere debeat erga occupantem. 135.a
Reip.poteſtatem conceſſit Solon vt poſſet Magiſtratuum malefacta punire. 315.a
Reſpub.tenetur ſuam poteſtatem Regibus concedere. 114.b
Reſp.quælibet poteſt ſibi noxiis reſiſtere. 329.c
Reſpublica nulla poteſt ius gentium abrogare. 115.b
Reſpublica conſtitui poteſt cum ea lege, vt nullæ aliæ à magiſtratibus conſtitui poſſint. 115.e
Reſpub.cùm Regem creat, qualem poteſtatem in in eum transferat. 118.b
Reipub.adminiſtratio qualis melior & tutior.112.b
Retrotractio non habet locum, niſi fuerit iure expreſſa. 396.a
Reuelatio priuata non habet locum in iudicio. 195.d
Reuelatione alicui facta de ſua damnatione an ſit diſpenſatum cum eo de ſperanda beatitudine. 93.b
Reuelatio diuina eſt ratio formalis ſub qua obiecti Theologiæ. 2
Reuiuiſcere non poteſt,ſemel extinctum. 295.d
Reuocationis effectus pendet ex voluntate Principis. 464.b
Reuocatio priuilegij ſi fiat per modum legis non habet effectum ante promulgationem. 464.c
Reuocatio legis habet naturam legis. 468.e
Reus in dubio non eſt damnandus. 396.d
Reus condemnatus iuridicè non poteſt ſe defendere. 399.c
Reus non peccat parendo iniuſtæ ſententiæ.230.c
Reus iuridicè interrogatus negans crimen in iudicio, & ideò non condemnatus ad pœnam, non tenetur ad reſtitutionem. 405.e,406.d
Reus condemnatus non poteſt fugere. 400.a,b
Reo non debent dari inſtrumenta ad effringēdum carcerem. 402.per totum.
Reus nullo modo poteſt ſibi mortē inferre. 398.c
Reus non tenetur de damnis quæ actoribus eueniunt ſi cæteri qui in carcere cum eo erant, effugiant occaſione ſuæ pertuſionis. 402.b
Reus qui iniuſtè ſoluit poterit furtiuè rem ſuam ſibi reſarcire. 230.d,e
Reus timens ſententiam mortis poteſt ex carcere fugere. 400.c
Reus non tenetur ſtatim poſt ſententiam bona deferre fiſco,niſi petantur. 407.e
Reus qui fugit è carcere poteſt ad eum redire. 403.a
Reus non poteſt obligari, vt ſeipſum enecet laqueo,aut iugulet. 397.d
Reo dare conſilium,vt carcerem effugiat, non licet iudici, nec aliis iuſtitiæ miniſtris: cæteris verò licet eis dare conſilium & inſtrumenta ad carcerem effringendum. 402.a
Reus ad quas pœnas poſſit obligari per ſentētiam. 396.d
Reus tenetur progredi in locum ſupplicij, ſcalas aſcendere,ire in exiliū,pecunias ſoluere. 397.d
Reus non poteſt obligari ad abſtinendum à cibo etiam ſibi ablato vſque ad mortem, nec ad potandum ſcienter lethale poculum. 395.a
Reo læſæ maieſtatis quæ pœna ſit impoſita.140.b
Reus in quibus poſſit morti ſuæ cooperari. 397.d, 398.d,e
Lege naturæ vetitum eſt ſeipſum poſitiuè occidere. 398.b
Reus quomodo poſſit ad reditum iuramento obligari. 404.a
Reus non debet expectare vt extrahatur ad exilium. 397.b
Reo ex carcere fugienti licitum eſt præbere equū ad ipſius fugam iuuandam. 402.d
Reus non tenetur regulariter pœnas ſubire ante ſententiam. 378.c,& cor,ibid.b
Reus tenetur ſententiam pati, ſed non illi cooperari ſeu illam in ſe exequi. 396.c
Rex animæ caput,& cor regni eſt. 134.e
Rex vnde dicatur. 111.e
Rex à rectè regendo. 139.d
Reges dicuntur miniſtri Dei, non communitatis, & cur. 118.b
Rex quiſnam dicendus. 139.e
Reges propter quid dentur ex Irenæo. 137.e
Rex animata lex. 133.a

Reges

Digitized by Google

Reges quia electi à Deo dicti Dij. 107.d
Rex nullus inter Angelos dum fuerunt in via. 106.d
Regis officium quod. 133.a
Reges ſunt inferiores genere humano. 40.e
Reges quinam eligendi. 18.d
Rex ab Ægyptiis eligebatur probatiſſimus ex ſacerdotibus,& ſacerdotes ex Philoſophis. 126.b
Reges non habent poteſtatem ſuam à ſummo Pontifice. 121.d
Rex apud Hæbræos habebat poteſtatem condendi leges iudiciales. 150.b
Reges omnes pro ſuo quiſque regno leges condere poſſunt. 132.a
Regis principalis actus eſt,leges condere. 132.d
Rex prius adeundus quàm Papa in temporalibus. 132.c
Reges cur leges condere poſſint ratio. 133.a
Regem nullum eſſe deterius eſt, quàm vllum eſſe Tyrannum. 112.d
ad Reges ſpectat vt cuſtodiri faciant leges,& precepta Dei,& Eccleſiæ. 564.a
Reges quidam qui vtiliſſimè gubernarunt populum. 107.e
Reges Deo ſeruiunt in quantùm Reges, & quid prohibeant. 103.d
Rex in temporalibus ſuperiorem minimè cognoſcit. 121.c
Reges infideles cùm ad fidem conuertuntur non amittunt principatum ſuum. 108.d
Regi cenſetur reſiſtere qui reſiſtit eius miniſtro. 223.c
Rex violans legem ſuam non incurrit infamiam. 317.a
Reges non poſſunt in iure gentium diſpenſare. 40.e
Rex,& Imperator poſſunt præcipere militi, vt cũ vitæ periculo pugnet,ſeruet locum,&c. 256.e
Reges olim apud Romanos etiam Pontifices erãt. 126.a
Reges infideles non priuantur poteſtate in ſubditos,etiãſi ſubditi conuertantur ad fidem. 108.d
ex Regibus Iſraël nullus fuit bonus.112.e. & quare.ibid.
Rex denominatione tantùm propter vxorem,ad quam regnum pertinet,an poſſit leges condere. 133.c,d,e,& ſeq.
Rex non eſt in poteſtate imperandi,niſi iuſta.23.a
Rex duorum regnorum diſtinctorum non poteſt leges condere in vnius vtilitatem quæ aliud grauent. 20.c,d
Rex ſi litem exortam definiat, quomodo legem facere dicatur. 50.b
Rex conuentionem iureiurando firmatam non ſeruans compelli poteſt à regno. 314.c
Reges poſſunt obligare ſubditos vt legem acceptent. 292.a
Rex eximens aliquem à tributis quantùm peccet. 528.e
Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ. 344.d
Rex quandiu viuit rex perſeuerat. 138.e
Rex appellatur miles,qui reginam ducit. 133.a
Rex & regnum iuramentum ſibi præſtant. 314.a
Reges iurare apud omnes nationes moribus comparatum eſt. 314.a
Reges duos eſſe eiuſdem regni cum naturali rationepugnat. 134.e
Reges ſunt Eccleſiarum propugnatores,ac defenſores. 140.c
Rex eſt rex & dominus clerici, etiam Epiſcopi. 344.e
Reges Galliæ,Hiſpaniæ, &c. Imperatorem ſuperiorem non agnoſcunt. 128.e
Reges Arragoniæ & Poloniæ non poſſunt per ſe ſiue conſenſu Palatinorum, aut Comitiorum leges ferre:latæ tamen illorum ſunt, nec ipſis ligantur. 305.a,b
Rex Cataloniæ non poteſt condere leges ſine Repub.& Comitiis generalibus. 21.a
Reges Ægyptiorum non minus quàm priuati legibus tenebantur. 306.d
Ritè ſignificat ſolennitatem,rectè iuſtitiam. 553.a
Roma à quo data Romano Pontifici. 126 e
Romani Reges iurabant regno. 314.a
Romani non propter Deum,ſed propter gloriam imperare cupierunt. 135.b
Romani quo iure ſint vſi aduerſus Tarquinium. 314.e
Romani legibus & armis orbem terræ ſuum fecerunt. 99.a
Romani per tyrannidem occuparũt Iudęam.226.d
Romanis cur Deus dederit monarchiam. 135.c
Romani quomodo habuerint leges à Græcis.46.c
Romana Reſpub.ad trecentos annos ſine legibus gubernata fuit. 100.d
in Romana Rep. Princeps, vel ſenatus habuit dependentiam à populo in legibus ferendis.290.c
Romanorum imperium per bella iniuſta cœptum. 135.e
Romanum Imperium à Iulio Cæſare patriæ oppreſſore conſtitutum poſteà legitimum eſſe cœpit. 135.d
Romanus popul⁹ quomodo diuiſus in tribus.46.a
Romanus populus poteſtatem condendi leges à ſe abdicauit. 142.c
Romani quomodo leges ferebant. 3.d
Romanorum mos in condendis legibus. 28.c
Romanorum mos in legibus promulgandis.271.b
Romanorum legibus ferè tota Reſp. Chriſtiana ſoluta eſt. 271.e
Romanorum leges duodecim tabularum erant ſcriptæ in tabulis æreis. 34.d
Romanæ Reipublicæ diuiſio,ſeu ordo, in tribus, curias,&c. 46.b
Romana Eccleſia à Chriſto primatum obtinuit. 152.e
Romana ſedes cur dicatur Apoſtolica. 152.d
Romulus rex Romanorum, vrbis conditor & legiſlator fuit. 46.c
Romulus qualem bonis legibus condiderit vrbem. 99.b
Romuli leges antiquiſſimæ. 46 c
Rotæ deciſiones non ſunt leges. 502.b
Ruben primogenitus Iacob tres partes habuit, & quænam illæ fuerint. 125.b

S

IN Sabbatho pugnarunt Machabæi,& cur.591.a
Sacerdote nihil maius eſt. 191.d
Sacerdos proprius poteſt ſubditos vbicumque ſint abſoluere. 338.c
Sacerdotes ſunt Dij quidam inter homines. 191.e
Sacerdotis officium non poteſt exerceri ſine ordine. 375.b
Sacerdotis eſt nulli nocere, & prodeſſe velle omnibus. 409.a



Digitized by Google

Sacerdotes erant etiam Reges in lege veteri. 191.b
Sacerdos cuius auctoritate abſoluat. 156.d
Sacerdos cur poſſit vbicumque abſoluere pœnitentem. 338.d
Sacerdoti Latino prohibetur in Eccleſia Occidentali conſecrare in fermentato. 366.e
Sacerdos homicida ab altaris miniſterio abſtinere debet,& ſuſpenſus manet. 373.d
Sacerdos quilibet habet immediatè à Deo iuriſdictionem ad abſoluendum in articulo mortis, & à venialibus, & à mortalibus iam iterùm ritè confeſſis. 158.a
Sacerdos poſt inceptam Miſſam ſi recordetur ſe non eſſe ieiunum, & non poſſit licitè deſiſtere poteſt proſequi. 258.b
Sacerdos ab Ægyptiis ex Philoſophis,& ex ſacerdotibus probatiſſimus Rex obligatur. 126.b
Sacerdotes qui in peccato mortali ſunt, verè conſecrant,& abſoluunt. 137.
Sacerdos peccaret mortaliter ſi conſecraret ſine Miſſali,ſine lumine,ſine veſtibus ſacris. 255.b
Sacerdotes Iudæi nunc non ſunt legitimi. 150.d
Sacerdotium Dei æternum. 627.a
Sacerdotium regale quid. 191.a
Sacerdotium & ſacrificium correlatiuè dicuntur. 609.c
Sacerdotium diuinis miniſtrat, Imperium humanis præſidet. 344.d
Sacerdotium nouæ legis dicitur regale, vetus autem regnum dicebatur regale. 190.e
Sacerdotio tranſlato neceſſe eſt legis tranſlatio fiat. 593.c.595.d.604.c
Sacerdotum noui Teſtamenti functio eſt incomparabiliter ſublimior,& Reipub. vtilior veteri. 356.c
Sacerdotium non poteſt eſſe in lege Gratiæ præter illud quod Chriſtus inſtituit. 609.b,c
Sacræ rei emptio aliquando honeſtari poteſt. 89. d
Sacramenta legis veteris multa & varia fuere. 585.e
Sacramenta quomodo inſtituerit Chriſtus. 622.d
Sacramentorum inſtitutio quando cœpta. 624.e
Sacramenta quando cœperint eſſe in obligatione. 624.b.625.b
Sacramenta legis nouæ ſunt numero pauciſſima, obſeruatione facillima, ſignificatione præſtantiſſima. 631.b,c
Sacramentorum præcepta non poſſunt mutari à Pontifice. 628.a
Sacramentorum formæ ſunt de ſubſtantia actus. 432.c
Sacramenta noua non poteſt Eccleſia inſtituere. 609.c
in Sacramentis legis nouæ non requiritur fides miniſtri. 605.e
Sacramentorum forma data eſt ab ipſomet auctore formarum. 432.a
Sacramenta legis nouæ in quo differant à ſacramentis legis veteris. 629.b
Sacrificiorum legis veteris cultus fuit abolendus, & in aliud puriſſimum ſacrificium commutandum. 593.a
Sacrificia legis veteris cur Deo non grata. 57.c,d
Sacrificium qua intentione fieri debeat. 200.e
Sacrificia nulla vetera vſurpari poſſunt. 600.b
Saducæi negabant reſurrectionem mortuorum. 580.a
Salica lege Fœminæ à ſucceſſione regni Galliæ excluduntur. 135.e
in Salmanticæ Academia candidatus Cathedræ qui corrupetit ſuffragatores, inhabilis ad Cathedras redditur,aliiſque pœnis punitur. 373.e
Salmaticenſis Academiæ præcepta non obligant in conſcientia,& cur. 247.b
Salomon dono ſapientiæ à Deo accepto diſputabat ſuper lignis à Cedro vſque ad Hyſſopum. 573.a
Salomon depoſuit Abiathar Pontificem, & loco illius creauit Sadoch. 190.b
Salomon cur ſe dixerit vnigenitum. 328.e
Salomon nouum altare ædificauit. 148.e
Salus Reip. in legibus ſita eſt. 18.d
Salus ciuitatis in legibus ſita eſt. 98.b
Salus communis præferenda eſt propriæ. 260.b
Samaritani quidam & gentiles vocati ab ipſo Chriſto viuente. 607.d,e
Samuel apparuit poſt mortem. 580.a
Samuel regem Amalech Agag in fruſta concidit. 109.b
Sancti non fiunt, niſi Spiritu ſancto per gratiam habitantem corda hominum. 590.a
Sanctiones Eccleſiaſticæ ex nouo,& veteri Teſtamento originem duxerunt. 2
Sanctiones in ſummo rigore dicuntur leges quæ certam pœnam, præſertim capitis imponunt. 21.a
Sanguinis eſus, ac ſuffocati interdictus etiam in lege noua & cur. 586.a.609.610.& ſeq.
Sanguinis comedendi, ſed non bibendi vſus liber factus,& quomodo. 612.d,e
Sanſoni licuit ſibi mortem inferre, & quo iure. 85.b
per Sapientiam dicitur ſeruari iuſtitia. 8.e
Saraceni Granatenſes potuerunt eſſe ſerui capientium ob apoſtaſiam à fide. 40.c
Saracenus captus in bello à Chriſtianis, fit perpetuus ſeruus capientis. 400.c
Sarmatia non paruit Romanis. 129.c
Saturnus Rex Italiæ. 467.c. & ſub eo aurea ſecula. ibid.
Saülem Deus conſtituit regem. 307.e
ad Scandalum vitandum quando liceat exponere ſe mortis periculo. 265.e,& ſeq. 266.c
Scandali vitandi cauſa quando non licet edere prohibita. 260.d,e,& ſeq.
Scandalum tutiùs naſci permittitur,quàm vitæ veritas relinquatur. 263.b
Scandali vitandi cauſa non eſt ſufficiens, vt vel minimum præceptum omittatur. 261.e
Scandalum etiam cum aliquo temporali incommodo vitandum eſt. 23.c
Scientia vel ignorantia legis nihil facit ad eam eneruandam. 294.d
Scribis & Phariſæis obediendum erat. 222.a
Scriptura ſacra diuiſa in Teſtamentum vetus, & nouum. 579.e
Scripturæ ſacræ triplex ſenſus. 578.e
Scriptura tota dicitur lex, quia tota mentem inſtruit. 6.e
Scriptura libri vitæ eſt æterna, & verbum diuinum æternum. 32.c
Scriptura non eſt de eſſentia legis. 25.a,b,d
Scriptura non eſt de ſubſtantia Extrauagantium. 25.a
Scriptura non adhibetur in lege tanquam ſolemnitas ſubſtantialis. 26.e

Scrip

Digitized by Google

Scriptura requiritur vt facilius de lege conſtare poſſit. 25.a
Schedulas quas Reges mittunt ad Tribunalia, & Cancellarias ad dubiorum declarationem, vim legis habent. 50.b
per Schiſma definit quis eſſe membrum Eccleſiæ, 186.b.& a
Schiſmatis tempore Concilium ἀκέφαλον qualem poteſtatem habeat.174.c.& quo iure præcepta ferat. ibid.b,c,d
Schiſmaticus manifeſtus ipſo facto amittit iuriſdictionem,occultus non. 186.c
Schiſmaticus quandiu maneat membrum Eccleſiæ. 186.d,e
Scholas erigendi ob ſtudium generale literarum ſi quis priuilegium obtinuiſſet,& decennio non erexiſſet,amiſit priuilegium. 300.c
Scholaſtici quoad punitionem ſubſunt Epiſcopo ciuitatis. 326.e
Scita plebis quid,& quare ſic dicta. 48.b
Scythia,nec Sarmatia,nec vltra Euphratem paruerunt Romano Imperatori,nec Romanis. 129.c
Scythæ per leges ſtatuebant vnà cum mortuis viuos infodere illos,quos viuentes dilexerant. 79.b
Scythia Romanorum arma non nouit. 128.d
Sedes prima à nemine iudicatur. 315 a
Sellum filius Iabes regnũ tyrannicè inuaſit. 139.b
Sem fuit ſacerdos. 149.d
Senatores quodã tempore ſoli leges condere poterant,quæ vocabantur Senatus conſulta. 48.c
Senatus quidquid ſtatuiſſet obſeruatum eſt tanquam lex. 47.b
Senatus olim in Romana Rep. habuit poteſtatem legiſlatiuam dependentem à populo. 290.c
Senatusconſultum quid. 48.c
Senatusconſulti, quo decernebantur Imperatoribus ſolita,fragmentum eſt in Capitolio. 313.b
Senſus legis vnde ſumendus. 567.d
Sententia eſt quædam particularis lex. 559.d
Sententia eſt lex priuata. 110 d
Sententia Papæ lata ſeruato ordine iuris habet vim legis. 50.c
Sententia Principis in aliqua cauſa habet vim legis generalis. 50.b
Sententiæ vbi diuerſæ ſunt inter Doctores,potior numerus vincit auctorem. 47.d
Sententię vbi pares eorum recitantur quorum par cēſetur auctoritas quod ſequi debeat,eligat moderatio iudicantis. 47.d
Sententia in abſentem ferri poteſt. 341.d
Sententia quando, & quibus verbis ſignificetur lata,& quando ferenda. 395.d,e.396.a &ſeq.
Sententia ſeu præceptum directè dirigitur ad perſonas,lex verò directè imponitur ratione territorij. 335.a
Sententia cenſuræ, executionem ſecum trahit. 342.b
Sententia poteſt duobus modis ſine ſtatuto ferri. 341.c.
Sententia definitiua quæ abſolutionem aut condemnationem non continet, nulla ipſo iure cenſetur. 399.d
Sententia non expirat morte iudicis. 17.a
ante Sententiam iudicis cur non poſſit Reſpub. punire,cùm Eccleſia poſſit. 370.d
à Sententia iniuſta qui non appellaret, peccaret. 403.d
ante Sententiam nemo tenetur ad ſolutionem pœnæ. 316.e
Sententia nunquam appellatur reſcriptum in iure. 50.e
Sententia quando cenſeatur ferri. 325.c
Sententia declaratoria criminis, & condemnatoria diuerſæ eſſe poſſunt. 390.a
Sententia ferenda non indicat obligationem ſub mortali. 247.e
Sententia eſt actus legitimus, qui non admittit conditionem,vel ſuſpenſionem. 325.c
Sententia ſuſtinetur ſola præſumptione iuſtitiæ. 230.b
Sententiam iniuſtam obtinens tenetur ad reſtitutionem. 230.e
Sententia non valet,niſi in ſcriptis feratur. 27.c
Sententia tunc operatur quando fertur. 325.b
Sepulturæ Eccleſiaſticæ carentia an indicet obligationem ſub mortali. 251.c
Sericis indui contra leges,quale peccatum. 242.d
Sermones vniuerſales vniuerſaliter ſunt intelligendi. 319.a
in Sermone generali non venit quod expreſſè & ſpecificè mandari non poteſt. 319.c
non Sermoni res, ſed rei ſermo eſt ſubiectus, & non intentio verbis,ſed verba debent intentioni ſeruire. 454.b
Serui non poſſunt habere rerum dominia, nec ſibi acquirunt. 213.a
Serui non fiunt Chriſtiani capti ab aliis Chriſtianis. 40.b
Seruiendum homini quomodo non ſit. 111.b
Seruitus quando inuenta. 43.b,c
Seruitus antiquior omni iure gentium. 44.e
Seruitus pugnat cum lege naturæ. 43.e
Seruitus eſt contra naturam. 83.a, & quomodo. ibid.b
Seruitus mortalitati comparatur. 20.e
Seruitutis omne genus prohibitum ante peccatum.44.b
Seruitutis incommoda. 252.c
Seruitus non introducta iure gentium, ſed à Noë poſt diluuium. 44.d
Seruitutis pœna indicat obligationem ſub mortali. 252.b
Seu,particula,an ſit copulatiua. 553.c,d,e,& ſeq.
Sextus Ælius actiones compoſuit, & librum populo dedit,qui vocatus eſt ius Ælianum. 47.a
Siciliæ Regina Ioanna in regali ſolio ſedens ſententiam dicebat. 319.c
Signum legis obligatoriæ triplex, vocale, mentale,& ſcriptum. 10.c
Signum rationis ſignificatiuum triplex. 9.e
ad Silentium poteſt Prælatus obligare ſub mortali. 234.e
Silentij violatio non poteſt eſſe mortalis. 234.b
Simonia concedi à Deo nequit. 89.d
Simoniæ pœnas non poteſt incurrere Papa.311.d, 312.a.
Simonia, ſeu emptio rei ſacræ quomodo poſſit concedi. 89.e,& ſeq.
Simoniæ cur additæ ſint pœnæ. 198.d,e
Simoniæ pœnas nõ incurreret,qui celebraret contractum ſimoniacum cum Papa. 318.d
Sixtus V.reſeruauit excommunicationem pro aborſu,quam abſtulit Gregorius XIV. 287.a
Simulatio formalis in rebus fidei eſt grauiſſimum peccatum mortale. 616.c

Simulatio

Digitized by Google

Simulatio materialis quæ. 615.b
Simulatio licita etiam in rebus ad religionem pertinentibus. 613.a
Simulatio mendacium eſt. 613.a
Societas non contrahitur inter coniuges quoad eorum bona ſpectet. 135.c
Societatis Ieſu conſtitutiones declarant ſe non obligare ad culpam. 367.b
Societatis Ieſu ſacerdotes poſſunt exequi diſpenſationes. 539.e
Socius non poteſt ei, qui in communi loco ædificat, opus nouum nunciare, cùm poſſit per prætorem, vel arbitrum communi diuidundo eum prohibere. 431.b
Sodomia punititur in Hiſpania confiſcatione bonorum. 33.e
Solemnitas quæ dicatur ſubſequi actum. 433.c
Solemnitas modicæ omiſſio non vitiat actum. 552.d
Solemnitatis legibus princeps ſolutus eſt. 314.e
Solemnitates quædam accidentales non poſſunt licitè omitti. 432.c
Solemnitas quando præſcribitur vt ſeruanda in ipſamet affectione actus, eſt ſubſtantialis. 433.a
Solemnitates, quas Epiſcopus non clero duxerit ſolemniter venerandas, debent celebrari. 323.a
Solon & Dracon legiſlatores Athenienſium. 46.c
Solon conceſſit poteſtatem Reip. vt poſſit Magiſtratuum malefacta corrigere. 315.e
Species regiminis ſingulæ ſunt de iure gentium. 117.b
Spei præceptum eſt & naturale, & poſitiuum, & continetur in præcepto fidei. 622.d,e
Spei pręceptũ cõtinetur in iuſtificationibus. 584.c
Spes non amittitur per quodlibet mortale peccatum. 138.b
Spes includit voluntatem obiecti. 93.c
Spiridio ieiunij tempore carnes appoſuit hoſpiti, quia nihil aliud ſuppetebat. 260.e
ad Sponſam de futuro qui accedit ſine affectu coniugali, ſi aliam duxit, non poteſt cum prima contrahere. 420.e
Sponſalia de futura tranſeunt in legitimum matrimonium per copulam ſubſecutam. 420.c
Spuriis alimenta decernuntur iure canonico, quæ negantur iure ciuili. 124.b
Status Reip. qualis melior & tutior. 112.b
Status omnis poſtulat omnia præcepta, ſed non exercenda pro tunc. 81.a
in Statu innocentiæ homines poterant obligari præceptis, non tamen pœnis. 316.c,d
Statuimus verbum, ſtabilimus, &c. vtrum præceptum contineant. 246.a
Statutum conditum ab inferiori, & approbatum à ſuperiori, quando poſſit à conditore reuocari. 469.c,d
Statutum ſemper manet, & loquitur, etiam poſt mortem ſtatuentis. 325.c,d
Statutum ſuper vna cauſa non debet ad diſsimiles trahi. 51.d
Statutum in quibus non poteſt obligare in alieno territorio, ita neque ſententia, ſeu præceptum generale. 342.e
Statuta vnius communitatis religioſos alterius non obligant. 304.d
Statutum videtur lex territorij. 342.b
Statuta laicorum vim habent contra leges ſuorum principum. 476.d
Statutum non ſpirat morte ſtatuentis, ſed præceptum generale ſpirat. 125.b,c, & quid ſit, ibid.
Stipulans ſe aliquid facturum ad quid teneatur. 364.b,c
Stromata ſunt Clementis Alexandrini. 615.c
Stylus quid. 464.a
Stylus curiæ legem facit. 545.d
Stylus curiæ Romanæ ius facit, nec ab eo eſt recedendum. 502.d
Stylus quatenus ius, & quale. 502.c
Stylus à iudicibus inductus circa modum procedendi, non habet vim legis, niſi velit illi dare qui poteſt. 502.b
Subditos extra territorium non ligat conſuetudo patriæ. 501.c
Subditus exiſtens in loco exempto intra territorium ſtatuentis, non obligatur ſtatutis ſui Prælati. 339.b
Subditus legi parens bono communi cõſulit. 56.d
Subditus extra territorium non obligatur lege municipali. 323.c
Subditus tenetur ſeruare leges Principis ſui etiam extra regnum. 330.a
non Subditos nemo poteſt ſuis legibus obligare. 110.b
Subditi bonorum dominium habet Princeps. 315.c
Subditus non eſt iudex ad definiendum vtrum prælatus iuſta præcipiat, & iure. 23.d
Subditi non ligantur ſtatuto Epiſcopi extra territorium verſantes. 331.e
Subditus in dubio legis debet conſulere ſuperiorem, ſi liceat. 269.c,d
Subditi, qui non ſolùm lucis lege ducuntur, ſed etiam eius pœnis ſtimulantur, duobus ſubſidiis ad virtutum vtuntur, ſed Princeps altero eſt deſtitutus, cùm nemo cogere poſsit. 317.c
Subditus non debet ſeruare legem in periculo. 362.a,b
Subditus eſt in poſſeſsione ſuæ famæ. 23.e
Subditi bonum conſiſtit in ſubiectione. 54.c
Subditi quibus caſibus ligantur extra territorium. 336.c,d
Subditus nequit ſuperioris præceptum tollere. 475.a
Subditi ſunt incolæ. 320.c
Subordinatio quale nomen. 187.c
Subordinatio inter poteſtatem temporalem, & ſpiritualem ſufficit ad bonum regimen Eccleſiæ. 122.c
Subſiſtentia perſonalis in Trinitate eſt communis tribus perſonis, & tamen inuoluit relationes. 33.c
de Subſtantia legis non eſt, vt generale præceptum ſit. 17.c
Subiectio ad Principes ſæculares non eſt contraria libertati Chriſtianæ. 111.e
Subiectio debet eſſe ante delictum. 325.a
Subiectio & præfectura etiam in ſtatu innocentiæ. 112.b
Subiectio vxoris ad virum naturalis eſt. 112.c
Subiici nolle quando ſit mortale. 241.a
Succeſſores eorum, qui poteſtatem condendi leges in Principem tranſtulerunt, manent illius legibus obligati. 362.c
Succeſſor vel ſubſtitutus reputatur eadem perſona. 547.e
Suffragia Patrum in Concilio ſunt merè conſultiua, & non deciſiua. 173.d

ad

ad Suffragium ferendum in cathedris inhabilitas incurritur ante ſententiam. 38.b
Summa ſeu ſcopus legis diuinæ,quæ. 55.b
Superioris voluntas non obligat per ſe, niſi nota ſit inferiori. 12.a
Superior non poteſt ſolui, aut ligari ab inferiori. 361.e
Superioris iudicium quo indicat ſe velle obligare, non eſt de eſſentia legis. 15.b
Superiori parendum eſt in dubiis. 225.b
Superiori parere nemo tenetur cum graui ſuo, vel alterius detrimento,niſi conſtet eum legitimè præcipere. 23.b
Superioris præceptum iuſtum præualet præcepto inferioris. 161.b
in Superioris arbitrio non eſt, obligare ſub mortali,vel veniali. 235.e.& ſeq.
in Superioris lege non poteſt inferior diſpenſare in iure poſitiuo. 40.b
Superioris præceptum quoties non datur per modum conſtitutionis, vel legis expirat morte ferentis,vel amotione eius ab officio. 24.e
Superior poteſt ſecum diſpenſare. 510.a
Superiores tenentur eodem modo ſeruare leges proprias,quo ſubditi. 396.b
Superiores Religionum vnde habeāt poteſtatem ſuperioritatis. 435.b,c
Supplicatione interpoſita ad Papam non ſuſpenditur executio ipſius literarum. 297.b,c
Suſpenſio quantam priuationem inducat. 250.d. 251.b
in Suſpenſione celebrās fit irregularis. 251.d.& b
Suſpenſio alia grauis,alia leuis. 251.b,c
Suſpenſio ſæpe reſeruata eſt Papæ. 251.e
Synagoga ſimilis fuit Theatro. 595.e
Syndereſis non eſt lex naturæ. 73.e
Synodo prouinciali Archiepiſcopus eſt ſuperior. 521.a
ad Synodum Diœceſanam quinam confluere ſoleant. 510.e
in Synodo Diœceſana ſolus Epiſcopus habet ſuffragium deciſiuum. 520.d
in Synodi Diœceſanæ legibus diſpenſatio facta ab Epiſcopo erit valida. 520.c,d

T

TAbellio prohibetur exercere officium ſuum ſine examine. 424.a
Tabularum Moyſis fractio ſignificauit legis veteris deſtructionem. 594.e
Tacitum & expreſſum in iure æquiparantur. 459.b.461.c
Talionis pœnam imponere ſolis magiſtratibus licebat in lege veteri. 110.a
Templum Ieruſalem quinam prohibiti fuerint ingredi. 606.e
Templum Iudæorum exuſtum eſt repugnante Tito,nec amplius reparatum. 595.c
Templum erat nodus Iudaicæ religionis. 594.c
Templum quo ordine ingrederentur. 606.a
Templi velum ſciſſum ſignificauit legis deſtructionem. 594.e
Temporum varietas expoſcit aliquando, vt leges relaxentur. 533.c
Teſtamentum quid. 579.b
ex Teſtamento minus ſolemni oritur naturalis obligatio. 438.a
Teſtamentum morte confirmatur. 536.e
ex Teſtamento minus ſolemni quomodo oriatur naturalis obligatio. 439.e
Teſtamenta minus ſolemnia valent in conſcientia. 229.c,d
Teſtamentum coram parocho,& aliis duabus, aut tribus perſonis factum,firmum eſt. 439.d
Teſtamentum confirmatum ab Imperatore,poteſt reuocari à conditore. 469.b
Teſtamentum non poſſunt condere minores ante pubertatem, nec Epiſcopi de rebus Eccleſiæ, 429.d
Teſtamentum,in quo Imperator eſt heres inſtitutus,poteſt dici inoſſicioſum. 313.b
Teſtamenti vtriuſque auctor fuit Deus. 570.d
Teſtamentum vetus non habuit promiſſionem regni cælorum. 630.d
Teſtamentum nouum fuit de melioribus bonis. 579.e
Teſtamenti veteris patres vnde habuerint veram iuſtitiam. 590.a
Teſtamentum nouum æternum dicitur. 627.a
Teſtamentum nouum omnino firmum,& irreuocabile. 579.c
Teſtamenti noui ſacerdotes Apoſtoli ſunt conſtituti in cœna. 622.c
Teſtatoris voluntas firma eſt ex teſtamento minus ſolemni inter liberos,qui excludunt extraneam perſonam. 439.c
Teſtatorem, non hæredem ſcriptum deuinciunt leges. 313.c
de Teſtimonij ſubſtantia iuramentum eſt. 432.d
Teſtimonium latum ſine iuramento ſi partes renuncient iuri ſuo,validum eſt. 417.e
Teſtimonia præcipuè dicuntur præcepta fidei. 584.b
Teſtis negans veritatem in iudicio non tenetur ad reſtitutionem fiſco. 406.e
Teſtis reprobatur eo ipſo quòd iudex contra eum iudicat. 463.a
Territorij leges forenſes non tantùm obligant quoad vim directiuam, ſed etiam quoad vim coactiuam. 327.c,d
Theodoſius Imperator vſus eſt arte medicinæ, cùm Idololatriam ab vrbe expulit. 104.a
Theologi potiſſimè leges conſiderant, quatenus voluntatem dirigunt, & aſtringunt, & ab eis pendet bonitas,malitia,&c. 2
Theologi præferendi in materia conſcientiæ. 252.e
Tibareni legibus habebant præcipites dare ex altiſſimis rupibus ſeniores. 79.b
Timor pœnæ æternæ eſt donum Spiritus ſancti. 303.e
Tob vox hæbræa quid ſignificet. 571.e
Totum qui dicit,nihil excludit. 319.a
Totum quando non eſt maius ſua parte. 176.b
in Tormentis modum excedere crudelitas eſt. 397.d
Traditiones vnde veniant. 624.d
Traditionum genera quatuor. 148.b
Traditio diuina & Apoſtolica quæ. 474.a
Traditiones hominum quæ. 474.b
Tranſgreſſor non poteſt legis ignoratione excuſari. 276.c
Tranſitus quando obliget ad leges loci. 321.a,b
Tributorum leges ſiue habeant pœnam adiunctā, ſiue non habeant,ſemper obligant in conſciētia ad ſoluendum ſponte tributum intra tempus præſcriptum. 414.a,b

Tributa

Digitized by Google

Tributa non obligant ad ſolutionem antequàm rigoroſe exigantur. 411.b,c
Tributa dari Cæſari cur Chriſtus iuſſerit. 108.b
Tributa ob iuriſdictionem penduntur. 357.a
Tributum eſt neceſſarium ad defenſionem Reip. ideo debetur ſub mortali. 242.e
Tributorum exemptio aut remiſſio quando eſſet peccatum,& quale. 519.c,d
à Tributis eximens aliquem Princeps quantum peccet. 527.e
de Tributi à legitimo Principe inſtituti iuſtitia, quàm difficile ſit iudicare. 413.a,b
Tributa non ſunt pœnæ. 411.a,e,& eorum leges quæ. ibid.e
Tributa Principibus debentur. 127.c
Tributa per ſe ſoluenda ſtatim obligant, etiamſi non exigantur. 411.e
Tributa quæ iuſta. 412.c
Tributa perſonalia quæ,vocantur cenſus, capitationes,&c. 411.d
in Tributis debet ſeruari proportio. 413.b
Tridentinum Concilium approbatum à Pio.IIII. 173.e
Tridentini Concilij promulgatio quomodo ſit facta Romæ. 275.e.276.a
Tridentinum Concilium non obligauit Romæ, niſi poſt duos menſes à publicatione. 278.b
Tridentinum Concilium licet interpretari, ſed quomodo,& à quibus. 563.564.per totum.
Tuitio ſumma Reipub.ex legibus & armis. 59.e
Tutela finitur pubertate. 135.a
Tutelæ voluntariæ munera priuilegiis nihil derogant. 459.e
Tutores qua ratione & quomodo poſſint adminiſtrare regnum vſque ad matrimonium Reginæ. 135.a
Tunc dictio denotat extremitatem temporis. 26.d
in Turcarum triremibus remigantes contra Chriſtianos,non excommunicantur. 257.e
Typus hiſpanè, *Elmodollo*. 595.e
Tyranni quinam ſint & cur ſic vocati. 139.c
Tyranni olim vocati ſunt omnes reges. 139.e
Tyrannus à Rege quomodo differat. 19.c
Tyrannorum ſucceſſores legitimi reges fieri poſſunt,& quomodo. 135.e
à Tyranno peri poſſunt opera gratiæ, & iuſtitiæ. 141.d
Tyranni pacificè gubernantis leges obligant. 226.a.& ibid.b
Tyrannus in quo peccet iudicando, eiuſque iudices. 228.b
Tyrannus quomodo ſuo principatui cedere teneatur. 228.d
Tyrannus non poteſt leges condere. 141.e
Tyranni lex nunquam eſt valida. 226.a
Tyranni leges quænam validæ. 141.d
Tyranni poſſunt Hæreticos punire. 226.d
Tyrannus peccat inuadendo,& retinendo principatum,ſed non iudicando. 227.c.141.b
Tyrannum à regno deponendi poteſtatem habet Reſpub. 114.a
Tyranni iudicium quomodo dicatur non vſurpatum. 227.a.b
Tyrannus iuſtè occidens,& mandans reum occidi,non peccat. 142.a
Tyranni actus ſunt reſcindendi ſuperueniente iuſto domino. 226.b

V

VAlentinianus noluit iudicare Epiſcopos. 192.b
Varietas eſt decus Eccleſiæ & delectat. 324.d
Vectigalia de quibus rebus exigantur, dicuntur etiam pedagia,guedagia,portoria. 411.d
Venatio ceruorum prohibita ſub pœna capitis. 252.b
Vendere velle carò, & vili emere natura inſitum. 45.b
Venditionem vbicumque fiat, princeps poteſt irritare. 337.b
Verbi productio eſt propria Patri. 32.d
Verbum diuinum eſt æternum, & ſcriptura libri vitæ æterna. 32.c
Verbum dicitur dupliciter,eſſentialiter, & perſonaliter. 33.d
Verborum communis vſurpatio eſt magni ponderis ad cuiuſque ſermonis interpretationem. 369.b
Verborum duplicatio non inducit ſententiam latam,ſed inferendam. 396.a
Verba non important obligationem, niſi ſecundùm materiæ grauitatem. 246.b
Verba dubia,quæ & præceptum,& ſimplicem voluntatem poſſunt ſignificare. 246.a
Verba in lege quomodo debeant conſiderari.567. per totum,& ſeq.
Verba ſimpliciter prolata accipiuntur in propria ſignificatione. 567.d
Verba quæ inducant ſententiam latam. 396.b,c
Verba quænam,quomodo,& qua ratione obligationem importent,longiſſima diſpenſatio. 243. c,d,& ſeqq.
Verba alicuius contractus non ſemper habent eandem intentionem, quam in cortice ſonant. 270.c,d
Verba irritantia actus quæ. 430.b.& ſeqq.
Verba *præcipio*, *prohibeo*, & ſimilia ad quid obligent in vtroque iure. 243.c,d,& e
Veritas præfertur præſumptioni. 228.d
Veritas immutabilis eſt lex omnium artium. 64.e
Verum omne à Spiritu ſancto. 72.c
Veteres cantabant leges priuſquàm literas ſcirent, ne eas obliuioni mandarent. 45.a
Viator nihil inueniens, niſi cibum in Idolio poſitum poteſt illum reſpuere, & fame perire. 145.b
Viator famis neceſſitate preſſus, nihil inueniens, niſi carnes in Idolio poſitas, eas non debet edere. 260.d,e
Vicarius qui eſt in vno,non debet eſſe in omnibus 122.
Victima nobilior pro Pontifice quàm pro Rege offerri præcipiebatur in lege veteri. 190.c
Victoria vnius prodeſt alteri in indiuiduis. 318.e
in Vigiliis B.Mariæ virginis non ieiunare non eſt peccatum,niſi in vigilia Aſſumptionis. 498.a
Vinculum ſemel concıſum non conualeſcit.528.b
Violatio legis contra quam virtutem ſit. 252.e
Violatio vnius præcepti reddit hominem promptum ad cætera violanda. 5.c
Vir eſt dominus rei dotalis conſtante matrimonio. 134.a
Vir eſt caput vxoris. 133.a
Vir quandiu viuit vxor obnoxia eſt legi coniugij. 592.b
Viri probi cur dicantur filij Dei. 589.e

Viri

Viri domicilium attenditur ratione contractus dotis. 316.d,& cur.ibid.e
Virga ſignificat legem. 619.b
Virga ſignificat poteſtatem gubernatiuam,& cur. 144.d
de Virginitate Apoſtolicorum, & Eucratitarum error. 213.e
Virginitas non eſt virtus diſtincta à caſtitate. 78.c
Virginitatis, vel paupertatis nullus actus eſt in præcepto. 78.b
Virginitas eſt virtus præcellens. 213.e
Virginitas ſolùm ſuaderi poteſt,imperari non poteſt. 214.a
Vnctionis extremæ ſacramentum quando inſtitutum. 624.b
B.Virgo fuit ſubiecta legi veteri. 302.b
in Virgine non idem ſignificabat purificatio quod in aliis,nec baptiſmus. 614.e
B.Virgo meruit ſaltem ex congruo,vt Chriſtus ex ea naſceretur. 577.c,d
Virtus quid. 79.c,d
Virtus perficit naturam. 79.d
Virtus omnis eſt conformis rationi,& inclinationi naturali. 79.a
Virtutum quales actus lex humana præcipiat. 213.e
Virtutum Theologalium actus interius ſæpiſſimè conſummantur. 622.e
Virtutum actus omnes pertinēt ad legem naturæ. 77.b,d,& cadunt ſub eius præcepto. ibid.c
Virtutes quatuor præcipuè in legiſlatore requiruntur. 55.a
Violatores legis antequam totus populus repugnet,peccant,& iuſtè puniuntur. 290.a
Violator quicunque eſt legis, eſt verè inobediens. 306.a
Vis directiua ſine coactiua eſſet inefficax. 327.d
Vis directiua, & coactiua quomodo ſint coniunctæ. 316.e
in Virtutum materia duo ſunt,& quæ. 217.c
Virtutes ſunt naturales, quomodo intelligendum. 79.b
Virtuti ſpeciali non omnia peccata repugnant. 96.a
Vitam conſeruare eſt de iure naturæ. 255.d
Vita verè hominis eſt, quæ iuris ordine continetur. 99.a
Vitæ ſuæ quiſque debet conſulere. 319.d
Vitæ & mortis Deus ſolus eſt Dominus. 255.d
Vitam ſeruandi præceptum in quo poſſit deſpici. 261.d
Vitæ ciuium dominium non habet Reſp. ſed conuenientem vſum. 256.c
Vita æterna quomodo ſit promiſſa in lege veteri. 581.a,b,c,d
Vitia aliqua permittere expedit, vt maiora vitentur. 212.d
Vitiorum auctor non eſt Deus,ſed ordinator. 68.e
Vitia legis quæ. 18.c
Vitia & peccata cur pertineant ad legem canonicam. 218.a,b
Vlpiani leges quare habeant auctoritatem. 178.a
Vnctio extrema non obligat ſub mortali. 619.a
Vnio in legibus poſitiuis vnitati Reip.& corporis politici valde neceſſaria. 98.b
Vnitati Reip. vnio neceſſaria legibus poſitiuis. 98.b
Vniuerſitatum mandata ſub pœna præſtiti iuramenti,quomodo obligant,& ad quid. 247.b,c
Vniuerſitates Clericorum, vel Doctorum poſſunt ſtatuta facere quæ vim legum habeant. 181.a
Vniuerſitatum Magiſtri, Doctores, & ſcholaſtici quantùm peccent tranſgredientes regulam illius. 368.c,d
Voconia lege prohibitum erat mulieribus,ne qua maiorem centum millium numûm hæreditatem poſſet adire. 313.d
Voconia lege ſoluti erant Imperatores. 312.e
Volitio & cognitio obiecti eſt lex. 16.c
Volo,& intendo verba,an contineant pręceptum. 246.a
Voluntas diuina ex ſe eſt rectiſſima. 64.e
Voluntas diuina ſolet in ſcripturis appellari lex. 74.e
Voluntas Dei eſt prima ratio omnium. 65.a
Voluntas Dei eſt ſubſtantia Dei. 65.b
Voluntas imperat intellectui. 7.c
Voluntas eſt prima regula actionum noſtrarum. 7.c
Voluntatis humanæ duplex regula. 72.d
Voluntas ſi ad opus non peruenit,ab Eccleſia non punitur. 196.e
Voluntas nulla poteſt ferri in incognitum. 65.e
Voluntas verſatur circa omne ens ſub ratione boni. 216.c
Voluntas obligandi exterius expreſſa eſt de eſſentia legis. 15.d
Voluntas ſuperioris quocunque innoteſcat, eſt quoddam præceptum. 15.c
Voluntas obligandi in Principe qua ratione obliget. 75.d
Voluntas virtualis quæ. 546.e
Voluntas eſt potentia realiter ab intellectu diſtincta. 90.d
ad Voluntatem pertinet ordinare vnum ad aliud, vt medium ad finem. 7.c
Voluntas obligandi diuina quomodocunque innoteſcat,obligationem inducit. 287.b
Voluntas propria quæ in ſacra ſcriptura. 301.b
Voluntas tacita tantùm valet,quantùm expreſſa in ijs quæ nec formam certam requirant, nec verba. 534.b
Voluntatis bonitas ex lege æterna primariò,ex naturali ſecundariò pendet. 13.c
Voluntas principis ſufficienter manifeſtata ſufficit ad valorem priuilegij. 446.d
Voluntas eius qui non peccat ſemper eſt conformis diuinæ. 13.a
Voluntas obligandi eſt de ratione legis. 11.b
Voluntas inter homines non operatur, niſi vt ſignificata. 454.d
in Voluntate eſt regnum,& imperium eorum quę ſunt in homine. 7.c,e
Voluntas ſemper præſumitur in fauorabilibus. 543.d
Voluntas formalis obligandi nos eſt in Deo media ratione. 12.b
Voluntas res facti eſt. 439.b
Voluntas poſterior ſuppoſita poteſtate, vincit priorem,& eam reuocat. 469.e
Voluntas nondum inſinuata non poteſt habere rationem regulæ apud homines. 286.d
Voluntas Dei immutabilis,& non poteſt non impleri. 12.b
Voluntas quando puniatur. 196.c
Voluntas ſuperioris non obligat,niſi pręcipiat. 13.c
Votum

Digitized by Google

Votum lex quædam eſt. 94.d
Votum ſimplex & ſolemne æqualia ſunt quoad prohibitionem. 413.c
Vota quo iure obligent. 81.c
Vota & contractus vi, metu, & dolo facta ſunt nulla iure naturæ. 418.b
Vota interna quomodo irritentur. 206.c
in Votis diſpēſare grauiùs eſt, quā in legibus. 511.c
Votum pœnale obligat tantùm ad pœnam, quomodo intelligendum. 370.b
Votum emiſſum cum animo non ſe obligandi, non eſt verè votum. 15.a
per Votum populus poteſt ſucceſſores obligare. 362.c
Voti obligatio eſt merè diuina, ac naturalis. 236.a
Voto ſatisfacit ignorans votum. 210.c
Voto poteſt quis ſe obligare ad opus, & ad pœnam. 306.c
in Voto caſtitatis quę cauſę requirantur ad diſpenſationem. 539.a
Votum cuius ſit iuris. 208.c
Votum non eſt ſeruandum contra voluntatem ſuperioris. 206.d
ex Voto poteſt quis obligari ſub mortali ad rem leuem iuſſu ſuperioris faciendam. 235.d
in Voto diſpenſatus ſi mētaliter renunciet diſpenſationi, an valeat renunciatio. 549.d,e
Votum non eſt verum quod non obligat in conſcientia. 231.a
Voti obligatio maior eſt quàm iuramenti. 368.b
Votum de indifferentibus, quatenus duret. 268.e
ex Voto in materia graui non poteſt quis obligari ſub veniali. 236.e
Voti ſolemnitas non eſt de iure diuino. 628.d,e
Votum vel promiſſio lex priuata dicitur. 58.c
in Voto diſpenſare quid ſit. 513.c
Vota quomodo relaxet Pontifex. 618.e
Voti irritatio in quo fundetur. 229.a
Vota religioſi poteſt irritare Prælatus. 206.a
Voto diſpenſans ſuperior, in quanam lege diſpenſet. 207.b
in Votis quomodo ſecum diſpēſet Pontifex. 514.a
Voti diſpenſatio obtenta cum iuſta cauſa quæ poſtea ceſſatit, an duret ſemper. 528.d,e, & ſeq. reſoluitur. 529.a
in Voto & matrimonio quomodo diſpenſet Deus 94.d,e
Vſurarum ſolutio quomodo poſſit reddi debita. 474.e
Vſuræ non conceſſæ, ſed permiſſæ in lege veteri. 571.c
Vſuras exigere eſt contra ius naturæ. 474.e
Vſuræ quomodo Iudæis permiſſæ. 86.d
Vſurarij ſunt infames ipſo iure. 395.e
Vſus non diſtinguitur à Dominio in rebus vſu conſumptibilibus. 389.a
Vſus quid. 471.b
non Vſus abrogans legem qualis eſſe debeat. 299.c
Vſus eſt optimus legum interpres. 243.b
Vſus idem quod mos, & diſtinguitur à conſuetudine. 471.b
Vſus communis loquendi præualet verborum proprietati. 564.d
Vxor & maritus dicuntur duo in carne vna, ſocijque diuinæ & humanæ domus. 319.d
Vtilitas plurimorum vnius vtilitati, vel voluntati præferenda eſt. 20.b
Vox populi vox Dei. 364.e
Voces ſunt impoſitæ ad ſignificandum ex humana inſtitutione. 615.e
Vxorem qui dimittit, carnem ſuam ſcindit. 574.b
Vxoris bonorum confiſcatio quæ bona contineat. 385.b,c
Vxor tenetur obedire marito, ſicut Domino. 223.b
Vxoris ad virum ſubiectio naturalis eſt. 112.c
Vxores ſunt immunes à fideiuſſione. 443.d
Vxor licitè aſſiſtit marito infecto peſte. 261.d
Vxor habēs ius patronatus poteſt præſentare abſque viri conſenſu. 134.a
Vxores ſplendent honore mariti. 319.d
in Vxorem non competit furti actio. 134.a
Vxor non debet puniri pro culpa mariti. 415.a

Z.

ZAcharias Papa Chilpericum Francorum Regem depoſuit eò quòd eſſet regno inutilis, & Pipinum Caroli Magni patrem præpoſuit. 119.e
Zaleucus Rex proprias leges ſeruabat. 390.d


F I N I S.


*LVGDVNI,*

Excudebat Amedeus Polerius,

*Anno Domini, 1611.*


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google